
Meie ainus elav side rootsiaegse Tartu ülikooli raamatukoguga. Ülikooli kantsleri Johan Skytte poolt 1633. aastal akadeemiale kingitud raamat jõudis 1935. aastal Tartusse tagasi Soome saatkonna atašee M. Ingmanni kingitusena.

NONVS TOMVS OPERVM

D. AVRELII AVG. HIPPONENS. EPISCOPI, CONTINENS illius tractatus, hoc est, expositiones ad populum factas in nouum testamentum, cū alijs uarij generis opusculis, quorum indicem habet alterum huius paginæ latus.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA,
ANNO M D XXIX

Ex donatione perillustris domini. IOANNIS SKYTTE, reipublicæ Sveonum Senatoris, Livoniæ, Ingriæ, Carliæque Gubernatoris, in possessionem academiæ Dorpatensis hi[illegible] pervenit, anno CIↃ IↃ CXXXIII.

QVoniam tractatus in psalmos omnes pluſquam iuſtam uoluminis magnitudinem poſcebant,nec quiſquam recipiebant acceſſionis,in hunc Tomum quaſi farraginem quandam rerum cõgeſſimus.Primo loco digeſſimus tractatus in nouum teſtamentum.Secundo loco opuſcula quædam inflammantia affectum pietatis.Tertio loco concionalia quædam de uarijs argumentis. In his,quæ non uidebantur Auguſtini,notauimus elogio.

INDEX.

In euangeliũ Ioannis expoſitio 3
In epiſtolam Ioannis expoſitio 391
In Apocalypſim Ioannis expoſitio 446
Meditationum liber unus 474
De diligendo deo liber alius qui & meditationum inſcribitur 505
Soliloquiorũ animæ ad deũ liber unus 516
Manuale liber unus 542
De triplici habitaculo liber unus 554
Scalæ Paradiſi liber 558
De duodecim abuſionum gradibus 563
De contritione cordis liber unus 570
De cognitione ueræ uitæ liber unus 576
De ſpeculo,liber unus 595
De uita Chriſtiana liber unus 607
De aſſumptione beatæ Mariæ uirg. 618
De diſciplina Chriſtiana 622
De decem chordis 628
De cantico nouo,liber unus 638
De contemptu mundi,liber unus 643
De uanitate ſeculi,liber unus 646
De obedientia & humilitate ſermo 649
De bono diſciplinæ ſermo 650
De uiſitatione infirmorũ, libri duo 653
De cõſolatione mortuorũ ſermones duo 661
De quarta feria, ſiue cultura agri dominici ſermo 667
De cataclyſmo ſermo 672
De tempore Barbarico ſermo 677
De ſobrietate & uirginitate ſermo 683
Speculum peccatoris tractatus 689
De pœnitentiæ medicina,liber unus 694
De utilitate pœnitentiæ tractatus 701
De conflictu uitiorũ & uirtutũ,lib.unus 707
De quatuor uirtutibus charitatis tract. 716
De laudibus charitatis tractatus 720
De honeſtate mulierũ,liber unus 722
De paſtoribus, liber unus 724
De ouibus, liber ſiue Homilia 739
De ſymbolo fidei ad catechumenos, libri quatuor 752
De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum liber unus 783
De rectitudine catholicæ cõuerſationis tractatus 786
De utilitate ieiunij tractatus 801
De urbis excidio tractatus 806
De creatione primi hominis tractatus 810
De arbore ſcientiæ boni & mali tract. 811
De pugna animæ tractatus 815
De antichriſto tractatus 816
Pſalterium quod matri ſuæ cõpoſuit 818
Super magnificat expoſitio 820

FINIS.

4-III C
Bibliotheca Universitatis Tartuensis
1935 : 602
498
I 51149961

non eſſe res ipſa clamitat,in laudem euangelij ſecundum Ioannem.

OMnibus diuinæ ſcripturæ paginis euangelium excellit,quia quod lex & prophetæ futurum prædixerunt,hoc completum dicit euangelium. Inter ipſos autem euangeliorum ſcriptores,Ioannes eminet in diuinorum myſteriorũ profunditate, qui à tempore dominicæ aſcẽſionis per annos ſexagintaquinque uerbum dei abſq; adminiculo ſcribẽdi, uſq; ad ultima Domitiani præ dicauit tempora.Sed occiſo Domitiano,cũ permitẽtte Nerua,de exilio redijſſet Epheſum, cõpulſus ab epiſcopis Aſiæ,de coæterna patri diuinitate Chriſti ſcripſit aduerſus hæreticos, qui eo abſente irruperant in eius eccleſias,qui Chriſtum ante Mariam fuiſſe negabant. Vnde merito in figura quatuor animalium,aquilæ uolanti comparatur, quæ uolat altius cæteris auibus,& ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminibus.Cæteri quippe euãgeliſtæ, qui tẽporalem Chriſti natiuitatem,& temporalia eius facta, quæ geſſit in homine ſufficienter exponunt,& de diuinitate pauca dixerunt, quaſi animalia greſſibilia cum domino ambulant in terra: hic autem pauca de temporalibus eius geſtis ediſſerens, ſed diuinitatis potentiam ſublimius cõtemplans,cum domino ad cœlum uolat.Qui enim ſupra pectus domini in cœna recubuit, cœleſtis hauſtum ſapientiæ cæteris excellentius de ipſo dominici pectoris fonte potauit.Legerat ſiquidem euangelia trium euangeliſtarum,& approbauerat fidem eorũ & ueritatẽ, in quibus deeſſe uidit aliqua geſtarũ rerũ hiſtoriæ, & ea maxime quæ dominus geſſit primo prædicationis ſuæ tempore, ſcilicet antequàm Ioannes Baptiſta clauderetur in carcere. Hæc ergo quaſi dimiſſa ab illis ſcribit Ioannes quæ fecit Ieſus antequàm Ioannes clauderetur: ſed maxime diuinitatem Chriſti & trinitatis myſterium commendare curauit. Tres ſiquidem alij euangeliſtæ dicta & facta domini temporalia,quæ ad informandos mores uitæ præſentis maxime ualent,copioſius proſecuti, circa actiuam uitam ſunt uerſati: in
B qua laboratur,ut cor mundetur ad uidendum deum, Ioannes uero pauca domini facta dicit:uerba uero domini quæ trinitatis unitatem,& uitæ æternæ felicitatem inſinuant,diligentius conſcribit,& ſic in contemplatiua uita,uirtute commendanda,intẽtionem ſuam & prædicationem tenuit:in qua contemplatiua uacatur ut deus uideatur. Iſte ſiquidem eſt Ioãnes quem dominus de fluctiuaga nuptiarum tempeſtate uocauit,& cui matrem uirginem uirgini commendauit.

DIVI AVRELII AVGV

STINI HIPPONENSIS EPISCOPI, IN EVANGElium Ioannis,Expoſitio.

Ab eo quod ſcriptum eſt,In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum,& deus erat uerbum,uſq; ad id quod ait,Et tenebræ eam non comprehenderunt. Tractatus I.

IN TVENTES quod modo audiuimus ex lectione Apoſtolica, quòd animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, & cogitantes in hac ipſa præſenti turba charitatis ueſtræ, neceſſe eſſe, 1.Cor.2
ut multi ſint animales,qui adhuc ſecundum carnem ſapiant,nondumq; poſſint ad ſpiritalem intellectum ſe erigere: hæſito uehementer quomodo ut dominus dederit,poſſim dicere, uel pro modulo meo explicare quod lectum eſt ex euangelio, In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deũ,& deus erat uerbum.)Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo fratres,ſilebimus hinc? quare ergo legitur ſi

silebitur? Aut quare auditur, si nō exponitur? Sed & quid exponitur, si nō intelligitur? Itaq; C
quoniam rursum esse non dubito in numero uestro quosdam, à quibus possit non solū ex-
positū capi, sed & antecp̄ exponatur intelligi, non fraudabo eos qui possunt capere: dum ti-
meo superfluus esse auribus eorum, qui non possunt capere. Postremo aderit misericordia
dei, fortasse ut omnibus satisfaciat, & capiat quisq; quod potest: quia & qui loquitur, dicit
quod potest: nam dicere ut est, quis potest? Audeo dicere fratres mei, forsitan nec ipse Ioan
nes dixit ut est, sed & ipse ut potuit, quia de deo ut homo dixit: Et quidem inspiratus à deo,
sed tamen homo: quia inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset, dixisset nihil. Quia ue
ro homo inspiratus, non totum quod est dixit, sed quod potuit homo dixit. Erat enim iste
psal. 71 Ioannes, fratres charissimi, de illis montibus de quibus scriptum est, Suscipiant montes pa-
cem populo tuo, & colles iustitiam. Montes, excelsæ animæ sunt: colles, animæ sunt
paruulæ. Sed ideo montes excipiunt pacem, ut colles possint excipere iustitiam. Quæ
Abacuc 2 est iustitia quam colles excipiunt? Fides, quia iustus ex fide uiuit. Non autem accipe-
rent minores animæ fidem, nisi maiores animæ quæ montes dictæ sunt, ab ipsa sapi-
entia illustrarentur, ut possint paruulis trajicere quod possent paruuli capere, & uiuere ex
fide colles, quia montes pacem suscipiunt. Ab ipsis montibus dictum est ecclesiæ: pax uo-
biscum, Et ipsi montes pacem annunciando ecclesiæ, non diuiserunt se aduersus eum à quo
susceperunt pacem, ut ueraciter nō ficte nunciarent pacem. Sunt autem alij montes naufra-
gosi, quò quisq; nauim cum impulerit, soluitur. Facile est enim cum uidetur terra à periclitan
tibus, quasi conari ad terram: sed aliquando uidetur terra in monte, & saxa latent sub mon-
te, & cum quisq; conatur ad montem, incidit in saxa, & ibi non inuenit portum, sed planctū.
Sic fuerunt quidā montes, & magni apparuerūt inter homines, & fecerunt hæreses & schis-
mata, & diuiserunt ecclesiam dei. Isti qui diuiserunt ecclesiam dei, nō erant illi montes de qui
bus dictum est, Suscipiant montes pacem populo tuo. Quomodo enim pacem susceperūt,
qui unitatem diuiserunt? Qui autem susceperunt pacem nunciandam populo, contemplati D
sunt ipsam sapientiam, quantum humanis cordibus potuit contingi, quod nec oculus uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis nō ascendit, quomodo ascē-
dit in cor Ioannis? An non erat homo Ioannes? An forte nec in cor Ioannis ascēdit, sed cor
Ioannis in illa ascendit? Quod enim ascendit in cor hominis, de imo est ad hominem: quò
autem ascendit cor hominis, sursum est ab homine. Etiam sic fratres dici potest, quia si ascē-
dit in cor Ioannis, si aliquo modo potest dici, intantum ascendit in cor Ioannis, inquantum
ipse Ioannes non erat homo: Quid est, non erat homo? Inquantum cœperat esse angelus:
1. Cor. 3 quia omnes sancti, angeli, quia annunciatores dei: ideo carnalibus & animalibus non ualen
tibus percipere quæ sunt dei quid ait Apostolus? Cū enim dicitis, ego sum Pauli, ego Apol
lo, nónne homines estis? Quid eos uolebat facere, quibus exprobrabat, quia homines erāt?
psal. 81 Vultis nosse quid eos facere uolebat? audite in psalmis, Ego dixi dij estis, & filij excelsi o-
mnes. Ad hoc ergo uocat nos deus, ne simus homines. Sed tunc in melius non erimus ho-
mines, si prius nos homines esse agnoscamus, id est, ut ad illam celsitudinem ab humilitate
surgamus: ne cum putamus nos aliquid esse cū nihil simus, non solum nō accipiamus quod
non sumus, sed amittamus quod sumus. Ergo fratres de his montibus & Ioannes erat, qui
dixit, In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Susceperat pacem
mons iste, contemplabatur diuinitatē uerbi, Qualis iste mons erat, quàm excelsus? Trāscen-
derat omnia cacumina montium terrarum, transcenderat omnes campos aëris, transcende-
rat omnes altitudines syderum, transcenderat omnes choros & legiones angelorum. Nisi
enim transcenderet ista omnia quæ creata sunt, nō perueniret ad eum per quem facta sunt
omnia, Non potestis cogitare quid transcenderit, nisi uideatis quò peruenerit. Quæris de
cœlo & terra? facta sunt. Quæris de his quæ sunt in cœlo & terra? utiq; multo magis & ipsa
facta sunt. Quæris de spiritalibus creaturis, de angelis, de archangelis, sedibus, dominationi
bus, uirtutibus, principatibus? & ipsa facta sunt. Nam cum enumeraret hæc omnia psal-
mus

A mus, conclusit sic, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si dixit & facta sunt, psal. 32
per uerbū facta sunt: si autē per uerbum facta sunt, nō poterat Ioannis cor peruenire ad id
quod ait, In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū, nisi transcendis
set omnia quæ sunt facta per uerbū. Qualis ergo iste mons, quàm sanctus, quàm altus inter
illos mōtes qui susceperūt pacē populo dei, ut colles possent suscipere iustitiā? Videte ergo
fratres ne forte de ipsis montibus est Ioannes, de quibus pauloante cātauimus, Leuaui ocu- psal. 120
los meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Ergo fratres mei, si uultis intelligere, leua-
te oculos uestros in montem istum, id est erigite uos ad euangelistam, erigite uos ad eius
sensum. Sed quia montes isti pacem suscipiunt: non potest autem esse in pace, qui spem po
nit in hominem, nolite sic erigere oculos in montem, ut putetis in homine spem uestram es-
se collocandam, & sic dicite, Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi, ut
statim subiungatis, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Ergo leuemus
oculos in montes, unde ueniet auxilium nobis: & tamen non ipsi montes sunt, in quibus
spes nostra ponenda est. Accipiēt enim montes quod nobis ministrent. Ergo unde & mon
tes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est. Oculos nostros cum leuamus ad scripturas, quia
per homines ministratæ sunt scripturæ: leuamus oculos nostros ad montes, unde ueniat au
xilium nobis. Sed tamen quia ipsi homines, qui scripserunt scripturas, non de se lucebant:
sed ille erat uerum lumen, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.
Mons erat & ille Ioannes Baptista qui dixit, Non sum ego Christus, ne quisquam spem
in montem ponens, caderet ab illo qui montes illustrat, & ipse confessus ait, Quoniam de
plenitudine eius nos omnes accepimus. Ita debes dicere, Leuaui oculos meos in montes,
unde ueniet auxilium mihi: ne auxilium quod tibi uenit, montibus imputes: sed sequaris &
dicas, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Ergo fratres ad hoc ista monu
erim, ut quando erexistis cor ad scripturas, cum sonaret euangelium, In principio erat uer-
B bum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & cætera quæ lecta sunt, intelligatis
uos leuasse oculos ad montes, Nisi enim montes ista dicerent, unde omnino cogitaretis nō
inueniretis. Ergo ex montibus uenit uobis auxilium, ut hæc uel audiretis, sed nondum pote
stis intelligere quod audistis. Inuocate auxilium à domino, qui fecit cœlum & terram: quia
montes sic potuerunt loqui, ut non possent ipsi illuminare. Quia & ipsi illuminati sunt audi
endo inde, unde qui hæc dixit, accepit Ioannes ille fratres: qui discumbebat supra pectus
domini, & de pectore domini bibebat quod propinaret nobis, sed propinauit uerba: intel
lectum autem inde debes capere unde & ipse bibebat qui tibi propinauit, ut leues oculos
tuos ad montes, unde ueniet tibi auxiliū, ut inde tanquā calicē, id est uerbū propinatū acci
peres: & tamen quia auxiliū tuū à domino, qui fecit cœlū & terrā, inde impleres pectus, unde
impleuit ille: unde dixisti, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terrā. Qui potest
ergo fratres, impleat hoc quod dixi, leuet quisque cor suum quomodo illud uidet idoneū,
& capiat quod dicitur. Sed forte hoc dicitis, quia ego uobis sum præsentior quàm deus. Ab
sit, Multo est ille præsentior: nam ego oculis uestris appareo, ille conscientijs præsidet. Ad
me aures, ad illum cor leuate, ut utrunque impleatis. Ecce oculos uestros, sensus istos corpo-
ris leuatis ad nos, nec ad nos: non enim sumus de illis montibus, sed ad ipsum euangelium,
ad ipsum euangelistam: cor autem implendum ad dominum, Et unusquisque sic leuet, ut ui
deat quid leuet, & quò leuet. Quid dixi, quid leuet, & quò leuet? Quale cor leuet uideat, quia
ad deum leuat, ne sarcina uoluptatis carnalis prægrauatum, ante cadat quàm fuerit suble-
uatum. Sed uidet se quisq; gestare onus carnis, det operam per continentiā, ut purget quod
leuet ad deum. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebūt. Nam ecce quid pro- Matth. 5
dest, quia sonuerunt uerba, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus e-
rat uerbum: & nos diximus uerba cum loqueremur, Nunquid tale uerbum erat apud deū?
Nónne ea quæ diximus sonuerūt atq; transierunt? Ergo & dei uerbū sonuit & peractū est?
Quomodo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Quomodo omne per

illud regitur, quod per illud creatum est,si sonuit & transijt? Quale ergo uerbum, quod & C
dicitur & non transit? Intendat charitas uestra, magna res est. Quotidie dicendo uerba
uiluerunt nobis, quia sonando uerba & transeundo uiluerunt, & nihil aliud uidentur
quàm uerba. Est uerbum & in ipso homine quod manet intus, nam sonus ex ore proce-
dit. Est uerbum quod uere spiritaliter dicitur, illud quod intelligitur de sono, non ipse so-
nus,Ecce uerbum dico,cum dico,deus. Quàm breue est quod dixi,quatuor litteras & duas
syllabas:nunquid nam hoc totum est deus, quatuor litteræ & duæ syllabæ? An quantum
hoc uile est, tantum charum est quod in eis intelligitur? Quid factum est in corde tuo
cum audisses, deus: quid factum est in corde meo cum dicerem,deus? Magna & summa
quædam substantia cogitata est, quæ transcendit omnem mutabilem creaturam carna-
lem & animalem.Et si dicam tibi, deus mutabilis est,an incommutabilis?Respondebis sta
tim, Absit ut uel ego credam uel sentiam commutabilem deum: incommutabilis ergo est
deus.Anima tua quamuis parua,quamuis forte adhuc carnalis, non mihi potuit respon-
re nisi incommutabilem deum: omnis autem creatura mutabilis.Quomodo ergo potuisti
scintillare in illud quod est super omnem creaturam,ut certus mihi responderes incommu-
tabilem deum? Quid est ergo illud in corde tuo, quando cogitas quandam substantiam
uiuam,perpetuam, omnipotentem,infinitam, ubique præsentem, ubiq; totam, nusquam
inclusam? Quando ista cogitas, hoc est uerbum de deo in corde tuo: nunquid autem hoc
est sonus ille, qui quatuor literis constat & duabus syllabis? Ergo quæcunque dicuntur &
transeunt,soni sunt,litteræ sunt,syllabæ sunt. Hoc uerbum transit,sonat.Quod autem signi
ficauit sonus,& in cogitante est, qui dixit,& in intelligente est, qui audiuit,manet hoc tran
seuntibus sonis. Refer animum ad illud uerbum, Si tu potes habere uerbum in corde tuo,
tanquam consilium natum in mente tua,ut mens tua pariat cõsilium, & insit consilium qua-
si proles mentis tuæ,quasi filius cordis tui: prius enim cor generat consilium, ut aliquam fa-
bricam construas, aliquid amplum in terra moliaris,iam natũ est consiliũ, & opus nondũ D
completum est. Vides tu,quid facturus es,sed alius non miratur nisi cum feceris & constru-
xeris molem, & fabricam illam ad exculptionem perfectionemq; perduxeris. Attendunt
homines mirabilem fabricam,& mirantur consilium fabricantis:stupent quod uident, & a-
mant quod non uident. Quis est qui potest uidere consilium,& non sola facta? Si ergo ex
magna aliqua fabrica laudatur humanum consilium:uis uidere quale cõsilium dei est? Do-
minus Iesus Christus,id est uerbum dei: Attende fabricam istam mũdi: uide quæ sint quæ
facta sunt per uerbum,& tunc cognosces quale sit uerbum. Attende hæc duo mundi corpo
ra,cœlum & terram. Quis explicat uerbis ornatum cœli? quis explicat fœcunditatem terræ?
quis digne collaudat temporum uices? quis digne collaudat seminum uim? Videtis quæ ta
ceam,ne diu commemorando parum dicam,forte quàm potestis cogitare. Ex fabrica ergo
ista animaduertite,quale uerbũ est per quod facta est,& nõ sola facta est. Omnia enim ista
uidentur,quia pertinent ad sensum corporis. Per illud uerbum & angeli facti sunt, per illud
uerbum & archangeli facti sunt,potestates,sedes,dominationes,principatus. Per illud ver-
bum facta sunt omnia:hinc cogitate quale uerbum est. Respondet mihi modo,forte nescio
quis,& quis hoc uerbum cogitat? Noli ergo tibi quasi uile aliquid facere, cum audis uerbũ
formare. Verba quæ audis quotidie,ille talia uerba dixit,talia uerba locutus est: talia uerba
mihi narras:assidue enim dicendo nomina uerborum,quasi uiluerunt uerba:& quando au
dis,In principio erat uerbum,ne uile aliquid putares quale consuesti cogitare,cum uerba hu
mana soleres audire,audi quid cogites,Deus erat uerbũ. Exeat nũc nescio quis infidelis Ari-
anus & dicat: Quia uerbum dei factum est,quomodo potest fieri,ut uerbum dei factũ sit,
quando deus per uerbum fecit omnia? Si & uerbum dei ipsum factum est, per quod aliud
uerbum factum est? Si hoc dicis,quia hoc est uerbum uerbi,per quod factũ est illud,ipsum
dico ego unicum filium dei. Si autem non dicis uerbũ uerbi:concede non factum per quod
facta sunt omnia. Non enim per seipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia: crede er-

go

A go euangelistæ,poterat enim dicere,In principio fecit deus uerbum: quomodo dixit Moy- Gen.1
ses,In principio fecit deus cœlum & terram,& omnia sic enumerat, Dixit deus,fiat, & factũ
est. Si dixit,quis dixit? Vtiq; deus. Et quid factum est? Creatura aliqua. Inter dicentem deũ
& factam creaturam quid est per quod factum est? nisi uerbum,quia dixit deus,Fiat,& fa-
ctum est. Hoc uerbum incommutabile,quamuis mutabilia per uerbum fiant,ipsum incom
mutabile est. Noli ergo credere factum,per quod facta sunt omnia,ne non reficiaris per uer
bum, per quod reficiuntur omnia. Iam enim factus es per uerbum, sed oportet te refici per
uerbum. Si autem mala fuerit fides tua de uerbo,non potes refici per uerbum:& si tibi con-
tigit fieri per uerbum,ut per illud factus sis,per te defeceris:& si per te defeceris,ille te reficiat
qui te fecit: si per te deterior efficeris,ille te recreet qui te creauit. Quomodo te autem recreet
per uerbum,si male aliquid sentias de uerbo? Euangelista dicit, In principio erat uerbum:
& tu dicis,In principio factum est uerbum. Ille, Omnia per ipsum facta sunt,dicit:& tu di-
cis, quia & ipsum uerbum factum est: poterat dicere euangelista, In principio factum est
uerbum:sed quid ait? In principio erat uerbum. Si erat, non est factum, ut ista omnia per
ipsum fierent,& sine ipso nihil. Si ergo erat in principio uerbum, & uerbum erat apud deũ,
& deus erat uerbum:si non potes cogitare quid sit,differ ut crescas,Ille cibus est,accipe lac ut
nutriaris, ut sis ualidus ad capiendum cibum. Sanè fratres quod sequitur, Omnia per
ipsum facta sunt,& sine ipso factum est est nihil.) Videte ne sic cogitetis,quia nihil aliquid
est:solent enim dicere multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, & putare aliquid
esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum est, quia pecca-
tum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per uerbum factum
est. Habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per uerbum factus est:
nam forma hominis in idolo, non per uerbum facta est: & scriptum est, Scimus quia ni- 1.Cor.8
hil est idolum. Ergo ista non sunt facta per uerbum: sed quæcunque naturaliter facta
B sunt, quæcunque facta sunt in creaturis, omnia omnino quæ fixa in cœlo sunt, quæ ful-
gent desuper, quæ uolitant sub cœlo, & quæ mouentur in uniuersa natura rerum, omnis
omnino creatura. Dicam planius, dicam fratres ut intelligatis, ab angelo usque ad uermi-
culum. Quid præclarius angelo in creaturis? Quid extremius uermiculo in creaturis? Per
quem factus est angelus, per ipsum factus est & uermiculus, Sed angelus dignus cœlo,
uermiculus terra. Qui creauit, ipse disposuit. Si poneret uermiculum in cœlo, reprehen-
deres. Si uellet angelos nasci de putrescentibus carnibus, reprehenderes: & tamen pro-
pè hoc facit deus, & tamen non est reprehendendus. Nam omnes homines de carne na-
scentes, quid sunt nisi uermes? Et de uermibus angelos facit. Si enim ipse dominus di- psal.21
cit, Ego autem sum uermis & non homo: quis dubitat hoc dicere, quod scriptum est & Iob.25
in Iob, quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Primo dixit, homo pu-
tredo, & postea, filius hominis uermis: quia uermis de putredine nascitur, ideo homo
putredo, & filius hominis uermis. Et ecce quod fieri uoluit propter te, illud quod in prin-
cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Quare hoc factum
est propter te, nisi ut fugeres qui manducare non poteras? Omnino ergo fratres sic acci- Sap.11
pite, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vniuersa enim creatura
per ipsum facta est, maior, minor: per ipsum facta sunt supera, infera: spiritalis, corpo-
ralis,per ipsum facta sunt. Nulla enim forma,nulla compages,nulla cõcordia partium,nul
la qualiscunq; substantia,quæ potest habere pondus,numerum & mensuram,nisi per illud
uerbum,& ab illo uerbo creatore,cui dictum est, Omnia in mensura & numero & ponde-
re disposuisti. Nemo ergo uos fratres fallat,quando forte tædium patimini ad muscas. Ete
nim aliqui derisi,à diabolo decepti sunt,& à musca capti sunt. Solent enim aucupes ponere
in muscipula muscas,ut esuriẽtes aues decipiant:sic & isti ad muscas à diabolo decepti sunt.
Nã nescio quis tædiũ patiebatur ad muscas,inuenit illũ Manichæus tædio affectũ,& cum
diceret se non posse pati muscas, & odisse uehementer illas, statim ille, Quis fecit has, in-

quit,

quit? Et quia tædio affectus est,& quia oderat illas,non ausus est dicere,deus illas fecit: erat autem catholicus. Ille statim subiecit,Si deus illas nō fecit,quis illas fecit? Planè ait ille,Ego credo quia diabolus fecit muscas.Et ille statim,Si muscas diabolus fecit, sicut te uideo confiteri,quia prudenter intelligis,apem quis fecit, quæ paulo amplior est musca? Non ausus ille est dicere,quia deus fecit apem,& muscam non fecit,quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam,à locusta ad lacertam,à lacerta ad auem,ab aue duxit ad pecus, inde ad bouem,inde ad elephantem,postremo ad hominem, & persuasit homini, quia non à deo factus est homo. Ita ille miser cum tædium passus est à muscis, musca factus est, quem diabolus possideret. Beelzebub quippe interpretatum dicitur princeps muscarum: de quibus
Eccli.10 scriptum est, Muscæ morientes exterminant oleum suauitatis. Quid igitur fratres, quare ista dixi? Claudite aures cordis uestri aduersus dolos inimici, intelligite, quia deus fecit omnia, & in suis gradibus collocauit. Quare autem patimur multa mala à creatura quā fecit deus,nisi quia offendimus deum? Nunquid hæc angeli patiuntur? Fortassis & nos in illa uita,ista non timebimus. De pœna tua peccatum tuum accusa,non iudicem. Nam propter superbiam instituit deus istam creaturam minimam & abiectissimam, ut ipsa nos torqueret:ut cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus deum, & cum sit mortalis,mortalem terruerit, & cum homo sit, proximum hominem non agnouerit, cum se exerit,pulicibus subdatur.Quid est quòd te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuicium,& timuisti,& iratus es:pulicibus resiste ut dormias. Cognosce qui sis,nam ut noueritis fratres,propter superbiam nostram domandam creata ista,quæ molesta nobis essent. Si populum Pharaonis superbum potuit deus domare de ursis, de leonibus, de serpentibus,cur muscas & ranas illis immisit,ut rebus uilissimis superbia domaretur? Omnia ergo per ipsum fratres, omnia omnino per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed quomodo per ipsum facta sunt omnia? Quod factum est,in ipso uita est.)Potest etiam sic dici,Quod factum est in illo,uita est,Ergo totum uita est,si sic pronunciauerimus. Quid
Psal.103 enim non in illo factum est? Ipse est enim sapientia dei, & dicitur in psalmo, Omnia in sapientia fecisti.Si ergo Christus est sapientia dei,& psalmus dicit, omnia in sapientia fecisti, omnia sicut per illum facta,ita in illo facta sunt. Si ergo omnia in illo fratres charissimi, & quod in illo factum est,in illo uita est,ergo & terra uita est,ergo & lignum uita est. Dicimus quidem lignum uitæ,sed secundum intellectum lignum crucis,unde accepimus uitam: ergo & lapis uita est. Inhonestum est sic intelligere, ne rursum nobis subrepat eadem sordidissima secta Manichæorum,& dicat:quia habet uitam lapis, & habet animam paries, & resticula habet animam,& lana & uestis. Solent enim delirantes dicere, & cum reprehensi fuerint & repulsi,quasi de scripturis proferunt dicentes, Vt quid dictum est,Quod factum est, in ipso uita est? Si enim omnia in ipso facta sunt, omnia uita sunt. Non te abducant, pronuncia sic, Quod factum est, hic subdistingue, & deinde infer, in illo uita est. Quid est hoc? Facta est terra, sed ipsa terra quæ facta est, non est uita. Est autem in ipsa sapientia spiritaliter ratio quædam,qua terra facta est,hæc uita est. Ergo quod factum est,in illo uita est.Quomodo possum,dicam charitati uestræ. Faber facit arcam. Primo in arte habet arcam: si enim in arte arcam non haberet, non esset unde fabricando illam proferret. Sed arca sic est in arte, ut non ipsa arca sit quæ uidetur oculis. In arte inuisibiliter est, in opere uisibiliter erit. Ecce facta est in opere, nunquid destitit esse in arte? Et illa in opere facta est, & illa manet quæ in arte est: nam potest illa arca putrescere, & iterum ex illa quæ in arte est alia fabricari. Attendite ergo arcam in arte, & arcam in opere. Arca in opere non est uita, arca in arte uita est:quia uiuit anima artificis,ubi sunt ista omnia antequàm proferantur. Sic ergo fratres charissimi,quia sapientia dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia antequàm fabricet omnia.Hic quæ fiunt per ipsam artem, non continuo uita sunt: sed quicquid factum est, uita in illo est. Terram uides, est in arte terra. Cœlum uides, est in arte cœlum. Solem & lunam uides, sunt & ista in arte: sed foris

sed foris corpora sunt, in arte uita sunt. Videte si quo modo potestis, magna enim res dicta est,& si non à me magno,aut non per me magnum, tamen à magno. Non enim à me paruulo dicta sunt hæc:sed ille non est paruulus ad quem respicio, ut dicam, Capiat quisq; ut potest,inquantum potest:& qui non potest,nutriat cor ut possit. Vnde nutriat? De lacte nutriat ut ad cibum perueniat,à Christo per carnem nato non recedat, donec perueniat ad Christum ab uno patre natum,uerbum deum apud deū,per quod facta sunt omnia: quia illa uita est quæ in illo est lux hominum:hoc enim sequitur, Et uita erat lux homiuū.) Et ex ipsa uita homines illuminantur.Pecora non illuminantur,quia pecora non habent rationales mentes,quæ possint uidere sapientiam.Homo autem factus ad imaginem dei,habet rationalem mentem,per quam possit percipere sapientiam.Ergo illa uita per quā facta sunt omnia,ipsa uita lux est,& non quorumcūq; animalium,sed lux hominum:unde paulopost dicit,Erat lumen uerum,quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū.Ab illo lumine illuminatus est Ioannes Baptista:ab illo & ipse Ioannes euāgelista:ex ipso lumine plenus erat qui dixit,Nō sum ego Christus,sed qui post me uenit,cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.Ab illo lumine illuminatus erat qui dixit, In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,&deus erat uerbum:ergo illa uita lux est hominū. Sed forte stulta corda adhuc capere istam lucem non ualent,quia peccatis suis aggrauātur, ut eam uidere non possint:non ideo cogitēt quasi absentem esse lucem,quia eam uidere nō possunt:ipsi enim propter peccata tenebræ sunt. Et lux in tenebris lucet,& tenebræ eā non comprehenderunt.)Ergo fratres,quomodo homo positus in sole cæcus, præsens est illi sol, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus,omnis iniquus, sic omnis impius,cæcus est corde. Præsens est illi sapientia, sed cum cæco præsens est, oculis eius absens est: non quia ipsa illi absens est,sed quia ipse ab illa absens est.Quid ergo faciat iste? mundet unde possit uideri deus:quomodo? Si propterea uidere non possit,quia sordidos & saucios oculos habe-
B ret,irruente puluere aut pituita uel fumo,diceret illi medicus, Purga de oculo tuo quicquid mali est,ut possis uidere lucem oculorum tuorum.Puluis,pituita,fumus, peccata & iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia,& uidebis sapientiam quæ præsens est,quia deus est ipsa sa-
Matth.5 pientia.Et dictum est,Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebunt.

De eo quod scriptum est,Fuit homo missus à deo,cui nomen erat Ioannes,usq; ad id quod ait,Plenum gratiæ & ueritatis. Tractatus II.

BOnum est fratres charissimi,ut textum diuinarum scripturarum,& maxime sancti euangelij,nullum locum prætermittentes pertractemus,ut possumus: & pro nostra capacitate pascamur,& ministremus uobis unde & nos pascimur. Capitulum primum præterito die dominico tractatum esse meminimus, id est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: In illo uita erat,& uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt:hucusque tractatum esse credo. Recordamini omnes qui affuistis, & qui non affuistis, credite nobis & his qui adesse uoluerunt. Nunc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos, qui hoc uolunt audire quod sequitur, & oneri est illis, si repetantur priora cum defraudatione posteriorum, dignentur & qui non aderant non præterita exigere,sed cum his qui aderant & nunc audire præsentia. Sequitur,

Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes.) Etenim ea quæ dicta sunt superius, fratres charissimi, de diuinitate Christi dicta sunt ineffabili & propè ineffabiliter. Quis enim capiat, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum? Et ne uilescat tibi nomen uerbi per consuetudinem quotidianorum uerborum, & deus erat uerbum. Hoc uerbum idipsum est,unde hesterno die multum locuti sumus, & præstiterit dominus

dominus ut uel tanta loquēdo aliquid ad corda uestra perduxerimus. In principio erat uer C
bum: Idipsum idipsum est, eodem modo est sicut est, semper sic est, mutari non potest, hoc
Exod.3 est, deus est. Quod nomen suum dixit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum, & qui est misit
me. Quis ergo hoc capiet? cum uideatis omnia mortalia mutabilia, cum uideatis nō solum
corpora uariari per qualitates, nascendo, crescendo, deficiendo, moriendo, sed etiam ipsas
al's, discindi animas per affectum diuersarum uoluntatum † distendi atq; dispergi: cum uideatis homi
nes & percipere posse sapientiam, si se illius luci & calori admouerint: & amittere posse sa
pientiā, si inde malo affectu recesserint. Cum uideatis ergo ista omnia esse mutabilia, quid
est quod est, nisi quod transcendit omnia, quæ sic sunt ut non sint? Quis ergo hoc capit, aut
quis quomodocunq; intenderit uires mentis suæ, ut attingat quomodo potest ad id quod
est, ut cum ad id quodcunq; mente attigerit, possit peruenire? Sic est enim tanquam uideat
quisq; de longinquo patriam & mare interiaceat, uidet quò eat, sed non habet qua eat: sic
ad illam stabilitatem nostram ubi quod est, est, quod hoc solum semper sic est ut est, uolu
mus peruenire: interiacet mare huius seculi qua imus, & si iam uidemus quò imus: nam mul
ti nec quò eant uident. Vt ergo esset & qua iremus, uenit inde ad quem ire uolebamus. Et
quid fecit? Instituit lignum quo mare transeamus. Nemo enim potest transire mare huius
seculi, nisi cruce Christi portatus. Hanc crucem aliquando complectitur & infirmus oculus
& quia nō uidet longe quò eat, nō ab illa recedat, & ipsa illū perducet. Itaq; fratres mei, hoc,
insinuauerim cordibus uestris, si uultis pie & Christiane uiuere, adhærete Christo secundū
id quod pro nobis factus est, ut perueniatis ad eū secundū id quod est, & secundū id quod
erat. Accessit, ut pro nobis hoc fieret: qa hoc pro nobis factus est ubi portent infirmi, & ma
re huius seculi transeant, & perueniant ad patriā, ubi iam naui non opus erit, quia nullū ma
re transibitur. Melius est ergo non uidere mente id quod est, & tamen à Christi cruce nō re
cedere, quàm uidere illud mente, & crucem Christi cōtemnere. Bonum est super hoc & opti
mum, si fieri potest, ut & uideatur quò eundum sit, & teneatur quo portetur qui pergit. Hoc D
potuerunt mentes magnæ montium: qui montes dicti sunt, quos maxime illustrat lumen
iustitiæ, potuerunt & uiderunt illud quod est: nam uidēs Ioannes dicebat, In principio erat
uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū. Viderunt hoc, & ut peruenirent ad
id quod uidebant de longe, à cruce Christi non recesserunt, & humilitatem Christi non con
tempserunt. Paruuli ergo qui hoc non possunt intelligere, non recedentes à cruce & à passio
ne & à resurrectione Christi, in ipsa naui perducuntur ad id quod non uident, in qua
naui perueniunt & illi qui uident. At uero quidam philosophi huius mundi extiterunt, &
inquisierunt creatorem per creaturam: quia potest inueniri per creaturam, euidenter dicen
Rom.1 te Apostolo, Inuisibilia enim eius à cōstitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta con
spiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Et sequitur, Quia
cum cognouissent deum, non dixit, quia non cognouerūt deum: sed quia cum cognouissent
deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitationibus
suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et unde obscuratum est? Sequitur & dicit aper
tius, Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: uiderunt enim quò ueniendum esset,
sed ingrati ei qui illis præstitit quod uiderūt, sibi uoluerunt tribuere quod uiderunt, & facti
superbi amiserunt quod uidebant, & conuersi sunt inde ad idola & simulacra & culturas dæ
monum, adorare creaturam, & contemnere creatorem: sed iam isti elisi ista fecerunt. Vt au
tem eliderentur superbi erant: cum autem superbirent, sapientes se esse dixerunt. Hi ergo de
quibus dixit, Qui cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, uiderunt hoc
quod dicit Ioannes, quia per uerbum dei facta sunt omnia. Nam iueniuntur ista & in libris
philosophorum. Et quia unigenitum filium habet deus, per quem facta sunt omnia, illud
potuerunt uidere quod est, sed uiderunt de longe: noluerunt tenere humilitatem Christi, in
qua naui securi peruenirent ad id quod longe uidere potuerunt, & sorduit eis crux Christi.
Mare transeundum est, & lignum contemnis? O sapientia superba, irridens crucifixū Chri
stum,

C stum, ipse est quem longe uidisti. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum,
& deus erat uerbum. Sed quare crucifixus est? Quia lignum tibi humilitatis eius necessa
rium erat: Superbia enim tumeras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctibus huius
seculi interrupta est uia, & qua transeatur ad patriam, non est nisi ligno porteris. Ingrate,
irrides eum qui ad te uenit ut redeas: Ipse factus est uia, & hoc per mare. Inde in mari am- Matth.14.
bulauit, ut ostenderet in mari esse uiam. Sed tu qui quomodo ipse ambulare in mari non
potes, naui portare, ligno portare: Crede in crucifixum, & poteris peruenire. Propterea
crucifixus est, ut humilitatem doceret, & quia si sic ueniret ut deus non agnosceretur. Si
enim sic ueniret ut deus, non ueniret eis qui uidere deum non poterant: Non enim secun
dum id quod deus est, aut uenit aut discedit, cum sit ubiq; præsens, & nullo loco continea
tur. Sed secundum quid uenit? Quod apparuit homo. Quia ergo sic erat homo ut lateret
in illo deus, missus est ante illum magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plus
quàm homo. Et quis est hic? Fuit homo. Et quomodo posset iste uerum de deo dicere, nisi
missus à deo? Quid uocabatur? Ioannes. Cui nomen erat Ioannes.) Quare uenit? Hic
uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederēt per illum.)
Qualis iste qui testimonium perhiberet de lumine? Magnum aliquid iste Ioannes, ingens
meritum, magna gratia, magna celsitudo. Mirare, plane mirare, sed tanquam montem.
Mons autem in tenebris est, nisi luce uestiatur: Ergo tantum mirare Ioannem, ut audias
quid sequatur: Non erat ille lumen:) Ne cum montem putes lumen esse, naufragium
in monte facias, non solatium inuenias. Sed quid debes mirari? Montem tanquam mon
tem: Erige autem te ad illum qui illuminat montes, qui ad hoc erectus est, ut prior radios
excipiat, & oculis tuis saucijs nunciet. Ergo non erat ille lumen: Quare igitur uenit? Sed ut
testimonium perhiberet de lumine) Vt quid hoc? Vt omnes crederent per illum.) Et de
quo lumine testimonium perhiberet? Erat lux uera.) Quare additum est, uera? Quia &
D homo illuminatus dicitur lux, sed uera lux illa est quæ illuminat: Nam & oculi nostri di
cuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem sol exeat, lu
mina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioannes erat lux, sed non uera lux, quia per eum nō
illuminantur tenebræ, sed illuminatione factus est lux: nisi enim illuminaretur, tenebræ
erat, sicut omnes impij, quibus iam credentibus dixit Apostolus, Fuistis enim aliquando Ephes.5
tenebræ. Modo autem quia crediderant, quid? Nunc autem lux, inquit, in domino. Nisi ad
deret in domino, non intelligeremus. Lux, inquit, in domino, tenebræ nō in domino eratis.
Fuistis enim aliquando tenebræ, ibi enim non addidit, in domino: Ergo tenebræ in uobis,
lux in domino. Sic & ille non erat lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Vbi autem
est ipsa lux? Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū.)
Si omnem hominem uenientem, & ipsum Ioannē: Ipse ergo illuminabat, à quo se demon
strari uolebat. Intelligat charitas uestra: Veniebat ad mentes infirmas, ad corda saucia, ad
aciē animæ lippientis. Ad hoc uenerat, unde posset anima uidere quod pfecte est: quomo
do plerūq; cōtingit, ut in aliquo corpore radiato cognoscat ortus esse sol, quē oculis uidere
nō possumus, quia & q saucios habēt oculos, idonei sunt uidere parietē illuminatum & illu
stratū à sole, uel montē uel arborē, aut aliquid huiusmodi idonei sunt uidere, & in alio illu
strato demonstrat illis ortus ille, cui uidēdo adhuc minus idoneā aciē gerūt. Sic ergo illi mō
tes ad quos Christus uenerat, minus idonei erāt eū uidere: radiauit Ioannē, & per illum cōfi
tentē se radiatū, ac se illuminatū esse, nō q radiaret & illuminaret, cognitus est ille q illumi
nat, cognitus est ille q illustrat, cognitus est qui implet. Et quis est? Qui illūinat, inquit, oēm
hominē uenientē in hūc mūdū: nam si illinc nō recederet, nō esset illuminādus. Sed ideo hic
illuminādus, qa illinc recessit, ubi homo semp poterat esse illūinatus. Quid ergo si uenit huc,
ubi erat? In hoc mūdo erat.) Hic erat & huc uenit: Hic erat p diuinitatē, & huc uenit p car
nē, quia cum hic esset per diuinitatem, à stultis cæcis & iniquis uideri nō poterat. Ipsi iniqui
tenebræ sunt, de quibus dictum est: Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eam nō comprehen
derunt

derunt. Ecce hic est & modo, & hic erat, & semper hic est, & nunquam recedit, & nusquam C
recedit. Opus est ut habeas unde uideas quod tibi nunc̃ recedit: Opus est ut tu non rece-
das ab eo, qui nusc̃ recedit: Opus est ut tu non deseras, & non desereris. Noli cadere, & non
tibi occidet: Si tu feceris casum, ille tibi facit occasum: Si autem tu stas, præsens est tibi. Sed
non stetisti, recordare unde ceciderís: unde te deiecit qui prior te cecidit. Deiecit enim te, nō
ui, non impulsu, sed uoluntate tua. Si enim malo non consentires, stares, illuminatus mane-
res. Modo autem quia iam cecidisti, & factus es saucius corde, unde uideri illa lux non po-
test, uenit ad te talis qualem possis uidere, & talem se hominem præbuit, ut ab homine quæ
reret testimonium. Ab homine quærit testimonium deus, & deus testem habet hominem.
Habet deus testem hominem, sed propter hominem. Tam infirmi sumus, ut per lucernam
Ioan. 5 quæramus diem, quia lucerna dictus est ipse Ioannes domino dicente, Ille erat lucerna ar-
dens & lucens, & uos uoluistis exultare ad horam in lumine eius: Ego autem habeo testi-
monium maius Ioanne. Ergo ostendit quia propter homines uoluit per lucernam demon-
strari ad fidem credentium, ut per ipsam lucernam inimici eius confunderentur. Illi enim
Marc. 11 inimici qui illum tentabant & dicebant: Dic nobis in qua potestate ista facis? Interrogabo
Luc. 20 uos & ego, inquit, unum sermonem, dicite mihi: Baptismum Ioannis unde est, de cœlo an
ab hominibus? Et turbati sunt, & dixerunt apud semetipsos: Si dixerimus de cœlo, dictu-
rus est nobis: Quare ergo non credidistis illi? Quia ille Christo perhibuerat testimonium,
& dixerat, Non sum ego Christus, sed ille: Si autem ex hominibus dixerimus, timemus
populum ne lapidet nos, quia tanquam prophetam habebant Ioannem. Timentes lapida
tionem, sed plus timentes ueritatis confessionem, responderunt mendacium ueritati, & men
Psal. 26 tita est iniquitas sibi. Dixerunt enim, Nescimus. Et dominus quia ipsi contra se clauserant,
negando se scire quod nouerant, nec ipse illis aperuit, quia nō pulsauerunt. Dictum est em̃,
Matth. 7 Pulsate, & aperietur uobis. Non solum autem illi, non pulsauerunt ut aperiretur, sed negan
do ostium ipsum contra se astrinxerunt. Et ait eis dominus: Nec ego dico uobis, in qua po- D
Psal. 131 testate ista facio. Et confusi sunt per Ioannem, impletum c̃p in illis est, Parauí lucernā Chri-
sto meo, inimicos eius induam confusione. In mundo erat, Et mundus per ipsum factus
est.) Ne putes quia sic erat in mundo quomodo in mundo est terra, in mundo est cœlum,
in mundo est sol & luna & stellæ, in mundo arbores, pecora, homines: Non sic iste in mūdo
erat. Sed quomodo erat? Quomodo artifex, regens quod fecit: Non enim sic fecit quomo-
do facit faber arcam. Forinsecus est arca quam fecit, & illa in alio loco posita est cum fabrica
tur, & quamuis iuxta sit, ipse alio loco sedet qui fabricat & extrinsecus est ad illud quod fa-
bricat: Deus autem mundo infusus fabricat ubiq; positus, fabricat & non recedit aliquo,
non extrinsecus quasi uersat molem quam fabricat: Præsentia maiestatis facit quod facit,
præsentia sua gubernat quod fecit. Sic ergo erat in mundo, quomodo per eum mun dus a-
ctus est: Per ipsum enim mundus factus est, & mundus eum non cognouit. Quid est, mun-
dus factus est per ipsum? Cœlum & terra, mare & omnia quæ in eis sunt, mundus dicitur.
Iterum alia significatione, dilectores mundi mundus dicuntur. Mundus per ipsum fa-
ctus est, Et mundus eum non cognouit) Num enim cœli, non cognouerunt creatorem
suum, aut angeli non cognouerunt creatorem suum, aut non cognouerunt creatorem su-
um sidera, quem confitentur dæmonia? Omnia undique testimonium perhibuerunt.
Sed qui non cognouerunt? Qui amando mundum, dicti sunt mundus: Amando enim
habitamus corde. Amando autem hoc appellari meruerunt, quod ille ubi habitabant,
quomodo dicimus, mala est illa domus, aut bona est illa domus: Non in illa quam di-
cimus malam parietes accusamus, aut in illa quam dicimus bonam parietes laudamus,
sed malam domum, inhabitantes malos, & bonam domum, inhabitantes bonos: Sic &
mundum, qui inhabitant amando mundum; qui sunt qui diligunt mundum. Ipsi enim
corde habitant in mundo: Nam qui non diligunt mundum, carne uersantur in mundo,
sed corde inhabitant cœlum, sicut Apostolus dicit, Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Ergo

A Ergo mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. In sua propria uenit.)
quia omnia ista per eum facta sunt, Et sui eum non receperunt.) Qui sui? Homines quos
fecit. Iudæi quos primitus fecit super omnes gentes esse, quia aliæ gentes idola adorabant,
& dæmonibus seruiebant: Ille autem populus natus erat de semine Abraæ, & ipsi maxime
sui, quia & per carnem quam suscipere dignatus est cognati. In sua propria uenit, & sui eum
non receperunt. Omnino nullus recepit? Nullus ergo saluus factus est? Nemo ergo saluus
fiet, nisi qui Christum susceperit ueniētem. Sed addidit, Quotquot autē receperunt eum.)
Quid eis præstitit? Magnam beneuolentiam, magnam misericordiam. Vnicus natus est,
& noluit manere unus. Multi homines cū filios nō habuerint, peracta ætate adoptant sibi,
& uoluntate faciunt quod natura non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autē aliquis ha-
beat filium unicum, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit
qui cum eo diuidat hæreditatem, ut pauperior remaneat. Non sic deus, unicum eundem
ipsum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, ut non esset
unicus, sed fratres haberet adoptatos. Nō enim nos nati sumus de deo quomodo ille uni-
genitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim uenit unigenitus ut solueret peccata, qui-
bus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, propter impedimentum eorum, quos sibi fra
tres facere uolebat, ipse soluit & fecit cohæredes. Sic enim dicit Apostolus, Si autem filij, & Rom. 8
hæredes per deum. Et iterum, Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Non timuit
ille habere cohæredes: quia hæreditas eius non fit angusta, si multi possederint, Illi ipsi certe
illo possidente fiunt hæreditas ipsius, & ille uicissim fit hæreditas ipsorum. Audi quomodo
ipsi fiant hæreditas ipsius, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à Psal. 2
me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ille quo-
modo fit hæreditas eorū? Dicit in psalmo, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Psal. 15
Et nos illum possideamus, & ipse nos possideat sicut dominus. Nos illū possideamus sicut
B salutem, nos eum possideamus sicut lucem. Quid ergo dedit his qui receperunt illum?
Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.) ut teneant lignum &
mare transeant. Et quomodo illi nascuntur? Isti quia filij dei & fratres Christi, utiq; nascun
tur: Nam si nō nascuntur, filij quomodo esse possunt? Sed filij hominū nascuntur ex carne
& sanguine, & ex uoluntate uiri & complexu coniugij. Illi autem quomodo ei nascuntur?
Qui non ex sanguinibus,) tanc̃p maris & fœminæ. Sanguines non est latinum, sed quia
græce positum est pluraliter, m̄aluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine
loqui secundū Grammaticos, & tamē explicare ueritatem secundū auditum uerborum. Si
enim diceret ex sanguine, singulari numero, non explicaret quod uolebat. Ex sanguinibus
enim homines nascuntur maris & fœminæ. Dicamus ergo, nō timeamus ferulas Gramma
ticorum, dum tamen ad ueritatem solidam & certiorem perueniamus. Reprehendit qui in
telligit, ingratus quia intellexit: Non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uo
luntate uiri.) Carnem pro fœmina posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit, Hoc Gen. 2
nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et Apostolus ait, Qui diligit uxorem suam, Ephe. 5
seipsum diligit: nemo enim unq̃p carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro uxore,
quomodo & aliquādo spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare
debet, ista seruire: nā ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius in
domo, ubi fœmina habet imperium super uirum? Recta autem domus ubi uir imperat,
fœmina obtemperat. Rectus ergo ipse homo ubi spiritus imperat, caro seruit. Hi ergo non
ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt.) Vt autem homines na-
scerētur ex deo, primo ex ipsis natus est deus. Christus enim deus, & Christus natus ex ho-
minibus, non quæsiuit quidē nisi matrem in terra, quia iam patrem habebat in cœlo: natus
ex deo per quem efficeremur, natus ex fœmina per quē reficeremur. Noli ergo mirari ô ho
mo, quia efficeris filius per gratiam, quia nasceris ex deo secundū uerbum eius. Prius ipsum
uerbum uoluit nasci ex homine, ut tu securus nascereris ex deo, & diceres tibi, Nō sine causa

deus nasci ex homine uoluit, nisi quia alicuius momenti me existimauit, ut immortalem me faceret, & pro me mortaliter nasceretur. Ideo cum dixisset, ex deo nati sunt, quasi ne miraremur & exhorreremus tantam gratiam, ut nobis incredibile uideretur, quia homines ex deo nati sunt, quasi securum te faciens, ait, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.) Quid ergo miraris, quia homines ex deo nascuntur? Attende ipsum deum natum ex hominibus. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: quia uero uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, ipsa natiuitate collyrium fecit, unde tergerentur oculi cordis nostri, ut possimus uidere maiestatē eius per eius humilitatem. Ideo factum est uerbum caro, & habitauit in nobis: sanauit oculos nostros. Et quid sequitur? Et uidimus gloriam eius.) Gloriam eius nemo poterat uidere, nisi carnis humilitate sanaretur, unde non poteramus uidere. Intendat ergo charitas uestra, & uidete quod dico. Irruerat homini quasi puluis in oculum, irruerat terra, sauciauerat oculum, uidere non poterat lucem. Oculus iste sauciatus inungitur: terra sauciatus erat, & terra illuc mittitur ut sanetur. Omnia enim collyria & medicamenta nihil sunt, nisi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere sanaris: ergo caro te cæcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus: Verbū caro factum est. Medicus iste tibi fecit collyrium. Et quoniam sic uenit ut de carne uitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem: ideo factum est in te, ut quoniā uerbum caro factum est, possis dicere, Et uidimus gloriā eius. Qualem gloriam? Qualis factus est filius hominis. Illa humilitas ipsius est, non gloria ipsius. Sed ad quod perducta est acies hominis curata per carnem? Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.) De gratia & ueritate alio loco uberius in ipso euangelio, si dominus dignatus fuerit donare, tractabimus. Hæc nunc sufficiāt, & ædificamini in dño Iesu Christo, & confortamini in fide, & uigilate in bonis operibus, & à ligno nolite recedere, per quod possitis mare transire.

Ab eo quod scriptum est, Ioannes testimonium perhibet de ipso, usque ad id quod ait, Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est,

Tractatus tertius.

GRATIAM & ueritatem dei, qua plenus sanctus apparuit unigenitus filius dominus & saluator noster Iesus Christus, distinguendam à ueteri testamento, quoniam res est noui testamenti, suscepimus in nomine domini, & uestræ charitati promisimus. Adestote ergo intenti, ut & quantum capio, donet deus, & quantum capitis, audiatis. Reliquum enim erit, ut si semen quod spargitur in cordibus uestris, non abstulerint aues, nec spinæ præfocauerint, nec æstus exusserint, accedente pluuia hortationum quotidianarum, & cogitationibus uestris bonis quibus hoc agitur in corde, quod agitur in agro rastris, ut gleba frangatur, & semen operiatur, & germinare possit ut afferat fructum, ad quem gaudeat & lætetur agricola. Si autē pro semine bono & pro pluuia bona, nō fructum, sed spinas attulerimus, nec semen accusabitur, nec pluuia erit in crimine, sed spinis ignis debitus præparabitur. Homines sumus, quod puto non diu esse suadendum charitati uestræ, Christiani, & si Christiani, utiq; ipso nomine ad Christū pertinentes. Huius signum in frōte gestamus: de quo nō erubescimus, si & in corde gestamus. Signum eius est humilitas eius. Per stellam cum magi cognouerunt, & erat hoc signum de domino datum cœleste atq; preclarum. Noluit stellam esse in fronte fidelium signum suum, sed crucem suam: unde humiliatus, inde glorificatus est. Inde erexit humiles, quo humiliatus ipse descendit. Pertinemus ergo ad euangelium, pertinemus ad nouum testamentum. Lex per Moysen data est, gratia autē & ueritas per Iesum Christum facta est. Interrogamus Apo
Rom. 6 stolum, & dicit nobis, Quoniā non sumus sub lege, sed sub gratia, Misit ergo filium suum fa
Gal. 4 ctum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ecce ad hoc uenit Christus, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut iā non simus sub lege, sed sub gratia. Quis ergo dedit legem? Ille dedit legē, qui dedit & gratiam:

Sed

A Sed legem per seruum misit, cū gratia ipse descendit. Et unde facti erant homines sub lege? Non implendo legem: qui enim legem implet, nō est sub lege, sed cum lege: qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premitur lege. Omnes itaq; homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, ut ostendat peccata, non tollat. Lex ergo iubet, dator legis miseretur. In eo q̄ lex iubet, conantes homines implere uiribus suis quod à lege præceptum est, ipsa sua temeritate & præcipiti præsumptione ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam suis uiribus implere nō poterant legem, facti rei sub lege, implorauerunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit ægritudinem superbis. Ægritudo superborum, facta est confessio humilium. Iam confitentur ægroti qui ægrotant, ueniat medicus, & sanet ægrotos. Medicus quis est? Dominus noster Iesus Christus: Quis dominus noster Iesus Christus? Ille qui uisus est ab eis à quibus crucifixus est. Ille qui apprehensus, colaphizatus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, in cruce suspensus, mortuus, lancea uulneratus, de cruce depositus, in sepulchro positus. Ille ipse dominus noster Iesus Christus: ille ipse planè, & ipse est totus medicus uulnerum nostrorum crucifixus. Ille cui insultatum est, quo pendente persecutores caput agitabant, & dicebant, Si filius dei es, descende de cruce. Ipse est totus medicus noster, ipse planè. Quare ergo non ostendit insultantibus quia ipse erat filius dei, ut si se permisit in cruce leuari, saltem cum illi dicerent, Si filius dei est, descendat de cruce: tunc descenderet & ostenderet eis uerum se esse filium dei, quem illi ausi fuerant irridere? Noluit. Quare noluit? Nunquid quia non potuit? Potuit planè. Quid est enim amplius, de cruce descēdere, an de sepulchro surgere? Sed pertulit insultātes: nam crux non ad potentiæ documentum, sed ad exemplum patientiæ suscepta est. Ibi uulnera tua curauit, ubi sua diu pertulit. Ibi à morte sempiterna sanauit, ubi temporaliter mori dignatus est: & mortuus est. An non in illo mors mortua est? Qualis mors? Quæ mortem occidit. Ipse est tamen dominus noster Iesus Christus totus, qui uidebatur & teneba-
B tur & crucifigebatur? Non totum hoc ipse est. Hoc ipse est quidem: sed non totum illud quod uidebatur à Iudæis, non hoc est totum Christus. Et quid est? In principio erat uerbum. In quo principio? Et uerbum erat apud deum. Et quale uerbum? Et deus erat uerbum. Nūquid forte à deo factum est hoc uerbum? Non. Hoc enim erat in principio apud deum. Quid ergo, alia quæ fecit deus non similia sunt uerbo? Non. Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Quomodo per ipsum omnia sunt facta? Quia quod factum est, in ipso uita erat, & anteq̄ fieret, uita erat. Quod factum est, non est uita: sed in arte, hoc est in sapientia dei, anteq̄ fieret uita erat. Quod factum est, transijt: quod est in sapientia, transire non potest. Vita ergo in illo erat quod factum est. Et qualis uita? Quia & anima corporis uita est. Corpus nostrum habet uitam suam, quam cum amiserit, mors est corporis. Talis ergo erat illa uita? Non. Sed uita erat lux hominum. Nunquid lux pecorum? Nam ista lux & hominum & pecorum est. Est quædam lux hominum, unde distant homines à pecoribus. Videamus, & tunc intelligemus quid sit lux hominum. Non distas à pecore, nisi intellectu. Noli aliunde gloriari. De uiribus præsumis, à bestijs uinceris: de uelocitate præsumis, à muscis uinceris: de pulchritudine præsumis, quanta pulchritudo est in pennis pauonis? Vnde ergo melior? Ex imagine dei. Vbi imago dei? In mente, in intellectu. Si ergo ideo melior pecude, quia habes mentem qua intelligas, quod non potest pecus intelligere: inde autē homo, quia melior pecore. Lux hominum est lux mentium: lux mentium supra mentes est, excedit omnes mentes. Hoc enim erat uita illa per quam facta sunt omnia. Vbi erat? Hic erat. An apud patrem erat, & hic non erat? An quod uerius est & apud patrem erat & hic erat? Si ergo hic erat, quare non uidebatur? Quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. O homines, nolite esse tenebræ, nolite esse infideles, iniqui, rapaces, auari, amatores seculi. Hæ sunt tenebræ. Lux non est absens, sed uos absentes estis à luce. Cæcus in sole præsentem habet solem, sed absens est ipse soli. Nolite ergo esse tenebræ. Hæc est enim forte gratia de qua dicturus sum. Vtinam non simus tene-

Ephe.5 bræ,& dicat nobis Apoſtolus,Fuiſtis aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino.Quia ergo non uidebatur lux hominum, id eſt lux mentium, opus erat ut homo diceret de luce teſtimonium,nõ quidem tenebroſus, ſed iam illuminatus:nec tamen quia illuminatus ideo ipſe lux,ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine:nam nõ erat ille lux,Et quæ erat illa lux? Erat lux uera,quæ illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mũdum.Et ubi erat iſta? In hoc mundo erat.Et quomodo in hoc mundo erat, nunquid ſicut iſta lux ſolis,lunæ,lucernarum,ſic & iſta lux in mundo eſt? Non. Quia mundus per eum factus eſt,& mundus eum nõ cognouit:hoc eſt,lux in tenebris lucet,& tenebræ eã non cõprehenderunt:mundus enim tenebræ,quia dilectores mundi,mundus.Non enim creatura non agnouit creatorem ſuum:teſtimonium dedit cœlum de ſtella:teſtimonium dedit mare, portans ambulantem dominum ſuum:teſtimonium dederunt uenti,qui ad eius iuſſum quieuerunt:teſtimonium dedit terra,illo crucifixo contremuit. Si omnia iſta teſtimonium dederunt,quomodo mundus eum non cognouit,niſi quia mundi dilectores ſunt mundi,corde habitantes mũdum? Et malus mundus,quia mali homines habitatores mundi:ſicut mala domus,non parietes, ſed inhabitantes. In propria uenit, id eſt, in ſua uenit, & ſui eum non receperũt.Quæ ergo ſpes eſt,niſi quia quotquot receperũt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri? Si filij fiunt, naſcuntur:ſi naſcuntur,quomodo naſcuntur? Non ex carne, non ex ſanguinibus,nõ ex uoluntate carnis,non ex uoluntate uiri,ſed ex deo nati ſunt.Gaudeant ergo, quia ex deo nati ſunt:præſumant ſe pertinere ad deum,accipiant documentum,quia ex deo nati ſunt.Et uerbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Si uerbum non erubuit naſci de homine,homines erubeſcunt naſci de deo? Hoc autem quia fecit, curauit:quia curauit uidemus. Hoc eſt enim quod uerbum caro factum eſt,& habitauit in nobis:medicamentum nobis factũ eſt, ut quia terra cæcabamur,de terra ſanaremur,& ſanati quid uideremus? Et uidimus,inquit, gloriam eius, gloriam tanq̃ unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo & clamat,dicens,Hic erat quem dixi, Qui poſt me uenit,ante me factus eſt.) Poſt me uenit,& præceſſit me.Quid eſt,ante me factus eſt? Præceſſit me,non factus eſt anteq̃ factus eſſem ego,ſed antepoſitus eſt mihi,hoc eſt,ante me factus eſt.Quare ante te factus eſt,cum poſt te uenerit? Quia prior me erat,) Prior te ô Ioannes.Quid magnum ſi prior te? Bene, quia tu illi perhibes teſtimonium. Audiamus ipſum dicentem,Et
Ioan.8 ante Abraam ego ſum. Sed & Abraam in medio generis humani ortus eſt:multi ante il-
Pſal.109 lum,multi poſt illum.Audi uocem patris ad filium,Ante luciferum genui te.Qui ante luciferum genitus eſt,omnes ipſe illuminat. Dictus eſt enim quidã lucifer qui cecidit:erat enim
Eſa.14 angelus,& factus eſt diabolus:& dixit de illo ſcriptura, Lucifer qui mane oriebatur,cecidit. Vnde lucifer? Quia illuminatus lucebat.Vnde autem tenebroſus factus? Quia in ueritate nõ ſtetit. Ergo ille ante luciferũ,ante omnẽ illuminatũ:ſiquidẽ ante omnẽ illuminatum eſſe neceſſe eſt,à quo illuminãtur omnes qui illuminari poſſunt:ideo hoc ſequitur, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,)Quid accepiſtis? Et gratiã pro gratia.)Sic enim habẽt uerba euangelica collata cũ exemplaribus græcis.Nõ ait,Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,gratiã pro gratia:ſed ſic ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,& gratiã pro gratia:id eſt accepimus,ut neſcio quid nos uoluerit intelligere de plenitudine eius ac cepiſſe, & inſuper, gratiã pro gratia.Accepimus enim de plenitudine eius,primo gratiã: & rurſum accepimus gratiã pro gratia. Quã gratiã primo accepimus? Fidẽ.In fide ambulantes in gratiam ambulamus.Vnde enim hoc meruimus? Quibus noſtris præcedẽtibus meritis? Non ſe quiſq; compalpet, redeat in conſciẽtiam ſuam,quærat latebras cogitationum ſuarum,redeat ad ſeriem factorũ ſuorum:non attendat quid ſit ſi iam aliquid eſt,ſed quid fuerit ut eſſet aliquid,inueniet non ſe dignum fuiſſe niſi ſupplicio. Si ergo ſupplicio dignus fuiſti,& uenit ille qui non peccata puniret,ſed peccata donaret,gratia tibi data eſt,non merces reddita.Vnde uocatur gratia? Quia gratis datur,Non enim præcedẽtibus meritis eam emiſti quòd accepiſti.Hanc ergo accepit gratiam primam peccator,ut eius peccata dimitterentur,

A rentur.Quid meruit? Interroget iuſtitiam,inueniet pœnam.Interroget miſericordiam,inueniet gratiam.Sed hoc promiſerat deus per prophetas. Itaq; cum uenit dare quod promiſerat,non ſolum gratiã dedit,ſed & ueritatem.Quomodo exhibita eſt ueritas? Quia factum eſt quod promiſſum eſt. Quid eſt ergo gratiã pro gratia? Fide promeremur deum, & qui digni non eramus quibus peccata dimitterentur,ex eo quia tantum donum indigni accepimus,gratia uocatur.Quid eſt gratia? Gratis data.Quid eſt gratia? Gratis donata,non redita.Si tibi debebatur,merces reddita eſt,nõ gratia donata. Si autẽ uere debebatur,bonus fuiſti:ſi autem non merito tuo,ut uerum eſt,malus fuiſti.Credidiſti autem in eum qui iuſtificat impium,Quid eſt qui iuſtificat impium? Ex impio facit pium.Cogita quid per legem tibi imminere debebat,& quid per gratiam cõſecutus ſis.Si conſecutus autem es iſtam gratiam fidei,eris iuſtus ex fide. Iuſtus enim ex fide uiuit,& promerebis deum uiuẽdo ex fide. Cum promeruerit deum uiuẽdo ex fide,accipies præmium immortalitatem, & uitam æternam:& illa gratia eſt,Non pro merito quidem accipies uitam æternam,ſed tãtum pro gratia.Si enim fides gratia eſt,& uita æterna quaſi merces eſt fidei,uidetur quidem deus uitam æternam tanq̃ debitam reddere. Cui debitam? Fideli,quia promeruit illã per fidem.Sed quia ipſa fides gratia eſt, & uita æterna gratia eſt pro gratia:audi Paulum apoſtolum confitentem gratiam, & poſtea debitum expetentem.Confeſſio gratiæ quæ eſt in Paulo? Qui 1.Timoth.1
prius fui blaſphemus & perſecutor & iniuriоſus, ſed miſericordiam,inquit,conſecutus ſum. Indignum ſe dixit qui conſequeretur, conſecutum tamen non per merita ſua,ſed per miſericordiam dei.Audi illum iam flagitantem debitum, qui primo indebitam ſuſceperat gratiam.Ego enim, inquit, iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat,bonum certamen 2.Timoth.4
certaui,curſum conſummaui,fidem ſeruaui,de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.Iam debitum flagitat, iam debitum exigit. Nam uide uerba ſequentia,Quam mihi reddet dominus in illa die,iuſtus iudex. Vt ante ſuſciperet gratiam,miſericordem patrem opus habe-
B bat:ut præmium gratiæ,iudicem iuſtum,qui nõ damnauit impium,donauit fidelem.Et tamen ſi bene cogites,ipſe dedit fidem primo,qua eum promeruiſti:non enim de tuo promeruiſti,ut tibi aliquid deberetur.Quòd ergo præmiũ immortalitatis poſtea tribuit,dona ſua coronat,nõ merita tua.Ergo fratres,omnes de plenitudine eius accepimus. De plenitudine miſericordiæ eius, de abundantia bonitatis eius accepimus.Quid? Remiſſionem peccatorum,ut iuſtificaremur ex fide.Et inſuper quid? Gratiam pro gratia,id eſt,pro hac gratia in qua ex fide uiuimus,recepturi ſumus aliam.Quid tamẽ niſi gratiam? Nam ſi dixero, quia & hoc debetur,aliquid mihi aſſigno quaſi cui debebatur.Coronat autem in nobis deus dona miſericordiæ ſuæ,ſi in ea gratia quam primum accepimus, perſeueranter ambulemus.

Lex enim per Moyſen data eſt,) quæ reos tenebat.Quid enim ait Apoſtolus,Lex ſubin- Rom.5
trauit,ut abundaret delictum.Hoc proderat ſuperbis,ut abundaret delictũ: multum enim ſibi dabant,& quaſi uiribus ſuis multum aſſignabant, & non poterant implere iuſtitiã,niſi adiuuaret ille qui iuſtus erat. Superbiam illorum uolens domare deus,dedit legem,tanq̃ dicens,Ecce implete,ne putetis deeſſe iubẽtem.Non deeſt qui iubeat,ſed deeſt qui impleat. Si ergo deeſt qui impleat,unde non implet? Quia natus cum traduce peccati & mortis, de Adam natus traxit ſecum quod ibi conceptum eſt. Cecidit primus homo,& omnes qui de illo nati ſunt,de illo traxerunt concupiſcẽtiam carnis. Oportebat ut naſceretur alius homo, qui nullam traxit concupiſcentiam,homo & homo,homo ad mortem,& homo ad uitam: ſicut dicit Apoſtolus,Quoniãquidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mor- 1.Cor.15
tuorum.Per quem hominem mors, & per quem hominem reſurrectio mortuorum? Noli feſtinare.Sequitur & dicit,Sicut enim in Adã omnes moriuntur,ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur.Qui pertinent ad Adam? Omnes qui nati ſunt de Adam.Qui ad Chriſtum? Omnes qui nati ſunt p Chriſtum. Quare omnes in peccato? Quia nemo natus eſt præter Adam. Vt autẽ omnes naſcerentur ex Adã, neceſſitatis fuit ex damnatione naſci:per Chriſtum,uolũtatis eſt & gratiæ,Non cogũtur homines naſci per Chriſtũ,non quia uoluerunt,

nati sunt ex Adam:omnes tamen qui ex Adam cũ peccato,peccatores:omnes qui per Chri C
stum iustificati,iusti, non in se sed in illo:nam in se si interroges,Adam sunt:in illo si interro
ges,Christi sunt.Quare? Quia ille caput dominus noster Iesus Christus,non cum traduce
peccati uenit,sed tamen uenit cum carne mortali. Mors peccatorum pœna erat,in domino
munus misericordiæ erat, non pœna peccati. Non enim aliquid habebat dominus,quare
Ioan.14 iuste moreretur.Ipse ait, Ecce uenit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit.Quare er/
go moreris? Sed ut sciant omnes quia uoluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc.
Non habebat ille quare moreretur, & mortuus est:tu habes quare, & moti dedignaris.Di
gnare æquo animo pati per meritum tuum , quod ille pati dignatus est,ut te à sempiterna
morte liberaret. Homo & homo:sed ille non nisi homo : iste deus & homo.Ille homo pec/
cati,iste homo iustitiæ.Mortuus es in Adam, resurge in Christum,nam utrunq; debetur ti
bi.Iam credidisti in Christum,reddes tamen quod debes de Adam.Sed nõ te in æternum
tenebit uinculum peccati:quia mortem tuam æternam occidit mors temporalis domini dei
tui.Ipsa est gratia fratres mei, ipsa est & ueritas, quia & promissa & exhibita.Non erat ista
in ueteri testamento, quia lex minabatur,non opitulabatur:iubebat, non sanabat:languo/
rem ostendebat, non auferebat:sed illi præparabat medico uenturo cum gratia & ueritate:
tanq; ad aliquem quem curare uult medicus, mittat primum seruum suũ,ut ligatum illum
inueniat.Sanus non erat,& sanari nolebat,& ne sanaretur,sanum se esse iactabat.Missa lex
est,ligauit eum, inuenit se reum,iam clamabat de ligatura.Venit dominus,curat amaris ali
quantum & acribus medicamentis : Dicit enim ægroto,ferto:dicit,tolera:dicit,noli diligere
mundum,habeto patientiam,curet te ignis continẽtiæ,ferrum persecutionum tolerent uul/
nera tua. Expauescebas qui fuisti ligatus, liber ille & nõ ligatus bibit quod tibi dabat:prior
passus est ut te consolaretur,tanq; dicens,Quod times pati pro te, prior patior pro te.Hæc
est gratia & magna gratia, quis illã digne collaudat? De humilitate Christi loquor fratres
mei : Maiestatem Christi & diuinitatem Christi , quis loquitur in explicando & dicendo? D
Vt quoquo modo humilitatem Christi loquamur nõ sufficimus, imò deficimus,totum co
gitantibus cõmittimus,non audientibus adimplemus, Cogitate humilitatem Christi.Sed
quis nobis,inquis,eam explicat,nisi tu dicas? Ille intus dicat, melius illud dicit qui intus ha
bitat,q; qui foris clamat. Ipse uobis ostendat gratiam humilitatis suæ, qui cœpit habitare
in cordibus uestris. Iam uero si in eius humilitate explicanda & eroganda deficimus,maie/
statem eius quis loquatur? Si uerbum caro factũ conturbat nos,In principio erat uerbum,
quis explicabit? Tenete ergo fratres mei soliditatem istam. Lex per Moysen data est,gra
tia & ueritas per Iesum Christum facta est.) Per seruum lex data est, reos fecit:per impera/
torem indulgentia data est,reos liberauit.Lex per Moysen data est : Non sibi aliquid am/
plius seruus assignet,q; quod per illum factum est. Electus ad magnum ministerium tanq;
fidelis in domo,sed tamen seruus agere secundũ legem potest,soluere à reatu legis non po
test.Lex ergo per Moysen data est,gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.Et forte
aliquis dicat,Et gratia & ueritas non est facta per Moysen,qui uidit deum? statim subiecit,
Deum nemo uidit unquam.) Et unde innotuit Moysi deus? Quia reuelauit seruo suo do
minus.Quis dominus? Ipse Christus qui præmisit legem per seruum, ut ueniret ipse cum
gratia & ueritate. Deum enim nemo uidit unq;. Et unde illi seruo quantum capere posset
apparuit? Sed unigenitus, inquit, filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.) Quid est in
sinu patris? In secreto patris. Non enim deus habet sinum,sicut nos habemus in uestibus,
aut cogitandus est sic sedere quomodo nos, aut forte cinctus est ut sinum haberet:sed quia
sinus noster intus est,secretum patris,sinũ patris uocamus.In secreto patris qui patrẽ nouit,
ipse enarrauit:Nã deum nemo uidit unq;.Ipse ergo uenit,& narrauit quicquid uidit. Quid
Exod.3 uidit Moyses? Moyses uidit nubẽ, uidit angelum, uidit ignem,omnis illa creatura typum
domini sui gerebat,non ipsius domini præsentiam exhibebat:Nanq; aperte habes in lege,
Et loquebatur Moyses cũ domino, ecõtra in incontra,sicut amicus cũ amico suo. Si quæris
ipsam

A ipsam scripturam,inuenies Moysen dicentem,Si inueni gratiam in conspectu tuo,ostende Exod.33
mihi teipsum manifeste ut uideam te, Et parum est quia dixit: responsum accepit,Non po
tes uidere faciem meam. Loquebatur ergo fratres charissimi cum Moyse angelus, portans
typum domini , & illa omnia quæ ibi per angelum facta sunt,futuram istam gratiam & ue
ritatem promittebãt.Qui bene scrutãtur legem,nouerũt:& cum opportunum est,ut & nos
aliquid inde dicamus,quantum dominus reuelat,nõ tacemus charitati uestræ.Illud autem
sciatis,quia omnia quæ corporaliter uisa sunt, non erãt illa substantia dei. Illa enim carneis
oculis uidemus, dei substantia unde uidetur? Euangelium interroga, Beati mundo corde, Matth.5
quia ipsi deum uidebunt. Fuerunt homines qui dicerent uanitate sui cordis decepti: Pater
inuisibilis est,filius autem uisibilis est.Vnde uisibilis nisi propter carnem? quia suscepit car
nem,manifestum est.Illi enim qui carnem Christi uiderunt,aliqui crediderunt,aliqui cruci/
fixerunt.Et qui crediderunt,illo crucifixo nutauerant,& nisi ipsam post resurrectionem pal
parent,fides ad eos non reuocaretur. Si ergo propter carnem uisibilis filius est,& nos con/
cedimus,& est catholica fides : si autem ante carnem uisibilis, sicut ipsi dicunt,id est,anteq;
incarnaretur,multum delirant, & multum errant.Facta enim sunt illa uisibilia corporaliter
per creaturam, in quibus typus ostenderetur,non utiq; substantia ipsa demonstrabatur &
manifestabatur.Et hoc attendat charitas uestra leue documentum.Sapiẽtia dei uideri ocu
lis non potest.Fratres,si Christus sapiẽtia dei & uirtus dei, si Christus uerbum dei:uerbum
hominis oculis nõ uidetur,uerbum dei uideri sic potest? Expellite ergo de cordibus uestris
carnales cogitationes,ut uere sitis sub gratia,ut ad nouum testamentũ pertineatis:ideo uita
æterna promittitur in nouo testamento . Legite uetus testamentum & uidete,quia carnali
adhuc populo ea quidẽ præcipiebantur quæ nobis.Nam unum deum colere & nobis præ/ Exod.20
cipitur:Nõ accipies in uanum nomen domini dei tui:& nobis præcipitur,quod est secundũ
præceptum.Obserua diẽ sabbati:magis nobis præcipit, quia spiritaliter obseruãdum præci
B pitur:Iudæi enim seruiliter obseruabãt diem sabbati,ad luxuriam,ad ebrietatem. Quanto
melius fœminæ eorum lanam facerent , q; illo die in Neomenijs saltarent. Absit fratres,ut
illos dicamus obseruare sabbatum.Spiritaliter obseruat sabbatum Christianus,abstinẽs se
ab opere seruili.Quid est enim ab opere seruili? A peccato.Et unde probamus? Dominum
interroga,Omnis qui facit peccatum,seruus est peccati.Ergo & nobis præcipitur spiritaliter Ioan.8
obseruatio sabbati.Nã illa omnia præcepta nobis magis præcipiuntur,& obseruãda sunt;
Non occides : Non mœchaberis:Non furaberis,Non falsum testimonium dices:Honora Exo.20
patrem tuum & matrem tuam : Non concupisces rem proximi tui : Non concupisces uxo/
rem proximi tui. Nónne ista omnia & nobis præcipiuntur? Sed quære mercedem,& inue/
nies ibi dici,Vt expellãtur hostes à facie tua, & accipietis terram quam promisit deus patri/
bus uestris : quia non poterant capere inuisibilia, per uisibilia tenebantur.Quare teneban/
tur? Ne penitus interirent & ad idola laberentur.Nam fecerũt hoc fratres mei sicut legitur,
obliti tanta miracula quæ fecit deus coram oculis eorum . Mare discissum est,uia facta est
in medijs fluctibus, sequentes hostes eorum ijsdem aquis operti sunt, per quas illi transie/
runt. Et cum Moyses homo dei recessisset ab oculis eorum, idolum petierunt & dixerunt, Exo.32
Fac nobis deos qui nos præcedant, quia ille homo dimisit nos . Tota spes eorum in homi/
ne posita erat, non in deo. Ecce mortuus est homo,nũquid mortuus est deus,qui eruit eos
de terra Ægypti? Et cum fecissent sibi imaginem uituli, adorauerunt & dixerunt, Hi sunt
dij tui Israël,qui te liberauerũt de terra Ægypti.Quàm cito obliti tã magnificam gratiam?
Quibus ergo modis teneretur populus talis , nisi promissis carnalibus? Ea ibi iubentur in
decalogo legis quæ & nobis, sed nõ ea promittuntur quæ nobis.Nobis quid promittitur?
Vita æterna.Hæc est autem uita æterna,ut cognoscant te unum uerum deum,& quem mi/ Ioan.17
sisti Iesum Christum . Cognitio dei promittitur : ipsa est gratia pro gratia . Fratres,modo
credimus,non uidemus. Pro ista fide præmium erit uidere quod credimus. Nouerant hoc
prophetæ,sed occultum erat anteq; ueniret,Nam quidã suspirans amator in psalmis dicit,

Psal.26 Vnam petij à domino hanc requiram. Et quæris quid petat? Forte enim terram petit fluen C
tem lacte & melle carnaliter, quamuis spiritualiter ista quærēda sit & petenda: aut forte sub
iectionem hostium suorum, aut mortē inimicorum, aut imperia, & facultates huius seculi.
Ardet enim amore, & multum suspirat, & æstuat & anhelat. Videamus quid petat, Vnam
petij à domino, hanc requirā. Quid est hoc quod requirit? Vt inhabitem in domo domini,
per omnes dies uitæ meæ. Et puta quia habitas in domo domini, unde ibi erit gaudiū tuū?
Vt contempler, inquit, delectationem domini. Fratres mei, unde clamatis, unde exultatis:
unde amatis, nisi quia ibi est scintilla huius charitatis? Quid desideratis rogo uos? Quod ui
deri potest oculis, tangi potest. Pulchritudo aliqua est quæ oculos delectat. Nónne marty
res amati sunt uehemēter, & quando eos commemoramus, inardescimus in amore? Quid
in illis amamus fratres? Membra laniata à feris? Quid fœdius, si oculos carnis interroges:
quid pulchrius, si oculos mētis interroges? Quid tibi uidetur adolescēs pulcherrimus, fur?
Quomodo horrent oculi tui: nūquid oculi carnis horrent? Si ipsos interroges, nihil illo cor
pore cōpositius, nihil ornatius, & parilitas membrorum, & coloris delectatio illicit oculos:
& tamen cū audis, quia fur est, fugis hominem animo. Vides ex alia parte senem curuum,
baculo innitentem, uix se mouentem, rugis undiq; exaratum, quid uides quod oculos dele
ctet? Audis quia iustus est, amas, amplecteris. Talia nobis præmia promissa sunt fratres
mei, tale aliquid amare, tali regno suspirate, & talem patriam desiderate, si uultis peruenire
ad id, cum quo uenit dominus noster, id est, ad gratiam & ueritatem. Si autem corporalia
præmia concupieris à deo, adhuc sub lege es, & ideo ipsam legem implebis. Quando enim
uideris abundare ista temporalia in eis qui deum offendunt, nutant gressus tui, & dicis tibi,
Ecce ego colo deum, quotidie ad ecclesiā curro, genua mihi trita sunt in orationibus, & assi
due ægroto: homicidia faciūt homines, rapinas faciunt, exultant & abundant, bene est illis.
Talia ergo quærebas à deo. Certe ad gratiam pertinebas. Si gratiam ideo tibi dedit deus,
quia gratis dedit, gratis ama, noli ad præmium diligere deū, ipse sit tibi præmium tuū. Di D
cat anima tua, Vnam petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per
omnes dies uitæ meæ, ut contempler delectationem domini, Noli timere, ne fastidio defi
cias. Talis erit illa delectatio pulchritudinis, ut semper tibi præsens sit & nunq̄ satieris, imò
semper satieris & nunq̄ satieris. Si enim dixero, quia non satiaberis, fames erit: si dixero,
quia satiaberis, fastidiū timeo: ubi nec fastidium erit, nec fames, quid dicā, nescio. Sed deus
habet quod exhibeat nō inuenientibus quomodo dicāt, & credētibus quod accipiāt.

Ab eo quod scriptum est, Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iu
dæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, usq; ad id, Et ego nesciebam eum, sed
qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem uideris spiritum de
scendentem sicut columbam & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spi
ritusancto.

Tractatus quartus.

SAEPISSIME audiuit sanctitas uestra, & optime nostis, quoniā Ioannes Ba
ptista quanto præclarior erat in natis mulierum, & quanto humilior ad cogno
scendum deum, tanto meruit esse amicus sponsi, zelans non sibi, nō suum hono
rem quærens, sed iudicis sui, quem tanq̄ præco præibat. Itaq; prophetis præce
dentibus prænunciare de Christo futura concessum est: huic autem digito ostendere. Sicut
enim ignorabatur Christus ab his qui prophetis non crediderant antecq̄ ueniret, sic ab eis
ignorabatur & præsens. Venerat enim humiliter primo & occultus, tanto occultior, quanto
humilior. Populi autem spernentes propter superbiam suam humilitatem dei, crucifixerūt
saluatorem suum, & fecerunt damnatorem suum. Sed qui primo uenit occultus, quia uenit
humilis, nunquid deinceps nō est uenturus manifestus, quia excelsus? Audistis modo psal
Psal.49 mum, Deus manifestus ueniet, deus noster & non silebit. Siluit ut iudicaretur, non silebit
cum cœperit iudicare. Non diceretur, manifestus ueniet, nisi primo uenisset occultus: nec di
Esa.53 ceretur, non silebit, nisi quia primo siluit. Quomodo ergo siluit? Interroga Esaiā, Sicut ouis
ad occi

A ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram eo qui se tondet, fuit sine uoce, sic nō aperuit
os suum. Veniet autem manifestus, & non silebit. Quomodo manifestus? Ignis ante eum
præibit, & in circuitu eius tempestas ualida. Tempestas ualida tollere habet totam paleam
de area, quæ modo triturātur: & ignis incendere quod tempestas abstulerit. Modo autem
tacet, tacet iudicio, sed nō tacet præcepto. Si enim tacet Christus, quid sibi uolunt hæc euan quōmodo Quōmodo te-
gelia? quid sibi uolunt uoces apostolicæ? quid cantica psalmorum? quid eloquia prophe- tpl Coprentz
tarum? In his enim omnibus Christus non tacet. Sed tacet modo ne uindicet, non tacet ut
moneat. Veniet autem præclarus in uindicta, & apparebit omnibus, & qui in eum non cre
dunt. Modo uero quia & præsens occultus erat, oportebat enim ut cōtemneretur: nisi enim
contemneretur, non crucifigeretur. Si non crucifigeretur, non funderet sanguinē, quo precio
nos redemit. Vt autē daret precium, pro nobis crucifixus est, ut crucifigeretur contemptus
est, ut cōtemneretur humilis apparuit. Tamen quia quasi in nocte apparuit in corpore mor
tali, lucernam sibi accendit unde uideretur. Ipsa lucerna Ioannes erat, de quo iam multa au
distis, & præsens lectio euangelij uerba Ioannis continet. Primo quod principium est confi
tentis, quia non ipse erat Christus. Tanta autem excellentia erat in Ioanne ut posset credi
Christus esse: & in eo probata est humilitas eius, quia dixit nō se Christum esse, cum posset
credi esse. Ergo hoc est testimonium Ioannis quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis
sacerdotes & leuitas ad eum ut interrogarent eum, Tu quis es?) Non autem mitterent, nisi
mouerentur excellentia autoritatis eius, quia ausus est baptizare. Et confessus est & non
negauit.) Quid confessus est? Et confessus est, quia nō sum ego Christus. Et interrogaue
runt cū, Quid ergo? Helias es tu?) Nouerāt enim quia præcessurus erat Helias Christum.
Non enim alicui incognitum erat nomen Christi apud Iudæos. Istum non esse Christum
putauerunt, nō omnino Christum non esse uenturum, cum sperarent uenturum. Sic offen
derunt in præsentem, offenderūt tanq̄ in humilem lapidem. Lapis enim ille adhuc paruus
B erat, iam quidem præcisus de mōte sine manibus: sicut dicit Daniel propheta, uidisse se lapi Daniel.2
dem præcisum de monte sine manibus. Sed quid sequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & fa
ctus est mōs magnus, & impleuit uniuersam faciē terræ. Videat ergo charitas uestra quod
dico, Christus ante Iudæos iam præcisus erat de monte: montem regnum uult intelligi Iu
dæorum. Sed regnum Iudæorum nō impleuerat uniuersam faciem terræ. Inde præcisus est
ille lapis, quia inde natus est in præsentia dominus. Et quare sine manibus? Quia sine opere
uirili uirgo peperit Christum. Iam ergo erat lapis ille præcisus sine manibus, ante oculos Iu
dæorum, sed humilis erat. Non immerito, quia nōdum creuerat lapis ille, & impleuerat or
bem terrarum, quod ostēdit in regno suo, quod est ecclesia, quæ impleuit totam faciē terræ.
Quia ergo nōdum creuerat, offenderunt in illum tanq̄ in lapidē, & factum est in eis quod
scriptū est, Qui ceciderit super lapidem cōquassabitur, & super quos ceciderit lapis ille con Luc.20
teret eos. Primo super humilem ceciderunt, excelsus super illos uēturus est. Sed ut eos uen
turus excelsus conterat, primo eos humilis quassauit. Offenderunt in eum, & quassati sunt:
non contriti sed quassati sunt, ueniet excelsus & conteret eos. Sed ignoscendum est Iudæis,
quia offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum mon
tem offendunt? Iam de quibus dicam cognoscitis, qui negant ecclesiam toto orbe diffusam,
non in humilem lapidem, sed in ipsum montem offendunt, quod factus est ille lapis dum
creseceret. Cæci Iudæi non uiderunt humilem lapidem. Quanta cæcitas est non uidere mon
tem? Ergo uiderūt humilem, & nō cognouerunt. Demonstrabatur illis per lucernam: nam
primo ille quo maior nemo surrexerat in natis mulierum, dixit, Non sum ego Christus. Di
ctumq̄ illi est, Nūquid tu es Helias? Respōdit, Nō sum.) Christus enim præmittit ante
se Heliam, & dixit non sum, & fecit nobis quæstionem. Timendum est enim, ne minus in
telligentes contraria putent Ioannem dixisse q̄ Christus dixit. Quodam enim loco, cum
dominus Iesus Christus in euāgelio quædā diceret de se: respōderunt illi discipuli, Quomo
do enim dicunt scribæ, id est periti legis quia Heliam oportet primum uenire? Et ait domi
nus

Matth.17 nus,Helias iam uenit, & fecerunt ei quæ uoluerunt, & ſi uultis ſcire,ipſe eſt Ioannes Bapti/ C
ſta.Dominus Ieſus Chriſtus dicit, Helias iam uenit, & ipſe eſt Ioannes Baptiſta. Ioannes
autem interrogatus ſic ſe cõfeſſus eſt Heliam nõ eſſe, quomodo nec Chriſtum eſſe:& utiq;
ſicut uerum confeſſus eſt Chriſtum ſe non eſſe: ſic uerum confeſſus eſt nec Heliam ſe eſſe.
Quomodo ergo cõparabimus dicta præconis cũ dictis iudicis? Abſit ut præco mentiatur:
hoc enim loquitur quod audit à iudice. Quare ergo ille,nõ ſum Helias:& dominus,ipſe eſt
Helias? Quia in eo dominus Ieſus Chriſtus præfigurare uoluit futurum aduẽtum ſuum,
& hoc dicere,quia in ſpiritu Heliæ erat Ioãnes.Et quod erat Ioannes ad primũ aduentum,
hoc erit Helias ad ſecundũ aduentum.Quomodo duo aduentus iudicis,ſic duo præcones.
Iudex quidem ipſe,præcones autẽ duo, nõ duo iudices.Oportebat autẽ iudicem primo ue
nire iudicãdum:miſit ante ſe primum præconem,uocauit illum Heliam:quia hoc erit in ſe/
cundo aduentu Helias,quod in primo Ioannes. Iamq; intendat charitas ueſtra q̃ uerum
dicam.Quãdo cõceptus eſt Ioãnes,uel potius quando natus eſt,ſpirituſſanctus hoc de illo
Luc.1 homine impleto prophetauit, Et erit,inquit,præcurſor altiſſimi, in ſpiritu & uirtute Heliæ.
Non ergo Helias,ſed in ſpiritu & uirtute Heliæ.Quid eſt in ſpiritu & uirtute Heliæ? In eo/
dem ſpirituſancto,uice Heliæ.Quare uice Heliæ? Quia quod Helias ſecundo,hoc Ioannes
in primo aduentu fuit.Recte ergo modo Ioannes proprie reſpondit:nã dominus figurate,
Helias ipſe eſt Ioannes. Iſte autẽ,ut dixi,proprie,non ſum ego Helias. Si figuram præcur/
ſionis aduertas,Ioannes ipſe eſt Helias.Quod enim ille ad primum aduentum, hoc ille ad
ſecundũ erit. Si proprietatem perſonæ interroges, Ioannes, Ioannes: Helias, Helias.Dñs
ergo ad præfigurationem recte ipſe eſt Helias:Ioannes autẽ recte ad proprietatẽ,non ſum
Helias:nec Ioannes falſum, nec dominus falſum: nec præco falſum, nec iudex falſum,ſed ſi
intelligas.Quis autẽ intelligit, niſi qui imitatus fuerit humilitatem præconis, & cognouerit
celſitudinem iudicis? Nihil enim humilius ipſo præcone fratres mei, nullum tãtum meritũ
Ioannes habuit q̃ de iſta ipſa humilitate, q̃ cum poſſit fallere homines,& putari Chriſtus D
& haberi pro Chriſto:tantæ enim gratiæ tãtæq; excellentiæ fuit,confeſſus eſt tamen aperte
& dixit,Nõ ſum ego Chriſtus.Nunquid tu Helias es? Iam ſi diceret, Helias ſum:ergo iam
in ſecundo aduentu aduenies dominus iudicaret,nõ adhuc in primo iudicaretur,tanq; di
cens,Venturus eſt adhuc & Helias, Non ſum,inquit,Helias: ſed obſeruate humilem ante
quem uenit Ioannes,ne ſentiatis excelſum ante quem uenturus eſt Helias. Nã & dominus
ita compleuit,ipſe eſt Ioannes Baptiſta qui uenturus eſt Helias. Ipſa præfiguratione uenit
iſte,qua proprietate uenturus eſt Helias. Tunc Helias per proprietatẽ Helias erat,nunc per
ſimilitudinem Ioannes Helias erit. Modo Ioannes per proprietatem Ioannes eſt,tunc per
ſimilitudinem Helias Ioannes erit. Ambo præcones ſibi dederunt ſimilitudines ſuas, & te/
nuerunt proprietates ſuas: unus autẽ dominus iudex,ſiue illo præcone præcedẽte,ſiue illo.

Et interrogauerunt eum,Quid ergo,Helias es tu? Et dixit,Non.Et dixerunt ei,Propheta
es tu? Et reſpondit, Non.Quis es tu? ut reſpõſum demus his qui miſerunt nos:Quid dicis
de teipſo? Ait,Ego uox clamantis in deſerto.) Eſaias illud dixit, In Ioanne prophetia iſta
Eſaiæ impleta eſt,Ego uox clamãtis in deſerto, Quid clamantis? Dirigite uiam domini,
rectas facite ſemitas dei noſtri.) Non uobis uidetur præconis eſſe,dicere,exite,facite uiam?
Niſi q̃ præco exite dicit:Ioãnes dicit,uenite.A iudice repellit præco,ad iudicẽ uocat Ioãnes.
Imò uocat Ioãnes ad humilẽ,ne iudex ſentiatur excelſus. Ego uox clamãtis in deſerto,di
rigite uiã domini,ſicut dicit Eſaias propheta.) Non dixit,ego ſum Ioãnes,ego ſum Helias,
ego ſum propheta.Sed quid dixit? Hoc uocor, Vox clamãtis in deſerto,dirigite uiam do/
mino,rectas facite ſemitas dei noſtri:ego ſum ipſa prophetia, Et qui miſſi fuerãt,erant ex
phariſæis) id eſt,ex principibus Iudæorum. Et interrogauerunt eum,& dixerunt ei,Quid
ergo baptizas,ſi tu nõ es Chriſtus,neq; Helias,neq; propheta?) Quaſi audaciæ uidebatur
eſſe baptizare: quaſi in qua perſona quærimus, utrum tu ſis Chriſtus,tu dicis te non eſſe.
Quærimus ne forte præcurſor illius ſis? quia nouimus ante Chriſti aduentum uenturum
eſſe

A eſſe Heliam:negas te eſſe Heliam.Quærimus ne forte aliquis multum præueniẽs præco es,
id eſt propheta,& accepiſti hanc poteſtatem? nec prophetam te eſſe dicis.Et non erat pro/
pheta Ioannes,maior erat q̃ propheta,quia dominus de illo tale teſtimonium dedit,Quid Matth.11
exiſtis in deſertum uidere, arundinem uento agitari? Vtique non uento agitari ſubaudis,
quia non hoc erat Ioannes, qui quaſi à uento moueretur. Qui enim à uento mouetur,cir/
cumflatur omni ſpiritu ſeductorio.Sed quid exiſtis uidere,hominem mollibus ueſtitum?
Veſtiebatur enim Ioannes aſperis,id eſt,tunica facta de pilis cameli.Ecce qui mollibus ue/
ſtiuntur,in domibus regum ſunt: nõ ergo exiſtis uidere hominem mollibus ueſtitum.Sed
quid exiſtis uidere,prophetam? Ita dico uobis,maior q̃ propheta hic:quia prophetæ lon/
ge ante prænunciauerunt, Ioannes præſentem demonſtrabat. Quid ergo tu baptizas,ſi
tu nõ es Chriſtus, neq; Helias,neq; propheta? Reſpõdit eis Ioannes,& dixit,Ego baptizo
in aqua, medius autem ueſtrum ſtetit quem uos neſcitis.) Humilis enim non uidebatur,&
propterea lucerna accẽſa eſt. Videte quomodo det locum,qui aliud poſſet putari. Ipſe eſt
qui poſt me uenit,qui ante me factus eſt.) Sicut iam diximus,id eſt,antepoſitus eſt mihi,
Cuius ego non ſum dignus ut ſoluam corrigiam calciamenti eius) Quantum ſe abiecit,&
ideo multum eleuatus eſt,quoniã qui ſe humiliat exaltabitur. Vnde debet uidere ſanctitas
ueſtra, quia ſi Ioannes ſic ſe humiliauit,ut diceret, non ſum ego dignus corrigiam ſoluere:
quomodo habent humiliari,qui dicunt,nos baptizamus, nos quod damus noſtrum eſt,&
quod noſtrum eſt, ſanctum eſt? Ille dicit, non ego ſed ille: illi dicunt, nos. Non eſt dignus
Ioannes ſoluere corrigiam calciamenti eius, quod ſi dignum ſe diceret, q̃ humilis eſſet? Et
ſi dignum ſe diceret,& ſic diceret,Ille uenit poſt me qui ante me factus eſt,cuius tantummo
do corrigiam calciamenti dignus ſum ſoluere, multum ſe humiliaſſet. Quando autem nec
ad hoc dignum ſe dicit,uere plenus ſpirituſancto erat, qui ſic ſeruus dominum agnouit, &
ex ſeruo amicus fieri meruit. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, ubi erat Ioan/
B nes baptizans.Altera autem die uidit Ioannes Ieſum ueniẽtem ad ſe,& ait,Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mundi.) Nemo ſibi arroget & dicat,quia ipſe auferat peccata. Vnde
iam intendite,contra quos ſuperbos intendebat digitum Ioannes:nondum erant nati hæ/
retici,& iam oſtendebãtur: contra illos clamabat tunc à fluuio,cõtra quos modo clamat ex
euangelio, Venit Ieſus,& quid dicit ille? Ecce agnus dei.Si agnus dei,innocens.Et Ioannes
agnus,an non & ipſe innocens? Sed quis innocens? quantum innocens? omnes ex illa tra/
duce ueniunt & illa propagine, de qua cantat gemens Dauid, Ego in iniquitate conceptus Pſa.50
ſum, & in peccatis mater mea in utero me aluit. Solus ergo ille agnus, qui non ſic uenit,
non enim in iniquitate conceptus eſt,quia non de mortalitate conceptus eſt:nec eum in pec
catis mater eius in utero aluit,quem uirgo concepit,uirgo peperit,quia fide concepit,fide ſu
ſcepit: ergo ecce agnus dei,non habet iſte traducem de Adam:carnem tantum ſumpſit de
Adam,peccatum non aſſumpſit.Qui non aſſumpſit de noſtra maſſa peccatum,ipſe eſt qui
tollit noſtrum peccatum:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.Noſtis quia quidam
homines dicunt aliquando, Nos tollimus peccata hominibus, quia ſancti ſumus. Si enim
non fuerit ſanctus qui baptizat, quomodo tollit peccata alterius,cum ſit ipſe homo pecca/
tor? Contra iſtas diſputationes uerba noſtra non dicamus,hunc legamus,Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mundi.Non ſit præſumptio hominibus in homines,non tranſmigret
paſſer in montes, in domino confidat: & ſi leuat oculos ſuos in montes,unde ueniet auxi/
lium ei,intelligat quia auxilium eius à domino,qui fecit cœlum & terram. Tantæ excellẽtiæ
Ioannes,dicitur ei, Tu es Chriſtus? dicit non:tu es Helias? dicit non:tu es propheta? dicit
non. Quare ergo baptizas? Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũdi.Hic eſt de quo dixi,
Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt,quia prior me erat.Et poſt me uenit,quia poſterius
natus,ante me factus eſt,quia prælatus eſt mihi.Prior me erat,quia in principio erat uerbũ,
& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbũ. Et ego neſciebam eum, dixit,Sed ut ma/
nifeſtaretur Iſraëli,propterea ueni ego in aqua baptizans.Et teſtimoniũ perhibuit Ioãnes,
dicens:

dicens:quia uidi ſpiritum de cœlo deſcendentem quaſi columbam, & manſit ſuper eum,& C
ego neſciebam eum. Sed qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ uideris ſpiritum deſcendentem & manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego uidi & teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius dei.) Intendat modicum charitas ueſtra,Ioannes quando didicit Chriſtũ? Miſſus eſt enim ut baptizaret in aqua.Quæſitũ eſt quare? Vt manifeſtaretur Iſraëli, dixit, Quid profuit baptiſmum Ioannis? Fratres mei, ſi profuit aliquid,& modo maneret, & baptizarentur homines in baptiſmate Ioannis,& ſic uenirent ad baptiſmum Chriſti. Sed quid ait? Vt manifeſtaretur Iſraëli, id eſt ipſi Iſraëli, populo Iſraël ut manifeſtaretur Chriſtus,uenit baptizare in aqua. Accepit miniſteriũ baptiſmatis Ioannes, in aqua pœnitentiæ parare uiam domino,non exiſtens dominus,ac ubi cognitus eſt dominus,ſuperfluo ei uia parabatur,quia cognoſcẽtibus ſe ipſe factus eſt uia.Itaq; non durauit diu baptiſmum Ioannis. Sed quomodo demonſtratus eſt dominus? Humilis,ut ideo acciperet baptiſma Ioãnis,in quo baptizaretur ipſe dominus:& opus erat domino baptizari? Et ego interrogatus cito reſpõdeo,Opus erat domino naſci,opus erat domino crucifigi,opus erat domino mori, opus erat domino ſepeliri. Si ergo tantam ſuſcepit pro nobis humilitatem,baptiſmum non erat ſuſcepturus? Et quid profuit quia ſuſcepit baptiſmum ſerui? Vt tu non dedigneris ſuſcipere baptiſmum domini. Intendat charitas ueſtra.Futuri erant aliqui in eccleſia excelſioris gratiæ catechumeni,Fit enim aliquando ut uideas catechumenum abſtinentem ab omni concubitu,ualefacientem ſeculo,renuntiantem omnibus quæ poſſidebat,diſtribuentẽ pauperibus,& catechumenus eſt;inſtructus eſt etiã forte doctrina ſalutari,ſupra multos fideles.Timẽdum eſt huic, ne dicat apud ſemetipſum de baptiſmate ſancto quo peccata dimittuntur:quid plus accepturus ſum? Ecce ego melior ſum illo fideli & illo fideli:cogitans autẽ fideles,aut coniugatos,aut forte idiotas,aut habentes & poſſidentes res ſuas,quas ipſe diſtribuit iam pauperibus,& meliorem ſe eſſe arbitrãs q̃ ille qui iam baptizatus eſt, dedignetur uenire ad baptiſmum,dicens,Hoc ſum accepturus D
quod habet ille:& proponat ſibi illos quos contẽnit, & quaſi ſordeat illi hoc accipere quod acceperũt inferiores:quia iam uidetur ipſe ſibi melior, & tamen omnia peccata ſuper illum ſunt,& niſi uenerit ad ſalutare baptiſmum ubi peccata ſoluuntur,cum omni excellentia ſua non poteſt intrare in regnum cœlorum.Sed ut illam excellentiam inuitaret dominus ad baptiſmum ſuum, ut peccata illi dimitterentur,uenit ipſe ad baptiſmum ſerui ſui.Et cum ipſe non haberet quod ei dimitteretur,nec quod in illo lauaretur,ſuſcepit à ſeruo baptiſmum,& tanc̃p allocutus eſt filium ſuperbientem & extollentem ſe,ac dedignantem ſe forte accipere cum idiotis, unde ei poſſit ſalus uenire, & quaſi dicens, Quantum te extendis? quantum te extollis? quanta eſt excellentia tua? quanta gratia tua? maior poteſt eſſe c̃p mea? Si ego ueni ad ſeruum, tu dedignaris uenire ad dominum? Si ego ſuſcepi baptiſmũ ſerui,tu dedignaris à domino baptizari? Nam ut nouerítis fratres mei,quia non ex neceſſitate alicuius uinculi peccati dominus ueniebat ad ipſum Ioannem, ſicut dicunt alij euangeliſtæ, cum ad illum ueniret baptizãdus dominus,ait ipſe Ioannes,Tu ad me uenis,ego à te debeo bapti-
Matth.3 zari.Et quid ipſe ei reſpondit? Sine modo ut impleatur omnis iuſtitia.Quid eſt impleatur omnis iuſtitia? Mori ueni pro hominibus,baptizari non debeo pro hominibus? Quid eſt impleatur omnis iuſtitia? Impleatur omnis humilitas.Quid ergo? Nõ erat ſuſcepturus baptiſmum à bono ſeruo,qui paſſionem ſuſcepit à ſeruis malis? Intendite ergo baptizato domino.Si propterea baptizauit Ioannes,ut in eius baptiſmo dominus oſtenderet humilitatem, nemo alius baptizaretur baptiſmate Ioannis. Multi autem baptizati ſunt baptiſmo Ioannis,baptizatus eſt & dominus baptiſmo Ioannis,& ceſſauit baptiſmum Ioannis.Deinde iam miſſus eſt in carcerẽ Ioãnes,deinceps nemo baptizatus inuenitur illo baptiſmate. Si ergo propterea uenit & Ioannes baptizans, ut domini humilitas nobis demõſtraretur, ut quia ille ſuſcepit à ſeruo,nos non dedignaremur ſuſcipere à domino, dominum ſolum Ioannes baptizaret. Sed ſi ſolum dominum Ioannes baptizaret,nõ deeſſent qui putarent ſanctius

A ſanctius fuiſſe baptiſmum Ioannis quàm Chriſti, quaſi baptiſmate Ioannis ſolus Chriſtus meruiſſet baptizari:baptiſmate autem Chriſti genus humanum.Intendat charitas ueſtra.Baptiſmate Chriſti baptizati ſumus, nõ tantum nos, ſed & uniuerſus orbis terrarum, & baptizatur uſq; in finem.Quis noſtrum poteſt ex aliqua parte comparari Chriſto,cui ſe Ioannes dixit indignum ſoluere corrigiam calciamenti? Si ergo ille Chriſtus tãtæ excellentiæ homo deus,ſolus baptizaretur baptiſmo Ioannis,quid dicturi erant homines? Quale baptiſmum habuit Ioannes? Magnum baptiſmum habuit,ineffabile ſacramentum, Vide,quia ſolus Chriſtus meruit baptizari Ioannis baptiſmate: atq; ita maior uideretur baptiſma ſerui,quàm baptiſma domini.Baptizati ſunt & alij baptiſmate Ioannis, ne melior uideretur baptiſma Ioãnis quàm Chriſti.Baptizatus eſt autem & dominus, ut domino ſuſcipiente baptiſma ſerui,non dedignarẽtur alij ſerui ſuſcipere baptiſma domini. Ad hoc ergo miſſus erat Ioannes:ſed nouerat Chriſtum an non nouerat? Si nõ nouerat,quare dicebat quando uenit ad fluuium Chriſtus,Ego à te debeo baptizari:hoc eſt,ſcio qui ſis? Si ergo iam non nouerat,certe tunc cognouit quando uidit columbam deſcendentem. Manifeſtum eſt quia columba non deſcendit ſuper dominum, niſi poſteaquàm aſcendit de aqua baptiſmi.Dominus baptizatus aſcendit ab aqua,aperti ſunt cœli,& uidit ſuper eum columbam.Si ergo poſt baptiſmum deſcendit columba,antequam baptizaretur dominus, dixit illi Ioannes,Tu ad me uenis,ego à te debeo baptizari: ante illum nouerat qui dixit,Tu ad me uenis,ego à te debeo baptizari.Quomodo ergo dixit, Et ego neſciebã eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua,ille mihi dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam,& manentem ſuper eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto? Non parua quæſtio eſt fratres mei.Si uidiſtis quæſtionem,non parũ uidiſtis:ſupereſt ut ipſius ſolutionem dominus det.Tamen illud dico,ſi uidiſtis quæſtionem non eſt parum. Ecce poſitus eſt Ioannes ante oculos ueſtros, ſtans ad fluuium Ioannes baptiſta. Ecce uenit dominus adhuc
B baptizandus,nondum baptizatus. Audi uocem Ioannis, Tu ad me uenis, ego à te debeo baptizari.Ecce iam cognoſcit dominum,à quo uult baptizari. Baptizatus dominus aſcendit ab aqua,aperiuntur cœli,deſcẽdit ſpiritus,modo illũ cognoſcit Ioannes. Si modo illum cognoſcit cui dixit antea,Ego à te debeo baptizari? Si autẽ non eum modo cognoſcit,quia iam nouerat eum, quid eſt quod dixit, Non noueram eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua,ille mihi dixit,Super quem uideris ſpiritum deſcẽdentem ſicut columbam,& manentem ſuper eum,ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.Fratres,ſi iſta quæſtio hodie ſoluatur, grauat uos,non dubito,quia iam multa dicta ſunt.Sciatis autem talem iſtam quæſtionem eſſe,ut hæc ſola perimat partem Donati.Ad hoc dixi charitati ueſtræ, ut intentos uos facerem: ſimiliter ut ſoleo, ſimul ut oretis pro nobis & pro uobis, ut & nobis det dominus digna loqui,& uos digna capere mereamini. Interim hodie dignamini differre: ſed hoc breuiter dico interim,donec ſoluatur,Interrogate pacifice,ſine rixa,ſine contentione, ſine altercationibus, ſine inimicitijs: & uobiſcum quærite, & alios interrogate & dicite, Hanc quæſtionẽ propoſuit hodie epiſcopus noſter, aliquando ſi dominus conceſſerit ſoluturus eam. Sed ſiue ſoluatur ſiue nõ ſoluatur, putate me propoſuiſſe quod me mouet. Moueor enim multum.Dicit Ioannes,Ego à te debeo baptizari,tanquam Chriſto cognito.Si enim non nouerat eum à quo uoluit baptizari,temere dicebat,Ego à te debeo baptizari: nouerat ergo eum.Si nouerat eum,quid eſt ergo quod dicit,Non noueram eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua,ipſe mihi dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum ſicut columbã,ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Quid dicturi ſumus? Quia non ſcimus quando uenerit columba.Ne forte ibi lateat,legantur alij euangeliſtæ, qui planius illud dixerunt,& inuenimus apertiſſime tunc deſcendiſſe columbam,cum dominus ab aqua aſcendit: ſuper baptizatum enim Chriſtum aperti ſunt cœli, & uidit ſpiritum ſanctum deſcendentem. Si iam baptizatum cognouit, uenienti ad baptiſma quomodo dicit, Ego à te debeo baptizari? Hanc uobiſcum interim ruminate, hanc uobiſcum conferte,

hanc uobiſcum tractate. Præſtet dominus deus noſter, ut antequàm à me audiatis, alicui ne
C ſtrum prior eam reuelet. Tamen fratres hoc ſciatis, quia per iſtius quæſtionis ſolutionem pars Donati de baptiſmi gratia, ubi nebulas obtendunt imperitis, & retia tendunt auibus uolantibus, ſi frontem habeant, omnino non habebunt, omnino eorum ora claudentur.

Ex eo quod ſcriptum eſt, Et ego neſciebam eũ, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ille dixit mihi, Super quem uideris ſpiritum deſcẽdentem & manentem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.

Tractatus V.

SIcut dominus uoluit, ad diem promiſſionis noſtræ peruenimus, præſtabit etiã hoc, ut ad ipſius promiſſionis redditionem peruenire poſſimus. Tunc enim ea quæ dicimus, & nobis & uobis utilia ſunt ſi ab ipſo ſunt. Quæ autem ab homine ſunt, mendacia ſunt, ſicut ipſe dixit dominus noſter Ieſus Chriſtus, Qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Nemo habet de ſuo niſi mendacium & peccatum. Si quid autem homo habet ueritatis atq; iuſtitiæ, ab illo fonte eſt quẽ debemus ſitire in hac eremo, ut ex eo quaſi guttis quibuſdam irrorati, & in hac peregrinatione interim conſolati, ne deficiamus in uia, uenire ad eius requiẽ ſatietate m̃q; poſſimus. Si ergo qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur: qui loquitur ueritatẽ, de deo loquitur. Verax Ioannes, ueritas Chriſtus. Verax Ioannes, ſed omnis uerax à ueritate uerax eſt. Si ergo uerax Ioannes, & uerax
Ioan.14 eſſe homo non poteſt niſi à ueritate, à quo erat uerax niſi ab eo qui dixit, Ego ſum ueritas? Non ergo poſſet dicere, aut ueritas cõtra ueracem, aut uerax contra ueritatem. Veracem ueritas miſit, & ideo uerax erat, quoniam à ueritate miſſus erat. Si ueritas Ioannem miſerat, Chriſtus eum miſerat: ſed quod Chriſtus cum patre facit, pater facit: & quod pater cũ Chriſto facit, Chriſtus facit: nec ſeorſum pater aliquid facit ſine filio: nec ſeorſum aliqd filius ſine patre. Inſeparabilis charitas, inſeparabilis unitas, inſeparabilis maieſtas, inſeparabilis pote-
D Ioan.10 ſtas: ſecundum hæc uerba quæ ipſe poſuit, Ego & pater unum ſumus. Quis ergo miſit Ioannem? Si dicamus, pater, uerum dicimus: ſi dicamus filius, uerum dicimus: manifeſtius aũt ut dicamus, pater & filius. Quem miſit ergo pater & filius, unus deus miſit, quia filius dixit, Ego & pater unũ ſumus, quomodo ergo neſciebat eum à quo miſſus eſt? Dixit enim, Ego neſciebam eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ipſe mihi dixit. Interroga Ioannem, qui te miſit baptizare in aqua, quid tibi dixit? Super quem uideris ſpiritum deſcendentem, ſicut columbam, & manentem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Hoc tibi ô Ioannes dixit, qui te miſit: manifeſtum eſt quia hoc, quis ergo te miſit? Forte pater. Verus deus pater, & ueritas deus filius: ſi pater ſine filio te miſit, deus ſine ueritate te miſit. Si ideo autem uerax es, quia ueritatem loqueris, & ex ueritate loqueris, nõ te miſit pater ſine filio, ſed ſimul te miſit pater & filius: ſi ergo & filius te miſit cum patre, quomodo neſciebas eum à quo miſſus es? Quem uideras in ueritate, ipſe te miſit, ut agnoſceretur in carne & dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam & manentem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Hoc audiuit Ioannes, ut noſſet cum quem non nouerat, an ut plenius noſſet quem iam nouerat? Si enim omni ex parte nõ noſſet, ueniẽti ad fluuiũ ut baptizare-
Matth.3 tur non diceret, Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Nouerat ergo. Quando autem columba deſcendit? Iam baptizato domino, & ab aqua aſcendente. At ſi ille qui eum miſerat, dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto, & non nouerat eum, ſed columba deſcendente cognouit eum. Columba uero tunc deſcendit, quando dominus ab aqua aſcendit. Tunc autem cognouerat Ioannes dominum, quando ad eum dominus ad aquam ueniebat: manifeſtatur nobis, quia Ioannes ſecundum aliquid nouerat, ſecundum aliquid non nouerat dominum. Niſi aũt hoc intellexerimus, mendax erat: quomodo ergo erit uerax agnoſcens, qui dixit, Tu ad me uenis, ego autem à te debeo baptizari? Verax eſt cum hoc dicit. Et quomodo rurſus

A do rurſus uerax eſt cum dicit, Ego nõ nouerã eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ipſe mihi dixit, ſuper quẽ uideris ſpiritũ deſcendentẽ ſicut columbã, & manentẽ ſuper eũ, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Innotuit per columbã dominus, non ei qui ſe non nouerat, ſed ei qui in eo aliquid nouerat, aliquid nõ nouerat. Noſtrũ eſt ergo quærere quid in eo Ioannes nõdum nouerat, & per columbam didicit. Quare miſſus eſt Ioannes baptizans, iam memini me quantum potui dixiſſe charitati ueſtræ. Si enim baptiſmum Ioannis neceſſarium erat ſaluti noſtræ, & modo debuit exerceri, Non enim modo non ſaluantur homines, aut modo plures non ſaluantur, aut alia tunc ſalus erat, & alia modo. Si mutatus eſt Chriſtus, mutata eſt ſalus. Si ſalus in Chriſto eſt, & idem ipſe Chriſtus eſt, eadẽ nobis ſalus eſt. Sed quare miſſus eſt Ioannes baptizans? quia oportebat baptizari Chriſtum: quare oportebat baptizari Chriſtum? quia oportuit naſci Chriſtum, quia oportuit crucifigi Chriſtum. Si enim uiam humilitatis demonſtraturus aduenerat, & ſeipſum facturus ipſam humilitatis uiam, in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Autoritatem dare baptiſmo ſuo hinc dignatus eſt, ut cognoſcerent ſerui ſui, quanta alacritate deberent currere ad baptiſmum domini, quando ipſe non dedignatus eſt ſuſcipere baptiſmum ſerui. Donatum enim erat hoc Ioanni, ut ipſius baptiſmum diceretur. Hoc attẽdat, & diſtinguat, & nouerit charitas ueſtra, baptiſmum quod accepit Ioannes, baptiſmum Ioannis dictum eſt. Nullus ante illum iuſtorum, nullus poſt illum ut acciperet baptiſmum, quod baptiſmum ipſius diceretur, accepit: ſolus tale donum accepit: accepit quidem, non enim à ſe poſſet aliquid. Si enim à ſe quis loquitur, mẽdacium de ſuo loquitur. Et unde accepit, niſi ab ipſo domino Ieſu Chriſto? Ab illo ut baptizare poſſit accepit, quem poſtea baptizauit. Nolite mirari, Sic enim hoc fecit Chriſtus in Ioanne, quomodo quiddam fecit in matre. De Chriſto enim dictũ eſt, Omnia per ipſum facta ſunt. Si omnia per ipſum, & Maria per ipſum facta eſt, de qua poſtea natus eſt Chriſtus. Intendat charitas ueſtra, quomodo creauit Mariam, & creatus eſt per Mariam: ſic dedit baptiſmũ Ioanni, & baptizatus eſt à Ioanne. Ad hoc ergo accepit baptiſmũ à
B Ioanne, ut accipiens quod inferius erat ab inferiore, ad id quod ſuperius erat hortaretur inferiores. Sed quare non ſolus ipſe baptizatus eſt à Ioanne, ſi ad hoc miſſus erat Ioannes, per quem baptizaretur Chriſtus, ut pararet uiam domino, id eſt ipſi Chriſto? Et hoc iam diximus. Sed commemoramus, quæ neceſſaria ſunt præſenti quæſtioni. Si ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus baptizatus eſſet baptiſmate Ioannis, tenete quod diximus, non tantum ualeat ſeculum ut deleat è cordibus ueſtris, quod ibi ſcripſit ſpiritus dei. Nõ tantum ualeant ſpinæ curarum, ut ſuffocent ſemen quod ſeminatur in uobis. Quare enim cogimur eadem repetere, niſi quia de memoria cordis ueſtri ſecuri non ſumus. Si ergo ſolus dominus baptizatus eſſet baptiſmate Ioannis, non deeſſent qui ſic eum haberent, ut putarent baptiſmum Ioannis maiorem eſſe, quàm ſit baptiſma Chriſti. Dicerent enim, Vſqueadeo illud baptiſma maius eſt, ut ſolus Chriſtus ab eo baptizari meruiſſet. Ergo ut daretur nobis à domino exemplum humilitatis, ad percipiẽdam ſalutem baptiſmatis, Chriſtus ſuſcepit quod ei opus nõ erat, ſed propter nos opus erat. Et rurſus, ne hoc ipſum quod accepit à Ioãne Chriſtus, præponeretur baptiſmati Chriſti, permiſſi ſunt & alĩ baptizari à Ioanne, ſed qui baptizati ſunt à Ioanne non eis ſufficit, Baptizati ſunt enim baptiſmo Chriſti, quia non baptiſmus Chriſti erat baptiſmus Ioannis. Qui accipiũt baptiſmum Chriſti, baptiſmum Ioannis non quærunt: qui acceperunt baptiſmum Ioannis, baptiſmum Chriſti quæſierunt. Ergo Chriſto ſufficit baptiſmus Ioannis. Quomodo non ſufficeret, quando nec ipſi erat neceſſarius? Illi enim nullum baptiſmum erat neceſſarium, ſed ad hortandos nos ad baptiſma ſuum, ſuſcepit baptiſmum ſerui. Et ne præponeretur baptiſmum ſerui, baptiſmo domini, baptizati ſunt alĩ baptiſmate conſerui. Sed qui baptizati ſunt baptiſmate conſerui, oportebat ut baptizarẽtur baptiſmate domini. Qui autem baptizantur baptiſmate domini, non opus habent baptiſmate cõſerui. Quoniam ergo acceperat Ioannes baptiſmum quod proprie Ioannis diceretur: dominus autem Ieſus Chriſtus baptiſmum ſuum noluit,

alicui dare, non ut nemo baptizaretur baptiſmo domini, ſed ut ſemper ipſe dominus ba-
De conſe. diſt. 4. cap. aliud 4. ſen. diſ. ca. 1 ptizaret: id actum eſt ut per miniſtros dominus baptizaret, id eſt, ut quos miniſtri domi-
ni baptizaturi erant, dominus baptizaret, non illi. Aliud eſt enim baptizare per mini-
ſterium, aliud baptizare per poteſtatem. Baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille, in cuius
poteſtate datur: non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur. Tale erat baptiſmum Io-
annis, qualis Ioannes: baptiſma iuſtum tanquam iuſti, tamen hominis, ſed qui accepe-
rat à domino talem gratiam, ut dignus eſſet præire iudicem, & cum digito oſtendere &
4. ſen. di. 5. c. 2 implere uocem prophetiæ illius, Vox clamantis in deſerto, parate uiam domini. Tale au-
tem baptiſma domini, qualis dominus: ergo baptiſma domini diuinum, quia dominus
deus. Potuit autem dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſi uellet, dare poteſtatem alicui ſeruo
ſuo, ut daret baptiſmum ſuum tanquam uice ſua, & transferret à ſe baptizandi poteſta-
tem, & conſtitueret in aliquo ſeruo ſuo, & tantam uim daret baptiſmo translato in ſer-
uum, quantam uim haberet baptiſmus datus à domino. Hoc noluit ideo, ut in illo ſpes eſ-
ſet baptizatorum, à quo ſe baptizatos agnoſcerent. Noluit ergo ſeruum ponere ſpem in ſer-
uo. Ideoq; clamabat Apoſtolus, cum uideret homines, uolẽtes ponere ſpem in ſeipſo: Nun-
1. Cor. 1 quid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Baptizauit ergo
Paulus tanquam miniſter, non tanquam ipſa poteſtas. Baptizauit autem dominus tanquã
poteſtas. Intendite, & potuit hãc poteſtatem ſeruis dare, ſed noluit: ſi enim daret hanc pote-
ſtatem ſeruis, id eſt, ut & ipſorum eſſet quod domini erat, tot eſſent baptiſmata quot eſſent
ſerui, ut quomodo dictum eſt, baptiſma Ioannis, ſic diceretur baptiſma Petri, ſic baptiſma
Pauli, ſic baptiſma Iacobi, baptiſma Thomæ, Matthæi, Bartholomæi. Illud enim baptiſ-
ma Ioannis dictum eſt. Sed forte aliquis reſiſtit & dicit, Proba nobis quia illud baptiſma
Matth. 21 Ioannis dictum eſt. Probabo, ipſa ueritate dicente, quando interrogauit Iudæos, Baptiſma
Ioannis unde eſt, de cœlo, an ex hominibus? Ergo ne tot baptiſmata dicerentur quot eſſent
ſerui, qui baptizarent accepta poteſtate à domino: ſibi tenuit dominus baptizandi poteſta-
tem, ſeruis miniſterium dedit. Dicit ſe ſeruus baptizare, recte dicit: ſicut Apoſtolus dicit, Ba-
ptizaui autem & Stephanæ domum, ſed tanquam miniſter. Ideo ſi ſit & malus, & contin-
gat illi habere miniſterium, & ſi eum homines non nouerunt, & deus eum nouit, permittit
deus baptizare per eum qui ſibi tenuit poteſtatem. Hoc autem Ioannes non nouerat in do-
mino: quia dominus erat, nouerat: quia ab ipſo debebat baptizari nouerat, & confeſſus eſt:
quia ueritas erat ille, & ille uerax miſſus à ueritate, hoc nouerat. Sed qd in eo nõ nouerat?
Quia ſibi retenturus erat baptiſmatis ſui poteſtatem, & non eam tranſmiſſurus, & transla-
turus in aliquem ſeruum: ſed ſiue baptizaret in miniſterio ſeruus bonus, ſiue baptizaret in
miniſterio ſeruus malus, neſciret ille qui baptizaretur baptizari, niſi ab illo qui ſibi tenuit ba-
Ioan. 1 ptizandi poteſtatem. Et ut noueritis fratres, quia hoc in illo non nouerat Ioannes, & hoc di-
dicit per columbam: dominum enim nouerat, ſed eum baptizandi ſibi poteſtatem retentu-
rum, & nulli ſeruo eam daturum, nondum nouerat: ſecundum hoc dixit, Et ego neſcie-
bam eum. Et ut noueritis, quia ibi hoc didicit, attẽdite ſequentia, Sed qui miſit me baptiza-
re in aqua, ipſe mihi dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, &
manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Quid ipſe eſt? dominus. Sed
iam nouerat dominũ. Ergo putate hucuſq; dixiſſe Ioãnem, Ego nõ noueram eum, ſed qui
me miſit baptizare in aqua, ipſe mihi dixit. Quærimus quid dixerit: ſequitur, Super quem
uideris ſpiritum deſcendentem tanquam columbam, & manentem ſuper eum, non dico ſe-
quentia. Interim attendite, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, &
manentem ſuper eum, ipſe eſt. Sed quid ipſe eſt? Quid me uoluit per columbam docere
qui me miſit, quia ipſe erat dominus? Iam noueram à quo miſſus eram: iam noueram eum
cui dixi, Tu ad me uenis baptizari, ego à te debeo baptizari, uſqueadeo ergo noueram do-
minum, ut ego ab eo uellem baptizari, non ut à me ipſe baptizaretur. Et tunc mihi dixit, Si
Matth. 3 ne modo impleatur omnis iuſtitia. Pati ueni, baptizare non ueni. Impleatur omnis iuſtitia

ait mihi

A ait mihi deus meus, impleatur omnis iuſtitia: doceam, perferam plenam humilitatem. No-
uit ſuperbientes in futuro populo meo: noui aliquos in aliqua excellentiori gratia futuros *als. ſuperueniẽtes*
homines, ut cum uiderint idiotas aliquos baptizari, illi quia meliores ſibi uidentur, ſiue con
tinentia, ſiue eleemoſynis, ſiue doctrina, dedignabũtur fortaſſe accipere, quod illi inferiores
acceperunt. Oportet ut ſanem eos, ut non dedignentur uenire ad baptiſma domini, quia
ego ueni ad baptiſma ſerui. Iam ergo hoc nouerat Ioannes, & nouerat dominum. Quid
ergo docuit columba? Quid uoluit per columbam, id eſt per ſpiritum ſanctum, ſic uenientẽ
docere qui miſerat eum, cum ait Super quem uideris ſpiritum deſcendentem ſicut colum-
bam, & manentem ſuper eum, ipſe eſt dominus. Quis ipſe eſt? Dominus. Noui. Sed nun-
quid hoc iam noueras, quia dominus iſte habens baptizandi poteſtatem, eam poteſtatem
nulli ſeruo daturus eſt, ſed ſibi eam retenturus eſt: ut omnis qui baptizatur per ſerui mini-
ſterium, non imputet ſeruo ſed domino? Nunquid hoc iam noueras? Non hoc noueram
ab eo qui mihi dixit: Super quem uideris ſpiritum deſcẽdentem ſicut columbam, & manen-
tem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto: non ait ipſe eſt dominus: non ait, ipſe
eſt Chriſtus: non ait, ipſe eſt Ieſus: non ait, ipſe eſt qui natus eſt de uirgine Maria, poſterior
te & prior te, non ait hoc: iam enim hoc nouerat Ioannes. Sed quid non nouerat? Tantam
poteſtatem baptiſmatis ipſum dominum habiturum & ſibi retenturum, ſiue præſentem in
terra, ſiue abſentem corpore in cœlo, & præſentem maieſtate ſibi retẽturum baptiſmatis po-
teſtatem: ne Paulus diceret baptiſma meum: ne Petrus diceret baptiſma meum, ideo uide-
te & intendite uoces apoſtolorum. Nemo apoſtolorum dixit baptiſma meum: quamuis
unum omnium eſſet euangelium, tamen inuenies dixiſſe euangelium meum, non inuenis
dixiſſe baptiſma meum. Hoc ergo didicit Ioannes, fratres mei. Quod didicit Ioannes per
columbam, diſcamus & nos. Non enim columba Ioannem docuit, & eccleſiam non docu-
it, cui eccleſiæ dictum eſt, Vna eſt columba mea. Columba doceat columbam, nouerit co- *Cant. 6*
B lumba, quid Ioannes didicit per columbam. Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit.
Hoc autẽ quod diſcebat Ioannes per columbã, quare in colũba didicit? Oportebat enim ut
diſceret, nec hoc forte oportebat ut niſi per columbã diſceret. Quid dicã de colũba fratres
mei? Aut quando mihi ſufficit facultas uel cordis uel linguæ, dicere quomodo uolo: & forte
nõ digne uolo quomodo dicendũ eſt: nec ſic tamẽ poſſum dicere quomodo uolo: quãto mi
nus quomodo dicẽdum eſt. Ego à meliore hoc audire uellẽ, nõ uobis dicere. Diſcit Ioannes
eũ quẽ nouerat, ſed in eo diſcit in quo eum non nouerat, in quo nouerat non diſcit. Et quid
nouerat? Dominum. Quid non nouerat? Poteſtatem dominici baptiſmi in nullum homi-
nem à domino tranſituram: ſed miniſterium planè tranſiturũ, poteſtatem à domino in ne-
minem miniſtrorum, miniſterium & in bonos & in malos. Non exhorreat columba mini-
ſterium malorum, reſpiciat domini poteſtatem. Quid tibi facit malus miniſter, ubi bonus
eſt dominus? Quid te impedit malicioſus præco, ubi beneuolus eſt iudex? Ioannes didicit
per columbã hoc. Quid eſt quod didicit? Ipſe repetat: Ipſe mihi dixit, inquit, Super quem
uideris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentem ſuper eum, hic eſt qui bapti-
zat in ſpiritu ſancto. Non ergo te decipiant ô columba, ſeductores, qui dicunt, Nos baptiza-
mus. Columba agnoſce, quid docuit columba. Hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Per co-
lumbam diſcitur quia hic eſt: & tu eius poteſtate putas te baptizari, cuius miniſterio bapti-
zaris? Si tu hoc putas, nondũ es in corpore columbæ: & ſi non es in corpore columbæ, non
mirandum quia ſimplicitatem non habes. Simplicitas enim maxime per columbam de-
monſtratur. Quare per ſimplicitatem columbæ didicit Ioannes, quia hic eſt qui baptizat
in ſpiritu ſancto, fratres mei, niſi quia columbæ non erant qui eccleſiam diſſipauerunt? acci
pitres erant, milui erant. Non laniat columba, & uides illos inuidiam nobis facere, quaſi de
perſecutionibus quas paſſi ſunt. Corporales quidem paſſi quaſi perſecutiones, cũ eſſent fla
gella domini manifeſte dantis diſciplinã ad tempus ne damnet in æternũ, ſi eã non cogno
uerit, ſecq; correxerint. Illi uero perſequuntur eccleſiã qui dolis perſequuntur. Illi grauius cor

 feriunt,

feriunt,qui linguæ gladio feriunt. Illi acerbius sanguinem fundunt,qui Christum quantũ C
Roma.13 in ipsis est, in homine occidunt. Perterriti uidentur quasi iudicio potestatum. Quid tibi facit potestas si bonus es? Si autem malus es,time potestatem: non enim frustra gladium portat,dicit Apostolus. Tuum gladium noli educere,quo percutis Christum. Christiane,quid tu persequeris in Christiano? Quid in te persecutus est imperator? Carnem persecutus est, tu in Christianos spiritum persequeris. Non occidis tu carnem,& tamen nec carni parcunt, & tamen quotquot potuerunt cædendo necauerunt, nec suis nec alienis pepercerunt. Notum est hoc omnibus. Inuidiosa est potestas quia legitima est. Inuidiose facit,qui iure facit: sine inuidia facit,quia præter leges facit. Attendat unusquisq; uestrum fratres mei,quid habeat Christianus. Quod homo est,commune cum multis:quod Christianus est, secernitur à multis,& plus ad illum pertinet quod Christianus,quàm quod homo: nam quod Christianus,renouatur ad imaginem dei,à quo homo factus est ad imaginem dei:quod autem homo,posset & malus,posset & paganus,posset & idololatra. Hoc tu persequeris in Christiano quod melius habet:hoc enim uis auferre unde uiuit. Viuit enim temporaliter secundum spiritum uitæ,quo corpus animatur: uiuit autem ad æternitatem secũdum baptisma, quod accepit à domino. Hoc illi uis tollere, quod accepit à domino: hoc illi uis tollere unde uiuit. Latrones eos quos uolunt spoliare sic uolunt,ut ipsi plus habeant,& illi nihil habeant: tu & tollis huic, & apud te non erit plus: non enim plus tibi fit, quia huic tollis. Sed uere hoc faciunt. Qui? Hi qui tollunt animam,& alteri tollunt, & ipsi duas animas non habent. Quid ergo uis auferre? unde tibi displicet,quẽ uis rebaptizare? Dare non potes quod iam habet,sed facies negare quod habet. Quid acerbius faciebat paganus, persecutor ecclesiæ? Exerebantur gladij aduersus martyres,emittebantur bestiæ,ignes admouebantur. Vt quid ista? ut diceret qui ista patiebatur,non sum Christianus. Quid doces tu eum quem uis rebaptizare,nisi ut primo dicat,non sum Christianus? Ad quod aliquando persecutor proferebat flammam, ad hoc tu producis linguam. Seducendo facis, quod ille occidendo non fecit. Et quid est quod daturus es,& cui daturus es? Si tibi uerum dicat, & non seductus à temetiatur: dicturus est,habeo. Interrogas,habes baptisma? habeo dicit. Quandiu habeo,dicit, inquis, non sum daturus. Et noli dare: quod enim uis dare, hærere in me non potest, quia quod accepi, auferri à me non potest: sed tamen expecta, uideam quid me uis docere. Dic,inquit,primo,non habeo: sed hoc habeo. Si dixero,non habeo,mentiar. Quod habeo,habeo. Non habes inquit: Doce quia non habeo: Malus tibi dedit: si malus Christus, malus mihi dedit: Nõ inquit malus Christus: sed non tibi Christus dedit. Quis ergo mihi dedit? responde,Ego me à Christo scio accepisse. Dedit tibi,inquit,sed traditor nescio quis, non Christus. Videro quis fuerit minister,uidero quis fuerit præco. De officiali non disputo, iudicem attendo: & forte quod obijcis officiali mentiris. Sed nolo discutere causam officialis sui,cognoscat dominus amborum. Forte si exigam ut probes,non probas,imò mentiris. Probatum est te probare nõ potuisse: sed non ibi pono causam meam,ne cum studiose cœpero defendere homines innocentes,putes me spem meam uel in hominibus innocentibus posuisse. Fuerunt homines qualeslibet: ego à Christo accepi, à Christo baptizatus sum. Non, inquit, sed ille episcopus te baptizauit, & ille episcopus illis communicat. A Christo sum baptizatus, ego noui. Vnde nosti? Docuit me columba, quam uidit Ioannes. O milue male, non me dilanies à uisceribus columbæ. In columbæ membris numeror,quia quod columba docuit hoc noui. Et docuit hoc? Nescio. Tu mihi dicis, ille te baptizauit, aut ille te baptizauit: per columbam mihi & tibi dicitur, Hic est qui baptizat. Cui credo, miluo an columbæ? Certe tu mihi dic, ut per illam lucernam confundaris, qua confusi sunt & priores tui, inimici, pares tui Pharisæi, qui cum interrogarent domi-
Matth.21 num, In qua potestate ista faceret: interrogo & ego uos, inquit, unum istum sermonem, dicite mihi, Baptismum Ioannis unde erat, de cœlo an ex hominibus? Et illi qui præparabant iaculari dolos, irretiti sunt quæstione, cœperunt uoluere apud semetipsos, & dicere,

A cere, Si dixerimus quia de cœlo est, dicturus est nobis, quare non credidistis ei? Ioannes enim dixerat de domino, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quid ergo quæritis, in qua potestate ista facio? O lupi, in potestate agni facio quæ facio: sed ut nosse-tis agnum, quare non credidistis Ioanni qui dixit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi? Scientes ergo illi quid dixisset Ioannes de domino, dixerunt apud se: Si dixerimus, quia de cœlo est baptismum Ioannis, dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus, quia ex hominibus est, lapidabimur à populo, quia sicut prophetam habent Ioannem. Hinc timebant homines,hinc ueritatem fateri confundebantur. Tenebræ tenebras responderunt, sed à luce superatæ sunt. Quid enim responderunt? Nescimus. Quod sciebant dixerunt, nescimus: & dominus, Nec ego uobis dico, inquit, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt primi inimici: unde? de lucerna: quis erat lucerna? Ioannes. Probamus quia lucerna erat? Probamus: dominus enim dicit, Ille erat lucerna ardens & lucens. Probamus, quia & de ipso confusi sunt inimici: psalmum audi, Paraui *psalm.131* lucernam Christo meo,inimicos eius induam confusione. Adhuc in huius uitæ tenebris ad lucernam fidei ambulamus: teneamus & nos lucernam Ioannem, confundamus & inde inimicos Christi, imò ipse confundat inimicos suos per lucernam suam. Interrogemus & nos quod dominus Iudæos,interrogemus & dicamus,Baptisma Ioannis unde est,de cœlo an ex hominibus? Quid dicturi sunt? Videte si non & ipsi tanquam inimici de lucerna confundantur. Quid dicturi sunt? Si dixerint ex hominibus, & ipsi sui eos lapidabunt. Si autem dixerint,de cœlo,dicamus eis,quare ergo non credidistis ei? Et dicunt fortasse, credimus ei. Quomodo ergo dicitis quia uos baptizatis: & Ioannes dicit,Hic est qui baptizat? Sed ministros, inquiunt, tanti iudicis iustos oportet esse,per quos baptizat. Et ego dico & omnes dicimus,quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si uolunt, Si aũt noluerint esse iusti,qui in cathedra Moysi sedent, securum me fecit magister meus,
B de quo spiritus eius dixit,Hic est qui baptizat. Quomodo securum me fecit? Scribæ,inquit, *Matth.23* & pharisæi super cathedram Moysi sedent,quæ dicunt facite:quæ autem faciunt, facere nolite,dicunt enim & non faciunt. Si fuerit minister iustus,computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro, cum istis computo iustos ministros: quia uere iusti ministri gloriam suam non quærunt: ministri enim sunt,pro iudicibus haberi nolunt,spem in se poni exhorrescũt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego planta- *1.Cor.3* ui, Apollo rigauit,sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid,neque qui rigat,sed qui incrementum dat deus. Qui uero fuerit superbus minister,cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi: quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit liquidum,uenit ad fertilem terram: Puta quia ipse lapideus est,quia ex aqua fructum ferre non potest,per lapideum cannalẽ transit aqua ad areolas: in cannali lapideo nihil generans,sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim uirtus sacramenti ita est ut lux,& ab illuminandis pura excipitur,& si per immundos transeat,nõ inquinatur. Sint planè ministri iusti,& gloriam suam non quærant, sed illius cuius ministri sunt. Non dicant,baptisma meum est, quia non est ipsorum: attendãt ipsum Ioannem,Ecce Ioannes plenus erat spiritusancto,& baptisma de cœlo habebat,non ex hominibus. Sed quatenus habebat? Ipse dixit,Parate uiam domino. Vbi autem cognitus est dominus,ipse factus est uia,non iam opus erat baptismate Ioannis,quo pararetur uia domino. Tamen quid nobis solent dicere,Ecce post Ioannẽ baptizatũ est: antequàm enim bene ista quæstio tractaretur in ecclesia catholica, multi in ea errauerunt, & magni & boni: sed quia de membris columbæ erant,non se præciderunt,& factum est in eis quod dixit Apostolus, Si quid aliter sapi- *philip.3* tis,hoc quoq; uobis deus reuelabit. Vnde isti qui se separauerunt,indociles facti sunt: quid ergo solent dicere? Ecce post Ioannem baptizatum est, post hæreticos non baptizatur? Quia quidam qui habebant baptisma Ioannis, iussi sunt à Paulo baptizari: non enim *Act.19* habebant baptisma Christi. Quid ergo exaggeras meritum Ioannis, & quasi abijcis

infelicitatem hæreticorum? Et ego tibi concedo sceleratos esse hæreticos. Sed hæretici baptis- C
ma Christi dederunt, quod baptisma non dedit Ioannes. Recurro ad Ioannem & dico,
Hic est qui baptizat. Si enim melior Ioannes quàm hæreticus, quomodo melior Ioannes
quàm ebriosus? quomodo melior Ioannes quàm homicida? Si post deteriorem baptizare
deberemus, quia post meliorem baptizarunt apostoli. Quicunq; apud ipsos baptizati fue-
rint ab ebrioso, non dico ab homicida, non dico à satellite alicuius scelerati, non dico à ra-
ptore rerum alienarum, non dico ab oppressore pupillorum, non à separatore coniugum:
nihil horum dico, quod solenne est dico, quod quotidianum est dico, quod uocãtur omnes
dico, & in ista ciuitate, quando ab eis dicitur, alijs ieiunantibus, bene sit nobis, & tali die fe-
sto Ianuariarum non debes ieiunare, ea dico leuia, quotidiana: ab ebrioso homine cum ba-
ptizatur, quis est melior, Ioannes an ebriosus? Responde si potes, quòd ebriosus tuus meli-
or sit quàm Ioannes. Nunquam hoc audebis. Ergo tu quia sobrius es, baptiza post ebrio-
sum tuum: si enim post Ioannem baptizauerunt apostoli, quanto magis debet post ebrio-
sum sobrius baptizare? An dicis, in unitate mecũ est ebriosus? Ergo Ioannes amicus spon-
si, non erat in unitate cum sponso? Sed tibijpsi dico quisquis es: tu es melior, an Ioannes?
Non audebis dicere, ego sum melior quàm Ioannes. Ergo post te baptizent tui, si forte fue-
rint meliores: si enim post Ioannem baptizatum est, erubesce quia post te non baptizatur:
dicturus es, Sed ego baptismum Christi habeo & doceo. Aliquando ergo cognosce iudi-
cem, & noli præco superbus esse. Baptisma Christi das, ideo post te non baptizatur: post Io
annem ideo baptizatum est, quia baptisma Christi non dabat, sed baptisma suum: quia sic
acceperat ut ipsius esset. Non ergo tu melior quàm Ioannes, sed baptisma quod per te da-
tur, melius quàm Ioannis. Ipsum enim Christi est, istud autem Ioannis. Et quod daba-
tur à Paulo, & quod dabatur à Petro Christi est, & quod datum est à Iuda Christi erat. De
i.q.1.c.dedit dit Iudas, & non baptizatum est post Iudam: dedit Ioannes, & baptizatum est post Ioan-
nem: quia si datum est à Iuda, baptismum Christi erat: quod autem à Ioanne datum est, D
Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, sed baptismum Christi etiam per Iudæ manus datum,
baptismo Ioannis etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. Etenim dictum est
de domino antequàm pateretur, quia baptizabat plures quàm Ioannes. Deinde subiunctũ
est, Quamuis ipse non baptizaret, sed discipuli eius: ipse & non ipse. Ipse potestate, illi mini-
Ioan.4 sterio. Seruitutem ad baptizandum illi admouebant: potestas baptizandi in Christo per-
manebat. Ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si
quos ergo baptizabat Iudas, non sunt iterum baptizati: & quos baptizauit Ioannes, ite-
rum baptizati sunt? Planè iterum: sed non idem erat baptismus. Quos enim baptizauit Io-
De conse.dist.4. annes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Sic er-
c.baptismus go quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, si ba-
ptisma Christi erat, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, non ebriosum, non ho
micidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat. Cæte-
rum, fratres mei, delirum est dicere, quia melioris meriti fuit, non dico Iudas, sed quilibet
Matth.11 hominum, quàm ille de quo dictum est, In natis mulierum nemo surrexit maior Ioan-
ne Baptista. Non ergo huic quisquam seruus, sed baptisma domini etiam per seruum
malum datum, baptismati etiam amici serui præponitur. Audi quales commemorat
Philip.1 apostolus Paulus falsos fratres in inuidia prædicantes uerbum dei. Et quid de illis di-
cit? Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Christum enim annunciabant, per inuidiam qui-
dem, sed tamen Christum: non per quid, sed quem uide. Per inuidiam tibi prædicatur
Christus: uide Christum, uita prædicãtem per inuidiam. Noli imitari malum prædicatorẽ,
sed imitare bonum quod tibi prædicatur. Christus ergo à quibusdã per inuidiam prædica-
batur: & quid est inuidere? Horrendum malum: Ipso malo diabolus deiectus est, ipso de-
iecto deiecit multos. Maligna pestis est, & habebant illam quidam Christi prædicatores,
quos tamen prædicare permittit Apostolus. Quare? quia Christum prædicabant. Qui
autem

A autem inuidet, odit: & qui odit, quid de illo dicitur? Audi apostolum Ioannẽ, Qui odit fra- *1.Ioan.3*
trem suum, homicida est. Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non bapti-
zatum est: quia Ioannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismũ Christi. Quod
sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur. Non respuo Ioan-
nem, sed potius credo Ioanni: quid credo Ioanni? Quod didicit per columbam: quid didi-
cit per columbam? Hic est qui baptizat in spiritusancto. Iam ergo fratres, tenete hoc, & cor-
dibus uestris infigite. Si enim hodie uoluero plenius dicere, quare per columbam, tempus
non sufficit. Quia enim res dicenda insinuata est Ioanni per columbam, quam non noue-
rat in Christo Ioannes, quamuis iam nosset Christum, exposui quantum arbitror sancti-
tati uestræ. Sed quare hancipsam rem per columbam oportuit demonstrari, si breuiter dici
posset, dicerem. Sed quia diu dicẽdum est, & onerare uos nolo: quomodo adiutus sum ora-
tionibus uestris, ut illud quod promisi, implerem: adiuuate etiam atque etiam pia intentio-
ne & uotis bonis, & illud apparebit uobis, quare Ioannes quod didicit in domino: quia ipse
est qui baptizat in spiritusancto, & nulli seruo suo talem legauit potestatem baptizandi, nõ
debuit discere nisi per columbam.

De eo quod dictum est, Columbam super dominum descendisse,
usq; ad id quod ait, Ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est fi-
lius dei. Tractatus VI.



Ateor sanctitati uestræ, timueram ne frigus hoc frigidos uos ad conuenien-
dum faceret: sed quia ista celebritate & frequẽtia uestra, spiritu uos feruere de-
monstrastis, non dubito quin etiam orastis pro me, ut debitum uobis exol-
uam. Promiseram enim in nomine Christi differere hodie, cum angustia tem
poris tunc impediret, ne id possemus explicare tractãdo, quare deus per columbæ speciem
B ostendere uoluerit spiritumsanctum. Hoc ut explicetur, illuxit nobis dies hodiernus, & fen
tio audiendi cupiditatem, & pia deuotione uos celebrius congregatos. Expectationem ue-
stram deus impleat ex ore nostro. Amastis enim ut ueniretis: sed amastis, quid? Si nos,
& hoc bene, nam uolumus amari à uobis, sed nolumus in nobis. Quia ergo in Christo
uos amamus, in Christo nos redamate, & amor noster pro inuicem gemat ad deum, Ipse
enim gemitus columbæ est: si ergo gemitus columbæ est, quod omnes nouimus, ge-
munt autem columbæ in amore: audite quid dicat Apostolus, & nolite mirari, quia in co
lumbæ specie uoluit demonstrari spiritussanctus, Quid enim oremus, sicut oportet, in- *Roma.8*
quit, nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid er-
go fratres mei, hoc dicturi sumus, quia spiritus gemit, ubi perfecta & æterna beatitudo est
ei cum patre & filio? Spiritus enim sanctus deus, sicut dei filius deus, & pater deus. Ter di-
xi deus, sed non dixi tres deos: magis enim deus ter quàm dij tres, quia pater & filius & spi
ritussanctus unus deus. Hoc optime nostis. Non ergo spiritussanctus in semetipso apud
semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate substantiæ gemit, sed in
nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parua res est, quod nos docet spiritussanctus ge-
mere: insinuat enim nobis quia peregrinamur, & docet nos in patriam suspirare, & ipso de-
siderio gemimus. Cui bene est in hoc seculo, imò qui putat quod ei bene sit, qui lætitia re-
rum carnalium, & abundantia temporalium, & uana fœlicitate exultat, habet uocem co-
rui: uox enim corui damosa est, non gemebunda. Qui autem nouit in pressura se esse
mortalitatis huius, peregrinari se à domino, nondum teneri illam perpetuam, quæ no-
bis promissa est beatitudinem, sed habere illam in spe, quam habiturus est in re, cum
dominus uenerit in manifestatione præclarus, qui prius in humilitate uenit occultus: qui
hæc nouit, gemit. Et quandiu propter hæc gemit, bene gemit. Spiritus illum docuit ge-
mere, à columba didicit gemere. Multi enim gemunt in infelicitate terrena, uel quassati
damnis, uel ægritudine corporis prægrauati, uel carceribus inclusi, uel catenis colligati, uel
fluctibus

fluctibus maris mersi ac iactati, uel aliquibus inimicorum insidijs circumsepti gemunt: C
sed non columbæ gemitu gemunt, non amore dei gemunt, non spiritu gemunt. Ideo tales cum ab ipsis pressuris fuerint liberati, exultant in grandibus uocibus: ubi apparet quia
Gen.8 corui sunt, non columbæ. Ideo merito de arca missus est coruus, & non est reuersus, missa est columba, & reuersa est. Illas duas aues misit Noë: habebat ibi coruum, habebat & columbam: utrunque hoc genus arca illa continebat. Et si arca figurabat ecclesiam, uidetis utique quia necesse est, ut in isto diluuio seculi utrunque genus contineat ecclesia, & coruum & columbam. Qui sunt corui? qui sua quærunt. Qui columbæ? qui ea quæ Christi sunt quærunt. Propterea ergo cum mitteret spiritumsanctum, duobus modis eum ostendit uisibiliter, per columbam & per ignem. Per columbam super dominum baptizatum, per ignem super discipulos congregatos. Cum enim ascendisset dominus in cœlum post resurrectionem, peractis cum discipulis suis quadraginta diebus, impleto die Pentecostes, misit eis spiritumsanctum, sicut promiserat. Spiritus ergo tunc ueniens implet locum illum, factoq; primo sonitu de cœlo tanquam ferretur flatus uehemens, sicut
Act.2 in actibus Apostolorum legimus, Visæ, inquit, illis sunt linguæ diuisæ uelut ignis, qui & insedit super unumquenque eorum, & cœperunt linguis loqui, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Hanc uidemus columbam super dominum, has linguas diuisas super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Sunt enim qui dicuntur simplices, & pigri sunt: uocantur simplices, sunt autem segnes. Non talis erat Stephanus plenus spiritusancto: simplex erat, quia nemini nocebat: feruens erat, quia impios arguebat. Non enim
Act.7 tacuit Iudæis, cuius sunt uerba illa flammantia, Dura ceruice, & incircumcisi corde & auribus, uos semper restitistis spirituisancto. Magnus impetus, sed columba sine felle sæuit. Nam ut noueritis, quia sine felle sæuiebat, illi auditis his uerbis qui corui erant, ad lapides statim aduersus columbam cucurrerunt: cœpit Stephanus lapidari, & qui pauloante fremens & feruens spiritu, tanquam in inimicos impetum fecerat, & tanquam uiolentus inuectus erat in uerbis igueis atque flammantibus, ut audistis, Dura ceruice, & incircumcisi corde & auribus: ut qui ea uerba audiret, putaret Stephanum, si ei liceret, statim illos uelle consumi, uenientibus in se lapidibus ex manibus eorum genuflexo ait, Domine, ne statuas illis hoc delictum, Inhærerat †mititati columbæ. Prior enim illud fecerat magister, su- *al's, unitati Lucæ 23*
per quem descenderat columba, qui pendens in cruce ait, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratum est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratum est. Nec moueat, quia linguæ diuisæ sunt. Distant enim linguæ, ideo diuisis linguis apparuit. Linguæ, inquit, diuisæ uelut ignis, qui & insedit super unumquenque eorum. Distant inter se linguæ, sed linguarum distantiæ non sunt schismata. In linguis diuisis noli dissipationem timere, unitatem cognosce in columba. Sic ergo sic oportebat demonstrari spiritumsanctum uenientem super dominum, ut intelligat unusquisque si habeat spiritumsanctum, simplicem se esse debere si-
2.quæst.c.non omnis qui cut columbam: habere cum fratribus ueram pacem, quam significant oscula columbarum. Habent enim oscula & corui: sed in coruis falsa pax, in columba uera pax. Non omnis ergo qui dicit, pax uobiscum, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? Osculantur corui, sed laniant: à laniatu innocens est natura columbarum. Vbi ergo laniatus, non est uera in osculis pax. Illi habent ueram pacem, qui ecclesiam non laniauerunt: nam corui de morte pascuntur. Hoc columba nõ habet, de frugibus terræ uiuit, innocens eius uictus est: quod uere fratres mirandum est in columba. Sunt passeres breuissimi, qui uel muscas occidũt, nihil horũ colũba: non enim de morte pascitur. Qui laniauerũt ecclesiã, de mortibus pascũtur. Potens est dominus, rogemus ut reuiuiscant qui deuorantur ab eis & sentiunt: multi enim agnoscunt, quia reuiuiscunt, nam ad eorum aduẽtum quotidie gratulamur in nomine Christi. Vos enim sic estote simplices, ut sitis prudentes & feruentes, & feruor uester in linguis sit. Nolite tacere, ardentibus linguis

A guis loquentes, accendite frigidos. Quid enim fratres mei, quis non uideat quod illi non uident? Nec mirum, quia inde reuerti nolunt, sicut coruus qui de arca missus est. Quis enim non uideat quod illi non uident? Et ipsi spirituisancto ingrati sunt. Ecce columba descendit super dominum, & super dominum baptizatum, & apparuit ibi sancta illa & uera trinitas, quæ nobis unus deus est. Ascendit enim dominus ab aqua, sicut in euangelio legimus, & ecce aperti sunt cœli, & uidi spiritum descendentem uelut columbam, & mansit super eum. Et statim uox consecuta est, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Apparuit *Matth.3*
manifestissima trinitas, pater in uoce, filius in homine, spirituissanctus in columba. In trinitate ista quò missi sunt apostoli, uideamus quod uidemus, & quod mirum est, quia illi non uident: non enim uere non uident, sed ad id quod facies eorum fert, oculos claudũt. A quo missi sunt discipuli, in nomine patris & filij & spirituissancti? Ab illo de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Dictum est enim ministris ab eo qui sibi tenuit hãc potestatem. Hoc enim in illo uidit Ioannes, & cognouit quod non nouerat, non quia eum non nouerat filium dei, aut eum non nouerat dominum, aut non nouerat Christum: aut uero & hoc non nouerat, quia ipse baptizaturus esset in aqua, & Christus in spirituisancto? Nã & hoc nouerat. Sed quia non ita ut sibi teneret potestatem, & in nullum ministrorum eam transferret, hoc est quod didicit in columba. Per hanc enim potestatem quam Christus solus sibi tenuit, & in *De consc. dist. 4, cap. aliud*
neminem ministrorum transfudit, quamuis per ministros baptizare dignatus sit, per hanc *Cant. 6*
stat unitas ecclesiæ, quæ significatur per columbam, de qua dictũ est, Vna est colũba mea, una est matris suæ. Si enim, ut iam dixi, fratres mei, transferretur potestas à domino ad ministrum, tot baptismata essent, quot ministri essent, & iam non staret unitas baptismi. Intẽdite fratres, Antequàm ueniret dominus noster Iesus Christus ad baptismum, nam post baptismum descẽdit columba, in qua cognouit Ioannes quiddam proprium, cum ei dictũ est, Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spirituisancto: nouerat, quia ipse baptizabat in spirituisancto, sed
B quia tali proprietate, ut potestas ab eo non transiret in alterum, quamuis eo donante hoc ibi didicit. Et unde probamus, quia iam & hoc nouerat Ioannes, quia baptizaturus erat dominus in spirituisancto, ut hoc intelligatur didicisse in columba, quod ita esset baptizaturus dominus in spirituisancto, ut in neminem alium hominem potestas illa transiret? Vnde probamus? Columba iam baptizato domino descendit. Ante autẽ q̃ uenisset dominus ut baptizaretur à Ioanne in Iordane, diximus, quia nouerat eum, illis uocibus ubi ait, Tu ad me uenis baptizari, ego à te debeo baptizari. Sed ecce dominum nouerat, nouerat filiũ dei. Vnde probamus quod iam nouerat, quia ipse baptizaret in spirituisancto? Antequàm ueniret ad fluuium, cum multi ad Ioannem currerent baptizari, ait illis, Ego quidem baptizo uos in aqua: qui autem post me uenit maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calcia mẽti soluere, ipse uos baptizabit in spirituisancto & igni: iam & hoc nouerat. Quid ergo per columbam didicit, ne mendax postea inueniretur, quod auertat à nobis deus, opinari, nisi quandam proprietatem in Christo talem futuram, ut quamuis multi ministri baptizaturi essent, siue iusti siue iniusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi super quem descendit columba: de quo dictum est, Hic est qui baptizat in spirituisancto. Petrus baptizat, hic est qui baptizat: Paulus baptizat, hic est qui baptizat: Iudas baptizat, hic est qui baptizat. Nã si pro diuersitate meritorum baptisma sanctum est, quia diuersa sunt merita, diuersa erunt baptismata, & tanto quisq; aliquid melius putatur accipere, quanto à meliore uidetur accepisse. Ipsi spiritales sancti, intelligite fratres mei, boni pertinentes ad columbam, pertinentes ad sortem ciuitatis illius Hierusalem, ipsi boni in ecclesia, de quibus dicit Apostolus, No- *2.Tim.2*
uit dominus qui sunt eius, diuersarum gratiarũ sunt, non omnes paria merita habent. Sunt alij alijs sanctiores, sunt alij alijs meliores. Quare ergo si unus ab illo, uerbi gratia, iusto sancto baptizetur: alius ab alio inferioris meriti apud deum, inferioris gradus, inferioris continentiæ, inferioris uitæ: unum tamen & par & æquale est quod acceperunt, nisi quia hic est qui

est qui baptizat? Quomodo ergo cum baptizat bonus & melior, non ideo iste bonum acce- C
De conse. dist. 4. c. cum baptizat pit, & ille melius. Sed quamuis bonus & melior fuerint ministri, unum & æquale est quod acceperunt, non est melius in illo, & inferius in isto: sic & cum baptizat malus ex aliqua uel ignorantia ecclesiæ, uel tolerantia: aut enim ignorantur mali, aut tolerantur ut palea, quousque in ultimo uentiletur area, illud quod datum est, unum est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter, Hic est q baptizat. Ergo dilectissimi uideamus quod uidere illi nolunt, non quòd non uideant, sed quòd se uidere doleant, quasi clausum sit contra illos quò missi sunt discipuli, in nomine patris & filij & spiritussancti, ut baptizarent tanquam ministri. Quò missi sunt? Ite, dixit, baptizate gentes. Audistis fratres quomodo uenit illa hæreditas, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Audistis quomodo de Sion prodit lex, & uerbum domini de Hierusalem: ibi enim audierunt discipuli, Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. Intenti facti sumus cum audiremus, Ite baptizate gentes: in cuius nomine? In nomine patris & filij & spiritussancti. Iste unus deus, quia nõ in nominibus patris & filij & spiritussancti, sed in nomine patris & filij & spiritussancti: ubi unum nomen audis, unus est deus: sicut de semine Abraæ dictum est, & exponit Paulus apostolus, In semine tuo benedicentur omnes gentes: non dixit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semine tuo quod est Christus. Sicut ergo quia ibi non dicit in seminibus, docere te uoluit Apostolus, quia unus est Christus: sic & hic cum dictum est in nomine, non in nominibus, quomodo ibi in semine, nõ in seminibus, probatur unus deus pater & filius & spiritussanctus. Sed ecce, inquiũt, discipuli ad dominum, Audiuimus in quo nomine baptizemus, ministros nos fecisti, & dixisti nobis. Ite baptizate in nomine patris & filij & spiritussancti. Quò ibimus? quò? non audistis? ad hæreditatem meam: Interrogatis, quò ibimus? Ad id quod emi sanguine meo: quò ergo? Ad gentes, ad gentes inquit. Putaui quia dixit, ite baptizate Afros in nomine patris & filij & spiritussancti. Deo gratias. Soluit dominus quæstionem, docuit columbã. Deo gratias, Ad gentes apostoli missi sunt: si ad gentes, ad omnes linguas. Hoc si- D
Act. 2 gnificauit spiritussanctus diuisus in linguis, unitus in columba. Hoc linguæ diuiduntur, hoc columba copulat. Linguæ gentium concordarunt, & una lingua Africæ discordauit. Quid euidentius fratres mei? in columba unitas, in linguis gentium societas. Aliquando enim linguæ per superbiam discordauerunt, & tunc sunt factæ linguæ ex una multæ. Post diluuium enim quidam superbi homines, uelut aduersus deum se munire conantes, quasi aliquid esset excelsius deo, aut aliquid tutius, superbiæ erexerunt turrim, quasi ne diluuio si postea fieret delerentur. Audierant enim & recẽsuerant, quia omnis iniquitas erat delera diluuio. Ab iniquitate temperare nolebant, altitudinem turris contra diluuium requirebant, ædificauerunt turrim excelsam: uidit deus superbiam ipsorum, & hunc errorem illis immitti iussit, ut non se cognoscerent loquentes, & factæ sunt diuersæ linguæ de superbia. Si superbia fecit diuersitates linguarum: humilitas Christi congregauit diuersitates linguarum. Iam quod illa turris dissociauerat, ecclesia collegit. De una lingua factæ sunt multæ: noli mirari, superbia hoc fecit. De multis linguis fit una, noli mirari, charitas fecit: quia etsi soni diuersi linguarũ sunt, in corde unus deus inuocatur, una pax custoditur. Vnde debuit ergo charissimi demõstrari spiritussanctus, unitatem quandam designans nisi per columbam, ut pacatæ ecclesiæ
Cant. 6 diceretur, Vna est colũba mea? Vnde debuit humilitas, nisi per auem simplicem & gementem, non per auem superbam & exultantem sicut coruus? Et forte dicent, Quia ergo columba, & una columba, præter unam columbam baptismus esse non potest. Ergo si apud te est columba, uel tu es columba, quando ad te uenio, tu da mihi quod nõ habeo: scitis hoc ipsorum esse. Ecce modo uobis apparebit, nõ esse de uoce columbæ, sed de clamore corui. Nam paululum attendat charitas uestra, & timete insidias, imò cauete, & excipite uerba contradicentium respuenda, non transglutienda & uisceribus danda. Facite inde quod fecit dominus, quando illi obtulerunt amarum potum: Gustauit & respuit: sic & uos audite & abiicite.

Quid

A Quid enim dicũt? Videamus, Ecce, inquit, tu es columba. O catholica, tibi dictum est, Vna est columba mea, una matris suæ. Tibi certe dictum est, Expecta, noli me interrogare. Si mihi dictum est proba primum: si mihi dictum est, cito uolo audire. Inquit, Tibi dictũ est. Respondeo uoce catholica, mihi. Hoc autem fratres, quod ore meo solius sonuit: sonuit, ut arbitror, & cordibus uestris, & omnes pariter diximus, Ecclesiæ catholicæ dictum est, Vna est columba mea, una est matris suæ: præter ipsam ergo columbã, inquit, baptisma non est. Ego qui præter ipsam columbam sum baptizatus, ergo non habeo baptismum? Si baptismum non habeo, quare mihi non das quando ad te uenio? Et ego interrogo, Interim sequestremus, cui dictum est, Vna est columba mea, una est matris suæ. Adhuc quærimus, Aut mihi dictum est, aut tibi dictum est? Sequestremus cui dictum sit. Hoc ergo quæro, si columba est simplex, innocẽs, sine felle, pacata in osculis, nõ sæua in unguibus, quæro utrum ad huius colũbæ membra pertineãt auari, raptores, subdoli, ebrioſi, flagitioſi, membra sunt columbæ huius? Absit, inquit. Et reuera fratres, quis hoc dixerit ut nihil aliud dicã? Raptores solos, si dicam, membra accipitris possunt esse, nõ membra columbæ. Milui rapiunt, accipitres rapiunt, corui rapiunt: columbæ non rapiunt, non dilaniant. Ergo raptores nõ sunt membra columbæ. Non apud uos fuit uel unus raptor? Quare manet baptismus quem dedit accipiter & non columba? Quare non baptizatis apud uosmetipsos post raptores & adulteros & ebriosos, post auaros apud uosmetipsos? An isti omnes membra columbæ sunt? Sic dehonestatis columbam uestram, ut ei membra uulturina faciatis. Quid ergo fratres, quid dicimus? Mali & boni sunt in ecclesia catholica: ibi autem soli mali sunt. Sed forte inimico animo hoc dico, & hoc postea requiratur. Et ibi certe dicunt, quia sunt boni & mali. Nam si dixerint solos bonos se habere, credant illis sui, & subscribo, Non sunt apud nos dicant, nisi sancti, casti, sobrij, non adulteri, non fœneratores, non fraudatores, non periuri, non uinolenti. Dicant, Non enim attendo linguas ipsorum, sed tango corda ipsorum.
B Cum autem noti sint & uobis & suis, sicut & uos & uobis in catholica & illis noti estis, nec nos eos reprehẽdamus, nec illi se palpent. Nos fatemur in ecclesia catholica & bonos & malos esse, sed tanq̃ grana & paleas. Aliquando qui baptizatur à grano palea est: & qui baptizatur à palea, granum est: alioquin si qui baptizatur à grano, ualet: & qui baptizatur à palea, non ualet, falsum est, hic est qui baptizat. Si autem uerum est, hic est qui baptizat, & quod ab illo datur, ualet, & quomodo columba baptizat? Non enim malus ille columba est, aut ad mẽbra columbæ pertinet, nec hic potest dici in catholica, nec apud illos. Si illi dicunt, columbam esse ecclesiam suam, quid ergo intelligimus fratres mei, quoniam manifestum & omnibus notum est, & si nolint conuincuntur: quia & ibi quando dant mali, non post illos baptizatur: & hic quando dant mali, nõ post illos baptizatur. Columba non baptizat post coruum: coruus quare uult baptizare post columbam? Intẽdat charitas uestra, Et quare designatum est nescio quid per columbã, ut baptizato domino ueniret columba, id est spiritussanctus in specie columbæ, & maneret super eum, cum in aduentu columbæ hoc cognosceret Ioannes, propriam quandam potestatem in domino ad baptizandum, quia per hanc propriam potestatem, sicut dixi, pax ecclesiæ firmata est. Et potest fieri ut habeat aliquis baptismum præter columbam: ut prosit ei baptismus, præter columbam nõ potest. Intendat charitas uestra & intelligat quod dico: nam & ista circumuentione sæpe seducunt fratres nostros, qui pigri & frigidi sunt. Simus simpliciores & feruentiores. Ecce, inquiunt, Ego accepi, an non accepi? Respondeo, accepisti. Si ergo accepi, non est quod mihi des, securus sum, etiam testimonio tuo. Et ego quidem me dico accepisse, & tu me fateris accepisse, utriusq; lingua securum me facit. Quid ergo mihi promittis? Quare uis catholicum facere, quando non mihi aliquid daturus es amplius, & me iam accepisse fateris quod te habere dicis? Ego autẽ quando dico, ueni ad me, dico quia non habes tu, qui fateris quia habeo. Quare dicis, ueni ad me? Docet nos columba, Respondet enim de capite domini, & dicit, Baptismum habes, charitatem autem qua ego gemo non habes. Quid est hoc, inquit,

Baptiſmum habeo, charitatem non habeo? Sacramentum habeo, charitatem non? Noli C
clamare,oſtende mihi quomodo habeat charitatem qui diuidit unitatem.Ergo,inquit,ha
beo baptiſmum? Habes,ſed baptiſmum illud ſine charitate nihil tibi prodeſt:quia ſine cha
ritate tu nihil es:nam baptiſmus ille etiam in illo qui nihil eſt,non eſt nihil.Baptiſma quip
pe illud aliquid eſt,& magnum aliquid eſt, propter illum de quo dictum eſt,Hic eſt qui ba
ptizat.Sed ne putares illud quod magnum eſt, tibi aliquid prodeſſe poſſe ſi non fueris in
unitate,ſuper baptizatum columba deſcēdit,tanc̄ dicens,Si baptiſmum habes, eſto in co
lumba,ne non tibi proſit quod habes. Veni ergo ad columbam dicimus, nō ut incipias ha
bere quod non habebas,ſed ut prodeſſe tibi incipiat quod habes. Foris enim habebas ba
ptiſmum ad perniciem:intus ſi habueris, incipit prodeſſe ad ſalutem.Non enim tātum tibi
De conſe.di.2 c.& ſancta proderat baptiſma,& non etiam oberat:Et ſancta poſſunt obeſſe:in bonis enim ſancta ad
ſalutem inſunt:in malis ad iudicium.Certe enim fratres nouimus quid accipiamus,& utic̄
1.Cor.11 ſanctum eſt quod accipimus, & nemo dicit non eſt ſanctum. Et quid ait Apoſtolus? Qui
autem manducat & bibit indigne,iudicium ſibi manducat & bibit:nō ait quia illa res mala
eſt,ſed quia ille malus male accipiendo,ad iudicium accipit bonum quod accipit.Nō enim
mala erat buccella, quæ tradita eſt Iudæ à domino: Abſit.Medicus non daret uenenum:
ſalutem medicus dedit, ſed indigne accipiendo ad perniciem accepit,quia non pacatus ac
cepit.Sic ergo & qui baptizantur.Habeo,inquit,mihi, Fateor,habes:obſerua quod habes,
eoipſo quod habes damnaberis. Quare? Quia rem columbæ præter columbam habes.Si
rem columbæ in columba habeas,ſecurus habes. Puta te eſſe militarem:ſi characterem im
peratoris tui intus habeas, ſecurus militas:ſi extra habeas,tunc non ſolum tibi ad militiam
non prodeſt character ille, ſed etiam pro deſertore punieris. Veni ergo ueni, & noli dicere,
iam habeo,iā ſufficit mihi. Veni,columba te uocat,gemendo te uocat. Fratres mei uobis di
co,gemēdo uocate,nō rixando:uocate orando, uocate inuitando,uocate ieiunando:in cha
ritate intelligāt quia doletis illos.Nō dubito fratres mei,quia ſi uideant dolorem ueſtrum, D
confundentur & reuiuiſcent. Veni ergo ueni,noli timere:time ſi nō uenis:imò non time ſed
plange. Veni,gaudebis,ſi ueneris. Gemis quidē in tribulationibus peregrinationis, ſed gau
Cant.6 debis in ſpe. Veni ubi eſt columba,cui dictū eſt,Vna eſt columba mea,una eſt matris ſuæ.
Columbā unā uides ſuper caput Chriſti: linguas uides in toto orbe terrarum. Idē ſpiritus
per columbam,idem & per linguas.Si per columbam idem ſpiritus,& per linguas idem ſpi
ritusſanctus per totū orbē terrarum datus eſt,à quo te præciditi ut clames cum coruo,non
ut gemas cū colūba? Veni ergo. Sed ſollicitus es forte & dicis,Foris baptizatus ſum,timeo
ne inde ſim reus,quia foris accepi. Iā cœpiſti cognoſcere quid gemendum ſit. Verum dicis,
quia reus es, non quia accepiſti, ſed quia foris accepiſti. Tene ergo quod accepiſti, emenda
quod foris accepiſti. Accepiſti rem colūbæ,præter columbā accepiſti.Duo ſunt quæ audis,
accepiſti,& præter columbā accepiſti. Quod accepiſti, approbo:quia foris accepiſti,impro
bo. Tene ergo quod accepiſti:nō mutatur ſed agnoſcitur, character eſt regis mei,nō ero ſa
crilegus:corrigo deſertorem,nō immuto characterē.Noli de baptiſmate gloriari,quia dico
ipſum eſt.Ecce dico ipſum eſt, tota catholica dicit ipſum eſt: aduertit colūba,& agnoſcit &
gemit, quia ip̄m foris habes:uidet ibi quod agnoſcat, uidet ibi & quod corrigat.Ipſum eſt,
ueni.Gloriaris quia ipſum eſt,& nō uis uenire? Quid ergo mali qui nō pertinent ad colum
bam,ait tibi columba,& mali inter quos gemo, & qui nō pertinēt ad mēbra mea & neceſſe
eſt ut inter illos gemam:nónne habent quod te habere gloriaris? nónne multi ebrioſi ha
bent baptiſmum? nónne multi auari, nónne multi idololatræ, & quod eſt peius furtim?
Nónne pagani ad idola eunt, uel ibant publice? Nunc occulte Chriſtiani ſortilegos quæ
runt,mathematicos conſulunt: & iſti habent baptiſmum,ſed columba gemit inter coruos.
Quid ergo gaudes quia habes? Hoc habes quod habet & malus. Habeto humilitatem,
charitatem,pacem:habeto bonum quod nondum habes, ut proſit tibi bonū quod habes:
nam quod habes,habuit & Simon magus,Actus apoſtolorum teſtes ſunt, ille liber cano

nicus

A nicus omni anno in eccleſia recitādus:Anniuerſaria ſolennitate poſt paſſionem domini no
ſtis illum librum recitari:ubi ſcriptum eſt,quomodo conuerſus ſit Apoſtolus,& ex perſecu
tore prædicator factus: ubi etiam die pētecoſtes miſſus eſt ſpiritusſanctus in linguis diuiſis
uelut ignis.Ibi legimus multos credidiſſe in Samaria per prædicationem Philippi. Intelli
gitur autem ſiue unus ex apoſtolis, ſiue ex diaconis,quia ſeptem ibi diaconos legimus ordi
natos,inter quos etiam nomen Philippi: per Philippi ergo prædicationem crediderunt Sa
maritæ.Samaria cœpit abundare fidelibus: ibi erat iſte Simon magus,qui per magicas fa
ctiones ſuas demētauerat populum, ut eū uirtutem dei putarent: commotus tamen ſignis
quæ à Philippo fiebant,etiā ipſe credidit: ſed quomodo ipſe crediderit,poſteriora ſequētia
demonſtrauerunt.Baptizatus eſt autē & Simon. Audierunt hoc apoſtoli qui erant in Hie
ruſalem, & miſſi ſunt ad illos Petrus & Ioannes, & inuenerunt multos baptizatos.Et quia
nullus ipſorum adhuc acceperat ſpiritumſanctum, ſicut tunc deſcēdebat ad oſtendendam
ſignificationem gentium crediturarum,ut linguis loquerētur, in quos deſcendebat ſpiritus
ſanctus,impoſuerunt illis manus orātes pro eis,& acceperunt ſpiritumſanctum.Simon ille
qui non erat in eccleſia columba, ſed coruus, quia ea quæ ſua ſunt quærebat, non quæ Ieſu
Chriſti:unde in Chriſtianis potētiam magis amauerat c̄ iuſtitiā, uidit per impoſitionem
manuum apoſtolorum dari ſpiritumſanctum, nō quia ipſi dabant,ſed quia ipſis orātibus
datus eſt,& ait apoſtolis, Quid uultis à me accipere pecuniæ,ut & per impoſitionē manuū Act.8
mearum detur ſpiritusſanctus? Et ait illi Petrus, Pecunia tua tecū ſit in perditionem,quo
niam donum dei putaſti pecunia comparandum.Cui dicit,Pecunia tua tecū ſit in perditio
nem? utic̄ baptizato.Iā baptiſma habebat, ſed colūbæ uiſceribus nō hærebat.Audi quia
non hærebat:uerba ipſa Petri apoſtoli aduerte, ſequitur enim,Non eſt tibi pars neq; ſors
in hac fide.In felle enim amaritudinis uideo te eſſe,Colūba fel non habet,Simon habebat,
ideo ſeparatus erat à colūbæ uiſceribus. Baptiſma illi quid proderat? Noli ergo de baptiſ
B mate gloriari, quaſi ex ipſo ſalus tibi ſufficiat. Noli iraſci,depone fel,ueni ad columbā.Hic
tibi proderit, quod foris non ſolum non proderat, ſed etiā oberat.Neq; dicas,non uenio,
quia foris ſum baptizatus. Ecce incipe habere charitatē, incipe habere fructum, inueniatur
in te fructus,mittat te columba intrò. Inuenimus hoc in ſcriptura,Imputribilibus lignis ar Gen.6
ca fuerat fabricata. Imputribilia ligna ſancti ſunt fideles pertinētes ad Chriſtum.Quomo
do enim in templo lapides uiui de quibus ædificatur templum, homines fideles dicti ſunt:
ſic ligna imputribilia homines perſeuerantes in fide. In ipſa ergo arca ligna imputribilia
erant.Arca enim eccleſia eſt,ibi baptizat colūba illa. Arca enim illa in aqua ferebatur:ligna
imputribilia intus erant,baptizata ſunt. Inuenimus quædam ligna foris baptizata,omnes
arbores quæ erant in mūdo. Ipſa tamen aqua erat,non erat altera:omnis de cœlo uenerat,
& de abyſſis fontium.Ipſa erat aqua in qua baptizata ſunt ligna imputtribilia,quæ erant in
arca,in qua baptizata ſunt ligna foris.Miſſa eſt columba, & primum non inuenit requiem
pedibus ſuis,redijt in arcam:plena enim erant aquis omnia,& maluit redire c̄ rebaptizari.
Coruus autē ille emiſſus eſt antec̄ ſiccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus eſt
in his aquis.Auertat deus corui illius mortem: nam quare non eſt reuerſus, niſi quia aquis
interceptus eſt? At uero columba non inueniens requiem pedibus ſuis,cum ei undic̄ cla
maret aqua,ueni,ueni,hic tingere:quomodo clamant iſti hæretici,ueni,ueni,hic habes,non
inueniēs illa requiem pedibus ſuis,reuerſa eſt ad arcam.Emiſit illam Noë iterum, ſicut uos
mittit arca ut loquamini illis. Et quid fecit poſtea columba? Quia erant ligna foris bapti
zata,reportauit ad arcam ramum de oliua.Ramus ille & folia & fructū habebat.Non ſint
in te ſola uerba,non ſint in te ſola folia,ſit fructus,& redis ad arcam,nō per teipſum,colum
ba te reuocat. Gemite foris, ut illos intrò reuocetis.Etenim fructus iſte oliuæ ſi diſcutiatur,
inuenies quid erat.Oliuæ fructus charitatem ſignificat.Vnde hoc probamus? Quomodo
enim oleū à nullo humore premitur, ſed diruptis omnibus exilit & ſupereminet: ſic & cha
ritas nō poteſt premi in ima,neceſſe eſt ut ad ſuperna emineat. Propterea de illa dicit Apo

1.Cor.13 ſtolus,Adhuc ſupereminentiorem uiã uobis demõſtro. Quia diximus de oleo quia ſu per/ C
eminet,ne forte nõ de charitate dixerit Apoſtolus,ſupereminẽtiorem uiã uobis demõſtro,
audiamus quid ſequitur. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autẽ non
habeam, factus ſum tanq̃ æramentum ſonans, aut cymbalũ tinniens. Duo nunc Donate
exclama, Diſertus ſum: & clama, doctus ſum. Quantum diſertus, quantum doctus? Nun/
quid linguis angelorum locuturus es? Et tamen ſi linguis angelorũ loquereris, charitatem
non habens, audirem æra ſonantia & cymbala tinnientia. Soliditatem aliquam quæro, fru
ctum in foliis inueniã: non ſint ſola uerba, habeant oliuam, redeant ad arcam. Sed, inquies,
habeo ſacramentum. Verum dicis, ſacramentum diuinum eſt, habes baptiſma, & ego con/
fiteor. Sed quid dicit idem Apoſtolus? Si ſciero omnia ſacramẽta, & habuero prophetiam
& omnẽ fidem, ita ut montes transferam: ne forte & hoc diceres, Credidi, ſufficit mihi. Sed
Iacob.2 quid dicit Iacobus? Et dæmones credunt & contremiſcunt. Magna eſt fides, ſed nihil pro/
deſt ſi non habeat charitatem. Confitebantur & dæmones Chriſtum credendo, ſed non di
Mar.1 ligendo dicebant, Quid nobis & tibi fili dei? Fidem habebant, charitatem non habebant,
ideo dæmones erant. Noli de fide gloriari, adhuc dæmonibus comparandus es: noli dicere
Chriſto domino, mihi & tibi quid eſt? Vnitas enim Chriſti tibi loquitur, Veni cognoſce pa
cem, redi ad uiſcera columbæ. Foris baptizatus es, habeto fructum, & redi ad arcam, Et tu,
Quid nos quæritis ſi mali ſumus? Vt boni ſitis. Ideo uos quærimus, quia mali eſtis: nam ſi
mali non eſſetis, inueniſſemus uos, non uos quæreremus. Qui bonus eſt, iã inuentus eſt: qui
malus eſt, adhuc quæritur: ideo uos quærimus, redite ad arcã. Sed iam habeo baptiſmum.
Si omnia ſacramẽta ſciero, & habuero prophetiã & omnẽ fidem, ita ut mõtes transferam,
charitatem autẽ nõ habeam, nihil ſum. Fructũ ibi uideam, oliuã ubi uideam: & reuocare ad
arcam. Sed quid ais? Ecce nos multa mala patimur: hæc ſi pro Chriſto pateremini, nõ pro
honoribus ueſtris. Audite quid ſequitur. Iactant ſe enim aliquãdo, quia eleemoſynas mul/
tas faciũt, dant pauperibus, quia patiũtur moleſtias, ſed pro Donato nõ pro Chriſto. Vide D
quomodo patiaris: nã ſi pro Donato pateris, pro ſuperbo pateris. Nõ es colũba ſi pro Do/
nato pateris: nõ erat ille amicus ſponſi, nã ſi amicus eſſet ſponſi, gloriã ſponſi quæreret, non
ſuam. Vide amicum ſponſi dicentem, Hic eſt qui baptizat. Ille non erat amicus ſponſi, pro
Matth.22 quo pateris: Non habes ueſtem nuptialem: & ſi ad conuiuiũ ueniſti, foras habes mitti. Imò
quia foras miſſus es, ideo miſer es: redi aliquando & noli gloriari. Audi quid dicat Apoſto/
1.Cor.13 lus, Si diſtribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeã, charitatem
autem non habeam, nihil ſum. Ecce quod non habes, Si tradidero, inquit, corpus meum ut
ardeam, & utique pro nomine Chriſti: ſed quia ſunt multi qui iactanter illud faciunt, non
cum charitate: ideo ſi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam,
nihil mihi prodeſt. Charitate fecerunt martyres illi, qui in tempore perſecutionis paſſi ſunt,
charitate fecerũt: iſti autẽ de tumore & de ſuperbia faciunt, nã cum perſecutor deſit, ſeipſos
præcipitãt. Veni ergo ut habeas charitatem. Sed nos habemus martyres. Quos martyres?
Non ſunt columbæ, ideo uolare conati ſunt, & de petra ceciderũt. Omnia ergo fratres mei
uidetis, quia clamãt aduerſus illos omnes paginæ diuinæ, omnis prophetia, totum euange
lium, omnes apoſtolicæ litteræ, omnis gemitus columbæ, & nõdum euigilant, nondum ex/
pergiſcũtur. Sed ſi columba ſumus, gemamus, toleremus, ſperemus: aderit miſericordia dei,
ut efferueat ignis ſpiritusſancti in ſimplicitate ueſtra, & ueniẽt. Non eſt deſperãdum, orate,
prædicate, diligite, prorſus potens eſt dominus: iam cœperunt cognoſcere frontem ſuam:
multi cognouerunt, multi erubuerunt: aderit Chriſtus, ut cognoſcant & cæteri. Et certe fra/
tres mei uel palea ſola ibi remaneat, omnia grana colligentur: quicquid tibi fructificauit, re/
deat ad arcam per columbam. Modo deficientes ubiq̃, quid nobis proponunt? non inue/
nientes quid dicant? Villas noſtras tulerunt, fundos noſtros tulerunt, proferunt teſtamẽta
hominum. Ecce ubi Gaius eis donauit fundum eccleſiæ, cui præcrat Fauſtinus. Cuius epiſco
pus erat Fauſtinus? Eccleſiæ. Quid eſt eccleſiæ? Eccleſiæ dixi, cui præcrat Fauſtinus, ſed non
eccleſiæ

A eccleſiæ præcrat Fauſtinus, ſed parti præcrat. Columba autem eccleſia eſt. Quid clamas?
Nõ deuorabimus uillas, columba illas habeat. Quæratur quæ ſit columba, & ipſa habeat:
nam noſtis fratres mei, quia uillæ iſtæ non ſunt Auguſtini. Et ſi uos non noſtis, & putatis
me gaudere in poſſeſſione uillarum, deus nouit: ipſe ſcit, quid ego de illis uillis ſentiam, uel
quid ibi ſufferam. Nouit gemitus meos, ſi mihi aliquid de columba impertiri dignatus eſt.
Ecce ſunt uillæ. Quo iure defendis uillas? diuino an humano? Reſpondeant, Diuinum ius
in ſcripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Vnde quiſq̃ poſſidet quod poſſi/
det? Nónne iure humano? Nam iure diuino, domini eſt terra & plenitudo eius. Pauperes Pſal.23
& diuites deus de uno limo fecit, & pauperes & diuites una terra ſupportat. Iure tamen hu
mano dicit, Hæc uilla mea eſt, hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt. Iure ergo humano, iu/
re imperatorum. Quare? Quia ipſa iura humana per imperatores & reges ſeculi deus di/
ſtribuit generi humano. Vultis legamus leges imperatorum, & ſecundũ ipſas agamus de
uillis? Si iure humano uultis poſſidere, recitemus leges imperatorum, uideamus ſi aliquid
uoluerunt ab hæreticis poſſideri. Sed quid mihi eſt imperator? Secundũ ius ipſius poſſides
terram. Aut tolle iura imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt illa uilla, aut meus eſt ille
ſeruus, aut domus hæc mea eſt? Si autem ut teneantur iſta ab hominibus, iura acceperunt
regum: uultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia uel unum horum habeatis, & non impu/
tetis niſi mãſuetudini columbæ, quia uel ibi uobis permittitur permanere? Leguntur enim
leges manifeſtæ, ubi præceperũt imperatores, eos qui præter eccleſiæ catholicæ communio/
nem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec uolũt in pace colere pacis autorẽ, nihil nomine
eccleſiæ audeant poſſidere. Sed quid nobis & imperatori? Sed iam dixi, de iure humano
agitur: & tamen apoſtolus uoluit ſeruiri regibus, uoluit honorari reges, & dixit, Reges reue 1.Pet.2.
rimini. Nolite dicere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni? Per iura regum poſ/
ſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, quid mihi & regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ad ipſa
B iura humana renunciaſti quibus poſſidentur poſſeſſiones. Sed de diuino iure ago, ait. Er/
go euangelium recitemus. Videamus quouſq̃ eccleſia catholica Chriſti eſt, ſuper quam ue/
nit columba, quæ docuit. Hic eſt qui baptizat: quomodo ergo iure diuino poſſideat, qui di/
cit, Ego baptizo: cũ dicat columba. Hic eſt qui baptizat, cum dicat ſcriptura, Vna eſt colum Cant.6
ba mea, una eſt matris ſuæ? Quare laniaſtis columbam? Imò laniaſtis uiſcera ueſtra, nam
uobis laniaſtis, columba integra perſeuerat. Ergo fratres mei, ſi ubiq̃ non habent quod di/
cant, ego dico uobis quid faciant, ueniant ad catholicam, & nobiſcum habebunt nõ ſolum
terram, ſed etiam illum qui fecit cœlum & terram.

Ab eo quod ſcriptum eſt, Et ego uidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius
dei, uſq̃ ad id quod ſcriptum eſt, Amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, &
angelos aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis. Tractatus VII.

CONGAVDEMVS frequentiæ ueſtræ, quia ultra quàm ſperare potuimus, alа
criter conueniſtis. Hoc eſt ergo quod nos lætificat & conſolatur in omnibus la/
boribus & periculis uitæ huius, amor ueſter in deum, & pium ſtudium, & certa
ſpes, & feruor ſpiritus. Audiſtis cum pſalmus legeretur, quia inops & pauper
clamat ad deum in hoc ſeculo. Vox enim eſt, ut ſæpius audiſtis, & meminiſſe debetis, non
unius hominis, & tamen unius hominis. Non unius, quia fideles multi: multa grana inter
paleas gementia, diffuſa toto orbe terrarum. Vnius autem, quia membra Chriſti omnes,
ac per hoc unum corpus. Iſte ergo unus populus inops & pauper, non nouit gaudere de ſe/
culo, & dolor eius intus eſt, & gaudium eius intus eſt, ubi non uidet niſi ille qui exaudit ge/
mentem, & coronat ſperantem. Lætitia ſeculi uanitas, cum magna expectatione ſperatur
ut ueniat, & nõ poteſt teneri cum uenerit. Iſte enim dies qui lætus eſt perditis hodie in iſta
ciuitate, cras utiq̃ nõ erit, nec idemipſi cras hoc erunt quod hodie ſunt. Et trãſeunt omnia,
& euolant omnia, & ſicut fumus uaneſcunt. Et uæ qui amant talia: Omnis enim anima ſe/
quitur quod amat. Omnis enim caro fœnũ, & omnis honor carnis quaſi flos fœni. Fœnum

aruit,flos decidit:uerbum autem domini manet in æternum. Ecce quod ames,si uis manere in æternum.Sed dicere habebas,Vnde possum apprehendere uerbum dei? Verbum caro factum est,& habitauit in nobis.Quapropter fratres charissimi,ad inopiam nostram & paupertatem nostram pertineat,& ꝙ illos dolemus qui sibi abundare uidentur: gaudium enim ipsorum quasi phreneticorum est. Quomodo autem phreneticus gaudet in insania, plerunque & ridet, & plangit illum qui sanus est: sic & nos fratres charissimi, si recipiamus medicinam de cœlo uenientem:quia & nos omnes phrenetici eramus,tanquam salui facti, qui ea quæ diligebamus non diligimus, gemimus ad deum de his qui adhuc insaniunt:potens est enim ut & ipsos saluos faciat,& opus est ut respiciant se,& displiceant sibi.Spectari uolunt,& spectari se non nouerunt:nam si aliquantum oculos ad se conuertant, uident confusionem suam . Quod donec fiat,alia sint studia nostra,alia sint aduocamenta animæ nostræ.Plus ualet dolor noster quàm gaudium illorum. Quantum pertinet ad numerum fratrum,difficile est ut quisq̃ ex illa celebritate raptus fuerit ex uiris: quantum autem ad sororum numerum, contristat nos: & hoc magis dolendum est, quia non ipsæ potius ad ecclesiam currunt, quas debuit si non timor, certe uecccundia de publico reuocare. Viderit hoc qui uidet, & aderit misericordia eius, ut saluet omnes. Nos autem qui conuenimus,pascamur epulis dei,& sit gaudium nostrum fermo ipsius.Inuitauit enim nos ad euangelium suum, & ipse cibus noster est, quo nihil dulcius, sed si quis habeat palatum sanum in corde. Bene autem arbitror meminisse charitatem uestram hoc euangelium lectionibus congruis ex ordine recitari: & puto uobis non excidisse quæ iam tractata sunt, maxime recentiora de Ioanne & de columba. De Ioanne scilicet, quid nouum didicerit in domino per columbam,qui iam nouerat dominum.Et hoc inuentum est inspirante spiritu dei,quod iam quidem Ioannes nouerat in domino: sed ꝙ ipse dominus ita esset baptizaturus,ut baptizandi potestatem à se in neminẽ transfunderet,hoc didicit per columbam,quia dictum ei erat, Super quem uideris spiritum descendentem uelut columbam,& manentem super eum,hic est qui baptizat in spiritusancto . Quid est,hic est? Non est alius,&si per alium.Quare autem per columbam? Multa dicta sunt, nec possum, nec opus est omnia retexere,præcipue tamen propter pacem, quia & ligna quæ baptizata sunt foris, quia fructũ in eis inuenit columba,ad arcam attulit:sicut meministis columbam missam à Noë de arca,quæ diluuio natabat & baptismo abluebatur,non mergebatur. Cum ergo esset emissa,attulit ramum oliuæ: sed non sola folia habebat,habebat & fructum. Itaq; hoc optandum est fratribus nostris qui foris baptizantur, ut habeant fructum,non illos sinet columba foris,nisi ad arcam reduxerit.Fructus autem est totus charitas,sine qua nihil est homo,quicquid aliud habuerit.Et hoc uberrime ab Apostolo dictum commemorauimus & recensuimus. Ait enim,Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æramentum sonans,aut cymbalum tinniens.Et si habuero omnẽ scientiam,& sciam omnia sacramenta,& habeam omnem prophetiam,& habuero omnem fidem:fidem autem quomodo dixit omnem? ut montes transferam,charitatem autem non habeam,nihil sum.Et si distribuero omnia mea pauperibus,& si tradidero corpus meum ita ut ardeã,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Nullo modo autem possunt dicere se habere charitatem,qui diuidunt unitatem. Hæc dicta sunt, sequentia uideamus. Perhibuit Ioannes testimonium,) quia uidit.Quale testimonium perhibuit? Quia ipse est filius dei.)Oportebat enim ut ille baptizaret qui est filius dei unicus, non adoptatus . Adoptati filij, ministri sunt unici. Vnicus habet potestatem,adoptati ministerium.Licet baptizet minister nõ pertinens ad numerum filiorum,quia male uiuit & male agit,quid nos consolatur? Hic est qui baptizat. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo . Et respiciens Iesum ambulantem,dicit,Ecce agnus dei.) Vtiq; singulariter iste agnus,nam & discipuli dicti sunt agni,Ecce ego mitto uos sicut agnos in medio luporũ. Dicti sunt & ipsi lumen,Vos autem estis lumen mũdi.Sed aliter ille de quo dictũ est, Erat lumen uerũ,quod illuminat omnem

1.Cor.13 Matth.10 Matth.5

hominem

A hominem uenientem in hunc mundum.Sic & agnus singulariter,solus sine macula,sine peccato:non cuius maculæ absterſæ sint,sed cuius macula nulla fuerit.Quid enim quia dicebat Ioannes de domino,Ecce agnus dei? Ipse Ioannes non erat agnus? Non erat uir sanctus? Non erat amicus spõsi? Ergo singulariter ille,hic est agnus dei:quia singulariter huius agni sanguine solo,homines redimi potuerũt.Fratres mei,si agnoscimus precium nostrum quia sanguis est agni,qui sunt illi qui hodie celebrant festiuitatem sanguinis,nescio cuius mulieris? Et ꝙ ingrati sunt? Raptum est aurum,dicunt de aure mulieris,& cucurrit sanguis,& positum est aurum in trutina uel in statera, & præponderauit multum de sanguine. Si pondus ad inclinandum aurum habuit sanguis mulieris,quale pondus habet ad inclinandum mundum sanguis agni,per quem factus est mundus? Et quidem ille spiritus nescio quis,ut premeret pondus,placatus est sanguine.Immundi spiritus nouerant uẽturum Iesum Christum,audierant ab angelis,audierant ex prophetis,& sperabant eum uenturum.Nã si non sperabant,unde clamauerũt,Quid nobis & tibi est? Venisti ante tempus perdere nos? scimus quia tu es sanctus dei.Venturum sciebant,sed tempus ignorabant. Sed quid audistis in psalmo de Hierusalem? Quoniã beneplacitum habuerunt serui tui in lapides eius,& pulueris eius miserebuntur.Tu exurgens,inquit,misereberis Sion, quoniam uenit tempus ut miserearis eius. Quando uenit tempus ut misereretur deus? Venit agnus . Qualis agnus est? Quem lupi timent.Qualis agnus est? Qui leonem occisus occidit. Dictus est enim diabolus leo circumiens & rugiens, quærens quem deuoret:sanguine agni uictus est leo,ecce spectacula Christianorum.Et quid est amplius? Illi oculis carnis uident uanitatem,nos cordis oculis ueritatẽ.Ne putetis fratres,ꝙ sine spectaculis nos dimisit dominus deus noster:nam si nulla sunt spectacula, cur hodie conueniſtis? Ecce quod diximus, uidistis & exclamastis: non exclamaretis nisi uidissetis . Et magnum est hoc spectare per totum orbem terrarum, uictum leonem sanguine agni , educta de dentibus leonum membra Christi , & adiuncta

B corpori Christi.Ergo nescio quid simile imitatus est quidã spiritus,ut sanguine simulacrum suum emi uellet, quia nouerat precioso sanguine quandocunq; redimendum esse genus humanum.Fingunt enim spiritus mali umbras quasdam honoris sibimetipsis,ut sic decipiant eos qui sequuntur Christum. Vsqueadeo fratres mei , ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes,per machinamẽta inimici, misceant præcãtationibus suis nomen Christi:quia iam non possunt seducere Christianos ut dent uenenũ,addunt mellis aliquantum, ut per id quod dulce est,lateat quod amarũ est,& bibatur ad perniciem:usqueadeo ut ego nouerim aliquo tempore illius †palleati sacerdotem solere dicere, & ipse †palleatus Christianus est. Vt quid hoc fratres,nisi quia aliter non possunt seduci Christiani? Ne quæratis ergo alibi Christũ, ꝙ ubi se uoluit prædicari Christus. Et quomodo uobis uoluit prædicari, sic illum tenete,sic in cordibus uestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus,& aduersus omnes insidias inimici. Nolite timere,nec tentat ille nisi permissus fuerit: constat illum nihil facere, nisi permissus fuerit aut missus.Mittitur tanꝙ angelus malus à potestate dominãte:permittitur quãdo aliquid petit:& hoc fratres nõ fit,nisi ut probẽtur iusti,puniãtur iniusti.Quid ergo times? Ambula in dño deo tuo,certus esto,quod te nõ uult pati,nõ pateris:quod te permiserit pati,flagellum corrigẽtis est,nõ pœna damnãtis. Ad hæreditatẽ sempiternam erudimur,& flagellari dedignamur? Fratres mei,si recusaret quisq̃ puer colaphis aut flagellis cædi à patre suo,quomodo diceretur superbus,desperatus,ingratus paternæ disciplinæ? Et ut quid erudit pater homo filiũ hominẽ, ut possit nõ perdere tẽporalia quæ illi acquisiuit,quæ illi collegit,quæ nõ uult eũ perdere;quæ ipse qui relinquit,non potuit in sempiternum tenere: nõ docet filium cũ quo possideat,sed qui post eũ possideat.Fratres mei,si filiũ docet pater successorẽ,& quẽ docet & ipsum similiter per omnia illa trãsiturum,quia & ille qui monebat transiturus est:quomodo uultis erudiat nos pater noster,cui nõ successuri, sed ad quẽ accessuri sumus,& cum quo in æternum mãsuri in hæreditate,quæ nõ marcescit, nec moritur,nec grandinẽ nouit? Et ipse hæreditas & ipse pater est:hũc possidebimus,& eru

als,pileati *als,pileatus*

diri non debemus? Sufferamus ergo eruditionem patris, non quando nobis dolet caput C
curramus ad præcantatores, ad sortilegos & remedia uanitatis. Fratres mei, non uos plan-
gam, quotidie inuenio ista: & quid faciam? Nondum persuadeo Christianis in Christo
spem esse ponendam? Ecce si cui factum est remedium, moriatur. Quàm multi enim cum
remedijs mortui sunt, & q̄ multi sine remedijs uixerunt Qua fronte exijt anima ad deum?
Perdidit signum Christi, accepit signū diaboli. An forte dicet, non perdidi signum Christi?
Ergo signum Christi cum signo diaboli habuisti. Non uult Christus communionem, sed
solus uult possidere quod emit. Tāti emit ut solus possideat, tu facis ei cōfortem diabolum,
Eccl 2 cui te per peccatum uendideras. Væ duplici corde, qui in corde suo partem faciunt deo, par-
tem faciunt diabolo. Iratus deus, quia fit ibi pars diabolo, discedit, & totum diabolus possi
Ephes. 4 debit. Non frustra itaq; Apostolus dicit, Neq; detis locum diabolo. Cognoscamus ergo
agnum fratres, cognoscamus precium nostrū. Ecce duo de discipulis Ioannis, quia talis erat
Ioannes amicus sponsi, non quærebat gloriam suam, sed testimonium perhibebat ueritati:
nunquid uoluit apud se remanere discipulos suos, ut non sequerentur dominum? Magis
ipse ostendit discipulis suis quem sequerentur: habebant enim illum tanq̄ agnum, & ille,
Quid me attenditis? Ego non sum agnus: Ecce agnus dei. De quo & superius dixerat, Ecce
agnus dei. Et quid nobis prodest agnus dei? Ecce, ait, qui tollit peccata mundi: secuti sunt
illum hoc audito duo qui erant cū Ioanne. Videamus sequētia, Ecce agnus dei, hoc Ioānes.

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus,
& uidens eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt, Rabbi, quod dicitur inter-
pretatum magister, ubi habitas?) Non sic illum sequebātur quasi iam inhærerent illi: nam
manifestum est quando illi inhæserunt, quia de naui eos uocauit. In his enim duobus erat
Andreas, sicut modo audistis. Andreas autem frater Petri erat. Et nouimus in euangelio q̄
Petrum & Andream dominus de naui uocauit, dicens, Venite post me, & faciam uos pisca
tores hominum. Et ex illo iam inhæserunt illi ut non recederent. Modo ergo q̄ illum se- D
quuntur isti duo, non quasi non recessuri sequuntur, sed uidere uoluerunt ubi habitaret, &
Eccl 6 facere quod scriptum est, Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge ad illum uenire assi-
due & erudiri præceptis eius. Ostendit eis ille ubi maneret, & uenerunt & fuerunt cum illo.
Quàm beatum diem duxerunt, quàm beatam noctem. Quis est qui nobis dicat quæ au-
dierint illi à dño? Ædificemus nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domum quo ueniat
ille & doceat nos, colloquatur nobis. Quid quæritis? Dixerūt ei, Rabbi, quod dicitur inter-
pretatum magister, ubi habitas? Dicit eis, Venite & uidete. Et uenerunt & uiderunt ubi
maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima.) Nihil ne arbitra
mur pertinuisse ad euangelistam, dicere nobis quota hora erat? Potest fieri ut nihil ibi nos
animaduertere, nihil quærere uoluerit? Decima erat hora. Numerus iste legem significat,
quia in decē præceptis data est lex. Venerat aūt tempus, ut impleretur lex per dilectionem,
Matth. 5 quia à Iudæis nō poterat impleri per timorē. Vnde dominus dicit, Nō ueni soluere legem,
sed implere. Merito ergo decima hora cum secuti sunt ad testimoniū amici sponsi duo isti:
& decima hora audiuit, Rabbi, quod interpretatur magister. Si decima hora Rabbi domi-
nus audiuit, & decimus numerus ad legē pertinet, magister legis nō est nisi dator legis, quia
filius dei dedit legē: nemo dicat quia alius dedit legē, & alius docet legem. Ipse illam docet
qui illam dedit: ipse est magister legis suæ, & docet illā. Et misericordia est in lingua ipsius,
ideo misericorditer docet legē, sicut dictum est de sapiētia. Legem autē & misericordiam in
lingua portat. ~~Noli timere, ne implere legē non possis, fuge ad misericordiam.~~ Si multū est
ad te legem implere, utere pacto illo & chirographo, utere precibus quas tibi constituit &
cōposuit iurisperitus cœlestis: qui enim habēt causam & uolūt supplicare imperatori, quæ-
runt aliquē scholasticū iurisperitū, à quo sibi preces componantur, ne forte si aliter petierint
q̄ oportet, nō solū non impetrēt quod petūt, sed & pœnā pro beneficio cōsequantur. Cum
ergo quærerent supplicare Apostoli, & nō inuenirēt quomodo adirent imperatorē deum,

dixerunt

A dixerunt Christo, Domine, doce nos orare, hoc est, iurisperite noster, assessor dei, imò con- Luc. 11
fessor, compone nobis preces. Et docuit dominus de libro iuris cœlestis, docuit quomodo
orarent, & in ipso quod docuit, posuit quandā conditionem, Dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si non secundū legem petieris, reus eris. Cōtre
miscis imperatorem factus reus, offer sacrificium humilitatis, offer sacrificiū misericordiæ,
dic in precibus, Dimitte mihi, quoniā & ego dimitto: sed si dicis, fac. Quid enim facturus es,
quò iturus es, si mētitus fueris in precibus? Non quomodo dicitur in foro, carebis beneficio
rescripti, sed nec rescriptū impetrabis. Iuris enim forēsis est, ut qui in precibus mētitus fuerit,
non illi prosit quod impetrauit. Sed hoc inter homines, quia potest falli homo: potuit falli
imperator, quando preces misisti: dixisti enim quod uoluisti, & cui dixisti, nescit an uerū sit:
dimisit te aduersario tuo conuincendū, ut si ante iudicem cōuictus fueris de mēdacio, quia
nō potuit ille nisi præstare, nesciens an fueris mētitus, ibi carebis ipso beneficio rescripti, quo
perduxisti rescriptum. Deus autē quia nouit utrū mentiaris, an uerū dicas, non facit ut in iu
dicio tibi nō prosit, sed nec impetrare te permittit, qui ausus es mentiri ueritati. Quid ergo
facturus es? dic mihi. Implere legē ex omni parte, ita ut in nullo offendas, difficile est. Rea-
tus ergo certus est, remedio uti non uis? Ecce fratres mei, quale remediū posuit deus contra
ægritudines animæ. Quod ergo? Cum caput tibi dolet, laudamus si euangelium ad caput
tibi posueris, & nō ad ligaturā cucurreris. Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum,
& ita plangēdi sunt homines qui currūt ad ligaturas, ut gaudeamus quando uidemus ho-
minē in lectulo suo cōstitutum, iactari febribus & doloribus, nec alicubi spem posuisse, nisi
ut sibi euangeliū ad caput poneret, nō quia ad hoc factum est, sed quia prælatū est euange
lium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur ut quiescat dolor capitis, ad cor nō ponitur ut sane-
tur à peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponatur ad cor, sanetur cor, bonum est. Bonū est ut de
salute corporis nō satagas, nisi ut à deo illā petas. Si scit tibi prodesse, dabit illam tibi: si non
B tibi dederit, nō tibi proderit habere illam. ~~Quàm multi ægrotāt in lecto innocētes, & si sani~~
~~fuerint, procedūt ad scelera cōmittenda.~~ Quàm multis obest sanitas? Latro qui procedit ad
faucem occidere hominē, quanto melius illi erat ut ægrotaret. Qui nocte surgit ad effodien
dum parietē alienum, quāto illi melius si febribus iactaretur: innocētius ægrotaret, scelerate
sanus est. Nouit ergo deus quid nobis expediat, id agamus tātum ut cor nostrum sanū sit
à peccatis. Et quando forte flagellamur in corpore, ipsum deprecamur. Rogauit cū Paulus
apostolus, ut auferret ab eo stimulum carnis, & noluit auferre: nunquid perturbatus est, &
nunquid contristatus dixit se desertum? Magis se dixit non desertum, quia nō ablatum est
quod uolebat auferri, ut illa infirmitas sanaretur: hoc enim inuenit in uoce medici, Sufficit
tibi gratia mea, nā uirtus in infirmitate perficitur. Vnde ergo scisti q̄ nō uult te sanare deus,
adhuc tibi expedit flagellari? Vnde scis q̄ putre est quod secat medicus, agens ferrū per pu
trida? Nónne nouit modum quid faciat, quousq; faciat? Nūquid ululatus eius qui secatur,
retrahit manus medici artificiose secantis? Ille clamat, ille secat. Crudelis qui non audit cla-
mantē, an potius misericors, quia uulnus persequitur ut sanet ægrotum? Hæc fratres mei
ideo dixi, ne quis quærat aliquid præter auxiliū dei. Quādo forte in aliqua correptione do-
mini sumus, uidete ne pereatis, uidete ne ab agno recedatis, & à leone deuoremini. Diximus
ergo, quare hora decima sequētia uideamus. Erat† Andreas frater Simonis Petri, unus de *al's, habet autē*
duobus qui audierāt ab Ioāne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic† Simonem fratrem suum, *al's, habet primum*
& dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus.) Messias hebraice, latine
unctus, græce Christus est: ab unctione enim dicitur Christus. Chrisma unctio est græce, er
go Christus unctus. Ille singulariter unctus, præcipue unctus, unde omnes Christiani un-
guntur. Ille præcipue, quomodo in psalmo dicit, audi, Propterea unxit te deus deus tuus Psal. 44
oleo exultationis, præ participibus tuis. Participes enim eius omnes sancti: sed ille singula-
riter sanctus sanctorū, singulariter Christus, singulariter unctus. Et† duxit ad Iesum,) An- *al's, adduxit*
dreas fratrem suū Simonem. Intuitus autē eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius† Ioannis, *al's, Ioanna*

tu uo-

tu uocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus.) Non magnũ quia dominus dixit,cuius C
filius eſſet iſte.Quid magnũ domino? Omnia nomina ſanctorũ ſuorũ ſciebat, quos ante
conſtitutionem mundi prædeſtinauit:& miraris,quia dixit,uni homini, tu es filius illius,&
tu uocaberis illud,Magnum,quia mutauit ei nomen,& fecit de Simone Petrum.Petrus au
tem à petra,petra uero eccleſia.Ergo in Petri nomine figurata eſt eccleſia.Et quis ſecurus,ni
Matth.7 ſi qui ædificat ſupra petrã? Et quid ait ipſe dominus, Qui audit uerba mea hæc & facit ea,
ſimilabo cum uiro prudenti, ædificanti ſupra petram, non cedit tentationibus: deſcendit
pluuia,aduenerunt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam,& nõ cecidit:
fundata enim erat ſupra petram. Qui audit uerba mea & non facit ea, iam unuſquiſq; no
ſtrum timeat & caueat,ſimilabo eum uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuã ſuper arenam:
deſcendit pluuia, uenerunt flumina,flauerunt uenti,& impegerunt in domum illam,& fa
cta eſt ruina eius magna. Quid prodeſt quia intrat eccleſiã,qui uult ſuper arenã ædificare.
Audiendo enim & non faciendo,ædificat quidem,ſed ſuper arenam.Si enim nihil audit,ni
hil ædificat:ſi audit,ædificat.Si quærimus ubi,ſi enim audit & facit,ſupra petram:ſi audit &
non facit,ſuper arenam.Duo ſunt genera ædificãtium,aut ſupra petram,aut ſupra arenam.
Quid ergo illi qui non audiunt? Securi ſunt? Securos eos dicit,quia nihil ædificant.Nudi
ſunt ſub pluuia,ante uctos, ſanè flumina cum uenerint,iſta ante illos tollunt,quàm domus
deĳciant. Ergo uana eſt ſecuritas, & ædificare, & ſupra petram non ædificare.Si audire uis
& non facere,ædificas, ſed ruinam ædificas: cum autem uenerit tentatio, deĳcit domum,&
cum ipſa ruina tua te tollet.Si autem non audis, nudus es,& illis tentationibus tuipſe retra
heris.Audi ergo & fac.Vnum eſt remedium. Quanti forte hodie audiendo & nõ faciendo
rapti ſunt fluuio celebritatis huius? Audiendo enim & non faciendo,uenit fluuius ipſa cele
britas anniuerſaria,impletus eſt torrens,trãſiturus eſt & ſiccaturus: ſed uæ illi quem tulerit.
Illud uero nocerit charitas ueſtra, quia niſi quis & audiat & faciat,nõ ædificat ſupra petrã,
& non pertinet ad nomen tam magnum,quod ſic commendauit dominus.Intentum enim D
te fecit, nam ſi hoc ante Petrus uocaretur, non ita uideres myſterium petræ,& putares caſu
eum ſic uocari,non prouidentia dei.Ideo uoluit eum aliud prius uocari,ut ex ipſa commu
tatione nominis, ſacramenti uiuacitas commendaretur. Et in craſtinum uoluit dominus
Ieſus exire in Galilæam, & inuenit Philippum.Dicit ei,Sequere me.Erat autem de ciuitate
Andreæ & Petri.Et inuenit Philippus Nathanaëlem,)iam uocatus à domino, Et dixit ei,
Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ,inuenimus filium Ioſeph.)Eius filius dicebatur,
cui deſpõſata erat mater eius.Nam ꝙ ea intacta cõceptus & natus ſit,bene nouerũt omnes
Chriſtiani ex euãgelio. Hoc Philippus dixit Nathanaëli,addidit & locum, A Nazareth.
Et dixit Nathanaël, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.) Quid intelligitur fratres, non
quomodo aliqui pronũciant:nam & ſic ſolet pronunciari, A Nazareth poteſt aliquid boni
eſſe? Sequitur enim uox Philippi, Et dixit,Veni & uide.) Ambas enim pronunciationes
poteſt iſta uox ſequi,ſiue ſic pronuncies tanq̃ confirmans,à Nazareth poteſt aliquid boni
eſſe:& ille, Veni & uide:ſiue ſic dubitans, & totum interrogans, à Nazareth poteſt aliquid
boni eſſe? Veni & uide.Cũ ergo ſiue illo modo,ſiue iſto pronuncietur,nõ repugnant uerba
ſequẽtia:noſtrũ eſt quærere quid potius intelligamus in his uerbis: qualis fuerit Nathanaël
iſte,in ſequentibus probamus.Audite qualis fuerit,dñs ipſe perhibet teſtimoniũ. Magnus
dñs cognitus eſt teſtimonio Ioãnis,beatus Nathanaël cognitus teſtimonio ueritatis: quia
dñs &ſi teſtimonium Ioannis nõ commẽdaretur,ipſe ſibi perhibuit teſtimoniũ,quia ſuffi
cit ſibi ad teſtimonium ſuũ ueritas:ſed quia ueritatem non poterant capere homines,per lu
cernã quærebant ueritatẽ:& ideo Ioãnes per quem dñs oſtenderetur miſſus eſt.Audi dñm
Nathanaëli teſtimoniũ perhibẽtem.Et dixit ei Nathanaël,A Nazareth poteſt aliquid bo
ni eſſe.Dicit ei Philippus,Veni & uide. Et uidit IeſusNathanaëlem uenientẽ ad ſe,& dicit
de eo,Ecce uere Iſraëlita in quo dolus nõ eſt.) Magnũ teſtimoniũ: hoc nec Andreæ dictũ,
nec Petro dictũ, nec Philippo,quod dictum eſt de Nathanaële, Ecce uere Iſraëlita,in quo
dolus

A dolus non eſt.Quid ergo faciamus fratres? Deberet iſte primus eſſe in apoſtolis,& non ſo
lum primus non inuenitur in apoſtolis,ſed nec medius nec ultimus inter duodecim Natha
naël,cui tantũ teſtimonium perhibuit filius dei,dicens, Ecce uere Iſraëlita,in quo dolus non
eſt.Quæritur cauſa, quantum dominus intimat, probabiliter inuenimus. Intelligere enim
debemus ipſum Nathanaëlem eruditum & peritum legis fuiſſe:propterea noluit illum do
minus inter diſcipulos ponere,quia idiotas elegit,unde confunderet mundum: audi Apo
ſtolum dicentem ita,Videte,inquit,uocationem ueſtram fratres, quia non multi ſapientes 1.Cor.1
ſecundũ carnem,non multi potentes, non multi nobiles:ſed infirma mundi elegit deus, ut
confundat fortia:& ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus:& ea quæ nõ ſunt tanq̃
ea quæ ſunt,ut ea quæ ſunt,euacuẽtur.Si doctus eligeretur,fortaſſe ideo ſe diceret electum,
quia doctrina eius meruit eligi:dominus noſter Ieſus Chriſtus uolens ſuperborum frãgere
ceruices,non quæſiuit per oratorem piſcatorem, ſed de piſcatore lucratus eſt imperatorem.
Magnus Cyprianus orator,ſed prius Petrus piſcator,per quem poſtea crederet non ſolum
orator,ſed & imperator.Nullus nobilis primo electus eſt,nullus doctus,quia infirma mun
di elegit deus,ut confunderet fortia.Erat autẽ iſte magnus & ſine dolo,hoc ſolo nõ electus,
ne cuiq̃ uideretur dominus doctos elegiſſe:& ex ipſa doctrina legis ueniebat,quod cum au
diſſet à Nazareth:ſcrutatus enim erat ſcripturas,& ſciebat quia inde erat expectandus ſal
uator,quod non facile alĳ ſcribæ & phariſæi nouerant. Iſte ergo doctiſſimus legis,cum au
diſſet Philippum,dicentem,Inuenimus Ieſum quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ,à
Nazareth filium Ioſeph:Ille qui optime ſcripturas nouerat,audito nomine Nazareth,ere
ctus eſt in ſpem,& dixit,A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.Iã cætera de ipſo uideamus,
Ecce uere Iſraëlita, in quo dolus non eſt.Quid eſt in quo dolus nõ eſt? Forte non habebat
peccatum? forte non erat æger? forte illi medicus non erat neceſſarius? Abſit.Nemo ſic na
tus eſt ut illo medico non egeret. Quid ſibi ergo uult, in quo dolus non eſt? Aliquanto
B intentius quæramus,apparebit modo in nomine domini.Dolum dicit dominus,& omnis
qui uerba latina intelligit,ſcit quia dolus eſt cum aliud agitur & aliud fingitur.Intẽdat cha
ritas ueſtra,non dolus dolor eſt: propterea dico, quia multi fratres imperitiores latinitatis
loquuntur ſic,ut dicant,dolus illum torquet,pro eo quod eſt dolor.Dolus fraus eſt,ſimula
tio eſt:quando aliquis aliquid in corde tegit,& aliud loquitur,dolus eſt,& tanq̃ duo corda
habet: unum quaſi ſinum cordis habet,ubi uidet ueritatem:& alterum ſinum,ubi concipit
mendacium: & ut noueritis hunc eſſe dolum, dictum eſt in pſalmis, labia doloſa.Quid eſt Pſal.11
labia doloſa? Sequitur,In corde, & corde locuti ſunt mala. Quid eſt in corde, & corde, niſi
duplici corde? Si ergo dolus in iſto nõ erat, ſanabilem illum medicus iudicauit,nõ ſanum.
Aliud eſt enim ſanus,aliud ſanabilis,aliud inſanabilis.Qui ægrotat cũ ſpe,ſanabilis dicitur:
qui ægrotat cũ deſperatione,inſanabilis:qui autẽ iam ſanus eſt, non eget medico.Medicus
ergo qui uenerat ſanare, uidit iſtum ſanabilem,quia dolus in illo nõ erat.Quomodo dolus
in illo nõ erat? Si peccator eſt,fatetur ſe peccatorem.Si enim peccator eſt, & iuſtum ſe dicit,
dolus eſt in ore ipſius:ergo in Nathanaële cõfeſſionem peccati laudauit,non iudicauit non
eſſe peccatorẽ.Propterea cũ phariſæi qui ſibi uidebantur iuſti,reprehẽderent dominũ quia
miſcebatur ægrotis medicus,& dicerẽt,Ecce cum quibus manducat,cum publicanis & pecca
toribus:Reſpondit medicus phreneticis, Nõ eſt opus ſanis medicus,ſed male habẽtibus: Matth.9
non ueni uocare iuſtos,ſed peccatores:hoc erat dicere,Quia uos iuſtos dicitis,cum ſitis pec
catores,ſanos uos iudicatis cum langueatis,medicinam repellitis, nõ ſanitatem tenetis.Vn
de ille phariſæus qui uocauerat dominũ ad prandium, ſanus ſibi uidebatur:ægrota autem
illa mulier irrupit in domum, quo non erat inuitata, & deſiderio ſalutis facta impudens
acceſſit,non ad caput domini noſtri,non ad manus, ſed ad pedes: lauit eos lachrymis,ter
ſit capillis ſuis, oſculata eſt eos,& unxit unguento, pacem fecit cum ueſtigĳs domini pecca
trix.Reprehendit ille tanq̃ ſanus medicum,ille phariſæus qui illic diſcumbebat,& ait apud
ſe, Hic ſi eſſet propheta, ſciret quæ mulier eius pedes tetigiſſet. Ideo autem ſuſpicatus erat Luc.7
eum

eum ignoraſſe, quia non illam repulit, quaſi ne immundis manibus tangeretur. Nouerat C
autem ille, permiſit ſe tangi, ut tactus ipſe ſanaret. Dominus uidens cor phariſæi, propoſuit
ſimilitudinem, Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus ei debebat quinquaginta de/
narios, alter quingentos. Cum non haberent unde redderent, donauit ambobus, quis eum
plus dilexit? Et ille, credo domine, cui plus donauit. Et cõuerſus ad mulierẽ, dixit Simoni,
Vides iſtam mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, illa au/
tem lachrymis lauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti, illa autem
non deſtitit pedes meos oſculari. Oleum mihi non dediſti, illa autem unxit pedes meos un/
guento: Propterea dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui
autem modicum dimittitur, modicum diligit: hoc eſt dicere, Plus ægrotas, ſed ſanum te pu/
tas: modicum putas tibi dimitti, cum plus debitor ſis. Bene iſta, quia dolus in illa non erat,
meruit medicinam. Quid eſt, dolus in illa non erat? Confitebatur peccata. Hoc & laudat
in Nathanaële, q̃ dolus in illo nõ erat: quia multi phariſæi qui abundabant peccatis, iuſtòs
ſe dicebant, & dolum afferebant, per quem ſanari non poterant. Vidit ergo iam iuſtum in
quo dolus non erat, & ait, Ecce uere Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael,
Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit, Priuſquam te Philippus uocaret cum eſſes ſub
ficu, uidi te.) id eſt ſub arbore fici. Reſpondit ei Nathanaël & ait, Rabbi tu es filius dei,
tu es rex Iſraël.) Aliquid magnum potuit Nathanaël iſte intelligere, in eo quod dictum eſt,
cum eſſes ſub fici arbore uidi te, priuſquam te Philippus uocaret. Nam talem uocem protu
Matth.16 lit, tu es filius dei, tu es rex Iſraël, qualem tanto poſt Petrus, quando ei dominus ait, Beatus
es Simon bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & ſanguis, ſed pater meus qui eſt in cœlo.
Et ibi nominauit petram, & laudauit firmamentum eccleſiæ in iſta fide. Hic iam dicit, Tu
es filius dei, tu es rex Iſraël. Vnde? Quia dictum eſt ei, Anteq̃ te Philippus uocaret cum
eſſes ſub arbore fici, uidi te. Quærẽdum eſt, an aliquid ſignificet iſta arbor fici. Audite enim
fratres mei, Inuenimus arborem fici maledictam, quia ſola folia habuit, & fructum non ha
buit. In origine humani generis Adam & Eua cum peccaſſent, de folijs ficulneis ſuccincto/ D
ria ſibi fecerunt. Folia ergo ficulnea intelliguntur peccata. Erat autem Nathanaël ſub arbo
Eſaiæ 9 re fici, tanquam ſub umbra mortis. Vidit eum dominus, de quo dictum eſt, Qui ſedebant
in umbra mortis, lumẽ ortum eſt eis. Quid ergo dictum eſt Nathanaeli? Dicis mihi ô Na/
thanaël, unde me noſti? Modo iam loqueris mecum, quia uocauit te Philippus. Iam quem
uocauit per apoſtolum, ad eccleſiam ſuam uidit pertinere. O tu eccleſia, ô tu Iſraël, in quo
dolus non eſt: Si es populus Iſraël in quo dolus non eſt, modo iam cognouiſti Chriſtum
per apoſtolos, quomodo Nathanaël cognouit Chriſtum per Philippum. Sed miſericor/
dia ſua ante te uidit, q̃ tu eum cognoſceres, cum ſub peccato iaceres. Nunquid enim nos
prius quæſiuimus Chriſtum, & non ille nos quæſiuit? Nunquid nos uenimus ægroti ad
medicum, & non medicus ad ægrotos? Nónne ouis illa perierat, & relictis nonaginta no/
uem paſtor quæſiuit illam, & inuenit, quam lætus in humeris reportauit? Nónne perierat
drachma illa, & accendit mulier lucernam, & quæſiuit in tota domo ſua donec inuenit? Et
cum inueniſſet, collætamini mihi, ait uicinis ſuis, quoniã inueni drachmã quã perdideram:
ſic & nos ſicut oues perieramus, & ſicut drachma perieramus: & ſic paſtor inuenit ouem,
ſed quæſiuit ouem: mulier inuenit drachmã, ſed quæſiuit drachmam. Quæ eſt mulier? Ca/
Pſal.131 ro Chriſti. Quæ eſt lucerna? Parauí lucernam Chriſto meo. Ergo quæſiti ſumus ut inueni/
remur, inuenti loquimur. Nõ ſuperbiamus, quia anteq̃ inueniremur perieramus, ſi nõ quæ/
reremur. Non ergo nobis dicant quos amamus & uolumus lucrari paci eccleſiæ catholicæ:
Quid nos uultis? quid nos quæritis, ſi peccatores ſumus? Ideo uos quærimus ne pereatis:
quærimus, quia quæſiti ſumus: inuenire uos uolumus, quia inuẽti ſumus. Itaq; Nathanaël
cum dixiſſet, Vnde me noſti? Ait dominus, Priuſquam te uocaret Philippus, cum eſſes ſub
ficu uidi te. O tu Iſraëlita ſine dolo quiſquis es, ô populе uiuẽs ex fide, antequam te per apo
ſtolos meos uocarem, aut cum eſſes ſub umbra mortis, & tu me non uideres, ego te uidi.

Dixit

A Dominus deinde dicit ei: Quia dixi tibi, uidi te ſub arbore fici, credis, maius his uidebis.)
Quid hoc maius his? Et dixit eis: Amẽ amen dico uobis, uidebitis cœlos apertos, & angẽ
los aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis.) Fratres, neſcio quid maius dixit q̃
eſt, cum eſſes ſub arbore fici uidi te. Plus enim eſt q̃ nos dominus uocatos iuſtificauit, q̃ q̃
uidit iacentes ſub umbra mortis. Quid enim nobis proderat ſi ibi remanſiſſemus, ubi nos
uidit? Nunquid non iaceremus? Quid hoc eſt maius, quando uidimus angelos aſcenden/
tes & deſcendentes ſuper filium hominis? Iam aliquando de his aſcendentibus & deſcẽden
tibus angelis dixeram. Sed ne obliti fueritis, breuiter dico tanq̃ cõmemorans, pluribus eũ
dicerem ſi non cõmemorarem, ſed modo inſinuarem. Scalas uidit Iacob per ſomnium, & in
ipſis ſcalis uidit angelos aſcẽdentes & deſcendentes, & lapidem quẽ ſibi poſuerat ad caput,
unxit. Audiſtis quia meſſias Chriſtus eſt, audiſtis quia unctus Chriſtus eſt. Nõ enim ſic po
ſuit lapidẽ unctũ ut ueniret & adoraret, alioquin idololatria eſſet ſignificatio Chriſti. Facta
eſt ergo ſignificatio, quouſq; oportuit fieri ſignificationem, & ſignificatus eſt Chriſtus lapis
unctus, ſed non in idolo. Lapis unctus, lapis quare? Ecce pono in Sion lapidem electũ pre/ *Eſa.28*
cioſum, & qui crediderit in illũ nõ confundetur. Quare unctus? Quia Chriſtus à chriſmate. *Rom.9*
Quid aũt uidit tunc in ſcalis? Aſcendentes & deſcendentes angelos. Sic eſt & in eccleſia. An
geli dei, boni prædicatores prædicãtes Chriſtũ: hoc eſt ſuper filiũ hominis aſcendunt & de/
ſcendunt. Quomodo aſcendunt, & quomodo deſcendunt? Ex uno habemus exemplũ. Au/
di apoſtolum Paulum, quod in ipſo inuenerimus, hoc de cæteris ueritatis prædicatoribus
credamus. Vide Paulum aſcendentem: Scio hominem in Chriſto ante annos quatuorde/ *2.Cor.12*
cim raptum fuiſſe uſq; ad tertium cœlum, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit;
& audiuit ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Aſcendentem audiſtis, deſcenden/
tem audite. Non potui loqui uobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus: quaſi paruulis *1.Cor.3*
in Chriſto lac uobis potũ dedi, nõ eſcam. Ecce deſcendit qui aſcenderat. Quære quò aſcẽde
B rat? Vſq; ad tertiũ cœlũ. Quære quò deſcẽderit? Vſq; ad lac paruulis dandum. Audi quia
deſcendit. Factus ſum paruulus, inquit, in medio fratrũ, tanq̃ ſi nutrix foueat filios ſuos. *1.Theſſal.2*
Videmus enim & nutrices & matres deſcendere ad paruulos, & ſi norunt latina uerba dice/
re, decurtant illa & quaſſant quodammodo linguam ſuam, ut poſſint de lingua diſerta fieri
blandimenta puerilia, quia ſi ſic dicant, non audit infans, ſed nec proficit infans. Et diſertus
aliquis pater, ſi ſit tantus orator ut lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiantur,
ſi habeat paruulum filium, cum ad domum redierit, ſeponit forenſem eloquentiã quo aſcen
derat, & in lingua puerili deſcendit ad paruulum. Audi uno loco ipſum Apoſtolũ aſcẽden
tem & deſcendẽtem in una ſententia. Siue enim mente exceſſimus deo, ſiue temperantes ſu/ *2.Cor.5*
mus uobis. Quid eſt, mente exceſſimus deo? ut illa uideamus quæ non licet homini loqui.
Quid eſt, temperãtes ſumus uobis? Nunquid iudicaui me aliquid ſcire inter uos, niſi Ieſum
Chriſtum & hunc crucifixum? Si ipſe dominus aſcendit & deſcendit, manifeſtum eſt, quia
& prædicatores ipſius aſcendunt imitatione, deſcendunt prædicatione. Et ſi aliquanto uos
diutius tenuimus, conſilij fuit ut† opportunæ horæ tranſirent. Arbitramur iam illos peregiſſ/ *al's importunæ.*
ſe uanitatem ſuam. Nos autem fratres, quoniam paſti ſumus epulis ſalutaribus, quæ reſtãt
agamus, ut diem dñicum ſolẽniter impleamus in gaudijs ſpiritalibus, & comparemus gau/
dia ueritatis cũ gaudijs uanitatis: Et ſi horremus doleamus: ſi dolemus, oremus: ſi oramus,
exaudimur: ſi exaudimur, & illos lucramur.

Ab eo loco ubi ait, Et die tertio nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ, uſq; ad id
quod ait: Quid mihi & tibi eſt mulier, nondum uenit hora mea? Trac. VIII

Miraculum quidẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, quòd de aqua uinum fecit, non eſt mi/
randum eis qui nouerunt quia deus fecit: Ipſe enim fecit uinum in illo die in nu
ptijs in ſex illis hydrijs, quas impleri aqua præcepit, qui omni anno hoc facit in
uitibus. Sicut enim quod miſerunt miniſtri in hydrias, in uinum conuerſum eſt
opere domini: ſic & quod nubes fundunt, in uinum conuertitur eiuſdẽ opere dñi. Illud autẽ

non miramur,quia omni anno fit,assiduitate amisit admirationem. Nam & consyderatio- C
nem maiorem inuenit,q̄ id quod factum est in hydrijs aquæ. Quis est enim qui consyderat opera dei,quibus regitur & administratur totus hic mundus,& non obstupescit obruiturq̄ miraculis? Si cōsyderet uim unius grani cuiuslibet seminis,magna quidē res est,horror est consyderanti:sed quia homines in aliud intenti perdiderunt cōsyderationem operū dei,in qua darent laudem quotidie creatori,tanq̄ seruauit sibi deus inusitata quædam quæ faceret,ut tanq̄ dormientes homines,ad se colendum mirabilibus excitaret. Mortuus resurrexit,mirati sunt homines:tot quotidie nascuntur,& nemo miratur. Si consyderemus prudentius,maioris miraculi est esse qui non erat,q̄ reuiuiscere qui erat. Idem tamen deus pater domini nostri Iesu Christi per uerbum suum facit omnia,& regit quæ creauit. Priora miracula fecit,per uerbum suum deum apud se:posteriora miracula fecit per ipsum uerbū suū incarnatum,& propter nos hominem factum. Sicut miramur quæ facta sunt per hominē Iesum,miremur quæ facta sunt per deum Iesum. Per deum Iesum facta sunt cœlum & terra,mare,& omnis ornatus cœli,opulentia terræ,fœcunditas maris,omnia hæc quæ oculis adiacent,per Iesum deum facta sunt:& uidemus hæc,& si est in nobis spiritus illius, sic nobis placent ut artifex laudetur:non ut ad opera conuersi ab artifice auertamur,& faciē quodammodo ponentes ad ea quæ fecit,dorsum ponamus ad artificem qui fecit. Et hæc quidē uidemus & adiacent oculis:quid illa quæ non uidemus,sicut sunt angeli,uirtutes, potestates,dominationes,omnisq̄ habitator fabricæ huius supercœlestis,non adiacens oculis nostris:quanq̄ sæpe & angeli quando oportuit,demonstrauerunt se hominibus? Nōne deus & per uerbum suum,id est,unigenitum filiū suum dñm nostrum Iesum Christum fecit hæc omnia? Quid ipsa anima humana quæ non uidetur,& per opera quæ exhibet in carne, magnam præbet admirationem bene cōsyderantibus:à quo facta est nisi à deo,& per quem facta est,nisi per filium dei? Nondū dico de anima hominis:cuiusuis pecoris anima quodā- D
modo regit molem suam:sensus omnes exerit,oculos ad uidendum,aures ad audiendū, nares ad percipiendum odorem,oris iudicium ad sapores discernendos,membra denique ipsa ad peragenda officia sua:Nūquid hæc corpus & nō anima,id est,habitatrix corporis agit? Nec tamen uidet oculis,& ex his quæ agit admirationē mouet. Accedat iam consyderatio tua etiam ad animam humanam,cui tribuit deus intellectum cognoscendi creatorem suū, discernendi & distinguendi inter bonum & malum,hoc est inter iustum & iniustum:quanta agit per corpus? Attendite uniuersum orbem terrarum ordinatum in ipsa humana republica,quibus administrationibus,quibus ordinibus potestatum,conditionibus ciuitatum,legibus,moribus,artibus:hoc totū per animam geritur,& hæc uis animæ non uidetur. Cū subtrahitur corpori,cadauer iacet:cum autem adest corpori,primo condit quodāmodo putores corruptibiles:nam omnis caro in putredines defluit,nisi quodā condimento animæ teneatur:sed hoc cōmune illi est cū pecoris anima. Illa magis miranda quæ dixi,quæ ad mentē & intellectum pertinent,ubi etiam ad imaginē creatoris sui renouatur,ad cuius imaginē factus est homo. Quid erit hæc uis animæ,cū & corpus hoc induerit incorruptionē,& mortale hoc induerit immortalitatē? Si tanta potest per carnem corruptibilem,qui non poterit per corpus spiritale post resurrectionem mortuorū? Hæc tamē anima, ut dixi, admirabilis naturæ atq̄ substantiæ,inuisibilis res est & intelligibilis:& hæc tamen per Iesum deū facta
Ioan.1 est,quia ipse est uerbum dei. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factū est nihil. Cū ergo tanta uideamus facta per dñm Iesum,quid miramur aquā in uinū conuersam per hominē Iesum? Neq̄ enim sic factus est homo,ut perderet quod deus erat. Accessit illi homo, non amissus est deus. Ipse ergo fecit hoc,qui illa omnia. Non itaq̄ miremur quia deus fecit:sed amemus quia inter nos fecit,& ꝓpter nostrā reparationē fecit. Aliquid em̄ & in ipsis factis innuit nobis:Puto,quia non sine causa uenit ad nuptias. Excepto miraculo, aliquod & in ipso facto mysterij sacramentū latet:pulsemus ut aperiat,& de uino inuisibili inebriet nos:quia & nos aqua eramus,& uinum nos fecit. Sapientes enim fecit,sapimus enim fidem ipsius

A ipsius,qui prius insipientes eramus. Et forte ad ipsam sapientiam pertinet,cum honore dei, & cum laude maiestatis eius,& cum charitate potentissimæ misericordiæ eius,intelligere qd sit gestum in hoc miraculo. Dñs inuitatus ad nuptias uenit: quid mirum si in illam domū ad nuptias uenit,qui in hunc mundū ad nuptias uenit? Si enim non uenit ad nuptias, non hic habet sponsam. Et quid est quod ait Apostolus: Aptaui uos uni uiro,uirginem castam 2.Cor.11
exhibere Christo? Quid est quod timet,ne uirginitas sponsæ Christi per astutias diaboli corrumpatur? Timeo,inquit, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua,sic & uestræ mentes corrumpātur à simplicitate & castitate,quæ est in Christo. Habet ergo hic sponsam quā redemit sanguine suo,& cui pignus dedit spiritum sanctū:cruit eam de manciparu diaboli,mortuus est propter delicta eius,resurrexit propter iustificationē eius. Quis offerret tanta sponsæ suæ? Offerant homines quælibet ornamenta terrarum,aurum,argētum, lapides pretiosos,equos,mancipia,fundos,prædia,nūquid aliquis offerret sanguinē suum? Si enim sanguinem suum sponsæ dederit,non erit qui ducat uxorem. Dñs autē securus moriens,dedit sanguinem suum pro ea quam resurgens haberet,quā sibi iam coniunxerat in utero uirginis. Verbum enim sponsus,& sponsa caro humana,& utrūq̄ unus filius dei,& idem filius hominis,ubi factus est caput ecclesiæ. Ille uterus uirginis Mariæ,thalamus eius:inde processit tanq̄ sponsus de thalamo suo,sicut scriptura prædixit: Et ipse tanq̄ sponsus procedens Psal.18
de thalamo suo,exultauit ut gigas ad currēdam uiam. De thalamo processit uelut sponsus, & inuitatus uenit ad nuptias. Certi sacramenti gratia,uidetur matrem de qua sponsus processit,non agnoscere & dicere illi: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Ioan.2
Quid est hoc? Ideo ne uenit ad nuptias, ut doceret matres cōtemni? Nō. Vtiq̄ ad cuius nuptias uenerat,ideo ducebat uxorē ut filios procrearet,& ab eis quos ut procrearet optabat, utiq̄ honorari cupiebat. Ille ergo uenerat ad nuptias ut exhonoraret matrem,cum & pro-
B pter filios habendos,quibus reddere honorem parentibus imperat deus, ipsæ nuptiæ celebrantur,& ducuntur uxores? Proculdubio fratres latet ibi aliquid,nam tanta res est,ut quidam quos cauendos præmonuit Apostolus,sicut supra cōmemorauimus,dicens: Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua,sic & uestræ mentes corrumpātur à simplicitate & castitate quæ est in Christo:derogantes euangelio & dicentes,quòd Iesus nō sit natus de Maria uirgine,hinc argumentum sumere conarentur erroris sui,ut dicerēt: Quomodo erat mater eius,cui dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Respondēdum ergo est eis & consyderandū, quare hoc dixerit dñs,ne sibi aliquid aduersus sanam fidē insanientes inuenisse uideantur, unde sponsæ uirginis castitas corrumpatur, id est,unde fides ecclesiæ uiolctur:reuera enim fratres eorū, qui præponunt mendacium ueritati. Nam isti qui uidentur sic honorare Christum,ut negent eum carnē habuisse,nihil aliud eum quàm mēdacem prædicant. Qui enim mendacium prædicant in hominibus,quid ab eis expellunt nisi ueritatem? Immittunt diabolum,excludunt Christum:immittunt adulterum,excludunt sponsum, paranymphi,scilicet uel potius lenones & serpentes. Ad hoc enim loquūtur ut serpens possideat,Christus ex- al's lenones.
cludatur. Quomodo possidet serpens? Quando possidet mendacium,quando possidet falsitas,serpens possidet:quādo possidet ueritas, Christus possidet. Ipse enim dixit: Ego sum Ioan.1 +
ueritas. De illo autem dixit: Et in ueritate non stetit,quia ueritas non est in eo. Sic est autem Ioan.8
ueritas Christus,ut totum uerum accipias in Christo,uerum uerbum patris, æqualis patri, uera anima,uera caro,uerus homo,uerus deus,uera natiuitas, uera passio, uera mors,uera resurrectio:si aliquid horum dixeris falsum,intrat putredo,de ueneno serpentis nascuntur uermes mendaciorū,& nihil integrum remanebit. Quid est ergo,inquit,quod ait dominus, Quid mihi & tibi est mulier? Forte in eo quod sequitur ostendit nobis dñs,quare hoc dixerit: Nondum,inquit,uenit hora mea. Sic enim ait: Quid mihi & tibi est mulier? nondū uenit hora mea. Et hoc cur dictum sit requirendū est. Prius ergo hinc resistamus hæreticis. Quid dicit serpens ueternosus,uenenorum insibilator & inspirator antiquus? Quid dicit: Non habuit matrē fœminam Iesus. Vnde probas? Quia dixit,inquit, quid mihi & tibi est mulier?

Ex bibl. univ. Tarl.

Quis hoc narrauit,ut credamus quia hoc dixit? Quis hoc narrauit? Nempe Ioannes euan- C
als & die tertia gelista dixit:Et erat ibi mater Iesu,nam ita narrauit †Altera die nuptiæ factæ sunt in Cha na Galileæ,& erat ibi mater Iesu. Venerat autem illuc inuitatus Iesus ad nuptias cum discipulis suis.) Tenemus duas sententias ab euangelista prolatas. Erat ibi mater Iesu, euangelista dixit:quid dixerit matri suæ Iesus,ipse euangelista dixit:& quomodo dixit respondisse matri suæ Iesum,ut primo diceret,ait illi mater eius? Videte fratres,ut aduersus linguam serpentis,munitam uirginitatē cordis habeatis. Illic in ipso euangelio eoipso euāgelista narrante dicit̄:Erat ibi mater Iesu:&,Dixit illi mater eius. Quis hoc narrauit? Ioannes euange-
Non obseruat ordinem textus qui habet, & deficiēte uino, dicit mater Iesu ad eum, uinū nō habent, Et dicit ei Iesus. lista,Et quid respondit matri Iesus? Quid mihi & tibi est mulier?) Quis hoc narrat? Idē ipse Ioannes euangelista. O euangelista fidelissime & ueracissime,tu mihi narras dixisse Iesum,quid mihi & tibi est mulier:cur ei apposuisti matrē quā non agnoscit? Nam tu dixisti, quia ibi erat mater Iesu,& quia dicit ei mater eius:cur nō potius dixisti:Erat ibi Maria, &, dixit ei Maria? Vtrūq; tu narras,& dixit ei mater eius,& respondit ei Iesus:Quid mihi & tibi est mulier? Quare hoc? quia utrūq; uerum est. Illi autem in eo uolunt credere euāgelistæ, q̄ narrat Iesum dixisse matri,Quid mihi & tibi est mulier:& in eo nolūt credere euāgelistæ, q̄ ait,Erat ibi mater Iesu,&,dixit ei mater eius. Quis est autē qui resistit serpenti & tenet ueritatē? Cuius uirginitas cordis non corrumpitur astutia diaboli? Qui utrūq; uerū credit, & quia erat ibi mater Iesu,& quia illud respondit matri Iesus. Sed si nondum intelligit quēadmodū dixerit Iesus,Quid mihi & tibi est mulier? interim credat quod dixerit & quòd matri dixerit:sit primo pietas in credente,& erit fructus in intelligente. Interrogo uos ô fideles Christiani:Erat ibi mater Iesu? Respondete,erat. Vnde scitis? Respondete,hoc loquitur euangelium. Quid respondit matri Iesus? Respondete,quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea.) Et hoc unde scitis? Respondete,hoc loquitur euangelium. Nullus uobis corrumpat hanc fidem,si uultis sponso seruare castam uirginitatem. Si autē quæritur à uobis,cur hoc matri responderit? dicat qui intelligit:qui autem nondū intelligit,firmissime D
tamen credat,& hoc respondisse:& tamen matri respondisse Iesum. Hac pietate merebitur etiam intelligere cur ita responderit,si orando pulset,& non rixando accedat ad ostium ueritatis: Tantū caueat ne dum se putat scire,aut erubescit nescire,cur ita responderit, cogat̄ credere aut euangelistam fuisse mentitum qui ait,Erat ibi mater Iesu:aut ipsum Christum falsa morte passum propter delicta nostra,& falsas cicatrices ostendisse ꝓpter iustificationem
Ioan.8 nostram,falsumq; dixisse:Si manseritis in uerbo meo,uere discipuli mei estis,& cognoscetis ueritatem,& ueritas liberabit uos. Si enim falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa uulnera passionis,falsæ cicatrices resurrectionis,non ueritas credentes in eum, sed potius falsitas liberauit: Immo uero falsitas cedat ueritati,& confundantur omnes,qui propterea se uolunt uideri ueraces,quia Christum conantur demonstrare fallacem:& nolunt sibi dici, nō uobis credimus quia mētimini,cum ipsam ueritatē dicant esse mentitā:quibus tamen si dicamus, unde nostis dixisse Christū,Quid mihi & tibi est mulier? euāgelio se credidisse respondēt: Cur ergo nō credūt euangelio dicenti,Erat ibi mater Iesu,&,dixit ei mater eius? Aut si hoc mētitur euāgeliū, quomodo ei credit̄ quia dixerit Iesus,Quid mihi & tibi est mulier? Cur non potius miseri,& q̄ ita nō extraneæ,sed matri dñs responderit,fideliter credūt:& cur ita responderit,pie quærūt? Multum enim interest inter eū qui dicit,uolo scire quare Christus hoc matri responderit:& eū,qui dicit,scio q̄ hoc Christus nō matri responderit. Aliud est intelligere uelle quod clausum est: aliud nolle credere,quod apertum est. Qui dicit:scire uolo cur ita Christus matri responderit,aperiri sibi uult euangelium cui credit:qui autem dicit, scio q̄ hoc Christus nō matri responderit,ipsum euāgelium arguit de mendacio, ubi credit q̄ Christus ita responderit. Iam uero si placet fratres,illis repulsis,& in sua cæcitate erranti-
bus semper, nisi humiliter sanentur,nos quæramus,quare dominus noster sic matri responderit? Ille singulariter natus de patre sine matre,de matre sine patre:sine matre deus, sine patre homo,sine matre ante tempora,sine patre in fine temporum:quod respondit,matri re-

A tri respondit,quia erat ibi mater Iesu,& dixit ei mater eius. Hoc totum euangelium loquitur. Illic nouimus,quia erat ibi mater Iesu,ubi nouimus quòd dixerit ei,Quid mihi & tibi mulier? nondum uenit hora mea. Totum credamus,& quod nondum intelligimus requiramus. Et primum hoc uidete,ne forte quomodo inuenerunt Manichæi occasionem perfidiæ suæ,quia dixit dñs,Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniāt mathematici occasionē fallaciæ,quia dixit,nōdū uenit hora mea. Et si hoc secūdū mathematicos dixit,sacrilegiū fecimus incendēdo codices eorum. Si autem recte fecimus,sicut apostolorū temporibus factū est,non secundum eos dixit dñs, nondum uenit hora mea. Dicunt enim uaniloqui & seducti seductores: Vides quia sub fato erat Christus qui dicit,nondū uenit hora mea. Quibus ergo prius respondendum est,hæreticis an mathematicis? Vtriq; enim à serpente illo ueniunt,uolentes corrumpere uirginitatem cordis ecclesiæ,quam habet in integra fide. Primo si placet,eis quos proposueramus,quibus quidem iam ex magna parte respondimus. Sed ne arbitrentur nos non habere quid dicamus de his uerbis quæ dominus matri respondit, uos magis aduersus illos instruimus: nam illis refellendis,puto quòd sufficiant quæ iam dicta sunt. Cur ergo ait matri filius,Quid mihi & tibi est mulier,nondū uenit hora mea? Dominus noster Iesus Christus,& deus erat & homo:secundum q̄ deus erat,matrem non habebat:secundū q̄ homo erat,habebat matrē. Mater ergo erat carnis,mater infirmitatis quā suscepit ꝓpter nos. Miraculum aūt quod facturus erat,secundū diuinitatē facturus erat,nō secundū infirmitatem:secundū q̄ deus erat,non secūdum id quòd infirmus natus erat: sed infirmum dei fortius est hominibus. Miraculum ergo exigebat mater,at ille tanq̄ nō agnoscit uiscera humana,operaturus facta diuina,tanq̄ dicens:Quod de me facit miraculū,non tu genuisti,diuinitatem meā non tu genuisti:sed quia genuisti infirmitatē meam,tūc te cognoscam cum ipsa infirmitas pendebit in cruce, hoc est enim, nondum uenit hora mea. Tunc enim cognouit qui utiq; semper nouerat,& anteq̄ de illa natus esset,in prædestina-
B tione nouerat matrem:& anteq̄ deus crearet,de qua ipse homo crearetur, nouerat matrē. Sed ad quandam horam in mysterio non agnoscit:& ad quandam horam quæ nondum uenerat,in mysterio rursus agnoscit. Tunc enim agnouit,quando illud quod peperit moriebatur:non enim moriebatur per quod facta erat Maria,sed moriebatur quod factum erat ex Maria. Non moriebatur æternitas diuinitatis,sed moriebatur infirmitas carnis. Illud ergo respondit discernēs in fide credentium,quis,per quam uenerat. Venit enim per matrem fœminam deus & dñs cœli & terræ. Secundum q̄ dñs mundi, q̄ dñs cœli & terræ,dominus utiq; & Mariæ:secundū q̄ creator cœli & terræ,creator & Mariæ:secundū autem q̄ dictū est:Factum ex muliere, factum sub lege,filius Mariæ,Ipse dominus Mariæ,ipse filius Ma- *Gal.4*
riæ:ipse creator Mariæ,ipse creatus ex Maria. Noli mirari, quia & filius & dñs. Sicut enim Mariæ,ita & Dauid dictus est filius:& ideo Dauid filius,quia Mariæ filius. Audi Apostolum aperte dicentē, quia factus est ei ex semine Dauid secundū carnem:audi eum & dñm *Rom.1*
Dauid,dicat hoc & ipse Dauid:Dixit dñs domino meo,sede ad dexteram meam. Et ipse *Psal.109*
Iesus hoc proposuit Iudæis,& eos inde conuicit:Quomodo ergo Dauid & filius & dñs? Fi- *Matth.22*
lius Dauid secundum carnem,dominus Dauid secundum diuinitatem:sic Mariæ filius secundum carnem,dominus Mariæ secundū maiestatem. Quia ergo non erat illa mater diuinitatis,& per diuinitatem futurum erat miraculum quod petebat,respōdit ei:Quid mihi & tibi est mulier? Sed ne putes q̄ te negem matrem,nondū uenit hora mea: Ibi enim te agnoscam,cum pendere in cruce cœperit infirmitas cuius mater es. Probemus si uerum est. Quādo passus est dominus sicut idem euangelista dicit,nouerat matrem dominus,& qui nobis insinuauit etiam in his nuptijs matrem dñi,ipse narrat. Erat,inquit,illic circa crucem mater
Iesu,& ait Iesus matri suæ:Mulier ecce filius tuus:& ad discipulum,ecce mater tua. Cōmen- *Ioan.19*
dat matrem prior matre moriturus,& ante matris mortem resurrecturus. Cōmendat homo homini hominem,hoc peperit Maria. Illa hora iam uenerat de qua tunc dixerat, non-

dum uenit hora mea. Quantum arbitror fratres, responsum est hæreticis: mathematicis re- C
spondeamus. Et ipsi unde conantur conuincere, quia sub fato erat Iesus? Quia ipse ait, ut in-
quiunt, nondum uenit hora mea. Si ergo dixisset, horam non habeo, exclusisset mathe-
maticos, non essent unde calumniarentur. Nunc uero quia dixit, nondum uenit hora mea,
contra ipsius uerba quid possumus dicere? Mirum est quòd mathematici credendo uerbis
Christi, conantur conuincere Christianos, quòd sub hora fatali uixerit Christus. Credant
Ioan.10 ergo Christo dicenti: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo ite
rum sumendi eam: Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, & iterũ sumo eam.
Ergó ne ista potestas sub fato est? Ostendant hominem qui potestatẽ habeat quando mo
riatur, quàmdiu uiuat, omnino non ostendunt: credant ergo deo dicenti: Potestatem ha-
beo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & quærant quare sit dictum, nõdum
uenit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant conditorem cœli, creatorem atq; ordinato-
rem syderum: quia si esset fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum con
ditor syderum. Adde quia non solum Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec
tu, aut ego, aut ille, aut quisquã hominum. Veruntamen seducti seducunt, & proponunt fal
lacias hominibus. Tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam qui tendunt ad
capiendas feras, uel in syluis, uel in solitudine id agũt: quàm infeliciter uani sunt homines,
quibus capiendis in foro tenditur. Nummos accipiunt, cũ se homines hominibus uendunt:
dant isti nummos ut se uanitatibus uendant: Intrant enim ad mathematicum, ut emant
sibi dominos, quales mathematico dare placuerit, uel Saturnum, uel Iouem, uel Mercuriũ,
uel si quid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, ut nummis datis seruus exiret, immo ue-
ro non intraret si liber esset, sed intrauit quò eum dominus error & domina cupiditas tra-
Ioan.8 xit. Vnde & ueritas dicit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quare ergo dixit: nõ
dum uenit hora mea? Magis quia in potestate habebat quando moreretur, nondum uide-
bat esse opportunum, ut illa potestate uteretur. Quomodo nos fratres, uerbi gratia, si loqui- D
mur: Iam certa hora est, qua exeamus ut celebremus sacramẽta: si ante exeamus quàm opus
est, nónne peruersi & præposteri sumus? Quia ergo non facimus nisi quando opportunum
est: propterea in his agendis cum ita loquimur, fatum consyderamus? Quid est ergo, non-
dum uenit hora mea? Quando ego scio opportune me pati, quando passio mea utilis erit:
nondum uenit ipsa hora, tunc uoluntate patiar: ut utrũq; serues, & nondũ uenit hora mea,
Ioan.10 & potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Venerat ergo, ha-
bens in potestate quando moreretur: nam si ante moreretur quàm discipulos elegisset, cer-
te præposterum esset. Si esset homo qui non haberet in potestate horam suam, posset ante
mori quàm discipulos elegisset. Et si forte moreretur iam electis eruditisq; discipulis, præ-
staret ei ne ipse hoc faceret. At uero qui uenerat in manu habẽs quãdo iret, quãdo rediret,
quouscq; excurreret, cui paterent inferi, nõ tantũ morienti, sed & resurgenti, ut nobis ostẽde
ret spem immortalitatis ecclesiæ suæ, in capite ostendit quòd membra expectare deberent,
resurget etiam in cæteris membris, qui resurrexit in capite. Hora ergo nondum uenerat, op-
portunitas nondum erat. Vocandi erant discipuli, annunciandum erat regnum cœlorum,
faciendæ erant uirtutes: cõmendanda erat diuinitas in miraculis: cõmendanda erat huma-
nitas domini in ipsa compassione mortalitatis. Ille enim esuriebat, quia homo erat: pauit
quinque panibus tot milia, quia deus erat. Qui dormiebat quia homo erat: uentis & fluctu-
bus imperabat, quia deus erat. Hæc omnia cõmendanda erant prius, ut esset quod scriberẽt
euangelistæ, quod prædicaretur ecclesiæ. At ubi tantum fecit quantum sufficere iudicauit, ue
nit hora non necessitatis, sed uoluntatis: non conditionis, sed potestatis. Quid ergo fratres,
quia illis & illis respondimus, nihil dicemus quid sibi uelint hydriæ, quid aqua in uinum cõ-
uersa, quid architriclinus, quid sponsus, quid mater Iesu in mysterio, quid ipsæ nuptiæ? Dicẽ
da sunt omnia, sed onerandi non estis. Volui quidẽ in nomine Christi & hesterno die quo

solet

A solet sermo deberi charitati uestræ id agere uobiscum, sed non sum permissus necessitati-
bus quibusdam impedientibus. Si ergo placet sanctitati uestræ, hoc quod ad mysteriũ per-
tinet huius facti, in crastinum differamus, & non oneremus & uestram & nostram infirmi-
tatem. Sunt forte hodie multi qui propter solennitatẽ diei, nõ propter audiendum sermo-
nem conuenerunt. Crastino qui uenerint, uenient audituri, ut nec fraudemus studiosos, nec
grauemus fastidiosos.

Ab eo loco ubi ait, dicit mater eius ministris: Quodcunq; uobis dixe
rit facite, usq; ad id quod ait: Implete hydrias aqua, & impleuerũt eas
usque ad summum. Tractatus IX

Nõ obseruat Aug. in hoc tractatu integram formã textus, sed plura uerba transilit, quædã cõmemorat, quædam uariat.

ASSIT deus dñs noster, ut donet nobis reddere quod promisimus. Hesterno enim die si meminit sanctitas uestra, cum temporis includeremur angustia, ne sermonem inchoatum impleremus, in hodiernum diem distulimus, ut ea quæ in hoc facto euangelicæ lectionis mystice in sacramentis posita essent, ipso ad-
iuuante aperirentur. Non itaq; opus est nobis morari diutius in commendando dei mira-
culo: Ipse est enim deus qui per uniuersam creaturam quotidiana miracula facit, quæ ho-
minibus non facilitate, sed assiduitate uiluerunt. Rara autem quæ facta sunt ab eodem do-
mino; id est, à uerbo propter nos incarnato, maiorem stuporem hominibus attulerunt: non
quia maiora erant quàm sunt ea quæ quotidie in creatura facit, sed quia ista quæ quotidie
fiunt, tanq; naturali cursu peragũtur: illa uero efficacia potentiæ etiam tanquàm præsentis,
exhibita uidentur oculis hominum. Diximus sicut meministis, resurrexit unus à mortuis,
obstupuerunt homines: cum quotidie nasci qui non erant, nemo miretur: Sic aquam in ui-
num conuersam quis non miretur: cum hoc annis omnibus deus in uitibus faciat? Sed quia
omnia quæ fecit dominus Iesus, non solum ualent ad excitanda corda nostra miraculis, sed
B etiã ad ædificãda in doctrina fidei, scrutari nos oportet qd sibi uelint illa omnia: id est, quid
significẽt: horum enim omnium significationes, sicut recordamini, in diem hodiernum distu
limus. Quòd dominus inuitatus uenerit ad nuptias, etiam excepta mystica significatione,
confirmare uoluit quòd ipse fecit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apostolus, 1.Timoth.4
prohibẽtes nubere, & dicentes quòd malum essent nuptiæ, & quòd diabolus eas fecisset, cũ
idem dominus dicat in euãgelio interrogatus: utrum liceat homini dimittere uxorem suã
ex qualibet causa, non licere excepta causa fornicationis. In qua responsione si meministis, Matth.19
hoc ait: Quod deus coniunxit, homo non separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catho-
lica, nouerũt quòd deus fecerit nuptias: & sicut cõiunctio à deo, ita diuortium à diabolo fit.
Sed propterea in causa fornicationis licet uxorem dimittere, quia ipsa esse uxor prior no-
luit, quæ fidem coniugalem marito non seruauit. Nec illi qui uirginitatẽ deo uouent, quan-
quàm ampliorem gradum honoris & sanctitatis in ecclesia teneant, sine nuptijs sunt: nam
& ipsi pertinent ad nuptias cum tota ecclesia, in quibus nuptijs sponsus est Christus. Ac
per hoc ergo dominus inuitatus uenit ad nuptias, ut coniugalis castitas firmaretur, & osti-
deretur sacramentum nuptiarum, quia & illarum nuptiarum sponsus personam domini fi-
gurabat, cui dictum est: Seruasti uinum bonum usq; adhuc. Bonum enim uinum Christus
seruauit usque adhuc: id est, euangelium suum. Iam enim incipiamus ipsa sacramentorum
operta detegere, quãtum ille donat in cuius nomine uobis promisimus. Erat prophetia an-
tiquis temporibus, & à prophetiæ dispensatione nulla tempora cessauerunt. Sed illa pro-
phetia quando in illa Christus non intelligebatur, aqua erat. In aqua enim uinum quo-
dammodo latet. Et dicit Apostolus, quid intelligamus in ista aqua: Vsque in hodiernum, 2.Cor.3
inquit, diem quàmdiu legitur Moyses idipsum uelamen super cor eorũ positũ est, quod nõ
reuelatur, quia in Christo euacuatur. Et cum transierint, inquit, ad dñm, auferetur uelamen.
Velamen dicit ad opertionem prophetiæ, ut nõ intelligeretur. Tollitur uelamen cum tran-

sieris ad dominum:sic tollitur insipientia cum transieris ad dominum, & quod aqua erat, C
uinum tibi fit. Lege libros omnes propheticos,non intellecto Christo,quid tam insipidum
& fatuum inuenies? Intellige ibi Christum,non solum sapit quod legis,sed etiam inebriat,
mutans mentem à corpore, ut præterita obliuiscens, in ea quæ ante sunt extendaris. Er-
go prophetia ab antiquis temporibus, ex quo prorsus currit ordo nascentium in genere
humano, de Christo non tacuit: sed occultum ibi erat, adhuc enim erat aqua. Vnde
probamus quòd omnibus temporibus superioribus usque ad ætatem qua dominus ue-
nit,prophetia de illo non defuit? Ipso domino dicente:Cum enim resurrexisset à mor-
tuis, inuenit discipulos suos dubitantes de ipso quem secuti erant. Viderunt enim eum
Luc.23 mortuum, & non sperauerunt eum resurrecturum, & tota spes eorum concidit. Vn-
de ille latro laudatus ipso die meruit esse in paradiso, quia in cruce confixus tunc confes-
sus est Christum,quando de illo discipuli dubitarunt:Ergo inuenit eos nutantes, & quo-
dammodo arguentes seipsos, quòd in illo redemptionem sperauerant: dolebant tamen
eum sine culpa occisum,quia nouerant innocentem, Et hoc ipsi post resurrectionem dixe-
runt, cum quosdam eorum tristes inuenisset in uia,Tu solus peregrinaris in Hierusalem,
Luc.24 & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Ille autem dixit eis:Quæ? Illi uero dixe-
runt:De Iesu Nazareno,qui fuit uir propheta potens in factis & dictis in conspectu dei &
uniuersi populi,quomodo hunc tradiderunt sacerdotes & principes nostri in damnationẽ
mortis,& cruci eum fixerũt. Nos autem sperabamus quia ipse erat qui redempturus esset
Israël,& nunc tertius dies agitur hodie ex quo hæc facta sunt. Hæc atq; alia cum dixisset
unus ex duobus, quos inuenit in uia euntes ad propinquum castellum:respondit ipse &
ait:O insensati & tardi corde ad credendum,super omnia quæ locuti sunt prophetæ:Nón-
ne hæc omnia oportebat pati Christum,& introire in claritatem suam? Et fuit incipiens à
Moyse & omnibus prophetis,interpretans illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.Itẽ
alio loco,cum palpari se manibus discipulorum uoluit,ut crederent quia in corpore resurre- D
xerat:Hi sunt,inquit,sermones quos locutus sum ad uos,cum adhuc essem uobiscum,quia
oporteret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tũc
adaperuit illis sensum ut intelligerẽt scripturas, & dixit illis,Quia sic scriptum est,& sic opor
tebat pati Christum,& resurgere à mortuis tertia die,& prædicare in nomine eius pœniten
tiam & remissionem peccatorum in omnes gentes,incipientes à Hierusalem.His ex euange
lio quæ certe manifesta sunt intellectis,patebunt illa omnia mysteria,quæ in isto miraculo
domini latent.Videte quid ait:Quia oportebat impleri in Christo,quæ de illo scripta sunt.
Vbi scripta sunt? In lege, inquit,& prophetis & psalmis:nihil scripturarum ueterum præ-
termisit.Illa erat aqua:Et ideo dicti sunt illi à domino insensati,quia eis adhuc aqua sapie
bat,non uinum. Quomodo autem fecit de aqua uinum? Cum aperuit eis sensum,& ex-
posuit eis scripturas,incipiens à Moyse & per omnes prophetas:unde iam inebriati dice-
bant,Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in uia, &
aperiret nobis scripturas? Intellexerunt enim Christum in his libris, in quibus eum non
nouerant. Mutauit autem aquam in uinum dominus noster Iesus Christus,& sapit quod
non sapiebat, & inebriat quod non inebriabat. Si enim iussisset inde aquam effundi, &
sic ipse mitteret uinum ex occultis creaturæ finibus, unde fecit & panem quando satura-
Matth.14 uit tot milia: non enim quinque panes habebant quinque milium hominum saturita-
tem, aut saltem duodecim cophinos plenos, sed omnipotentia domini quasi fons pa-
nis erat: sic posset & effusa aqua uinum infundere,quod si fecisset,uideretur scripturas ue-
teres improbasse. Cum autem ipsam aquam conuertit in uinum, ostendit nobis quòd
& scriptura uetus ab ipso est: nam iussu ipsius impletæ sunt hydriæ. A domino qui-
dem & illa scriptura, sed nihil sapit si non ibi Christus intelligatur. Intendite autem
quod ipse ait,quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Nouimus autẽ legem

ex qui-

A ex quibus tẽporibus narret:id est, ab exordio mundi. In principio fecit deus cœlum & ter- Gen.1
ram:inde usq; ad hoc tempus quod nunc agimus, sexta ætas est, ut sæpe audistis & no-
stis. Nam prima ætas est ab Adam usque ad Noë:secunda à Noë usque ad Abraam:sic &
Matthæus euãgelista per ordinem sequitur & distinguit: tertia ab Abraam usque ad Matth.1
Dauid:quarta à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis:quinta à transmigratio-
ne Babylonis usq; ad Ioannem baptistam:sexta inde usq; ad finẽ seculi. Propterea & sexta
die fecit deus hominem ad imaginem suam,quia sexta ista ætate manifestatur per euange-
lium reformatio mentis nostræ,secundum imaginẽ eius qui creauit nos. Et cõuertitur aqua
in uinum,ut iam manifestatum Christum in lege & prophetis sapiamus. Ideo, Erant ibi
sex hydriæ,quas iussit impleri aqua.) Sex ergo illæ hydriæ,sex ætates significant,quibus nõ
defuit prophetia. Illa ergo tempora sex, quasi articulis distributa atq; distincta,quasi uasa
essent inania,nisi à Christo implerentur:quid dixi tempora,quæ inaniter currerent, nisi in
eis dominus Iesus prædicaretur? Impletæ sunt prophetiæ,plenæ sunt hydriæ,sed ut aqua in
uinum conuertatur,in illa tota prophetia Christus intelligitur. Quid est autẽ, Capiebant
metretas binas uel ternas?) Mysteriũ nobis maxime ista locutio cõmendat. Metretas enim
dicit mensuras quasdam, tanq; si diceret,urnas,amphoras,uel si quid huiusmodi. Nomen
mensuræ est metreta,& à mensura accepit nomẽ ista mensura. Metron enim mensurã dicũt
Græci:inde appellatæ metretæ. Capiebant enim metretas binas uel ternas. Quid dicimus
fratres? Si ternas tantum diceret,non curreret animus noster nisi ad mysterium trinitatis.
Sed forte nec sic debemus inde cito iam sensum nostrum auertere,quia dixit binas uel ter-
nas:quia nominato patre & filio,consequenter & spiritus sanctus intelligẽdus est. Spiritus
enim sanctus non est patris tantũmodo,aut filij tantũmodo spiritus,sed patris & filij spiri-
tus:scriptum est enim: Si quis dilexerit mundum,nõ est spiritus patris in illo. Item scriptũ 1.Ioan.2
est:Si quis autẽ spiritũ Christi non habet,hic non est eius. Idem autẽ spiritus & patris & fi- Rom.8
B lij:nominato itaq; patre & filio,intelligitur & spiritus sanctus,quia spiritus est & patris &
filij. Cum autẽ nominatur pater & filius,tanq; duæ metretæ nominãtur:cum autem ibi in-
telligit̃ spũs sanctus,tres metretæ. Ideo nõ dictũ est,capientes metretas,aliæ binas,aliæ ter-
nas:sed ipsæ sex hydriæ capiebant metretas binas uel ternas:tanq; diceret, & quando di-
co binas,etiam spiritum patris & filij cum his intelligi uolo:& quando dico ternas, ipsam
trinitatem manifestius enuncio. Quisquis itaq; nominat patrem & filium,oportet ibi intel-
ligi tanq; charitatem inuicem patris & filij, quod est spiritus sanctus:fortassis enim discus-
sæ scripturæ,quod non sic dico,ut hoc dicere possim,aut quasi aliud inueniri non possit, sed
tamen fortasse scrutatæ scripturæ indicant,q; spiritus sanctus charitas est. Et ne putetis uilẽ
esse charitatem: quomodo autem uilis est,quando omnia quæ dicuntur non uilia,chara di
cuntur? Si ergo quæ non sunt uilia,chara sunt:quid est charius ipsa charitate? Sic autem cõ
mendatur charitas ab Apostolo ut dicat: Supereminentiorem uiam uobis demonstro:Si 1.Cor.12 & 13
linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam,factus sum ut æra
mentum sonans,aut cymbalum tinniens:Et si sciero omnia sacramenta & omnem scientiã,
& habuero prophetiam & omnem fidem,ita ut montes transferam,charitatem autem nõ
habeam,nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus,& tradidero corpus meum ut
ardeam,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodest. Quanta est ergo charitas,quæ
si desit,frustra habentur cætera:si assit,recte habentur omnia. Tamen charitatem laudans
apostolus Paulus copiosissime atq; uberrime,minus de illa dixit, quàm quod ait breuiter
apostolus Ioannes, cuius est hoc euangelium. Neque enim dubitauit dicere: Deus cha- 1.Ioan.4
ritas est:Scriptum est etiam, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum Rom.5
sanctum qui datus est nobis. Quis ergo nominet patrem & filium,& non ibi intelligat cha
ritatem patris & filij? quam cum habere cœperit, spiritum sanctum habebit:quam si non
habuerit,sine spiritu sancto erit. Et quomodo corpus tuũ sine spiritu,quod est anima tua,
si fuerit,mortuum est:sic anima tua sine spiritu sancto:id est,sine charitate si fuerit, mortua

deputa-

deputabitur. Ergo metretas binas capiebant hydriæ, quia in omnium temporum prophe/ C
tia pater & filius prædicatur, sed ibi est & spiritus sanctus. Ideoq; adiūctum est, uel ternas:
Ioan. 10 Ego & pater, inquit, unum sumus. Sed absit ut spiritum sanctum, ubi audimus, ego & pater
unum sumus, non esse dicamus: Tamen quia patrē & filium nominauit, capiebant hydriæ
Matth. 28 binas metretas. Sed audi uel ternas: Ite baptizate gentes, in nomine patris & filij & spūs
sancti. Itaq; in eo quòd dicuntur binæ, non exprimitur, sed intelligitur: in eo uero quòd di/
cūtur, uel ternæ, etiā exprimitur trinitas. Sed est & alius intellectus non prætermittendus, &
ipsum dicam, eligat quisq; quod placeat, nos quod suggerit non subtrahimus. Mensa enim
domini est, & non oportet ministrum fraudare conuiuas, præsertim sic esurientes ut appa/
ret auiditas uestra. Prophetia quæ ab antiquis temporibus dispensatur, ad salutem omniū
gentium pertinet. Ad solum quidem populum Israël missus est Moyses, & ei soli populo
per eum lex data est, & ipsi prophetæ ex illo populo fuerunt, & ipsa distributio temporum
secundum eundem populum distincta est: unde & hydriæ dicuntur. Secūdum purifica/
tionem Iudæorum:) Sed tamen q illa prophetia etiam cæteris gentibus annunciabatur,
manifestum est, quandoquidem Christus in ea occultus erat, in quo benedicentur omnes
Gen. 22 gentes, sicut promissum est Abraæ, dicente domino: In semine tuo benedicētur omnes gen
tes. Nondum enim intelligebatur, quia nondum aqua conuersa erat in uinum: ergo omni/
bus gentibus dispensabatur prophetia. Quod ut emineat iocundius, de singulis ætatibus,
tanq; de singulis hydrijs, pro tempore quædam cōmemoremus. In ipso exordio, Adam &
Eua parentes omnium gentiū erāt, nō tantūmodo Iudæorū: Et quicquid figurabat in Adā
de Christo, ad omnes utiq; gentes pertinebat, qbus salus erat in Christo. Quid ergo potis/
simū dicam de aqua primæ hydriæ, nisi quod Apostolus ait, de Adam & Eua? Nemo em̄
me dicet praue intellexisse, quādo intellectū nō meū, sed Apli ꝓfero. Illud ergo uinū quātū
mysteriū de Christo cōtinet, quod cōmemorat Apostolus dicēs: Et erūt duo in carne una.
Eph. 5 Sacramentū hoc magnū est. Et ne quis istam magnitudinē sacramenti in singulis quibusq; D
hominibus uxores habentibus intelligeret: Ego autē, inquit, dico in Christo & in ecclesia,
quod est hoc sacramentū magnum, erunt duo in carne una. Cum de Adam & Eua scriptu/
Gen. 2 ra geneseos loqueretur: unde uentū est ad hæc uerba: Propterea relinquet homo patrem &
matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: sic ergo Christus adhæsit eccle/
siæ, ut essent duo in carne una. Quomodo reliquit patrem? quomodo matrem reliquit? Pa/
trem, quia cum in forma dei esset nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semet/
Phil. 2 ipsum exinaniuit, formam serui accipiens: Hoc est enim, reliquit patrem, nō quia deseruit &
recessit à patre, sed quia nō in ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis est patri. Quo/
modo reliquit matrē? Relinquēdo synagogam Iudæorū, de qua secundū carnē natus est, &
inhærendo ecclesiæ quā ex omnibus gentibus cōgregauit. Ergo prima hydria habebat ꝓ/
phetiā de Christo: scilicet quādo ista quæ loquor non prædicabant in populis, adhuc aqua
erat, in uinū mutata nondū erat. Et quia illuminauit nos per Apostolū dns, ut ostēderet no
bis quid ibi quæreremus in ipsa una sententia, erūt duo in carne una, sacramentū magnum
in Christo & in ecclesia: iam licet nobis ubiq; Christū quærere, & de omnibus hydrijs uinū
potare. Dormit Adam ut fiat Eua, moritur Christus ut fiat ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua
de latere, mortuo Christo lancea percutit latus, ut ꝓfluant sacramenta quibus formet eccle
sia. Cui non apparet quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quādoquidem dicit Apo/
stolus ipsum Adam formā futuri esse? Qui est, inquit, forma futuri. Præfigurabant omnia
mystice: Neq; enim uero nō poterat deus uigilanti costā educere, fœminamq; formare? An
forte ne doleret latus quādo costa detracta est, ꝓpter hoc oportebat ut ille dormiret? Quis
est qui sic dormiat, ut ei ossa non euigilanti euellantur? An quia deus euellebat, propterea
homo non sentiebat? Poterat ergo & uigilanti sine dolore euellere, qui poterat dormienti:
sed procul dubio hydria prima implebatur, prophetia illis temporibus futuro ꝑto tempore
dispensabatur. Christus etiam figuratus est in Noë, & in illa arca orbis terrarum. Quare er/

go in

A go in arca inclusa sunt omnia animalia, nisi ut significarent omnes gentes? Non enim deerat
deo rursus creare omne genus animaliū: quādo enim omnia non erant, nōne dixit, produ/
cat terra, & produxit terra? Vnde ergo tunc fecit, inde reficeret: uerbo fecit, uerbo reficeret, ni
si quia mysterium cōmendabat, & secundam hydriam ꝓpheticæ dispensationis implebat,
ut per lignum liberaretur figura orbis terrarū, quia in ligno figenda erat uita orbis terrarū.
Iam in tertia hydria ipsi Abraæ quod iam cōmemorauí, dictum est: In semine tuo benedi/ Gen. 22
centur omnes gentes. Et quis non uideat cuius habeat figuram unicus eius, qui sibi ad sacri/
ficium quò ipse immolandus ducebatur, ligna portabat? Portauit enim dominus crucem
suam, sicut euangelium loquitur. Hoc de tertia hydria cōmemorasse sufficiat. De Dauid au/
tem quid dicam, quòd ad omnes gentes pertinebat prophetia eius, quando modo au/
diuimus psalmum: & difficile est ut dicatur psalmus, in quo hoc non soneret? Sed certe ut
dixi modo cantauimus: Surge deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gen
tibus. Et ideo Donatistæ tanq; proiecti de nuptijs: sicut ille homo qui non habebat uestem
nuptialem, inuitatus est & uenit, sed proiectus est de numero uocatorum, qui non habebat
uestem ad sponsi gloriam: qui enim suam gloriam quærit, non Christi, non habet ue/
stem nuptialem: non enim uolunt consonare uoci illius qui amicus erat sponsi, & ait: Hic est
qui baptizat. Nec immerito illi qui non habebat uestem nuptialem, hoc per increpationem
obiectum est quod non erat: Amice, quid huc ueneristi? Et sicut ille obmutuit, sic & isti: quid
enim prodest strepitus oris muto corde? Nouerunt quippe intus apud semetipsos non se
habere quod dicant: intus obmutuerūt, foris perstrepunt. Audiūt uelint nolint, etiam apud
se cantari: Surge deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et non
cōmunicando omnibus gentibus, quid aliud q̄ se exhæredatos esse cognoscant? Quod er
go dicebam fratres, quia ad omnes gentes pertinet prophetia: uolo enim aliū sensum osten
dere in eo quod dictum est: Capientes metretas binas uel ternas, ad omnes, inquam, gen/
B tes pertinere prophetiam, modo cōmemorauimus demonstratum in Adam, qui est forma
futuri. Quis autem nesciat quòd de illo exortæ sunt omnes gentes, & in eius uocabulo qua/
tuor litteris, quatuor orbis terrarum partes per græcas appellationes demonstrantur? Si
enim Græce dicatur, oriens, occidens, aquilo, meridies, sicut eas plerisq; locis sancta scriptura
cōmemorat, in capitibus uerborum inuenis Adam: dicuntur enim Græce quatuor mæmo/
ratæ mundi partes, ἀνατολή, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. Ista quatuor nomina si tanq; uersus qua/
tuor sub inuicem scribas, in eorum capitibus Adam legitur. Hoc in Noë propter arcam fi/
guratum est, in qua erant omnia animalia, quæ significabant omnes gentes: hoc in Abraā,
cui apertius dictū est: In semine tuo benedicent omnes gentes: hoc in Dauid, de cuius psal/
mis, ut alia omittā modo cantauimus: Surge deus iudica terram, quoniam tu hæredita/
bis in omnibus gentibus. Cui enim deo dicitur, surge, nisi qui dormiuit? Surge deus iudica Psal. 81
terram, tanquàm diceretur: Dormisti iudicatus à terra, surge ut iudices terram. Et quò per/
tinet illa prophetia: Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus? Iam uero in quinta
ætate tanquàm in quinta hydria, Daniel uidit lapidem præcisum de monte sine manibus, Daniel. 2
& confregisse omnia regna terrarum, & creuisse illum lapidem, & factum esse montem
magnum, ita ut impleret uniuersam faciem terræ. Quid apertius fratres mei? Lapis de
monte præciditur, ipse est lapis quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput Psal. 117. 18.
anguli. De quo monte præciditur, nisi de regno Iudæorum, unde dominus noster Iesus
Christus secundum carnem natus est? Et præciditur sine manibus, sine opere humano, lapis praeciditur sine manibus & monte jam
quia sine amplexu maritali de uirgine exortus est. Mons ille unde præcisus est, non imple/
uerat uniuersam faciem terræ: non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes: at
uero regnum Christi, omnes gentes & uniuersum orbem terrarum cernimus occupare.
Iam ad sextam ætatem pertinet Ioannes baptista, quo nemo exurrexit maior de natis
mulierum: de quo dictum est, Maior quàm propheta. Quomodo & ipse ostēdit, quia omni
bus gentibus missus est Christus, quando Iudæi uenerunt ad eum ut baptizarentur? Et ne

superbirēt

Matth.3 superbirent de nomine Abraæ,generatio,inquit, uiperarum, quis ostendit uobis fugere à G
uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ,id est,humiles estote: superbis enim
loquebatur. Vnde autem erant superbi? De genere carnis,nõ de fructu imitationis patris
Abraam. Quid eis ait? Nolite dicere,patrẽ habemus Abraam,potens est enim deus de la-
pidibus istis suscitare filios Abraæ. Lapides dicens omnes gentes,non propter firmitatem,
sicut lapis dictus est,quem reprobauerunt ædificantes: sed propter stoliditatem & duriciam
stulticiæ,quia eis quos adorabant similes facti erant, Adorabant enim insensata simulacra,
Psal. 113 pariter insensati: Vnde insensati? Quoniam in psalmo dicitur: Similes illis fiant qui faciunt
ea,& omnes qui confidunt in eis. Ideo cum cœperint homines deum adorare,quid audiũt?
Vt sitis filij patris uestri qui in cœlis est,qui solem suum facit oriri super bonos & malos, &
pluit sup iustos & iniustos. Quapropter si ei fit homo similis quẽ adorat: quid est,potẽs est
deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ? Nosipsos interrogemus,& uideamus quia fa
ctum est: Nos enim de gentibus uenimus. De gentibus autem non ueniremus,nisi deus de
lapidibus suscitasset filios Abraæ. Facti sumus filij Abraæ imitando fidem, non nascendo
per carnem. Sicut enim illi degenerando exhæredati: sic nos imitando adoptati. Ergo fra-
tres,ad omnes gentes pertinebat etiam ista sexta hydria prophetiæ,& ideo de omnibus di
ctum est: Capientes metretas binas uel ternas.) Sed quomodo ostendimus omnes gen-
tes pertinere ad binas uel ternas metretas? Æstimantis enim fuit quodammodo, ut ipsas
diceret binas quas dixerat ternas,ad cõmendandũ scilicet sacramentum. Quomodo sunt bi
næ metretæ? Circũcisio & præputium. Hos duos populos scriptura cõmemorat, & nullum
prætermittit hominum genus,quando dicit, circũcisio & præputium. In duobus istis nomi
nibus habes omnes gentes,& binæ metretæ sunt. His duobus parietibus de diuerso uenien
tibus ad pacem in seipso faciendam,lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus & ternas
metretas in eisdem ipsis omnibus gentibus. Tres enim erant filij Noë,per quos reparatum
Luc.13 est genus humanum: Vnde dominus ait: Simile est regnum cœlorum fermento quod acce D
pit mulier,& abscondit in farinæ mensuris tribus,quoadusq; fermentaretur totum. Quæ est
ista mulier,nisi caro domini? Quod est fermentum,nisi euangelium? Quæ sunt tres mensu-
suræ,nisi omnes gentes,propter tres filios Noë? Ergo sex hydriæ capientes binas uel ternas
metretas,sex sunt ætates temporum,capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes,
siue in duobus generibus hominũ: id est,Iudæis & Græcis,sicut sæpe Apostolus cõmemo-
rat: siue in tribus,propter Noë tres filios significatos. Figurata est enim ꝓphetia pertingens
usq; ad omnes gentes. Nam in eo quod pertingit,dicta est metreta,sicut dicit Apostolus:
2.Cor.10 Accepimus mensuram pertingendi usq; ad uos: Gentibus enim euangelizans sic ait, men
suram pertingendi ad uos.

Ab eo loco ubi ait: Post hæc descendit Capernaum ipse & mater eius,usq; ad
id quod ait: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Tract. x

IN psalmo audistis gemitum pauperis,cuius membra per totam terram tribula-
tiones patiuntur usq; in finem seculi. Satagite fratres mei esse in his membris,
& de his membris. Nam tribulatio tota transitura est. Væ gaudentibus,quia ue
Matth.5 ritas dicit: Beati lugentes,quoniam ipsi consolabuntur. Deus homo factus est:
Quid facturus est homo,propter quem deus factus est homo? Hæc spes consoletur nos in
omni tribulatione & tentatione huius uitæ. Nõ enim cessat inimicus persequi,& si nõ aper-
te sæuit,insidijs agit. Quid enim agit? Et super iram dolose agebant. Inde dictus est leo &
--Psal.90 draco. Sed quid dicitur Christo? Et conculcabis leonem & draconem. Leo propter apertam
iram,draco propter occultas insidias. Draco eiecit Adam de paradiso. Idem ipse leo perse-
1.Pet.5 cutus est ecclesiam,dicente Petro: Quia aduersarius uester diabolus sicut leo rugiens circũit,
quærens quem deuoret. Non tibi sæuitiam suam perdidisse diabolus uideatur,quãdo blan
ditur,tunc magis cauendus est. Sed inter has omnes insidias & eius tentationes,quid facie-
Psal.34 mus,nisi quod ibi audiuimus? Ego autem cum mihi molesti essent,induebam me cilicio,&
humiliabam

A humiliabam in ieiunio animã meã. Est qui exaudit, ne dubitetis orare: qui autẽ exaudit,in
tus manet. Non in montẽ aliquẽ oculos dirigatis,non facié in stellas, aut solẽ aut lunã leue-
tis. Non tunc exaudiri uos arbitremini,quãdo super mare oratis,imò detestamini tales ora
tiones. Munda tantũ cubiculũ cordis,ubi fueris,ubicunq; oraueris,intus est qui exaudit,in
tus in secreto,quem sinum uocat cum ait, Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui te ex-
audit,non est præter te, Non longe uadas, nec te extollas, ut quasi attingas ad illum mani-
bus. Magis si tu extuleris,cades: si te humiliaueris,ipse appropinquabit. Hic dominus deus
noster uerbum dei,uerbum caro factum est, filius patris, filius dei, filius hominis: excelsus
ut nos faceret,humilis ut nos reficeret,ambulans inter homines, patiens humana, absco-
dens diuina. Descendit, ut dicit euangelista, in Capernaum, ipse & mater eius & fratres
eius & discipuli eius,& ibi mansit non multis diebus.) Ecce habet matrem,habet fratres,ha-
bet & discipulos: inde fratres,unde matrem. Fratres enim scriptura nostra,non eos solos ap
pellare consueuit qui nascuntur ex eodem uitro & fœmina, aut ex eodem utero, aut ex eodẽ
patre,quamuis diuersis matribus, aut certe ex eodem gradu uelut compatrueles aut conso-
brinos, non solum hos fratres nouit dicere scriptura nostra. Quomodo loquitur,sic intelli-
genda est: Habet linguam suam: quicunq; hanc linguam nescit,turbatur & dicit: unde fra-
tres domino? Non enim Maria iterum peperit? Absit, inde cœpit dignitas uirginum. Illa
fœmina mater esse potuit,mulier esse non potuit. Dicta est autem mulier secundum fœmi
neum sexum, non secundum corruptionem integritatis, & hoc ex lingua ipsius scripturæ,
Nam & Eua statim facta de latere uiri sui, nondum contacta à uiro suo, nostis quia muli-
er appellata est, Et formauit eam in mulierem. Vnde ergo fratres cognati Mariæ fratres
domini? de quolibet gradu cognati: unde probamus? ex ipsa scriptura, Frater Abraæ di-
ctus est Loth, filius erat fratris ipsius, lege & inuenies, quia Abraam patruus erat Loth, &
dicti sunt fratres, unde nisi quia cognati? Item Iacob Laban Syrum habebat auunculum,
B frater enim erat Laban matris Iacob, id est, Rebeccæ uxoris Isaac. Lege scripturam,& inue
nies quia fratres dicuntur auunculus & fororis filius. Qua regula cognita, inuenies omnes
consanguineos Mariæ fratres esse Christi. Sed illi discipuli magis erant fratres, quia & illi
cognati fratres non essent,si discipuli non essent. Et sine causa fratres, si magistrum non co-
gnoscerent fratrem. Nam quodam loco cum ei nunciassent matrem & fratres eius foris stan
tes, ille autem cum discipulis suis loquebatur,ait, Quæ mihi mater,uel qui fratres? Et exten Matth.12
dens manum super discipulos suos dixit, Hi sunt fratres mei,& quicunq; fecerit uoluntatem
patris mei qui in cœlis est, ille mihi mater & frater & soror est. Ergo & Maria quia fecit uo-
luntatem patris,hoc in ea magnificauit dominus: quia fecit uoluntatem patris, non quia ca
ro genuit carnem. Intendat charitas uestra. Propterea cum dominus in turba admirabilis
uideretur,faciens signa & prodigia,& ostendens quid lateret in carne, admiratæ quædã ani
mæ dixerunt, Felix uenter qui te portauit. Et ille, Imò felices qui audiũt uerbum dei,& custo Luc.11
diunt illud: hoc est dicere, Et mater mea quam appellatis felicem, inde felix, quia uerbum dei
custodit, non quia in illa uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: sed quia custodit
ipsum uerbum dei per quod facta est,& quod in illa caro factum est. Homines non gaude-
ant prole tẽporali, exultent si spiritu iunguntur deo. Hæc diximus propter id quod ait euan
gelista, quia cum matre sua & fratribus suis & discipulis habitauit in Capernaũ paucis die-
bus. Deinde quid sequitur? Et propè erat pascha Iudæorũ, & ascendit Hierosolymam.)
Aliam rem nobis euangelista narrat, sicut se habebat recordatio annunciantis. Et inuenit
in templo, boues & oues & columbas & nummularios sedentes. Et cum feciſſet quasi flagel
lum de resticulis, omnes eiecit de templo, boues quoq; & oues, & nummulariorum effudit
æs,& mensas subuertit,& his qui columbas uendebant dixit, Auferte ista hinc,& nolite face
re domum patris mei domũ negociationis,) Quid audiuimus fratres? Ecce templum illud
figura adhuc erat,& eiecit inde dominus omnes qui sua quærebant, qui ad nundinas uene-
rant,& quæ ibi uendebant illi, quæ opus habebãt homines in sacrificijs illius temporis. No-
f uit enim

uit enim charitas uestra quòd sacrificia illi populo pro eius carnalitate & corde adhuc lapi-
deo talia data sunt, quibus tenerctur ne in idola defluerct, & immolarent ibi sacrificia, bo-
ues & oues & columbas. Nostis, quia legistis, Non ergo magnum peccatum si hoc uende-
bant in templo, quod emebatur ut offerretur in templo, & tamen eiecit inde illos. Quid si
ibi ebriosos inueniret, quid faceret dominus, si uendentes ea quæ licita sunt, & contra iustitiã
nõ sunt? Quæ enim honeste emuntur, nõ illicite uenduntur: expulit tamen, & nõ est passus
domum orationis fieri domum negociationis. Si negociationis domus non debet fieri do-
mus dei, potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, stridcnt dentibus suis ad
psal.36 uersus nos, & cõsolatur nos psalmus quem audistis, Striderunt in me dentibus suis. Nouí-
mus & nos audire unde curemur, & si ingeminãtur flagella Christo, quia flagellatur sermo
psal.34 ipsius. Congregata sunt, inquit, in me flagella & nesciebant. Flagellatus est flagellis Iudæo-
rum, flagellatur blasphemijs falsorum Christianorum: multiplicant flagella domino deo
suo & nesciunt. Faciamus nos quantum ipse adiuuat: ego autem cum mihi molesti essent,
induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Dicimus tamen fratres, nõ
enim & ipse pepercit illis, qui flagellandus erat ab eis. Prior illos flagellauit, signum quoddã
nobis ostendit, quòd fecit flagellum de resticulis, & inde indisciplinatos negociationem in
dei templo facientes flagellauit. Etenim unusquisq; in peccatis suis restem sibi texit: prophe
Esaiæ 5 ta dicit, Væ his qui trahunt peccata sua sicut restem longam. Et quis facit restem longam?
qui peccato addit peccatum. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata quæ fa-
cta sunt cooperiuntur alijs peccatis. Furtum fecit, ne inueniatur quia fecit, quærit mathe-
maticum: sufficeret furtum fecisse. Quare uis adiungere peccatum peccato? Ecce duo pecca-
ta. Cum ad Mathematicum prohiberis accedere, blasphemas episcopum, ecce tria peccata.
Cum audis, mitte illum foras de ecclesia: dicis, duco me ad partem Donati: ecce addis quar-
tum. Crescit restis. Time restem, Bonum est tibi ut hic inde cum flagellaris, corrigaris, ne in
Matth.22 fine dicatur, Ligate illi pedes & manus, & proijcite cũ in tenebras exteriores. Criniculis enim D
peccatorum suorum unusquisq; constringitur. Illud dominus dicit, illud alia scriptura dicit,
Prouer.5 Sed utrunq; dominus dicit, De peccatis suis ligantur homines, & mittuntur in tenebras ex
teriores. Qui sunt tamen qui uendunt boues? Vt in figura quæramus mysterium facti, qui
sunt qui oues uendũt & colũbas? Isti sunt qui sua quærunt in ecclesia, non quæ Iesu Christi.
Venale habent totum, quia nolunt redimi: emi nolunt, & uendere uolunt. Bonum est enim
Phil.2 eis ut redimantur sanguine Christi, ut perueniant ad pacem Christi. Quid enim prodest ac
quirere in hoc seculo quodlibet temporale & transitorium, siue sit pecunia, siue sit uoluptas
uentris & gutturis, siue sit honor in laude humana? Nónne omnia fumus & uentus? nónne
omnia transeunt & decurrunt? Et uæ his qui inhæserint transeuntibus, quia simul transeũt.
Nónne omnia ut fluuius præceps currens in mare? Et uæ ei qui ceciderit, quia in mare trahe
tur: ergo tenere debemus omnes affectus à talibus cõcupiscentijs. Fratres mei, qui talia quæ
Act.8 runt, uendunt: nam & Simon ille ideo uolebat emere spiritum sanctum, quia uendere uole-
bat spiritũ sanctũ, & putabat apostolos mercatores tales esse, quales dominus de tẽplo fla-
gello eiecit: talis enim ipse erat, & quod uẽderet, emere uolebat. de illis erat qui colũbas uẽde
bant: etem in colũba apparuit spiritus sanctus. Qui ergo uẽdunt colũbas fratres? Qui dicũt,
nos damus spiritũ sanctũ. Quare enim hoc dicũt, & quo precio uendũt? preciũ honoris sui
accipiunt. Accipiunt preciũ cathedras temporales, ut uideãtur ipsi uendere columbas. Caue-
ant à flagello de resticulis. Columba non est uenalis, gratis datur, quia gratia uocatur. Ideo
fratres mei, quomodo eos uidetis qui uendunt propolarios? Quisq; quod uendit laudat.
Quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum ha
bet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi
& illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliquis emere columbam, unus-
quisq; ad propositum suum laudat quod uendit: Auertatur illius cor ab omni uendente,
ueniat ubi gratis accipitur. Nec sic erubescant fratres, quia per ipsas dissensiones suas ama-
ras &

A ras & malicioſas, cum ſibi tribuunt quod non ſunt, cùm extolluntur putant ſe aliquid eſſe,
cum nihil ſint, tot partes de ſe fecerunt. Sed quid in eis impletum eſt quòd nolunt corrigi, ni
ſi quod audiſtis in pſalmo? Diſciſſi ſunt nec compuncti ſunt. Qui ergo boues uenduntꝰ Bo psalm.34
ues intelliguntur, qui nobis ſcripturas ſanctas diſpenſauerunt. Boues erant apoſtoli, boues
erant prophetæ: unde dicit Apoſtolus, Boui trituranti os non infrenabis. Nunquid de bo- 1.Cor.9
bus pertinet ad dominum? an propter nos dicit? Propter nos enim dicit, quia debet in ſpe
qui arat arare, & triturans in ſpe participandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoriam
ſcripturarum. Non enim de ſuo diſpenſauerunt, quia gloriam domini quæſierunt. Quid e-
nim audiſtis in ipſo pſalmo? Et dicant ſemper, magnificetur dominus, qui uolunt pacem
ſerui eius. Seruus dei, populus dei, eccleſia dei. Qui uolunt pacem eccleſiæ ipſius, magnifi-
cent dominũ, non ſeruũ, & dicãt ſemper magnificetur dominus, qui uolunt pacẽ ſerui eius:
Ipſius populi, ipſius ſerui uox eſt illa euidens, quam in lamentationibus audiſtis in pſal-
mo, & mouebamini cum audiretis, quia inde eſtis: quod cantabatur ab uno, de omnibus
cordibus reſonabat. Felices qui ſe in illis uocibus tanquam in ſpeculo cognoſcebant. Qui er
go uolunt pacem ſerui eius, pacem populi eius, pacem unius illius quam dicit unicam, &
quam uult erui de leone, & de manu carnis unicam meam, qui dicunt ſemper magnificetur
dominus: ergo illi boues dominum magnificauerunt, non ſe. Videte bouem magnifican- pſal.28
tem dominum ſuum, quia agnouit bos poſſeſſorem ſuum. Attendite bouem timentem, ne Eſaiæ 1
deſeratur poſſeſſor bouis, & in boue præſumatur, quomodo expaueſcit eos qui uolunt in
illo ponere ſpem. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati 1.Cor.1
eſtis? Quod dedi, non ego dedi, gratis accepiſtis, columba de cœlo deſcendit. Ego, inquit, 1.Cor.3
plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Neque qui plantat eſt aliquid, neq;
qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Et dicãt, ſemper magnificetur dominus, qui uolunt
pacem ſerui eius. Iſti autem de ſcripturis ipſis fallunt populos, ut accipiant ab ipſis honores
B & laudes, & non conuertantur homines ad ueritatem. Quia uero ipſis ſcripturis fallunt po
pulos, à quibus quærunt honores, uendunt boues, uendunt & oues, id eſt ipſas plebes, &
cui uenduntꝰ diabolo. Nanq; fratres mei, ſi Chriſti unica eccleſia eſt & una eſt, quicquid in-
de præciditur, quis tollit niſi leo ille rugiens & circumiens, quærens quem deuoret? Væ his 1.Petri 5
qui præciduntur: nam illa integra permanebit, Nouit enim dominus qui ſunt eius. Tamen 2.Tim.2
quantum in ipſis eſt, uendunt boues & oues, uendũt & columbas, obſeruant flagellum pec-
catorum ſuorum. Certe quando aliquid tale patiuntur propter iſtas iniquitates ſuas, agno-
ſcant quia dominus fecit flagellum de reſticulis, & adhuc admonet eos ut mutent ſe, & non
ſint negociatores: nam ſi ſe non mutauerint, audient in fine, Ligate illis manus & pedes, & Matth.22
proijcite in tenebras exteriores: tunc dictum eſt, Zelus domus tuæ comedit me. Recorda pſal.68
ti ſunt diſcipuli quia zelus domus dei eiecit illos de templo domini.) Fratres, unuſquiſque
Chriſtianus in membris Chriſti zelo domus dei comedatur. Quis comeditur zelo domus
deiꝰ Qui omnia, quæ forte ibi uidet peruerſa, ſatagit emendare, cupit corrigere, non quieſcit
Si emendare non poteſt, tolerat, gemit: non excutitur de area granum, ſuſtinet paleam, ut
intret in horreũ, cum palea fuerit ſeparata. Tu ante horreum, ſi granum es, noli excuti de
area, ne prius ab auibus colligaris, quàm in horreum congregeris. Aues enim cœli aëreæ po-
teſtates expectant aliquid rapere de area, & non rapiunt niſi quod inde fuerit excuſſum: er
go zelus domus tuæ comedat te. Vnumquenq; Chriſtianum zelus domus dei comedat, in
qua domo dei membrum eſt. Non enim magis eſt domus tua, quàm domus ubi habes ſa
lutem ſempiternam. Domum tuum intras propter requiem temporalem: domum dei in-
tras propter requiem ſempiternam. Si ergo in domo tua ne quid peruerſum fiat ſatagis, in
domo dei ubi ſalus propoſita eſt, & requies ſine fine, debes pati quãtum in te eſt, ſi quid for-
te peruerſum uideris? Vnumquenque Chriſtianum zelus domus dei comedat: uerbi gra-
tia, Vides fratrem currere ad theatrum, prohibe, mone, contriſtare, ſi zelus domus dei come
dit te. Vides alios currere & inebriari uelle, & hoc uelle in locis ſanctis, quod nuſquam de-

cet,prohibe quos potes,tene quos potes,terre quos potes,quibus potes blandire,noli quie C
scere:tamen si amicus est,admoneatur leniter:uxor est,seueriſſime refrenetur:ancilla est,eti-
am uerberibus compescatur.Fac quicquid potes,pro persona quam portas:& perficis, zelus
domus tuæ comedit me.Si autem fueris frigidus,marcidus,ad te solum expectans,& quasi
tibi sufficiēs & dicens in corde tuo,Quid mihi est curare aliena peccata? sufficit mihi anima
mea,ipsam integram seruem deo.Eia,non tibi uenit in mentem seruus ille qui abscondit ta
lentum,& noluit erogare? Nunquid enim accusatus est, quia perdidit, & non quia sine lu-
cro seruauit? Sic ergo audite fratres mei ut non quiescatis: ego uobis consilium daturus
sum: det ille qui intus est,quia & si per me dederit,ille dat.Nostis quid agatis unusquisque
in domo sua cum amico suo,cum inquilino,cum cliente suo,cum maiore,cum minore, quo-
modo dat deus aditum, quomodo aperit ianuam uerbo suo, nolite quiescere lucrari Chri-
sto,quia lucrati estis à Christo. Dixerunt illi Iudæi, Quod signum ostendis nobis, quia
hæc facis? Et dominus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixe-
runt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu dicis tribus
diebus excitabo illud?)Caro erant,carnalia sapiebant,ille loquebatur spiritaliter. Quis au-
tem posſit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum quærimus: per euangeli-
stam nobis aperuit,de quo templo diceret,Soluite templum hoc,& tribus diebus excitabo
illud. Quadraginta sex annis ædificatum est templum, & triduo suscitabis illud? Dice-
bat autem, ait euangelista, de templo corporis sui.) Et manifestum est occisum dominum
post triduum resurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notum est, & Iudæis clausum est,
quia foris stant,nobis tamen apertum est,quia nouimus in quem credidimus. Ipsius tem-
pli resolutionē & reædificationē,anniuersaria solennitate celebraturi sumus.Ad quā uos ex
hortamur,ut præparetis uos si qui estis catechumeni,ut accipiatis gratiā.Iā nūc tempus est,
iā nunc parturiatur quod tunc nascatur:ergo illud nouimus.Sed forte hoc exigitur à nobis,
utrū habeat aliquod sacramentū quadragintasex annis ædificatū templū. Sunt quidē mul D
ta quæ hinc dici possunt,sed quod breuiter dici potest & facile intelligi,hoc interim dicamus
fratres.Diximus enim iam,nisi fallor,hesterno die,Adā unū hominē fuisse,& ipsum esse to
tum genus humanum: Nam ita diximus si meministis, quasi fractus est,& sparsus colligi-
tur, & quasi conflatus in unam societatem atque cōcordiam spiritalem,& gemit unus pau-
per modo ipse Adam, sed in Christo innouatur: quia sine peccato uenit Adam, ut pecca-
tum Adam solueret in carne sua, & ut reintegraret sibi Adam imaginem dei. Adam ergo
caro Christi de Adam,ergo de Adam templum quod destruxerunt Iudæi, & suscitauit do
minus triduo: resuscitauit enim carnem suam. Videte,quia deus erat æqualis patri.Fratres
Phil.2 mei,dicit Apostolus, Qui eum excitauit à mortuis. De quo dicit? de patre. Factus,inquit,
obediens usque ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod & deus illum excitauit à
mortuis,& dedit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitatus & exaltatus est do-
Psal.40 minus.Resuscitauit eum à mortuis,quis? pater: cui dixit in psalmis, Excita me & reddam
illis.Ergo pater cum resuscitauit,non se ipse? Quid autem facit pater sine uerbo? Quid au-
tem facit pater sine unico filio suo? Nam audi,quia & ipse deus erat, Soluite templum hoc
& tribus diebus excitabo illud. Nunquid dixit, soluite templum quod triduo pater meus
resuscitet? Sed quomodo cum pater suscitat,& filius suscitat:sic cum filius suscitat,&pater su
Ioan.10 scitat:quia filius dixit,Ego & pater unum sumus. Quid ergo sibi uult numerus quadragena
rius senarius? Interim ipse Adam quia per totum orbem terrarum est, audistis iam hester-
no die in quatuor litteris græcis, quatuor uerborum græcorum. Si enim ista uerba qua-
tuor scribas subinuicem,id est nomina quatuor partium mundi,orientis,occidentis,aquilo-
nis & meridiani, quod est totus orbis: unde dicit dominus, à quatuor uentis collecturum
Mar.13 electos suos cum uenerit ad iudicium. Si ergo ista quatuor nomina græca ἀνατολή quod
est oriens: δύσις quod est occidens: ἄρκτος quod est septentrio: μεσημβρία, quod est meri-
dies.Anatole, dysis, arctos,mesembria:capita uerborum Adam habent. Quomodo ergo
ibi in-

A ibi inueniemus senarium numerum? Quia caro Christi de Adam erat. Ad litteras nu me-
ros computant græci,quod & nos facimus.A litteram ipsi lingua sua ponunt α alpha, & uo
catur α alpha unum. Vbi autem in numeris scribunt β beta,quod est b ipsorum,uocatur in
numeris duo. Vbi scribunt γ gamma,uocatur in numeris ipsorum tria. Vbi scribitur δ del-
ta,uocatur in numeris ipsorum quatuor,& sic per omnes litteras numeros habent.M,quod
nos dicimus, & illi dicunt μ mi,quadraginta significat.Dicunt enim, τεσσαράκοντα.Iam uide-
te,istæ litteræ quem numerum habeant, & ibi inuenietis quadragintasex annis ædificatum
templum.Habet enim Adam,α alpha,quod est unum,Habet δ delta quod sunt quatuor,
habes quinq;.Habet iterum α alpha quod est unum,habes sex.Habet & μ mi, quod est
quadraginta,habes quadragintasex.Hæc fratres mei etiam ab anterioribus maioribus no
stris dicta sunt,& inuentus est iste numerus in litteris quadragenarius senarius.Et quia do-
minus noster Iesus Christus de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit,tem-
plum corporeum inde sumpsit,non iniquitatem quæ de templo pellenda est.Ipsam autem
carnem quam traxit de Adam,Maria enim de Adam,& domini caro de Maria,iudæi cru-
cifixerunt,& ille resuscitaturus erat ipsam carnem triduo,quam illi in cruce erant occisuri.Il-
li soluerunt templum quadragintasex annis ædificatum,& ille triduo resuscitauit illum.Be-
nedicimus dominum deum nostrum qui ad lætitiam spiritalem congregauit nos,Simus in
humilitate cordis semper,& gaudium nostrum penes ipsum sit. Nō de prosperitate aliqua
huius seculi inflemur, sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint.
Modo gaudium nostrū fratres mei in spe sit,nemo gaudeat quasi in re præsenti,ne hæreat
in uia.Totum gaudium de spe futura sit,totum desiderium uitæ æternæ sit.Omnia suspiria
in Christo anhelent, ille unus pulcherrimus,qui & fœdos dilexit ut pulchros faceret,delide-
retur.Ad illū unum curratur,illi ingemiscatur,& dicant semper magnificetur dominus, qui
uolunt pacem serui eius.

B Ab eo quod scriptum est,Cum autem esset in Hierusalem Iesus in
pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, usq; ad id quod
ait.Amen amen dico tibi,nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san
cto,non potest introire in regnum dei. Tractatus.XI.



Opportune nobis dominus procurauit hodierna die lectionis huius ordinem:
nam quia ex ordine euangelium secundum Ioannem cōsyderare atq; tracta-
re suscepimus,credo quod aduertat charitas uestra. Opportune ergo occurrit,
ut hodie audiretis ex euangelio,quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu-
sancto,non uidebit regnum dei. Tempus ergo est ut uos exhortemur, quia adhuc estis ca-
techumeni,qui sic credidistis in Christum,ut adhuc uestra peccata portetis. Nullus autē re-
gnum cœlorum uidebit oneratus peccatis,quia nisi dimissa fuerint,non regnabit cum Chri
sto.Dimitti autem non possunt,nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Sed mo
do uerba quemadmodum se habeant aduertamus,ut hic inueniant qui pigri sunt, quanta
sollicitudine sibi festinandū sit ad onus deponendum:quia si ferrent aliquam sarcinam gra
uem aut lapidis aut ligni, aut alicuius etiam lucri,si frumentum portarēt,si uinum siue pecu
niam,currerent ut deponerent, Nunc onera quia portant sarcinam peccatorum, pigri sunt
currere:currendum est ut deponatur hæc sarcina,quæ premit & mergit.Ecce audistis quia.

Cū esset dominus Iesus Christus Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt
in nomine eius,uidentes signa eius quæ faciebat)Multi crediderūt in nomine eius. Et quid
sequitur? Ipse autem Christus nō credebat semetipsum eis) Quid sibi hoc uult? Illi crede-
bant in nomine eius,& ipse Iesus nō credebat semetipsum eis. An forte nō crediderant ei &
fingebant se credidisse, & propterea Iesus nō credebat semetipsum eis? Sed nō diceret euā-
gelista,multi crediderūt in nomine eius,nisi uerum illis testimonium perhiberet. Magna er
go res & mira res.Credunt homines in Christum,& Christus se nō credit hominibus,præ-

sertim quia filius dei est: utique uolens passus est,& si nollet,nunquam pateretur: qui si nol- C
let nec nasceretur.Si autem hoc solum uellet,ut nasceretur tantum,& nō moreretur,& quic/
quid uellet faceret,quia omnipotentis patris filius omnipotēs est. Ex ipsis rebus probemus
Luce 4 quia cum uoluissent eum tenere, discessit ab eis. Loquitur euangelium, Et cum uoluissent
eum de uertice montis præcipitare,discessit ab eis illæsus.Et quando uenerunt ad eum com
prehendendum, iam uenditum à Iuda proditore, cum ille putaret in potestate se habere,
tradere magistrum suum & dominum suum:& ibi ostendit dominus uoluntate se pati,nō
necessitate:nam cum eum comprehendere Iudæi uoluissent,dixit illis,Quem quæritis? At
Ioan.18 illi dixerunt,Iesum Nazarenum.Et ille,Ego sum.Hac uoce audita,redierunt retro & cecide/
runt.In eo quòd eos respondens deiecit,ostendit potestatem, ut in eo quòd ab eis compre/
hensus est,ostēderet uoluntatem.Ergo quòd passus est,misericordiæ fuit: traditus est enim
propter delicta nostra,& resurrexit propter iustificationem nostram:audi uerba ipsius,Po/
Ioan.10 testatem habeo ponēndi animam meam,& potestatem habeo iterum sumendi eam. Ne/
mo tollet eam à me,sed ego pono illam à meipso,& iterum sumo eam. Cum ergo haberet
tantam potestatem,cum eam dictis prædicaret,factis ostenderet, quid sibi uult quòd nō se
credebat eis Iesus,quasi aliquid nolenti nocituris,aut aliquid nolēti facturis,præsertim quia
iam crediderant in nomine eius? Et de ipsis dicit euangelista, Crediderunt in nomine eius,
de quibus dicit,Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.Quare? Quòd ipse nosset
omnes,& quia opus ei non erat,ut quis testimonium perhiberet de homine:ipse enim scie/
bat quid esset in homine.) Plus nouerat artifex quid esset in opere suo, quàm ipsum opus
quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat quid esset in homine, quod ipse creatus
homo non nouerat. Nónne hoc probamus de Petro, quia non nouerat quid in ipso esset
quando dixit, Tecum ero usq; ad mortem? Audi quia dominus nouerat quid esset in ho/
Ioan.13 mine.Tu mecum usq; ad mortem? Amen amen dico tibi, priusquam gallus cantet,ter me
negabis.Homo ergo nesciebat quid esset in se,sed creator hominis nouerat quid esset in ho D
mine:crediderant tamen in nomine eius multi, & ipse Iesus non se credebat eis. Quid dici/
mus fratres? Forte consequentia indicabūt nobis quid sibi uult mysterium uerborum isto/
rum,quia crediderant in eum homines,manifestum est, uerum est, nemo dubitat, euange/
lium loquitur,uerax euangelista testatur. Item quia ipse Iesus non credebat semetipsum il/
lis,& hoc manifestum est,& hoc nullus Christianus dubitat,quia & hoc euangelium loqui
tur,& idem uerax euangelista testatur. Quare ergo crediderunt illi in nomine eius,& Iesus
Caput III non credebat semetipsum illis? Sequentia uideamus. Erat autē homo ex Pharisæis,Ni
codemus nomine princeps Iudæorum.Hic uenit ad eū nocte,& dixit ei,Rabbi.) Iam hoc
nostis,quia rabbi magister dicitur. Scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim po/
test hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.) Ergo iste Nicodemus ex his erat
qui crediderāt in nomine eius,uidentes signa & prodigia eius quæ faciebat.Superius enim
hoc dixit,Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo,multi crediderunt in nomi
ne eius.Quare crediderunt in nomine eius? Sequitur & dicit, Videntes signa eius quæ facie
bat: & de Nicodemo quid dicit? Erat princeps Iudæorū nominè Nicodemus.Hic uenit ad
eum nocte,& ait illi,Rabbi scimus quia à deo uenisti magister.Et iste ergo crediderat in no
mine eius.Et ipse unde crediderat? Sequitur.Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu fa
cis,nisi fuerit deus cum eo. Si ergo Nicodemus de illis multis erat qui crediderant in nomi/
ne eius,iam in isto Nicodemo attendamus quare Iesus non se credebat eis. Respondit Ie
sus & dixit ei,Amen amen dico tibi,nisi quis renatus fuerit denuo,non potest uidere regnū
dei.) Ipsis ergo se credit Iesus, qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderunt in eum, & Iesus
non se credebat eis. Tales sunt omnes catechumeni, ipsi iam credunt in nomine Christi,
sed Iesus non se credit eis. Intendat & intelligat charitas uestra, Si dixerimus catechume/
no, credis in Christo? Respondet, credo, & signat se cruce Christi, portat in fronte,& non
erubescit de cruce domini sui.Ecce credit in nomine eius:interrogemus eum,Manducas car/
nem

A nem filij hominis,& bibis sanguinem filij hominis? Nescit quid dicimus, quia Iesus non se
credidit ei.Cum ergo ex eo numero Nicodemus esset,uenit ad dominum, sed nocte uenit,
& hoc forte ad rem pertinet.Ad dominum uenit,& nocte uenit: ad lucem uenit, & in tene/
bris uenit. Renati autem ex aqua & spiritu sancto, quid audiunt ab Apostolo? Fuistis ali/ Ephes.5.
quando tenebræ,nunc autem lux in domino, sicut filij lucis ambulate. Et iterum, Nos au/ 1.Thes.5.
tem qui diei sumus, sobrij simus. Qui ergo renati sunt,noctis fuerunt, & diei sunt: tenebræ
fuerunt,& lumen sunt. Iam credit se illis Iesus, & non nocte ueniunt ad Iesum sicut Nicode
mus,non in tenebris quærunt diem:tales enim iam etiam profitentur. Accessit ad illos Ie/
sus, facit in illis salutem, quia ipse dixit, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit Ioan.6
sanguinem meum, non habebit in se uitam. Et quod signum crucis habent in fronte cate/
chumeni,iam de domo magna sunt, sed fiant ex seruis filij: non enim nihil sunt, quia iam
ad domum magnam pertinent.Quando autem manna manducauit populus Israël? Cum
transisset mare rubrum. Mare autem rubrum quid significet, audi Apostolum, Nolo au/ 1.Cor.10.
tem uos ignorare fratres,quia omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes mare tran/
sierunt. Vt quid per mare transierunt? & quasi causam quæreres ab illo, secutus ait, Et o/
mnes in Moyse baptizati sunt,in nube & in mari. Si ergo figura maris tantum ualuit, spe/
cies baptismi quantum ualebit? Si quod gestum est in figura,traiectum populum ad man/
na perduxit, quid exhibebit Christus in ueritate baptismi sui, traiecto per eum populo
suo? Per baptismum suum traiecit credentes, occisis omnibus peccatis, tanquam hosti/
bus consequentibus: sicut in illo mari omnes Ægyptij perierunt. Quò traiecit fratres mei?
quò traiecit per baptismum Iesus,cuius figuram tunc gerebat Moyses,qui per mare traijcie
bat? quò traijciebat? ad manna: Quod est manna? Ego sum, inquit, panis uiuus qui de
cœlo descendi. Manna accipiunt fideles, iam traiecti per mare rubrum. Quare & per ma/
re rubrum? Iam mare, quare rubrum? Significabat mare illud rubrum baptismum Chri/
sti. Vnde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus? Quò ergo perdu/
B cit credentes & baptizatos? Ad manna: ecce dico manna. Notum est quid acceperint Iu/
dæi, populus ille Israël, notum est quid illis pluisset deus de cœlo: & nesciunt catechume/
ni quid accipiunt Christiani? Erubescant ergo quia nesciunt: transeant per mare rubrum,
manducent manna, ut quomodo crediderunt in nomine Iesu, sic se ipsis credat Iesus.
Ideo intendite fratres mei, quid respondeat iste qui nocte uenit ad Iesum. Quamuis
ad Iesum uenerit, tamen quia nocte uenit, adhuc de tenebris carnis suæ loquitur, non in/
telligit quod audiuit à domino, non intelligit quomodo audiuit à luce, quæ illuminat
omnem hominem uenientem in hunc mundum. Iam ei dominus dixit, Nisi quis re/
natus fuerit denuo, non uidebit regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomo/
do potest homo nasci cum sit senex?) Spiritus ei loquitur, & ille carnem sapit. Carnem
suam sapit, quia carnem Christi nondum sapit. Cum enim dixisset dominus Iesus, Nisi
quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam,
scandalizati sunt quidam qui eum sequebantur, & dixerunt apud semetipsos, Durus
est hic sermo, & quis potest eum audire? Putabant enim hoc dicere Iesum, quòd eum
possent concisum sicut agnum coquere & manducare, abhorrentes à uerbis eius, recess/
serunt, & amplius eum non sunt secuti. Sic Euangelista loquitur, & dominus ipse re/
mansit cum duodecim. Et illi ad eum, Domine, ecce illi dimiserunt te. Et ille, Nunquid
& uos uultis abire? Ostendere uolens, quia ipse illis erat necessarius, non illi erant Chri/
sto necessarij: ne quis terreat Christum, quando dicitur ut sit Christianus, quasi bea/
tior erit Christus, si tu fueris Christianus. Bonum est tibi ut sis Christianus: nam si
non fueris, malum Christo non erit. Audi uocem psalmi, Dixi domino deus meus psal.15
es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Ideo deus meus es tu, quoniam bono/
rum meorum non eges. Si fueris sine deo,minor eris: si fueris cum deo,maior deus non e/
rit.Non ex te ille maior,sed tu sine illo minor.Cresce ergo in illo,noli te subtrahere, ut qua/

si ille deficiat. Reficieris, si acceſſeris: deficieris, si receſſeris. Integer manet te accedente, inte-
Ioan.6 ger manet te cadente: cum ergo dixiſſet diſcipulis, Nunquid & uos uultis abire? reſpon-
dit Petrus, petra illa uoce omnium, Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes:
bene ſapuit in ore ipſius caro domini. Dominus autem expoſuit eis & dixit, Spiritus eſt
qui uiuificat, caro autem non prodeſt quicquam: cum dixiſſet, Niſi quis manducauerit car-
nem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe uitam, ne carnaliter intelligeret,
Spiritus eſt, inquit, qui uiuificat, caro autē nihil prodeſt. Verba autem quæ locutus ſum uo-
bis, ſpiritus & uita ſunt. Hunc ſpiritum & hunc uitam non ſapiebat iſte Nicodemus, qui no
cte uenerat ad Ieſum. Ait ei Ieſus, Niſi quis renatus fuerit denuo, non uidebit regnum dei.
Et ille carnem ſuam ſapiens, in cuius ore nondum ſapiebat caro Chriſti, quomodo, inquit,
poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in utero matris ſuæ iterum introire &
naſci?) Nō nouerat iſte niſi unam natiuitatem ex Adam & Eua, ex deo & eccleſia nondum
nouerat. Non nouerat niſi eos parentes qui generant ad mortem, nondum nouerat eos pa
rentes, qui generant ad uitam. Non nouerat niſi eos parentes qui generant ſucceſſores, non
dum nouerat eos, qui ſemper uiuentes generant permanſuros. Cum ergo ſint duæ natiuita
tes, ille unam intelligebat. Vna eſt de terra, alia de cœlo: una eſt de carne, alia eſt de ſpiritu:
una eſt de mortalitate, alia de æternitate: una eſt de maſculo & fœmina, alia de deo
& eccleſia. Sed ipſæ duæ ſingulæ ſunt, nec illa poteſt repeti nec illa. Recte intellexit Ni-
codemus, ſed natiuitatem carnis. Sic & tu intellige natiuitatem ſpiritus, quomodo intel-
lexit Nicodemus natiuitatem carnis. Quid Nicodemus intellexit? Nunquid poteſt ho-
mo denuo in uentrem matris ſuæ intrare & naſci? Sic quicunque tibi dixerit, ut ſpirituali-
ter iterum naſcaris, reſpōde quod dixit Nicodemus, Nunquid poteſt homo iterum in uen
trem matris ſuæ intrare & naſci? Iam natus ſum de Adam, non me poteſt iterum generare
Adam: iam natus ſum de Chriſto, non me poteſt iterum generare Chriſtus. Quomodo
uterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Qui naſcitur de eccleſia catholica, tanquam de
Sara naſcitur, de libera naſcitur: qui naſcitur de hæreſi, tanquam de ancilla naſcitur, ſed ex
ſemine Abraam. Aduertat charitas ueſtra ad magnum ſacramentum. Teſtatur deus & di-
cit, Ego ſum deus Abraam & deus Iſaac & deus Iacob. Non erant alij patriarchæ, non erat
ante iſtos ſanctus Noë, qui ſolus in toto genere humano cum tota domo ſua meruit de di
luuio liberari? in quo & in filijs eius figurata eſt eccleſia: ligno portante euadit diluuium.
Deinde poſtea magni quos nouimus, quos ſancta ſcriptura commendat, Moyſes fide-
lis in tota domo eius: & illi tres nominantur, quaſi eum ſoli promeruerint, Ego ſum deus
Abraam & deus Iſaac & deus Iacob, Hoc mihi nomen eſt in æternum. Sacramentum
grande, Potens eſt dominus & ora noſtra aperire & corda ueſtra, ut dicere poſſimus ſicut
reuelare dignatus eſt, & capere poſſitis ſicut expedit uobis. Tres ergo iſti patriarchæ, Abra-
am, Iſaac & Iacob. Iam noſtis filij Iacob quia duodecim fuerunt, & inde populus Iſraël:
quia ipſe Iacob Iſraël, & populus Iſraël tribus duodecim, pertinentes ad duodecim filios
Iſraël. Abraam, Iſaac & Iacob, tres patres, & populus unus. Tres patres tanquam in princi
pio populi: tres patres à quibus figurabatur populus, & populus ipſe prior præſens popu-
lus. In populo enim Iudæorum figuratus eſt populus Chriſtianorum. Ibi figura, hic ueri-
tas: ibi membra, hic corpus, dicente Apoſtolo, Hæc autem in figura contingebant illis.
1. Cor. 10 Vox eſt Apoſtoli, Scripta ſunt, inquit, propter nos, in quos finis ſeculorum obuenit. Re-
32. q. 4. c. re- currat nunc animus ueſter ad Abraam, Iſaac & Iacob. In iſtis tribus inuenimus parere li-
currat beras, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberarum, ineunimus ibi & partus an-
cillarum. Ancilla nihil boni ſignificat, Eiſce ancillam, inquit, & filium eius: non enim hæ-
res erit filius ancillæ cum filio liberæ. Apoſtolus hoc commemorat, & in illis duobus fi-
lijs Abraæ, dicit Apoſtolus fuiſſe figuram duorum teſtamentorum, ueteris & noui. Ad
uetus teſtamentum pertinent dilectores temporalium, dilectores ſeculi. Ad nouum te-
ſtamentum dilectores uitæ æternæ. Ideo illa Hieruſalem in terra, umbra erat cœleſtis
Hieruſa

A Hieruſalē matris omnium noſtrum, quæ eſt in cœlo: & hæc Apoſtoli uerba ſunt. Et de iſta
ciuitate unde peregrinamur, multa noſtis, multa iam audiſtis. Inuenimus autem rem mi-
ram in iſtis partibus, id eſt, in iſtis fœtibus, in illis generationibus liberarum & ancillarum,
quatuor ſcilicet genera hominum: in quibus ſcilicet quatuor generibus, completur figura to
tius populi futuri Chriſtiani, ut nō ſit mirum quod in illis tribus dictum eſt, Ego ſum deus
Abraam, & deus Iſaac, & deus Iacob. In omnibus enim Chriſtianis fratres intēdite, aut per Exo. 3
malos naſcuntur boni, aut per bonos naſcuntur mali: aut per bonos boni, aut per malos
mali. Amplius iſtis quatuor generibus non poteſtis inuenire. Quæ iterum repetam, aduer-
tite, retinete & excutite corda ueſtra, nolite pigri eſſe: capite ne capiamini, quomodo qua-
tuor genera ſunt omnium Chriſtianorum. Aut per bonos naſcuntur boni, aut per malos
naſcuntur mali: aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planum eſt, per bo-
nos boni: ſi & qui baptizant boni ſunt, & qui baptizantur recte credunt, & in membris
Chriſti recte numerantur. Per malos mali, ſi & qui baptizant mali ſunt, & qui baptizan-
tur, duplici corde accedunt ad deum, & non tenent eos mores quos audiunt in eccleſia, ut
ibi non ſint paleæ ſed frumentum: quàm enim multi ſint, nouit charitas ueſtra. Per malos
boni, aliquando baptizat adulter, & qui baptizatur iuſtificatur. Per bonos mali, aliquando
qui baptizant ſancti ſunt: qui baptizantur, tenere uias domini nolunt. Puto ergo fratres no
tum eſſe in eccleſia & quotidianis exemplis manifeſtari ea quæ dicimus, ſed in prioribus no
ſtris patribus ea conſyderemus, quia habuerunt & illi iſta quatuor genera. Per bonos bo-
ni: Ananias Paulum baptizauit. Quid per malos mali? Dicit Apoſtolus quoſdam prædica Act. 9
tores euangelij, quos dicit non caſte annunciare ſolere euangelium, quos tolerat in ſocietate
Chriſtiana, & dicit, Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem ſiue per ueritatem Philip. 1
Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo. Nunquid malcuolus erat, & de alieno malo gaude
bat? Sed quia & per malos uerum prædicabatur, & per malorum ora Chriſtus prædicaba-
B tur: ſi quos iſti ſui ſimiles baptizabant, mali malos baptizabant: ſi quos iſti baptizabant, ta
les quales admonet dominus cum dicit, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, Matth. 23
mali bonos baptizabant. Boni malos baptizabant, quomodo à Philippo ſancto Simon Act. 8
magus baptizatus eſt. Nota ſunt ergo iſta quatuor genera fratres mei. Ecce iterum ea repe-
to, tenete illa, numerate illa, aduertite illa, cauete quæ mala ſunt, tenete quæ bona ſunt. Per
bonos boni naſcuntur, cum per ſanctos ſancti baptizantur: per malos mali, cum & qui
baptizant & qui baptizantur inique & impie uiuunt. Per malos boni, cum mali ſunt qui
baptizant, & boni qui baptizantur: per bonos mali, cum boni ſunt qui baptizant, & ma-
li qui baptizantur. Quomodo inuenimus iſta in tribus iſtis nominibus, Ego ſum deus A-
braam, deus Iſaac & deus Iacob? Ancillas accepimus in malis, liberas accepimus in bonis.
Pariunt liberæ bonos, Sara peperit Iſaac. Pariūt ancillæ malos, Agar peperit Hiſmaël. Ha-
bemus in uno Abraam & illius genus cum per bonos boni, aut per malos mali: aut per bo-
nos mali, aut per malos boni. Per bonos mali ubi figurati ſunt? Libera erat Rebecca uxor
Iſaac, legitime peperit geminos, unus erat bonus, alter malus. Habes aperte ibi ſcripturam
dicentem dei uoce, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Iſtos duos genuit Rebecca, Ia- Malach. 1
cob & Eſau, unus inde eligitur, alius reprobatur. Vnus ſuccedit in hæreditatem, alter
exhæredatur. Non facit populum ſuum deus de Eſau, ſed facit de Iacob. Semen unum,
diuerſi qui concepti ſunt. Vterus unus, diuerſi qui nati ſunt. Nunquid non libera pepe-
rit Iacob, quæ libera peperit Eſau? Luctabantur in utero matris ſuæ, & dictum eſt Re- Gen. 25
beccæ, cum ibi luctarentur, Duo populi ſunt in utero tuo: duo homines, duo populi:
bonus populus, malus populus: ſed tamen in uno uentre luctabantur. Quanti mali
ſunt in eccleſia, & unus uterus portat, donec in fine diſcernentur, & boni aduerſus
malos clamant, & mali aduerſus bonos reclamant, & in unius uiſceribus utrique luc-
tantur. Nunquid ſemper ſimul erunt? In fine exitur ad lucem, declaratur natiuitas, quæ
hic in ſacramento figuratur. Et tunc apparebit, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.

Iam

Iam ergo inuenimus fratres & de bonis bonos,de libera Iſaac:& de malis malos,de ancilla C
Hiſmaël:de bonis malos, Eſau de Rebecca : & de malis bonos ubi inuenimus? Reſtat Iacob,ut in tribus patriarchis quattuor generum iſtorum perfectio concludatur.Habuit uxores Iacob liberas,habuit & ancillas.Pariunt liberæ, pariũt & ancillæ, & fiunt duodecim filij Iſraël. Si numeres omnes de quibus nati ſunt,non omnes de liberis,non omnes de ancillis, ſed tamen omnes ex uno ſemine.Quid ergo fratres mei? Nũquid qui nati ſunt de ancillis, non ſimul poſſederunt terram promiſſionis cum fratribus ſuis? Inuenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis,& bonos filios Iacob natos de liberis.Nihil illis obfuit natiuitas de uteris ancillarum,quando in patre cognouerunt ſemen ſuum, & conſequenter regnum cum fratribus tenuerũt. Quomodo ergo in filijs Iacob nõ obfuit illis q nati ſunt de ancillis,quominus tenerent regnũ, & terrã repromiſſionis cũ fratribus ex æquo acciperẽt, nõ illis obfuerunt natales ancillarũ,ſed prævaluit ſemen paternum : ſic quicunq; per malos baptizantur, tanq; de ancillis uidẽtur nati, ſed tamen quia ex ſemine uerbi dei,quod figuratur in Iacob, non contriſtentur, ſimul hæreditatem cum fratribus poſſidebunt. Securus ergo ſit, qui de ſemine bono naſcitur,tantum non imitetur ancillam.Si de ancilla naſcitur,ancillam malam ſuperbientem non imitetur.Vnde enim filij Iacob de ancillis nati,poſſederunt terram promiſſionis cum fratribus:Hiſmaël autem de ancilla natus,expulſus eſt de hæreditate? Vnde niſi quia ille ſuperbus erat,illi humiles,Erexit ille ceruicem, & uoluit ſeducere fratrem ſuum,
Gen.21 ludens cũ illo.Magnum ibi ſacramẽtum.Ludebant ſimul Hiſmaël & Iſaac,uidit illos Sara ludentes,& ait Abraæ,Eijce ancillã & filium eius, nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac: & cum contriſtatus eſſet Abraam , confirmauit ei à domino angelus dictum uxoris eius.Iam hic manifeſtum eſt ſacramẽtum,quia neſcio quid futurum parturiebat illa res geſta. Ludentes uidit & dicit, Eijce ancillam & filium eius. Quid eſt hoc fratres? Quid enim mali fecerat Hiſmaël puero Iſaac,quia ludebat cum illo? Sed illa luſio, illuſio erat.Illa luſio deceptionem ſignificabat:nam magnum ſacramentum,attendat charitas ueſtra.Per- D
ſecutionem illam uocat Apoſtolus ipſam luſionem, ipſum luſum perſecutionem uocat.Ait
Gal.4 enim,Sed ſicut tunc ille qui ſecundum carnem natus erat,perſequebatur eum qui ſecũdum ſpiritum:ita & nunc,id eſt,qui ſecundum carnem nati ſunt,perſequuntur eos qui ſecundum ſpiritum nati ſunt. Qui ſunt ſecundum carnem nati? Dilectores mundi , amatores ſeculi: Qui ſunt ſecundum ſpiritum nati? Amatores regni cœlorum,dilectores Chriſti,deſiderantes uitam æternam,gratis colentes deum.Ludunt,& dicit Apoſtolus perſecutionem.Nam poſteaquam dixit hæc uerba Apoſtolus,Et ſicut tunc ille qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eum qui ſecundũ ſpiritum:ita & nunc, ſecutus eſt & oſtendit de qua perſecutione diceret.Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Quæramus ubi hoc dicat ſcriptura, ut uideamus utrum aliqua perſecutio præceſſerit Hiſmaëlis in Iſaac, & inuenimus hoc dictum eſſe à Sara,quando uidit pueros ludentes ſimul.Quam luſionẽ dicit ſcriptura uidiſſe Saram,hanc perſecutionem dicit Apoſtolus. Plus ergo uos perſequuntur qui uos illudendo ſeducunt, Veni ueni,baptizare hic,hic habes uere baptiſmum:noli ludere,unus eſt uerus. Ille luſus eſt,ſeduceris,& iſta perſecutio grauis tibi erit . Melius tibi erat ſi Hiſmaëlem tu lucrareris ad regnum : ſed non uult Hiſmaël , quia ludere uult. Tene tu hæreditatem patris & audi,Eijce ancillam & filium eius , non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Iſti etiam audent dicere, quia perſecutionem ſolent pati à catholicis regibus,aut à catholicis principibus , quia in perſecutione tolerant afflictionem corporis.Si tamen aliquando paſſi ſunt,aut quomodo paſſi ſunt,ipſi ſciant,aut conueniant conſcientias ſuas : ſi tamen afflictionem corporis paſſi ſunt, aut quomodo paſſi ſunt perſecutionem quam faciunt grauiorem:caue quando uult ludere Hiſmaël cum Iſaac,quando tibi blãditur, quando offert alterum baptiſmum:reſponde,habeo iã baptiſmum.Si enim uerus eſt iſte baptiſmus,quiſquis uult alterũ dare,illudere uult. Caue animæ perſecutorem:Nã ſi à principibus catholicis aliqua paſſa eſt pars Donati aliquando

A quando:ſecundum corpus paſſa eſt,non ſecundum illuſionem ſpiritus. Audite & uidete in ipſis ueteribus factis,omnia futurarum rerũ ſigna & indicia. Inuenitur Sara afflixiſſe Agar ancillã. Sara libera eſt,poſteaq; ſuperbire cœpit ancilla,queſta eſt Abraæ Sara & dixit,Eijce ancillam,erexit aduerſum me ceruicem ſuam:& quaſi ab Abraam fieret,de Abraam queſta eſt mulier. Abraam uero qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur , ſed officio generandi,quoniam Sara ei dederat unde prolem ſuſciperet,ait ei,Ecce ancilla tua, utere ea ſi- Gen.16
cut uis, & afflixit eam grauiter Sara,& fugit à facie eius.Ecce libera afflixit ancillam, & non illam uocat perſecutionem Apoſtolus. Ludit ſeruus cum domino, & perſecutionem uocat. Afflictio iſta nõ uocatur perſecutio,& luſio illa uocatur perſecutio.Quid uobis uidetur fratres, nónne intelligitis quid ſignificatum ſit? Sic ergo quando uult deus concitare poteſtates aduerſus hæreticos,aduerſus ſchiſmaticos,aduerſus diſſipatores eccleſiæ,aduerſus exufflatores Chriſti,aduerſus blaſphematores baptiſmi,non mirentur : quia deus concitat ut à Sara uerberetur Agar: cognoſcat ſe Agar,ſupponat ceruicem, quia cum humiliata diſcederet à domina ſua,occurrit ei angelus &dixit:quid eſt Agar ancilla Saræ? Cũ conqueſta eſſet de domina,quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur ut reuertatur,atq; utinã reuertatur,quia proles eius ſicut filij Iacob, cũ fratribus hæreditatẽ tenebit.Mirantur aũt,quia cõmouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ.Si nõ ergo mouerẽtur, & quomodo redderẽt rationẽ de imperio ſuo deo? Intendat charitas ueſtra quid dicam,quia pertinet hoc ad reges ſeculi Chriſtianos, ut tẽporibus ſuis pacatam uelint matrẽ ſuã eccleſiã habere,unde ſpiritaliter nati ſunt.Legimus Da- Daniel.3
nielis uiſiones & geſta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt dominũ,miratus eſt Nabuchodonoſor rex laudãtes deum pueros,& circa eos ignem non nocentem.Et cum admiratus eſſet,quid ait Nabuchodonoſor rex,non uel Iudæus uel circumciſus ille, qui ſtatuam ſuam erexerat,& ad eam adorandam omnes coëgerat,tamen laudibus trium puerorũ commotus,ubi uidit maieſtatẽ dei præſentis in igne,quid ait? Et ego proponã decretũ omnibus
B tribubus & linguis in omni terra: Quale decretũ? Quicunq; dixerint blaſphemiam † in deũ als,contra
Sydrac,Miſac & Abdenago,in interitu erunt,& domus eorum in perditionẽ.Ecce quomodo fæuit rex alienigena , ne blaſphemetur deus Iſraël, qui potuit tres pueros de igne liberare:& nolunt ut fæuiant reges Chriſtiani,quia Chriſtus exufflatur, à quo non tres pueri,ſed orbis terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberantur.Nam tres illi pueri, fratres
2.Mach.7 mei, liberati ſunt ab igne temporali:nũquid nõ ipſe dominus Machabæorũ,qui & triũ puerorũ? Illos ab igne liberauit,illi in tormentis igneis corpore defecerunt,ſed in legitimis mandatis animo permanſerunt, Illi aperte liberati ſunt,illi occulte coronati ſunt.Plus eſt liberari de flamma gehennarum,quàm de fornace poteſtatis humanæ.Si ergo Nabuchodonoſor rex laudauit & prædicauit,& gloriam dedit deo,quia liberauit de igne tres pueros , & tantã gloriã dedit,ut decretũ mitteret per regnũ ſuũ , Quicũq; dixerint blaſphemiã in deum Sydrac Miſac & Abdenago,in interitu erunt, & domus eorũ in perditionem:quomodo iſti reges non moueantur,qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma,ſed ſeipſos liberatos de gehenna,quando uidẽt Chriſtũ,à quo liberati ſunt,exufflari in Chriſtianis,quando audiunt dici Chriſtiano,dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere uolunt,& ſaltẽ talia pati nolunt.Nam uidete qualia faciunt,& qualia patiuntur.Occidunt animas,affligũtur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur . Et tamen quæ patiuntur,proferant nobis neſcio quos in perſecutione ſuos martyres.Ecce Marculus de petra præcipitatus eſt:& ecce Donatus Bagaienſis in puteum miſſus eſt . Quando poteſtates Romanæ talia ſupplicia decreuerunt , ut præcipitarentur homines? Quid autem reſpondent noſtri ? Quid ſit geſtum neſcio : tamen quid tradunt noſtri , quia ipſi ſe præcipitauerunt,& poteſtates infamauerunt . Recordemur conſuetudines poteſtatum Romanorum , & uideamus cui credendum ſit . Dicunt noſtri illos ſe præcipitaſſe : ſi non ſunt ipſi diſcipuli ipſorum qui ſe modo de ſaxis nullo perſequente præcipitant, non credimus,

mus. Quid mirum, si fecerunt illi quod solent? Nam potestates Romanæ nunquã talibus C
supplicijs usæ sunt: non enim non potuerunt occidere aperte: sed illi qui se mortuos coluerunt, famosiorem mortem nõ inuenerunt: postremo quicquid illud est, nõ noui. Et si passa es ô pars Donati corporalem afflictionem ab ecclesia catholica, à Sara passa es Agar, redi ad dominam tuam. Locus quidem necessarius aliquanto diutius nos tenuit, ut textũ totum euangelicæ lectionis exponere minime ualeremus, sufficiat interim charitati uestræ fratres, ne hæc quæ dicta sunt, dicendo alia, excludantur de cordibus uestris. Hæc tenete, talia discite, flammantes illuc procedite, frigidos accendite.

Ab eo quod scriptum est, Quod natũ est de carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est: usque ad id quod ait, Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. Tractatus XII.

EX eo quod hesterno die intentam fecimus charitatem uestram, intelligimus uos alacrius & numerosius conuenisse: sed interim lectioni euangelicæ ex ordine sermonem debitum reddamus si placet. Deinde audiet charitas uestra de pace ecclesiæ, uel quid egerimus, uel quid adhuc agendum speremus. Nunc aũt tota intentio cordis ad euangelium feratur, nemo enim aliunde cogitet. Si enim qui totus adest, uix capit: qui se per cogitationes diuersas diuidit, nónne & quod cœperat fundit? Meminit autem charitas uestra, dominico præterito quãtum dominus adiuuare dignatus est, disseruisse nos de spirituali regeneratione, quam lectionem uobis iterum legi fecimus, ut quæ tunc non dicta sunt, in Christi nomine adiuuantibus orationibus uestris impleamus. Regeneratio spiritalis una est, sicut generatio carnalis una est. Et quod Nicodemus domino ait, uerum dixit, quia non potest homo cum sit senex, redire rursum in uterum matris suæ & nasci. Ille quidem dixit, quia homo cum sit senex hoc non potest, quasi si infans esset, posset: omnino enim non potest, siue recens ab utero, siue annosa iam ætate redire rursum in ma D
terna uiscera & nasci. Sed sicut ad natiuitatem carnalem ualent muliebria uiscera ad semel pariendum: sic ad natiuitatem spiritalem ualent uiscera ecclesiæ, ut semel quisq; baptizetur. Propterea ne qs forte dicat, sed iste in hæresi natus est, & iste in schismate natus, amputata sunt omnia si meministis, quæ uobis disputata sunt de tribus patribus nostris, quorũ deus dici uoluit, non quia soli erant, sed quia in his solis impleta est integritas significandi populi futuri. Inuenimus enim natum de ancilla, & exhæredatum, natum de libera hæredem. Rursum inuenimus natum de libera exhæredatum, natum de ancilla hæredem. Natus de ancilla exhæredatus Ismaël, natus de libera hæres Isaac. Natus de libera exhæredatus Esau, nati de ancillis hæredes filij Iacob. In illis itaq; tribus patribus, omnis futuri populi figura perfe
Exo.3 cta est: nec immerito deus inquit, Ego deus Abraam & deus Isaac & deus Iacob, hoc mihi
nomẽ, inquit, in æternum. Magis meminerimus, quid promissum sit ipsi Abraæ: hoc enim
Gen.22 promissum est Isaac, hoc promissum est & Iacob. Quid inuenimus, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Credidit tunc unus quod nondum uidebat: uident homines & excæcantur. Completum est in gentibus, quod promissum est uni: & separantur à communione gentium, qui & quod impletum est uidere nolunt: sed quid illis prodest quia uidere nolũt? Vident uelint nolint, aperta ueritas & clausos oculos ferit. Responsum est Nicodemo qui ex eis erat qui crediderant in Iesum, & ipse Iesus non se credebat eis: quibusdam enim
Ioan.2 non se credebat, cum iam in illum credidissent: sic habes scriptum, Multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum illis. Nõ enim opus habebat, ut quisquam testimonium perhiberet de homine. Ecce iam illi credebant in Iesum, & ipse Iesus non se credebat eis. Quare? Quia nondum erant renati ex aqua & spiritu sancto. Inde hortati sumus, & hortamur fratres nostros catechumenos: Si enim interroges eos, iam crediderunt in Iesum, sed quia nondum carnem eius & sanguinem accipiunt, nondum se illis credit Iesus. Quid faciant ut se illis credat Iesus? Renascantur ex aqua & spiri-

A & spiritu sancto, proferat ecclesia quod parturit: concepti sunt, ædantur in lucẽ, habent ubera quibus nutriantur: non timeant ne nati suffocẽtur, ab uberibus maternis non recedant. Nullus potest homo redire in matris uiscera & iterũ renasci. Sed de ancilla nescio quis natus est: nunquid tunc qui nati sunt de ancillis, redierunt in uterũ liberarum ut denuo nascerentur? Semen Abraam ut faceret filium de ancilla, uxor autor fuit, natus est ex semine uiri, & non Gen.16
utero, sed solo placito uxoris, nunquid quia de ancilla, ideo exhæredatus? Si propterea exhæredatus quia de ancilla natus est, nulli ancillarum filij admitterentur ad hæreditatem. Filij Iacob admissi sunt ad hæreditatem, Hismaël autem non quia ex ancilla natus exhæredatus, sed quia superbus matri, superbus in filium matris, mater enim eius magis Sara q̃ Agar. Illius uterus accommodatus, illius uoluntas accessit. Nõ faceret Abraam quod Sara nollet, magis ergo ille filius Saræ. Sed quia superbus in fratrem, & superbus ludẽdo: ludendo, quia deludendo: quid ait Sara? Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius Gen.21
ancillæ cum filio meo Isaac. Nõ ergo illum uiscera ancillæ eiecerunt foras, sed ceruix seruilis. Et si liber superbus sit, seruus est, & quod peius est, malæ dominæ ipsius superbiæ. Itaq; fratres mei, respondete homini non posse rursus nasci hominem. Quicquid iterũ fit, illusio est, quicquid iterum fit, lusus est. Hismael ludit, foras mittitur: animaduertit enim eos Sara ludentes, ait scriptura, & dixit Abraæ, Eijce ancillam & filium eius. Displicuit Saræ lusus puerorum, aliquid nouum uidit pueros ludere. Nónne optant hoc quæ filios habent, uidere ludẽtes filios suos? Vidit illa & improbauit. Nescio quid uidit in lusu. Illusionem uidit in illo lusu, animaduertit serui superbiam, displicuit illi, eiecit foras. Nati ergo de ancillis, ad hæreditatem admittuntur Iacob, & natus de libera mittitur foras Esau. Nemo enim præsumat quia de bonis nascitur, nemo præsumat quia per sanctos baptizatur. Qui per sanctos baptizatur, adhuc caueat ne nõ sit Iacob sed Esau. Hoc ergo fratres dixerim, melius est ab hominibus sua quærẽtibus & mundum diligẽtibus, quod significat nomen ancillæ, baptizari,
B & spiritaliter hæreditatem quærere Christi, ut sit tanq̃ filius Iacob de ancilla, q̃ baptizari per sanctos & superbire, ut sit Esau foras mittendus, quamuis natus ex libera. Hæc fratres tenete: Non uos palpamus, nulla spes uestra in nobis sit, nec uobis blandimur nec nobis, unusquisq; suam sarcinã portet. Nostrum est, dicere ne male iudicemur: uestrum est audire, & corde audire, ne exigatur quod damus: imò quando exigitur, lucrum inueniatur, nõ detrimentum. Dicit dominus Nicodemo,) & exponit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei.) Tu, inquit, carnalem generationem intelligis, cum dicis, Nunquid potest homo redire in uiscera matris suæ? Ex aqua & spiritu sancto oportet ut nascatur propter regnum dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalem, nascitur ex uisceribus matris carnalis: propter hæreditatẽ patris dei sempiternam, nascatur ex uisceribus ecclesiæ. Generat per uxorem filium pater mõritutus successurum, generat deus de ecclesia filios non successuros, sed secum mansuros. Et sequitur, Quod natum est de carne, caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est.) Spiritaliter ergo nascimur, & in spiritu nascimur uerbo & sacramento, adest spiritus ut nascamur: spiritus inuisibiliter adest unde nascaris, quia & tu inuisibiliter nasceris. Sequitur enim & dicit, Nõ mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quò uadat.) Nemo uidet spiritum, & quomodo audimus uocem spiritus? Sonat psalmus, uox est spiritus: sonat euangelium, uox est spiritus: sonat sermo diuinus, uox est spiritus. Vocem eius audis, & nescis unde ueniat & quò uadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris ut ille. Qui nõ est adhuc natus de spiritu, nesciat de te unde uenias & quò eas. Hoc enim secutus ait, Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?) Et reuera carnaliter non intelligebat. In illo fiebat, quod dixerat dominus, Vocem spiritus audiebat, & nesciebat unde ueniret & quò ibat. Respondens Iesus & dixit, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?) O fratres, quid putamus dominum huic magistro Iudæorũ quasi insultare uoluisse?

Nouerat dominus quid agebat,uolebat illum naſci ex ſpiritu.Nemo ex ſpiritu naſcitur,ni- C
ſi humilis fuerit,quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu, quoniam prope eſt dominus
obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe uidebatur,quia do
ctor erat Iudæorum.Deponit ei ſuperbiam,ut poſſit naſci de ſpiritu:inſultat tanq̃ indocto,
non quia ſuperior uult uideri dominus:quid magnum,deus ad hominem,ueritas ad men
dacium? Maior Chriſtus cp̃ Nicodemus dici debet,dici poteſt,cogitandus eſt.Si diceretur
maior Chriſtus cp̃ angeli, ridendum erat:incomparabiliter enim maior creator omni crea
tura,per quem facta eſt omnis creatura. Sed exagitat ſuperbiam hominis,Tu es magiſter
in Iſraël & hæc ignoras? Tanquam diceret,Ecce nihil noſti princeps ſuperbus,naſcere ex ſpi
ritu: ſi enim natus fueris ex ſpiritu,uias dei tenebis, ut Chriſti humilitatẽ ſequaris.Sic enim
altus eſt ſuper omnes angelos, quia cum in forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe
æqualis deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinẽ hominum
factus,& habitu inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mor
tem: & ne mortis genus tibi aliquod placeat,mortem autem crucis.Pendebat,& inſultaba
tur ei.De cruce deſcendere poterat,ſed differebat,ut de ſepulchro reſurgeret.Pertulit ſuper
bos ſeruos dominus,medicus ægrotos.Si hoc ille,quid illi quos oportet naſci ex ſpiritu? Si
hoc ille uerus magiſter in cœlo, non hominum tantum ſed & angelorum? Si enim docti
ſunt angeli,uerbo dei docti ſunt. Si uerbo dei docti ſunt, quærite unde docti ſunt,& inue
nietis,In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Tollatur
homini ceruix,ſed aſpera & dura,ut ſit lenis ceruix ad portandum iugum Chriſti. De quo
Matth.11 dicitur,Iugum meum leue eſt,& ſarcina mea leuis eſt.Et ſequitur, Si terrena dixi uobis &
non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis?) Quæ terrena dixit fratres? Niſi
quis natus fuerit denuo,terrenum eſt? Spiritus ubi uult ſpirat,& uocem eius audis,& neſcis
unde ueniat, aut quò eat,terrenum eſt? Si de iſto uento diceret,ſicut nõnulli intellexerunt,
cum quæreretur ab eis quid terrenum dixerit dominus,dum ait,Si terrena dixi uobis & nõ D
creditis,quomodo ſi cœleſtia dixero credetis? Cum ergo quæreretur à quibuſdam,quid ter
renum dixerit dominus, anguſtias paſſi dixerunt:quòd ait de ſpiritu ubi uult ſpirat, & uo
cem eius audis,& neſcis unde ueniat,aut quò eat, de iſto uẽto dixit,Quid enim nominauit
terrenum? Loquebatur de generatione ſpiritali, ſecutus ait: ſic eſt omnis qui natus eſt ex
ſpiritu. Deinde fratres, quis noſtrum non uideat, uerbi gratia,auſtrum euntem à meridie
ad aquilonem, aut alium uentum uenientem ab oriente ad occidentem? Quomodo ergo
neſcimus unde ueniat & quò eat? Quid ergo dixit terrenum, quod non credebant homi
nes? An illud quod de templo ſuſcitando dixerat? Corpus enim ſuum de terra acceperat,
& ipſam terram de terreno corpore ſuſceptam parabat ſuſcitare. Non ei creditum eſt ter
ram ſuſcitaturo.Si terreſtria,inquit,dixi uobis & non creditis, quomodo ſi cœleſtia dixero
credetis? Hoc eſt, ſi non creditis quia templum poſſum reſuſcitare deiectum à uobis,quo
modo credetis quia per ſpiritum poſſint homines regenerari? Et ſequitur, Et nemo aſcen
dit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo?) Ecce hic erat,& in
cœlo erat: hic erat carne, & in cœlo erat diuinitate,imò ubiq; diuinitate. Natus de matre,
non recedens à patre.Duæ natiuitates Chriſti intelligũtur,una diuina,altera humana:una
per quam efficeremur, altera per quam reficeremur. Ambæ mirabiles, illa ſine matre, iſta
ſine patre. Sed quia de Adam corpus acceperat, quia Maria de Adam, ipſum quoq; cor
pus ſuſcitaturus erat. Terrenum quiddam dixerat, Soluite templum hoc, & in tribus die
bus ſuſcitabo illud.Cœleſte autem quiddam dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpi
ritu,non uidebit regnum dei.Eia itaque fratres,deus uoluit eſſe filius hominis,homines uo
luit eſſe filios dei.Ipſe deſcendit propter nos, nos aſcendamus propter ipſum. Solus enim
deſcendit, & aſcendit qui hoc ait,Nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de cœlo.Non
ergo aſcenſuri ſunt in cœlum quos facit filios dei? Aſcenſuri ſunt planè. Hæc nobis promiſ
ſio eſt,Erunt æquales angelis dei.Quomodo ergo nemo aſcendit niſi qui deſcendit? Quia

unus

A unus deſcendit, & unus aſcendit. De cæteris quid intelligendum, niſi quia membra eius
erunt ut unus aſcendat:propterea ſequitur, Nemo aſcẽdit in cœlum niſi qui de cœlo deſcen
dit,filius hominis qui eſt in cœlo. Miraris quia hic erat & in cœlo? Tales fecit diſcipulos
ſuos. Paulum audi apoſtolum dicentem, Noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt. Si homo *Philip.3*
Paulus apoſtolus ambulabat carne in terra,& cõuerſabatur in cœlo,deus cœli & terræ non
poterat eſſe & in cœlo & in terra? Si ergo nemo niſi ille deſcendit & aſcendit, quæ ſpes eſt
cæteris? Ea ſpes eſt cæteris, quia ille propterea deſcendit & aſcendit, ut in illo & cum illo
unum eſſent, qui per illum aſcenſuri eſſent. Non dicit,& ſeminibus,ait Apoſtolus,quaſi in
multis,ſed tãquam in uno,& ſemini tuo qui eſt Chriſtus.Et fidelibus ait, Vos autem Chri
ſti.Si autem Chriſti,ergo ſemen Abraæ eſtis.Quod dixit unum,hoc dixit omnes nos eſſe.
Ideo in pſalmis aliquando plures cantant, ut oſtendatur quia de pluribus fit unus:aliquan
do unus cantat,ut oſtendatur quid fiat de pluribus.Propterea unus ſanabatur in illa piſci
na,& quiſquis alius deſcendebat,non ſanabatur.Ergo iſte unus commendat unitatem eccle
ſiæ.Væ illis qui oderunt unitatem eccleſiæ, & partes ſibi faciunt in hominibus, audiant il
lum qui uolebat eos facere unum in uno.Ad unum audiant illum dicentem,Nolite uos fa- *1.Cor.3*
cere multos,ego plantaui,Apollo rigauit,ſed deus incrementum dedit.Sed neque qui plan
tat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incrementum dat deus.Illi dicebant,Ego ſum Pauli, *1.Cor.1*
ego Apollo,ego Cephæ. Et ille, Diuiſus eſt Chriſtus? In uno eſtote,unũ eſtote,unus eſto
te.Nemo aſcendit in cœlum,niſi qui de cœlo deſcendit. Ecce uolumus eſſe tui,dicebant Pau
lo.Et ille,Nolo ſitis Pauli,ſed eius eſtote cuius eſt uobiſcum Paulus.Deſcendit enim & mor
tuus eſt, & ipſa morte liberauit nos à morte. Morte occiſus,morte occidit.Et noſtis fratres,
quia mors iſta per diaboli inuidiam intrauit in mundum. Deus mortem non fecit, ſcriptu
ra loquitur, nec lætatur in perditione uiuorum: creauit enim ut eſſent omnia.Sed quid ibi
ait? Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.Ad mortem à diabolo propi *Sap.2*
B natam, nõ ueniret homo ui adactus: non enim cogendi potentiam diabolus habebat,ſed
perſuadendi uerſutiam.Si non conſentires,nihil inuexerat diabolus,conſenſio tua ó homo
te perduxit ad mortem. A mortali mortales nati, & ex immortalibus mortales facti.Ab
Adam omnes homines mortales, Ieſus autem filius dei, uerbum dei, per quod facta ſunt
omnia, unicus, æqualis patri, mortalis factus eſt, quia uerbum caro factum eſt, & habi
tauit in nobis. Si ergo mortem ſuſcepit,& mortem ſuſpendit in cruce,de ipſa morte liberan
tur mortales. Quod in figura factum eſt apud antiquos,commemorauit illud dominus,
Et ſicut,inquit,Moyſes exaltauit ſerpentem in eremo,ita exaltari oportet filium hominis,
ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam.) Magnum ſacramen
tum, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audiant uel qui non legerunt, uel qui forte lectum
uel auditum obliti ſunt. Proſternebatur in eremo populus Iſraël morſibus ſerpentum,fie
bat magna ſtrages multarum mortium, plaga enim dei erat corripientis & flagellantis ut
erudiret. Demonſtratum eſt ibi magnum ſacramentum rei futuræ, ipſe dominus teſtatur
in hac lectione, ut nemo poſſit aliud interpretari quàm quod ipſa ueritas de ſe indicat.Di
ctum eſt enim ad Moyſen à domino, ut faceret æneum ſerpentem, & exaltaret in ligno in
eremo, & admoneret populum Iſraël, ut ſi quis morſus eſſet à ſerpente, illum ſerpentem in
ligno exaltatum attenderet,& factum eſt:mordebantur homines,intuebantur & ſanaban
tur.Quid ſunt ſerpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis.Quis eſt ſerpens exalta- *Serpente*
tus? Mors domini in cruce. Quia enim à ſerpente mors, per ſerpentis effigiem figurata eſt
mors. Morſus ſerpentum lætalis, mors domini uitalis. Attenditur ſerpens, ut nihil ualeat
ſerpens.Quid eſt hoc? Attenditur mors,ut nihil ualeat mors.Sed cuius mors? Mors uitæ,
ſi dici poteſt mors uitæ, imò quia dici poteſt, mirabiliter dicitur. Sed nunquid non erit di
cendum quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere,quod dñs pro me dignatus eſt facere?
Nónne uita Chriſtus? Et tamen in cruce Chriſtus: nónne uita Chriſtus? Et tamen mor

tuus est CHRISTVS: sed in morte CHRISTI mors mortua est, quia uita mortua occidit mortem, plenitudo uitæ deglutiuit mortem: absorpta est mors in CHRISTI corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione, quando iam triumphantes cantabimus, Vbi est
1. Cor. 15 mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres ut à peccato sanemur, CHRISTVM crucifixum intueamur, quia sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Quomodo qui intuebantur illum serpentem, non peribant morsibus serpentum: sic qui intuentur fide mortem CHRISTI sanantur à morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur à morte ad uitam temporalem: hic autem ait, ut habeant uitam æternam. Hoc enim interest inter figuratam imaginem & rem ipsam: figura præstabat uitam temporalem: res ipsa cuius illa figura erat, præstat uitam æternam.

Non enim misit deus filium suũ ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.) Ergo quantum in medico est, sanare uenit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non uult. Venit saluator ad mundum. Quare saluator dictus est mundi, nisi ut saluet mundum, non ut iudicet mundum? Saluari non uis ab ipso, ex teipso iudicaberis. Et quid dicam, iudicaberis? Vide quid ait. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit,) quid dicturum sperabas, nisi iudicatur? Quod addit, Iam, inquit, iudicatus est:)
1. Timoth. 2 Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium: nouit enim dominus qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam. Nouit in area sua triticum, nouit & paleam, nouit & segetem, nouit & zizania, iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia non credidit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim mala opera eorum.) Fratres mei, quorum opera bona inuenit dominus? Nullorum, omnia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fecerunt ueritatem, & uenerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur. Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.) Quomodo quidam opus bonum fecerunt, ut uenirẽt ad lucem, id est ad Christum? Et quomodo quidã dilexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores inuenit, & omnes à peccato sanat, & serpens ille in quo figurata est mors domini, eos sanat qui morsi fuerant, & propter morsum serpentis erectus est serpens, id est, mors dñi, propter mortales homines, quos inuenit iniustos: quomodo intelligitur, hoc est iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras ꝙ lucem, erant enim mala opera eorum? Quid est hoc? Quorum enim erãt bona opera? Nónne uenisti ut iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis ꝙ lucem: ibi posuit uim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi cõfessi sunt peccata sua: quia qui cõfitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum deo facit. Accusat deus peccata tua, & si tu accuses, coniungeris deo. Quasi duæ res sunt, homo & peccator. Quod audis homo, deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit: dele quod feciſti, ut deus saluet quod fecit. Oportet ut oderis in te opus tuum, & ames in te opus dei. Cum autem cœperit tibi displicere quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, cõfessio est operum malorum. Facis ueritatem, & uenis ad lucem: quid est, facis ueritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non tibi adularis, non dicis, iustus sum, cum sis iniquus, & incipis facere ueritatem. Venis autem ad lucem ut manifestentur opera tua, quia in deo sunt facta: quia & hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi deus tibi luceret, & eius ueritas tibi ostenderet. Sed qui etiã admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem & fugit eam, ut non appareant opera eius mala quæ diligit: qui autẽ facit ueritatem, accusat in se mala sua, non sibi parcit, non sibi ignoscit ut deus ignoscat: quia quod uult ut deus ignoscat, ipse agnoscit & uenit ad lucem: cui gratias agit, ꝙ ille quid in se odisset, ostenderit. Dicit deo, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et qua fronte dicit, nisi iterum

A rum dicat, quoniã facinus meum ego cognosco, & peccatũ meũ coram me est semper? Sit ante te quod nõ uis esse ante deum: Si autem post te feceris peccatũ tuum, retorquet illud tibi deus ante oculos tuos, & tunc retorquet, quando iam pœnitẽtiæ fructus nullus erit. Cur/ Ioan. 12
rite, ne tenebræ uos comprehendant. Fratres mei euigilate ad salutem uestram, euigilate dũ tempus est, nullus retardetur à templo dei, nullus retardetur ab opere dñi, nullus auocetur ab oratione continua, nullus à solita deuotione fraudetur. Euigilate cum dies est, lucet dies: Christus est dies, paratus est ignoscere reis, sed agnoscentibus: punire autẽ defendentes se, & iustos se iactantes, & putantes se esse aliquid cum nihil sint. In dilectione autem eius & in misericordia eius qui ambulat, etiam liberatus ab illis lætalibus & grandibus peccatis, qualia sunt facinora hominum, homicidia, furta, adulteria, præter illa quæ minuta uidentur esse peccata, linguæ aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit ueritatem cõfessionis, & uenit ad lucem in operibus bonis. Quomodo minuta plura peccata si negligantur, occidũt? Minutæ sunt guttæ quæ flumina implent, minuta sunt grana arenæ, sed si multa arena imponatur, premit atq; opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo, mergit nauim. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, ut non obruant peccata, gemendo, iciunando, tribuendo, ignoscẽdo? Iter autem huius seculi molestum est, plenum tentationibus, in rebus prosperis ne extollat, in rebus aduersis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem huius seculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursus qui te flagellat in isto seculo, ad emendationẽ, non ad damnationẽ facit. Ferto patrẽ erudientem, ne sentias iudicem punientem. Hæc quotidie dicimus uobis, & sæpe dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt.

Ab eo quod scriptũ est: Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in Iudæam terrã, & illic demorabatur cum eis, usq; ad id: Qui habet sponsam sponsus est, amicus aũt sponsi est, qui stat & audit eũ, & gaudio gaudet, ppter uocẽ spõsi. Trac. XIII

B RDO lectionis euangelicæ secundum Ioannem, sicut potestis meminisse, qui cu/ram geritis profectus uestri, ita sequitur, ut hæc quæ modo lecta est, hodie nobis tractanda proponatur. Ab ipso principio usq; in hodiernam lectionẽ, quæ supradicta sunt, meministis iam esse tractata. Et si forte inde multa estis obliti: certe uel officium nostrum manet in uestra memoria, quæ hinc audieritis de baptismo Ioannis. Et si non tenetis omnia, audisse uos tamen, credo ꝙ teneatis quæ dicta sunt, etiam quare spiritus sanctus in columbæ specie apparuerit; & quomodo illa nodosissima quæstio soluta sit, quia nescio quid quod non nouerat, didicit Ioannes in dño per columbam, cum iam eum nosset, quando uenienti ut baptizaret ait: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me: Matth. 3
quando ei dñs respondit: Sine modo, ut impleatur omnis iusticia. Nunc ergo ad eundem Ioannem, cogit nos ordo lectionis reuerti. Ipse est ille qui prophetatus est per Esaiam: Vox Esa. 40
clamantis in deserto, parate uiam domino, rectas facite semitas eius. Tale testimonium reddit domino suo, & quia ille dignatus est, amico suo: dominus ꝙ ipsius & amicus ipsius perhibuit testimonium Ioanni: dixit enim de Ioanne: In natis mulierum nemo surrexit maior Matth. 11
Ioanne baptista. Sed quia illi se præposuit, in hoc ꝙ plus erat à Ioanne deus, qui autem minor est, inquit, in regno cœlorũ, maior est illo. Minor natiuitate, maior potestate, maior diuinitate, maiestate, claritate, tanꝙ in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat Ioan. 1
uerbũ. Sic aũt perhibuerat in superioribus lectionibus Ioãnes dño testimonium, ut filiũ dei quidem diceret, deũ non diceret, nec tamen negaret. Tacuerat deum, nõ negauerat deũ, sed nõ omnino tacuit deum. Fortassis enim inuenimus hoc in hodierna lectione. Dixerat filiũ dei: sed dicti sunt & homines filij dei. Dixerat tantæ excellentiæ illũ fuisse, ut non esset ipse dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Iam magnitudo ista multum dat intelligi, cuius non erat dignus corrigiam calciamenti soluere, ille quo nemo surrexerat maior in natis mulierum. Plus erat oĩbus hominibus & angelis: nam angelũ inuenimus prohibuisse, ne homo illi ad pedes caderet, cum enim quædam in Apocalypsi angelus ostẽderet Ioanni, qui Apocalyp. 22

ſcripſit hoc euangelium,conterritus magnitudine uiſionis Ioannes,cecidit ad pedes angeli: C
Et ille:Surge,ne feceris hoc,deum adora:nam & ego conſeruus tuus ſum & fratrum tuorũ.
Cadere ergo ſibi ad pedes hominem angelus prohibuit:Nõne manifeſtum eſt quia ſuper
omnes angelos eſt,cui talis homo quo maior nemo ſurrexit in natis mulierum, dicit indi/
gnum ſe eſſe ſoluere corrigiam calciamenti eius? Tamen aliquid euidentius dicat Ioannes,
quia deus eſt dñs noſter Ieſus Chriſtus. Inueniamus hoc in præſenti lectione,quia forte &
de illo cantauimus:Regnauit dñs ſuper omnem terram:contra quod ſurdi ſunt,qui putãt
eum in Africa ſola regnare. Nõ enim nõ dictũ eſt de Chriſto cũ dictũ eſt:Regnauit dñs ſu/
per omnem terram. Quis eſt enim alius rex noſter,niſi dñs noſter Ieſus Chriſtus? Ipſe eſt
Pſal.46 rex noſter. Et quid audiſtis in ipſo pſalmo recenti uerſu modo cantato? Pſallite deo noſtro
pſallite,pſallite regi noſtro pſallite. Quem dixit dñm,ipſum dixit regem noſtrum,pſalli/
te deo noſtro pſallite:pſallite regi noſtro,pſallite intelligenter. Ne in una parte uelis intelli/
gere cui pſallis,quoniam rex omnis terræ deus. Et quomodo eſt oñis terræ deus rex,qui ui/
ſus eſt in una parte terrarum,in Hieroſolyma,in Iudæa ambulans,inter homines natus,fu/
gens,creſcens,manducans,bibens,uigilans,dormiens,fatigatus ad putcum ſedens,compre/
hẽſus,flagellatus,ſputis illitus,ſpinis coronatus,ligno ſuſpenſus,lancea percuſſus, mortuus,
ſepultus? Quomodo ergo rex omnis terræ? Quod uidebatur in loco,caro erat:oculis carne/
is caro apparebat,in carne mortali maieſtas immortalis occultabatur. Et quibus oculis maie
ſtas immortalis penetrata cõpage carnis poterat intueri? Eſt alius mentis oculus,eſt interior
Tobiæ.4 oculus. Non enim nullos oculos habebat & Tobias,quãdo cæcus oculis corporeis filio da/
bat præcepta uitæ. Ille patris manum tenebat ut pedibus ambularet,ille filio conſilium de/
dit,ut uiam iuſticiæ teneret:Et hic oculos uideo,& hic oculos intelligo. Et meliores oculi dan
tis uitæ conſilium,quàm oculi tenentis manum. Tales oculos quærebat & Ieſus,quando ait
Ioan.14 Philippo:Tanto tempore uobiſcum ſum,& nõ cognouiſtis me? Tales oculos quærebat cũ
ait:Philippe,qui uidet me,uidet & patrem meum. Iſti oculi in intelligentia ſunt,iſti oculi in D
mente ſunt:adeo cum dixiſſet pſalmus:Quoniã rex omnis terræ deus,ſubiecit ſtatim,pſal/
lite intelligenter. Quod enim dico,pſallite deo noſtro pſallite,deum dico regem noſtrum.
Sed regem noſtrum inter homines uidiſtis,tanq; hominẽ uidiſtis,paſſum,crucifixum,mor
tuum. Latebat aliquid in illa carne,quod oculis carneis uidere non potuiſtis. Quid illic late/
bat? Pſallite intelligenter. Nolite oculis quærere quod mente conſpiciẽ. Pſallite lingua,quia
inter uos caro. Sed quia uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis, reddite ſonum car/
ni,reddite deo mentis obtuitum. Pſallite intelligenter,& uidetis quia uerbum caro factum
eſt,& habitauit in nobis. Dicat & Ioannes teſtimonium. Poſt hæc uenit Ieſus & diſcipuli
eius in Iudæam terram,& illic demorabatur cum eis & baptizabat.) Baptizatus baptizat,
non eo baptiſmo baptizat quo baptizatus eſt. Dat baptiſmum dominus baptizatus à ſer
uo,oſtendens humilitatis uiam,& perducens ad baptiſmum domini: hoc eſt, baptiſmum
ſuum,prabendo humilitatis exemplum,quia ipſe non reſpuit baptiſmum ſerui. Et in ba/
ptiſmate ſerui uia præparabatur domino,& baptizatus dominus uiam ſe fecit uenientibus.
Ipſum audiamus:Ego ſum uia,& ueritas & uita. Si ueritatẽ quæris,uiam tene:nam ipſe eſt
uia, quæ eſt ueritas. Ipſa eſt quò is, ipſa eſt qua is, non per aliud is ad illud, non per
aliud uenis ad Chriſtum:per Chriſtum ad Chriſtum uenis. Quomodo per Chriſtum ad
Chriſtum? Per Chriſtum hominem ad Chriſtum deum: Per uerbum caro factum, ad
uerbum quod in principio erat deus apud deum. Ab eo quod manducauit homo, ad il/
Pſal.77 lud quod quotidie manducant angeli. Sic enim ſcriptum eſt: Panem angelorum man/
ducauit homo:panem cœli dedit eis:panem angelorum manducauit homo. Quis eſt panis
angelorum? In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbũ. Quo
modo panem angelorum manducauit homo? Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in
nobis. Sed quia diximus manducare angelos fratres,ne putetis morſibus fieri. Nam ſi hoc
intellexeritis,quaſi dilaniatur deus,quem manducant angeli. Quis dilaniat iuſticiam? Sed
rurſum

A rurſum mihi aliquis dicit:Et quis eſt qui manducat iuſticiam? Vnde ergo beati qui eſuriũt Matth.5
& ſitiunt iuſticiam,quoniam ipſi ſaturabuntur? Cibus quem manducas per carnem ut refi/
ciaris tu,ille deficit:ut reparet te,conſumitur. Manduca iuſticiam,& tu reficeris,& illa integra
perſeuerat:quomodo uidendo iſtam lucem corpoream reficiuntur oculi noſtri,& res eſt cor
porea quæ uidetur oculis corporeis. Multi enim cũ fuerint diutius in imis tenebris, infirma/
tur acies ipſorum,quaſi ieiunio lucis fraudati oculi cibo ſuo:luce quippe paſcuntur, defati/
gantur ieiunio & debilitantur,ita ut ipſam lucem qua reficiuntur uidere nõ poſſint: & ſi diu
tius abfuerit,extinguuntur,& tanq; moritur in eis ipſa acies lucis. Quid ergo? Quia tot ocu/
li quotidie iſta luce paſcuntur,minor non fit,& illi reficiuntur,ſed ipſa integra permanet. Si
hoc potuit deus de luce corporea corporeis oculis exhibere,non exhibet mundis cordibus
lucem illam infatigabilem,integram,perſeuerantem,nulla parte deficientem? Quam lucẽ?
In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum. Videamus ſi lux eſt:quoniam apud Pſal.35
te eſt fons uitæ,& in lumine tuo uidebimus lumen. In terra aliud eſt fons,aliud lumen. Si/
tiens quæris fontem,& ut peruenias ad fontem,quæris lucem,& ſi dies non eſt,accendis lu/
cernam,ut ad fontem peruenias. Fons ille,ipſe eſt lux. Sitientibus fons eſt,cæco lux eſt. Ape
riantur oculi ut uideant lucem,aperiantur fauces cordis ut bibant fontem. Quod bibis,hoc
uides,hoc audis,totum tibi ſit deus:quia horum quæ diligis,totum tibi eſt. Si uiſibilia atten
dis,nec panis eſt deus,nec aqua eſt deus,nec lux iſta eſt deus,nec ueſtis eſt deus, nec domus
eſt deus:omnia enim hæc uiſibilia ſunt,& ſingula ſunt. Quod eſt panis, non hoc eſt aqua,
& quod eſt ueſtis, non hoc eſt domus,& quod ſunt iſta, non hoc eſt deus: uiſibilia enim
ſunt. Deus tibi totum eſt. Si eſurieris,panis tibi eſt,ſi ſitieris,aqua tibi eſt,ſi in tenebris es,lu/
men tibi eſt,quia incorruptibilis manet:ſi nudus es,immortalitatis ueſtis tibi eſt,cum incor 1.Cor.15
ruptibile hoc induerit incorruptionem,& mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia
enim poſſunt dici de deo,& nihil digne dicitur de deo: Nihil latius hac inopia. Quæris con
B gruum nomen,non inuenis,quæris quo modo dicere,omnia inuenis. Quid ſimile,agnus &
leo,de Chriſto utrumq; dictum eſt. Ecce agnus dei. Quomodo leo? Vicit leo de tribu Iu/ Apoc.5
da. Audiamus Ioannem. Baptizabat Ieſus. Diximus quia baptizabat Ieſus. Quomodo Ie
ſus,quomodo dominus,quomodo dei filius,quomodo uerbum? ſed uerbum caro factum
eſt. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxtam Salim.) Locus quidam Enon in/
telligitur,quia lacus erat: Quia aquæ multæ erant ibi: Et uenicbãt & baptizabantur. Non
dum enim miſſus erat in carcerem Ioannes.) Si meminiſtis,ecce iterum dico quod dixi.
Quare baptizabat Ioannes? Quia oportebat ut dominus baptizaretur. Et quare oporte/
bat ut dominus baptizaretur? Quia multi contempturi erant baptiſmum,eo quòd iam ma
iore gratia prædicti uiderentur,quàm uiderent alios fideles. Verbi gratia,iam continenter ui
uens catechumenus,contemneret coniugatum,& diceret ſe meliorem eſſe quàm ſit fidelis.
Ille catechumenus poſſet dicere in corde ſuo:Quid mihi opus eſt baptiſmum accipere,ut
hoc habeam quod & iſte,quo iam melior ſum? Ne ergo ceruix iſta præcipitaret quoſdam,
de meritis iuſticiæ ſuæ plurimum elatos,baptizari uoluit dominus à ſeruo, tanquàm allo/
quens filios capitales: Quid uos extollitis? quid erigitis? quia habetis ille prudẽtiam,ille do/
ctrinam,ille caſtitatem,ille fortitudinem patientiæ? Nunquid tãtum habere poteſtis quan
tum ego qui dedi? Et tamen ego baptizatus ſum à ſeruo,uos dedignamini à domino. Hoc Matth.3
eſt,ut impleatur omnis iuſticia. Sed dicit aliquis: Sufficiebat ergo ut baptizaſſet dominum
Ioannes,quid opus erat ut alij baptizarentur à Ioanne? Et hoc diximus,quia ſi ſolus domi/
nus baptizaretur à Ioanne,non deeſſet iſta cogitatio hominibus, quòd meliorem habe/
bat baptiſmum Ioannes quàm dominus: Dicerẽt enim, uſq; adeo magnus erat baptiſmus
quem habebat Ioãnes,ut ſolus Chriſtus illo fuerit dignus baptizari. Ergo ut oſtenderetur
melior baptiſmus quem daturus erat dñs,& ille tanq; ſerui intelligeretur,ille tanq; dñi,ba/
ptizatus eſt dominus,ut præberet humilitatis exemplũ:non ſolus autem baptizatus eſt ab
eo,ne baptiſmus Ioannis melior baptiſmo dñi uideretur. Ad hoc aũt uiam præbuit dñs no/

ster Iesus Christus,sicut audistis frarres:ne quis arrogans q; habeat abundantiam alicuius C
gratiæ,dedignaretur baptizari baptismo domini:quantumcunq; enim catechumenus pro
ficiat,adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat,non illi dimittitur,nisi cum uenerit ad baptis/
Exod.14 mum.Quomodo non caruit populus Israël populo Ægyptiorum,nisi cum uenisset ad ma/
re,rubrum:sic pressuris peccatorum nemo caret,nisi cum ad fontem baptismi uenerit. Fa/
als autem cta est†ergo quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.) Baptizabat Ioan
nes,baptizabat Christus.Moti sunt discipuli Ioannis,concurrebatur ad Christum,uenieba
tur ad Ioannem:qui enim ueniebant ad Ioannem,mittebat illos ad Christum baptizari,
non mittebantur ad Ioannem qui à Christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli Ioan/
nis,& cœperunt quæstionem tractare cum Iudæis,quomodo solet fieri:intelligas dixisse Iu
dæos maiorem esse Christum,& ad eius baptismum debere concurri. Illi nondum intelli/
gentes,defendebant baptismum Ioannis. Ventum est ad ipsum Ioannem,ut solueret quæ
stionem.Intelligat charitas uestra.Et hic utilitas ipsa humilitatis agnoscitur & ostenditur:
utrum in ipsa quæstione cum errarent homines,gloriari apud se uoluit Ioannes. Fortasse
enim dixisset,uerum dicitis,recte contenditis,baptismus meus est melior:nam ut noueri/
tis quòd baptismus meus est melior,ipsum Christum ego baptizaui.Poterat hoc dicere Io
annes baptizato Christo,quantum se si uellet extendere, habebat ubi se extenderet: sed
melius nouerat apud quem se humiliaret:Quem se nouerat nascendo antecedere,illi uoluit
Ioan.1 confitendo cedere.Salutem suam intelligebat in Christo esse. Iam dixerat superius:Nos
omnes de plenitudine eius accepimus: & hoc confiteri deum est. Quomodo enim omnes
homines de plenitudine eius accepimus,nisi ille sit deus? Nam & si ille homo & non deus,
de plenitudine dei accepit etiam ipse qui non deus est.Si aũt omnes homines de plenitudi
ne eius accipiunt,ille est fons,& illi bibentes. Qui bibunt fontem,& sitire possunt & bibe/
re. Fons nunquàm sitit, fons seipso non eget: Fonte egent homines aridis uisceribus, ari/
dis faucibus,currunt ad fontem ut reficiantur:Fons fluit ut reficiat,ita & dominus Iesus.Vi D
deamus quid responderit Ioannes. Venerunt ad Ioannem,& dixerunt ei:Rabbi,qui erat
tecum trans Iordanem,cui tu testimonium perhibuisti:ecce hic baptizat,& omnes currunt
ad illũ.) Hoc est,quid dicis? Non sunt prohibendi ut ad te potius ueniant? Respondit Io
annes & dixit:Non potest homo quicquàm accipere,nisi ei datum fuerit de cœlo.) De quo
putatis hoc dixisse Ioannem? De seipso,quasi homo accipiat de cœlo.Intendat charitas ue
stra:Non potest homo quicquàm accipere,nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi uos mihi te/
stimonium perhibetis quòd dixerim,ego non sum Christus:) Tanquam dicens:Quid uos
fallitis uosipsos? Mihi quomodo ꝓposuistis istam quæstionẽ? Quid mihi dixistis:Rabbi,
qui erat tecum trans Iordanem,cui tu testimonium perhibuisti? Nostis ergo quale testimo
nium illi perhibui? Quomodo dicturus sum non esse illum quem dixi esse? Ego qui aliquid
accepi de cœlo ut aliquid essem, inanem me uultis esse,ut loquar contra ueritatem. Non po
test homo accipere quicquàm nisi fuerit illi datum de cœlo.Ipsi uos mihi testimonium per/
hibetis quòd dixerim:ego non sum Christus.Non es tu Christus? Sed quid si maior illo:
quia tu illum baptizasti? Missus sum ego:) Præco sum, ille iudex est. Et audi testimo/
nium multo uehementius,multo expressius. Videte quid nobiscum agatur,uidete quid a/
mare debeamus:uidete quia aliquem hominem amare pro Christo,adulterium est.Qua/
re hoc dico? Attendamus uocem Ioannis.Poterat in illo errari,poterat ipse putari qui non
erat. Respuit à se falsum honorem,ut teneat solidam ueritatem. Videte quid dicat Chri/
stum,quid se. Qui habet sponsam sponsus est.) Casti estote,sponsum amate. Quid au/
tem tu es qui nobis dicis,qui habet sponsam sponsus est? Amicus autem sponsi qui stat
& audit eum,gaudio gaudet propter uocem sponsi.) Aderit dominus deus noster pro mo
tu cordis mei,multo enim gemitu plenũ est dicere quod doleo:sed obsecro uos per ipsum
Christum,ut quod dicere non potuero,uos cogitetis.Noui enim dolorem meum exprimi
satis digne non posse:multos enim adulteros uideo, qui sponsam tanto precio emptam,
amatam,

A amatam fœdam ut pulchra fieret,illo emptore, illo liberatore,illo decoratore,possidere uo
lunt,& id agunt uerbis suis ut pro sponso amentur.De illo dictum est,hic est qui baptizat.
Quis huc exit & dicit,ego baptizo? Quis huc exit & dicit,ego quod dedero hoc est sanctũ?
Quis huc procedit qui dicit, bonum est tibi ut nascaris ex me? Amicum sponsi audiamus,
non adulteros sponsi audiamus,zelantẽ, sed non sibi,Fratres regredimini corde ad uestras Rom.8
domos, carnalia loquor, terrena loquor: Humanum dico propter infirmitatem carnis ue/
stræ.Multi habetis coniuges, multi habere uultis, multi & si non uultis,habuistis,multi qui
omnino coniuges habere non uultis.De coniugibus patrum uestrorum nati estis.Nullum
cor est quod non iste tangat affectus, nullus in rebus humanis tam deuius à genere huma
no est,qui quod dico non sentiat.Ponite aliquem peregre profectum,commendasse amico
suo sponsam suam,Vide quæso te,charus meus es,ne forte me absente pro me aliquis ame
tur.Qualis ergo ille qui custodiens sponsam uel uxorem amici sui, dat quidem operam ut
nullus alius ametur: sed si se amari pro amico uoluerit, & uti uoluerit commendata sibi,cꝫ
detestandus uniuerso humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulantius per se
nestram attendere,aut iocari cum aliquo,prohibet tanquam zelet. Video zelãtem,sed non
uideo cui,utrum amico absenti,an sibi præsenti.Putate hoc dominum nostrũ Iesum Chri/
stum fecisse.Commẽdauit amico suo sponsam suã, peregre profectus est accipere regnum,
sicut ipse dicit in euangelio, & tamen præsens est maiestate.Fallatur amicus qui trans mare
profectus est,& si fallitur,uæ illi qui fallit:quid cũ fallere deum conatur intuentem omnium
corda,& omnium secreta rimantem? Existit aliquis hæreticus,& dicit, Ego do,ego sanctifi/
co,ego iustifico,nolo eas ad illam sectam.Bene quidem zelat,sed uide cui.Nõ eas ad idola,
bene zelat: non ad fortilegos, bene zelat. Videamus cui zelat. Ego quod do sanctum est,
quia ego do.Ego quem baptizo baptizatus est,quem non baptizo non est baptizatus.Au
di amicum spõsi, disce zelare amico tuo.Audi uocem illius,Hic est qui baptizat. Quare tibi
B uis arrogare quod tuum non est? Vsqueadeo absens est qui hic reliquit sponsam suam?
Nescis quia ille qui à mortuis resurrexit, ad dexteram patris sedet? Si contempserunt eum
Iudæi in ligno pẽdentem, tu cõtemnis in cœlo sedẽtem? Nouerit charitas uestra magnum
dolorem me pati de hac re.Sed, ut dixi, dimitto cætera cogitationibus uestris. Non enim
dico si loquar tota die,si plangam tota die,nõ sufficio. Non dico,si habeam,sicut dicit pro/
pheta,fontem lachrymarum: sed si conuertar in lachrymas & lachrymæ fiam,in linguas &
linguæ fiam,parum est.Redeamus,uideamus quid dicit iste, Qui habet sponsam, sponsus
est: non est mea sponsa, & non gaudes in nuptijs? Imò gaudeo ait, Amicus autem spon/
si qui stat & audit eum,gaudio gaudet propter uocem sponsi, Non,inquit,gaudeo propter
uocem meam,sed propter uocem sponsi gaudeo:ego sum in audiendo, ille in dicendo: ego
enim sum illuminandus,ille lumen: ego sum in aure, ille in uerbo, ergo amicus sponsi qui
stat & audit eum. Quare stat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis est. Vide
stantem in solido,Non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Bene te humilias,
merito non cadis, Merito stas,merito audis eum,& gaudio gaudes propter uocem sponsi.
Sic & Apostolus amicus sponsi zelat,& ipse non sibi, sed sponso:audi uocem zelantis,Ze/
lo dei uos zelo dixit, non meo, non mihi, sed zelo dei.Vide quomodo, quàm zelat,cui ze/
lat. Desponsaui enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Quid ergo times? 2. Cor. xi.
quare zelas? Timeo,inquit,ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua:sic & uestri sensus cor
rumpantur à castitate quæ est in Christo Iesu. Omnis ecclesia uirgo appellata est: diuersa
mẽbra ecclesiæ,diuersis donis pollere uidetis atcꝫ gaudere.Alij cõiugati,aliæ cõiugatæ: alij
uiduati uxoribus ultra non quærunt, aliæ uiduatæ maritis ultra non quærunt:alij integri/
tatem ab ineunte ætate cõseruant,aliæ uirginitatem suã deo deuouerunt.Diuersa sunt mu/
nera,sed omnes isti una uirgo est.Vbi est ista uirginitas? Non enim in corpore.In corpore
paucarum fœminarum est.Et si dici uirginitas in uiris potest,paucorum uirorum sanctitas,
integritas etiam corporis est in ecclesia, & honorabilius membrum est. Alia autẽ membra
non

non in corpore,sed omnia in mente seruant uirginitatem.Quæ est uirginitas mentis? Integra fides,solida spes,syncera charitas. Hanc uirginitatem timebat ille,qui zelabat sponsam à serpente corrumpi. Sicut enim membrum corporis uiolatur in quodam loco, sic seductio linguæ uiolat uirginitatem cordis.In mente non corrumpatur,qui non uult sine causa tenere corporis uirginitatem. Quid ergo dicam fratres mei? Et hæretici habent uirgines,& multæ sunt uirgines hæreticorum .Videamus si sponsum amāt, aut uirginitas ista custodiatur. Cui custodiatur? Christo,inquit.Videamus si Christo,& non Donato.Videamus cui seruetur ista uirginitas,cito probare potestis.Ecce ostendo sponsum,quia ipse se ostendit.Perhibet illi testimonium Ioannes,Hic est qui baptizat.O tu uirgo,si sponso huic seruas uirginitatem tuam,quare curris ad eum, qui dicit, Ego baptizo:cum amicus spōsi tui dicat,Hic est qui baptizat.Deinde sponsus tuus totum orbem tenet, quare tu in parte corrumperis? Quis est sponsus? Quoniam rex omnis terræ deus.Ipse sponsus tuus totum tenet,quia totum emit.Vide quanti emerit, ut intelligas quid emerit.Quod precium dedit? Sanguinem fudit .Vbi fudit sanguinem suum? In passione , Nónne sponso tuo cantas, aut cantare te
Psal.21 fingis,quando emptus est totus orbis, Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea:Ipsi uero consyderauerunt & conspexerunt me,diuiserunt uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem.Sponsa es, agnosce uestem sponsi tui.Super quam uestem missa est sors? Interroga euangelium. Vide cui desponsata sis,uide à quo arras accipias, interroga euangelium : uide quid tibi dicat in passione domini , Erat ibi tu-
Ioan.19 nica. Videamus qualis, desuper texta.Desuper texta quid significat nisi charitatem? Desuper texta tunica , quid significat nisi unitatem? Hanc tunicam attende , quam nec persecutores Christi diuiserunt.Ait enim, Dixerunt inter se, Non diuidamus eam, sed sortem super eam mittamus. Ecce unde audistis psalmum,Vestem persecutores non consciderunt, Christiani ecclesiam diuidunt. Sed quid dicam fratres ? Aperte uideamus quid egerit,Ibi enim emit, ibi precium dedit. Pro quanto dedit? Si pro Aphrica dedit, non simus Donatistæ, & non appellemur Donatistæ sed Christiani, quia Christus solam Aphricam emit, quanquam & hic non soli Donatistæ . Sed non tacuit in commercio suo quid emerit.Fecit tabulas,deo gratias,non nos fefellit:opus est ut audiat illa sponsa,& intelligat ibi cui uouerit uirginitatem. Ibi enim in ipso psalmo,ubi dictum est, Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerūt omnia ossa mea:ubi passio domini apertissime declaratur : qui psalmus omni anno legitur nouissima hebdomada intento uniuerso populo,imminente passione Christi , & apud nos & apud illos psalmus iste legitur . Intendite fratres , quid ibi emit:recitentur tabulæ commerciales,quid ibi emit,audite,Commemorabuntur & conuertentur ad dominum,uniuersi fines terræ.Et adorabunt in conspectu eius, uniuersæ familiæ gentium:quoniā ipsius est regnum,& ipse dominabitur gentium.Ecce quid emit,Ecce quoniam rex omnis terræ deus est sponsus tuus,quid ergo ad pannos uis deduci? Talem diuitem agnosce, totum emit, & tu dicis,partem hic habes.O placere sponso,ô si non corrupta loquereris,& corrupto,quod peius est,corde,non corpore:amas hominē pro Christo,amas dicentem,Ego baptizo : amicum sponsi non audis dicentem, Hic est qui baptizat.Non audis dicentē,Qui habet sponsam sponsus est,ego non habeo sponsam dixit : sed quid sum? Amicus:amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Euidenter ergo fratres mei, nihil prodest istis seruare uirginitatem, habere continentiam, eleemosynas dare : omnia illa quæ laudātur in ecclesia,nihil illis prosunt, quia conscindunt unitatem, id est, tunicam illam charitatis. Quid faciunt? Diserti sunt multi inter illos,magnæ linguæ flumina linguarum , nunquid angelice eloquuntur? Audiant amicum sponsi
1.Cor.13 zelantem sponso,nō sibi,Si linguis hominū loquar & angelorum, charitatem autē non habeam,factus sum uelut æramētum sonans aut cymbalū tinniens.Sed quid dicunt? Habemus baptismum.Habes,sed nō tuum. Aliud est habere,aliud dominari . Baptismū habes quia accepisti ut baptizatus sis.Accepisti tanq̄ illuminatus , si tamen à te non sit obtenebratus.

A bratus:& quando das,minister das,non possessor:præco clamas non iudex.Per præconem loquitur iudex, & in actis tamen non scribitur, præco dixit, sed iudex dixit.Proinde uide si tuum est quod das potestate.Si autem accepisti,confitere cum amico sponsi:non potest homo accipere quicquam,nisi datum fuerit ei de cœlo.Confitere cum amico sponsi,Qui habet sponsam spōsus est:amicus autem sponsi stat & audit eum . Sed ô si stares & audires eum, & non caderes ut audires te.Audiendo enim eum stares,& audires:nam loqueris,& tibi caput inflas.Ego,inquit,ecclesia,si sponsa sum, si arras accepi, si precio sanguinis illius redempta sum, audio uocem sponsi : & uocem amici sponsi tūc audio,si sponso meo det gloriam, non sibi.Dicat amicus,Qui habet sponsam sponsus est:amicus autem sponsi qui stat & audit eum,gaudio gaudet propter uocem sponsi.Ecce habes sacramenta, & ego concedo.Habes formam,sed sarmētum es de uite præcisum.Tu formam ostendis, ego radicem quæro. De forma fructus non exit,nisi ubi est radix. Vbi autem est radix nisi in charitate? Et audi
1.Cor.13 formam sacramentorum.Paulus loquitur, Si sciam,inquit,omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam & omnem fidem: & quantam fidem ? ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam,nihil sum.Nemo ergo uobis fabulas uendat : & Pontius fecit miraculum,& Donatus orauit,& respondit ei deus de cœlo.Primo autem falluntur aut fallunt : Postremo fac illum montes transferre, charitatem autem, inquit, non habeam,nihil sum.Videamus utrum habuerit charitatem. Crederem,si non diuisisset unitatem : nam &
Marci 13 contra istos,ut sic loquar,mirabiliarios cautū me fecit deus meus,dicens,In nouissimis temporibus exurgēt pseudoprophetæ,faciētes signa & portēta,ut inducant si fieri potest etiam electos:ecce prædixi uobis.Ergo cautos nos fecit sponsus, qui & miraculis decipi non debemus.Aliquando enim & desertor terret prouincialem,sed utrum in castris sit,& aliquid illi
1.q.1.c.Teneamus prosit character ille in quo signatus est, hoc attēdit qui terreri & seduci nō uult. Teneamus ergo unitatem fratres mei : præter unitatem & qui facit miracula nihil est . In unitate enim
B erat populus Israël,& non faciebat miracula:præter unitatem erant magi Pharaonis,& faciebant similia Moysi. Populus Israël, ut dixi,non faciebat miracula : qui erant salui apud deum,qui faciebant,an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitauit mortuum,Simon magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani qui non poterant facere , nec quod faciebat Petrus,nec quod faciebat Simon.Sed unde gaudebant? Quia nomina eorū erant scripta in cœlo.Nam & redeuntibus discipulis, dominus noster Iesus Christus propter fidem gen
Luc.10 tium hoc ait:dixerunt enim gloriātes ipsi discipuli, Ecce domine in nomine tuo etiā dæmonia nobis subiecta sunt.Bene quidem confessi sunt,detulerunt honorem nomini Christi:& tamen quid ait eis ? Nolite in hoc gloriari,quia dæmonia uobis subiecta sunt:sed gaudete quia nomina uestra scripta sūt in cœlo.Petrus dæmonia exclusit, nescio quæ anicula uidua, nescio quis homo qualiscunq; laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei,nō facit hoc : Petrus in corpore oculus est , ille in corpore digitus, in eo tamen corpore est,in quo & Petrus : & si minus ualet digitus q̄ oculus,nō est tamen præcisus à corpore. Melius est esse digitum & esse in corpore, quàm esse oculū & cuelli de corpore. Proinde fratres mei,nemo uos fallat,nemo uos seducat, amate pacē Christi,qui pro uobis crucifixus est cū deus esset.
1.Cor.3 Paulus dicit,Neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incrementum dat deus.Et quisquam nostrum dicit quia aliquid est? Si dixerimus q̄ aliquid sumus,& nō illi gloriam dederimus , adulteri sumus, nos amari uolumus,non sponsum. Vos Christum diligite , & nos in illo,in quo & uos à nobis diligimini.Inuicem se diligant membra,sed omnia sub capite uiuant . Dolore quidem fratres mei multa coactus sum dicere, & pauca dixi : lectionem tamen finire non potui, aderit dominus ut opportune finiatur. Nolui enim amplius onerare corda uestra, quæ uolo uacare gemitibus & orationibus,pro his qui adhuc surdi sunt & non intelligunt.

Ab eo quod ſcriptum eſt, Hoc ergo gaudium meũ impletum eſt, illum oportet C
creſcere,me autem minui,uſq; ad id quod ait, Qui credit in filium, habet uitam æternam,qui autem incredulus eſt filio, non uidebit uitam,ſed ira dei manet ſu/
per eum.

Tractatus XIIII.

LECTIO iſta de ſancto euangelio, excellentiam diuinitatis domini noſtri Ieſu Chriſti,& humilitatem hominis qui meruit dici amicus ſponſi,nos docet ut di/ſtinguamus quid interſit inter hominem hominem, & hominem deum. Quia homo deus, dominus noſter Ieſus Chriſtus, deus ante omnia ſecula: & homo in noſtro ſeculo,deus de patre, homo de uirgine, unus tamen atq; idẽ dominus & ſaluator Ieſus Chriſtus,filius dei deus & homo. Ioannes uero excellentis gratiæ miſſus ante ipſum,
Ioan.1 illuminatus ab illo qui lumen eſt. De Ioanne enim dictum eſt, Non erat ille lumen,ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Poteſt quidẽ dici lumen,& bene dicitur & ipſe lumen, ſed illuminatũ,non illuminans. Aliud eſt enim lumen quod illuminat,& aliud lumen quod illuminatur:nam & oculi noſtri lumina dicuntur, & tamen in tenebris patent & nõ uident. Lumen autem illuminans à ſeipſo lumen eſt,& ſibi lumen eſt,& non indiget alio lumine ut lucere poſſit, ſed ipſo indigent cætera ut luceant. Confeſſus eſt ergo Ioannes,ſicut audiſtis, quia cum diſcipulos multos faceret Ieſus, & perferretur ad eum ueluti ut inſtigaretur,quaſi inuido enim narrauerũt,Ecce ille facit plures diſcipulos q̃ tu: ipſe confeſſus eſt quid eſſet,& inde meruit ad ipſum pertinere,quia non eſt auſus ſe dicere quod eſt ille. Hoc ergo dixit Io annes,Non poteſt homo accipere quicq̃,niſi datum illi fuerit de cœlo. Ergo Chriſtus dat, homo accipit. Ipſi uos mihi teſtimonium perhibetis q; dixerim,Ego non ſum Chriſtus,ſed quia miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum,gaudio gaudet propter uocem ſponſi:non ſibi gaudium fecit de ſe. Qui enim uult gaudere de ſe,triſtis erit:qui autẽ de deo uult gaudere,ſemper gaudebit,quia deus ſem piternus eſt. Vis habere gaudium ſempiternum? Adhære illi qui ſempiternus eſt. Talem ſe D
dixit Ioannes,propter uocem ſponſi gaudet amicus ſponſi,ait,non propter uocem ſuã, ſed ſtat & audit eum. Si ergo cadit,nõ audit eum: de illo enim quondam qui cecidit,dictũ eſt,
Ioan.8 Et in ueritate non ſtetit, de diabolo dictum eſt, Ergo ſtare debet amicus ſponſi & audire. Quid eſt ſtare? Permanere in gratia eius quam accepit, & audit uocem ad quam gaudet: ſic erat Ioannes, nouerat unde gaudebat, non ſibi arrogabat quod ipſe non erat: ſciebat illuminatum ſe,non illuminatorem. Erat autem lumen uerum,ait euangeliſta, quod illumi nat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si ergo omnem,& ipſum Ioannem, quia & ipſe de hominibus. Etenim quamuis nemo exurrexit maior Ioãne in natis mulierũ, unus tamen & ipſe ex his qui nati ſunt ex mulieribus:nunquid comparãdus eſt ei,qui quia uoluit natus eſt? Et ideo nouo partu, quia nouus natus. Ambæ enim generationes domi/ni inuſitatæ ſunt,& diuina & humana. Diuina non habet matrem, humana non habet pa trem. Ergo unus de cæteris Ioannes,ſed tamen maioris gratiæ,ita ut in natis mulierum ne/mo exurrexit maior illo, tantam teſtificationem tribuit dño noſtro Ieſu Chriſto, ut illum dicat ſponſum,ſe amicum ſponſi,non dignum tamen ſoluere corrigiam calciamenti ipſius. Hinc audiuit iam multa charitas ueſtra,quod ſequitur uideamus,aliquãtum enim ſpiſſum eſt ad intelligendum: ſed quoniã dicit ipſe Ioannes,quia non poteſt homo accipere quicq̃, niſi datum illi fuerit de cœlo, quicquid non intellexerimus, rogemus eum qui dat de cœlo, quia homines ſumus, & non poſſumus accipere quicq̃, niſi ille dederit qui homo non eſt. Hoc ergo ſequitur,& dicit Ioannes, Hoc ergo gaudium meum impletum eſt,) Quod eſt gaudium ipſius? Vt gaudeat ad uocem ſponſi. Impletum eſt in me,habeo gratiã meam, plus non mihi aſſumo,ne & quod accepi amittã. Quod eſt hoc gaudium? Gaudio gaudet propter uocem ſponſi. Intelligat ergo homo non ſe gaudere debere de ſapientia ſua,ſed de ſapientia quam accepit à deo, Nihil plus quærat,nõ amittit quod inuenit: multi enim ideo facti ſunt inſipientes,quia dixerunt ſe eſſe ſapiẽtes. Arguit illos Apoſtolus, & dicit de ipſis,

Quia

A Quia quod notum eſt dei,ait, manifeſtum eſt illis:deus enim illis manifeſtauit. De quibus Rom.1
ingratis impijs,audite quid dicat: Deus enim illis manifeſtauit: Inuiſibilia enim eius à crea/tura mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur,ſempiterna quoq; uirtus eius ac di/uinitas,ut ſint inexcuſabiles. Quare inexcuſabiles? Quia cognoſcentes deum,non dixit,quia non cognouerunt,ſed quia cognoſcentes deum,non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt,ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: Dicẽ/tes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt. Si enim deum cognouerant, ſimul cognouerant, quia non eos fecerat ſapientes niſi deus: Non ergo ſibi tribuerent quod à ſe non habebant, ſed ei à quo acceperant. Non autem agendo gratias inſipientes facti ſunt: Ergo deus quod dederat gratis,tulit ingratis. Noluit eſſe hoc Ioannes,gratus,eſſe uoluit: Confeſſus eſt acce/piſſe ſe,& gaudere ſe dixit ꝓpter uocẽ ſpõſi,& ait: Hoc ergo gaudiũ impletum eſt. Illum oportet creſcere,me autem minui.) Quid eſt hoc? Illum oportet exaltari,me autem humi/liari. Quomodo creſcit Ieſus? quomodo creſcit deus? Perfectus non creſcit. Deus autem nõ creſcit nec minuitur. Si enim creſcit,perfectus non eſt: ſi minuitur,deus non eſt. Ieſus autem deus quomodo creſcit? Si ad ætatem,quia dignatus eſt eſſe homo & fuit puer: & cũ ſit uer bum dei,infans in præſepe iacuit,& cum ipſe matrem ſuam condiderit,lac infantiæ de ma/tre ſuxit. Quia creuit ergo Ieſus ætate carnis,ideo forte dictum eſt: Illum autem oportet cre ſcere,me autem minui. Sed quare & hoc? Ioannes & Ieſus quãtum ad carnem pertinet,coæ ui erant. Sex menſes inter ſe habebant,& pariter creuerant,& ſi diutius ante mortem domi nus noſter Ieſus Chriſtus uellet hic eſſe,& ipſum Ioanem hic ſecum eſſe, quomodo pariter creuerant,ita pariter ſeneſcere poterant. Quare autem illum oportet creſcere,me autem mi/nui? Primo,quia iam & dominus triginta annorum erat. Nunquid iuuenis ſi iam triginta annorum ſit adhuc creſcit? Iam ab ipſa ætate uergere incipiũt homines,& declinare ad gra/uiorem ætatem,& inde ad ſenectutem. Sed & ſi pueri eſſent ambo,non diceret: illum opor
B tet creſcere,me autem minui,ſed diceret,ſimul nos oportet creſcere: Nunc autem triginta an norum ille,triginta & ille: ſex menſes qui intererant,nullam diſtinguũt ætatem: Magis illud inuenit lectio quàm aſpectio. Quid ergo eſt: illum oportet creſcere,me autem minui? Ma/gnum hoc ſacramentum, intelligat charitas ueſtra: Anteq̃ ueniret dñs Ieſus,homines glo/riabant de ſe. Venit ille homo,ut minueretur hominis gloria,& augeret gloria dei. Etenim uenit ille ſine peccato,& inuenit omnes cum peccato. Si ſic uenit ille ut dimitteret peccata, deus largiat,homo confiteat: etenim cõfeſſio hominis,hũilitas hominis: miſeratio dei,alti/tudo dei. Si ergo uenit ille dimittere homini peccata ſua,agnoſcat homo humilitatẽ ſuã,& deus faciet miſericordiã ſuã. Illũ oportet creſcere,me aũt minui: hoc eſt,illũ oportet dare,me aũt accipe: illũ glorificari,me aũt cõfiteri. Intelligat homo gradũ ſuũ,& confiteat deo,& au diat Apoſtolum dicentẽ homini ſuperbienti & elato,& extollere ſe uolenti. Quid aũt habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti,quid gloriaris quaſi non acceperis? Intelligat ergo homo quia accepit,qui uolebat ſuum dicere quod non eſt eius,& minuatur. Bonum eſt eĩ illi ut deus in illo glorificetur: ipſe in ſe minuatur,ut in deo augeatur. Hæc teſtimonia & hãc ueritatem etiam paſſionibus ſuis ſignificauerunt Chriſtus & Ioannes: Nam Ioannes capi/te minuitur, Chriſtus in cruce exaltatus eſt,ut & ibi appareret quid eſt, Illum oportet creſce re,me autem minui: hoc eſt: illum oportet exaltari,me autem humiliari. Deinde natus eſt Chriſtus cum iam inciperent creſcere dies,natus eſt Ioannes quando cœperunt minui dies. Atteſtata eſt ipſa creatura & ipſæ paſſiones,uerbis Ioannis dicentis: Illũ oportet creſcere,me aũt minui. Creſcat ergo in nobis gloria dei,& minuat gloria noſtra,ut in deo creſcat & no/ſtra. Hoc enim dicit Apoſtus: hoc dicit ſcriptura ſancta: Qui gloriatur,in dño glorietur. In te uis 1.Cor.1
gloriari & creſcere,ſed malo tuo male creſcis: qui eĩ male creſcit,iuſte minuit. Creſcat ergo Hiere.9
deus q ſemper ꝓfectus eſt, creſcat in te. Quanto enim magis intelligis deũ,& quãto magis capis,uidetur in te creſcere deus. Ipſe autem non creſcit,ſed ſemper perfectus eſt. Intellige/bas heri modicum,intelligis hodie amplius,intelliges cras multo amplius. Lumẽ ipſum dei

h creſcit

creſcit in te,ita ut uelut deus creſcit,qui ſemper perfectus manet. Quẽadmodũ ſi curarentur C
alicuius oculi ex priſtina cæcitate,& inciperet uidere paululum lucis,& alia die plus uideret,
& tertia die amplius,uideretur illi lux creſcere,& lux tamen perfecta eſt,ſiue ipſe uideat,ſiue
non uideat:ſic eſt & interior homo, proficit quidem in deo,& deus in illo uidetur creſcere:
ipſe tamen minuetur,ut à gloria ſua decidat,& in gloria dei ſurgat. Et diſtincte iam & ma-
nifeſte apparet quomodo audiamus: Qui deſurſum uenit,ſuper omnes eſt.) Vide quid
dicat de Chriſto,quid de ſe. Qui eſt de terra,terra eſt,& de terra loquit̃.) Qui deſurſum
uenit,ſuper omnes eſt,Chriſtus eſt: qui autem eſt de terra,terra eſt,& de terra loquitur,Io-
annes eſt. Et hoc eſt totum,Ioannes de terra eſt,& de terra loquitur. Totum teſtimonium
quod perhibet de Chriſto,de terra loquitur: Non uoces domini audiũtur à Ioanne,ubi te-
ſtimonium perhibet Chriſto: Quomodo ergo de terra loquitur? Sed de homine dicebat,
quantum ad ipſum Ioannem pertinet,de terra eſt & de terra loquitur. Si autem aliqua lo-
quitur diuina,illuminatus eſt à deo: nam ſi non eſſet illuminatus, terra terram loqueretur.
Ergo ſcorſum eſt gratia dei,ſcorſum eſt natura hominis. Modo natura hominis in terra na
ſcitur,creſcit,uſitata iſta hominum diſcit. Quid nouit,niſi terram de terra? Humana loquit̃,
humana nouit,humana ſapit. Carnalis carnaliter æſtimat,carnaliter ſuſpicatur. Ecce eſt to-
Pſal.17 tus homo. Veniat gratia dei,illuminet tenebras illius ſicut dicit: Tu illuminas lúcernã meã,
domine deus meus illumina tenebras meas. Aſſumat mentẽ humanam, cõuertatur ad lucẽ
1.Cor.15 ſuam,quia incipit iam dicere quod Apoſtolus dicit: Non ego,ſed gratia dei mecum: Et ui-
Gal.2 uo autem iam non ego,uiuit uero in me Chriſtus,hoc eſt,illum oportet creſcere,me autem
minui. Ergo Ioannes quod ad Ioannem pertinet: de terra eſt & de terra loquitur. Si quid di
uinum audiſti à Ioanne,illuminantis eſt,non recipientis. Qui de cœlo uenit ſupra omnes
eſt,& quod uidit & audiuit hoc teſtificatur, & teſtimonium eius nemo accepit.) De cœ-
lo uenit, ſupra omnes eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus,de quo ſuperius dictum eſt: Ne-
mo aſcendit in cœlum,niſi qui de cœlo deſcendit,filius hominis qui eſt in cœlo. Eſt autem ſu D
per omnes,& quod uidit & quod audiuit à patre hoc loquitur: Habet enim & patrem ipſe
filius dei,habet & patrem & audiuit à patre: Et quod audiuit à patre quid eſt? quis hoc ex-
plicat? quando lingua mea,quando cor meum ſufficere poteſt,uel cor ad intelligendum,uel
lingua ad proferendum? Quid eſt quod filius audiuit à patre? Forte filius uerbũ patris au-
diuit,immo filius uerbum patris eſt. Videtis quemadmodum hic fatigetur omnis conatus
humanus. Videtis quemadmodum hic deficiat omnis coniectura pectoris noſtri,& omnis
intentio mentis caligantis. Audio dicentem ſcripturam,quia ipſe filius hoc loquit̃,quod au-
diuit à patre. Et rurſum audio dicentem ſcripturam,quia ipſe filius uerbũ patris eſt, In prin-
cipio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Nos loquimur uerba
uolantia & tranſeuntia: mox ut ſonuerit ex ore tuo uerbum tuum, tranſit, peragit ſtrepitũ
ſuum & tranſit in ſilentium,nunquid potes ſequi ſonum tuum,& tenere ut ſtet? Cogitatio
tamen tua permanet,& de ipſa cogitatione permanente dicimus multa uerba tranſeuntia.
Quid dicimus fratres mei? Deus cum loqueretur adhibuit uocem,adhibuit ſonos,adhibuit
ſyllabas? Si adhibuit iſta,qua lingua locutus eſt? Hebræa,an Græca,an Latina? Ibi neceſſa
riæ linguæ,ubi diſtinctio gentium: ubi autem nemo poteſt dicere,illa lingua uel illa lingua
locutum eſſe deum,cor tuum attende,quando concipis uerbum quod dicas. Dicam enim
ſi potero quod in nobis attendamus,non unde illud comprehendamus. Quando ergo con
cipis uerbum quod proferas,rem uis dicere,& ipſa rei conceptio in corde tuo iam uerbum
eſt: nondum proceſſit,ſed iam natum eſt in corde,& manet ut procedat. Attẽdis autem ad
quẽ procedat,& cũ quo loquaris. Si Latinus eſt,uocem latinam quæris: Si Græcus eſt attẽ-
dis,uerba Græca meditaris: ſi Punicus eſt,attendis ſi noſti linguam Punicam. Pro diuerſita
te ergo auditorum diuerſas linguas adhibes,ut proferas uerbum conceptum: Illud autem
quod in corde conceperas,nulla lingua tenebatur. Cũ ergo deus loquens,linguam non quæ
reret,& genus locutionis non aſſumeret,quomodo auditus eſt à filio, cum ipſum filium ſit
locutus

A locutus deus? Quomodo enim tu uerbum quod loqueris,in corde habes & apud te eſt, &
ipſa conceptio ſpiritalis eſt: nam ſicut anima tua ſpiritus eſt,ita & uerbum quod concepiſti
ſpiritus eſt: nondum enim accepit ſonum ut per ſyllabas diuidatur,ſed manet in conceptio-
ne cordis & in ſpeculo mẽtis: ſic deus ædidit uerbum,hoc eſt genuit filium: Et tu quidem ex
tempore gignis uerbum etiam in corde,deus ſine tempore genuit filium per quem creauit
omnia tempora. Cum uerbum dei filius ſit,filius autem locutus eſt nobis,nõ uerbum ſuum,
ſed uerbum patris,ſe nobis loqui uoluit,qui uerbum patris loquebatur. Hoc ergo quomo-
do decuit & oportuit,dixit Ioannes: quomodo potuimus nos expoſuimus: cui ad cor non-
dum peruenit dignus de tanta re intellectus,habet quò ſe conuertat,habet quo pulſet, ha-
bet à quo quærat,habet à quo petat,habet à quo accipiat. Qui de cœlo uenit ſupra omnes
eſt,& quod uidit & audiuit,hoc teſtatur,& teſtimoniũ eius nemo accepit. Si nemo,ut quid
uenit? Quotundam enim nemo. Eſt quidam populus præparatus ad iram dei, damnãdus
cum diabolo: horum nemo accipit teſtimonium Chriſti. Nam ſi omnino nemo,nullus ho-
mo: Quid eſt quod ſequitur. Qui autem accepit teſtimonium eius,ſignauit quia deus ue-
rax eſt.) Certe ergo nemo,ſi tuipſe dicis,qui accepit teſtimonium eius, ſignauit quia deus
uerax eſt. Reſponderet ergo fortaſſe Ioannes interrogatus & diceret: Noui quid dixerim,
nemo. Eſt enim quidam populus natus ad iram dei,& ad hoc præcognitus. Qui ſint enim
credituri,& qui non ſint credituri,nouit deus. Qui ſint perſeueraturi in eo quod crediderunt,
& qui ſint lapſuri,nouit deus: & numerati ſunt à deo omnes futuri in uitam æternam,& no-
uit iam illum populum diſtinctum. Et ſi ipſe nouit & prophetis dedit noſſe per ſpiritum
ſuum,dedit & Ioanni. Attendebat ergo Ioannes, non oculo ſuo: nam quantum ad ipſum
pertinet,terra eſt,de terra loquitur: ſed in ea gratia ſpiritus,quã accepit à deo,& uidit quen-
dam populum impium infidelem,attendens illum in infidelitate ſua & ait: Teſtimonium
eius qui uenit de cœlo,nemo accipit. Quorum nemo? Eorum qui ad ſiniſtram futuri ſunt:
B eorum quibus dicetur: Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Matth.25
Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexteram futuri ſunt,illi quibus dicetur: Venite benedicti
patris mei,percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Attendit ergo in
ſpiritu diuiſionem,in genere autem humano cõmixtionem: Et quod nondum locis ſepara-
tum eſt,ſeparauit intellectu,ſeparauit cordis aſpectu,& uidit duos populos,fidelium & infi
delium. Attendit infideles & ait: Qui de cœlo uenit ſuper omnes eſt,& quod uidit & audi-
uit,hoc teſtatur,& teſtimonium eius nemo accipit. Deinde tranſtulit ſe à ſiniſtra,aſpexit ad
dexteram,& ſecutus ait: Qui accepit teſtimonium eius,ſignauit quia deus uerax eſt. Quid
eſt,ſignauit quia deus uerax eſt, niſi homo mendax eſt,& deus uerax eſt? Quia nemo ho-
minum poteſt dicere quod ueritatis eſt,niſi illuminatus ab eo qui mentiri non poteſt. Deus
ergo uerax,Chriſtus autem deus. Vis probare? Accipe teſtimonium eius & inuenies. Qui
enim accepit teſtimonium eius,ſignauit quia deus uerax eſt. Quis? Ipſe qui de cœlo uenit &
ſuper omnes eſt,deus uerax eſt, Sed ſi nondum illum intelligis deum,nondum accepiſti te-
ſtimonium eius: Accipe & ſigna,præſumenter intelligis,definienter agnoſcis,quia deus ue-
rax eſt. Quẽ enim miſit deus,uerba dei loquitur.) Ipſe eſt deus uerax: Et miſit illum de-
us. Deus miſit deum. Iunge ambos,unus deus: deus uerax miſſus à deo. De ſingulis interro
ga,deus: & de ambobus interroga,deus. Deus,non ſinguli deus, & ambo dij, ſed ſingulus
quiſq; deus,& ambo deus. Tanta enim ibi eſt charitas ſpũs ſancti,tanta pax unitatis,ut de
ſingulis cũ interrogatur,deus tibi reſpondeat. De trinitate cũ interrogatur,deus tibi reſpon
deatur. Si enim ſpiritus hominis quando inhæret deo,unus ſpiritus eſt,aperte Apoſtolo di
cente: Qui adhæret domino unus ſpiritus eſt: quanto magis æqualis filius adhærens patri, 1.Cor.6
ſimul cum illo unus deus eſt? Audite alterum teſtimoniũ. Noſtis q̃ multi crediderũt, quã-
do omnia quæ habebant ad pedes apoſtolorum uendita poſuerunt,ut diſtribueretur uni-
cuiq; ſicut opus erat. Et de illa congregatione ſanctorum quid dicit ſcriptura? Erat illis ani- Act.4
ma una & cor unum in deum. Si charitas de tot animabus fecit animã unam,& de tot cordi

bus fecit cor unum:quãta eſt charitas inter patrem & filium? Maior utiq; poteſt eſſe q̃ſ in- C
ter illos homines quibus erat cor unum & anima una. Si ergo multorum fratrum cor unũ
propter charitatem,& multorum fratrũ anima una ,ppter charitatẽ:deus pater & deus fi-
lius dicturus eſt,quia duo ſunt? Si duo dij ſunt,nõ eſt ibi ſumma charitas. Si enim hic tanta
charitas eſt,ut animã tuam & animã amici tui unã animã faciat,quomodo ibi non eſt unus
deus pater & filius? Abſit ut hoc ſentiat fides nõ ficta. Prorſus quantũ excellat charitas illa,
hinc intelligite. Multæ animæ ſunt multorũ hominum, & ſi ſe diligunt,una anima eſt: ſed
poſſunt dici & multæ animæ,poſſunt dici & in hominibus,quia non eſt tanta coniunctio.
Ibi aũt unum deũ licet dicas,duos aut tres deos non licet ut dicas. Hinc tibi cõmendatur ſu
pereminentia & ſũmitas charitatis tãta,ut maior illa eſſe non poſſit. Quẽ enim miſit deus,
uerba dei loquit̃: Hoc utiq; de Chriſto dicebat,ut ſe ab illo diſtingueret. Quid enim ipſum
Ioannem,nõne deus miſit? An non ipſe dixit,miſſus ſum ante eũ,& qui me miſit baptizare
Malach.3 in aqua? Et de illo dictũ eſt: Ecce mitto angelum meũ,qui præparabit uiam tuã ante te. Nõ-
ne & ipſe uerba dei loquit̃,de quo etiã dictũ eſt q̃ ſit amplius q̃ſ ,ppheta? Si ergo & ipſum
deus miſit,& uerba dei loquitur:quomodo ad diſtinctionẽ de Chriſto eũ dixiſſe dicimus:
quem enim miſit deus,uerba dei loquitur. Sed uide quid adiungat: Non enim ad menſu
ram dat deus ſpiritum.) Quid eſt hoc: Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum? Inue-
Eph.4 nimus quia ad menſuram dat deus ſpiritũ. Audi Apoſtolũ dicentẽ: Secundũ menſurã do-
nationis Chriſti. Hominibus ad menſuram dat,unico filio non dat ad menſurã. Quomo-
1.Cor.12 do hominibus ad menſuram? Alij quidem datur per ſpiritũ ſermo ſapientiæ:alij ſermo ſciẽ
tiæ,ſecundũ eundẽ ſpiritũ:alij fides in eodem ſpiritu,alij prophetia,alij diſcretio ſpirituum,
alij genera linguarum, alij donatio curationũ. Nunquid omnes apoſtoli? nunquid omnes
prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes dona
habent ſanitatũ? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretãtur? Aliud
habet iſte,aliud ille: Et quod habet ille,non habet iſte. Menſura eſt,diuiſio quædam dono- D
rum eſt. Ergo hominibus ad menſuram datur, & concordia ibi unum corpus facit. Quo-
modo aliud accipit manus ut operetur,aliud oculus ut uideat, aliud auris ut audiat, aliud
pes ut ambulet,anima tamen una eſt quæ agit omnia,in manu ut operetur,in pede ut am-
bulet,in aure ut audiat,in oculo ut uideat: ſic ſunt etiam diuerſa dona fidelium tanq̃ mem-
bra,ad menſuram unicuiq; propriam diſtributa. Sed Chriſtus qui dat,non ad menſuram
accepit. Audi enim adhuc quid ſequitur,quia de filio dixerat: Non enim ad menſuram dat
deus ſpiritum. Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius.) Et adiecit,omnia dedit
in manu eius,ut noſſes & hic qua diſtinctione dictum ſit,pater diligit filium. Quare enim
pater non diligit Ioannem? Et tamen nõ omnia dedit in manu eius. Pater non diligit Pau-
lum? Et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater diligit filium,ſed quomodo pater filiũ,
nõ quomodo dñs ſeruum: quomodo unicum,non quomodo adoptatum. Itaq; omnia de-
dit in manu eius. Quid eſt omnia? Vt tantus ſit filius,quantus eſt pater. Ad æqualitatem
enim ſibi genuit eum,cui rapina non eſſet in forma dei eſſe æqualem deo. Pater diligit filiũ,
& omnia dedit in manu eius. Ergo cum ad nos pater dignatus eſt mittere filium,non pute-
temus aliquid minus nobis miſſum q̃ſ eſt pater. Pater mittens filium,ſe alterũ miſit. Nãq;
putantes adhuc diſcipuli,quia pater aliquid maius eſt quàm filius,uidentes carnẽ & non in
Ioan.14 telligentes diuinitatem,dixerunt ei: Dñe oſtende nobis patrem,& ſufficit nobis,tanq̃ſ ſi di-
cerent: Iam nouimus te,benedicimus te,quia nouimus te. Gratias enim tibi agimus, quia
oſtendiſti te nobis,ſed patrem nondum nouimus: Propterea cor noſtrum ardet,& fatagit
concupiſcentia quadam ſancta uidendi patris tui qui te miſit. Ipſum nobis oſtende,& ni-
hil amplius à te deſiderabimus: ſufficit enim nobis cum ille fuerit demonſtratus, quo
maior eſſe nemo poteſt. Bona concupiſcentia,bonum deſideriũ,ſed paruus intellectus. At-
tendens enim ipſe dñs Ieſus,paruos magna quærentes,& ſeipſum magnũ inter paruos,par
uum inter paruos,ait Philippo qui hoc dixerat uni ex diſcipulis: Tanto tempore uobiſcum
ſum,

A ſum,& non cognouiſtis me,Philippe? Poſſet hic Philippus reſpõdere: cognouimus te. Sed
nunquid diximus tibi,oſtende nobis te? Te cognouimus,ſed patrẽ quærimus. Subiecit ſta
tim: Qui me uidet,uidet & patrẽ. Qui ergo æqualis patri miſſus eſt,ne eũ æſtimemus ex in
firmitate carnis: ſed cogitemus maieſtatem indutam carne,non oppreſſam carne. Manens
enim deus apud patrẽ,apud homines factus eſt homo,ut tu per illũ qui apud te factus eſt
homo,fieres talis qualis capit deũ: non enim homo poteſt capere deũ. Videre poterat ho-
mo hominem,capere deum nõ poterat. Vnde nõ poterat capere deum? Quia oculũ cordis
unde caperet nõ habebat. Erat ergo aliquid intus ſauciũ,& aliquid foris ſanũ. Corporis ocu
los habebat ſanos,cordis habebat ſaucios. Factus eſt ille homo ad corporis oculum,ut cre-
dens in eũ qui uideri corporaliter potuit,curreres ad eũ ipſum uidendũ,quem ſpiritaliter ui-
dere nõ poteras. Tanto tempore uobiſcum ſum,& nõ cognouiſtis me? Philippe,qui me ui-
det,uidet & patrem. Quare illi non illum uidebant? Ecce uidebant illum,& patrem non ui-
debant. Videbant carnem,ſed maieſtas latebat. Quod uidebant diſcipuli qui amauerũt,ui
derunt & Iudæi qui crucifixerũt. Intus ergo erat totus ille,& ſic intus in carne,ut apud patrẽ
maneret: non enim deſeruit patrẽ,quãdo uenit ad carnẽ. Carnalis cogitatio nõ capit quod
dico. Differat intellectũ,& incipiat à fide. Audiat quod ſequitur: Qui credit in filium,ha-
bet uitam æternã: qui autem incredulus eſt filio,non uidebit uitam,ſed ira dei manet ſuper
eum.) Non dixit,ira dei ueniet ad eum,ſed ira dei manet ſuper eum. Omnes qui naſcuntur
mortales,habent ſecũ iram dei. Quã iram dei? Quã excepit primus homo Adam. Si enim
peccauit primus homo,& audiuit,morte morieris: factus eſt mortalis ille,& cœpimus naſci
mortales,cũ ira dei nati ſumus. Venit inde filius nõ habens peccatũ,& indutus eſt carne,in-
dutus mortalitate,& ſi ille nobiſcum cõmunicauit irã dei,nos pigri ſumus cũ illo cõmunica-
re gratiã dei? Qui ergo non uult credere in filiũ,ira dei manet ſup eũ. Quæ ira? De qua dicit
Apſus: Fuimus enim & nos natura filij iræ ſicut & cæteri. Omnes ergo filij iræ,quia de male Eph.2
B dicto mortis uenientes. Crede in Chriſtũ factũ ,ppter te mortalẽ,ut illũ capias immortalẽ:
quãdo enim cœperis eius immortalitatẽ,nec tu eris mortalis. Viuebat,moriebaris: mortuus
eſt ut uiuas. Attulit gratiã dei,abſtulit irã dei. Deus bibit mortẽ, ne mors biberet hominẽ.

Ab eo loco ubi ait: Vt ergo cognouit Ieſus quia audierũt phariſæi,quia Ieſus
plures diſcipulos facit,uſq; ad id quod ait: Et mulieri dicebant,quia non iam per
tuam loquelam credimus,ipſi enim & audiuimus & ſcimus,quia hic eſt uere ſal-
uator mundi:

Tractatus XV

Cap.IIII NOTVM eſt,nõ rude eſt auribus charitatis ueſtræ,euangeliſtam Ioannẽ uelut
aquilã uolare altius,caliginẽq; terræ tranſcendere,& lucẽ ueritatis firmioribus
oculis intueri. Multa enim iam ex euãgelio eius per myſterium noſtrũ dño ad
iuuante tractata ſunt. Ex ordine aũt ſequit̃ hæc lectio,quæ hodie recitata eſt.
Ea quæ dicturus ſum dño donãte ſic audituri eſtis,ut magis recognoſcatis q̃ſ diſcatis. Non
ideo tamen pigra debet eſſe intentio,quia nõ eſt cognitio ſed recognitio. Hoc lectum eſt,&
hanc lectionẽ tractandã ſuſcepimus,geſtamus in manibus quòd dñs Ieſus ad puteũ Iacob
loquebat̃ cũ Samaritana muliere. Dicta enim ibi ſunt magna myſteria,& magnarũ ſimili-
tudines rerũ,paſcẽtes animã eſurientem,reficientes languentem. Dñs aũt hæc cũ audiſſet
cognouiſſe phariſæos q̃ plures diſcipulos faceret q̃ſ Ioannes,& plures baptizaret,q̃ſ q̃ſ Ie-
ſus non baptizaret,ſed diſcipuli eius,reliquit Iudæam terram,& abijt iterũ in Galilæam.)
Hinc diutius diſputandũ nõ eſt,ne immorantes in manifeſtis,anguſtias tẽporis patiamur
ad obſcura tractanda & aperienda. Vtiq; dñs ſi ſciret phariſæos ita de ſe cognouiſſe, q̃ plu
res diſcipulos faceret,& q̃ plures baptizaret: ut hoc eis ad ſalutem ualeret ſequendi eũ, ut &
ipſi eſſent diſcipuli,& ipſi uellent ab eo baptizari: magis nõ relinqueret Iudæam terrã,ſed ,p
pter illos maneret ibi. Quia uero cognouit eorũ ſcientiã,ſimul cognouit & inuidentiã, quia
nõ hoc ,ppterea didicerũt ut ſequerent̃,ſed ut perſequerent̃,abijt inde: Poterat quidẽ ille &
præſens ab his nõ teneri,ſi nollet: nõ occidi,ſi nollet,quia poterat & nõ naſci,ſi nollet. Sed qa

in omni re quã gessit ut homo,hominibus in se credituris præbebat exemplũ: qa unusqsq; C
seruus dei nõ peccat si secesserit in aliũ locũ,uidẽs furorẽ forte persequẽtiũ se,aut quærẽtiũ in
malũ animã suã. Videret aũt sibi seruus dei peccare si faceret,nisi in faciẽdo dñs præcessisset.
Fecit hoc ille magister bonus ut doceret, nõ q; timeret. Fortassis etiã hoc moueat,cur dictũ
sit:Baptizabat Iesus plures q; Ioãnes:& postea q; dictũ est,baptizabat,subsecutũ est,Quã-
q; Iesus nõ baptizabat,sed discipuli eius. Quid ergo falsum dictũ erat & correctũ est,cũ ad-
ditũ est:Quãq; Iesus nõ baptizabat,sed discipuli eius? An utrũq; uerũ est,quia & Iesus ba-
ptizabat,& nõ baptizabat? Baptizabat enim,quia ipse mũdabat:nõ baptizabat,quia non
ipse tingebat. Præbebãt discipuli ministeriũ corporis,præbebat ille adiutorium maiestatis.
Quãdo enim cessaret à baptizando,quãdo nõ cessat à mũdando? De quo dictũ est ab eo-
dem Ioanne,p Ioannis baptistæ personã dicentis:Hic est qui baptizat. Ergo Iesus adhuc
baptizat,& quousq; baptizandi sumus,Iesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorẽ
ministrum:habet enim superiorẽ magistrum: sed forte ait aliquis:Baptizat quidẽ Christus
in spũ,nõ in corpore:quasi uero alterius dono q; illius quisq; etiã sacramẽto corporalis & ui
sibilis baptismatis imbuat. Vis nosse quia ipse baptizabat,non solũ spũ,sed etiã aqua? Au
Eph.5 di Apostolũ:Sicut Christus,inquit,dilexit ecclesiã suã,& seipsum tradidit pro ea, mundans
eam lauacro aquæ in uerbo,ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã,nõ habentẽ maculam,
aut rugam,aut aliquid huiusmodi. Mũdans eam: Vnde? Lauacro aquæ in uerbo. Quid est
baptismus Christi? Lauacrũ aquæ in uerbo. Tolle aquã, nõ est baptismus; tolle uerbũ, &
nõ est baptismus. Iam ergo his peractis,per quæ peruenit ad collocutionẽ cũ illa muliere,ui
deamus quæ restant plena mysteriis,& grauida sacramẽtis. Oportebat aũt,inquit,eũ trã-
sire per Samariã. Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ quæ dicit Sichar,iuxta prædium quod de-
dit Iacob filio suo Ioseph. Erat autẽ ibi fons Iacob.) Puteus erat:Sed omnis puteus fons,
nõ omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat,& usui præbet haurientibus,fons di
citur:sed si in promptu & superficie sit,fons tantũ dicit: si aũt in alto & profundo sit,ita puteus D
uocatur,ut fontis nomẽ nõ amittat. Iesus ergo fatigatus ex itinere,sedebat sic sup fontem:
Hora erat quasi sexta.) Iam incipiunt mysteria. Nõ enim frustra fatigat Iesus,nõ enim fru
stra fatigat uirtus dei,nõ enim frustra fatigatur,per quẽ fatigati recreant:non enim frustra
fatigatur,quo deserente fatigamur,quo præsente firmamur. Fatigatur tamẽ Iesus,& fatigat
ab itinere,& sedet:& iuxta puteũ sedet,& hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt ali
quid,& indicare uolũt aliquid,intentos faciũt,ut pulsemus hortant. Ipse ergo aperiat & no
Matth.7 bis & uobis,qui dignatus est ita hortari ut diceret:Pulsate & aperietur uobis. Tibi fatigatus
est ab itinere Iesus. Inuenimus uirtutẽ Iesum,& inuenimus infirmũ Iesum,fortem & infir-
mum. Fortẽ,quia in principio erat uerbũ,& uerbũ erat apud deũ,& deus erat uerbum: hoc
erat in principio apud deũ. Vis uidere q; iste filius dei fortis sit? Omnia p ipsum facta sunt,
& sine ipso factũ est nihil,& sine labore facta sunt. Sed quid ergo illo fortius, per quẽ sine la
bore facta sunt omnia? Infirmũ uis nosse? Verbũ caro factũ est,& habitauit in nobis. Forti
tudo Christi te creauit,infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Christi fecit, ut qd nõ erat
esset: infirmitas Christi fecit,ut quod erat nõ periret. Condidit nos fortitudine sua,quæsiuit
nos infirmitate sua: nutrit ergo ipse infirmus infirmos,tanq; gallina pullos suos,huic enim
Matth.23 se similẽ fecit: Quotiẽs uolui,inquit ad Hierusalẽ,cõgregare filios tuos sub alas,tanq; galli-
na pullos suos,& noluisti. Videtis aũt fratres,quẽadmodum gallina infirmet in pullis suis:
nulla enim alia auis q; sit mater agnoscit. Videmus nidificare passeres quoslibet ante ocu
los nostros,hirũdines,ciconias,colũbas quotidie uidemus nidificare,quos nisi quãdo in ni-
dis uideamus,parentes esse nõ agnoscimus: gallina uero sic infirmatur in pullis suis,ut etiã
si ipsi pulli nõ sequãtur,filios nõ uideas,matrẽ tñ intelligas,ita fit alis demissis, plumis hispi
da,uoce rauca,omnibus mẽbris demissa & abiecta:ut quẽadmodũ dixi,& si etiam filios non
uideas,matrẽ tamen intelligas. Sic ergo infirmus Iesus fatigatus ab itinere: Iter ipsius est ca
ro pro nobis assumpta. Quomodo enim iter habet qui ubiq; est, qui nusq; deest? Quò it,

aut

A aut unde it,nisi quia non ad nos ueniret,nisi formam uisibilis carnis assumeret? Quia ergo
uenire ad nos eo modo dignatus est,ut in forma serui, assumpta carne appareret,ipsa car-
nis assumptio est iter ipsius. Ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quàm fatigatus in car-
ne? Infirmus in carne Iesus,sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis esto: quia qd
infirmum est dei, fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine,Adam qui erat forma fu-
turi,præbuit nobis magnum iudiciũ sacramenti,imò deus in illo præbuit. Nam & dormiẽs Gene.2
meruit accipere uxorem,& de costa eius facta est uxor:quoniam de Christo in cruce dormi- Joann.19
ente,futura erat ecclesia de latere eius,de latere scilicet dormientis:quia de latere in cruce pen
dentis,lancea percusso,sacramẽta ecclesiæ profluxerunt,Sed quare hoc dicere uolui fratres?
Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago præcessit,Potuit deus carnẽ de-
trahere homini unde faceret fœminã, & magis uideret quasi cõgruere potuisse :fiebat eñ se-
xus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit,q; de osse, ossa enim in carne firmi-
ora sunt:non detraxit carnem unde faceret mulierem, sed detraxit os, & detracto osse for-
mata est mulier,& in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os facere, poterat ad
faciendam mulierem non costam,sed carnem detrahere. Quid igitur significauit? Facta est
mulier in costa tanq; fortis:factus est Adã in carne tanq; infirmus. Christus est & ecclesia.
Illius infirmitas nostra est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Quia ætate seculi sexta. Com-
puta in Euangelio tanquam unam horam,unã ætatem ab Adam usq; ad Noë: secundam
à Noë usq; ad Abraam: tertiam ab Abraam usq; ad Dauid: quartam à Dauid usq; ad
transmigrationẽ Babyloniæ: quintam à transmigratione Babyloniæ usq; ad baptismum
Ioannis,Inde sexta agitur. Quid miraris? Venit Iesus,& humiliãdo se uenit, ad puteũ fati-
gatus uenit,qui infirmã carnẽ portauit. Hora sexta,quia ætate seculi sexta. Ad puteũ, quia
ad profunditatẽ huius habitationis nostræ. Vnde dicit in psalmis, De profundis clamaui Psal.129
ad te dñe. Sedit,ut dixi, quia humilis uenit. Et uenit mulier) Forma ecclesiæ, non iam iu-
B stificatæ sed iustificandæ, nam hoc agit sermo. Venit ignara,inuenit eum,& agitur cum il-
la. Videamus,Quid uideamus? Venit mulier de Samaria haurire aquam. Samaritani ad
Iudæorum gentem non pertinebant,alienigenæ fuerunt,quamuis uicinas terras incolerent.
Longum est originem Samaritanorum retexere,ne nos multa tenent,& necessaria non lo
quamur:sufficit ergo ut Samaritanos inter alienigenas deputemus:& ne hoc audacius mè
arbitremini dixisse quàm uerius,audite ipsum dominum Iesum,quid dixerit de illo Samari
tano,uno de decem leprosis quos mundauerat,qui solus rediit ut gratias ageret,Nónne de Luc.17
cem mundati sunt,& nouem ubi sunt? Non erat alius qui rediret & daret gloriam deo,nisi
alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei, q; ab alienigenis uenit ista mulier,quæ typum ge-
rebat ecclesiæ:uentura enim erat ecclesia de gẽtibus,alienigena de genere Iudæorum. Audia
mus ergo in illa nos,& in illa cognoscamus nos, & in illa gratias deo agamus p nobis. Illa
enim figura erat,non ueritas:quia & ipsa præmisit figuram, & facta est ueritas. Nam credi
dit in eum,qui de illa figuram nobis prætendebat. Venit ergo haurire aquam :Simpliciter
uenerat haurire aquam,sicut solent uel uiri uel fœminæ. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.
Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Sama-
ritana, Quomodo tu Iudæus cum sis,bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Nõ
enim coutuntur Iudæi Samaritanis.) Videtis alienigenam, omnino uasculis eorũ Iudæi
non utebantur. Et quia ferebat secum mulier uasculũ unde aquã hauriret,eò mirata est,quia
Iudæus petebat ab ea bibere,quod nõ solebant facere Iudæi. Ille aũt qui bibere quærebat,si
dẽ ipsius mulieris sitiebat. Deniq; audi,quis petat bibere. Respondit Iesus & dixit ei, Si sci
res donũ dei,& quis est q dicit tibi,da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo,& dedisset tibi
aquam uiuam.) Petit bibere,& promittit bibere. Eget quasi accepturus,& affluit tanquam
satiaturus. Si scires,inquit, donum dei. Donum dei est spiritussanctus. Sed adhuc mulieri
recte loquitur,& paulatim intrat in cor. Fortassis iam docet, quid enim ista hortatione sua-
uius & benignius? Si scires donũ dei,& si scires quis est qui dicit tibi,da mihi bibere,tu pete

res,& daret tibi aquã uiuam. Hucusq; suspendit. Viua aqua dicit' uulgo,illa quæ de fonte C
exit:Illa enim quæ colligit' de pluuia in lacunas aut cisternas,aqua uiua nõ dicit':Et si de fon
te manauerit,& in loco aliquo collecta steterit,nec ad se illud unde manabat admiserit, sed
interrupto meatu,tanq; à fontis tramite separata fuerit,non dicit' aqua uiua:Sed illa aqua
uiua dicit', quæ manans excipitur. Talis aqua erat in illo fonte.Quid ergo,p̃mittebat quod
petebat? Tamẽ mulier suspẽsa. Ait:Dñe,neq; in quo haurias aquã habes,& puteus altus
est.) Vide quomodo intellexerit aquã uiuam,aquã scilicet quæ erat in illo fonte. Tu mihi
uis dare aquã uiuam,& ego fero unde hauriam,& tu nõ fers. Aqua uiua hic est, quomodo
mihi daturus es? Aliud intelligens & carnaliter sapiens quodãmodo pulset,ut aperiat ma
gister quod clausum est. Pulsabat ignorantia,nõ studio: Adhuc miseranda,nondũ instruen
da. Dicit aliquid euidentius dñs de illa aqua uiua:Dixerat enim mulier: Nunquid tu ma
ior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ,& ipse ex eo bibit,& filij eius & pecora
eius?) De hac aqua uiua dare mihi non potes,quoniã hauritoriũ nõ habes,forte aliũ fon
tem p̃mittis:Patre nostro melior potes esse,qui hũc puteũ fodit,& ipse cũ suis usus est eo?
Dñs ergo dicat,quid dixerit aquã uiuam. Respondit Iesus & dixit ei:Omnis qui biberit
ex aqua hac,sitiet iterum:qui autem biberit ex aqua quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ:
sed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ salentis in uitam æternã.) Apertius locu
tus est dñs,fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternã.Qui biberit de aqua ista,nõ sitiet ite
rum. Quid euidentius,quia non aquam uisibilem,sed inuisibilem promittebat? Quid eui
dentius,quia nõ carnaliter,sed spiritaliter loquebatur? Adhuc tamen illa mulier carnẽ sapit,
delectata est non sitire,& putabat hoc secundum carnem promissum sibi esse à domino:
quod quidẽ fiet,sed in resurrectione mortuorum: Iam hoc uolebat illa. Dederat enim deus
aliquãdo seruo suo Heliæ,ut per quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit da
re per quadraginta dies,non potuit dare semper? Sperabat enim illa, nolens indigere, no
lens laborare,assidue uenire ad illum fontem,onerari pondere,quo indigentia suppleretur, D
& finito quod hauserat,rursus redire cogebatur: & quotidianus ei fuit iste labor, quia indi
gentia illa reficiebatur,non extinguebatur. Delectata ergo tali munere,rogabat ut ei aquã
uiuam daret. Verũtamen non prætereamus,quoniã dñs spiritale aliquid promittit. Quid
est,qui biberit de aqua hac sitiet iterũ? Et uerũ est secundũ hanc aquã: Et uerũ est secundum
q; significat illa aqua. Etenim aqua in puteo,uoluptas seculi est in profunditate tenebrosa.
Hic eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatẽ quippe proni submittunt, ut
ad uoluptatem haustam de profundo perueniant,& fruunt' uoluptate præcedente & præ
missa cupiditate:nam qui non præmiserit cupiditatẽ,peruenire nõ potest ad uoluptatẽ. Po
ne ergo hydriam cupiditatẽ,& aquã de profũdo uoluptatẽ. Cũ peruenerit quisq; ad uolu
ptatẽ seculi huius,cibus est,potus est,lauacrũ est,spectaculũ est,cõcubitus est:Nũquid non
iterũ sitiet? Ergo de hac aqua qui biberit,iterũ,inquit,sitiet. Si autẽ acceperit à me aquã,non
Psal.64 sitiet in æternum. Satiabimur,inquit,in bonis domus tuæ. De qua ergo aqua daturus est,ni
Psal.35 si de illa aqua,de qua dictum est:Apud te est fons uitæ. Nam quomodo sitient qui inebria
buntur ab ubertate domus tuæ? Promittebat ergo saginam quandam & satietatem spiri
tus sancti,& illa nondũ intelligebat:Et non intelligens,quid respondebat? Dicit ad eum
mulier:Dñe,da mihi hanc aquam ut non sitiam,neq; ueniam huc haurire.) Ad laborem
Matth.11 indigentia cogebat,& laborẽ infirmitas recusabat. Vtinã audiret: Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati estis,& ego uos reficiã. Hoc enim ei dicebat Iesus ut non laboraret, sed
illa nondum intelligebat. Deniq; uolens ut intelligeret: Dicit ei Iesus: Vade uoca uirum
tuum & ueni huc.) Quid est: uoca uirum tuum? Per uirũ suũ ei uolebat aquam illam da
re, an quia non intelligebat,per uirũ suum eã uolebat docere? Forte quomodo ait Apls
1.Cor.14 de mulieribus:Si quid aũt uolũt discere,domi uiros suos interrogent. Sed ibi dicit', domi ui
ros suos interrogent,ubi non est Iesus qui doceat. Deniq; dicit' mulieribus quas p̃hibebat
Apostolus loqui in ecclesia:cũ uero ipse dñs aderat,& præsens præsenti loquebat',qd opus
erat

A erat ut per uirum eius ei loqueretur? Nũquid per uirũ suum loquebatur Mariæ sedenti ad Luc.10
pedes suos & excipienti uerbum suum,quãdo Martha circa multũ ministeriũ,etiã de soro
ris felicitate occupatissima murmurauit? Ergo fratres mei,audiamus & intelligamus quod
ait dñs:uoca uirum tuum,mulieri. Forte enim & animæ nostræ dicit:uoca uirũ tuũ. Quæra
mus & de uiro animæ: Cur iam nõ ipse Iesus uir animæ uerus est? Assit intellectus, quoniã
quod dicturi sumus uix capitur nisi ab intentis. Assit ergo intellectus ut capiat', & ipse intel
lectus erit fortasse uir animæ. Videns ergo Iesus quia mulier nõ intelligebat,& uolens eam
intelligere: Voca,inquit,uirum tuũ:ideo enim nescis quod dico,quia intellectus tuus nõ ad
est. Loquor ego secundũ spiritũ,tu audis secundũ carnem. Quæ loquor,nec ad uoluptatem
auriũ pertinent,nec ad oculos,nec ad olfactũ,nec ad gustũ,nec ad tactũ. Mente sola capiun
tur,intellectu solo hauriuntur. Ille intellectus nõ tibi adest,quomodo capis quod dico? Vo
ca uirũ tuũ,præsenta intellectũ tuũ. Quid est enim animã habere? Nõ est magnum,nam &
pecus habet. Vnde tu melior? Quia intellectũ habes,quod pecus nõ habet. Quid est ergo:
Voca uirũ tuũ? Nõ me capis,non me intelligis. De dono dei tibi loquor,tu autem secundũ
carnẽ cogitas,secũdũ carnẽ sitire nõ uis,ego spiritũ alloquor:absens est intellectus tuus,uo
ca uirũ tuũ. Nolite fieri sicut equus & mulus,quibus nõ est intellectus. Ergo fratres mei,ani Psal.31
mam habere & intellectũ nõ habere:hoc est nõ adhibere,nec secundũ eũ uiuere,bestialis est
uita. Est enim in nobis quiddã bestiale quo in carne uiuimus,sed intellectu regendũ est. Mo
tus em animæ secundũ carnẽ se mouẽtis,& in delitias carnales immoderate diffluere cupiẽ
tis,regit desuper intellectus. Qui debet dici uir,qui regit,an qui regitur? Proculdubio cũ ordi
nata uita est,intellectus animã regit,ad ipsam animã pertinens: Nõ enim aliquid aliud est
q; anima,sed aliquid animæ est intellectus:quomodo nõ aliquid aliud q; caro est oculus,
sed aliquid carnis est oculus. Cũ autẽ aliquid carnis sit oculus:cætera tamen membra carna
lia luce perfundi possunt,lucem sentire nõ possunt,solus ea oculus & perfundit' & perfruit':
sic in anima nostra quiddã est quod intellectus uocat'. Hoc ipsum animæ quod intellectus
B & mens dicitur,illuminatur luce superiore. Iam superior illa lux qua mens humana illumi
natur,deus est:erat enim uerum lumen,quod illuminat omnem hominẽ uenientem in hũc
mundum. Talis lux Christus erat,talis lux cum muliere loquebatur,& in illa intellectus nõ
aderat,qui illa luce illuminaretur,nec tantum perfunderetur,uerũetiam frueretur. Ergo do
minus tanq; diceret,illustrare uolo,& non adest quem: Voca,inquit,uirum tuũ, adhibe in
tellectum per quem docearis,quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tanq;
fœminam:intellectum autem habere tanq; uirũ. Sed iste uir non bene regit fœminam suã,
nisi cum à superiore regitur, caput enim mulieris uir:caput autem uiri Christus. Loqueba
tur caput uiri cum fœmina,& non erat uir. Et tanq; diceret dominus: Adhibe caput tuum,
ut ille suscipiat caput suum:ergo uoca uirum tuum & ueni huc:id est, adesto, præsens esto:
uelut enim absens es, dum non intelligis præsentis uocem ueritatis. Præsens esto, sed noli
sola,cum uiro tuo adesto. Et adhuc illa nondum aduocato illo uiro non intelligit:adhuc car
nem sapit,absens est enim uir. Non habeo,inquit,uirum.) Et dominus sequitur,& myste
ria loquitur. Intelligas reuera istam mulierem non habuisse tunc uirum,sed utebatur nescio
quo non legitimo uiro,adultero magis quàm uiro. Et dominus ei: Bene dixisti, quia non
habeo uirum.) Vnde ergo tu dixisti:uoca uirum tuum? Et audi,quia bene nouit dominus
eam non habere uirum:dicit ei &c.ne forte putaret mulier ideo dixisse dominum:Bene di
xisti,quia non habeo uirum excepto intellectu,tanq; fœminam,quòd hoc à muliere didice
rit,non quòd ipse istud diuinitate cognouerit,audi aliquid quod nõ dixisti: Quinq; enim
uiros habuisti,& istum quem habes,non est uir tuus. Hoc uere dixisti.) Iterũ cogit de istis
quinq; uiris subtilius aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt,non quidem absurde,
nec usq;quaq; improbabiliter,quinq; uiros mulieris huius,q;nq; libros Moysi: utebant' em
eis Samaritani,& sub eadem lege erant: nam inde illis & circumcisio inerat. Sed quoniam
angustat nos quod sequitur:Et nunc quem habes,non est uir tuus,uidet' mihi facilius nos
posse

posse accipere quinq; uiros priores animæ,quinq; sensus corporis esse.Quãdo enim quisq; C
nascitur antecp̃ uti posset mente atq; ratione,non regitur nisi sensibus carnis.Anima in pue
ro paruo,quod audiẽ,quod uidetur,quod olet,quod sapit,quod tactu sentitur,hoc appetit
aut fugit.Appetit quicquid mulcet,fugit quicquid offendit.Hos enim quinq; sensus mulcet
uoluptas,offendit dolor.Secundũ hos quinq; sensus tancp̃ quinq; uiros,prius uiuit anima,
quia istis regitur.Quare autẽ uiri dicti sunt? Quia legitimi.A deo quippe facti,& à deo do
nati animæ.Infirma est adhuc quæ istis quinq; sensibus regiẽ,& sub istis quinq; uiris agit.
At ubi uenerit ad annos exercendæ rationis,si eam susceperit optima disciplina & doctrina
sapientiæ,quinq; illis uiris ad regendũ nõ succedit,nisi uir uerus legitimus & illis melior,& q̃
melius regat,& qui ad æternitatẽ regat,ad æternitatẽ excolat,ad æternitatem instruat:nam
isti quinq; sensus non ad æternitatẽ nos regũt,sed ad ista tẽporalia uel appetenda uel fugiẽ
da.Vbi uero intellectus sapientia imbutus regere cœperit animã,scit iam nõ solũ fugere fo
ueam,& ambulare in æquali quod oculi ostendunt animæ infirmæ:nec tantum canoras uo
ces suauiter audire,dissonasq; repellere:uel blandis odoribus delectari,putoresq; respuere:
aut dulcedine capi,& amaritudine offendi:aut lenibus mulceri,& asperis lædi.Ista em̃ oñia
infirmæ animæ sunt necessaria.Quid ergo regiminis adhibeẽ per illũ intellectũ? Non alba
& nigra discreturus est,sed iusta & iniusta,bona & mala,utilia & inutilia,castitatẽ & impu
dicitiam,hanc & illam,illam ut amet,istam ut uitet:charitatem & odium,ut diligat charita
tem & uitet odiũ,in hac ut sit,in illa ut nõ sit.Hic uir quinq; illis uiris in ista muliere nõ suc
cesserat.Vbi enim non succedit ille,error dominatur:nam cum cœperit anima capax esse ra
tionis,aut à sapiente mente regitur,aut ab errore:sed error non regit sed perdit. Post istos
ergo quinq; sensus mulier illa adhuc errabat,& error eam uentilabat.Error autem iste non
erat legitimus uir,sed adulter:Ideo ei dñs ait:Bene dixisti,quia non habeo uirum. Quinq;
enim uiros habuisti:quinq; te sensus carnis primo rexerunt,uenisti ad ætatẽ utendæ ratio
nis,nec ad sapientiam peruenisti,sed in errorem incidisti.Ergo post illos quinq; uiros iste D
quem habes,non est tuus uir.Et quid erat si uir non erat nisi adulter? Voca, inquit.Voca
itaque,non adulterum,sed uirum tuum,ut intellectu me capias, non errore de me aliquid
falsum sapias:adhuc enim errabat mulier quæ aquam illam cogitabat,cum iam dominus
de spiritu sancto loqueretur.Quare errabat,nisi quia adulterum,non uirum habebat? Tol
le ergo hinc istum adulterum qui te corrumpit,& uade uoca uirum tuum: Voca & ueni,ut
intelligas me. Dicit ei mulier:Domine ut uideo,propheta es tu.) Tunc cœpit uenire uir,
nondum plene uenit: prophetam dominum putabat.Erat quidem & propheta, nam de
Luc.4 seipso ait:Non est propheta sine honore,nisi in patria sua.Item de illo dictum est ad Moy
Deut.18 sen:Prophetã eis suscitabo de fratribus eorũ similem tui:Similem scilicet ad formã carnis,
non ad eminentiam maiestatis.Ergo inuenimus dominum Iesum dictum prophetã.Pro
inde iam non multum errat mulier ista:Video,inquit,quia propheta es tu. Incipit uocare
uirum,adulterum excludere:uideo quia propheta es tu,& incipit quærere quod illam solet
mouere.Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos,quia Iudæi in tẽplo à Salo
mone ædificato adorabant deum:Samaritani longe inde positi non in eo adorabãt.Et eo
Iudæi meliores se esse iactabant,quia in templo adorabant deum:Nõ enim coutuntur Iu
dæi Samaritanis,quia dicebant eis:Quomodo uos iactatis,& ideo uos meliores nobis esse
perhibetis,quia templum habetis quod nos non habemus? Nũquid patres nostri qui deo
placuerunt,in illo templo adorauerunt? Nõne in monte isto adorauerunt ubi nos sumus?
Melius ergo nos,inquiunt,in hoc monte deum rogamus,ubi patres nostri adorauerũt.Cõ
tendebant utique ignari, quia uirũ non habentes,illi pro templo,illi pro monte inflabãtur
aduersus inuicem:Dñs tamẽ modo quid docet mulierem,tancp̃ cuius uir cœperat præsens
esse.Dicit ei mulier: Domine uideo quia propheta es tu: Patres nostri in monte hoc ad
orauerunt, & uos dicitis quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit ei Iesus:Mulier crede
mihi.) Veniet enim ecclesia, sicut dictum est in Cantisanticorum, ueniet & pertransiet.
Ab ini-

A Ab initio fidei ueniet ut pertranseat,& pertransire nõ potest nisi ab initio fidei.Merito etiã
præsente uiro audit mulier:crede mihi.Iam enim est in te qui credat,quia præsens est uir tu
us.Cœpisti adesse intellectu,quando me prophetam appellasti.Mulier crede mihi,quia ni Esaiæ.7
si crediderit non intelligetis.Ergo mulier crede mihi: Quia ueniet hora,quando neq; in
monte hoc,neque in Hierosolymis adorabitis patrem.Vos adoratis quod nescitis, nos ad
oramus quod scimus,quia salus ex Iudæis est.Sed ueniet hora:quando? Et nunc est. Quæ
ergo hora? Quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.) Nõ in mon
te isto,non in templo,sed in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorẽt eũ.)
Quare pater tales quærit qui adorent eum,non in monte,non in templo,sed in spiritu & ue
ritate? Spiritus est deus.) Si corpus esset deus,oportebat eum adorari in monte,quia cor
poreus est mons:Oportebat eum adorari in templo,quia corporeum est templum. Spiri
tus est deus: Et eos qui adorant eum,in spiritu & ueritate oportet adorare.) Audiuimus
& manifestũ est,foras eramus, intrò missi sumus.O si inuenirem, dicebas, montem aliquẽ
altũ & solitariũ:credo enim quia in alto est deus,magis me exaudiet ex alto.Quia in mon
te es,propinquum te deo putas,& cito te exaudiri,quasi de proximo clamantem.In excelsis Psal.137
habitat,sed humilia respicit.Propè est dominus:quibus? Forte altis,his qui obtriuerũt cor.
Mira res est,& in altis habitat,& humilibus propinquat.Humilia respicit,excelsa autem à
longe cognoscit.Superbos longe uidet,eo illis minus propinquat,quo sibi uidẽtur altiores.
Quærebas ergo montem,descende ut attingas:sed si ascendere uis, ascende:noli montem
quærere:Ascensus,inquit,in corde eius:Hoc psalmus dicit,in conualle plorationis. Conual- Psal.83
lis humilitatem habet:ergo intus age totum.Et si forte quæris aliquem locum altum,aliquẽ
locum sanctum,intus exhibe te templum deo,Templum enim dei sanctum est quod estis 1.Cor.3
uos.In templo uis orare,in te ora.Sed prius esto templum dei,quia ille in templo suo exau
diet orantem.Veniet ergo hora & nunc est,quando ueri adoratores adorabunt patrem in
B spiritu & ueritate. Nos adoramus quod scimus:uos adoratis quod nescitis, quoniam sa
lus ex Iudæis est.Multum dedit Iudæis:sed noli istos reprobos accipere.Parietem illum ac Eph.2
cipe cui adiunctus est alius:ut pacati in lapide angulari quod est Christus, copularentur.
Vnus enim paries à Iudæis,unus à gentibus,longe à se isti parietes,sed donec in angulo
coniungantur.Alienigenæ autem hospites erant,& peregrini à testamento dei.Secundum
hoc ergo dictum est:Nos adoramus quod scimus.Ex persona quidem Iudæorum dictum
est,sed non omnium Iudæorum:non reproborum Iudæorum,sed de quibus fuerãt Apo
stoli,quales fuerunt prophetæ,quales fuerunt illi omnes sancti,qui omnia sua uendiderunt,
& precium rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt. Non enim repulit deus ple
bem suam quam præsciuit.Audiuit enim hoc mulier ista,& addidit:Iam dudum prophe
tam dixerat.Vidit talia dicere eum cum quo loquebatur,quæ iam plus essent ad prophe
tam.Et quid respondit,uidete. Dicit ei mulier:Scio quia Messias ueniet qui dicitur Chri
stus.Cum ergo uenerit ille,omnia nobis demonstrabit.) Quid est hoc? Modo ergo de tẽ
plo contempto contendunt Iudæi,& nos de monte contendimus.Cum ille uenerit,& mon
tem contemnet,& templum euertet,& docebit nos ista omnia,ut in spiritu & ueritate no
uerimus adorare.Sciebat quis eam posset docere,sed iam docentem nondum agnoscebat.
Iam enim digna erat cui manifestaretur.Messias autem unctus est, unctus Græce Chri
stus est,Hebraice Messias est:unde & Punice,Messe dicitur unge,cognatæ quippe sunt lin
guæ istæ & uicinæ,Hebraica,Punica & Syra. Ergo dicit ei mulier:Scio quia Messias ueniet
qui dicitur Christus.Cum ergo uenerit ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego
sum qui loquor tecum.) Vocauit ergo uirum suum. Factus est uir eius caput mulieris, 1.Cor.11
factus est Christus caput uiri.Iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene uictura.Post
eaquàm audiuit hoc:Ego sum qui loquor tecum:iam ultra quid diceret, quando Christus
dominus manifestare se uoluit mulieri cui dixerat: Crede mihi? Et continuo uene
runt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur:) quia quærebat perdi-
tam

tam,qui uenerat quærere quod perierat.Hoc enim illi mirabantur,bonum enim mirabant, C
non malum ſuſpicabantur. Nemo tamen ei dixit,quid quæris,aut quid loqueris cum ea?
Reliquit ergo mulier hydriam ſuam.) Mulier audito:Ego ſum qui loquor tecũ,& recepto
in cor Chriſto domino,quid faceret niſi iam hydriam dimitteret & euangelizare curreret?
Proiecit cupiditatem,& properauit annunciare ueritatem.Diſcant qui uolunt euãgelizare,
& proſciant hydriam ad puteum.Recordamini quid ſuperius dixerim de hydria, uas erat
unde aqua hauriebatur,Græco nomine appellatur hydria,quoniam Græce hydor aqua di
citur,tanc̃ ſi aquarium diceretur.Proiecit ergo hydriam ſuam,quæ iam non uſui ſed oneri
fuit:auida quippe deſiderabat aqua illa ſatiari,ut nunciaret Chriſtum onere abiecto: Cu
currit ad ciuitatem & dicit illis hominibus:Venite & uidete hominem qui mihi dixit omnia
quæcunq; feci.) Pedetentim ne illi quaſi iraſcerentur & perſequerentur:Venite & uidete ho
minem,qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Nunquid non ipſe eſt Chriſtus? Exierũt de
ciuitate & ueniebant ad eum.Et rogabant eum diſcipuli dicentes:Rabbi manduca.) Ierant
enim emere cibos & uenerant. Ille autem dixit:Ego habeo cibum manducare quem uos
non ſcitis.Dicebant ergo diſcipuli adinuicem:Nunquid aliquis attulit ei mãducare?) Quid
mirum ſi mulier illa non intelligebat aquam? Ecce diſcipuli non intelligunt eſcam. Audiuit
autem cogitationes illorum, & iam inſtruit ut magiſter,non per circumitum,ſicut & illam
cuius adhuc uirum requirebat,ſed iam aperte. Meus,inquit,cibus eſt,ut faciam uoluntatẽ
eius qui miſit me.) Ergo & potus ipſe erat in illa muliere,ut faceret uoluntatem eius qui mi
ſerat eum:Ideo dicebat,ſitio,da mihi bibere,ſcilicet ut fidem in ea operaretur, & fidem eius
biberet,& eam in corpus ſuũ traiiceret,corpus enim eius eccleſia:Ipſe eſt ergo, inquit, cibus
meus,ut faciam uoluntatem eius qui me miſit. Nõne uos dicitis quia adhuc quatuor mẽ
ſes ſunt & meſſis uenit?) In opus feruebat,& operarios mittere diſponebat. Vos quatuor
menſes computatis ad meſſem,ego uobis aliam meſſem albam & paratam oſtendo. Ec
ce dico uobis:Leuate oculos ueſtros & uidete,quia iam albæ ſunt regiones ad meſſem.) Er D
go meſſores miſſurus eſt. In hoc enim uerbum uerum,quia alius eſt qui metit,alius eſt q
ſeminat,ut & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.Ego miſi uos metere,quod uos nõ la
boraſtis: Alii laborauerant,& uos in laborem eorum introiſtis.) Quid ergo? Meſſores mi
ſit,non ſeminatores.Quò meſſores? Vbi iam alii laborauerunt. Nam ubi iam laboratum
erat,utiq; ſeminatum erat,& quod ſeminatum erat,iam maturum erat factum,falcem & tri
turam deſiderabat.Quò ergo erant meſſores mittendi? Vbi iam prophetæ prædicauerant,
ipſi enim ſeminatores.Nam ſi ipſi non ſeminatores, unde ad illam mulierem peruenerat:
Scio quia Meſſias ueniet? Iam iſta mulier fructus maturus erat,& erãt albæ meſſes & falcẽ
quærebant.Miſi uos quoq; metere quod non ſeminaſtis.Alii ſeminauerunt,& uos in labo
res eorum introiſtis.Qui laborauerunt? Ipſe Abraam,Iſaac,Iacob.Legite labores eorum.
In omnibus laboribus eorum prophetia Chriſti,& ideo ſeminatores.Moyſes & cæteri pa
triarchæ & omnes prophetæ quanta pertulerunt in illo frigore quando ſeminabant? Ergo
Act. 4 iam in Iudæa meſſis parata erat.Merito ibi tanc̃ matura ſeges fuit,quando tot hominum
milia precia rerum ſuarum afferebant,& ad pedes apoſtolorum ponentes,expeditis hume
ris à ſarcinis ſecularibus,Chriſtum dominum ſequebantur: Vere matura meſſis.Quid inde
factum eſt? De ipſa meſſe eiecta ſunt pauca grana,& ſeminauerunt orbem terrarum,& ſur
Pſal. 125 get alia meſſis quæ in fine ſeculi metenda eſt.De iſta meſſe dicitur:Qui ſeminant in lachry
mis,in gaudio metent.Ad iſtam ergo meſſem,non apoſtoli ſed angeli mittẽtur. Meſſores,
Matth. 13 inquit,angeli ſunt. Iſta ergo meſſis creſcit inter zizania,& expectat purgari in fine.Illa uero
meſſis iam matura erat,quò prius miſſi ſunt diſcipuli,ubi prophetæ laborauerũt.Sed tamẽ
fratres uidete quid dictum ſit:Simul gaudeat,& qui ſeminat & qui metit.Diſparis tempo
ris labores habuerunt apoſtoli & prophetæ,ſed gaudio pariter perfruentur, mercedem ſi
mul accepturi ſunt uitam æternam. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Sa
maritani propter ſermonem eius,non propter uerbum mulieris teſtimonium perhibentis,
quia

A quia dixit mihi omnia quæcunq; feci.Cum ueniſſent autẽ ad eum Samaritani,rogauerunt
ut apud eos maneret,& manſit ibi duos dies.Et multo plures crediderunt propter ſermonẽ
eius.Et mulieri dicebant,quia non propter tuam loquelam credimus,ipſi enim nos audiui
mus & ſcimus, quia hic eſt uere ſaluator mundi.) Et hoc paululum animaduertendum eſt,
quia lectio terminata eſt.Mulier primũ nunciauit, & ad mulieris teſtimonium crediderunt
Samaritani,& rogauerunt eum ut apud eos maneret,& manſit ibi biduo,& plures credide
runt, & cũ credidiſſent,dicebant mulieri,Non iam propter uerbum tuum credimus,ſed ipſi
cognouimus & ſcimus,quia eſt uere hic ſaluator mundi:primo per famam, poſtea per præ
ſentiam.Sic agitur hodie cũ eis qui foris ſunt & nondũ ſunt Chriſtiani,Chriſtus nunciatur
per Chriſtianos amicos,tanc̃ illa muliere,hoc eſt,eccleſia annunciãte:ad Chriſtum ueniũt,
credunt per iſtam famam,manet apud eos biduo,hoc eſt,dat illis duo præcepta charitatis,
& multo plures & firmius in eum credunt, quoniã uere ipſe eſt ſaluator mundi.

Ab eo loco ubi ait, Poſt duos autẽ dies exiit inde & abiit in Galilæã, uſq; ad id
quod ait, Quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus,filius tuus uiuit,& credidit ipſe
& domus eius tota.

Tractatus XVI.

HODIERNA euãgelica lectio,heſterni diei ſequitur lectionem, quæ nobis pro
ponitur ad diſputãdum.In qua quidem ſenſus nõ ſunt inueſtigatione difficiles,
ſed digni prædicatione,digni admiratione & laudatione.Proinde locum iſtum
euangelij cum commendatione commemoremus,potiusc̃ cum difficultate tra
ctemus, Abiit enim Ieſus poſt biduum) quod fecerat in Samaria, In Galilæam,)ubi nu
tritus erat. Secutus autem euangeliſta, ait, Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia
propheta in patria ſua honorẽ non habet.) Non propterea poſt biduum diſceſſit Ieſus de
Samaria,quia honorem in Samaria nõ habebat:non enim Samaria patria ipſius erat,ſed
Galilæa.Cũ ergo iſtã deſeruiſſet tam cito,& ad Galilæã ueniſſet ubi nutritus erat,quomo
B do atteſtatur,Quia propheta in patria ſua honorem nõ habet,magis uidetur atteſtari po
tuiſſe,quia propheta in patria ſua honorẽ non haberet,ſi cõtemneret pergere in Galilæam,
& in Samaria remanſiſſet? Intendat ergo charitas ueſtra inſinuatum nobis non modicum
ſacramẽtum,ſuggerẽte domino & donante quod loquar.Quæſtionem propoſitam cogno
uiſtis,ſolutionẽ eius exquirite. Sed repetamus propoſitionẽ, ut ſolutionem deſiderabilem
faciamus.Mouit nos cur euangeliſta dixerit,Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit,q̃ pro
pheta in patria ſua honorem non habet.Hoc permoti retexamus uerba ſuperiora,ut inue
niamus,cur hoc euangeliſta dicere uoluerit, & inuenimus ſuperiora uerba eius ita narrãtis,
quoniam poſt biduum profectus eſt de Samaria in Galilæam. Propter hoc ergo dixiſti ô
euangeliſta teſtimoniũ perhibuiſſe Ieſum,q̃ propheta in patria ſua honorem nõ haberet,
quia poſt biduum reliquit Samariã,& properauit uenire in Galilæam? Imò uero quaſi ui
deor mihi congruentius intelligere,quia ſi honorẽ in patria ſua Chriſtus nõ haberet, nõ ad
eam relicta Samaria feſtinaret:ſed,niſi fallor,imò quia uerũ eſt & nõ fallor,melius enim q̃
ego uidit euangeliſta quid diceret,melius me ueritatem uidebat, qui eã de pectore domini
bibebat,Ipſe eſt enim Ioãnes euangeliſta,qui inter omnes diſcipulos ſuper pectus domini Ioan. 13
diſcũbebat,& quẽ dñs charitatẽ debens omnibus,tamen præ cæteris diligebat.Ergo ille fal
leretur,& ego recte ſentirẽ? Imò ſi pie ſapio,obedienter audiã quod dixit,ut merear ſentire
quod ſenſit.Accipite itaq; chariſſimi,quid hic ſentiam ſine præiudicio,ſi uos melius aliquid
ſenſeritis: magiſtrum enim unũ omnes habemus,& in una ſchola condiſcipuli ſumus.Hoc
ergo ſentio,& uidete ſi nõ aut uerũ eſt,aut propinquat ueritati quod ſentio.In Samaria bi
duum fecit,& crediderunt in eum Samaritani:tot dies in Galilæa fecit,& non in eum credi
derunt Galilæi.Retexite uel recolite memoria heſterni diei & lectionem & ſermonẽ.Venit
in Samariã,ubi eum primũ mulier illa prædicauerat, cũ qua ad puteum Iacob locutus erat
magna myſteria, eo uiſo Samaritani & audito crediderũt in eũ propter uerbũ mulieris,&
firmius crediderũt propter uerbũ eius,& plures crediderũt,ſicut ſcriptũ eſt ibi,facto biduo.

Quo numero dierum myſtice commẽdatus eſt duorum numerus præceptorum,in quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ, ſicut heſterno die nos commendaſſe memi niſtis. Pergit in Galilæam, & uenit in ciuitatẽ Chana Galilææ, ubi de aqua uinum fecit.) Ibi autẽ quando aquã in uinum cõuertit, ſicut ſcribit ipſe Ioãnes,crediderunt in eũ diſcipuli eius,& utiq; plena erat domus turbis conuiuãtium. Factũ eſt tam magnum miraculum,& nõ in eũ crediderunt niſi diſcipuli eius.Hanc ciuitatẽ Galilææ modo repetiuit. Ecce quidã regulus cuius filius infirmabatur,uenit ad eum, & rogare cœpit ut deſcẽderet,) ad illã ciuitatem uel domum, Et ſanaret filium eius,incipiebat enim,inquit,mori.)Qui rogabat nõ credebat.Quid à me expectas audire? Dominũ interroga quid de illo ſenſerit.Rogatus enim talia reſpondit, Niſi ſigna & prodigia uideritis nõ creditis.) Arguit hominem in fide tepidum,aut frigidum,aut omnino nullius fidei,ſed tentare cupiẽtem de ſanitate filij ſui qualis eſſet Chriſtus, & quis eſſet, quantũ poſſet.Verba enim rogãtis audimus,cor diffidẽtis non uidemus:ſed ille pronunciauit,qui & uerba audiuit & cor inſpexit.Deniq; & ipſe euãgeliſta teſtimonio narrationis ſuæ oſtendit,quia nondũ crediderat,qui uenire ad domum ſuã dominum cupiebat ad ſanãdum filium eius.Nam poſteaq; ei nunciatũ eſt ſanum eſſe filium eius,& inuenit ea hora ſanatum, Qua hora dominus dixerat,uade filius tuus uiuit,& credidit, inquit, ipſe & domus eius tota.) Si ergo propterea credidit ipſe & domus eius tota, quia nunciatur filius eius ſanus,& cõparauit horã nunciantiũ horæ prænunciantis,quando rogabat,nõdum credebat.Samaritani nullum ſignum expectauerant,uerbo eius tantummodo crediderant:ciues autem eius audire meruerũt, Niſi ſigna & prodigia uideritis,non creditis,& ibi tamen facto tanto miraculo,nõ credidit niſi ipſe & domus eius.Ad ſolum ſermonem crediderunt plures Samaritani, ad illud miraculum ſola illa domus credidit,ubi factum eſt.Quid igitur fratres,quid nobis commendat dominus? Tunc Galilæa Iudææ patria erat domini,quia ibi nutritus eſt:nunc uero quia portendit aliquid res illa,nõ enim ſine cauſa dicta ſunt prodigia, niſi quia aliquid portendunt: prodigium enim appellatum eſt quaſi porrodicium, q̃ porro dicat,porro ſignificet,& aliquid futurum eſſe portendat. Quia ergo aliquid illa omnia portẽdebant, aliquid illa omnia prædicabant, faciamus modo nos patriam domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundũ carnem:non enim habuit patriam in terra,niſi ſecundũ carnem,quã accepit in terra. Faciamus ergo patriam domini populũ Iudæorum. Ecce in patria ſua honorem nõ habet.Modo attende Iudæorum turbas,attende iam gentem illam diſperſam toto orbe terrarum, & euulſam radicibus ſuis,attende ramos fractos, cõfciſſos, diſperſos,aridos,quibus fractis inſeri meruit oleaſter. Vide turbã Iudæorũ,quid dicit modo? Quem colitis,quem adoratis,frater noſter erat.Et nos reſpondeamus,prophetа in patria ſua honorem nõ habet. Deniq; illi ambulantem dominũ Ieſum in terra,facientem q̃ miracula,cæcos illuminantem,ſurdis aures aperientem,mutorum ora ſoluentem,paralyticorum membra reſtringẽtem,ſuper mare ambulãtem,uentis imperãtem & fluctibus, mortuos ſuſcitantem,tanta ſigna facientẽ uiderunt,& uix inde pauci crediderũt.Populo dei loquor. Tã multi credidimus,quæ ſigna uidimus? Illud ergo quod factũ eſt tunc,hoc quod nunc agitur portẽdebat.Iudæi fuerũt uel ſunt ſimiles Galilæis,nos ſimiles illis Samaritanis. Euangeliũ audiuimus,euangeliũ credidimus,euangelio cõſenſimus, per euangeliũ in Chriſtum credidimus, nulla ſigna uidimus, nulla exigimus.Quamuis enim unus ex duodecim electis & ſanctis,tamen Iſraëlita fuit de gente ſcilicet dñi,Thomas ille qui in loca uulnerum digitos cupiebat mittere,ſic eũ arguit dñs quomodo iſtũ regulum.Huic dixit,Niſi ſigna & prodigia uideritis nõ creditis:illi autem dixit,Quia uidiſti,credidiſti.Ad Galilæos uenerat poſt Samaritanos,qui ſermoni eius crediderũt, apud quos nulla miracula fecerat,quos firmos in fide ſecurus cito dimiſerat,quia diuinitatis præſentia nõ dimiſerat.Ergo qñ dicebat dñs Thomæ,Veni mitte manum tuã,& noli eſſe incredulus ſed fidelis,& cũ ille exclamaret tactis uulnerũ locis,& diceret,Dñs meus & deus meus:increpatur & dicitur ei,Quia uidiſti credidiſti.Quare? Niſi quia propheta in patria ſua honorem non habet. Quia uero apud alienige-

Ioan.20

A alienigenas propheta iſte honorem habet,quid ſequitur? Beati qui non uiderunt & crediderunt. Prædicti ſumus nos, & quod dñs ante laudauit, & in nobis implere dignatus eſt. Viderunt qui crucifixerunt,palpauerunt,& ſic pauci crediderunt:nos nõ uidimus,nõ contractauimus,audiuimus,credidimus, fiat in nobis, perficiatur in nobis beatitudo quã promiſit & hic, quia patriæ ipſius prælati ſumus, & in futuro ſeculo, quia pro ramis fractis inſerti ſumus.Hos enim ramos ſe fracturũ eſſe monſtrabat,& hunc oleaſtrum inſerturũ,quando commotus Centurionis fide,qui ei dixit,Non ſum dignus ut ſub tectum meum intres,ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus:nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus habens ſub me milites,& dico huic,uade & uadit:& alio,ueni & uenit:& ſeruo meo,fac hoc & facit.Cõuerſus ad eos qui ſe ſequebãtur, dixit,Amen dico uobis,non inueni tantã fidẽ in Iſraël.Quare non inuenit tantã fidem in Iſraël? Quia propheta in patria ſua honorẽ non habet. Nunquid nõ & illi Centurioni poterat dicere dñs, quod dixerat huic regulo,Vade, puer tuus uiuit.Videte diſtinctionem,regulus iſte dominũ ad domum ſuã deſcẽdere cupiebat:ille Cẽturio indignũ ſe eſſe dicebat.Illi dicebatur, Ego uenio & curabo eũ:huic dictum eſt,Vade filius tuus uiuit. Illi præſentiam ſuã promittebat,hunc uerbo ſanabat.Iſte tamen præſentiam ſuã extorquebat,ille ſe præſentia eius indignum eſſe dicebat: huic ſuccẽſum eſt elationi,illi cõſenſum eſt humilitati,tanc̃ huic diceret,Vade filius tuus uiuit, noli mihi tædium facere, Niſi ſigna & prodigia uideritis, nõ creditis.Præſentiam meã uis in domo tua, poſſum & uerbo iubere. Noli tu de ſignis credere, Centurio alienigena credidit me uerbo poſſe facere, & anteq; facerem credidit,uos niſi ſigna & prodigia uideritis,nõ creditis.Ergo ſi ita eſt,frangãtur ſupbi rami,humilis inſeratur oleaſter: manet tamen radix,illis præciſis, iſtis receptis.Vbi manet radix? In patriarchis. Etenim patria Chriſti populus Iſraël, quia ex eis uenit ſecundũ carnem. Sed huius arboris radix, Abraam,Iſaac,& Iacob,patriarchæ ſancti.Et ubi ſunt iſti? In requie apud deũ in honore magno,ut in Abraæ ſinum iuſtus ille

B pauper poſt corporis exitũ leuaretur,& in Abraæ ſinu de longinquo à ſuperbo diuite uideretur.Ergo radix manet, radix laudatur, ſed rami ſuperbi & prædidi & areſcere meruerunt: oleaſter autẽ humilis illorũ præciſione inuenit locũ.Audi ergo quẽadmodum prædidantur rami naturales,quẽadmodũ inſeratur oleaſter ex ipſo Cẽturione,quẽ propter comparationem huius reguli cõmemorandum putaui.Amen,inquit,dico uobis,nõ inueni tantã fidem in Iſraël.Propterea dico uobis, quia multi ab oriẽte & occidẽte uenient.Quàm latã terram occupauerat oleaſter.Amara ſylua,mũdus hic fuit.Sed propter humilitatẽ,nõ ſum dignus ut intres ſub tectum meũ.Multi ab oriente & occidẽte uenient.Et puta quia ueniẽt,quid de illis fiet? Si enim ueniẽt, iam præciſi ſunt de ſylua,ubi inſerẽdi ſunt ne areſcãt? Et recũbent, inquit,cũ Abraam & Iſaac & Iacob. In quo cõuiuio? Ne forte nõ inuites ad ſemper uiuendum,ſed ad multũ uiuendũ,recumbent cũ Abraam & Iſaac & Iacob. Vbi? In regno,inquit, cœlorum.Et quid erit de illis qui uenerũt de ſtirpe Abraæ? Quid fit de ramis quibus arbor plena erat? Quid,niſi quia præcidẽtur,ut iſti inſerãtur? Doce quia præcidẽtur:audi,Filij autem,inqt,regni ibunt in tenebras exteriores.Habeat ergo apud nos honorẽ propheta,quia non habuit honorẽ in patria ſua.Non habuit honorẽ in patria, in qua cõditus eſt:habeat honorẽ in patria quã condidit.In illa enim cõditus eſt cõditor omnium,conditus in illa eſt ſecundũ formam ſerui:nã ipſam ciuitatẽ in qua conditus eſt,ipſam Sion,ipſam Iudæorum gentem,ipſam Hieruſalem, ipſe cõdidit cum eſſet apud patrẽ uerbum dei:omnia enim per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil.De illo ergo homine de q̃ & hodie audiuimus, unus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus,etiã pſalmus prælocutus eſt, dicens, Mater Sion dicet homo.Quidã mediator dei & hominũ, homo mater Sion,dicet,Quare mater Sion dicet? Quia inde accepit carnem, inde uirgo Maria,de cuius utero forma ſerui ſuſcepta eſt, in qua dignatus eſt apparere humillimus. Mater Sion dicet homo, & homo iſte qui dicit mater Sion,factus eſt in ea,homo factus eſt in ea. Nã deus erat ante eã,& homo factus eſt in ea.Qui homo factus eſt in ea, ipſe fundauit eã altiſſimus,nõ humillimus.

Matth.8

Pſal.86

Homo factus est in ea humillimus, quia uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. Ipse fundauit eā altissimus, quia in principio erat uerbū, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbū: omnia per ipsum facta sunt. Quia uero cōdidit istā patriam, hic habeat honorem. Repulit eū patria in qua natus est: suscipiat eum patria, quam regenerauit. C

Ab eo quod scriptum est, Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, usq; ad id quod ait, Quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.

Tractatus XVII.

Cap. V

IRVM nō esse debet à deo factū miraculum: mirū enim esset si homo fecisset. Magis gaudere cp̄ mirari debemus, quia dñs noster & saluator Iesus Christus homo factus est, cp̄ q̄ diuina inter homines deus fecit. Plus est enim ad salutē nostram q̄ factus est propter homines, cp̄ quod fecit inter homines: & plus est q̄ uitia sanauit animarum nostrarū, cp̄ q̄ sanauit lāguores corporū mortuorum. Sed quia ipsa anima nec eū nouerat à quo sanāda erat, & oculos habebat in carne unde facta corporalia uideret, nondū habebat sanos in corde, unde deum latētem cognosceret, fecit quod uideri poterat, ut sanaretur unde uideri nō poterat. Ingressus est locū ubi iacebat magna multitudo languētium, cæcorum, claudorū, aridorū, & cū esset medicus & animarū & corporū, & qui uenisset sanare omnes animas creditorū, de illis languētibus unū elegit quē sanaret, ut unitatē significaret. Sed mediocri corde, & quasi humano captu & ingenio cōsyderemus facientē, & quod ad potestatē pertinet, nō magnū aliquid perfecit, & quod ad benignitatē, parū fecit. Tot iacebant, & unus curatus est, cū posset uno uerbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa, & benignitas illa magis agebat, quid animæ in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, cp̄ quid pro tēporali salute corpora mererētur? Corporū enim salus quæ uera expectatur à dño, erit in fine in resurrectione mortuorum: tunc quod uiuet, nō morietur: tūc quod sanabitur, nō ægrotabit: tūc quod satiabitur, nō esuriet neq; sitiet: tūc quod renouabitur nō ueterascet: nunc uero in illis factis dñi & saluatoris nostri Iesu Christi, & cæcorū aperti oculi, morte clausi sunt, & paralyticorū membra constricta, morte dissoluta sunt, & quicquid sanatū est temporaliter in mēbris mortalibus, in fine defecit. Anima uero quæ credidit, ad uitā æternā transitū fecit. Animæ ergo creditūræ cuius peccata dimittere uenerat, ad cuius languores sanādos se humiliauerat, de hoc languido sanato magnū signum dedit. Cuius rei & cuius signi profundum sacramētum, quantum dñs donare dignatur, attēdentibus uobis & orādo adiuuātibus infirmitatem nostrā, loquar ut potero. Quicqd aūt non possum, supplebit in uobis ipse, quo adiuuāte facio quod possum. De hac piscina quæ quinq; porticibus cingebatur, in quibus iacebat magna multitudo languentiū, assidue nos tractasse memini, & rem dicturus sum, quā mecū plures recognoscant potius cp̄ cognoscāt. Verū nihil est ab re etiā nota repetere, ut & qui nō nouerant, instruantur: & qui nouerant, confirmētur. Proinde tanq̄ nota breuiter perstringenda sunt, nō ocioſe inculcāda. Piscina illa & aqua illa, populum mihi uidetur significare Iudæorum. Significari Apoc. 17 enim nomine aquarū populum, aperte nobis indicat Apocalypsis Ioannis, ubi ei cū ostenderētur aquæ multæ, & interrogasset quid essent, respōsum accepit, populū esse. Aqua ergo illa, id est, populus ille quinq; libris Moysi, tanq̄ quinq; porticibus claudebatur. Sed illi libri prodebāt languidos, nec sanabant: lex enim peccatores cōuincebat, nō soluebat. Ideo littera sine gratia reos faciebat, quos cōfitentes gratia liberabat. Nā hoc dicit Apostolus, Si enim Gal. 3 data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo data est lex? sequitur & dixit, Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Quid euidentius? Nónne uerba hæc exposuerūt nobis & quinq; porticus, & languentiū multitudinē? Quinq; porticus lex est. Quare quinq; porticus nō sanabāt languētes? Quia si data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo cōtinebant, quos nō sanabāt? Quia cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide

A ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Quid ergo fiebat ut in aqua illa turbata sanarētur, qui in porticibus sanari non poterant? Subito enim uidebatur aqua turbata, & à quo turbabatur nō uidebatur. Credas hoc angelica uirtute fieri solere, non tamen sine significante aliquo sacramēto. Post aquam turbatam mittebat se unus qui poterat, & sanabatur solus: post illum quisquis se mitteret, frustra faceret. Quid sibi ergo hoc uult, nisi quia uenit unus Christus ad populum Iudæorum, & faciendo magna, docendo utilia, turbauit peccatores, turbauit aquam præsentia sua, & excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Si enim cognouissent, nunq̄ dominum gloriæ crucifixissent. Descendere ergo in aquam turbatam, hoc est humiliter credere in domini passionem: ibi sanabatur unus, significās unitatem. Postea quisquis ueniret, nō sanabatur, quia quisquis præter unitatem fuerit, sanari nō poterit. Videamus ergo quid uoluerit significare in illo uno, quem etiā ipse seruans unitatis mysterium, sicut prælocutus sum, de tot languentibus unum sanare dignatus est. Inuenit in annis eius numerum quendam languoris, Triginta & octo annos habebat in infirmitate.) Hic numerus quomodo magis ad languorem pertineat cp̄ ad sanitatem, paulo diligētius exponendum est. Intentos uos uolo, aderit dominus ut congrue loquar, & sufficienter audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadam perfectione commendatur. Notum esse arbitror charitati uestræ: testātur sæpissime diuinæ scripturæ: ieiunium hoc numero consecratum esse bene nostis: nā & Moyses quadraginta diebus ieiunauit, & Helias totidem, & ipse dñs noster & saluator Iesus Christus hunc ieiunij numerum impleuit. Per Moysen significatur lex, per Heliam significantur prophetæ, per dominum significatur euangelium. Ideo in illo monte tres apparuerūt, ubi se discipulis ostēdit in claritate uultus & uestis suæ. Apparuit enim medius inter Moysen & Heliam, tanq̄ euangelium testimonium haberet à lege & prophetis. Siue ergo in lege, siue in prophetis, siue in euāgelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio commēdatur. Ieiunium autē magnum & generale est, abstinere ab B iniquitatibus & illicitis uoluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium, ut abnegātes impietate & seculares cupiditates, temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quam mercedem addit Apostolus? Sequitur & dicit, Expectantes illam beatā spem & manifestationē gloriæ beati dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc seculo quasi quadragesimam abstinētiæ celebramus, cū bene uiuimus, cū ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinētia sine mercede nō erit, expectamus beatā illā spem & reuelationem gloriæ magni dei & saluatoris Iesu Christi. In illa spe, cū fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedē denarium. Ipsa enim merces redditur operarijs in uinea laborātibus secundū euangelium, quod uos credo reminisci: neq; enim omnia commemoranda sunt tanq̄ rudibus & imperitis. Denarius ergo qui accepit nomen à numero decem redditur, & coniunctus quadragenario fit quinquagenarius: unde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cū lætitia uero tanq̄ acceptam mercedem quinquagesimam post pascha. Nam huic tanq̄ salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis & felicitatis denarius ut quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse dñs Iesus multo apertius, quando post resurrectionem quadraginta diebus conuersatus est in terra cū discipulis suis, quadragesimo autē die cū ascendisset in cœlum, peractis decem diebus misit mercedem spiritussancti. Significata sunt ista, & quibusdā significationibus res ipsæ prænūtiæ sunt. Significationibus pascimur, ut ad res ipsas durātes peruenire possimus. Operarij enim sumus, & adhuc in uinea laboramus, finito die, finito opere, merces restituetur. Sed quis operarius perdurat ad percipiendā mercedē, nisi qui pascitur cum laborat? Nō enim & tu operario tuo mercedem solā daturus es: non enim afferes illi unde uires reparet in labore? Pascis utiq; cui mercedē daturus es. Proinde & nos dñs in istis scripturarū significationibus laborātes pascit: nam si ista intelligēdorum sacramentorū lætitia subtrahatur à nobis, deficimus in labore, & nō erit qui perueniet ad mercedem. Quomodo ergo quadragenario numero perficitur opus? Fortasse ideo, quia lex in decē præceptis data

est,& per totum mundum prædicanda erat lex: qui totus mundus quatuor partibus com- C
mẽdatur,oriente & occidẽte,meridie & aquilone:unde denarius per quatuor multiplicatus,
ad quadragenariũ peruenit:uel quia per euangelium quod quatuor libros habet,impletur
Matth.5 lex,quia in euangelio dictũ est,Non ueni soluere legẽ,sed adimplere.Siue ergo illa,siue ista
causa,siue alia aliqua probabiliore quæ nos latet,doctiores nõ latet, certũ est tamẽ quadra
genario numero significari quandã perfectionẽ in operibus bonis, quæ maxime opera bo
na exercẽtur in abstinentia quadam ab illicitis cupiditatibus seculi,hoc est,generali ieiunio.
Rom.15 Audi & Apostolum dicentẽ,Plenitudo legis charitas. Charitas unde? Per gratiam dei,per
spiritũsanctum. Nõ enim habemus illã ex nobis,quasi facientes illã nobis. Dei donũ est &
magnum donũ:quoniã charitas dei,inquit,diffusa est in cordibus nostris per spiritũsanctũ
qui datus est nobis. Charitas ergo implet legẽ,& uerissime dictũ est, Plenitudo legis chari
tas. Quæramus hanc charitatẽ,quemadmodũ commẽdatur à dño. Memẽtote quid propo
suerim,numerũ trigintaocto annorum in illo languido. Volo exponere quare numerus ille
trigesimus & octauus,languoris sit potius q̃ sanitatis. Ergo,ut dicebã,charitas implet legẽ.
Ad plenitudinẽ legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus. In charitate
autẽ duo præcepta nobis cõmendãtur. Intuemini obsecro & figite memoriæ quod dico,ne
sitis contẽptores uerbi,ne fiat anima uestra uia, ubi grana iactata nõ germinent:& uenient,
inquit,uolatilia cœli & colligent ea. Percipite & recõdite cordibus uestris:charitas præcepta
Matth.22 duo sunt à dño commẽdata, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima
tua,& ex tota mẽte tua:&,diliges proximum tuũ sicut teipsum:in his duobus præceptis to
ta lex pendet & prophetæ. Merito & illa uidua omnes facultates suas, duo minuta misit in
dona dei: merito & pro illo languido à latronibus sauciato,stabulario duos nummos ac
cepit unde sanaretur:merito apud Samaritanos biduum fecit Iesus,ut eos charitate firma
ret. Binario ergo isto numero cũ aliquid boni significatur, maxime bipertita charitas com
mendatur. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex nõ impletur D
nisi in gemino præcepto charitatis, quid miraris quia languebat, qui ad quadraginta duo
minus habebat? Videamus proinde iã quo sacramẽto iste languidus curetur à dño. Venit
enim ipse dñs,charitatis doctor,charitate plenus,breuiãs,sicut in illo prædictũ est,uerbum
super terrã,& ostẽdit in duobus præceptis charitatis pendere legẽ & prophetas. Inde ergo
pependit Moyses quadragenario suo,inde Helias cũ suo,hunc numerũ attulit dominus in
testimonio suo. Curatur iste languidus à præsente dño,sed prius quid ei dicit? Vis sanus
fieri?) Respõdit ille hominem se nõ habere,à quo in piscinã mittatur. Vere necessarius erat
illi homo ad salutẽ:sed homo ille qui & deus est. Vnus enim deus,unus & mediator dei &
hominum,homo Christus Iesus. Venit ergo homo qui erat necessarius, quare sanitas dif
fertur? Surge,inquit, tolle grabatum tuum & ambula,) Tria dixit,Surge,tolle grabatum
tuum,& ambula. Sed surge, non operis imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem
duo imperauit, tolle grabatum tuũ, & ambula. Rogo uos,cur non sufficeret,ambula? Aut
certe cur non sufficeret,surge? Neq; enim ille cum sanus surrexisset,in loco remãsisset:nónne
ad hoc surrexisset ut abiisset? Mouet ergo me etiã q̃ duo præcepit,qui illũ iacentẽ duobus
minus inuenit:tanq̃ enim duo quædã iubẽdo quod minus erat implcuit. Quomodo ergo
inueniamus in his duobus dñi iussis, duo illa præcepta significata esse charitatis? Tolle,in
quit,grabatum tuũ & ambula. Quæ sunt illa duo præcepta fratres,recolite mecum. Notissi
ma enim esse debent,nec modo tantũ uenire in mentẽ cũ cõmemorantur à nobis,sed deleri
nunq̃ debẽt de cordibus uestris. Semper omnino cogitate,diligendũ esse deũ & proximũ.
Deũ ex toto corde,ex tota anima,& ex tota mente:& proximũ tanq̃ teipsum. Hæc semper
cogitãda,hæc meditãda, hæc retinẽda,hæc agẽda,hæc implẽda sunt. Dei dilectio prior est
ordine præcipiẽdi,proximi autẽ dilectio prior est ordine faciẽdi. Neq; enim qui tibi præci
peret dilectionẽ istã in duobus præceptis,prius tibi cõmendaret proximum,& postea deũ:
sed prius deũ,postea proximũ. Tu autẽ quia deum nondũ uides,diligẽdo proximũ prome

reris

A reris quem uideas:diligẽdo proximum,purgas oculũ ad uidendum deum,euidẽter Ioanne
dicente,Si fratrem quẽ uides non diligis, deum quẽ non uides quomodo diligere poteris? 1.Ioan.4
Ecce dicitur tibi,dilige deum. Si dicas mihi,ostẽde mihi quem diligam:quid respõdebo nisi
quod ait ipse Ioannes? Deum nemo uidit unq̃. Et ne te alienũ omnino à deo uidendo esse Ioan.1
arbitreris,Deus,inquit,charitas est,& qui manet in charitate,in deo manet & deus in eo. Di
liges ergo proximũ: & intuere in te,unde diligis proximũ,ibi uidebis ut poteris deũ. Incipe
ergo diligere proximũ: Frange esurienti panem tuũ,& egenos sine tecto,induc in domũ tuã. Esaie 58
Si uideris nudũ,uesti, & domesticos seminis tui ne despexeris. Faciens autẽ ista quid conse
queris? Tunc erumpet uelut matutina lux tua. Lux tua deus est,tibi matutina,quia post no
ctem seculi tibi ueniet:nã ille nec orietur nec occidet,quia semper manet,Erit tibi matutinus
redeunti,qui tibi occasum fecerat pereunti. Ergo tolle grabatũ tuũ,mihi uidetur dixisse,dili
ge proximum tuum. Sed clausum est adhuc,& expositione indiget quãtum arbitror,quare
in tollendo grabato dilectio proximi commẽdatur:nisi forte hoc nos offendit,quia per gra
batum rem quandã stolidã & insensatam proximus commẽdatur. Nõ irascatur proximus,
si cõmendatur nobis per rẽ quæ sine anima & sine sensu est. Ipse dñs & saluator noster Iesus
Christus lapis angularis dictus est, ut duos conderet in se. Dictus est & petra unde aqua
profluxit,Petra autẽ erat Christus. Quid ergo mirũ,si petra Christus,lignum proximus?
Non tamen qualecunq; lignũ,quomodo nec illa qualiscunq; petra, sed unde aqua profluxerat sitiẽtibus. Nec qualiscunq; lapis,sed angularis,qui in semetipso copulauit duos parietes è diuerso uenientes:sic nec qualecunq; lignũ proximum acceperis,sed grabatũ portans.
Quid ergo in grabato obsecro te? Quid,nisi quia ille lãguidus grabato portabatur? Sanatus autẽ grabatũ portat. Quid dictũ est ab Apostolo? Inuicem onera uestra portate,& sic Gal.6
adimplebitis legẽ Christi. Lex ergo Christi charitas est,nec charitas impletur nisi inuicem
onera nostra portemus: Sufferẽtes,inquit,inuicem in dilectione,studẽtes seruare unitatem Ephes.4
B spiritus in uinculo pacis. Cum esses languidus,portabat te proximus tuus: sanus factus es,
porta proximum tuum. Inuicẽ onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic
adimplebis ô homo quod tibi deerat. Tolle ergo grabatum tuum, sed cũ tuleris,noli remanere:ambula, diligẽdo proximũ, & cutã habendo de proximo tuo. Iter agis,quò iter agis,
nisi ad dominum deum tuũ,ad eum quẽ diligere debemus ex toto corde,ex tota anima,ex
tota mẽte? Ad dominũ enim nondũ peruenimus, sed proximũ nobiscum habemus. Porta
ergo cum cũ quo ambulas, ut ad eũ peruenias,cũ quo manere desideras. Tolle ergo graba
tum tuũ & ambula. Fecit hoc ille, & scandalizati sunt Iudæi. Videbant enim hominem die
sabbati portãtem grabatum suũ,nec calũniabantur domino q̃ sanũ fecerat sabbato, ut eis
responderi posset, quia si cuiusq̃ eorum iumentum in puteum cecidisset, utiq; die sabbati
erueret illud,& saluaret iumentum suũ. Non utiq; iam illi obiiciebant q̃ die sabbati sana
tus esset homo,sed q̃ portaret grabatum suũ. Si sanitas nõ erat differẽda,nunquid & opus
fuerat imperandum? Non licet tibi,inquiunt,facere quod facis,tollere grabatum tuum.)
Et ille autorem sanitatis suæ obiiciebat calumniatoribus: Qui,inquit,me fecit sanum,ille
mihi dixit,Tolle grabatum tuum & ambula.)Non acciperem iussionem,à quo acceperam
sanitatem? Et illi, Quis est ille homo qui tibi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula?
Sed qui sanus erat factus nesciebat quis esset.)à quo hoc audierat. Iesus autem,)cum hoc
fecisset & iussisset, Declinauerat ab eo in turba.) Videte quẽadmodum & hoc impleatur.
Portamus proximum, & ambulamus ad deum, sed cum ad quem ambulamus, nondum
uidemus. Ideo & ille nondum nouerat Iesum:Sacramentum hoc commendatum est,quia
in eum credimus quem nondum uidemus. Et ut non uideamus,declinat in turba. Difficile
est in turba uidere Christum. Solitudo quædam necessaria est menti nostræ,quadam soli
tudine intentionis uidetur deus. Turba strepitum habet,uisio ista secretum desiderat. Tolle
grabatum tuum,porta portatus proximum tuũ,& ambula ut peruenias. Noli Iesum quæ
rere in turba,nõ est tanq̃ unus de turba. Præuenit omnem turbam, prior ascendit de mari

piſcis ille magnus(piſcem Chriſtum dixit)& in cœlis ſedet interpellans pro nobis. Tanc̃ ſa C
cerdos magnus unus intrauit in interiora ueli,turba foris ſtat. Ambula tu qui portas proxi
mum tuum,ſi didiciſti portare qui ſolebas portari. Deniq; modo nondũ noſti Ieſum,non
dum uides Ieſum. Quid poſtea ſequitur? Quoniam nõ deſtitit ille tollendo grabatũ ſuum
& ambulando. Vidit eum poſtea Ieſus in templo. In turba non eum uidit,in templo uidit.
Dominus quidem Ieſus & in turba eum uidebat & in templo:ille autem languidus Ieſum
in turba nõ cognouit,in templo cognouit. Peruenit ergo ille ad dominũ, uidit eum in tem
plo,uidit eũ in loco ſacrato,in loco ſancto. Et quid ab eo audit? Ecce iam ſanus factus es,
noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.) Tunc ille poſteac̃ uidit Ieſum & cognouit
Ieſum autorem ſanitatis ſuæ,non fuit piger in euangelizãdo quem uiderat: Abijt & nun
ciauit Iudæis,quia Ieſus eſſet, qui eum ſanum fecerat.) Ille annunciabat, & illi inſaniebant.
Ille ſalutem ſuã prædicabat,illi ſalutem ſuam non quærebant. Perſequebantur Iudæi do
minum Ieſum,quia hæc faciebat in ſabbato.)Quid ergo dominus modo reſpõdet Iudæis,
audiamus. De ſanis factis hominibus ſabbato, dixi quid ſoleat reſpondere, quia iumenta
ſua non contemnebant ſabbato uel liberando uel alendo. De portato grabato quid re
ſpondit? Manifeſtum opus corporale factum erat ante oculos Iudæorum, nõ ſanitas cor
poris,ſed operatio corporis,quæ non uidebatur ita neceſſaria quẽadmodum ſanitas. Aper
te ergo dominus dicat ſacramentum ſabbati, & ſignum obſeruandi unius diei ad tempus
datum eſſe Iudæis,impletionem uero ipſam ſacramenti in illo ueniſſe. Pater meus,inquit,
uſq; modo operatur & ego operor.) Miſit in eos magnum tumultum,aduẽtu domini tur
batur aqua: ſed qui turbat,latet, & tamen ſanandus eſt turbata aqua æger unus magnus,
paſſo domino totus mundus. Videamus ergo reſponſionem ueritatis. Pater meus,inquit,
uſq; modo opatur & ego operor. Falſò ergo dixit ſcriptura,quia deus requeuit ab omnibus
operibus ſuis in die ſeptimo? Et cõtra hanc ſcripturam per Moyſen miniſtratam,loquitur
dominus Ieſus, cũ ipſe dicat Iudæis, Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi,de me enim ille D
ſcripſit. Videte ergo ne aliquid uoluit ſignificari Moyſes, q̃ deus requieuit die ſeptimo:
non enim defecerat deus operando creaturam ſuam,& indigebat requie ſicut homo. Quo
modo defecerat qui uerbo fecerat? Tamen & illud uerum eſt,quia requieuit deus ab omni
bus operibus ſuis in die ſeptimo:& hoc uerum eſt, quod ait Ieſus, Pater meus uſq; modo
operatur & ego operor. Sed quis explicet uerbis,homo hominibus,infirmus infirmis,indo
ctus diſcere cupientibus, & forte ſi quid ſapit promere & explicare non ualens hominibus,
difficile forte capientibus, etiam ſi explicari poſſit quod capitur: Quis,inquam,fratres mei
explicet uerbis,quomodo deus & quietus operetur,& operãs quieſcat? Obſecro uos,ut hoc
uobis proficientibus differatis:uiſio enim iſta templum dei quærit,ſanctum locum quærit.
Portate proximum & ambulate,ibi eum uidebitis,ubi uerba hominum non quæratis. Hoc
forte potius dicere ualemus, quia & in eo q̃ deus in die ſeptimo requieuit,ipſum dominũ
ſaluatorẽ noſtrum Ieſum Chriſtum qui hæc loquebatur & dicebat, Pater meus uſq; modo
operatur & ego operor:magno ſacramento ſignificauit: quia & dominus Ieſus utiq; deus,
ipſe eſt enim uerbum dei,& audiſtis quia in principio erat uerbum,& non qualecunq; uer
bum,ſed deus erat uerbũ, & omnia per ipſum facta ſunt,forte ſignificatus eſt requieturus
in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis. Legite enim euãgelium,& uidete quanta opera
tus ſit Ieſus. Operatus eſt ſalutẽ noſtram in cruce,ut implerẽtur in eo omnia prædicta pro
phetarum. Coronatus eſt ſpinis, ſuſpẽſus eſt in ligno,dixit ſitio,accepit acetum in ſpongia,
Pſal. 68 ut impleretur quod dictum eſt, Et in ſiti mea potauerunt me aceto. At ubi impleta ſunt
omnia opera eius: ſexta ſabbati inclinato capite tradidit ſpiritum,& in ſepulchro ſabbato
requieuit ab omnibus operibus ſuis. Ergo tanc̃ diceret Iudæis, Quid expectatis ut non
operer ſabbato? Sabbati dies ad ſignificationem meã uobis præceptus eſt. Opera dei at
tenditis,ego ibi erã cum fierent,per me facta ſunt omnia. Ego noui,pater meus uſq; modo
operatur. Operatus eſt pater lucẽ,ſed dixit,ut fieret lux. Si dixit,uerbo operatus eſt. Verbũ

eius

A eius ego eram,ego ſum,per me factus eſt mundus in illis operibus,per me regitur mundus in iſtis operibus. Pater meus & tunc operatus eſt cum fecit mundum,& uſq; nunc operatur cũ regit mundũ:ergo & per me fecit cũ fecit,& per me regit cũ regit. Dixit hæc, ſed quibus? Surdis,cæcis,claudis,lãguidis,medicum nõ agnoſcẽtibus, & tanc̃ in phreneſi mẽte perdita occidere uolentibus. Proinde quid ſecutus euangeliſta dixit, Hinc ergo magis quærebant eum Iudæi interficere,quia nõ ſolum ſoluebat ſabbatũ,ſed & patrem ſuum dicebat deum.) Non quomodocunq;,ſed quid? Æqualem ſe faciens deo.) Nã omnes dicimus deo,Pater Matth. 6 noſter qui es in cœlis. Legimus & Iudæos dixiſſe,cũ tu ſis pater noſter. Ergo non hinc iraſce bantur,quia patrem ſuũ dicebat deum,ſed q̃ longe alio modo c̃ homines. Ecce intelligunt Iudæi quod non intelligunt Ariani. Ariani quippe inæqualem patri filium dicunt,& inde hæreſis pulſat eccleſiã. Ecce ipſi cæci,ipſi interfectores Chriſti,intellexerũt tamen uerba Chri ſti. Nõ eum intellexerũt eſſe Chriſtũ, nec eum intellexerũt filium dei:ſed tamen intellexerũt in illis uerbis,quia talis cõmendaretur filius dei,qui æqualis eſſet deo. Quis erat neſciebant, talem tamen prædicari agnoſcebãt, quia patrem ſuũ dicebat deum,æqualem ſe faciẽs deo. Nónne erat ergo æqualis deo? Non ipſe ſe faciebat æqualẽ deo,ſed ille illũ genuerat æqua lem. Si ſe ipſum faceret æqualem deo, caderet per rapinam: Qui enim ſe uoluit æqualem fa Eſa. 14 cere deo cũ non eſſet,cecidit, & ex angelo factus eſt diabolus:& hanc ſuperbiã homini pro pinauit,unde ipſe deiectus eſt:nã hoc dixit homini,cui ſtanti lapſus inuidit, Guſtate,& eri Gen. 3 tis ſicut dij,id eſt,uſurpatione rapite quod facti nõ eſtis,quia & ego rapiẽdo deiectus ſum. Non hoc prodebat,ſed hoc ſuadebat. Chriſtus autẽ æqualis patri natus erat,nõ factus,na tus de ſubſtãtia patris. Vnde illũ ſic commẽdat Apoſtolus,Quia cũ in forma dei eſſet,non Philip. 2 rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ deo. Quid eſt,non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo? Nõ uſurpauit æqualitatẽ dei,ſed erat in illa in qua natus erat:& nos ad æqualẽ deum quomodo perueniremus,ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens. Nõ ergo ſe exinani
B uit amittẽs quod erat,ſed accipiẽs quod nõ erat. Hãc formã ſerui cõtemnentes Iudæi, dñm Chriſtum æqualẽ patri intelligere nõ poterant,quamuis cũ hoc de ſe dicere minime dubita bant:& ideo ſæuiebãt,& adhuc tamen eos ille perferebat,& ſanitatẽ ſæuiẽtium requirebat.

Ab eo loco,ubi ait,Amen amen dico uobis,non poteſt filius à ſe facere quicq̃ ni
ſi quod uiderit patrem facientem, uſq; ad id,ubi ait, Pater enim diligit filium &
omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. Tractatus XVIII.

IOANNES euangeliſta inter conſortes & comparticipes ſuos alios euãgeliſtas, hoc præcipuum & propriũ donum accepit à domino,ſuper cuius pectus in con uiuio diſcumbebat,ut per hoc ſignificaret,quia ſecreta altiora de intimo pectore eius potabat,ut ea diceret de filio dei, quæ paruulorum mẽtes fortaſſis intentas excitare poſſint,implere autem nondum capaces non poſſint. Grandiuſculis autẽ quibuſq; mentibus,& ad ætatem quandã interius uirilem peruenientibus, dat aliquid uerbis his,quo & exerceãtur & paſcãtur. Audiſtis cum legeretur,& unde ſermo iſte uenerit meminiſtis. He ſterno enim die lectũ eſt,q̃ propterea uolebant Ieſum Iudæi interficere,quia non ſolũ ſolue bat ſabbatũ,ſed etiã patrem ſuũ dicebat deum, æqualẽ ſe faciens deo. Quod Iudæis diſpli cebat,hoc ipſi patri placebat. Hoc ſine dubio placebat etiã eis,qui honorificãt filiũ,ſicut ho norificant patrẽ,quia ſi eis nõ placeat,diſplicebunt: Non enim deus erit maior,quia placet tibi:ſed tu minor ſi diſplicet tibi. Aduerſus hanc autẽ eorũ calumniã uenientem uel de igno rantia uel de malicia loquitur dominus:nõ omnino q̃ capiant, ſed unde agitẽtur & contur bentur,& fortaſſe cõuerſi uel conturbati medicũ quærant. Dicebant autẽ quæ ſcriberentur, ut etiã à nobis poſtea legerentur. Videmus ergo quid in Iudæorũ cordibus factũ ſit,cum hæc audirent:quid in nobis fiat cũ hæc audimus,amplius cogitemus. Neq; enim natæ ſunt hæreſes, & quædã dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundũ præcipitan tia,niſi dũ ſcripturæ bonæ intelligũtur nõ bene,& quod in eis nõ bene intelligitur,etiã teme re & audacter aſſeritur. Itaq; chariſſimi,ualde caute hæc audire debemus, ad quæ capiẽda

paruuli

paruuli ſumus,& corde pio & cum tremore,ſicut ſcriptum eſt,hanc tenentes regulam ſanita C
tis,ut quod ſecundũ fidem qua imbuti ſumus,intelligere ualuerimus,tanq; de cibo gaudea/
mus:quod autem ſecundũ ſanam fidei regulã intelligere nõ poterimus, dubitationem aufe
ramus,intelligentiam differamus,hoc eſt,ut etiam ſi quid neſcimus, bonũ tamen & uerum
eſſe minime dubitemus.Et ego fratres qui ſuſcepi loqui uobis,cogitandus ſum à uobis qui
ſuſceperim, & quæ ſuſceperim . Suſcepi enim tractanda diuina homo,ſpiritalia carnalis,&
æterna mortalis.Etiã à me chariſſimi,longe ſit uana præſumptio,ſi uolo ſanus in domo dei
cõuerſari,quæ eſt eccleſia dei uiui,columna & firmamentũ ueritatis:pro modulo meo capio
quod uobis appono.Vbi aperitur,paſcor uobiſcũ: ubi clauditur, pulſo uobiſcum.Cõmoti
ſunt ergo Iudæi & indignati ſunt:merito quidem,q; audebat homo æqualem ſe facere deo:
ſed ideo immerito , quia in homine non intelligebant deum. Carnem uidebant,deũ neſcie
bant:habitaculum cernebant, habitatorem ignorabant:caro illa templum erat, deus inha/
bitabat intus. Nõ ergo Ieſus carnem æquabat patri,nõ formam ſerui domino cõparabat:
non quod factũ eſt propter nos , ſed quod erat quando fecit nos . Quis nanq; ſit Chriſtus
(catholicis loquor)noſtis,quia bene credidiſtis:non uerbum tantũ,nec caro tantum,ſed uer/
bum caro factũ eſt,ut habitaret in nobis.Recenſete de uerbo quod noſtis,In principio erat
uerbum,& uerbũ erat apud deum,& deus erat uerbũ:hic æqualitas cũ patre . Sed uerbum
caro factum eſt,& habitauit in nobis:hac carne minor eſt patre. Ita pater & æqualis & ma/
ior:æqualis uerbo, maior carne:æqualis ei per quem fecit nos , maior eo qui factus eſt pro/
pter nos.Ad hanc regulã ſanam catholicam,quã præcipue noſſe debetis, quam tenere qui
noſtis,à qua prorſus fides ueſtra labi nõ debet,quæ nullis hominũ argumentis extorquen
da eſt cordi ueſtro,ut dirigamus ea quæ intelligimus,& quæ forte nõ intelligimus dirigẽda
ad hãc regulam,quando q; differamus cũ idonei fuerimus. Nouimus ergo æqualem patri
filium dei,quia nouimus in principio deum uerbum. Quid ergo Iudæi uolebãt cum interfi
cere? Quia non ſolum ſoluebat ſabbatum , ſed & patrem ſuum dicebat deum,æqualem ſe D
faciens deo,uidentes carnem,nõ uidentes uerbum.Loquatur ergo & cõtra eos uerbum per
carnem,& interior habitator ſonet per habitaculum ſuum,ut qui poteſt,nouerit quis intus
habitet.Quid ergo eis dicit? Reſpondit itaq; Ieſus & dixit eis,) commotis q; æqualem ſe
faceret deo. Amen amen dico uobis,non poteſt filius à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit
patrem faciẽtem.)Ad hæc quid reſponderint Iudæi,ſcriptum non eſt,& fortaſſe tacuerunt.
Quidam tamen qui Chriſtianos ſe haberi uolunt,non tacent, & quodammodo ex his uer
bis concipiunt quædam dicenda contra nos:quæ contemnenda non ſunt & propter ipſos
& propter nos . Ariani quippe hæretici dicentes, non per carnem ſed ante carnem,filium
ipſum qui ſuſcepit carnem, minorem eſſe q̃ pater eſt, & non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ,cuius
pater eſt,capiunt ex his uerbis cauſam calumniæ , & reſpondent nobis,Videtis quia domi/
nus Ieſus cum animaduerteret Iudæos ex hoc moueri, q; patri deo æqualem ſe faceret, &
talia uerba ſubiunxit, ut ſe æqualem non eſſe monſtraret: mouebantur enim Iudæi,aiunt,
aduerſus Chriſtum , quia æqualem ſe faciebat deo, & uolens eos corrigere ab hoc motu
Chriſtus, & eiſdem monſtrare filium nõ eſſe æqualem patri,id eſt, æqualem deo,ait,quaſi
dicens,Quid iraſcimini,quid indignamini,non ſum æqualis,quia nõ poteſt filius à ſe facere
quicq̃,niſi quod uiderit patrem facientem.Qui enim nõ poteſt,inquiunt,facere à ſe quicq̃
niſi quod uiderit patrem facientem,utiq; minor eſt,non æqualis.In hac regula cordis ſui di
ſtorta & praua, hæreticus audiat nos nondum obiurgantes, ſed adhuc quaſi quærentes,&
explicet nobis quod ſentit. Puto enim ô quiſquis ille eſt,faciamus eum tãquam præſentem
adeſſe,Tenes nobiſcum,quia in principio erat uerbum? Teneo,inquit:&,quia uerbum erat
apud deum? Et hoc, inquit, teneo,Sequere ergo,& hoc fortius tene, quia deus erat uerbũ.
Et hoc,inquit,teneo:ſed ille deus maior,ille deus minor.Iam neſcio quid paganum redolet.
cum Chriſtiano me loqui arbitrabar.Si eſt deus maior & deus minor,duos deos colimus.
non unum deum.Quare,inquit,& tu non duos deos dicis æquales ſibi? Hoc ego nõ dico.

Æqualita/

A Æqualitatem enim iſtam ſic intelligo, ut ibi intelligam etiam indiuiduam charitatem:& ſi
indiuiduam charitatem,perfectam unitatem. Si enim charitas quã miſit hominibus deus,
de multis hominũ cordibus fecit cor unũ, & multas hominum animas fecit animã unam:
ſicut de credentibus ſeſeq; inuicem diligentibus ſcriptum eſt in actibus apoſtolorum,Erat Act.4
illis anima una & cor unum in deum. Si ergo anima mea & anima tua cum idem ſapimus
nosq; diligimus,fit anima una:quanto magis pater deus & filius deus,in fonte dilectionis
deus unus eſt? Verum ad hæc uerba quibus commotum eſt cor tuum,intẽde,& recole me/
cum quod de uerbo requirebamus. Si iam tenemus,deus erat uerbum, adiungo illud,quia
cum dixiſſet, Hoc erat in principio apud deum : continuo ſubiecit euangeliſta,Omnia per
ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Nunc te quærẽdo exagito,nunc te contra me
moueo,& te cõtra te interpello. Tene tantum memoriter iſta de uerbo,Quia deus erat uer/
bum:&,omnia per ipſum facta ſunt. Audi iam uerba quibus commotus es, ut minorem di
ceres filium:nempe quia dixit, Non poteſt filius à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit patrem
facientem. Ita,inquit,expone mihi paululum,ſic quãtum opinor intelligis,quoniã quædam
facit pater,filius autẽ attendit quemadmodum facit pater, ut poſſit & ipſe ea facere,quæ ui
derit patrem faciẽtem. Duos quaſi fabros conſtituiſti, ita patrẽ & filium,ut etiã magiſtrum Similitudo.
& diſcipulum:quomodo ſolent patres fabri docere filios ſuos artem ſuam.Ecce deſcẽdo ad
carnalem ſenſum tuum,ita interim cogito ut tu : uideamus ſi cogitatio hæc noſtra inueniat
exitum ſecundũ illa, quæ iã de uerbo pariter locuti ſumus,pariterq; ſentimus,quia deus uer
bum,& omnia per ipſum facta ſunt. Pone igitur patrem tanq; fabrum, quædam opera fa
cientem,filium autẽ tanq; diſcipulum, qui nõ poteſt facere quicq̃ niſi quod uiderit patrem
faciẽtem:intẽdit enim quodammodo in manus patris, ut quomodo uiderit eum fabricare,
ſic & ipſe tale aliquid fabricet in operibus ſuis. Sed pater iſte omnia illa quæ facit, & uult ut
attendat eum filius, & talia & ipſe faciat per quem facit . Eia nunc eſt ut aſſis ſententiæ tuæ
B priori, quam mecum recenſuiſti, mecumq; tenuiſti, quia in principio uerbum, & apud de/
um uerbum,& deus uerbum,& omnia per ipſum facta ſunt. Tu ergo cum mecum tenueris,
quia per uerbũ facta ſunt omnia , rurſum carnali ſapore & puerili motu facis tibi in animo
deum facientem, & uerbum attendentem,ut cum fecerit deus,faciat & uerbum.Quid enim
fecit deus præter uerbum? Si enim facit, nõ omnia per uerbum facta ſunt,perdidiſti quod
tenebas. Si autẽ omnia per uerbum facta ſunt, corrige quod male intelligebas.Fecit pater,
& non fecit niſi per uerbum.Quomodo attẽdit uerbum ut uideat patrem facientẽ ſine uer/
bo,quod ſimiliter faciat uerbum? Quicquid fecit pater,per uerbũ fecit,aut falſum eſt,omnia
per ipſum facta ſunt : ſed uerum eſt,omnia per ipſum facta ſunt.Parum fortaſſe tibi uide/
batur,Et ſine ipſo factũ eſt nihil.Recede ergo ab iſta carnis prudentia,& quæramus quem/
admodum dictum ſit, Nõ poteſt filius à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit patrẽ facientem.
Quæramus,ſi digni ſumus qui apprehẽdamus.Fateor enim,magna res eſt,ardua omnino,
uidere facientẽ patrem per filium,nõ ſingula opera facientem patrẽ & filium,ſed quodlibet
opus patrẽ per filiũ,ut nulla opera fiãt uel à patre ſine filio,uel à filio ſine patre:quia omnia
per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil . Quibus in fundamento fidei firmiſſime
conſtitutis,iam quale eſt uidere, quia nõ poteſt filius à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit pa
trem faciẽtem? Quæris,ut opinor,noſſe filiũ facientem:quære prius noſſe filium uidentem.
Certe quid enim ait? Non poteſt filius à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit patrẽ facientem.
Intende quod dixit,niſi quod uiderit patrem facientem.Præcedit uiſio,& ſequitur effectio:
uidet enim ut faciat:Tu quid quæris iam noſſe quomodo faciat,dum nondũ ſcias quomo
do uideat? Quid curris ad id quod poſterius eſt, relicto quod prius eſt? Videtem ſe dixit
& facientem,non facientem & uidentem,quia nõ poteſt à ſe facere quicq̃,niſi quod uiderit
patrem facientẽ. Vis ut explicem tibi quomodo faciat? Tu mihi explica quomodo uideat.
Si hoc tu explicare non potes,nec ego illud:ſi hoc tu percipere nondum es idoneus,nec ego
illud. Vterq; ergo noſtrum quærat, uterq; pulſet, ut uterq; accipere mereatur. Quid quaſi

doctus

doctus calumniaris indocto? ego ad faciendũ, tu ad uidendum, ambo indocti à magistro C
quæramus, nõ in schola eius pueriliter litigemus. Tamen simul iam didicimus, quia omnia
per ipsum facta sunt. Ergo manifestum est, quia nõ alia opera facit pater, quæ uideat filius,
ut & ipse faciat similia, sed eadẽ opera facit pater per filium, quia omnia per uerbum facta
sunt. Iam quomodo faciat deus quis nouit? Non dico quomodo fecerit mũdum, sed quo-
modo fecerit oculum tuum, cui carnaliter inhærens, uisibilia inuisibilibus comparas. Talia
enim de deo cogitas, qualia his oculis uidere cõsuesti. Si autẽ istis oculis uideri posset deus,
Matth.5 non diceret, Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. Ergo habes oculum corporis ad
uidendum fabrum, sed nondum habes oculum cordis ad uidẽdum deum: ideo quod soles
uidere in fabro, transferre uis in deum. Pone in terra terrena, sursum cor. Quid ergo fratres
charissimi? Explicaturi sumus nos quod interrogauimus, quomodo uideat uerbũ, quomo
do pater uideatur à uerbo, quid sit uidere uerbi? Non sum tam audax, tam temerarius, ut
hoc me explicare pollicear uobis. Vtcunq; suspicor modulum uestrum, noui tamen meum.
Si ergo placet, nõ diutius immoremur, percurramus lectionem, & uideamus uerbis domini
turbari corda carnalia: ad hoc turbari, ne in eo quod tenent, remaneãt. Extorqueatur tanq;
puerile ludicrum, nescio quid, quo se male auocant, ut possint inferi utiliora grandioribus,
ut possint proficere qui repebãt in terra. Surge, quære, suspira, anhela desiderio, & ad clausa
pulsa. Si autem nondum desideramus, nondum inhiamus, nondũ suspiramus, margaritas
quibuscunq; proiecturi sumus, aut margaritas qualescunq; nosipsi inuenturi sumus? No-
uerim ergo charissimi desiderium in corde uestro: mores perducunt ad intelligentiã: genus
uitæ perducit ad genus uitæ. Alia uita terrena, alia uita cœlestis: alia uita pecorum, alia uita
hominum, alia uita angelorum. Vita pecorũ, terrenis uoluptatibus æstuat, sola terrena con-
quirit, in hæc prona atq; proiecta est: uita angelorũ sola cœlestia: uita hominum media est
inter angelorum & pecorum. Si uiuit homo secundũ carnem, pecoribus cõparatur: si uiuit
secundũ spiritum, angelis sociatur. Quando secundũ spiritum uiuis, quære etiã in ipsa ange D
lica uita, utrum paruus an grandis sis. Si enim adhuc paruus es, dicũt tibi angeli, crescẽ: nos
panem manducamus, tu lacte nutrire, lacte fidei, ut peruenias ad cibum spei. Si autẽ adhuc
inhiatur sordidis uoluptatibus, si adhuc fraudes cogitantur, si mẽdacia nõ uitantur, si men
dacia periurijs cumulantur, tam immũdum cor audet dicere, Explica mihi, quomodo uidet
uerbum? etiã si possim, etiã si iam uideam. Porrò autẽ si forte ego non sum in his moribus,
& tamen ab ista uisione longe sum: quantum ille qui nondũ isto superno desiderio rapitur,
terrenis desiderijs prægrauatur? Multum interest inter aduersantem & desiderantem: &
iterum multum interest inter desiderantem & fruentem. Viuis ut pecora, aduersaris: angeli
perfruuntur. Tu autem si non uiuis ut pecora, iam nõ aduersaris. Desideras aliquid & non
capis, inchoasti ipso desiderio uitã angelorum: crescat in te & perficiatur in te, & capias hoc
non à me, sed ab illo qui & me fecit & te. Tamen nõ utcunq; nos dimisit & dominus qui uo
luit intelligi: quia in eo quod dixit, Non potest filius à se facere quicq;, nisi quod uiderit pa
trem facientem, nõ alia opera pater facit quæ uideat filius, & alia filius cum uiderit patrem
facientem, sed eadem opera ipsa & pater & filius. Secutus enim ait, Quæcunq; ille fecerit,
hæc & filius similiter facit.) Non cum ille fecerit, alia filius similiter facit: sed quæcunq; ille fe
cerit, hæc & filius similiter facit. Si hæc facit filius quæ fecerit pater, per filiũ facit pater. Si per
filium facit quæ facit pater, non alia pater, alia filius facit, sed eadẽ opera sunt patris & filij.
Et quomodo eadẽ facit & filius, & eadem & similiter? Ne forte eadẽ sed dissimiliter: eadem
inquit, & similiter. Et quomodo possit eadem non similiter: accipite exemplum, quod puto
ad uos non sit grande. Cũ scribimus litteras, facit eas primo cor nostrum, & deinde manus
nostræ. Certe unde omnes acclamastis, nisi quia cognouistis certum esse quod dixi, & mani
festum omnibus nobis? Litteræ fiunt primo à corde nostro, deinde à corpore nostro. Ma-
nus seruit imperãti cordi, easdem litteras facit & cor & manus. Nunquid alias cor, alias ma
nus? Nam aliud est cor, aliud est manus. Easdem quidẽ facit manus, sed non similiter. Cor
enim

A enim nostrum facit eas intelligi inuisibiliter: manus autem uisibiliter. Ecce quomodo fiunt ea
dem & dissimiliter. Vnde parum fuit domino dicere, quæcunq; pater fecerit, hæc & filius fa-
cit, nisi adderet, & similiter. Quod si enim hoc modo intelligeres, quomodo quæcunq; cor fa
cit, hæc & manus facit, sed nõ similiter. Hic uero addidit, hæc & filius similiter facit. Si & hæc
facit & similiter facit, expergiscere, erigatur Iudæus, credat Christianus, conuincatur Aria-
nus hæreticus, æqualis est patri filius. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei
quæ ipse facit.) Ecce est illud, demõstrat, cui? Vtiq; quasi uidenti. Redimus ad id quod expli
care non possumus, quomodo uerbũ uideat. Ecce homo factus est per uerbũ: sed homo ha- Roma. 12.
bet oculos, habet aures, habet manus, diuersa mẽbra in corpore. Per oculos potest uidere,
per aures potest audire, per manus operari: diuersa membra, diuersa membrorum offi-
cia: non potest illud membrum quod potest alterum, tamen propter corporis unitatem,
oculus & sibi & auri uidet, & auris sibi & oculo audit. Nunquid tale aliquid in uerbo arbi-
trandum est esse, quoniam omnia per ipsum? & dixit scriptura in psalmo, Intelligite qui in Psalm.93
sipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem nõ audiet, aut qui
finxit oculũ non consyderat? Si ergo finxit oculum uerbũ, si plantauit aurem uerbũ, quia o-
mnia per uerbũ, non possumus dicere, non audit uerbũ, non uidet uerbũ, ne obiurget nos
psalmus & dicat, Stulti aliquãdo sapite. Itaq; si audit uerbum & uidet uerbũ, audit filius &
uidet filius. Nunquid tamen & in ipso diuersis locisquæsituri sumus oculos & aures? Aliun
de audit, aliunde uidet, & auris eius non potest quod oculus: & oculus non potest quod po
test auris? An totus ille uisus est, & totus auditus? Forte ita, imò non forte, sed uere ita, dum
tamen & ipsum eius uidere, & ipsum eius audire, longe alio modo quàm nostrũ sit: & uidere
& audire simul in uerbo est, nec aliud ibi est audire, & aliud uidere, sed auditus uisus, & uisus
auditus. Et nos qui aliter audimus, aliter uidemus, hoc unde nouimus? Redimus forte ad
nos, si non sumus præuaricatores, quibus dictũ est, Redite præuaricatores ad cor, redite ad Esaie 46
B cor: qd itis à uobis, & peritis à uobis? quid itis solitudinis uias? Erratis uagãdo, redite, quò?
ad dominũ: cito est: primo redi ad cor tuũ, exul à te uagaris foris: teipsum non nosti, & quæ
ris à quo factus es: redi redi ad cor, tolle te à corpore. Corpus tuũ habitatio tua est: cor tuũ
sentit etiam per corpus tuum: sed corpus tuum non quod cor tuum: dimitte corpus tuum,
redi ad cor tuũ. In corpore tuo inuenichas alibi oculos, alibi aures, in corde tuo nũquid hoc Luc.8
inuenis? an in corde nõ habes aures: de quibus ergo dominus dicebat, Qui habet aures au- Ephe.1
diendi audiat: an in corde nõ habes oculos? Vnde dicit Apostolus, Illuminatos oculos cor
dis uestri: Redi ad cor, uide ibi qd sentias forte de deo quia ibi est imago dei. In interiore ho
mine habitat Christus, in interiore homine renouaris ad imaginẽ dei, in imagine sua cogno
sce autorem eius. Vide quemadmodũ omnes corporis sensus cordi intrò nuncient id, quod
senserint foris. Vide quàm multos ministros habeat unus interior imperator, & quid apud
se etiã sine his ministris agat. Renunciant oculi cordi alba & nigra, renunciant aures eidem
cordi canora & dissona. Renunciant nares eidẽ cordi odora & putentia. Renunciant gustus
eidem cordi amara & dulcia. Renunciant tactus eidẽ cordi lenia & aspera. Renunciat sibi
ipsum cor iusta & iniusta. Cor tuũ & uidet & audit, & cætera sensibilia dijudicat, & quò non
aspirant corporis sensus, iusta & iniusta, mala & bona discernit. Ostẽde mihi oculos, aures,
nares cordis tui. Diuersa sunt quæ ad cor tuum referuntur, & diuersa ibi membra non inue
niuntur. In carne tua alibi audis, alibi uides: in corde tuo ibi audis, ubi uides. Si hoc imago,
quanto potentius ille cuius est imago? Ergo & audit filius & uidet filius, & ipsa uisio & audi
tio filius: & hoc est illi audire quod esse, profecto & hoc est illi uidere quod esse. Tibi nõ hoc
est uidere quod esse, quia & si perdas uisum, potes esse: & si perdas auditum, potes esse. Pu-
tamús ne pulsauimus? Erectum est aliquid in nobis quod uel tenuiter suspicemur, unde lu-
men ueniat nobis: puto fratres, quia cum loquimur ista, & cum meditamur, exercemus nos.
Et cum exercemus nos in ipsis, & rursus quasi reflectimur pondere nostro ad ista consueta,
tales sumus quales lippientes, cum producuntur ad uidendum lumen, si forte antea uisum

omnino non habebant, & incipiunt eundem uiſum per diligentiam medicorum utcunque reparare,& cum probare uult medicus quantum ſalutis eis acceſſerit,tentat & eis oſtendere quod uidere deſiderant,& non poterant cum cæci eſſent, & redeunte iam utcunq; acie oculorum,producuntur ad lumen.Et cum uiderint fulgorem,in ipſo reuerberantur quodãmodo,& reſpondẽt medico demonſtranti,Iam iam uidi,ſed uidere non poſſum. Quid ergo facit medicus, Reuocat ad ſolita & addit collyriũ,ut ad illud quod uiſum eſt,& uideri non poteſt,deſideriũ nutriat,& ex ipſo deſiderio curetur plenius,& ſi qua mordacia reparãdæ ſanitati adhibentur,fortiter ferat,ut amore illius lucis accẽſus dicat ſibi, Quando erit ut illud ſit mis oculis uideam,quod ſaucijs infirmiſq; nõ potui? Vrget medicũ,& rogat ut curet. Ergo fratres,ſi forte tale aliquid factum eſt in cordibus ueſtris,ſi utcunq; erexiſtis cor ueſtrum ad uidendum uerbum,& ipſius luce reuerberati ad ſolita recidiſtis, rogate medicum ut adhibeat collyria mordacia,præcepta iuſtitiæ.Eſt quod uideas,ſed non eſt unde uideas. Nõ mihi antea credebas,quia eſt quod uideas,duce quadam rationis adductus es:propinquaſti,intendiſti,palpitaſti,refugiſti.Scis certe eſſe quod uideas,ſed idoneũ nõ te eſſe qui uideas.Ergo curare.Quæ ſunt collyria? Noli mẽtiri,noli periurare,noli adulterari,noli furari,noli fraudare.Sed conſueſti,& cum aliquo dolore à cõſuetudine reuocaris, hoc eſt quod mordet,ſed ſanat: nã dico tibi liberius ex timore & meo & tuo,ſi curari reſtiteris, & eſſe idoneus ad perfruendum hac luce neglexeris,ualetudine oculorum tuorum tenebras amabis, & amãdo tenebras,in tenebris remanebis,& remanendo in tenebris,etiã in tenebras exteriores proijcieris:ibi erit fletus & ſtridor dentiũ.Si nihil in te faciebat amor lucis,faciat timor doloris.Sufficienter me locutũ arbitror,& lectionem tamen euangelicam non finiui. Si dicam reliqua, onerabo uos,& timeo ne etiam quod hauſtum eſt effundatur.Sufficiant ergo iſta charitati ueſtræ. Debitores ſumus,non nunc,ſed ſemper quandiu uiuimus, quia propter uos uiuimus:ueruntamen uitam noſtram iſtã infirmã,laborioſam,periculoſam,in hoc mundo cõſolamini bene,uiuendo.Nolite nos contriſtari & atterere malis moribus ueſtris. Cũ enim offendimur mala uita ueſtra,ſi refugiamus à uobis,& ſeparemus nos à uobis, & ad uos nõ accedamus, nónne conqueremini et dicetis, & ſi languebamus curaretis, & ſi infirmabamur uiſitaretis? Ecce curamus,ecce uiſitamus, ſed non nobis fiat quomodo audiſtis ab Apoſtolo,Timeo ne ſine cauſa laborauerim in uos.

Matth.24

Ab eo quod ſcriptum eſt,Non poteſt à ſe filius facere quicquã,niſi quod uiderit patrem facientẽ,uſq; ad id quod ait,Quia non quæro uoluntatem meam,ſed uoluntatem eius qui miſit me. Tract. XIX.

SErmone priſtino quantum noſtrum mouit affectum,& intelligendi pauperta tem,locuti ſumus ex occaſione uerborum euangelicorum ubi ſcriptum eſt, Nõ poteſt filius à ſe facere quicquam,niſi quod uiderit patrem facientem.Quid ſit uidere filij,hoc eſt uidere uerbi,quia filius uerbum,&quia per uerbũ facta ſunt omnia,quomodo poſſit intelligi,quod uideat filius primo patrem facientem,tunc demum & ipſe faciat quæ facta conſpexerit, cum pater nihil niſi per filium fecerit: omnia enim per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil.Non tamen explicatũ aliquid diximus, quia nec explicatum aliquid intelleximus.Aliquando enim ſermo deficit,ubi etiã intellectus proficit:quanto magis ſermo patitur defectionẽ,quando intellectus non habet perfectionem? Nũc itaq; quantũ dominus donat,breuiter percurramus lectionẽ, & uel hodie expleamus debitum penſum.Si quid forte remanſerit uel temporis uel uirium,retractabimus ſi potuerimus,quantum & à nobis & apud uos fieri poteſt.Quid ſit uidere uerbi,demonſtrari uerbo non poteſt: omnia quippe dicta ſunt hic, quæ ſi intelligantur ſecundum humanũ ſenſum carnaliter,nihil aliud nobis facit anima plena phãtaſmatis,niſi quaſdam imagines uelut duorum hominum patris & filij,unius oſtendentis,alterius uidentis:unius loquentis,alterius audientis,quæ omnia idola cordis ſunt.Quæ ſi iam deiecta ſunt de tẽplis ſuis, quanto magis deijcienda ſunt de cordibus Chriſtianis? Non poteſt,inquit,à ſe facere quicquã niſi

niſi quod uiderit patrem facientem. Verum eſt hoc,tenete hoc: dum tamen non amittatis, quod in ipſius euangelij exordio tenuiſtis,quia in principio erat uerbũ,&uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum,& præcipue quia omnia per ipſum facta ſunt. Quod nũc enim audiſtis,coniungite illi auditui,& utrunq; concordet in cordibus ueſtris. Sic itaq; non poteſt filius à ſe facere quicquam,niſi quod uiderit patrem facientem, ut tamẽ pater ea quæ facit non faciat niſi per filiũ:quia filius eius eſt uerbũ, & in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum,quia omnia per ipſum facta ſunt. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.) Nõ alia ſed hæc,non diſſimiliter ſed ſimiliter. Pater enim diligit filium,& omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.) Ad hoc quod ſupra dixit, Niſi quod uiderit patrem facientem, uidetur pertinere, & quod omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.Sed ſi pater demonſtrat quæ facit,nec filius poteſt facere niſi pater demonſtrauerit:pateréq; demonſtrare non poteſt niſi fecerit,conſequens erit ut non per filium faciat omnia pater.Porrò ſi fixum atq; inconcuſſum tenemus,quia per filium omnia pater facit, antequàm faciat demonſtrat filio, ut filius demonſtrata faciat: quæ demonſtrata iam facta ſunt, aliquid proculdubio pater ſine filio fecit: ſed non facit pater aliquid ſine filio, quia filius dei uerbum dei eſt,& omnia per ipſum facta ſunt.Remanet igitur fortaſſe,ut quæ pater facturus eſt,demonſtret facienda ut per filium ſint facta: nam ſi filius ea facit quæ pater facta demonſtrat, non utiq; per filium facit.Monſtrari enim non poſſent filio niſi facta:filius facere non poſſet,niſi monſtrata fuerint:ergo ſine filio facta? Sed uerum eſt, omnia per ipſum facta ſunt:ergo antequàm facta,monſtrata ſunt. Sed hoc diximus differendum eſſe, quo redeundum ſit,percurſa lectione,ſi ut diximus, aliquid uel temporis uel uiriũ nobis remanſerit,ad ea quæ diſtulimus retractãda.Amplius audite & difficilius. Et maiora his,inquit, demonſtrabit ei opera,ita ut uos miremini.)Maiora his,quibus maiora? Facile occurrit his quæ modo audiſtis,curationibus languorũ corporaliũ.De iſto eñ qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & Chriſti uerbo ſanatus eſt,nata eſt huius occaſio tota ſermonis.Et propter hoc dominus dicere potuit,maiora his demonſtrabit ei opera, ut uos miremini.Sunt enim opera maiora quàm iſta,& demonſtrabit ea pater filio. Non demonſtrauit ei tanquam de præterito,ſed demonſtrabit de futuro,hoc eſt demonſtraturus eſt.Rurſus difficilis oritur quæſtio.Eſt enim aliquid apud patrem quod filio nõdum demonſtratũ ſit: & aliquid apud patrem quod adhuc latebat filium,quando iſta filius loquebatur.Si eñ demonſtrabit,hoc eſt demonſtraturus eſt,nondum demonſtrauit,& filio tunc demonſtraturus eſt quando & iſtis:ſequitur enim,ita ut uos miremini. Et hoc difficile eſt uidere,quomodo tanquam temporaliter filio coæterno aliquid demonſtret æternus pater omnia ſcienti,quæ ſunt apud patrem.Quæ ſunt tamen illa maiora? Hoc enim forte facile eſt intelligere. Sicut enim pater,inquit,ſuſcitat mortuos & uiuificat:ſic & filius quos uult uiuificat.) Maiora enim ſunt opera mortuos ſuſcitare,quàm languidos ſanare.Sed ſicut reſuſcitat pater mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat. Alios ergo pater,alios filius, ſed omnia per ipſum.Ipſos itaq; filius quos & pater:quia nõ alia,nec aliter,ſed hæc & filius ſimiliter facit.Ita planè intelligendum eſt & ita tenendum:ſed mementote quia filius quos uult uiuificat.Tenete hic ergo nõ ſolum poteſtatem filij,uerumetiam uoluntatem, & filius quos uult uiuificat,& pater quos uult uiuificat,& ipſos filius quos & pater: ac per hoc eadem patris & filij poteſtas eſt & uoluntas.Quid eſt ergo quod ſequitur? Neq; enim pater iudicat quenquam,ſed iudicium omne dedit filio,ut omnes honorificent filium,ſicut honorificant patrem.)Quod ita ſubiunxit tanquam rationem reddens ſuperioris ſentẽtiæ:multum mouet,intenti eſtote.Filius quos uult uiuificat,pater quos uult uiuificat.Filius ſuſcitat mortuos, ſicut pater ſuſcitat mortuos:neq; enim pater iudicat quenquam .Si in iudicio ſuſcitãdi ſunt mortui,quomodo pater ſuſcitat mortuos,ſi non iudicat quenquam? Omne quippe iudiciũ dedit filio: in illo autem iudicio ſuſcitantur mortui, & reſurgent alij ad uitam æternam, alij ad pœnam. Quod totum ſi filius facit, pater autem ideo non facit, quia pater non iudicat

quenquã, sed omne iudicium dedit filio, contrariũ uidebitur ei quod dictũ est: Sicut pater C
suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat: simul ergo suscitãt. Si simul susci-
tant, simul uiuificant, simul ergo iudicant: quomodo itaq; uerum est, Neq; enim pater iudi
cat quenq;, sed omne iudicium dedit filio? Moueant interim propositæ quæstiones, præsta
bit dominus ut solutæ delectẽt. Ita est fratres, Omnis quæstio nisi intentum fecerit propositi-
ta, non delectabit exposita. Sequatur ergo ipse dominus, ne forte in his quæ subnectit, ape
riat se aliquantum. Subtexit enim nubilo lucẽ suã, & difficile est aquilæ more uolare super
omnẽ nebulam qua tegitur omnis terra, & uidere in uerbis domini syncerissimã lucẽ. Ne for
te ergo calore radiorum suorum discutiat caliginem nostram, & aliquantulũ se in cõsequen-
tibus aperire dignetur, dilatis istis sequentia uideamus. Qui non honorificat filium, non
honorificat patrem qui misit illum.) Hoc uerum est & planũ est, Omne quippe iudiciũ de-
dit filio, sicut supra dixit, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Quid si in
ueniuntur qui patrem honorificant, & non honorificant filium? Nõ potest, inquit, fieri, qui
non honorificant filium, non honorificant patrem qui misit illum. Non potest ergo dicere
aliquis, Ego patrem honorificabam, quia filium non nouerã: si nondum filium honorifica-
bas, nec patrem honorificabas. Quid est ergo honorificare patrẽ, nisi quòd habeat filium?
Aliud est enim cum tibi cõmendatur deus quia deus est: & aliud est, cum tibi cõmendatur
deus quia pater est. Cum tibi quia deus est cõmendatur, creator tibi commẽdatur, omnipo
tens tibi commendatur, spiritus quidem summus, æternus, inuisibilis, incommutabilis tibi
commendatur. Cum uero tibi, quia pater est, cõmendatur, nihil tibi aliud quàm & filius cõ-
mendatur: quia pater dici non potest, si filium non habet: sicut nec filius, si patrem nõ habet.
Sed ne forte quidem patrem honorifices tanquam maiorem, filium uero tanquã minorẽ,
ut dicas mihi, honorifico patrem: scio enim quod habeat filium, & non erro in patris nomi-
ne, non enim patrem intelligo sine filio: honorifico tamen & filium tanquam minorem, cor
rigit te ipse filius & reuocat te dicens, ut omnes honorificent filium, non inferius, sed sicut ho D
norificant patrem. Qui ergo non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illũ.
Ego, inquis, maiorem honorem uolo dare patri, minorem filio. Ibi tollis honorẽ patri, ubi
minorem das filio. Quid enim aliud tibi uidetur ita sentienti, nisi quia pater æqualem sibi
filium generare, aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Nõ ergo
uides, quia ita sentiendo ubi maiorem honorem uis dare patri, ibi es contumeliosus in pa-
trem? Proinde sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem, si uis honorificare & pa
trem & filium. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meũ audit & credit ei qui misit
me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit à morte in uitam.) Non nũc
transit, sed iam transijt à morte in uitam. Et hoc attendite, qui uerbum meum audit: & non
dixit, & credit mihi, sed credit ei qui me misit. Verbum ergo filij audiat, ut patri credat. Qua
re uerbum audit tuum, & credit alteri? Nónne cum uerbum alicuius audimus, eidẽ uerbum
proferenti credimus, loquenti nobis fidem accommodamus? Quid ergo uoluit dicere, qui
uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia uerbum eius est in me? Et quid est,
audit uerbum meum, nisi audit me? Qui credit mihi, & credit ei qui misit me, quia cum illi
credit, uerbo eius credit: cum autem uerbo eius credit, mihi credit: quia uerbum patris ego
sum. Pax ergo in scripturis, & omnia disposita, nequaquam rixantia. Tu abijce litem cordis
tui, intellige concordiam scripturarum: nunquid contraria sibi diceret ueritas, Qui audit, in-
quit, uerbum meum, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non ue-
nit, sed transit à morte ad uitã? Meministis quod superius posueramus, quia sicut pater su-
scitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Incipit iam aperire se & loqui de re-
surrectione mortuorum, & ecce resurgunt mortui, Qui enim uerbum meum audit, & credit
ei qui misit me, habet uitam æternã, & in iudicium nõ uenict. Proba quia resurrexit, sed tran
sit, inquit, à morte ad uitam. Qui transijt à morte ad uitam, nullo dubitãte utiq; resurrexit.
Non enim transiret de morte ad uitam, nisi primo esset in morte, & non esset in uita: cum

autem

A autem transierit, erit in uita, nõ erit in morte. Mortuus ergo erat & reuixit, perierat & inuen-
tus est. Fit proinde iam quædã resurrectio, & transeũt homines à morte quadam ad quan-
dam uitam: à morte infidelitatis, ad uitam fidei: à morte falsitatis, ad uitam ueritatis: à mor
te iniquitatis, ad uitam iustitiæ. Est ergo & ista quædam resurrectio mortuorum. Aperiat il
lam plenius, & dilucescat nobis ut cœpit. Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc
est.) Nos expectamus in fine resurrectionem mortuorum, nam ita credimus. Imò nõ expe-
ctamus: sed planè expectare debemus, neque enim falsum credimus in fine mortuos resur-
recturos. Cum ergo uellet dominus noster Iesus insinuare nobis quandã resurrectionem
mortuorum, ante resurrectionem mortuorum, nõ sicut Lazari, uel filij illius uiduæ, uel filiæ
archisynagogi, qui resurrexerunt morituri, nam & ipsorũ mortuorũ quædã resurrectio fa-
cta est ante resurrectionẽ mortuorum: sed sicut hic dicit, Habet, inquit, uitã æternã, & in iudi
ciũ non uenit, sed transit à morte ad uitam. Ad quam uitã? ad æternã: non autẽ sicut corpus
Lazari: transijt enim & ille à morte sepulchri ad uitã hominum, sed non ad æternã, iterum
moriturus: resurrecturi autem in fine seculi mortui, in uitam æternam transibũt. Cum ergo
uellet dominus noster Iesus Christus magister cœlestis, uerbum patris & ueritas demõstra
re nobis quandã resurrectionem mortuorum in æternam uitam, ante resurrectionem mor-
tuorum in æternam uitam, Venit hora inquit, tu proculdubio imbutus fide, resurrectionis
carnis expectabas horam illã finis seculi, diem iudicij, quam ne in isto loco expectares, addi
dit, & nunc est. Quod ergo dicit, Venit hora, non dicit de illa hora nouissima, ubi in iussu et
uoce archangeli, & in tuba dei dominus ipse descendet de cœlo, & mortui in Christo resur-
gent primi, deinde nos uiuentes qui reliqui sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus ob-
uiam Christo in aëra, & ita semper cum domino erimus. Et ueniet hora illa, sed nõ est nũc.
Hora uero ista quæ sit, aduertite. Venit hora & nunc est. Quid in ea fit? Quid nisi resurre-
ctio mortuorum? Et qualis resurrectio? Vt qui resurgunt, in æternum uiuant? Hoc erit &
B nouissima hora. Quid igitur, quomodo intelligemus duas istas resurrectiones? Nunquid
forte qui nunc resurgunt, tunc non resurgent, ut aliorũ fiat tunc resurrectio, aliorum nunc?
Non est ita, nam ista resurrectione si recte credidimus, resurreximus: & nosipsi qui iam re-
surreximus, alteram in fine resurrectionem expectamus. Sed & nunc in æternã uitam resur-
reximus, si in fide ipsa perseueranter manemus: & tunc in æternam uitam resurgemus, quan
do angelis coæquabimur. Ipse ergo distinguat, ipse aperiat quod loqui ausi sumus, quomo
do fiat resurrectio ante resurrectionem, nõ aliorum & aliorum, sed eorundem: nec talis qua
lis Lazari, sed in uitam æternã. Aperiet planè. Audite diluescentem magistrum, & illaben-
tem cordibus nostris solem nostrum, non quem desiderant oculi carnis, sed cui æstuant ape
riri oculi cordis. Ipsum ergo audiamus, Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nũc est,
quando mortui. Videte exprimi resurrectionem. Quando mortui audient uocẽ filij dei,
& qui audierint uiuent.) Quare addidit, qui audierint uiuent? Possent enim audire nisi ui-
uerent? Sufficeret ergo, Venit hora & nunc est, quando mortui audiẽt uocem filij dei. Iam
nos si intelligeremus uiuentes eos, quando nisi uiuerent, audire nõ possent: non, inquit, quia
uiuunt audiunt, sed audiendo reuiuiscunt. Audient, & qui audierint uiuent. Quid est ergo
audiẽt, nisi obaudiẽt? Quantũ enim pertinet ad auris auditũ, nõ omnes qui audiẽt uiuent:
multi enim audiunt & non credũt. Audiẽdo & non credẽdo non obaudiũt, nõ obaudiẽdo
nõ uiuent. Itaq; hic, qui audiẽt, nihil est aliud quàm qui obediẽt. Qui ergo obedierint uiuẽt,
certi sunt, securi sunt, uiuẽt. Prædicatur Christus uerbum dei, filius dei, per quem facta sunt
omnia, certe dispensationis gratia, assumpta carne natus ex uirgine, infans in carne, iuuenis
in carne: patiens in carne, moriens in carne: resurgens in carne, ascendens in carne: promittẽs
resurrectionem carni, promittẽs resurrectionem menti: menti ante carnem, carni post men-
tem. Qui audit & obaudit uiuet: qui autem audit & non obaudit, id est qui audit & conte-
mnit, audit & non credit, non uiuet. Quare non uiuet? quia non audit. Quid est non audit?
non obaudit. Ergo qui audierint, uiuent. Attende nunc quid dixeramus differendum, ut

k 3 nunc

nũc ſi fieri potuerit aperiatur. Subiecit continuo de hac ipſa reſurrectione. Sicut enim pa C
ter habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo.) Quid eſt, habet
uitam pater in ſemetipſo? Non alibi habet uitam, ſed in ſemetipſo: uiuere quippe ſuum in
illo eſt & non aliunde. Et non alienum eſt, non quaſi mutuatur uitam, nec quaſi particeps
ſit uitæ, eius uitæ quæ non eſt quod ipſe: ſed habet uitã in ſemetipſo, ut ipſa uita ſibi ſit ipſe.
Si potuero adhuc modicum quid inde dicere exẽplis propoſitis ad intelligentiam ueſtram
informandam, domino adiuuante potuero, & pietate intẽtionis ueſtræ. Viuit deus, uiuit &
anima: ſed uita dei immutabilis eſt, uita animæ mutabilis eſt. Deus nec proficit nec deficit,
ſed eſt ipſe ſemper in ſe, eſt ita ut eſt, non aliter nunc, aliter poſtea, aliter antea: animæ uero
uita, ualde aliter atq; aliter. Viuebat ſtulta, uiuit ſapiẽs: uiuebat iniqua, uiuit iuſta. Nũc me
minit, nunc obliuiſcitur: nunc diſcit, nunc diſcere nõ poteſt. Nunc perdit quod didicerat, nũc
recipit quod amiſerat. Mutabilis uita animæ, & cũ uiuit anima in iniquitate, mors eius eſt,
Cum autem fit iuſta, fit particeps alterius uitæ, quæ non eſt quod ipſa: erigendo ſe quippe
Roma.4 ad deum & inhærendo deo, ex illo iuſtificatur. Dictum eſt enim, Credenti in eum qui iuſti
ficat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam. Deficiendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad
illum fit iuſta. Nónne uidetur tibi quaſi aliquid frigidum, igni admotum ferueſcere, remo
tum ab igne torpeſcere? Nónne uidetur tibi quiddã tenebroſum, admotum luci clareſcere,
remotum à luce nigreſcere? Tale quiddam eſt anima, nõ tale aliquid deus. Poteſt & homo
dicere habere ſe lucem nunc in oculis ſuis? Dicãt ergo quaſi quadã uoce propria oculi tui ſi
poſſunt, Habemus lucem in nobiſipſis. Contrà dicitur, non proprie dicitis, habere uos lucẽ
in uobiſipſis: habetis lucem, ſed in in cœlo. Habetis lucem, ſi forte nox eſt, ſed in luna, in lu
cernis, non in uobiſipſis: nam clauſi amittitis, quod aperti percipitis. Non in uobiſipſis ha
betis lucem, ſole occidente tenete lucem ſi poteſtis. Nox eſt, & lumine nocturno perfruimi
ni: ſubducta lucerna tenete lucem. Cum uero ſubducta lucerna in tenebris remaneatis, non
lucem in uobiſipſis habetis. Hoc eſt ergo habere lucem in ſemetipſo, non indigere luce D
ex altero. Ecce ubi ſi quis intelligat, oſtendit filium æqualem patri, ubi ait, Sicut habet pa
ter uitã in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitã habere in ſemetipſo.) Vt hoc ſolũ interſit inter pa
trem & filium, quia pater habet uitam in ſemetipſo, quam nemo ei dedit. Filius autẽ habet
uitam in ſemetipſo quam pater dedit. Sed etiam hic oritur aliquod nubilum diſcutiẽdum.
Non deficiamus, intenti ſimus: paſcua mentis ſunt, nõ faſtidiamus ut uiuamus. Ecce, inquis,
fateris ipſe, quòd uitam filio pater dedit, ut habeat eam quidem in ſemetipſo, ſicut habet pa
ter uitã in ſemetipſo. Nõ indiget ille, nõ indigeat & iſte: ut ſit ille uita, ſit & iſte, & utrũq; con
iunctum una uita, non duæ: quia unus deus, non duo dij, & hocipſum ſit eſſe uitam. Quo
modo ergo dedit filio uitam pater? Non ſic quaſi ante fuerit filius ſine uita, atq; ut uiueret à
patre accepit uitam: nam ſi hoc eſſet, non haberet uitam in ſemetipſo. Ecce de anima loque
bar. Eſt anima, etſi non ſit ſapiens, etſi non ſit iuſta, anima eſt: etſi non ſit pia anima eſt. Ali
ud illi ergo eſt eſſe animam: aliud uero, eſſe ſapientem, eſſe iuſtam, eſſe piã. Eſt ergo aliquid
quòd nondum eſt ſapiens, nondum iuſta, nondum pia, non tamen nihil eſt, nõ tamen nul
la uita eſt: nam ex operibus quibuſdam ſuis oſtendit ſe uiuam, etſi non ſe oſtendit ſapien
tem, piam iuſtam. Niſi enim uiueret, corpus nõ moueret pedibus greſſum, manibus opus,
oculis intuitum, auribus auditum, nõ aperiret os ad uocem, linguam ad diſtinctionem uo
cum non moueret. His itaq; operibus uiuere ſe oſtẽdit, & eſſe aliquid quod ſit corpore me
lius. Sed nunquid his operibus, ſapientem, piam, iuſtam ſe oſtẽdit? Nónne ambulant, ope
rantur, uident, audiunt, loquuntur & ſtulti, & impij, & iniuſti? Cum uero ſe erigit ad aliquid
quod ipſa nõ eſt, & quod ſupra ipſam eſt, & à quo ipſa eſt: percipit ſapientiam, iuſtitiã, pie
tatem, ſine quibus cum eſſet, mortua erat, nec uitam habebat qua ipſa uiueret, ſed qua cor
pus uiuificaret. Aliud eſt enim in anima unde corpus uiuificatur, aliud unde ipſa uiuifica
tur. Melius quippe eſt quàm corpus, ſed melius quàm ipſa eſt deus. Eſt ergo ipſa etiam ſi
ſit inſipiẽs, iniuſta & impia, uita corporis. Quia uero uita eius eſt deus, quomodo cum ipſa
eſt in

A eſt in corpore, præſtat illi uigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum: ſic cum uita
eius deus in ipſa eſt, præſtat illi ſapientiam, pietatem, iuſtitiam, charitatem. Aliud eſt ergo
quod præſtatur corpori de anima: aliud, quod præſtatur animæ de deo. Viuificat & uiuifi
catur: mortua uiuificat, ſed ipſa non uiuificatur. Veniente itaq; uerbo & infuſo audientibus
factiſq; illis non ſolum audientibus, ſed etiam obediẽtibus, reſurget anima à morte ſua ad
uitam ſuam, hoc eſt, ab iniquitate, ab inſipientia, ab impietate ad deum ſuum, qui eſt illi ſa
pientia, iuſtitia, charitas. Reſurgat ad illum, illuminetur ab illo. Accedite, inquit, ad deum. Et pſal.33
quid nobis erit? Et illuminamini. Si ergo accedẽdo illuminamini, & recedẽdo tenebramini,
nõ erat in uobis lumen ueſtrum, ſed in deo ueſtro. Accedite ut reſurgatis: ſi receſſeritis mo
riemini. Si ergo accedendo uiuitis, recedendo moriemini, non erat in uobis uita ueſtra: Ipſa
eſt enim uita ueſtra, quæ eſt lux ueſtra. Quoniam apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo ui pſal.35
debimus lumen. Non ergo ſicut anima aliquid aliud eſt antequàm illuminaretur, & fit me
lius cum illuminatur participatione melioris: ita & uerbum dei, filius dei, aliquid aliud erat
antequàm acciperet uitam, ut participando habeat uitam, ſed uitam habet in ſemetipſo, ac
per hoc ipſe eſt ipſa uita. Quid ergo ait, dedit filio uitam habere in ſemetipſo: Breuiter dixe
rim, genuit filium. Neq; erat ſine uita, & accepit uitam, ſed naſcendo uita eſt. Pater uita eſt
non naſcendo: filius uita eſt naſcendo. Pater de nullo patre, filius de deo patre. Pater quod
eſt, à nullo eſt, quod autem pater eſt, propter filium eſt. Filius uero & quod filius eſt propter
patrem eſt, & quod eſt, à patre eſt. Et hoc ergo dixit, uitam dedit filio, ut haberet eam in ſe
metipſo, tanquam diceret, Pater qui eſt uita in ſemetipſo, genuit filium qui eſſet uita in ſe
metipſo. Pro eo enim quod genuit, uoluit intelligi dedit, tanquam ſi cuiquam diceremus, de
dit tibi deus eſſe. Cui dedit? Sí alicui iam exiſtẽti dedit eſſe, non ei dedit eſſe, quia erat ante
quàm ei daretur qui poſſet accipere. Cum ergo audis, dedit tibi eſſe, non eras qui acciperes,
& exiſtendo accepiſti ut eſſes. Dedit ſtructor domui huic ut eſſet, ſed quid ei dedit? Vt do
B mus eſſet. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit? ut domus eſſet. Quomodo potuit dare
domui ut domus eſſet? Etenim ſi domus erat, cui daretur ut domus eſſet, quando iam do
mus erat? Quid eſt ergo, dedit ei ut domus eſſet? Fecit ei ut domus eſſet. Quid ergo filio de
dit? Dedit ei ut filius eſſet. Genuit ut uita eſſet, hoc eſt, dedit habere ei uitam in ſemetipſo
ut eſſet uita, non egens uita, ne participando intelligatur habere uitam. Si enim participan
do haberet uitam, non in ſemetipſo, poſſet & amittendo eſſe ſine uita: hoc in filio ne accipi
as, ne cogites, ne credas. Manet ergo pater uita, manet & filius uita. Pater uita in ſemetipſo,
non à filio: filius uita in ſemetipſo, ſed à patre. A patre genitus ut eſſet uita in ſemetipſo: pa
ter uero non genitus, uita in ſemetipſo, nec minorem filium genuit, qui creſcẽdo fieret æqua
lis. Non enim ad ſui perfectionem adiutus eſt tempore, per quem perfectũ creata ſunt tem
pora. Ante omnia tẽpora patri coæternus eſt: nõ enim unq; pater ſine filio. Æternus autem
pater eſt, ergo coæternus & filius. Quid tu anima? Mortua eras, amiſeras uitam, audi patrẽ
per filium, ſurge, recipe uitam, ut in eo recipias uitam quã nõ habes in te, qui habet uitam in
ſemetipſo. Viuificat ergo te pater & filius, & agitur prima reſurrectio, quando reſurges ad
participandã uitã quod tu non es, & participando efficeris uiuens. Reſurge à morte tua ad
uitam tuam, qui eſt deus tuus, & tranſi à morte in uitam æternam. Habet enim uitam æter
nam pater in ſemetipſo, & niſi filium talem generaret qui haberet uitam in ſemetipſo, non
ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uellet uiuificaret. Quid ergo de illa
reſurrectione corporis? Nam & iſti qui audiunt & uiuunt, unde niſi audiendo uiuunt?
Amicus enim ſponſi ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem ſponſi, non
propter uocem ſuam, hoc eſt participando, non exiſtendo audiunt & uiuunt: & omnes
qui audiunt uiuunt, quia omnes qui obediunt uiuunt. Dic aliquid domine etiam de re
ſurrectione carnis: fuerunt enim qui eã negarẽt, & dicerent, quia iſta ſola eſt reſurrectio, quæ
fit per fidẽ: cuius reſurrectionis modo dominus fecit cõmemorationem, & inflãmauit nos,
quia quidam mortui audiunt uocẽ filij dei & uiuent. Non eorũ qui audierint alij morietur,

alij uiuent, ſed omnes qui audierint uiuent, quia omnes qui obedierint uiuent. Ecce uide/
mus reſurrectionem mentis, non ergo amittamus de fide reſurrectionem carnis. Et niſi tu C
domine Ieſu dixeris eam, quē opponemus contradictoribus? Omnes enim ſectæ quæ ſe
aliqua religione hominibus inſerere præſumpſerunt, non negauerūt iſtā mentiū reſurrecti/
onem, ne diceretur eis: ſi non reſurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere uis? Si
non facis ex deteriore meliorē, quare mihi loqueris? Si non facis ex iniquo iuſtū, quare mi/
hi loqueris? Si autem facis ex iniquo iuſtum, & ex impio piū, & ex ſtulto ſapientē, & fateris
reſurgere animā meā, ſi tibi obtemperauero, ſi tibi credidero. Volētes ergo ſibi credi omnes
qui inſtituerunt alicuius etiā falſæ religionis ſectam, negare iſtā mentiū reſurrectionē non
potuerunt, omnes de illa conſenſerunt. Sed multi carnis reſurrectionem negauerūt, dixerūt
2. Tim. 2 in fide iam factā eſſe reſurrectionem. Talibus reſiſtit Apoſtolus dicens, Ex quibus eſt Hy/
menæus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes reſurrectionem iam factam
eſſe, & fidem quorundam ſubuerterunt. Iam factam eſſe reſurrectionem dicebant, ſed eo
modo ut alia non ſperaretur, & reprehendebant homines, qui ſperabant reſurrectionē car/
nis, uelut iam reſurrectio quæ promiſſa erat, credendo impleretur in mente. Reprehēdit eos
Apoſtolus, Cur eos reprehendit? Nónne hoc docebant quomodo dominus loqueba/
tur, Venit hora & nunc eſt, quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent?
Sed de uita mentium loquor adhuc: ait tibi Ieſus, Nondum loquor de uita corporum, ſed
loquor de uita uitæ corporum, id eſt, de uita animarum, in quibus eſt uita corporum: nam
ſcio eſſe corpora in monumentis iacentia, ſcio & corpora ueſtra in monumentis futura. Nō
dum de illa reſurrectione loquor. De iſta loquor, de iſta reſurgite, ne ad pœnam in illa reſur
gatis. Sed ut noueritis, quia de illa loquor, quid addo? Sicut enim habet pater uitā in ſe/
metipſo: ſic dedit & filio habere uitā in ſemetipſo.) Hæc uita quod pater eſt, quod filius eſt,
ad quid pertinet, ad animam, an ad corpus? Nō enim uitam illam ſapientiæ ſentit corpus,
ſed mens rationalis. Nam nec omnis anima poteſt ſentire ſapientiam: habet enim & pecus
D
animam, ſed pecoris anima non poteſt ſentire ſapientiam. Ergo anima humana poteſt ſen
tire iſtam uitam quam habet pater in ſemetipſo, & dedit filio uitam habere in ſemetipſo,
quia illud eſt uerum lumen quod illuminat non omnem animā, ſed omnē hominem ueni/
entem in hunc mundū. Cum enim ipſi menti loquor, audiat, id eſt obediat & uiuat. Noli ita
que domine tacere de reſurrectione carnis, ne non eā credant homines, & remaneamus nos
argumentatores, non prædicatores. Ergo ſicut habet pater uitam in ſemetipſo: ſic dedit & fi
lio habere uitam in ſemetipſo. Intelligant qui audiunt, credant ut intelligant, obediant ut ui
uant. Audiant adhuc aliud, ne hic finitam eſſe reſurrectionem putent. Et dedit ei poteſta
tem & iudicium facere.) Quis dedit? pater. Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere uitam in
ſemetipſo, & poteſtatem dedit ei & iudicium facere. Quia filius hominis eſt.) Iſte enim
Chriſtus, & filius dei, & filius hominis eſt. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud de
um, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Ecce quomodo dedit ei uitam
habere in ſemetipſo. Sed quia uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis, ex uirgine
Maria homo factus, filius hominis eſt. Proinde quia filius hominis eſt, quid accepit? Pote/
4. ſen. di. 48. c. ſed cum ſtatem & iudicium facere. Quod iudicium? In fine ſeculi, & ibi erit reſurrectio mortuorum,
ſed corporū. Animas ergo ſuſcitat deus: per Chriſtum filium dei: corpora ſuſcitat deus per
eundē Chriſtū filiū hominis. Dedit ei poteſtatē. Hanc poteſtatē non haberet niſi acciperet,
& eſſet homo ſine poteſtate: ſed ipſe eſt filius hominis, qui & filius dei. Hærēdo enim ad uni
tatē perſonæ filius hominis filio dei, facta eſt una perſona, eadēq; filius dei quæ & filius ho
minis. Quid aūt propter qd habeat dinoſcendū eſt. Filius hominis habet animā, habet cor
pus: filius tamē dei q; eſt uerbū dei, habet hominē, tanq; anima corpus. Sicut anima habēs
corpus nō facit duas perſonas, ſed unū hominē: ſic uerbū habēs hominē, nō facit duas per/
ſonas ſed unū Chriſtū. Quid eſt homo? Anima rationalis habēs corpus: qd eſt Chriſtus?
Verbū dei habēs hominē. Video de quibus rebus loquar, & quid loquar, & qbus loquar.
Nūc

A Nunc audite reſurrectionem corporum non me, ſed dominū locuturum, propter eos qui re
ſurrexerunt ſurgendo à morte, inhærendo uitæ. Cui uitæ? Quæ non nouit mortem. Quare
non nouit mortem? quia neſcit mutabilitatem. Quare neſcit mutabilitatem? quia uita eſt in
ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis eſt. Quod iudiciū,
& quale iudicium? Nolite mirari hoc,) quia dixi, dedit ei poteſtatem & iudicium facere.
Quia uenit hora.) Non addidit, & nunc eſt. Ergo horam quandam uult inſinuare in fi/
ne ſeculi. Hora autem nunc eſt ut reſurgant mortui, hora erit in fine ſeculi ut reſurgant mor
tui. Sed reſurgunt nunc in mente, tunc in carne. Reſurgunt nunc in mente, per uerbum dei fi
lium dei: reſurgent tunc in carne, per uerbum dei carnem factū filiū hominis. Neq; enim ad
iudicium uiuorum & mortuorū pater ipſe uenturus eſt, nec tamen recedit à filio pater. Quo
modo ergo non ipſe uenturus eſt? quia non ipſe uidebitur in iudicio. Videbunt in quē pu/
pugerunt. Forma illa erit iudex, quæ ſterit ſub iudice: illa iudicabit quæ iudicata eſt: iudica/
ta enim inique, iudicabit iuſte. Veniet ergo forma ſerui, & ipſa apparebit: etenim forma dei
quomodo apparebit iuſtis & iniuſtis? Nam ſi iudicium non fieret niſi inter ſolos iuſtos, ap
pareret tanquam iuſtis forma dei. Quia uero iudicium futurum eſt iuſtorum & iniquorū,
nec licet ut iniqui uideant deum, Beati enim mundo corde, quia ipſi deum uidebunt: talis Matth. 5
apparebit iudex, qualis uideri poſſit & ab eis quos coronaturus eſt, & ab eis quos damnatu
rus eſt. Forma ergo ſerui uidebitur, occulta erit forma dei. Occultus erit in ſeruo filius dei, &
apparebit filius hominis, quia poteſtatē dedit ei & iudiciū facere, quia filius hominis eſt. Et
quia ipſe ſolus apparebit in forma ſerui: pater aūt non apparebit, quia non eſt indutus for/
ma ſerui: ideo ſuperius ait, Pater non iudicat quenquā, ſed omne iudiciū dedit filio. Bene er/
go dilatū eſt, ut ipſe eſſet expoſitor qui propoſitor: ſuperius enim occultū erat: nunc autē, ut
arbitror, manifeſtū eſt, quia dedit ei poteſtatē & iudiciū facere, quia pater non iudicat quen
quam, ſed omne iudiciū dedit filio, quia iudiciū per illā formā futurū eſt, quā non habet pa
ter. Et quale iudiciū? Nolite mirari hoc, quia uenit hora, non ea quæ nunc eſt, ut reſurgant
B animæ: ſed quæ futura eſt, ut reſurgant corpora. Expreſſius hoc dicat, ut calumniā hæreticus
negator reſurrectionis corporis non inueniat, quanq; iam intellectus eluceſcat. Cū ſuperius
dictū eſt, uenit hora: addidit, & nūc eſt. Modo autē, uenit hora: nō addidit, & nūc eſt. Tamē
omnes † cauſas, omnes clauiculas calumniarū, omnes nodos laqueorū aperta ueritate dirū/ al's, anſas
pat. Nolite mirari hoc, quia uenit hora In qua omnes qui in monumentis ſunt.) Quid eui
dentius, quid expreſſius? Corpora ſunt in monumētis: animæ non ſunt in monumentis, nec
iuſtorū, nec iniquorū. Iuſti anima in ſinu Abraæ fuit, iniqui anima apud inferos torqueba/
tur, in monumento nec illa, nec illa. Superius quando ait, Venit hora & nunc eſt, obſecro in/
tendite. Noſtis fratres, quia ad panē uentris cū labore peruenitur, quanto magis ad panem
mentis? Cum labore ſtatis & auditis, ſed nos cū maiore ſtamus & loquimur. Si laboramus
propter uos, collaborare nō debetis propter eoſdē uos? Superius ergo cū diceret, uenit hora
& adderet, & nūc eſt, quid ſubiecit? Quando mortui audiēt uocē filij dei, & qui audierint ui
uent. Non dixit, omnes mortui audient, & qui audierint uiuēt: mortuos enim iniquos uole/
bat intelligi: & nunquid omnes iniqui obediūt euangelio? Aperte dicit Apoſtolus, ſed non Rom. 10
omnes obediunt euangelio. Tamē qui audiunt uiuēt, quia omnes qui obediūt euangelio,
tranſeunt ad uitā æternā per fidē: non tamen omnes obediunt, & hoc nunc eſt. At uero in fi
ne omnes qui ſunt in monumētis, hoc eſt, iuſti & iniuſti, Audiēt uocē eius, & procedent.)
Quomodo noluit dicere & uiuēt? Omnes enim procedēt, ſed nō omnes uiuēt. Ideo quippe
quod ſupra dixit, Et qui audierint uiuēt, in ipſa obeditione uitā æternā intelligi uoluit & bea
tā, quā non omnes habebūt qui de monumētis procedēt. Iā ergo & cōmemoratione monu
mentorū, & expreſſione proceſſionis de monumētis aperte intelligimus corporū reſurrecti/
onem: audient omnes uocem eius & procedēt. Et ubi iudicium, ſi omnes audient, & omnes
procedent? Quaſi totum confuſum eſt, nihil uideo diſcretum. Certe accepiſti poteſtatem iu
dicandi, quia filius hominis es, Ecce aderis in iudicio, reſurgent corpora: de ipſo iudicio die
aliquid

aliquid,hoc eſt,de diſcretione malorum & bonorum.Et hoc audi, Qui bene fecerunt,in re
surrectionem uitæ:qui male egerunt,in resurrectionem iudicij.) Superius cum de resurrecti C
one mentium & animarum loqueretur, nũquid fecit diſcretionem? Sed omnes qui audiẽt,
uiuent,quia obediendo uiuent: at uero reſurgendo & procedendo de monumentis,non o/
mnes ad uitã æternam ibunt,ſed qui bene fecerũt: qui autem male,ad iudicium. Hic enim
iudicium pro pœna poſuit,& erit diremptio,& non qualis modo eſt: nam & modo ſepara/
mur non locis,ſed moribus,affectionibus,deſiderijs,fide,ſpe,charitate: ſimul enim cum ini/
quis uiuimus,ſed nõ una uita eſt omnium.In occulto dirimimur,in occulto ſeparamur,quo
modo grana in area,nõ quomodo grana in horreo.Et ſeparantur grana in area & miſcen/
tur.Separantur,cum à palea expoliantur:miſcentur,quia nondum uentilantur. Tunc aper/
ta erit ſeparatio,ſicut morum,ſicut uitæ,ſicut ſapientiæ,ita & corporum. Eunt qui bene fece
runt,uiuere cum angelis dei:qui male egerunt,torqueri cum diabolo & angelis eius,& tran/
ſiet forma ſerui. Ad hoc certe præſentauerat ut faceret iudicium: poſt iudicium perget hinc,
ducet ſecum corpus cui caput eſt,& offeret regnum domino, tunc planè uidebitur forma il/
la dei,quæ non potuit uideri ab iniquis, quorum uiſioni forma ſerui exhibenda erat. Dicit
& alibi ſic,Ibunt iſti in combuſtionem æternam,de quibuſdam ſiniſtris: iuſti autem in uitã
æternam:de qua alio loco dicit,Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcãt te unum uerũ deũ
& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Tunc ibi apparebit,qui cum in forma dei eſſet, non rapi/
nam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: tunc ſe oſtendet, quomodo ſe dilectoribus ſuis
Ioan.14 oſtenſurũ promiſit.Qui enim diligit me,ait,mandata mea cuſtodit:& qui diligit me,dilige/
tur à patre meo,& ego diligã eum,& oſtendã meipſum illi. Quibus loquebatur,præſens eis
erat: ſed formã ſerui uidebant,formã autẽ dei non uidebant. Per iumentũ ad ſtabulũ du/
cebantur curandi,ſed ſanati uidebunt:quia oſtendã,inquit,meipſum illis. Quomodo oſten
ditur æqualis patri,cum dicit Philippo, Qui me uidet,uidet & patrem meũ? Nõ poſſum
ego à meipſo facere quicquã,ſicut audio,iudico,& iudicium meum iuſtũ eſt.)Et quia dicturi D
illi eramus,Si tu iudicabis & pater non iudicabit, quia omne iudicium dedit filio, non ergo
ſecundum patrem iudicabis,adiecit,Non poſſum ego à meipſo facere quicquã,ſed ſicut au/
dio,iudico,& iudicium meũ iuſtũ eſt. Quia non quæro uoluntatẽ meã,ſed uoluntatẽ eius
qui miſit me.)Certe filius quos uult uiuificat, non quærit uoluntatẽ ſuã, ſed uoluntatẽ eius
qui miſit illum:non meã,non propriã,non meã,nõ filij hominis, non meã quæ reſiſtat deo.
Faciunt enim homines uoluntatem ſuam,non dei,quando faciunt quod uolunt,non quod
iubet deus: quando autem ita faciunt quod uolunt, ut tamen ſequantur uoluntatem dei,
non faciunt uoluntatem ſuam,quamuis quod uolunt faciant. Volens fac quod iuberis,atq;
ita & hoc facias quod uis,& non uoluntatem tuam facies,ſed iubentis. Quid ergo,ſicut au/
dio ita iudico? Audit filius,& demonſtrat ei pater,& uidet filius patrem facientem. Et iſta di
ſtuleramus paulo enucleatius pro uiribus pertractare, ſi tempus nobis peracta lectione &
uires remanſerint. Si dicam me poſſe loqui adhuc,forte & uos audire iam non poteſtis. Itẽ
forte auiditate audiendi dicitis, poſſumus. Melius eſt ergo ut ego infirmitatem meam fa/
tear,qui iam fatigatus loqui nõ poſſum,quàm ut uobis bene ſatiatis, adhuc infundã quod
nõ bene digeratis. Proinde huius promiſſionis quam ad hodiernum tempus, ſi ſupereſſet,
diſtuleram,tenete me adiuuante domino in craſtinum debitorem.

De eo quod ſcriptum eſt,Amen amen dico uobis: nõ poteſt filius
à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq;
enim pater facit,hæc eadem & filius facit ſimiliter. Tract.xx.

Verba domini noſtri Ieſu Chriſti, maxime quæ Ioannes commemorat euange/
liſta, qui non ſine cauſa ſuper pectus domini diſcumbebat,niſi ut ſecreta altio/
ris ſapientiæ eius ebiberet, & quod amando biberat, euangelizando ructaret,
ita ſecreta ſunt & profundæ intelligentiæ, ut omnes turbent qui peruerſo ſunt
corde: & omnes exerceant, qui recto ſunt corde. Proinde animaduertat charitas ueſtra
ad hæc

A ad hæc pauca quæ lecta ſunt. Videamus ſi quo modo poſſumus,donãte & adiuuante ipſo,
qui uerba ſua nobis uoluit recitari,quæ tunc audita atq; conſcripta ſunt,ut modo legerẽtur,
quid ſibi uelit quod audiſtis,dicere. Amen amen dico uobis, non poteſt filius à ſe facere
quicquam,niſi quod uiderit patrem facientem:quæcunq; enim pater facit,hæc eadem & fi/
lius facit ſimiliter.)Vnde autem natus ſit ſermo iſte, commemorandi eſtis propter ſuperio/
ra lectionis,ubi curauerat dominus quendam inter illos,qui quinq; porticibus piſcinæ illius
Salomonis iacebat,cui dixerat, Tolle grabatũ tuum, & uade in domum tuam.Hoc autem
fecerat ſabbatis, unde perturbati Iudæi calumniabantur, quaſi euerſorem & præuaricato/
rem legis. Tunc eis dixerat,Pater meus uſq; modo operatur,& ego operor. Illi enim carna/
liter ſapientes ſabbati obſeruationem, putabant dominum poſt laborem fabricati mundi
uſq; ad hunc diem quaſi dormire,& propterea ſanctificaſſe illum diem, ex quo cœpit uelut
à laboribus requieſcere. Eſt aũt ſacramentum ſabbati antiquis patribus noſtris præceptũ,
quod nos Chriſtiani ſpiritaliter obſeruamus,ut ab omni ſeruili opere,id eſt,ab omni pecca Ioan.8
to,quia dominus dixit,Omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati:abſtineamus nos,& habe
amus quietem in corde noſtro, id eſt,tranquillitatem ſpiritalem. Et quamuis in hoc ſeculo
id conemur:ad eam tamen requiem perfectam non perueniemus, niſi cum de hac uita exie
rimus. Sed ideo dictum eſt deum requieuiſſe,quia iam creaturam nullam condebat poſtq;
perfecta ſunt omnia. Quietem uero propterea appellauit ſcriptura,ut nos admoneret poſt
bona opera quieturos: ſic enim ſcriptũ habemus in Geneſi, Et fecit deus omnia bona ual/ Gen.1.31
de,& requieuit deus die ſeptimo, ut tu homo cum attendis ipſum poſt bona opera requie/
uiſſe,nõ tibi ſperes requiem,niſi cum bona fueris operatus. Et quemadmodum deus poſtea
quam fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam ſexto die, & in illo perfecit omnia
opera ſua bona ualdere,quieuit ſeptimo die:ſic & tibi requiem non ſperes, niſi cum redieris
ad ſimilitudinem dei,in qua factus es,quam peccando perdidiſti. Non enim dominus labo
raſſe dicendus eſt,qui iuſſit & facta ſunt. Quis eſt qui poſt tantam operis facilitatem, quaſi
B poſt laborem uelit requieſcere? Si iuſſit,& aliquid ei reſtitit,& non eſt factum,& ut fieret la/
borauit,merito dicatur poſt laborem requieuiſſe. Cum uero & in ipſo libro Geneſeos lega
mus, Dixit deus,fiat lux,& facta eſt lux:dixit deus, fiat firmamentum, & factum eſt firma/
mentum,& cætera in uerbo eius continuo facta: cui rei atteſtatur & pſalmus dicens,Ipſe di/ pſal? 33
xit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt: quomodo poſt mundum factum, requiem
quaſi ut ceſſaret requirebat, qui in iubendo nunquam laborauerat? Ergo illa myſtica ſunt,
& propterea ita poſita,ut nobis requiem ſperemus poſt hanc uitã,ſi bona opera fecerimus.
Ideo dominus retundens impudentiam & errorem Iudæorum, & oſtendens eos nõ recte
ſapere de deo,ait illis ſcandalizãtibus,quod ſabbato operabatur hominum ſanitatem,Pa/
ter meus uſq; modo operatur, & ego operor. Nolite ergo putare quia ſabbato ita requie/
uit pater meus,ut ex illo nõ operetur,ſed ſicut ipſe nunc operatur operor & ego: ſed ſicut pa
ter ſine labore,ſic & filius ſine labore. Dixit deus & facta ſunt:dixit Chriſtus languenti,Tol/
le grabbatum tuum,& uade in domum tuam,& factũ eſt. Catholica aũt fides habet,quòd
patris & filij opera inſeparabilia ſunt. Hoc eſt quod uolo,ſi poſſum,loqui charitati ueſtræ:
ſed ſecundum illa uerba domini,Qui poteſt capere capiat:qui autem capere non poteſt,nõ Matth.19
mihi aſcribat,ſed tarditati ſuæ, & cõuertat ſe ad illũ qui cor aperit,ut infundat quod donat.
Poſtremo & ſi quiſq; propterea nõ intellexerit, qa nõ à me ſic dictũ eſt ut dici debuit,igno
ſcat humanæ fragilitati,& ſupplicet diuinæ bonitati: habemus eñ intus magiſtrũ Chriſtũ,
quicquid per aurẽ ueſtrã & os meũ capere nõ potueritis,in corde ueſtro ad eũ cõuertimini:
qui & me docet quod loquor,& uobis quẽadmodũ dignaẽ diſtribuit,qui nouit quid det &
cui det:aderit petẽti,aperiet pulſanti,& ſi forte nõ dederit,nemo ſe dicat deſertũ. Forte eñ ali
quid dare differt,ſed neminẽ eſurientẽ relinquit. Si eñ nõ dat ad horã,exercet quærentẽ,nõ
contẽnit petentẽ. Videte ergo & attẽdite quid uelim dicere,& ſi forte nõ poſſim,catholica fi
des hoc habet firmata ſpiritu domini in ſanctis eius, cõtra omnẽ hæreticã prauitatẽ, qa pa
tris &

tris & filij opera inſeparabilia ſunt. Quid eſt quod dixi? Quomodo ipſe pater & filius in-
ſeparabiles ſunt, ſic & opera patris & filij inſeparabilia ſunt. Quomodo pater & filius in-
Ioan.10 ſeparabiles ſunt? quia ipſe dixit, Ego & pater unum ſumus, quia pater & filius non ſunt
duo dij, ſed unus deus, uerbum & cuius eſt uerbum, unus & unicus deus: unus pater &
filius charitate complexi, unúsque charitatis ſpiritus eorum, ut fiat trinitas pater & filius
& ſpirituſſanctus. Non ergo tantum patris & filij, ſed & ſpirituſſancti, ſicut æqualitas &
inſeparabilitas perſonarum, ita etiam opera inſeparabilia ſunt. Adhuc planius dicam,
quid ſit, opera inſeparabilia ſunt. Non dicit catholica fides, quia fecit deus pater aliquid,
& fecit filius aliquid aliud: ſed quod fecit pater, & filius fecit, & ſpirituſſanctus fecit. Per uer-
bum enim facta ſunt omnia: quando dixit & facta ſunt, per uerbum facta ſunt, per Chri-
ſtum facta ſunt, In principio enim erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat
Gen.1 uerbum, omnia per ipſum facta ſunt. Si omnia per ipſum facta ſunt: dixit deus, fiat lux, &
facta eſt lux: in uerbo fecit, per uerbum fecit. Ecce ergo nunc audiuimus euangelium, cum re
ſponderet ſtomachantibus Iudæis, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuũ
dicebat deum, æqualem ſe faciens deo: ſic enim ſcriptum eſt in ſuperiori capitulo. Cum ergo
tali eorũ erranti indignationi dei filius & ueritas reſpõderet, ait. Amen amen dico uobis,
non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem.) Tanquam dice-
ret, Quid ſcandalizati eſtis, quia patrem meum dixi deum, quia æqualem me facio deo? Ita
ſum æqualis, ut ille me genuerit: ita ſum æqualis, ut non ille à me, ſed ego ab illo ſim. Hoc e-
nim intelligitur in his uerbis, Non poteſt à ſe filius facere quicquam, niſi quod uiderit patrẽ
facientem, hoc eſt, quicquid filius habet ut faciat, à patre habet ut faciat: quare habet à patre
ut faciat? Quia à patre habet ut filius ſit, quia à patre habet ut poſſit, quia à patre habet ut
ſit: Filio enim hoc eſt eſſe quod poſſe: homini non ita eſt, ex comparatione humanæ infir-
mitatis, longe infra iacentis. Vtcunq; corda ſuſtollite, & ne forte aliquis noſtrum tangat ſe-
cretum, & quaſi coruſcatione magnæ lucis horreſcens, ſapiat aliquid, ne inſipiens remaneat:
nõ tamen ſe totum ſapere putet, ne ſuperbiat & quod ſapuit amittat. Homo aliud eſt quod
eſt, aliud quod poteſt. Aliquando enim & eſt homo, & nõ poteſt quod uult. Aliquando au
tem ſic eſt homo, ut poſſit quod uult, Itaq; aliud eſt eſſe ipſius, aliud poſſe ipſius: ſi enim hoc
eſſet eſſe ipſius, quod eſt poſſe ipſius, cum uellet poſſet. Deus autem cui non eſt alia ſubſtan
tia ut ſit, & alia poteſtas ut poſſit, ſed conſubſtantiale illi eſt quicquid eius eſt, & quicquid
eſt, quia deus eſt, non alio modo eſt, & alio modo poteſt, ſed eſſe & poſſe ſimul habet, quia
uelle & facere ſimul habet. Quia ergo potentia filij de patre eſt, ideo & ſubſtantia filij de pa
tre eſt: & quia ſubſtantia filij de patre, ideo potentia filij de patre eſt. Non alia potentia eſt
in filio, & alia ſubſtantia: ſed ipſa eſt potentia quæ ſubſtantia, ſubſtantia ut ſit, potentia ut
poſſit. Ergo quia filius de patre eſt, ideo dixit, Nõ poteſt à ſe filius facere quicquã: quia non
eſt filius à ſe, ideo non poteſt à ſe. Videtur enim quaſi minorem ſe feciſſe cum dixit, Nõ po
teſt filius à ſe facere quicquã, niſi quod uiderit patrem facientem. Hic erigit ceruicem hæreti-
ca uanitas, eorũ ſcilicet qui dicunt filiũ minorẽ eſſe quàm pater, minoris poteſtatis, poſſibi
litatis, non intelligentes myſteriũ uerborũ Chriſti. Attendat autẽ charitas ueſtra, & uidete
quemadmodum in carnali ſuo intellectu modo turbentur in ipſis uerbis Chriſti. Hoc autẽ
pauloãte prælocutus ſum, quia omnia peruerſa corda perturbat, ſicut pia corda exercet uer-
bum dei, maxime quod per Ioannem euangeliſtam dicitur. Alta enim per illum dicuntur,
non qualiacunq;, nõ quæ facile intelligantur. Ecce iam hæreticus ſi forte audit uerba iſta, erí-
git ſe & dicit nobis, Ecce minor eſt filius quàm pater: ecce audi uerba filij quæ dicit, Non po
teſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Expecta quemodmodũ
Eccli.5 ſcriptum eſt, Eſto manſuetus ad audiendum uerbum ut intelligas. Puta enim me conturba-
tum eſſe his uerbis, qui dico æqualem poteſtatem maieſtatemq; eſſe patris & filij, cum au-
diui, Nõ poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Turbatus
his uerbis quæro abs te, qui iam tibi uideris intellexiſſe. Nouimus in euãgelio, filium am-
bulaſſe

A bulaſſe ſuper mare, ubi patrem uidit ambulaſſe ſuper mare? Hic iam ille turbatur. Pone er-
go quod intellexeras, & ſimul quæramus. Quid ergo facimus? Verba dñi audiuimus, Nõ
poteſt filius à ſe facere quicq;, niſi quod uiderit patrem facientem. Ambulauit ipſe ſuper ma
re, pater nunq; ambulauit ſuper mare. Certe nõ facit filius quicq;, niſi quod uiderit patrem
facientem. Redi ergo mecum ad id quod dicebam, ne forte ſic intelligendum ſit, ut de quæ-
ſtione ambo exeamus: nam ego ſecundum fidem catholicam uideo, quomodo exeam ſine
offenſione, ſine ſcandalo: tu autem circũcluſus, quæris qua exeas. Qua intraueras uide, forte
non intellexiſti & hoc quod dixi, qua intraueras uide, ipſum audi dicentem: Ego ſum ianua, Ioan.10
Non ſine cauſa ergo quæris qua exeas, & non inuenis, niſi quia per ianuam nõ intraſti, ſed
per maceriam cecidiſti. Ergo quemadmodũ potes, à ruina tua collige te, & intra per ianuã,
ut ſine offenſione intres, & ſine errore exeas. Per Chriſtũ ueni, nec ex corde tuo afferas quod
dicas, ſed quod ille oſtendit, hoc loquere. Ecce fides catholica, quemadmodum exit de iſta
propoſitiõe: ambulauit filius ſuper mare, pedes carnis fluctibus impoſuit, caro ambulabat,
diuinitas gubernabat. Quando ergo caro ambulabat & diuinitas gubernabat, pater abſens
erat? Si abſens erat, quomodo ipſe filius dicit: Pater autem in me manens, ipſe facit opera Ioan.14
ſua? Si ergo pater in filio manẽs, ipſe facit opera ſua, ambulatio illa carnis ſuper mare, à pa
tre fiebat, per filium fiebat. Ergo illa ambulatio opus eſt patris & filij inſeparabile: utrunq;
ibi operantem uideo: nec pater filium deſeruit, nec filius à patre diſceſſit. Itaq; quicquid fa-
cit filius, non facit ſine patre, quia quicquid facit pater, non facit ſine filio. Exitũ eſt hinc, ui-
dete quia recte nos dicimus inſeparabilia eſſe opera patris & filij & ſpirituſſancti. Nã quo-
modo tu intelligis: ecce fecit deus lucem, & uidit filius patrem facientem lucem, ſecundũ car-
nalem intellectum tuum, quia ideo uis minorem intelligere quia dixit, Nõ poteſt filius à ſe
facere quicquàm, niſi quod uiderit patrem facientem. Fecit deus pater lucem: quam aliam
fecit filius? Fecit deus pater firmamentum, cœlum inter aquas & aquas, uidit eum filius ſe-
B cundum intelligentiam tuam tardam & groſſam, quia uidit filius patrem facientem firma-
mentum & dixit, non poteſt filius à ſe facere quicquàm, niſi quod uiderit patrem faciẽtem.
Da mihi alterum firmamentum: an tu amiſiſti fundamẽtum? Superædificati autem ſupra Eph.2
fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo lapide angulari exiſtente Chri
ſto Ieſu, pacantur in Chriſto, nec contendunt & errant in hæreſi. Intelligimus ergo lucem fa
ctam à deo patre, ſed per filium. Omnia ergo per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
nihil. Excute intelligentiam tuam: nec intelligentiam uocandam, ſed planè ſtulticiam. Deus
pater fecit mundum: quem fecit filius alterum mundum? Da mihi mundũ filij. Iſte in quo
ſumus, cuius eſt? Dic nobis, à quo factus eſt? Si dixeris à filio, erraſti à patre: ſi dixeris à pa-
tre, non à filio, reſpondebit tibi euangelium: Et mundus per eum factus eſt, & mundus eum
non cognouit. Agnoſce ergo cum per quem factus eſt mundus, & noli eſſe inter illos qui eũ
non receperunt, qui eum qui fecit mundum non cognouerunt. Inſeparabilia ergo opera pa
tris & filij. Sed hoc eſt, non poteſt filius à ſe quicquàm facere, quod eſſet ſi diceret, non eſt fi-
lius à ſe. Etenim ſi filius eſt, natus eſt: ſi natus eſt, ab illo eſt de quo natus eſt. Sed tamẽ æqua
lem ſibi genuit: non enim defuit aliquid generanti: aut tempus quæſiuit ut generaret qui
genuit coæternũ: aut matrẽ quæſiuit ut generaret qui de ſe protulit uerbũ: aut pater generã
ætate præceſſerat filium, ut minorem filium generaret. Et forte dicit aliquis: quia per multa
ſecula in ſenectute ſua deus ſuſcepit filium. Sicut pater ſine ſenectute, ſic filius ſine incremen
to. Nec ille ſenuit, nec ille creuit: ſed æqualis æqualem genuit, æternus æternum. Quomodo,
inquit, aliquis æternus æternum? Quomodo flãma temporalis generat lucem tẽporalem.
Coæua eſt autem flamma generans luci quam generat, nec præcedit tempore flamma ge-
nerans lucem generatam, ſed ex quo incipit flamma, ex illo incipit lux. Da mihi flammam
ſine luce, & do tibi deum patrem ſine filio. Hoc eſt ergo, non poteſt filius à ſe facere quicq;,
niſi quod uiderit patrem facientem: quia uidere filij, hoc eſt natum eſſe de patre. Nõ alia ui-
ſio eius & alia ſubſtantia eius: nec alia potentia eius, alia ſubſtantia eius: Totũ quod eſt, de

patre eſt: totum quod poteſt, de patre eſt, quoniam quod poteſt & eſt, hoc unum eſt, C
& de patre totum eſt. Sequitur & ipſe in uerbis ſuis, & male intelligentes conturbat, ut ad re
ctum intellectum reuocet errantes. Cũ dixiſſet, non poteſt filius à ſe facere quicq̃, niſi quod
uiderit patrẽ facientẽ: ne forte carnalis ſubreperet intellectus, ut auerteret mentẽ, & faceret ſi
bi homo quaſi duos fabros, unũ magiſtrum, alterum diſcipulũ quaſi attendentẽ magiſtrũ,
uerbi gratia, facientẽ arcã, ut quomodo ille fecit arcam, facict & iſte alterã arcam ſecundũ ui
ſionem quam inſpexit in magiſtro operãte: Sed ne tale aliquid ſibi duplicaret in illa ſimpli
ci diuinitate intellectus carnalis, ſecutus ait: Quæcunq; enim pater facit, hæc eadem & fi
lius facit ſimiliter.) Non enim ait, quæcunq; facit pater, facit & filius alia ſimilia, ſed quæ
cunq; pater facit, hæc eadem & filius facit ſimiliter. Quæ ille, hæc & ipſe: Mundum pater
mundum filius, mundum ſpiritus ſanctus. Si tres dij, tres mundi: ſi unus deus pater & fi
lius & ſpũs ſanctus, unus mũdus factus eſt à patre, per filiũ in ſpũ ſancto. Hæc ergo facit fi
lius quæ facit & pater, & non diſſimiliter facit, & hæc facit & ſimiliter facit. Iam dixerat hæc
facit: quare addidit, ſimiliter facit? Ne alius prauus intellectus uel error in anima naſceret.
Vides enim hominis opus, animus eſt in homine & corpus. Animus imperat corpori, ſed
multũ intereſt inter corpus & animum. Corpus uiſibile eſt, animus inuiſibilis. Inter potẽtiã
uirtutẽq; animi, & cuiuſuis licet cœleſtis corporis multũ intereſt. Imperat tamẽ animus cor
pori ſuo, & facit corpus: & quod uidetur animus facere, hoc facit & corpus. Videt ergo cor
pus hoc idẽ facere quod animus, ſed nõ ſimiliter. Quomodo hoc idẽ facit, ſed nõ ſimiliter fa
cit? Animus uerbũ apud ſe iubet linguæ, & profert uerbũ quod facit animus. Fecit animus,
fecit & lingua: fecit dñs corporis, fecit & ſeruus. Sed ut faceret ſeruus, à dño accepit ut face
ret, & iubente dño fecit. Hoc idem ab utroq; factum eſt: ſed nunquid ſimiliter? Quomo
do non ſimiliter ait aliquis? Ecce uerbum quod fecit animus meus, manet in me: quod fecit
lingua mea, percuſſo aëre tranſijt, & nõ eſt. Cũ dixeris uerbum in animo tuo, & ſonuerit per D
linguam tuam, redi ad animum tuum, & uide quia ibi eſt uerbũ quod feciſti. Nũquid ſicut
manſit in animo tuo, manſit in lingua tua? Quod ſonuit per linguam tuam, fecit lingua ſo
nans, fecit animus cogitans. Sed quod ſonuit lingua, tranſijt: quod cogitauit animus, perma
net. Hoc ergo fecit corpus, quod fecit animus, ſed non ſimiliter. Fecit animus quæ tenet ani
mus: fecit enim lingua quod ſonat, & per aërem aurem uerberat. Nũquid ſequeris ſyllabas
& facis ut maneant? Non ergo ſic pater & filius, ſed hæc eadem facit, & ſimiliter facit. Si fe
cit deus cœlum quod manet: hoc fecit filius cœlum quod manet. Si fecit pater hominẽ qui
moritur: eundem filius hominem fecit qui moritur. Quæcunq; fecit pater inſtantia, hæc fecit
& filius inſtantia, quia ſimiliter fecit: & quæcunq; fecit pater temporalia, hæc eadem fecit fi
lius temporalia: quia non ſolum ipſe fecit, ſed & ſimiliter fecit. Pater enim fecit per filiũ, quia
per uerbum fecit pater omnia. Quære in patre & filio ſeparationem, nõ inuenis: ſed ſi aſſur
rexiſti, tunc inuenies: ſi aliquid ſupra mentem tuam tetigiſti, tunc nõ inuenies: nam ſi in his
uerſaris quæ ſibi errans animus facit, cum imaginibus tuis loqueris, non cum uerbo dei. Fal
lunt te imagines tuæ, tranſcende corpus & ſape animum, tranſcende & animũ, & ſape deũ:
nõ tangis deũ niſi & animum tranſieris: quãto minus tangis ſi in carne manſeris? Illi enim
qui ſapiunt carnem, quàm longe ſunt à ſapiendo quod deus eſt, quia non ibi eſſent, etiam ſi
animum ſaperent. Recedit homo multum à deo quando ſapit carnaliter, & multum inter
eſt inter carnem & animum: plus tamen intereſt inter animum & deum. Tu ſi in animo es,
in medio es: ſi infra attendis, corpus eſt: ſi ſupra attendis, deus eſt. Attolle te à corpore, tranſi
etiam te. Vide enim quod dixit pſalmus, & admoneris quemadmodũ ſapiendus ſit deus.
Pſal. 41 Factæ ſunt, inquit, lachrymæ meæ panes die ac nocte, cũ dicitur mihi quotidie, ubi eſt deus
tuus. Tanq̃ pagani dicant: Ecce dij noſtri, deus ueſter ubi eſt? Oſtendũt enim illi quod ui
detur: nos colimus quod non uidet. Et cui oſtẽdamus? Homini qui nõ habet unde uideat:
nam utiq; ſi ipſi deos ſuos uidẽt oculis: habemus & nos alios oculos, unde uideamus deum
noſtrũ. Ipſi oculi mũdandi ſunt, ut uideamus dñm noſtrũ. Beati eĩ mundo corde, quia ipſi
deum

A deum uidebũt. Ergo cũ ſe cõturbatum dixiſſet, cum dicit illi quotidie, ubi eſt deus tuus: hæc
meditatus ſum, inquit, quia dicit mihi quotidie, ubi eſt deus tuus. Et quaſi uolens cõprehen
dere dñm ſuum, hæc meditatus ſum, inquit, & effudi ſuper me animã meam. Vt ergo attin
gerem deũ meum, de quo mihi dicebatur, ubi eſt deus tuus, nõ effudi animam meã ſup car
nem meã, ſed ſuper me. Tranſcendi me ut illũ tangerem. Ille enim eſt ſuper me qui fecit me:
Nemo eum attingit, niſi qui ſe tranſierit. Cogita corpus, mortale eſt, terrenũ eſt, fragile eſt,
corruptibile eſt, abijce. Sed forte caro tẽporalis eſt. Alia corpora cogita: cœleſtia corpora co
gita, maiora, meliora, ſplendida ſunt. Attende & ipſa, uelut fulgura uoluuntur ab oriente ad
occidentẽ, non ſtant, uidẽtur oculis, non ſolũ ab homine, ſed etiã à pecore. Tranſi & ipſa. Et
quomodo, inquies, tranſeo cœleſtia corpora, cum ambulo in terra? Non carne tranſis, ſed
mente: Abijce & ipſa, quãuis luceant, corpora ſunt: q̃uis de cœlo fulgeant, corpora ſunt. Ve
ni, quoniam forte non te putas habere quò eas, cum cõſyderas iſta omnia: & ultra cœleſtia
corpora, quò iturus ſum, inquis, & quid mente tranſiturus ſum? Conſyderaſti iſta omnia?
Conſyderaui, inquis. Vnde conſyderaſti? Ipſe conſyderator appareat. Ipſe enim conſydera
tor, iſtorum omnium diſcriminator, diſtinctor & quodãmodo appenſor in libra ſapientiæ,
animus eſt. Sine dubio melior eſt animus quo iſta omnia cogitaſti, q̃ iſta omnia quæ co
gitaſti. Animus ergo iſte ſpũs eſt non corpus: Tranſi & ipſum. Cõpara corpora ipſi animo
primo, ut uideas quò tranſeas. Cõpara illũ carni: abſit, nec digneris cõparare. Cõpara illũ ful
gori ſolis, lunæ, ſtellarũ: maior fulgor eſt animi. Primo celeritatẽ animi ipſius uide, uide ſi nõ
uehemẽtior ſcintilla eſt animi cogitantis, q̃ ſplendor ſolis lucentis. Solẽ orientẽ tu uides ani
mo, motus ipſius q̃ tardus eſt ad animũ tuũ. Cito tu potuiſti cogitare quod facturus eſt ſol,
q̃ ille facturus eſt. Ab ortu ad occidentẽ uẽturus eſt, iam ex alia parte cras orit. Vbi hoc fecit
cogitatio tua, adhuc ille tardus eſt, & tu omĩa peragraſti, magna ergo res eſt animus. Sed
quomodo dico, tranſi & ipſum? Quia ipſe animus mutabilis eſt, q̃uis melior ſit omni cor
B pore: modo nouit, modo non nouit: modo obliuiſcitur, modo recordatur: modo uult, mo
do non uult: modo peccat, modo iuſtus eſt. Tranſi ergo omnẽ mutabilitatẽ, nõ ſolum omĩe
quod uidetur, ſed & omne quod mutat: Tranſiſti enim carnẽ quæ uidetur: trãſiſti cœlũ, ſolẽ,
lunam, ſtellas q̃: tranſiſti & omne quod mutatur. Iam eĩ iſtis tranſactis ueneras ad animũ
tuũ, ſed & ibi inueniſti mutabilitatẽ animi tui, nunquid mutabilis eſt deus? Tranſi ergo &
animũ tuũ, effunde ſuper te animã tuã ut cõtingas deũ, de quo tibi dicitur: Vbi eſt deus tu
us? Ne putes te aliquid facturũ quod homo nõ poſſit. Hoc fecit ipſe Ioannes euangeliſta:
Tranſcendit carnem, tranſcendit terram quã calcauit: tranſcendit maria quæ uidebat, tranſcẽ
dit aërem ubi alites uolitant, tranſcendit ſolem, tranſcendit lunam, tranſcendit ſtellas, tran
ſcendit omnes ſpũs qui non uidentur, tranſcendit mẽtem ſuam, ipſam rationem animi ſui.
Tranſcendens iſta omnia, ſuper ſe effundens animam ſuam, quò peruenit? Quid uidit? In
principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. Si ergo ſeparationem non uides in luce,
quid ſeparationem quæris in opere. Vide deum, uide uerbũ eius: inhære uerbo dicenti, quia
ipſe dicens non ſyllabis dicit, ſed ſplendore ſapientiæ fulget: hoc eſt dicere, quod dictum eſt
de ſapientia ipſius, candor eſt lucis æternæ. Attende candorem ſolis, in cœlo eſt, & expandit
candorem per terras omnes, per maria omnia, & utiq; corporalis lux eſt. Si ſeparas candor
rem ſolis à ſole, ſepara uerbum à patre. De ſole loquor. Lucernæ una flammula tenuis, quæ
uno flatu poſſit extingui, ſpargit lucem ſuam ſuper cuncta quæ ſubiacent, uides lucem ſpar
ſam à flammula generatam, emiſſionem uides, ſeparationem non uides. Intelligite fratres
chariſſimi, patrem & filium & ſpiritum ſanctum inſeparabiliter ſibi cohærere, trinitatẽ hãc
unum deum, & omnia opera unius dei, hæc eſſe patris, hæc eſſe filij, hæc eſſe ſpiritus ſancti.
Cætera quæ ſequuntur quæ pertinent ad ſermonem ipſius dñi noſtri Ieſu Chriſti in euan
gelio, quoniam & craſtino die ſermo debetur uobis, adeſtote ut audiatis.

Ab eo quod ſcriptū eſt:Pater enim diligit filium,& omnia demonſtrat ei quæ C
ipſe facit,& maiora horū demonſtrabit ei opera,ut uos miremini,uſq; ad eū locū
ubi ait:Vt omnes honorificent filiū,ſicut honorificant patrem:qui non honorifi/
cat filium, non honorificat patrem qui miſit illum: Tractatus XXI.

HESTERNO die quantū dñs donare dignatus eſt,qua potuimus facultate tra/
ctauimus,& qua potuimus capacitate intelleximus,quomodo inſeparabilia ſūt
opera patris & filij,nec alia facit pater,alia filius:ſed oīa pater facit per filium,
tanq; per uerbum ſuū,de quo ſcriptum eſt. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine
ipſo factum eſt nihil. Sequentia uerba hodie uideamus,& ab eodē dño eius miſericordiam
& deprecemur,& ſperemus:ut primū ſi dignum ipſe iudicat,intelligamus quod uerū eſt. Si
aūt non potuerimus,non eamus in illud quod falſum eſt. Melius eſt enim neſcire,q; errare:
ſed ſcire eſt melius q; neſcire. Itaq; ante omnia conari debemus ut ſciamus:ſi potuerimus,
deo gratias:ſi autem non potuerimus interim peruenire ac uenire ad ueritatē,nō eamus ad
falſitatē. Qui enim ſumus & quid tractemus cōſyderare debemus. Homines ſumus carnem
portantes,in hac uita ambulantes:& ſi iam de ſemine uerbi dei renati,tamen ita in Chriſto
innouati,ut nondū penitus ab Adā expoliati. Quòd enim noſtrum mortale & corruptibile
aggrauat animā,ex Adam eſſe apparet manifeſtū eſt:quòd autē noſtrū ſpiritale ſubleuat
animā,de dei dono & miſericordia eius,qui unicum ſuū miſit cōmunicare nobiſcū mortem
noſtrā,& ducere nos ad immortalitatē ſuā. Hunc habemus magiſtrū,ut nō peccemus:& de
fenſorē ſi peccauerimus,& cōfeſſi atq; cōuerſi fuerimus:& interpellatorē p nobis,ſi quid bo
ni à dño deſiderauerimus:& datorem cū patre,quia deus unus eſt pater & filius:Sed loque
batur iſta homo hominibus,deus occultus,homo manifeſtus,ut manifeſtos homines face/
ret deos:& filius dei factus filius hominis,ut hominū filios faceret filios dei. Qua hoc arte ſa
pientiæ ſuæ faciat,in eius uerbis agnoſcimus. Loquit' em̄ paruulis paruus,ſed ipſe ita paruus,
ut & magnus:nos aūt parui,ſed in illo magni. Loquit' enim tanq; fons fouēs & nutriens la/ D
ctentes,& amando creſcentes. Dixerat:Non poteſt filius à ſe facere quicq;,niſi quod uiderit
patrē facientē:Intelleximus autē quia non ſeorſum aliquid pater facit, quod cū uiderit ali/
quid filius,faciat & ipſe aliquid tale inſpecto opere patris ſui:ſed id quod dixerat:Non po/
teſt filius à ſe facere qcq;,niſi quod uiderit patrē facientē:quia de patre eſt totus filius,& tota
ſubſtātia & potentia eius ex illo eſt,q genuit eū. Modo aūt cū dixiſſet,& ſe hæc facere ſimili
ter quæ facit pater:ut non intelligamus alia facere patrē,alia filiū,ſed ſimili potentia facere fi
lium eadē ipſa quæ pater facit,cum pater facit per filiū,ſecutus ait quod hodie lectum audi/
uimus: Pater enim diligit filium,& omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.) Rurſus morta/
lis cogitatio perturbat'. Demonſtrat pater filio quæ ipſe facit. Ergo ait aliquis:Seorſum pa/
ter facit,ut poſſit filius uidere quod facit. Rurſus occurrūt humanæ cogitationi tanq; artifi/
ces duo,uelut ſi faber doceat filiū ſuū artem ſuam,& demonſtret ei quicquid facit, ut poſſit
etiā ipſe facere quod uiderit patrē facientē. Omnia,inquit,demonſtrat ei quæ ipſe facit. Cū
ergo pater facit,filius nō facit,ut poſſit uidere filius quod pater facit. Certe omnia per ipſum
facta ſunt,& ſine ipſo factū eſt nihil. Hinc uideamus quēadmodū pater demonſtrat filio
quod facit,cum pater nihil faciat,niſi quod per filium facit. Quid fecit pater? Mundū. Ità ne
factū mundū demonſtrauit filio,ut ipſe tale aliquid faceret? Detur ergo mūdus nobis quē
fecit filius. Sed & omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factū eſt nihil:Et mūdus p ipſum
factus eſt. Si factus per eū eſt mūdus,omnia per ipſum facta ſunt,& nihil facit pater quod
non per filiū faciat. Vbi demonſtrat filio pater quod facit,niſi in ipſo filio per quem facit?
Quis enim locus ubi demonſtretur opus patris filio,quaſi extra faciat & extra ſedeat, & fi/
lius attendat manū patris quēadmodū faciat? Vbi eſt illa inſeparabilis trinitas? Vbi eſt uer
bum de quo dictum eſt,q; ipſe eſt uirtus & ſapientia dei? Vbi quod de ipſa ſapientia dicit:
Candor eſt enim lucis æternæ? Vbi quod de illa iterum dicitur:Attingit à fine uſq; ad finē
fortiter,& diſponit omnia ſuauiter? Si quid facit pater,per filium facit. Si per ſapientiam
ſuam

A ſuam & uirtutē ſuam facit,non extra illi oſtendit quod uideat,ſed in ipſo illi oſtendit quod
faciat. Quid uidet pater,uel potius quid uidet filius in patre ut faciat? Et ipſe poſſum forte
dicere,ſed da iam qui poſſit capere,aut forte poſſum cogitare nec dicere,aut forte nec cogi/
tare. Excedit enim nos illa diuinitas tanq; deus homines,tanq; immortalis mortales,tanq;
æternus tēporales. Inſpiret & donet de fonte illo uitæ,nunc aliquid irrorare dignetur & ſtil/
lare in ſitim noſtram,ne in hac eremo areſcamus. Dicamus ei domine, cui didicimus dicere
pater. Audemus enim hoc,quia ipſe uoluit ut auderemus:ſi tamen ſic uiuamus,ut non no/
bis dicat: Si dñs ſum, ubi eſt honor meus? Dicamus ergo illi,Pater noſter. Cui dicimus, *Malach.1*
pater noſter? Patri Chriſti. Qui ergo patri Chriſti dicit,pater noſter,quid dicit Chriſto ni/
ſi frater noſter? Non tamen ſicut Chriſti pater,ita & noſter pater. Nunq; enim Chriſtus ita
nos coniunxit,ut nullam diſtinctionem faceret inter nos & ſe. Ille enim filius æqualis patri,
ille æternus cum patre,patriq; coæternus. Nos autem facti per filium,adoptati per unicum.
Proinde nunq; auditum eſt de ore domini noſtri Ieſu Chriſti cum ad diſcipulos loqueret',
dixiſſe illum de deo ſummo patre ſuo,pater noſter,ſed aut pater meus dixit, aut pater ue/
ſter,uſq; adeo ut quodam loco poneret hæc duo: Vado ad deum meum,inquit,& deum ue- *Ioann.20*
ſtrum. Quare non dixit deū noſtrum? Et patrem meum dixit & patrem uestrum,non dixit
noſtrum: Sic iungit ut diſtinguat,ſic diſtinguit ut non ſeiungat. Vnū nos uult eſſe in ſe,unū
autem patrem & ſe. Quantūcunq; ergo intelligamus & quantūcunq; uideamus,etiam cum
angelis æquati fuerimus,non uidebimus ſicut uidet filius. Nos enim & quando non uide/
mus,ſumus aliquid. Quid aliud ſumus quando non uidemus,niſi non uidentes ſumus:ta/
men uelut non uidentes,& ut uideamus,conuertimus nos ad deum quem uideamus, & fit
in nobis uiſio quæ non erat quando nos tamen eramus. Eſt enim homo non uidens, & idē
ipſe cum uiderit dicitur homo uidēs. Non ergo hoc eſt illi uidere,quod eſſe hominē:nam
ſi hoc illi eſſet uidere quod eſſe hominem,nunq; eſſet homo niſi uidens. Cum uero eſt ho/
B mo non uidens,& quærit uidere quod nō uidet,eſt qui quærat,eſt qui ſe cōuertat ut uideat:
& cum ſe bene cōuerterit & uiderit,fit homo uidens,qui prius erat homo non uidens. Vide
re ergo accedit illi,& recedit ab illo. Accedit illi cū ſe conuerterit,recedit ab illo cū ſe auerterit.
Nunquid ita filius? Abſit. Nunquid fuit filius non uidens,& poſtea factus eſt uidens, ſed
uidere patrem,hoc illi eſt eſſe filium. Nos enim aduertendo ad peccatum amittimus illumi/
nationem,& conuertendo nos ad deum,percipimus illuminationem. Aliud eſt enim lumē
quo illuminamur,aliud nos qui illuminamur. Lumen autem ipſum quo illuminamur, nec
auertitur à ſe,nec perdit lucere quia lux eſt. Sic ergo demōſtrat pater omnia quæ facit filio,
ut in patre ſit omnia filius. Videndo enim natus eſt,& naſcendo uidet:ſed non aliquando
non erat natus,& poſtea natus eſt,ſicut nō aliquādo nō uidit,& poſtea uidit:ſed in eo quod
eſt illi uidere,in eo eſt illi eſſe,in eo eſt illi natum eſſe,in eo eſt illi permanere,in eo eſt illi nō
mutari,in eo eſt illi ſine initio,& ſine fine perſiſtere. Nō ergo carnaliter accipiamus,quia pa/
ter facit opus & demonſtrat filio,& uiderit filius opus quod pater facit,& facit illud in alio
loco,aut de alia materia: Oīa enim per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Ver/
bum patris eſt filius,nihil dixit deus quod non dixit in filio. Dicendo enim filio quod factu
rus erat pater per filium,ipſum filium genuit per quē faceret omnia. Et maiora horum de
mōſtrabit ei opa ut uos miremini.) Rurſus hic turbat. Et quis eſt qui digne perſcrutat' hoc
tantum ſecretū? Sed iam quomodo nobis loqui dignatus eſt,ipſe aperiat: neq; enim uellet
dicere quod nollet intelligi: Quia dicere dignatus eſt,ſine dubio excitauit audientiā. Nun/
quid quē excitauit ut audiret,excitatū deſeret? Diximus ut potuimus,nō tēporaliter ſcire fi/
lium,& nec aliud eſſe filij uiſionē,& aliud ipſum filiū,ſed ipſam uiſionē & ipſam ſcientiā uel
ſapientiā patris eſſe filiū,eamq; ſapientiā & eam uiſionē æternā eſſe ab æterno, & ei à quo
eſt coæternā,nec ibi per tēpus aliquid uariari,nec aliquid naſci quod nō erat,nec aliquid pe/
rire quod erat. Diximus hæc ut potuimus. Quid ergo hic modo facit tēpus,ut diceret:maio
ra his demonſtrabit ei opera. Idem demonſtraturus eſt,hoc eſt demonſtrabit: Aliud eſt de

monſtrauit,aliud eſt demonſtrabit.Demonſtrauit de præterito dicimus,demonſtrabit de C
mõſtraturum dicimus.Quid ergo hic agimus fratres? Ecce quẽ dixeramus patri coæternũ,
nihil in illo uariari per tempus,nihil moueri per ſpacia uel momentorũ uel locorũ, manere
ſemper cũ patre, uidentem patrem & uidendo exiſtentẽ: rurſus nobis tẽpora nominãs,de/
monſtrabit ei,inquit,his maiora.Ergo demonſtraturus eſt aliqd filio,quod nõ nouit filius?
Quid ergo faciemus? Quomodo hoc intelligimus? Ecce dñs noſter Ieſus Chriſtus ſurſum
erat,deorſum eſt.Quãdo ſurſum erat? Quãdo dixit,quæcũq; facit pater,hæc eadẽ & filius fa
cit ſimiliter. Vnde modo deorſum? Maiora his demõſtrabit ei opa.O dñe Ieſu Chriſte,ſal
uator noſter,uerbũ dei,per quod facta ſunt omnia,quid tibi pater demõſtraturus eſt quod
adhuc neſcis? quid te latet patris? quid te latet in patre,quẽ nõ latet pater? Quæ opera tibi
maiora demonſtraturus eſt? aut quibus operibus maiora ſunt quæ demõſtraturus eſt? Cũ
enim dixit,maiora his,debemus prius intelligere quibus maiora.Recordemur unde ſermo
iſte ꝓceſſit,quãdo curatus eſt ille qui triginta & octo annos habebat in infirmitate,& iuſſit
eũ ſaluũ tollere grabatũ ſuũ,& ire in domũ ſuã.Hinc enim Iudæi cõmoti cũ qbus loqueba/
tur,loquebat͂ uerbis & tacebat intellectu,quodãmodo innuebat intelligẽtibus,cælabat ira/
ſcentibus.Hinc ergo cũ eſſent cõmoti Iudæi,qa hoc ſabbato dñs faceret,dederũt occaſionẽ
ſermoni huic.Nõ ergo ſic audiamus hæc tanq; obliti quæ ſupra dicta ſunt,ſed reſpiciamus
illũ languidũ triginta & octo annorũ ſubito factũ ſanũ,admirantibus Iudæis & iraſcenti/
bus: Quærebant tenebras magis de ſabbato q̃ lumen de miraculo.His ergo indignantibus
loquens ait hoc:maiora his demonſtrabit ei opera.His maiora:Quibus? Quòd uidiſtis ho
minẽ factũ ſanum,cuius languor durauerat uſq; ad triginta & octo annos:his maiora pa/
ter demonſtraturus eſt filio.Quæ ſunt maiora? Sequit͂ & dicit: Sicut enim pater ſuſcitat
mortuos & uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat.) Planè maiora ſunt iſta.Valde em̃ plus
eſt ut reſurgat mortuus,q̃ ut conualeſcat ægrotus.Maiora ſunt iſta.Sed quãdo ea pater de
monſtraturus eſt filio? Neſcit enim ea filius,& ille q̃ loquebatur nõ nouerat mortuos ſuſci/ D
tare? Adhuc habebat diſcere reſuſcitare mortuos,per quẽ facta ſunt om̃ia,q̃ fecit ut uiuere/
mus,q nõ eramus? Adhuc habebat diſcere ut reſuſcitaremur? Quid eſt qd' uult dicere? De/
ſcẽdit em̃ ad nos, & q pauloante loquebat͂ ut deus,cœpit loqui ut homo.Ipſe eſt tñ homo
qui deus, quia deus factus eſt homo,ſed factus quod nõ erat,nõ amittens quod erat.Ergo
acceſſit homo,ut eſſet homo q erat deus,nõ iam ut homo eſſet,& nõ eſſet deus.Audiamus
ergo eũ & factum,qui audiebamus conditorẽ.Conditorẽ quia uerbum in principio:factũ,
quia natũ ex uirgine Maria.Conditorẽ ante Abraam,ante Adam,ante terram,ante cœlũ,
ante omnia corporalia & ſpiritalia:factum autem ex ſemine Abraæ,ex tribu Iudã,ex uirgi/
ne Iſraëlitica.Si ergo nouimus hunc qui nobis loquitur,& deum & hominem,intelligamus
uerba dei & hominis:aliquando enim talia nobis dicit quæ pertineant ad maieſtatem, ali/
quando quæ pertineant ad humilitatem.Ipſe enim rex excelſus qui humilis,ut nos humiles
faciat excelſos.Quid ergo ait? Demonſtrabit mihi pater his maiora,ut uos miremini.Ergo
nobis eſt demonſtraturus,non illi.Cum ergo nobis ſit demonſtraturus pater:propterea di
xit,ut uos miremini.Expoſuit enim quod uoluit dicere,demonſtrabit mihi pater.Quare nõ
dixit,demonſtrabit uobis pater,ſed demonſtrabit filio? Quia & nos membra ſumus filij:
& nos membra tanq̃ quod diſcimus,ipſe diſcit quodammodo in membris ſuis.Quomo/
do diſcit in nobis? Quomodo patitur in nobis. Vnde ſcimus quia patitur in nobis,unde ꝓ/
Act.9 & 22 bamus? Ex illa uoce de cœlo:Saule Saule quid me perſequeris? Nõne ipſe eſt qui iudex in
Matth.25 fine ſeculi reſidebit,& iuſtos ad dexterã ponens,iniquos aũt ad ſiniſtrã,dicturus eſt: Venite
benedicti patris mei percipite regnum:Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare? Cũq; illi
reſponderint:Dñe,quãdo te uidimus eſurientem,dicturus eſt eis: Cũ uni ex minimis meis
dediſtis,mihi dediſtis. Qui ergo dixit:Cum uni ex minimis meis dediſtis,mihi dediſtis,&
nunc interrogetur à nobis,& dicamus illi:Dñe quãdo eris diſcens,cũ tu doceas omnia? Sta/
tim enim nobis in fide noſtra reſpondebit:Cũ unus ex minimis diſcit,ego diſco. Ergo grã/
tulemur

A tulemur & agamus gratias,non ſolũ nos Chriſtianos factos eſſe,ſed Chriſtum. Intelligitis
fratres gratiam dei ſuper nos capitis:admiramini, gaudete, Chriſti facti ſumus.Si enim ca
put ille eſt, nos mẽbra,totus ille homo & nos.Hoc eſt quod apoſtolus dicit Paulus:Vt ul/ *Eph.4*
tra iam non ſimus paruuli, iactati & circũdati omni uento doctrinæ, ſuperius aũt dixerat:
Donec occurramus omnes in unitatẽ fidei,in agnitionẽ filij dei in uirũ perfectũ,in menſurã
ætatis plenitudinis Chriſti.Plenitudo ergo Chriſti caput & membra. Quid eſt caput & mẽ
bra? Chriſtus & eccleſia.Arrogamus enim nobis hoc ſupbe,niſi ipſe dignet͂ hoc ꝓmittere,
qui per Apoſtolũ eundẽ dicit: Vos aũt eſtis corpus Chriſti & mẽbra.Cũ ergo oſtẽdit pater *1.Cor.12*
mẽbris Chriſti,Chriſto oſtẽdit,ſit quoddã miraculũ magnũ,ſed tñ uerũ.Oſtendit͂ Chriſto
quod nouerat Chriſtus,& oſtẽdit͂ Chriſto ꝑ Chriſtũ.Res mira eſt & magna eſt:ſed ſcriptu
ra ſic loquit͂.Cõtradicturi ſumus diuinis eloquijs,& nõ potius intellecturi,& ex ipſius dono
q ei donauit gratias acturi? Quid eſt quod dixi,demõſtrat͂ Chriſto ꝑ Chriſtũ? Demõſtra
tur membris per caput.Ecce uide illud in te.Pone te clauſis oculis uelle aliquid tollere,ne/
ſcit manus quò eat,& utiq; manus tua membrũ tuũ eſt,nõ enim à corpore tuo ſeparata eſt,
aperi oculos,uidet etiam manus quò eat,demonſtrante capite mẽbrũ ſecutũ eſt.Si ergo in
te potuit inueniri tale aliquid ut corpus tuũ oſtẽderet corpori tuo,& per corpus tuũ demon
ſtratur aliquid corpori tuo,noli mirari quia dictũ eſt,demonſtrat͂ Chriſto per Chriſtũ.De
monſtratur enim caput ut membra uideant,& docet caput ut mẽbra diſcant. Vnus tamen
homo caput & mẽbra:Noluit ſe ſeparare,ſed dignatus eſt agglutinari.Longe à nobis erat,
& multũ longe.Quid tam longe,q̃ conditũ & cõditor? Quid tam longe, q̃ deus & homo?
Quid tam longe,q̃ iuſtitia & iniquitas? Quid tam longe,q̃ æternitas & mortalitas? Ecce q̃
longe erat uerbum in principio,deus apud deum per quẽ facta ſunt om̃ia.Quomodo ergo
factus eſt prope,ut eſſet quod nos,& nos in illo? Verbum caro factũ eſt,& habitauit in no
bis.Hoc ergo eſt nobis demonſtraturus:hoc demonſtrauit diſcipulis ſuis,qui eũ in carne ui
B derunt.Quid eſt hoc? Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat: Sic & filius quos uult uiui/
ficat.) Aliũ ne pater,alius filius? Certe omnia per ipſum facta ſunt.Quid dicimus fratres
mei? Lazarũ ſuſcitauit Chriſtus,quem mortuum ſuſcitauit pater,ut uideret Chriſtus quem *Ioan.11*
admodum Lazarũ ſuſcitaret? An quando reſuſcitauit Lazarũ Chriſtus,non cum reſuſcita/
uit pater? Et ſine patre fecit filius ſolus? Legite ipſam lectionem,& uidete quia patrem ibi
inuocat ut reſurgat Lazarus: ſicut homo inuocat patrem,ſicut deus facit cum patre.Ergo &
Lazarus quòd reſurrexit,& à patre & à filio ſuſcitatus eſt in dono & gratia ſpũs ſancti,& il/
lud mirabile opus trinitas fecit.Non ergo ſic intelligamus,ſicut ergo pater ſuſcitat mortuos
& uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat,ut alios à patre reſuſcitari & uiuificari,alios à filio
exiſtimemus,ſed eoſdem quos pater ſuſcitat & uiuificat, ipſos & filius ſuſcitat & uiuificat,
quia omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil.Et ut oſtenderet habere ſe ꝑ
tis à patre,datam tamen patris poteſtatem,ideo ait:Sic & filius quos uult uiuificat.Et ut
oſtenderet ibi uoluntatem ſuam,& ne quis diceret,ſuſcitat pater mortuos per filium,ſed ille
tanq̃ potens,iſte tanq̃ ex aliena poteſtate,tanq̃ miniſter facit aliquid ſicut angelus, pote/
ſtatem ſignificauit ubi ait:Sic & filius quos uult uiuificat:non enim uult pater aliud quàm
filius,ſed ſicut illis una ſubſtantia,ſic una uoluntas eſt.Et qui ſunt iſti mortui quos uiuificat
pater & filius? An ipſi ſunt de quibus diximus,Lazarus,uel filius illius uiduæ,uel filia archi/
ſynagogi? Nouimus enim iſtos à Chriſto domino noſtro ſuſcitatos. Aliud aliquid nobis
uult inſinuare,reſurrectionem ſcilicet mortuorum quam omnes expectamus,nõ illam quã
quidam habuerũt ut crederent cæteri.Reſurrexit enim Lazarus moriturus,reſurgemus nos
ſemꝑ cũ Chriſto uicturi.Talẽ reſurrectionẽ pater fecit an filius? Immo uero pater per filiũ,
Ergo filius in patre,& pater in filio.Vnde ꝓbamus,qa de iſta dicit reſurrectiõe? Cũ dixiſſet,
ſicut em̃ pater ſuſcitat mortuos & uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat,ne intelligeremus
mortuorũ reſurrectionẽ quã facit ad miraculum,non ad uitã æternam, ſecutus ait: Neq;
enim pater iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio.) Quid hoc eſt? De mor/

tuorum resurrectione dicebat,quia sicut pater suscitat mortuos & uiuificat,sic & filius quos C
uult uiuificat:unde continuo tanquàm rationem subiecit de iudicio dicens:Neq; enim pa/
ter iudicat quẽquã,sed omne iudicium dedit filio,nisi quia de resurrectione dixerat mortuo
rum,quæ futura est in iudicio.Pauloante putabamus aliquid facere patrem, quod non fa/
cit filius,quando dicebat:Pater diligit filium,& omnia demonstrat ei quæ ipse facit: tanq;
pater faciebat,& filius uidebat:Sic erat subrepens menti nostræ intellectus carnalis, quasi
pater faceret quod filius non faceret:filius autem uideret patrem demonstrantem quod fie
ret à patre.Ergo uelut pater faciebat,quod filius non faciebat.Modo iam uidemus aliquid
facere filium quod non facit pater. Quomodo nos uersat,& mentem nostram pertractat,
huc atq; illuc ducit,uno carnis loco remanere nõ sinit,ut uersando exerceat,exercendo mun
det,mundando capaces reddat,capaces factos impleat.Quid de nobis faciunt uerba hæc?
Quid loquebatur? Quid loquitur? Pauloante dicebat, quia demonstrat filio pater quic/
quid facit,uidebam quasi patrem facientem,filium expectãtem. Modo rursus uideo filium
facientem, patrem uacantem: Non enim pater,inquit, iudicat quẽquã, sed omne iudicium
dedit filio.Quando ergo filius iudicaturus est,pater uacabit & nõ iudicabit? Quid est hoc?
quid intelligam domine? quid dicis qui uerbum dei es? homo sum.Dicis quia pater non iu/
Ioan,8 dicat quenquã, sed omne iudiciũ dedit filio. Lego alio loco te dicente:Ego non iudico quẽ/
quã,est qui quærat & iudicet.De quo dicis,est qui quærat & iudicet,nisi de patre? Ille quæ/
rit iniurias tuas,ille iudicat de iniurijs tuis: Quomodo hic pater non iudicat quenquã: sed
omne iudicium dedit filio? Interrogemus & Petrum,audiamus eum loquẽtem in epistola
1. Pet.2 sua:Christus pro nobis passus est,inquit,relinquẽs nobis exemplum, ut sequamur uestigia
eius,qui peccatum non fecit,nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur,non
maledicebat,cum iniuriam acciperet non minabatur, sed cõmendabat illi qui iuste iudicat:
Quomodo uerum est quia pater non iudicat quẽquã,sed omne iudicium dedit filio? Tur/
bamur hic,turbati desudemus,desudantes purgemur.Conemur utcunq; donante ipso, pe/ D
netrare alta secreta uerborum istorum.Temere fortasse facimus, quia discutere & scrutari
uolumus uerba dei.Et quare dicta sunt,nisi ut sciantur? Quare sonuerunt, nisi ut audian/
tur? Quare audita sunt,nisi ut intelligãtur? Confortet ergo nos & donet nobis aliquid quã/
tum ipse dignatur,& si nondum penetramus ad fontem,de riuo bibamus. Ecce ipse Ioan/
nes nobis tanquàm riuulus emanauit,perduxit ad nos de alto uerbum,humiliauit,& quo/
dammodo strauit,ut non horreamus altum,sed accedamus ad humilem.Omnino est qui/
4.sen. dis. 48. ca. dam intellectus uerus,fortis,si quo modo eũ tenere possumus,quia pater non iudicat quen
sed cum quam,sed omne iudicium dedit filio.Hoc enim dictum est,quia hominibus in iudicio non
apparebit nisi filius:Pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus? In
forma qua ascendit: Nam in forma dei cũ patre occultus est,in forma serui hominibus ma/
nifestus.Non ergo pater iudicat quẽquã,sed in manifesto omne iudicium dedit filio. Hoc
enim dictum est,quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius,sed manifesto.In quo
manifesto iudicio filius iudicabit,quia ipse iudicandis apparebit.Euidentius nobis ostẽdit
Act.1 scriptura,quia ipse apparebit,Quadragesimo die post resurrectionem suam ascendit in cœ
lum,uidentibus discipulis suis,& uox illis angelica,uiri,inquit,Galilæi, quid statis aspicien/
tes in cœlum? Iste qui assumptus est à uobis in cœlum,sic ueniet quemadmodum uidistis
eum euntem in cœlum.Quomodo cum uidebant ire? In carne quam tetigerunt,quam pal/
pauerunt,cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt,in illo corpore in quo cũ eis in/
trauit & exiuit per quadraginta dies,manifestans se eis in ueritate,nõ in aliqua falsitate,nõ
Luc.24 phantasmate,nõ umbra,non spũ,sed quẽadmodũ ipse dixit non fallens,Palpate & uidete,
quia spũs carnẽ & ossa nõ habet,sicut me uidetis habere.Est quidẽ illud iam corpus dignũ
cœlesti habitatione,nõ subiacens morti,nõ mutabile per ætates.Nõ enim sicut ad illam æta
tem ab infantia creuerat,sic ab ætate quæ iuuentus erat,uergit in senectutem: manet si/
cut ascendit,uenturus ad eos quibus antequam ueniat,uerbum suum uoluit prædicare.Sic
enim

A enim ueniet in forma humana.Hanc uidebunt & impij,uidebunt & ad dexterã positi,uide
bunt ad sinistram separati,sicut scriptum est:Videbunt in quẽ pupugerunt. Si uidebunt in Ioan,19
quẽ pupugerũt,corpus ipsum uidebũt quod lancea percusserunt. Lancea nõ percutitur uer/
bum. In hoc enim impij uidere potuerũt quod & uulnerare potuerũt. Latentem deũ in cor
pore nõ uidebũt:post iudiciũ uidebit ab his,qui ad dexteram erũt.Hoc est ergo quod ait:
Pater non iudicat quenq;,sed omne iudicium dedit filio:quia manifestus ad iudiciũ ueniet
filius in humano corpore apparens,hominibus dicens dextris: Venite benedicti patris mei Matth.25
percipite regnum:dicens sinistris: Ite in ignem æternũ,qui præparatus est diabolo & angelis
eius.Ecce uidebitur forma hominis à pijs & impijs,à iustis & ab iniustis,à fidelibus & ab in
fidelibus,à gaudentibus & à plangentibus,à confisis & confusis.Ecce uidebit cum uisa fue/
rit illa forma in iudicio,& fuerit peractum iudicium,ubi dictum est:Pater nõ iudicat quen/
q;,sed omne iudicium dedit filio:ob hoc,quia filius apparebit in iudicio in forma,quam ex
nobis suscepit.Quid postea futurũ est quãdo uidebitur forma dei,quã sitiunt omnes fide/
les:quando uidebitur illud,quod erat in principio uerbum deus apud deũ, per quod facta
sunt omnia:quãdo uidebitur illa forma dei,de qua dicit Apostolus:Cum in forma dei esset, Phil.2
nõ rapinã arbitratus est esse æqualẽ deo? Magna enim illa forma ubi æqualitas patris & fi
lij cognoscit ineffabilis, incõprehẽsibilis,maxime paruulis.Quãdo uidebit? Ecce ad dexterã
sunt iusti,ad sinistrã sunt iniusti.Omnes pariter homines uident filiũ hominis,uidẽt qui pũ
ctus est,uidẽt qui crucifixus est,uident humiliatũ,uident natũ ex uirgine,uident agnum de
tribu Iuda,uerbũ deum apud deũ.Quãdo uidebunt,ipse erit & tũc,sed forma serui appare
bit.Forma serui seruis demonstrabit:forma dei,filijs seruabit. Fiant ergo serui filij,qui sunt
ad dexterã,eant in æternã hæreditatẽ olim ꝓmissam,quã nõ uidentes martyres crediderũt,
ꝓ cuius ꝓmissione sanguinẽ suũ sine dubitatione fuderunt.Eant illuc & uideant ibi.Quan/
do illuc ibunt? Dicat ipse dñs:Sic ibunt illi in combustionẽ æternã,iusti autẽ in uitam æter/
B nam.Ecce uitã æternam nominauit.Nunquid hoc nobis dixit,quia ibi uidebimus & cogno
scemus patrẽ & filiũ? Quid si uiuemus in æternum,sed illum patrem & filiũ nõ uidebimus?
Audi alio loco ubi uitã æternã nominauit,& expressit quid sit uita æterna.Noli timere,non
te fallo,non sine causa promisi dilectoribus meis dicens:Qui habet mandata mea & seruat Ioan,14
ea,ille est qui diligit me.Et qui me diligit,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& mani
festabo meipsum illi.Respondeamus dño & dicamus:Quid dñe deus noster magnũ, quid
magnum nobis demonstraturus es teipsum? Quid enim? Et Iudæis te demonstrasti.Nón
ne te uiderunt & qui crucifixerunt? Sed demonstrabis te in iudicio,cum stabimus ad dexte/
ram tuam.Nunquid & illi qui ad sinistram stabunt non te uidebunt? Quid est ꝙ demon/
strabis nobis teipsum? Nunc enim non te uidemus cũ loqueris? Responde:Et demonstra/
bo meipsum in forma dei,uidetis modo in forma serui.Non te fraudabo ô homo fidelis,
crede quia uidebis, amas & non uides:amor ipse te perducet ut uideas,ama, perseuera in
amando.Non fraudabo,inquit, amorẽ tuum,qui mundaui cor tuum,ut quid enim mũda/
ui cor tuũ,nisi ut deus à te possit uideri? Beati enim mũdo corde,quia ipsi deum uidebunt.
Sed hoc,inquit,seruus,tanq; cum dño disputans,nõ expressisti cũ dixisti:Ibunt iusti in uitã
æternam,non dixisti:ibunt ut uideant me in forma dei, uideant patrem cui æqualis sum.
Alibi attende quid dixit:Hæc est autem uita æterna,ut cognoscant te unum uerũ deum, & Ioan,17
quem misisti Iesum Christum.Et modo ergo post cõmemoratũ iudiciũ,quod omne dedit
filio pater non iudicans quenq;,quid futurum est? Quid sequitur? Vt omnes honorificẽt
filium,sicut honorificant patrẽ.) Modo honorificant patrẽ,& contemnitur filius:Filius enim
uidebat ut seruus,pater honorificabat ut deus. Apparebit & filius æqualis patri,ut oẽs ho
norificent filiũ,sicut honorificãt patrẽ.Modo ergo hoc habemus in fide. Nec dicat Iudæus, contra Iudæos
patrẽ honorifico,quid mihi est cum filio? Respondeat illi: Qui nõ honorificat filiũ,nõ ho/
norificat patrẽ.) Mentiris omnino,filiũ blasphemas,& patri facis iniuriã.Pater enim filiũ mi
sit,tu cõtemnis quẽ misit.Quomodo honorificas mittentem,qui blasphemas missum? Ecce
inquit,

inquit,aliquis missus est,& maior est pater, quia misit.Recede à carne,uctus homo suggerit C
uerustati,tu in nouo agnosce nouitatem: nouus tibi,seculo antiquus,perpetuus,æternus,re/
uocet ad hoc intellectum.Minor est filius,quia missus,dictus est filius.Missionē audio, non
separationē.Sed hic,inquit,uidemus in rebus humanis,quia maior est,qui mittit ꝙ ille qui
mittitur. Sed res humanæ fallunt hominē,res diuinæ purgant.Noli attēdere ad res huma/
nas,ubi maior uidetur qui mittit , & minor qui mittitur, quanꝙ & ipsæ res humanæ dicunt
contra testimonium.Velut uerbi gratia,si quis uxorē uellet petere,& per se non posset, ami
cum maiorem mittit qui ei petat.Et sunt multa in quibus ipse maior eligitur,qui mittatur à
minore.Quid ergo calumniam uis facere,quia ille misit,ille missus est? Sol radium mittit,&
non separat: luna splendorem mittit,& non separat:lucerna lumen fundit,& non separat.
Video ibi missionem,& nullam uideo separationem: nam si de rebus humanis quæris exē
pla,ô hæretica uanitas,quanquam sicut pauloante dixi,& ipsæ res humanæ in quibusdam
exēplis coarguunt & uincunt te,tamen attende ꝙ sit aliud in rebus humanis, unde uis duce
re exempla ad res diuinas.Homo qui mittit,manet ipse,& pergit ille qui mittitur. Nūquid
pergit homo cum eo quem mittit? Pater autem qui misit filium, non recessit à filio. Ipsum
Ioan.16.& 14 dominum audi dicentem,Ecce ueniet hora ut unusquisq; discendat ad sua,& me solum re/
linquetis,sed non solus sum, quia pater mecum est. Quomodo eum misit cum quo uenit?
quomodo eū misit à quo nō recessit? Alio loco dixit, Pater aūt in me manens facit opera.
Ecce in illo est,ecce operatur,nō recessit à misso mittens, quia missus & mittens unum sunt.

Ab eo quod scriptum est,Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meū audit,
& credit ei,qui misit me,habet uitam æternam,& in iudicium nō uenit,sed transit
à morte in uitā,usq; ad eum locū ubi ait,Sicut audio iudico,& iudiciū meum iu/
stū est,qđ nō quæro uoluntatē meā,sed uoluntatē eius qui misit me. Tract. XXII.

NVDIVSTERTIANI & hesterni diei sermones redditos uobis,sequitur ho/ D
dierna euangelica lectio,quam ex ordine pertractemus, nō pro eius dignitate,
sed pro uiribus nostris:quia & uos nō pro inūdātis fontis largitate,sed ꝓ uestro
modulo capitis.Et nos non tantum dicimus in aures uestras, quātum ipse fons
manat,sed quantum capere possumus, quod in uestros sensus trāsfundimus,abundantius o/
perante ipso in cordibus uestris , ꝙ nobis in auribus uestris. Res enim magna tractatur, &
non à magnis,imò multum à paruis, spem tamen & fiduciam dat nobis,qui magnus pro/
pter nos factus est paruus.Si enim ab illo non exhortaremur,nec inuitaremur ad eum intel
ligendum,si desereret nos tanꝙ cōtemptibiles, quia capere non possemus diuinitatē ipsius.
si nō caperet in se mortalitatem nostrā, & perueniret ad nos ut loqueretur nobis euangeliū,
si quod in nobis abiectū & minimū est,uoluit cōmunicare nobiscū, putamus eum noluisse
nobis dare magnū suū,qui suscepit paruum nostrū? Hæc dixi,ne quis uel nos reprehendat
ista tractantes,quasi multū audaces:uel de se desperet, quod possit capere dono dei , quod
illi dignatus est loqui filius dei.Ergo loqui nobis dignatus est, debemus credere quia uoluit
ut intelligat.Sed si non possumus , præstat intellectū rogatus,qui uerbū præstitit nō roga/
tus.Ecce quæ uerborū ista secreta sunt, attendite. Amen amē dico uobis, quia qui uerbum
meū audit,& credit ei qui misit me,habet uitā æternā.) Ad uitam certe æternā omnes tēdi/
mus.Et ait.Amen amen dico uobis,qui uerbū meum audit & credit ei qui misit me , habet
uitā æternā.Nunquid ergo audire uos uoluit uerbū suū,& intelligere noluit? Quandoqui/
dē si in audiendo & credendo uita æterna est, multo magis in intelligendo.Sed gradus pie
tatis fides,fidei fructus intellectus , ut perueniamus ad uitam æternam,ubi nō nobis legat
euangeliū:sed ille qui nobis modo euāgelium dispensauit,remotis omnibus lectionibus &
pagnis,& uoce lectoris & tractatoris, appareat omnibus suis purgato corde assistentibus,
& in corpore immortali iā nunꝙ morituris,mūdans eos & illuminās, uidētes & uiuētes, in
principio erat uerbū,& uerbū erat apud deū. Nūc ergo quē quæsiuimus attēdamus , & quē
audiuimus cogitemus.Deus est em̄ Christus,& cū hominibus loquit̄:capi se uult,faciat ca/

paces,

A paces:uideri se uult,aperiat oculos. Non tamen sine causa loquitur nobis,nisi quia uerū est,
quod promittit nobis. Verba mea,inquit,qui audit, & credit ei qui me misit,habet uitā æter
nam. Vt in iudicium non ueniat,sed transeat à morte ad uitam.) Vbi & quando uenimus
de morte ad uitam,ut non in iudicium ueniamus? In hac uita transimus à morte ad uitam:
in hac uita quæ nondum est uita,hinc transimus à morte ad uitam . Quis est ille transitus?
Qui audit uerba mea,dixit,& credit ei qui misit me.Seruas ista & credis,& transis.Et est qui
stādo transit? Planè est:stat enim corpore , transit mente . Vbi erat, unde transiret? Et quò
transit? A morte ad uitam. Vide unum hominem stantem,in quo agatur totum hoc quod
dicitur.Stat,audit,forte non credebat,audiendo credit : pauloante non credebat,modo cre/
dit,quasi de regione infidelitatis ad regionem fidei transitum fecit ,motu cordis, non motu
corporis: motu in melius,quia iterum qui deserunt fidem,mouentur in deterius.Ecce in hac
uita,quæ sicut dixi,nondum est uita , transitur à morte ad uitam,ut in iudicium non uenia/
tur. Quare autem dixi,quia nondum est uita ? Si uita esset ista,non diceret dominus cuidā, Matth.19
si uis uenire ad uitam,serua mandata.Non enim ait illi,si uis uenire ad uitam æternam:non
addidit æternam,sed tantum dixit uitam. Nec uita nominanda est, quia non est uera uita.
Quæ est uera uita , nisi quæ est æterna uita ? Audi Apostolum dicentem ad Timotheum, 1.Timoth.6
Præcipe diuitibus huius seculi , non superbe sapere , neq; sperare in incerto diuitiarum, sed
in deo uiuo:qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum , bene faciant diuites , sint
in operibus bonis,facile tribuant,communicent. Vt quid hoc? Audi quod sequitur, Thesau
rizent sibi fundamentum bonum in futurum,ut apprehendant ueram uitam. Profecto ista
in qua erant,falsa uita est:nam ut quid uelis apprehēdere ueram,si iam tenes ueram? Si au/
tem apprehendenda est uera,migrandum est à falsa.Et quà migrandum? Quò? Audi,cre/
de,& transitum facis de morte ad uitam , & in iudicium non uenis. Quid est hoc q̄ in iudi/
cium nō uenies? Et quisq; melior erit Paulo apostolo,qui ait, Oportet nos exhiberi omnes 2.Cor.5
B ante tribunal Christi,ut illic recipiat unusquisq; quæ per corpus gessit,siue bonum siue ma/
lum.Paulus dicit, Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi : & tu tibi audes pro/ quæstio.
mittere,quia in iudicium nō uenies? Absit,inquis,ut ego mihi hoc promittere audeam , sed
credo promittēti.Saluator loquitur,ueritas pollicetur,ipse dixit mihi,Qui audit uerba mea,
& credit ei qui me misit,habet uitam æternam,& transitum facit de morte in uitam,& in iu/
dicium non uenit:Ergo audiui uerba domini mei, credidi. Iam infidelis cum essem,factus
sum fidelis,sicut ipse monuit,transij à morte ad uitam,ad iudicium non uenio,non præsum
ptione mea,sed ipsius promissione.Paulus autem contra Christum loquitur , seruus contra
dominum,discipulus contra magistrum, homo contra deum,ut cum dominus dicat , quia
qui audit & credit,transit à morte ad uitam,& in iudicium nō uenit:dicat Apostolus, Opor
tet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi? Aut si ad iudicium non ueniat,quid ad tribu
nal exhibetur? Nescio quomodo intelligam. Reuelat ergo dominus deus noster,& per scri
pturas suas admonet nos dicens,quot modis intelligatur,quando dicitur in iudicium.Hor/ iudicium multipliciter
tor ergo ut attendatis . Aliquando iudicium discriminatio dicitur. Secundū illū modū quo accipitur in scripturis
dicitur iudiciū discriminatio, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi,ut illic reci/ pro meritum iudicium.
piat homo quæ per corpus gessit,siue bonum siue malū: ipsa est enim discriminatio, ut bo/
nis bona,malis mala distribuantur,Nam si iudicium semper in malo acciperetur,non dice/
ret psalmus,Iudica me deus.Audit forte aliquis dicentem,Iudica me deus,& miratur,Solet Psal. 42
enim homo dicere,ignoscat mihi deus,parce mihi deus.Quis est qui dicat, Iudica me deus?
Et aliquando in psalmo uersus ipse in diapsalmate ponitur , qui præbeatur à lectore ,& re
spondeatur à populo.Nunc forte alicui cor percutitur , & timet cantare deo & dicere,Iudica
me deus:& tamen cantat populus credens , nec putat se male optare quod dicitur à diuina
lectione, & si parum intelligit , credit aliquid boni esse quod cantat . Et tamen & ipse psal/
mus non dimisit hominem sine intellectu. Secutus enim uerbis posterioribus ostendit,
quale iudicium diceret , quia non est damnationis sed discretionis . Ait enim , Iudica me

deus,

deus. Quid est, iudica me deus? Et discerne causam meam à gente nõ sancta. Ergo secundũ C
hoc iudicium discretionis, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Secundum iu
Secundum iudicium damnationis dicium autem damnationis, qui audit uerba mea, inquit, & credit ei qui misit me, habet ui
tam æternam, & in iudicium non uenit, sed transitum facit à morte ad uitam. Quid est in
iudicium non uenit? In damnationem non uenit. Probemus de scripturis, quia dictũ est
iudicium, ubi pœna intelligitur, cp̃ cp̃ & in hac ipsa lectione paulo post audietis ipsum uer
bum iudicij non positum nisi pro damnatione & pro pœna. Tamen Apostolus dicit quo
dam loco scribens ad eos, qui corpus quod fideles norunt, male tractabant: & propter quod
1. Cor. 11 male tractabant, corripiebantur flagello domini. Ait enim illis: Propterea multi in uobis in
firmi & ægroti dormiunt sufficienter. Multi enim propterea etiam moriebantur. Et secutus
est: Si enim nosipsos iudicaremus, à domino non iudicaremur: hoc est, si nosipsos corripere
mus, à domino non corriperemur: cum iudicamur autem à domino, corripimur, ne cũ hoc
mundo damnemur. Sunt ergo secundũ pœnam qui iudicantur hic, ut parcatur illis ibi: sunt
quibus parcatur hic, ut abundantius torqueantur ibi: sunt autem quibus distribuũtur ipsæ
pœnæ sine flagello pœnæ, si flagello domini correcti non fuerint: ut cum hic contempserint
patrẽ uerberãtem, ibi sentiant iudicem punientem. Ergo est iudiciũ quo missurus est deus,
id est, filius dei in fine diabolum & angelos eius, & omnes infideles & impios cũ eo. Ad hoc
iudicium non uenit, qui modo credens transitum facit à morte ad uitam: etenim ne putares
credendo te nõ moriturũ secundum carnem, & accipiendo carnaliter diceres tibi: Dominus
meus mihi dixit: Qui audit uerba mea, & credit ei qui misit me, transiet à morte ad uitam:
Ergo ego credidi, non sum moriturus. Scias te mortem quam debes supplicio Adam, perso
luturum, accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus, morte morieris, nec potes euadere sen
tentiam diuinam, sed cum persolueris mortem ueteris hominis, suscipies uitam æternã no
ui hominis, & trãsitum facies à morte ad uitam. Modo interim fac transitum uitæ. Quæ est
Matth. 8 uita tua? Fides. Iustus ex fide uiuit. Infideles, inquit, mortui sunt, de quibus dominus ait, Di D
mitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Ergo & in hac uita sunt mortui, sunt uiui, & quasi
omnes uiuunt. Qui sunt mortui? qui non crediderũt. Qui sunt uiui? qui crediderũt. Quid
Ephe. 5 dicitur mortuis ab Apostolo? Surge qui dormis. Sed somnum dixit, non mortem. Audi se
quentia, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Et quasi diceret, quò ibo? Et illuminabit te
Christus. Iam cum te credentem illuminauerit Christus, transitum facis à morte ad uitam:
mane in eo quò transisti, & non uenies ad iudicium. Exponit illud enim ipse & sequitur.
Amen amen dico uobis,) ne forte quia dixit, transit à morte ad uitam: intelligamus hoc in
futura resurrectione, ostendere uolẽs quomodo transit qui credit: & hoc est transire de mor
te ad uitam, transire ab infidelitate ad fidem, ab iniustitia ad iustitiam, à superbia ad humi
litatem, ab odio ad charitatem. Nunc autẽ amen amen dico uobis, quia uenit hora & nũc
est. Quid euidentius? Iam certe aperuit quod dicebat, quia modo fit quò nos Christus hor
tatur: uenit hora, quæ hora & nũc est. Quando mortui audient uocem filij dei, & qui au
dierint uiuent,) Iam de his mortuis locuti sumus. Quid putamus fratres mei, In ista turba
quæ me audit nulli sunt ne mortui? Qui enim credunt, & secundum ueram fidem agunt, ui
uunt, & mortui non sunt: qui autem uel non credunt, uel sicut dæmones credunt, trementes
& male uiuentes, filium dei confitentes, & charitatem non habentes, mortui potius deputã
di sunt, & tamen agitur adhuc hora ista. Non enim hora de qua locutus est dominus, una
erit hora de duodecim horis unius diei: ex quo locutus est usq; ad hoc tempus, & usq; ad fi
1. Ioan. 2 nem seculi, ipsa una hora agitur, de qua dicit in epistola sua Ioannes, Filioli, nouissima ho
ra est, ergo nunc est: qui uiuit, uiuat: qui mortuus erat, uiuat: audiat uocẽ filij dei qui mortuus
iacebat, surgat & uiuat. Clamauit dominus ad sepulchrũ Lazari, & quatriduanus mortuus
resurrexit. Qui putebat, in auras processit, sepultus erat, lapis superpositus erat. Vox salua
toris irrupit duriciam lapidis, & cor tuum ita durum est, ut nondum illa uox diuina te rum
pat. Surge in corde tuo, procede de sepulchro tuo. Etenim mortuus in corde tuo, tanq̃ in se
pulchro

A pulchro iacebas, & tanquam saxo malæ consuetudinis grauaris. Surge & procede, & credè
& confitere. Qui enim credit, surrexit: qui cõfitetur, processit. Quare processisse dicimus con
fitentem? Quia antecp̃ confiteretur, occultus erat: cum autem confiteretur, procedit de te
nebris ad lucem. Et cum confessus fuerit, quid dicetur ministris? Quod dictum est ad funus
Lazari, Soluite illum, & sinite abire. Quomodo dictum est ministris apostolis, Quæ solue- Matth. 16
ritis in terra, soluta erunt & in cœlo. Venit hora & nunc est, quãdo mortui audient uocem
filij dei, & qui audierint uiuent: unde uiuent? De uita. De qua uita? De Christo. Vnde pro
bamus quia de uita Christo? Ego sum, inqt, uia, ueritas & uita. Ambulare uis, ego sum uia. Ioan. 14
Falli non uis, ego sum ueritas. Mori non uis, ego sum uita. Hoc dicit tibi saluator tuus, non
est quò eas nisi ad me: nõ est quà eas nisi per me. Nunc ergo ista hora agitur, hoc & agitur
planè, & omnino nõ cessatur. Surgunt homines qui mortui erant, transibunt ad uitam, ad
uocem filij dei uiuunt, de illo perseuerãtes in fide ipsius. Habet enim filius uitã, unde uiuant
credẽtes habet. Et quomodo habet? Sicut habet pater. Audi ipsum dicentem, Sicut enim
pater habet uitã in semetipso, sic dedit & filio uitã habere in semetipso.) Fratres, ut potero
dicam. Hæc sunt enim illa uerba quæ paruum intellectum perturbant. Quare addidit, in se
metipso? Sufficeret enim ut diceret, Sicut enim pater habet uitam, sic dedit & filio habere
uitã. Addidit, in semetipso: habet enim in semetipso pater uitã, habet & filius in semetipso.
Aliquid intelligere nos uoluit, in eo q̃ ait, in semetipso: & hic secretũ in uerbo, hoc clausum
est, pulsemus ut aperiatur. O domine, quid est quod dixisti? In semetipso quare addidisti?
Etenim Paulus apostolus quẽ uiuere fecisti, nõ habebat uitam? Habebat, inquit, quantum
homines mortui ut reuiuiscant, & ad uerbum tuum credendo transeant. Cum transierint,
non in te habebunt uitam? Habebunt, nam & ego pauloante dixi, Qui audit uerba mea,
& credit ei qui me misit, habet uitam æternam. Ergo illi qui in te credunt, habent uitam: &
non dixisti, in semetipsis. Cum autẽ de patre loquereris, dixisti, Sicut pater habet uitam in
B semetipso: rursus cum de te loquereris, dixisti, sic & filio dedit habere uitam in semetipso.
Sicut habet, sic dedit habere. Vbi habet? In semetipso. Paulus ubi habet? Nõ in semetipso,
sed in Christo. Tu fidelis ubi habes? Non in semetipso, sed in Christo. Videamus si hoc di
cit Apostolus, Viuo autẽ iam non ego, uiuit uero in me Christus: uita nostra, tanq̃ nostra,
ideo de uolũtate propria nostra non erit nisi mala, peccatrix, iniqua: uita uero bona de deo
in nobis est, non à nobis. Christus autẽ in semetipso habet uitam sicut pater, quia uerbum
dei non modo male uiuit, & modo bene uiuit: homo autem modo male, modo bene. Qui
male uiuebat, in uita sua erat: qui bene uiuit, ad uitã Christi transit. Particeps factus uitæ,
non eras quod accepisti, & eras qui acciperes: filius autem dei non quasi primo fuit sine uita,
& accepit uitam. Si enim sic illam acciperet, nõ eam haberet in semetipso. Quid est enim in
semetipso? Vt ipsa uita ipse esset. Adhuc aliquid planius fortasse dicam, Lucernam quisq̃
accendit, exempli gratia, lucerna illa quantum pertinet ad flammulã quæ ibi lucet, ignis ille
habet lucem in semetipso: oculi autem tui qui lucerna absente iacebant & nihil uidebant,
iam ipsi habent lucem, sed non in semetipsis. Proinde si se à lucerna auerterint, tenebran
tur: si se conuerterint, illuminantur. At uero ille ignis quamdiu est lucet, si uolueris illi lucem
tollere, simul & ipsum extinguis: nã sine luce non potest remanere. Sed lux Christus inextin
guibilis & coæternus patri, semper candens, semper lucens, semper feruens: nã si nõ ferueret,
nunquid diceretur in psalmo, Nec est qui se abscõdat à calore eius? Tu autẽ in peccato tuo Psal. 18
frigidus eras, cõuertaris ut feruescas: si recesseris, frigescis. In peccato tuo tenebrosus eras, con
uertaris ut illumineris: si auerteris te, obscuraberis. Proinde qui in tenebris eras, cum illumi
naris non eris lumen, quamuis sis in lumine: ait enim Apostolus, Fuistis enim aliquando Ephes. 4
tenebræ, nunc autẽ lux in domino. Cum dixisset, nunc autem lux, addidit in domino. In te
ergo tenebræ, lux in domino. Lux quare? Quia participatione lucis illius es: si autem à luce
qua illuminaris recesseris, ad tenebras tuas redis. Non sic Christus, non sic uerbum dei, sed
quomodo? Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio habere uitam in semetipso,

m ut non

ut non participatione uiuat, ſed incommutabiliter uiuat:& omnino ipſe uita ſit,ſic dedit & C
filio habere uitã.Sicut habet,ſic dedit.Quid intereſt? Quia ille dedit,iſte accepit. Nunquid iam erat quando accepit? Nunquid intelligimus Chriſtum aliquando fuiſſe ſine luce, cum ipſe ſit ſapientia patris,de qua dictũ eſt,Candor eſt lucis æternæ? Ergo quod dicitur,dedit filio,tale eſt ac ſi diceretur, genuit filium:generando enim dedit . Quomodo enim dedit ut eſſet,ſic dedit ut uita eſſet,& ſic dedit,ut in ſemetipſo uita eſſet.Et quid eſt,in ſemetipſo uita eſſet? Non aliunde uita indigeret,ſed ipſe eſſet plenitudo uitæ,unde credentes alĳ uiuerent dum uiuerent.Dedit ergo illi habere uitam in ſemetipſo, dedit ei tanc̃ꝑ uerbo ſuo,tanc̃ꝑ ei qui in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. Deinde quia homo factus,quid illi dedit? Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis eſt.) Secundũ q̃ꝑ filius eſt dei,ſicut habet pater uitam in ſemetipſo,ſic & dedit filio uitam habere in ſemetipſo : ſecundum autem q̃ꝑ filius hominis eſt, poteſtatem dedit ei iudicium faciendi.Hoc eſt quod heſterno die expoſui charitati ueſtræ,quia in iudicio homo uidebitur,deus autẽ non uidebitur, ſed poſt iudicium uidebitur ab his qui uicerint in iudicio. Ab impĳs autem non uidebitur deus: quia ergo homo uidebitur in iudicio,forma illa quæ ſic ueniet ſicut aſcẽdit, ideo ſupra dixerat, Pater non iudicat quenc̃ꝑ,ſed omne iudicium dedit filio.Hoc etiam in iſto loco repetit,cum dicit, Et poteſtatem dedit ei iudicium faciendi, quoniam filius hominis eſt:tanc̃ꝑ diceres tu, Poteſtatem dedit ei iudicium faciendi:Quare? Quando nõ habuit iſtam poteſtatem iudicĳ? Quando in principio erat uerbum , & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum,quando omnia per ipſum facta ſunt:nũquid nõ habebat poteſtatem iudicium faciendi? Sed ſecundũ hoc dico, poteſtatem dedit ei iudicium faciendi,quia filius hominis eſt.Sed ſecundũ hoc accepit poteſtatem iudicandi,quia filius hominis eſt:nam ſecundum q̃ꝑ dei filius eſt,ſemper habuit hanc poteſtatem.Accepit qui reſuſcitatus eſt,accepit qui natus eſt,accepit qui crucifixus eſt . Qui fuit in morte,eſt in uita : uerbum dei nunc̃ꝑ in morte,ſemper in uita.Iam ergo de reſurrectione forte aliquis noſtrum dicebat,Ecce reſurre D
ximus,qui audit Chriſtum,qui credit & tranſit de morte ad uitam,& in iudiciũ non ueniet. Venit hora & nũc eſt,ut qui audit uocem filĳ dei uiuat:mortuus erat, audiuit,ecce reſurgit. Quid eſt quod dicitur poſtea reſurrectio futura carnis,& reſurrectio corporũ mortuorum? Parce tibi,noli præcipitare ſentẽtiam,ne pergas poſt illam.Eſt quidem iſta reſurrectio quæ fit nunc,mortui erant infideles,mortui erant iniqui,uiuunt iuſti, tranſeunt à morte infidelitatis ad uitam fidei.Sed noli inde credere nullam futuram poſtea reſurrectionem corporis, crede futuram & reſurrectionem corporis. Audi enim quid ſequatur poſt commendatam reſurrectionem iſtam quæ fit per fidem , ne quis putaret iſtam ſolam eſſe,& incideret in illam deſperationem & errorem hominum , qui peruertebant aliorum ſenſus, dicentes reſur
2.Timoth.2 rectionem iam factam eſſe , de quibus dicit Apoſtolus, Et fidem quorundam peruertunt. Credo enim quia talia uerba illis dicebant, Ecce dominus ubi ait,Et qui credit in me,tranſit a mꝙ orte ad uitam , iam facta eſt reſurrectio in omnibus fidelibus qui fuerãt infideles,quomodo altera dicitur reſurrectio ? Gratias deo noſtro , fulcit nutantes , dirigit hæſitantes, confirmat dubitantes.Audi quid ſequitur,quia non habes unde tibi facias caliginem mortis:ſi credidiſti , totum crede . Quid totum, inquis, credo ? Audi quid dicit, Nolite mirari hoc:) quia dedit poteſtatem filio faciendi iudicĳ . In fine dico,ait, Quomodo in fine? Nolite mirari hoc, Quia ueniet hora:) hic non dixit,& nunc eſt. In illa reſurrectione fidei quid dixit? Veniet hora & nunc eſt . In iſta reſurrectione quia commendat futuram corporum mortuorum, ueniet hora dixit, non dixit nunc eſt, quia in fine ſeculi uentura eſt.Et unde,inquis, mihi probas, quia de ipſa reſurrectione dixit? Si patienter audias,tuipſe tibi modo probabis. Sequamur ergo,Nolite mirari hoc, quia uenit hora, In qua omnes qui in monumẽtis ſunt,audient uocẽ filĳ dei,& procedent.) Quid euidẽtius iſta reſurrectione? Iam dudum non dixerat, qui in monumentis ſunt, ſed mortui audient uocem filĳ dei, & qui audierint uiuent.Nõ dicitur,alĳ uiuent,alĳ damnãtur, quia omnes qui credunt uiuent.

De mo

A De monumentis autẽ quid dixit? Omnes qui ſunt in monumentis audient uocẽ filĳ eius, & procedent,nõ dixit,audient & uiuent . Si enim male uixerant & iacebant in monumẽtis, ad mortem reſurgent, nõ ad uitam:ergo uideamus qui procedẽt,licet pauloante mortui audiendo & credẽdo uiuebant.Non ibi facta eſt diſcretio,non dictum eſt,audient mortui uocem filĳ dei,& cum audierint,alĳ uiuẽt,alĳ damnãtur, ſed omnes qui audierint uiuent,quia qui credunt,uiuent,qui habẽt charitatem uiuent,& nemo morietur.De monumẽtis autem audient uocem, Et procedent.) Quò? Qui bene fecerunt,ad reſurrectionẽ uitæ:qui male fecerunt,ad reſurrectionem iudicĳ.) Hoc eſt iudicium,pœna illa de qua pauloante dixerat, Qui credit in me,tranſiet à morte ad uitam, & in iudicium non ueniet. Non poſſum ego à me facere quicc̃ꝑ, ſicut audio iudico, & iudicium meũ iuſtum eſt.) Si ſicut audis iudicas,à quo audis? Si à patre, certe pater nõ iudicat quenquam,ſed omne iudiciũ dedit filio.Quoniam tu quodãmodo præco patris,ut quod audis dicas . Quod audio hoc dico,quia quod eſt pater hoc ſum.Dicere enim meũ eſſe eſt,quia uerbũ patris ſum:hoc enim tibi dicit Chriſtus. Inde de tuo quid eſt,ſicut audio,ita iudico,niſi ſicut ſum? Quomodo enim audit Chriſtus? Fratres,quæramus rogo uos, Audit Chriſtus à patre? Quomõ illi dicit pater? Vtiq; ſi dicit illi, uerba ad illum facit,omnis enim qui aliquid alicui dicit,uerbo dicit . Quomodo pater filio dicit,quãdo filius uerbum patris eſt? Quicquid autẽ nobis pater dicit,uerbo ſuo dicit,uerbũ patris filius eſt, ipſo uerbo quo alio uerbo dicit? Vnus eſt deus,unum uerbum habet, in uno uerbo omnia continet.Quid eſt ergo,Sicut audio ita iudico? Sicut de patre ſum,ita iudico. Ergo iudicium meũ iuſtũ eſt, uerũ eſt.Nã ſi nihil facis ex te ô domine Ieſu, quomodo ſentiũt carnales,ſi nihil facis ex te? Quomodo pauloante dixiſti,ſic & filius quos uult uiuificat:modo dicis, ex me facio nihil? Sed quid commendat filius, niſi quia de patre eſt? Quid eſt de patre? Non eſſe de ſe.Sed non eſt de ſe filius, ſi de ſe eſſet,filius non eſſet, ſed filius de patre eſt.Pater ut ſit nõ eſt de filio,filius ut ſit de patre eſt, æqualis eſt patri,ſed
B tamen iſte de illo,non ille de iſto. Quia non quæro uoluntatem meã,ſed uoluntatem eius qui miſit me.) Filius unicus dicit,Non quæro uoluntatem meã,& homines uolũt facere uoluntatẽ ſuã. Ille tantũ ſe humiliat qui æqualis eſt patri , & tãtum ſe extollit qui in imo iacet, & niſi ei manus porrigatur non ſurgit.Faciamus ergo uolũtarem patris, uolũtatem filĳ,uoluntatem ſpirituſſancti,quia trinitatis huius una uoluntas, una poteſtas,una maieſtas eſt. Ideo tamen dicit filius, Non ueni facere uolũtatem meã,ſed uoluntatem eius qui miſit me, quia Chriſtus non eſt de ſe, ſed de patre ſuo eſt. Quod autem habuit ut homo appareret, de creatura aſſumpſit quam ipſe formauit.

Ab eo loco, ubi dictum eſt, Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt uerum, uſq; ad id q̃ꝑ ait, Et non uultis uenire ad me,ut uitam habeatis.

Tractatus XXIII

QVODAM loco in euangelio dominus ait, prudentem auditorem uerbi ſui ſi- Matꝫ vii
milem eſſe debere homini qui uolẽs ædificare, fodit altius donec perueniat ad fundamentũ ſtabilitatis petræ, & ibi ſecurus cõſtituat quod fabricat,aduerſus impetum fluminis,ut cũ uenerit, repercutiatur potius firmitate ædificĳ,c̃ꝑ impulſu ſuo ruinam faciat illi domui. Putemus ſcripturam dei tanc̃ꝑ agrum eſſe,ubi uolumus aliquid ædificare.Non ſimus pigri,nec ſuperficie contenti,fodiamus altius donec perueniamus ad petram,petra autẽ erat Chriſtus.Hodierna lectio de teſtimonio domini nobis lo- i.corin:10
cuta eſt,quia non habet neceſſariũ ab hominibus teſtimoniũ,ſed habeat maius c̃ꝑ ſunt homines,atq; id teſtimoniũ dixit quod ſit. Opera, inquit, quæ ego facio,teſtimoniũ perhibent de me.) Deinde adiunxit, Et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.) Ipſa quoq; opera quæ facit,à patre ſe accepiſſe dicit. Teſtimoniũ ergo perhibent opera, teſtimonium perhibet pater.Nullũm ne teſtimoniũ perhibuit Ioãnes? Perhibuit planè,ſed tanc̃ꝑ lucerna,non ad ſatiandos amicos, ſed ad cõfundendos inimicos:iam enim antea prædictũ erat à perſona patris,Paraui lucernam Chriſto meo:Inimicos eius indui confuſione,ſuper Pſal.131

ipſum autẽ efflorebit ſanctificatio mea. Eſto tanꝯ in nocte põſitus. Attẽdiſti in lucernam, C
& miratus es luccrnam, & exultaſti ad lumen lucernæ. Sed illa lucerna dicit eſſe ſolẽ in quo
exultare debeas, & quamuis ardeat in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius
hominis teſtimonium non erat opus, nam ut quid mitteretur ſi nõ erat opus? Sed ne in lu
cerna remaneat homo, & lumen lucernæ ſufficere ſibi arbitretur, ideo dñs nec lucernam il/
lam ſuperfluã dicit fuiſſe, nec tamen te dicit in lucerna debere remanere. Dicit aliud teſtimo
nium ſcriptura dei, ubi utiq; deus perhibuit teſtimonium filio ſuo, & in illã ſcripturã Iudæi
ſpem poſuerant in lege ſcilicet dei, miniſtrata ſibi per Moyſen famulum dei. Scrutamini,
inquit, ſcripturam, in qua uos putatis uitam æternam habere, ipſa teſtimonium perhibet
de me, & non uultis uenire ad me ut uitã habeatis.) Quid uos putatis habere in ſcriptura?
Vitam æternam. Ipſam interrogate, cui perhibet teſtimoniũ, & intelligite quæ ſit uita æter/
na. Et quia propter Moyſen uolebant repudiare Chriſtum, tanꝯ aduerſarium inſtitutis,
præceptiſq; Moyſi, rurſus eoſdem ipſe conuincit, tanꝯ de alia lucerna. Omnes enim homi
nes lucernæ, quia & accendi poſſunt & extingui. Et lucernæ quidẽ cũ ſapiunt, lucẽt, & ſpiritu
ferucnt, nã & ſi ardebant & extinctæ ſunt, etiã putent. Permanſerunt enim ſerui dei lucernæ
bonæ, ex oleo miſericordiæ illius, non ex uiribus ſuis. Gratia quippe dei gratuita, illa oleum
1.Cor.15 lucernarũ eſt. Plus enim illis omnibus laborauí, ait quædã lucerna. Et ne uiribus ſuis ardere
uideretur, adiũxit, Non autẽ ego, ſed gratia dei mecũ. Omnis ergo propheria ante domini
2.Pet.1 aduentum, lucerna eſt. De qua dicit Petrus apoſtolus, Habemus certiorem propheticũ ſer/
monẽ, cui bene facitis intẽdentes quemadmodũ lucernæ lucenti in obſcuro loco, donec dies
luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus ueſtris. Lucernæ itaq; prophetæ, & omnis prophetia
una magna lucerna. Quid apoſtoli? Nõ lucernæ etiam ipſi? Planè lucernæ. Solus enim ille
non lucerna: nõ enim accẽditur & extinguitur, quia ſicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic
dedit filio habere uitã in ſemetipſo. Lucernæ ergo & apoſtoli, & gratias agũt, quia & accen
ſæ lumine ueritatis ſunt, & feruẽt ſpiritu charitatis, & ſuppetit illis oleum gratiæ dei. Si non D
Matth.5 eſſent lucernæ, non diceret illis dñs, Vos eſtis lumen mundi. Nam poſteaꝯ dixit, Vos eſtis
lumen mundi: oſtendit ne tale lumen ſe putarent, quale dictũ eſt, Erat lumen uerum, quod
Ioan.1 illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundũ: tunc autẽ hoc de dño dictũ eſt, cum à
Ioanne diſtingueretur. De Ioãne quidẽ Baptiſta dictũ erat, Nõ erat ille lumen, ſed ut teſti/
moniũ perhiberet de lumine. Et ne diceres, quomodo lumen nõ erat, de quo Chriſtus dicit,
quia lucerna erat? In cõparatione alterius luminis nõ erat lumen: Erat enim uerum lumen,
quod illuminat omnẽ hominẽ ueniẽtem in hunc mundũ. Ergo cũ & diſcipulis diceret, Vos
eſtis lumen mundi: ne ſibi aliquid tributũ putarẽt, quod de ſolo Chriſto intelligendũ eſſet,
& ita lucernæ uento ſuperbiæ extinguerẽtur, cum dixiſſet, Vos eſtis lumen mundi: cõtinuo
ſubiunxit, Nõ poteſt ciuitas abſcõdi ſupra montẽ conſtituta, neq; accendũt lucernam & po
nunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Sed quid
ſi apoſtolos nõ dixit lucernã, ſed accẽſores lucernæ quã ponerẽt ſuper candelabrum? Audi
quia ipſos dixit lucernã, Sic luceat, inquit, lumen ueſtrũ coram hominibus, ut uidẽtes bona
opera ueſtra glorificent non uos, ſed patrẽ ueſtrũ qui in cœlis eſt. Ergo & Moyſes perhibuit
teſtimoniũ Chriſto, & Ioãnes perhibuit teſtimoniũ Chriſto, & cæteri prophetæ & apoſtoli
perhibuerunt teſtimoniũ Chriſto. His omnibus teſtimonijs præponit teſtimoniũ operum
ſuorũ, quia & per illos nõ niſi deus perhibuit teſtimoniũ filio ſuo. Sed perhibet alio modo
deus teſtimoniũ filio ſuo. Per ipſum filium ſuũ indicat deus filiũ, indicat ſe per filiũ, ad hunc
ſi potuerit homo peruenire, nec lucernis indigebit, & uere fodiendo altius ædificiũ perducet
ad petram. Facilis eſt ergo fratres hodierna lectio, ſed propter heſternũ debitum, ſcio enim
quid diſtulerim, nõ abſtulerim, & dñs dignatus eſt donare, etiã hodie loqui ad uos. Recor/
damini quid repoſcere debeatis, ſi forte aliquo modo ſeruata pietate & ſalubri humilitate,
extẽdamus nos nõ aduerſus deum, ſed ad deũ, & leuemus ad eũ animã noſtrã, effundentes
Pſal.41 eam ſuper nos, ſicut ille in pſalmo, cui dicebatur, Vbi eſt deus tuus: hæc, inquit, meditatus
ſum,

A ſum, & effudi ſuper me animã meam. Leuemus ergo animam noſtram ad deum, non con/
tra deum, quia & hoc dictũ eſt, Ad te domine leuaui animã meam. Et leuemus adiuuante Pſal.24
ipſo, quia grauis eſt. Vnde autẽ grauis eſt? Quia corpus quod corrũpitur aggrauat animã, Sap.9
& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ne forte ergo poſſimus ſenſum
noſtrum à multis colligere ad unũ, & euulſum à multis leuare ad unũ: quod quidem nõ po
terimus, ut dixi, niſi adiuuet ille qui ad ſe uult leuari animas noſtras, & contingamus ex ali/
qua parte, quomodo uerbum deus unicus patri coæternus & coæqualis patri, nõ faciat niſi
quod uiderit patrẽ facientem, cũ tamen pater ipſe non faciat aliquid niſi per filiũ uidentem.
Videtur mihi quomodo dñs Ieſus in hoc loco magnum quiddã inſinuare uolens intentis,
& infundere capacibus, incapaces autẽ excitare ad ſtudium, ut nondũ intelligentes bene ui/
uendo capaces fiãt: inſinuauit nobis animã humanã & mentẽ rationalẽ quæ ineſt homini,
non ineſt pecori, non uegetari, nõ beatificari, nõ illuminari, niſi ab ipſa ſubſtãtia dei, eamq;
animã facere aliquid per corpus & de corpore, atq; habere ſubiectum corpus, & per corpo/
ralia mulceri poſſe ſenſu corporis uel offendi, & propter hoc, id eſt, propter conſortiũ quod/
dam animæ & corporis in hac uita atq; complexum, delectari animã lenitis, uel contriſtari
offenſis corporis ſenſibus, beatitudinem tamen eius qua fit beata ipſa anima, non fieri niſi
participatione illius uitæ ſemper uiuæ, incõmutabilis, æternæq; ſubſtãtiæ, quæ deus eſt, ut
quomodo anima quæ inferior deo eſt, id quod ipſa inferius eſt, hoc eſt corpus, facit uiuere,
ſic eandẽ animã nõ facit beate uiuere, niſi quod ipſa anima eſt ſuperius. Superior enim ani
ma cẽ corpus, & ſuperior cẽ anima deus. Anima ut præſtet aliquid inferiori, præſtatur illi à
ſuperiore. Seruiat dño ſuo, ne cõculcetur à ſeruo ſuo. Hæc eſt fratres mei, religio Chriſtiana,
quæ prædicatur per totũ mundum horrẽtibus inimicis, & ibi uincũtur murmurãtibus, ubi
prævalẽt fæuiẽtibus. Hæc eſt religio Chriſtiana, ut colatur unus deus, nõ multi dij: quia nõ
facit animã beatã niſi unus deus. Participatione dei fit beata, nõ participatione ſanctæ ani- quomodo anima fiat beata
B mæ fit beata infirma anima, nec participatione angeli fit beata ſancta anima: ſed ſi quæris
beata eſſe infirma anima, quærat unde beata ſit ſancta anima: non enim beatus efficeris ex
angelo tu, ſed unde angelus, inde & tu. His præmiſſis atq; firmiſſime cõſtitutis, animam ra
tionalem nõ beatificari niſi à deo, corpus non uegetari niſi per animã, atq; eſſe quandã me/
dietatẽ inter deum & corpus, animã. Intẽdite ergo & recolite mecum, non hodiernã, de qua
ſufficiẽter locuti ſumus, ſed heſternã lectionẽ, quã ecce iã triduo uerſamus atq; tractamus,
& pro uiribus fodimus, donec ad petrã perueniamus. Verbum Chriſtus, & uerbũ dei Chri Chriſti verbum
ſtus: apud deũ, uerbũ Chriſtus, & deus uerbũ Chriſtus, & deus & uerbum unus deus. Illuc
perge anima contẽptis cæteris, uel etiã tranſcẽſis. Illuc perge, nihil potẽtius iſta creatura quæ
mens dicitur rationalis, nihil hac creatura ſublimius. Quicquid ſupra iſtã eſt, iã creator eſt.
Dicebam autẽ quia uerbũ Chriſtus, & uerbũ dei Chriſtus, & deus uerbũ Chriſtus, ſed non
tantũ uerbũ Chriſtus, quia uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis: ergo & uerbũ & caro
Chriſtus. Cũ enim in forma dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Et quid Philip.2
nos in imo, qui nõ poteramus infirmi & humi repẽtes attingere deũ? Nunquid relinquẽdi
eramus? Abſit. Semetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, nõ ergo formã dei amittens.
Factus eſt ergo homo qui erat deus, accipiẽdo quod nõ erat, non amittendo quod erat. Ita
factus eſt homo deus. Ibi habes aliquid propter infirmitatẽ tuam, ibi habes aliud propter
perfectionem tuam, erigat te Chriſtus per id quod homo eſt, ducat te per id quod deus & C
homo eſt, perducat te ad id quod deus eſt. Et tota prædicatio diſpenſatioq; per Chriſtum
hæc eſt, fratres, & alia nõ eſt, ut reſurgãt animæ, reſurgant & corpora. Vtrunq; quippe mor
tuum erat, corpus ex infirmitate, anima ex iniquitate. Reſurget anima ab iniquitate per id
quod deus eſt, reſurget corpus à corruptione per id quod homo eſt. Animæ reſurgunt per
ſubſtantiã dei, corpora per diſpẽſationem humanam. Quia utrunq; mortuũ erat, reſurgat
utrunq;. Quid utrunq;? Anima & corpus. Per quid ergo anima niſi per deum Chriſtum?
Per quid corpus, niſi per hominẽ eundẽ Chriſtũ? Erat enim & in Chriſto anima humana, m Chriſto erat anima
m 3 tota humana,

tota anima,nõ irrationale tantum animæ, ſed etiam rationale quod mens dicitur. Fuerunt C
enim quidam hæretici,& pulũ ſunt ab eccleſia,qui putarent nõ habere mentem rationalem
corpus Chriſti,ſed quaſi animam beluinam:excepa quippe rationali mẽte uita beluina eſt.
Sed quia expulſi ſunt, & ea ueritate expulſi ſunt,accipe totũ Chriſtum,uerbum,mentem ra
tionalẽ,& carnẽ:hoc totũ Chriſtus eſt. Reſurgat anima tua ab iniquitate per id quod deus
eſt,reſurgat corpus tuũ à corruptione per id quod homo eſt. Proinde chariſſimi,audite ma
gnam lectionis huius, quãtum mihi uidetur, profunditatem,& uidete quemadmodum lo
quatur hic Chriſtus,nihil aliud q̃ quare uenerit Chriſtus, ut reſurgãt animæ ab iniquitate,
reſurgant corpora à corruptione. Iam dixi animæ per quid reſurgãt, per ipſam ſubſtãtiam
dei:corpora per quid reſurgant,per diſpenſationem humanam domini noſtri Ieſu Chriſti.

Reſumit hic Aug. quod in 4. tractatibus expoſitũ eſt amplius exponẽdũ

Amen amen dico uobis,nõ poteſt à ſe filius facere quicq̃,niſi quod uiderit patrẽ facientẽ:
Quæcunq; enim ille fecerit,hæc & filius ſimiliter facit.) Cœlum, terram, mare,quæ in cœlo,
quæ in terra,quæ in mari,uiſibilia,inuiſibilia, animalia in terris, fruteta in agris,natantia in
aquis,in aẽre uolantia,in cœlo lucentia. Præter hæc omnia,angelos,uirtutes,ſedes,domina
tiones,principatus,poteſtates:omnia per ipſum facta ſunt. Nunquid fecit omnia hæc deus
pater,& demõſtrauit ea facta filio,ut & ipſe faceret alterũ mundum his omnibus plenum?
Nõ utiq;. Sed quid? Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & nõ alia,ſed hæc & filius,nec diſſimi
liter, ſed ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.)
Demõſtrat pater filio ut animæ ſuſcitẽtur,quia per patrem & filium animæ ſuſcitãtur. Nec
poſſunt uiuere animæ,niſi earũ uita ſit deus. Si ergo nõ poſſunt uiuere animæ,niſi earũ uita
ſit deus,ſicut ipſæ ſunt uita corporũ,quod demõſtrat pater filio,id eſt,quod facit per filiũ fa
cit:nõ enim faciẽdo demõſtrat pater filio,ſed demonſtrãdo facit per filiũ. Videt enim filius
patrem demonſtrãtem anteq̃ aliquid fiat, & ex demonſtratione patris & uiſione filij,fit à
patre per filium:ſic animæ ſuſcitãtur, ſi potuerint uidere iſtam unitatis coniunctionem,pa
trem demonſtrantẽ,filiũ uidentẽ,& per patris demonſtrationẽ & filij uiſionẽ fieri creaturã: D
atq; id fieri per patris demõſtrationem & filij uiſionẽ, quod nec pater ſit nec filius,ſed infra
patrẽ & filiũ,quicquid ſit à patre per filiũ. Quis hoc uidet? Ecce iterũ ad carnales ſenſus,ecce
rurſus humiliamus nos,& deſcẽdimus ad uos, ſi tamen aliquid aliquãdo aſcẽderamus à uo
bis. Vis demonſtrare aliquid filio tuo,ut faciat quod facis,facturus es tu & ſic demonſtratu
rus. Quid igitur facturus es quod demõſtres filio,nõ utiq; facis per filium,ſed tu ſolus facis
quod ipſe factũ uideat,& aliud tale ſimiliter faciat? Nõ eſt hoc ibi. Quid pergis ad ſimilitu
dinem tuã,& deles in te ſimilitudinẽ dei? Ibi omnino nõ eſt hoc. Inueni aliquid quomodo
demõſtres filio tuo quod facies anteq̃ facis, ut cũ demonſtraueris,per filiũ facias hoc quod
facis. Iã forte quaſi occurrit tibi,Ecce,inquis,cogito facere domũ,& uolo ut per filium meum
fabricetur, anteq̃ eam ipſe fabricem oſtendo filio meo quod facere uolo, & facit ipſe,atq;
ego per ipſum,cui oſtendi uoluntatem meam. Receſſiſti quidem à priſtina ſimilitudine,ſed
adhuc iaces in magna diſſimilitudine. Ecce enim anteq̃ facias domum,indicas filio tuo,&
demonſtras quid facere uelis,ut te demonſtrãte anteq̃ facias,faciat ipſe quod demonſtra
ueris,& tu per ipſum. Sed uerba dicturus es filio tuo,inter te & ipſum uerba curſura ſunt,&
inter demonſtrãtem & uidentem, uel loquentem & audientem ſonus articulatus uolat,qui
non eſt quod tu,non eſt quod ipſe: ſonus quippe ille qui exit de ore tuo,& uerberato aẽre
tangit aurem filij tui,& impleto ſenſu audiendi perducit ad cor cogitationem tuam, ſonus
ergo ille nõ eſt ipſe tu,nõ eſt ipſe filius tuus. Signum datũ eſt ab animo tuo,animo filij tui,
quod ſignum nõ eſt nec animus tuus,nec animus filij tui,ſed aliud aliquid. Itá ne putamus
patrem deum locutum eſſe cum filio? Fuerunt uerba inter deũ & uerbum,quomodo iſtud
eſt? An quicq̃ uellet pater dicere filio? Si uellet uerbo dicere, ipſe filius eſt uerbum patris.
Nunquid per uerbum loqueretur ad uerbum? An quia filius magnum uerbum, minora
uerba curſura erãt inter patrem & filium, ſonus aliquis & quaſi creatura quædã temporalis
atq; uolatica,exitura erat ex ore patris,& percuſſura aurem filij? Nunquid habet deus cor

pus,

A pus,ut quaſi ex eius labrijs procedat,& habet aures corporis uerbum,in quas ſonus ueniat?
Remoue omnia corporalia,ſimplicitatem uide,ſi ſimplex es. Quomodo autẽ eris ſimplex?
Si te nõ mundo implicaueris,ſed ex mũdo explicaueris,explicando enim te ſimplex eris,&
uide ſi potes quod dico,aut ſi nõ potes,crede quod nõ uides. Dicis filio tuo, uerbo dicis:uer
bum quod ſonat, nec tu es,nec filius tuus. Habeo,inquis,aliud quo oſtendam:ita enim eſt,
inquis,eruditus filius meus,ut nec loquentẽ me audiat, ſed nutu oſtẽdo ei quod faciat. Ecce
nutu oſtende quod uis,certe animus tuus uult oſtẽdere quod in ſe habet. Vnde facis nutũ?
De corpore ſcilicet & labrijs, uultu, ſupercilijs,oculis,manibus,hæc omnia nõ ſunt quod ani
mus tuus,etiã iſta media ſunt. Intellectũ eſt aliqd per hæc ſigna quæ nõ ſunt quod animus
tuus,nec quod animus filij tui,ſed hoc totum quod corpore agis infra animum tuum eſt,&
infra animum filij tui, nec poteſt cognoſcere animum tuũ filius tuus,niſi dederis ei ſigna de
corpore. Quid igitur facio? Nõ eſt hoc ibi,ſimplicitas ibi eſt. Pater oſtendit filio quod facit,
& oſtendendo filium gignit. Video quid dixerim,ſed quia uideo & quibus dixerim,fiat in
uobis intellectus iſte quandoq;. Nunc ſi non poteſtis comprehẽdere quid ſit deus,uel hoc
comprehendite quid non ſit deus:multum profeceritis,ſi non aliud q̃ eſt de deo ſenſeritis:
nondum potes peruenire ad quid ſit, peruenias ad quid nõ ſit. Non eſt deus corpus,nõ terra,
non cœlum,nõ luna,non ſol,nõ ſtellæ,nõ corporalia iſta:ſi enim nõ cœleſtia,quanto minus
terrena? Tolle omne corpus. Adhuc audi aliud,Non eſt deus mutabilis ſpiritus,nã fateor,
& fatendum eſt,quia euangeliũ loquitur,Deus ſpiritus eſt. Sed tranſi omnẽ mutabilem ſpi *Ioan.4*
ritũ,tranſi ſpiritũ qui modo ſcit,modo neſcit, modo meminit,modo obliuiſcitur,uult quod
nolebat,non uult quod uolebat,ſiue patiatur iam iſtas mutabilitates,ſiue pati poſſet:tranſi
hæc omnia,non inuenies in deo aliquid mutabilitatis,nõ aliquid quod aliter nũc eſt, aliter
pauloante fuerit: nam ubi inuenis aliter & aliter, facta eſt ibi quædã mors:mors enim eſt,
nõ eſſe quod fuit. Immortalis enim dicitur anima:eſt quidẽ,quia uiuit ſemper anima,& eſt
B in illa quædã uita permanẽs,ſed mutabilis uita. Secundũ mutabilitatem uitæ huius & mor
talis dici poteſt,quia ſi uiuebat ſapiẽter, & deſipit,mortua eſt in deterius:ſi uiuebat inſipien
ter & ſapit,mortua eſt in melius:nã eſſe mortem in deterius, eſſe mortẽ in melius ſcriptura
nos docet. Vtiq; in deterius mortui erãt, de quibus dicitur, Sine mortuos,ſepeliãt mortuos *Matth.8*
ſuos:&,Exurge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Et de hac lectio *Epheſ.5*
ne quando mortui audiẽt,& qui audierint uiuent,in deterius mortui erant,ideo reuiuiſcũt.
Reuiuiſcendo moriũtur in melius, quia & reuiuiſcẽdo nõ erunt quod erant:non eſſe autem
quod erant, mors eſt. Sed forte ſi in melius eſt,non appellatur mors:appellauit autẽ illam
mortẽ Apoſtolus, Si autẽ mortui eſtis cũ Chriſto ab elemẽtis huius mũdi,qd adhuc uelut *Col.2*
uiuẽtes de hoc mũdo decernitis? Et iterũ,Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcõdita eſt cũ *Col.3*
Chriſto in deo. Mori nos uult ut uiuamus,quia uiximus ut moreremur. Quicquid ergo &
à meliore in deterius,& à deteriore in melius moritur,non eſt hoc deus,quia neq; in melius
ire poteſt ſumma bonitas, neq; in deterius uera æternitas. Vera autẽ æternitas eſt,ubi tem
poris nihil eſt. Erat autẽ modo hoc, & modo illud,iam tẽpus admiſſum eſt,æternũ nõ eſt.
Nam,ut noueritis, quia non ſic deus immortalis quomodo anima,certe immortalis eſt ani
ma: quid ergo eſt quod ait Apoſtolus de deo, Qui ſolus habet immortalitatem:niſi quia *1.Timoth.6*
hoc aperte dixit, ſolus habet incommutabilitatem, quia ſolus habet ueram æternitatem,
ergo ibi nulla mutabilitas. Agnoſce in te aliquid quod uolo dicere intus:intus in te,nõ in te
quaſi corpore tuo,nã & ibi poteſt dici in te. In te eſt enim ſanitas,in te quælibet ætas,ſed ſe
cundum corpus in te eſt manus, pes tuus:ſed aliud eſt in te intus, aliud in te tanq̃ in ueſte
tua. Sed relinque foris & ueſtẽ tuã & carnem tuã,deſcende in te,adi ſecretariũ tuũ,mentem
tuã,& ibi uide quod uolo dicere ſi potueris. Si enim tu ipſe à te longe es,deo propinquare
unde potes? Dicebã de deo,& intellecturũ te arbitrabaris. De anima dico,de te dico,intelli
ge,ibi te probabo. Nõ enim ualde longe pergo in exẽpla,quando de mẽte tua uolo aliquã
ſimilitudinem dare ad deũ tuũ,quia utiq; nõ in corpore,ſed in ipſa mente factus eſt homo

ad imaginē dei. In similitudine sua deum quæramus, in imagine sua creatorē agnoscamus. C
Ibi intus, si potuerimus, inueniamus hoc quod dicimus, quomodo demōstret pater filio, &
filius uideat quod demōstrat pater, anteq̄ fiat aliqd à patre per filiū. Sed cū dixero & intel
lexeris, nec sic putes iā illud aliqd tale esse, ut serues ibi pietatē, quā uolo ā te seruari: & præci
pue moneo, id est, ut si nō uales comprehēdere deum quid sit, parum nō tibi putes esse scire
quid nō sit. Ecce in mēte tua uideo aliqua duo, memoriā tuā & cogitationē tuā, id est quasi
acie quandā & obtutū animæ tuæ. Vides aliqd, & per oculos percipis, & cōmendas memo
riæ, & ibi est intus quod memoriæ commēdasti, in abdito recōditum quasi in horreo, quasi
in thesauro, quasi in secretario quodā & penetrali interiore. Cogitas aliunde, intētio tua ali
bi est: illud quod uidisti in memoria tua est, & non uidetur à te, quia cogitatio tua in aliud
intenditur. Modo probo, sciētibus loquor, Carthaginem nomino, omnes modo intus qui
cunq̄ eā nostis, uidistis Carthaginem, nunquid tot sunt Carthagines quot animæ uestræ?
Omnes uidistis per nomen hoc, per quatuor has syllabas notas uobis, erumpentes ex ore
meo, tactæ sunt aures uestræ, factus est sensus animæ per corpus, & ab alia intentione refle
xus est animus ad id quod ibi erat, & uidit Carthaginē. Nunquid tunc est ibi Carthago fa
cta? Quamuis iā ibi erat, sed latebat. Quare latebat? Quia animus tuus in aliud attēdebat.
Cum uero reflexa est cogitatio tua ad id quod erat in memoria, inde formata est, & uisio
quædam animi facta est: antea non erat uisio, sed erat memoria: reflexa cogitatione ad me
moriā, facta est uisio. Demōstrauit ergo memoria tua cogitationi tuæ Carthaginē, & quod
in illa erat anteq̄ intēderes, cōuersæ ad se intētioni cogitationis ostēdit. Ecce facta est à me
moria demōstratio, facta est in cogitatione uisio, & nulla uerba in medio cucurrerunt, nullū
ex corpore signū datum est, nec innuisti, nec rescripsisti, nec sonuisti, & tamen cogitatio uidit
quod memoria demōstrauit: eiusdē autē subsātiæ est & quæ demōstrauit, & cui demōstra
uit. Sed Carthaginem ut haberet & memoria tua, per oculos hausta est imago hæc: uidisti
enim quod in memoria reconderes. Sic arborē quā meministi uidisti, sic montē, sic fluuium, D
sic amici faciē, sic inimici, sic patris, matris, fratris, sororis, filij, uicini: sic litterarū in codice con
scriptarū, sic ipsius codicis, sic huius basilicæ: omnia ista uidisti, & uisa quia iā erāt, memoriæ
commēdasti, & tanq̄ posuisti illic quæ uidisti cogitando cum uelles, etiā cū ab istis corporis
oculi defuissent. Vidisti enim Carthaginē cū esses Carthagini, accepit speciē per oculos ani
ma tua, hæc species recondita est in memoria tua, & seruasti aliquid intus homo apud Car
thaginē cōstitutus, quod posses apud te uidere etiā cum ibi nō esses. Hæc omnia forinsecus
accepisti. Pater demōstrat filio, nō accepit extrinsecus, intus totum agitur, quia nihil creatu
rarū esset extrinsecus, nisi hoc pater fecisset per filiū. Creatura omnis à deo facta est, anteq̄
fieret nō erat. Nō ergo facta uisa est & retēta memoriter, ut eā pater filio tanq̄ memoria co
gitationi mōstraret, sed faciendā pater mōstrauit, faciendā filius uidit, & eam pater demon
strādo fecit, quia per filiū uidentē fecit. Et ideo mouere nō debet, quia dictū est, nisi quod ui
derit patrē facientē, non dictū est, demōstrātem. Per hoc enim significatū est, id esse patri fa
cere, quod est demōstrare: ut ex hoc intelligatur per filiū uidentē omnia facere, nec illa demō
stratio, nec illa uisio tēporalis est. Quia enim per filium fiunt omnia tēpora, nō utiq̄ aliquo
tēpore possent ei demōstrari faciēda. Sic aūt demōstratio patris, filij uisionē gignit, quēad
modū pater filiū gignit. Demōstratio qppe generat uisionē, nō uisio demōstrationē. Quod
si purius & pfectius intueri ualeremus, fortasse inueniremus, nec aliud esse patrē, aliud eius
demonstrationē: nec aliud filiū, aliud eius uisionē. Sed si uix hoc cepimus, uix explicare po
tuimus, quomodo memoria quod cepit extrinsecus, ostēdat cogitationi: quanto minus ca
pere aut explicare poterimus, quomodo pater deus demōstrat filio quod nō habet aliūde,
uel quod nō est aliud q̄ ipse? Paruuli sumus, loquor uobis quid nō sit deus, nō ostēdo quid
sit. Ergo ut capiamus quid sit, quid faciemus? Nūquid à me, nunqd per me poteritis? Dicā
hoc paruulis, & uobis & mihi. Est per quē possimus: modo cantauimus, modo audiuimus,
Psal. 54 Iacta in deum curam tuā, & ipse te enutriet. Ideo enim nō potes ô homo, quia paruulus es.
Si par-

A Si paruulus es, nutriendus es: nutritus, grandis eris, & quod paruulus non poteras, grandis
uidebis: sed ut nutriaris, iacta in deum curam tuam, & ipse te enutriet. Modo ergo percur
ramus breuiter quæ restant, & uidete hic quæ commendaui, quomodo dominus insinuet.
Pater diligit filiū, & omnia demōstrat ei quæ ipse facit.) Ipse suscitat animas, sed per filiū,
ut fruantur animæ suscitatæ substātia dei, hoc est patris & filij. Et maiora his demonstra
bit ei opera.) Quibus maiora? Sanitatibus corporum. Iā & antea tractauimus, nec immo
rari debemus. Maior est enim resurrectio corporis in æternum, q̄p hæc quæ ad tempus fa
cta est in illo languido sanitas corporis. Et maiora his demonstrabit ei opera, Vt uos mi
remini.) Demōstrabit quasi temporaliter, ergo quasi homini facto in tēpore, quia uerbum
deus non est factus, per quem omnia facta sunt tempora: sed homo factus est in tempore,
apparet quo consule, quo die conceptum de spiritusancto, uirgo Maria peperit Christum.
Ergo homo factus est in tempore, per quem deum facta sunt tempora: ideo tanq̄p in tem
pore demōstrauit ei opera maiora, id est resurrectionē corporum, ut uos miremini factam
per filium resurrectionem corporum. Deinde redit ad illā resurrectionē animarum. Sicut
enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat.) Sed secundū spiritū
uiuificat pater, uiuificat filius, quos uult pater, quos uult filius, sed ipsos pater quos filius,
quia omnia per ipsum facta sunt: sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius
quos uult uiuificat. De resurrectione animarum dictum est hoc: quid de resurrectione cor
porum? Redit & dicit, Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio)
Resurrectio animarum fit per substantiā patris & filij æternam & incommutabilem: resur
rectio uero corporum fit per dispensationē humanitatis filij temporalem, non patri coæter
nam: ideo cū memoraret iudicium ubi fieret resurrectio corporum: Nō enim pater, inquit,
iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio. De resurrectione autē animarū, sicut pater
suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat: illud ergo simul pater & filius. Hoc
B aūt de resurrectione corporum, non iudicat pater quenquam, sed omne iudiciū dedit filio.
Vt omnes honorificēt filium, sicut honorificant patrem.) Hoc redditum est resurrectioni
animarum, ut omnes honorificent filium. Quomodo? Sicut honorificant patrē: animarum
enim resurrectionem sic operatur filius quomodo pater, sic uiuificat filius quomodo pater.
Ergo in animarū resurrectione omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Quid
de honorificatione propter resurrectionem corporis? Qui nō honorificat filium, non ho
norificat patrem qui misit illum.) Non dixit sic, sed honorificat & honorificat. Honoratur
enim homo Christus, sed nō sicut pater deus. Quare? Quia secundū hoc dixit, Pater maior
me est. Quando autē honorificatur filius, sicut honorificatur pater? Cum in principio erat
uerbum, & uerbum erat apud deum, & omnia per ipsum facta sunt. Et ideo in hac hono
rificatione secunda, quid ait. Qui nō honorificat filium, nec honorificat patrē qui misit illū?
Non est missus filius, nisi quia factus est homo. Amen amen dico uobis.) Iterū redit ad
resurrectionem animarū, ut assidue dicentē capiamus, quia uelut uolātem sermonem sequi
non poteramus, ecce immoratur nobiscum sermo dei, ecce quasi habitat cū infirmitatibus
nostris, redit rursus ad commendationē resurrectionis animarum, Amen amen dico uobis,
Quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitā æternam.) Sed tanq̄ ex
patre. Quia qui uerbum meū audit, & credit ei qui misit me, ex patre habet uitā æternam,
credendo in eum qui misit illum, Et in iudicium non uenit, sed transit à morte ad uitam.)
Sed ex patre uiuificatur cui credit. Quid tu? Non uiuificas? Vide quia & filius quos uult
uiuificat. Amen amen dico uobis, quia uenit hora quando mortui audient uocē filij dei,
& qui audierint uiuent.) Hic non dixit, credent ei qui misit me, & ideo uiuent: sed audiendo
uocem filij dei, qui audierint, hoc est, obaudierint filio dei, uiuent. Ergo & ex patre uiuent
cum credent patri: & ex filio uiuent, cum audient uocem filij dei: quare & ex patre uiuent &
ex filio uiuent? Sicut enim habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio habere uitam in
semetipso.) Impleuit de resurrectione animarū, restat euidentius dicere de resurrectione cor
porum

porum: Et poteſtatem dedit ei iudicium facere:) nõ ſolum animas per fidem & ſapiẽtiam ſuſcitare, ſed & iudicium facere. Quare autem hæc? Quia filius hominis eſt.) Facit ergo ali quid pater per filium hominis, quod non facit ex ſubſtantia ſua cui æqualis eſt filius, ſicut ipſum naſci, ſicut ipſum crucifigi, ſicut ipſum mori, ſicut ipſum reſurgere, nõ enim aliquid horum patri cõtigit: ſic & reſuſcitationem corporum: nam reſuſcitationẽ animarum ex ſubſtantia ſua pater, per ſubſtantiam filij qua illi æqualis eſt: animæ quippe fiunt participes illius incommutabilis lucis, non corpora: reſuſcitationem autem corporum pater per filium hominis. Et poteſtatem enim dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt, ſecundum illud quod ſupra dixit, Neq; enim pater iudicat quenquam. Et ut oſtẽdat quia de reſurrectione corporum, hoc dixit, Nolite mirari hoc, quia ueniet hora:) non nunc eſt, ſed ueniet hora:

In qua omnes q in monumẽtis ſunt.) iã hoc & heſterno die ſatiatiſſime audiſtis, Audiẽt uocem eius, & procedent.) Et ubi? In iudicium: Qui bene fecerunt in reſurrectionem uitæ, qui male egerunt, in reſurrectionem iudicij.) Et tu hoc facis ſolus ô domine, quia omne iudicium filio pater dedit, & non iudicat quenquam? Ego, inquit, facio. Sed quomodo facis? Non poſſum à me facere quicq̃, ſed ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtum eſt.) Cum diceretur de reſurrectione animarum, nõ dicebat audio, ſed uideo. Audio enim tanq̃ præcipiẽtis patris imperium. Iam ergo ſicut homo, ſicut quo maior eſt pater, iam ex forma ſerui, nõ ex forma dei, ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtum eſt. Vnde eſt iudicium iuſtum hominis? Fratres mei attendite, Quia non quæro uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me.)

Ab eo quod ſcriptum eſt, Poſt hoc abijt Ieſus trans mare Galilææ quod eſt Tiberiadis, uſq; ad id quod ait, Illi ergo homines cum uidiſſent quod fecerat ſignũ, dicebãt, Quia hic eſt uere propheta qui uenit in mundũ. Tractatus XXIIII.

Cap. VI

MIRACVLA quæ fecit dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt quidem diuina opera, & ad intelligendum deum de uiſibilibus admonent humanã mentem. Quia enim ille nõ eſt talis ſubſtantia quæ uideri oculis poſſit, & miracula eius quibus totum mũdum regit, uniuerſamq; creaturam adminiſtrat, aſſiduitate uiluerunt, ita ut penè nemo dignetur attendere opera dei mira & ſtupenda in quolibet ſeminis grano, ſecundũ ipſam ſuam miſericordiam ſeruauit ſibi quædam, quæ faceret opportuno tempore præter uſitatum curſum ordinemq; naturæ, ut non maiora ſed inſolita uidendo ſtuperent, quibus quotidiana uiluerant. Maius enim miraculum eſt gubernatio totius mundi, q̃ ſaturatio quinq; miliũ hominum de quinq; panibus, & tamen hæc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius eſt, ſed quia rarum eſt. Quis enim & nunc paſcit uniuerſum mundum, niſi ille qui de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quomodo deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis ſegetes, inde in manibus ſuis multiplicauit quinq; panes, poteſtas enim erat in manibus Chriſti. Panes autem illi quinq;, quaſi ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo admotũ eſt ſenſibus quo erigeretur mens, & exhibitũ oculis ubi exerceretur intellectus, ut inuiſibilem deum per uiſibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipſum inuiſibiliter uidere cuperemus, quẽ de rebus uiſibilibus inuiſibiliter noſceremus. Nec tamen ſufficit hæc intueri in miraculis Chriſti. Interrogemus ipſa miracula, quid nobis loquantur de Chriſto. Habẽt enim ſi intelligantur linguam ſuam: nam quia ipſe Chriſtus uerbum dei eſt, etiã factũ uerbi, uerbum nobis eſt. Hoc ergo miraculum ſicut audiuimus q̃ magnum eſt, quæramus etiam q̃ profundũ ſit. Non tãtum eius ſuperficie delectemur, ſed etiã altitudinem perſcrutemur: habet enim aliquid intus, hoc quod miramur foris. Vidimus, expectauimus magnũ quiddã, prædarum quiddã, & omnino diuinũ, quod fieri niſi à deo non poſſit. Laudauimus de facto factorem. Sed quemadmodum ſi litteras pulchras alicubi inſpiceremus, nõ nobis ſufficeret laudare ſcriptoris articulũ, quomodo eas pariles, æquales, decoras q̃ fecit, niſi etiam legerimus quid nobis per illas indicauerit: ita factum hoc qui tantum

A tantum inſpicit, delectatur pulchritudine facti, ut admiretur artificem: qui autem intelligit, quaſi legit. Aliter enim uidetur pictura, aliter uidentur litteræ. Picturam cũ uideris, hoc eſt, totum uidiſſe laudaſſe: litteras cum uideris, non hoc eſt totum, quoniam commoneris & legere, & enim dicis, cum uideris litteras, ſi forte nõ eas noſti legere. Quid putamus eſſe quod hic ſcriptum eſt? Interrogas quid ſit, cum iam uideas aliquid. Aliud tibi demõſtraturus eſt, à quo quæris agnoſcere quod uidiſti. Alios ille oculos habet, alios tu. Nõnne ſimiliter apices uidetis? Sed nõ ſimiliter ſigna cognoſcitis. Tu ergo uides & laudas, ille uidet & laudat, legit & intelligit. Quia ergo uidimus, quia laudauimus, legamus & intelligamus. Dominus in monte, multo magis intelligamus quia dominus in monte, uerbum eſt in alto. Proinde non quaſi humiliter iacet, quod in mõte factum eſt; nec tranſeunter prætereundum eſt, ſed ſuſpiciẽdum. Turbas uidit, eſurientes agnouit, miſericorditer pauit, nõ ſolum pro bonitate, uerumetiam pro poteſtate. Quid enim ſola prodeſſet bonitas, ubi non erat panis, unde turba eſuriens paſceretur? Niſi bonitati adeſſet poteſtas, iciuna illa turba & eſuriens remaneret. Deniq; & diſcipuli qui erant cũ domino in fame, & ipſi turbas uolebant paſcere, ut non remanerent inanes, ſed unde paſcerent non habebant. Interrogauit dominus unde emerentur panes ad turbas paſcendas. Et ait ſcriptura, Hoc autẽ dicebat tentans eum,) diſcipulũ ſcilicet Philippum quem interrogauerat. Ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus.) Cur ergo bonus tentabat, niſi quia ignorantiam diſcipuli demonſtrabat? Et forte in demõſtratione ignorantiæ diſcipuli aliquid ſignificauit. Apparebit ergo cũ ipſum ſacramentum de quinq; panibus cœperit nobis loqui, & quid ſignificet indicare. Ibi enim uidebimus, quare dñs in hoc facto ignorantiam diſcipuli uoluit interrogando quod ſciebat, oſtendere: nam interrogamus aliquando quod neſcimus, audire uolẽtes ut diſcamus: aliquando interrogamus quod ſcimus, & ſcire uolentes utrum ille ſciat quem interrogamus: utrunq; hoc nouerat dominus, & quod interrogabat ſciebat, & quid eſſet facturus ipſe nouerat, & hoc neſcire Phi-

B lippum ſciebat ſimiliter. Quare itaq; interrogabat, niſi quia illius ignorantiam demonſtrabat? Et hoc quare fecerit, ut dixi, poſtea intelligemus. Andreas ait, Eſt hic puer quidã qui habet quinq; panes & duos piſces, ſed hæc quid ſunt ad tantos?) Cum dixiſſet Philippus interrogatus ducẽtorum denariorum panes nõ ſufficere, quibus tanta illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinq; panes hordeaceos & duos piſces. Et ait Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autẽ ibi fœnum multum, & diſcubuerunt fermè quinq; milia hominum. Accepit autẽ dominus Ieſus panes, gratias egit, iuſſit frãgi panes, poni ante diſcumbentes.) Fracti ſunt panes, poſiti ante diſcumbentes, non iam quinq; panes, ſed quod adierat qui creauerat quod auctum erat, Et de piſcibus quantum ſufficiebat.) Parum eſt turbam illam fuiſſe ſatiatam, etiam fragmenta reſederunt: & ipſa colligi iuſſa ſunt ne perirent. Et impleuerant duodecim cophinos fragmentorum.) Breuiter ut curramus, quinq; panes intelliguntur quinq; libri Moyſi, merito non triticei ſed hordeacei, quia ad uetus teſtamentum pertinent. Noſtis autẽ hordeum ita creatum, ut ad medullam eius uix perueniatur, ueſtitur enim eadem medulla tegmine paleæ, & ipſa palea tenax & inhærens, ut cum labore exuatur. Talis eſt littera ueteris teſtamenti, ueſtita tegminibus carnalium ſacramentorum: ſed ſi ad eius medullam perueniatur, paſcit & ſatiat. Erebat ergo puer quidã quinq; panes & duos piſces. Si quæramus quis fuerit puer iſte, forte populus Iſraël erat. Senſu puerili portabat, nec mãducabat, illa enim quæ portabat clauſa onerabãt, aperta paſcebant. Duo autem piſces uidentur nobis ſignificare duas illas in ueteri teſtamento ſublimes perſonas, quæ ungebantur ad populum ſanctificandum, & regendum ſacerdotes & reges. Et ipſe uenit in myſterio aliquando, qui per illas ſignificabatur: uenit aliquando qui per medullam hordei oſtendebatur, per paleam uero hordei occultabatur. Venit ipſe unus utranq; perſonam in ſe portans, ſacerdotis & regis. Sacerdotis per uictimam, quam ſeipſum obtulit pro nobis deo. Regis, quia regimur ab eo, & aperiuntur quæ clauſa portabãtur. Gratias illi, impleuit per ſe quod per uetus teſtamentum promittebatur, & frangi iuſſit panes; frangendo multi-

multiplicati sunt. Nihil uerius. Quinq; enim libri Moysi, & multos libros cum exponũt, tanq; frangendo, id est, dissẽdo fecerunt. Sed quia in illo hordeo ignorãtia primi populi
2.Cor.3 regebatur, de quo primo populo dictũ est, Quamdiu legitur Moyses, uelamen super corda eorum positum est. Nondum enim ablatum erat uelamen, quia nõdum uenerat Christus. Nondũ uelum templi fuerat illo in cruce pendente cõscissum. Quia ergo ignorãtia populi erat in lege, propterea illa domini tentatio ignorantiã discipuli demonstrabat. Nihil igitur uacat, omnia innuunt, sed intellectorẽ requirunt, nã & iste numerus pasti populi populum
Esa.40 significabat sub lege constitutũ. Cur enim quinq; milia erãt, nisi quia sub lege erãt, quæ lex quinq; libris Moysi explicatur? Vnde & quinq; illis porticibus languidi prodebãtur, non sanabantur. Ille aũt ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinq; panibus pauit: nam & super fœnũ discumbebãt. Carnaliter ergo sapiebãt, & in carnalibus quiescebant. Omnis enim caro fœnum. Quæ sunt autẽ illa fragmenta, nisi quæ populus non potuit mãducare? Intelligantur ergo quædã secretiora intelligentiæ, quæ multitudo non potest capere. Quid ergo restat nisi ut secretiora intelligentiæ quæ nõ potest capere multitudo, illis credãtur qui idonei sunt & alios docere, sicut erãt apostoli, unde duodecim cophini impleti sunt? Factũ est hoc & mirabiliter, quia magnum: factũ est & utiliter, quia spiritaliter factũ est. Qui tunc uiderunt, admirati sunt: nos autẽ non miramur cũ audimus. Factũ est enim ut illi uiderent, scriptũ est aũt ut nos audiremus. Quod in illis oculi ualuerunt, hoc in nobis fides: cernimus quippe animo, quod oculis nõ potuimus. Et prælati sumus illis, quoniã de nobis dictũ est,
Ioan.20 Beati qui nõ uident & credũt. Addo autẽ, quia forte intelleximus, quod illa turba nõ intellexit. Et uere nos pasti sumus, qui ad medullã hordei peruenire potuimus. Deniq; homines illi qui uiderunt, hoc quid putauerunt? Illi, inquit, homines cum uidissent quod fecerat signum, dicebant, quia hic est uere propheta.) Adhuc forte ideo Christum prophetam putabant, quia super fœnum discumbebãt. Erat autem ille dñs prophetarum, impletor prophe-
Deut.18 tarum, sanctificator prophetarum, sed & propheta: nam & Moysi dictũ est, Suscitabo eis D prophetam similem tui: similem secundum carnem, non secundum maiestatem. Et de ipso Christo illã domini promissionem habere intellectum, aperte in actibus apostolorũ expo-
Ioan.4 nitur & legitur. Et ipse dominus de se ait, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Propheta dominus, & uerbum dei dominus, & nullus propheta sine uerbo dei prophetat. Cum prophetis uerbum dei, & propheta uerbum dei. Meruerunt priora tempora prophetas afflatos, & impletos uerbo dei: meruimus nos prophetã ipsum uerbum dei. Sic autem propheta Christus, dominus prophetarum, sicut angelus Christus, dñs angelorum: nam &
Esaie 9 ipse dictus est magni consilij angelus. Veruntamen alibi quid dicit propheta? Qui nõ legatus neq; angelus, sed ipse ueniens saluos faciet eos, id est, ad saluos eos faciendos nõ mittet legatum, non mittet angelum, sed ueniet ipse. Quis uenict? Ipse angelus. Certe non per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut etiã dominus angelorũ. Etenim angeli latine nuncij sunt. Si Christus nihil annũciaret, angelus non diceretur: si Christus nihil prophetaret, prophe-
ta non diceretur: exhortatus est nos ad fidem, & ad capessendam uitam æternam. Aliquid præsens annunciauit, aliquid futurum prædixit. Ex eo q; præsens nunciauit, angelus erat: ex eo q; futurum prædixit, propheta erat: ex eo q; uerbum dei, caro factum est, & angelorum & prophetarum dominus erat.

Ab eo quod scriptũ est, Iesus ergo cũ cognouisset, q; uenissent ut raperent eum, usq; ad id quod ait, Et omnis qui uidet filiũ & credit in eũ, habet uitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Tractatus XXV.

ESTERNAM ex euangelio lectionem, ista est hodierna quæ sequitur, unde hodiernus sermo debetur. Facto illo miraculo, ubi quinq; milia hominum de quinq; panibus pauit Iesus, cum admiratæ essent turbæ, & eũ magnum prophetam dicerent qui uenit in mundum: sequitur hoc, Iesus ergo cum uidisset, quia uenerant ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in monte ipse solus.) Datur ergo

A ergo intelligi, q; dominus cum sederet in monte cum discipulis suis, & uideret turbas ad se uenientes, descẽderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat: nã quomodo fieri potest, ut rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descenderet? Significatur ergo aliquid, q; dñs de alto descẽdit ad pascendas turbas, pauit & ascendit. Quare autẽ ascendit, cũ cognouisset quia eũ uellent rapere & regẽ facere? Quid enim? Non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino. Nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis rex qui hominibus regnum daret. Nunquid forte hic aliquid significat nobis Iesus, cuius uerba facta sunt? Ergo in hoc q; uoluerunt eũ rapere & regẽ facere, & propter hoc fugit in montẽ ipse solus, hoc in illo factũ tacet, nihil loqtur, nihil significat: an forte hoc erat rapere eũ, prævenire uelle tẽpus regni eius? Etenim uenerat modo, nõ iã regnare quomodo regnaturus est, in eo q; dicimus, Adueniat *Matth.6* regnum tuũ. Semper quidẽ ille cũ patre regnat secundũ q; est filius dei, uerbũ dei, uerbũ per quod facta sunt omnia. Prædixerũt autem prophetæ regnum eius, etiam secundũ id q; est factus Christus, & fecit fideles suos Christianos: erit enim regnum Christianorum quod modo colligitur, quod modo cõparatur, quod modo emitur sanguine Christi. Erit aliquan- *1.petri.2.* do manifestum regnum eius, quãdo aperta erit claritas sanctorum, post iudicium ab eo factum: quod iudicium supra ipse dixit, quòd filius hominis facturus sit. De quo etiam Apostolus dixit, Cum tradiderit regnũ deo & patri. Vnde etiã ipse ait, Venite benedicti patris *1.Cor.15* mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab initio mundi. Discipuli autẽ & turbæ cre- *Matth.25* dentes in eum, putauerunt illum sic uenisse ut etiã regnaret: hoc est uelle rapere & regem facere, prævenire uelle tempus eius, quod ipse apud se occultabat, ut opportune proderet, ut opportune in fine seculi declararet. Nam ut noueritis, quia regẽ eum uolebant facere, id est, anteuenire, & iam habere manifestum Christi regnum, quem primo oportebat iudicari, & deinde iudicare, ubi crucifixus est, & illi qui in eum sperabãt, spem resurrectionis eius perdiderant, resurgens à mortuis inuenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes, & cum
B gemitu quæ gesta fuerant colloquentes, & apparens eis uelut incognitus, cum oculi eorum tenerentur ne ab eis agnosceretur, sermonem tractantibus miscuit, illiq; narrantes ei unde sermocinarentur, dixerunt, q; ille magnus propheta in factis & dictis occisus esset à principibus sacerdotũ: Et nos, inquiũt, sperabamus, quia ipse esset redemptio Israël. Recte spera- *Luc.24* batis, uerum sperabatis, in illo est redemptio Israël. Sed quid festinatis? Rapere uultis. Illud etiam indicabat nobis hunc sensum, quia cum eum quærerent discipuli de fine, dixerunt ei, Si hoc in tempore repræsentabis, & quando regnum Israël? Iam enim esse cupiebant, iam *Act.1* uolebant, hoc est rapere, & regem facere. Sed ait discipulis, quia adhuc solus ascẽsurus erat, Non, inquit, est uestrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutem ex alto, spiritum sanctum superuenientem in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad fines terræ. Vultis ut iam exhibeam regnum, prius colligam quod exhibeam. Altitudinem amatis, & altitudinem adipiscimini, sed per humilitatẽ me sequimini. Sic de illo etiã prædictum est, Et cõgregatio populorum *psal.7* circundabit te, & propter hanc in altum regredere: id est, ut circundet te congregatio populorum, ut multos colligas, regredere in altũ. Sic fecit, pauit & ascendit. Quare autẽ dictũ est, fugit? Neq; enim uere si nollet teneretur, si nollet caperetur, qui si nollet, nec agnosceretur: nam ut noueritis hoc mystice factum, nõ ex necessitate sed ex significante dispositione, modo in consequenti uidebitis, quia eis secundo turbis quæ eum quærebant apparuit, & cũ eis loquens, multa eis dixit, multa de pane cœlesti disputauit. Nónne cum ipsis de pane disputans erat, à quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo & tunc poterat agere ut non ab eis comprehenderetur, quemadmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significauit fugiẽdo. Quid est ergo fugit? Non potuit intelligi altitudo eius. Quicquid enim non intellexeris, fugit me dicis. Ergo fugit iterum in montem ipse solus.) Primogenitus *roma.8* à mortuis ascendens super omnes cœlos, & interpellans pro nobis. Interea illo sursum posito solo sacerdote magno, qui intrauit in interiora ueli, foris populo constituto: hunc enim

sacerdos ille in lege ueteri significabat,qui hoc semel in anno faciebat.Illo ergo sursum posito,discipuli in nauicula quid patiebantur? Nam illo in altis constituto, nauicula illa ecclesiam significabat.Si non hoc primo in ecclesiam intelligimus, quod illa nauicula patiebatur, non erant illa significantia,sed simpliciter transeuntia. Si autem uidemus exprimi in ecclesia ueritatem illarum significationum, manifestum, quia facta Christi genera sunt locutionum. Vt autem sero factum est,inquit,descenderunt discipuli eius ad mare.Et cum ascendissent nauiculam,uenerũt trans mare in Capernaum.)Cito dixit finitum quod postea factum est.Venerunt trans mare in Capernaum, & redit ut exponat quemadmodum uenerunt,quia per stagnum nauigantes transierunt.Et dum nauigarent ad eum locum quò eos uenisse iam dixit,recapitulando exponit quid acciderit. Tenebræ iam factæ erant,& non uenerat ad illos Iesus.)Merito tenebræ,quia lux non uenerat. Tenebræ iam factæ erant, & non uenerat ad eos Iesus.Quantum accedit finis mundi,crescunt errores,crebrescunt terrores,crescit iniquitas,crescit infidelitas. Lux denicq; quæ charitas apud Ioannem ipsum euan-
1.Ioan.2 gelistã satis aperteq; monstratur,ita ut diceret, Qui odit fratrẽ suum in tenebris est,creberri me extinguitur.Crescunt iræ,& tenebræ odiorũ fraternorũ quotidie crescunt, & nondũ uenit Iesus.Vnde apparet quia crescunt? Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.Crescunt tenebræ, & nondum uenit Iesus. Crescentibus tenebris,refrigescente charitate,abundante iniquitate, ipsi sunt fluctus nauem turbantes. Tempestates & uenti, clamores sunt maledicorum.Inde charitas refrigescit,inde fluctus augentur, & turbatur nauis. Vento magno flante mare exurgebat.)tenebræ crescebant,intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur. Cum remigassent ergo quasi stadia uigintiquinque aut triginta.)Interea ambulabant, promouebant, nec uenti illi & tempestates & fluctus & tenebræ id agebant,ut uel nauis non promoueretur,uel soluta mergeretur,sed inter illa omnia mala ibat. Etenim quia abundauit iniquitas,& refrigescit charitas multorum,crescunt fluctus, augentur tenebræ,sæuit uentus,sed tamen nauis ambulat.Qui enim perseuerauerit usq; in finem D
hic saluus erit.Nec ipse stadiorum numerus contemnendus est. Nequenim uere posset nihil significare quod dictũ est,Cum remigassent stadia uigintiquinq; aut triginta,tũc ad eos uenit Iesus.Sufficeret aut uigintiquinq; aut triginta,maxime quia æstimantis erat, non affirmantis.Nunquid periclitaretur ueritas in æstimante, si diceret stadia fermè triginta, aut stadia fermè uigintiquinque? sed ex uigintiquinque fecit triginta. Quæramus numerum uigesimumquintum.Vnde constant,unde fiunt? de quinario. Quinarius ille numerus ad legem pertinet. Ipsi sunt quinq; libri Moysi,ipsi sunt quinq; porticus illæ languidos continentes, ipsi quinque panes quinque milia hominum pascentes. Ergo legem significat numerus uicesimusquintus. Quomodo quinq; per quinq;,id est,quinquies quini, faciunt uigintiquinq;,quadratum quinariũ. Sed huic legi antequàm euangelium ueniret,decrat perfectio.Perfectio autem in senario numero comprehẽditur,propterea sex diebus deus mundum perfecit,ut quinq; ipsa per sex multiplicentur, ut lex per euangelium adimpleatur, ut fiant sexies quini triginta.Ad eos ergo qui implẽt legem,uenit Iesus.Et uenit.Quomodo? Calcans fluctus,omnes tumores mundi sub pedibus habẽs, omnes celsitudines seculi premens. Hoc agitur quantum additur tempori,& quantum accedit ætas seculi. Augentur in isto mundo tribulationes,augentur mala,augentur contritiones,exaggerantur hæc omnia. Iesus transit calcans fluctus,& tamen tantæ sunt tribulationes, ut etiam ipsi qui crediderũt in Iesum,& qui conantur perseuerare in finẽ,expauescant ne deficiant. Christo fluctus calcante seculi,ambitiones & altitudines deprimente, expauescit Christianus. Nónne hæc illi prædicta sunt? Merito & Iesu in fluctibus ambulante, Timuerunt.) Quomodo Christiani quamuis habẽtes spem in futuro seculo, quando uiderint deprimi altitudinem seculi huius,plerunq; conturbantur de contritione rerum humanarum, aperiunt euangelium, aperiunt scripturas diuinas,& inueniunt ibi ista omnia prædicta, quia hoc dominus facit, Deprimit celsitudines seculi, ut ab humilibus glorificetur. De quorum altitudine prædictum est,ciui

A est,ciuitates firmissimas destrues,& inimici defecerunt frameæ in finem,& ciuitates destruxisti.Quid ergo timetis Christiani? Christus loquitur. Ego sum,nolite timere.)Quid hæc expauescitis? quid timetis? Ego ista prædixi,ego facio,necesse est ut fiant. Ego sum,nolite timere. Voluerunt ergo accipere in nauim.) Agnoscentes & gaudentes securi facti.

Et statim fuit nauis ad terram ad quam ibant.)Factus est finis ad terram,de humido ad solidum,de turbato ad firmũ,de itinere ad finem. Altera die turba quæ stabat trans mare.) unde illi uenerant, Vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una,& quia non introisset cum discipulis suis in nauim,sed soli discipuli eius abissent, aliæ uero superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum ubi manducauerunt panem,gratias agentes domino. Cum ergo uidisset turba, quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerũt Capernaum quærentes Iesum.)Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculum: uiderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauim, & quia alia nauis non ibi erat. Venerunt autem inde & naues iuxta locum illum ubi manducauerunt panes, in quibus eũ turbæ secutæ sunt cũ discipulis suis.Ergo nõ ascenderat,alia nauis illic nõ erat.Vnde subito trãs mare factus est Iesus,nisi quia super mare ambulauit,ut miraculũ monstraret?

Et cum inuenissent eum.)turbæ.Ecce repræsentat se turbis,à quibus se rapi timuerat, & in montẽ fugerat.Omnino confirmat & insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia:& facta in magno sacramẽto,ut aliquid significarẽt. Ecce est ille qui in montẽ fugerat turbas,nõ ne cũ ipsis turbis loquitur? Modo teneãt,modo regẽ faciãt.Et cũ inuenissent eum, Trans mare,dicunt ei.Rabbi,quando huc uenisti?) Ille post miraculi sacramentum & sermonem infert, ut si fieri potest, qui pasti sunt,pascantur: & quorum satiauit panibus uentres, satiet & sermonibus mentes, sed si capiunt: & si non capiunt, sumatur quod non capiunt, ne fragmenta pereant.Loquatur ergo & audiamus. Respondit Iesus & dixit, Amen amen dico uobis,quæritis me,non quia uidistis signa,sed quia manducastis ex panibus meis.) Pro-
B pter carnem me quæritis,non propter spiritum.Quàm multi non quærunt Iesum,nisi ut illis faciat bene secundum tempus: alius negocium habet, quærit intercessionem clericorum: alius premitur à potẽtiore, fugit ad ecclesiam:alius pro se uult interuenire apud eum,apud quem parum ualet.Ille sic,ille sic,impletur quotidie talibus ecclesia.Vix quæritur Iesus propter Iesum.Quæritis me non quia uidistis signa,sed quia manducastis ex panibus. Operamini cibum,non cibum qui perit,sed qui permanet in uitam æternam.) quæritis me propter aliud,quærite me propter me. Seipsum charissimi dominus insinuat istũ cibum,quod in sequentibus illucescit, Quem filius hominis dabit uobis.)Expectabas credo iterum panes manducare,iterum discumbere, iterum saginari:sed dixerat,cibum nõ qui perit.sed qui permanet in uitam æternam: quomodo dictum fuerat mulieri illi Samaritanæ, Si scires Ioan.4
quis est qui petit à te bibere,tu forsitan postulasses ab eo,& daret tibi aquam uiuam: cum illa diceret, Vnde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est? Samaritanæ respondit,Si scires qui à te petit bibere,tu petisses ab eo, & daret tibi aquam uiuam,unde qui biberit, amplius non sitit:nam de hac aqua qui biberit,sitiet iterum. Et gausa est illa, & uoluit accipere,quasi non passura sitim corporis, quæ labore hauriendi fatigabatur,& sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spiritalem. Omnino isto modo & hic: hunc ergo cibum operamini,nõ qui perit, sed qui permanet in uitam æternã, quem filius hominis dabit uobis. Hunc enim pater signauit deus.)Istum filium hominis nolite sic accipere,quasi alios filios hominum,de quibus dictum est, Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus,& secundum carnem filius hominis,exceptus à numero hominum, filius hominis est. Iste & filius hominis & filius dei est,iste homo etiam deus est.Alio loco interrogans discipulos ait,Quem dicunt esse homines filium hominis? Et illi,Alij Ioannem,alij Heliam, Matth.16
alij Hieremiam,aut unum ex prophetis.Et ille,Vos uero quem me dicitis esse? Respondit Petrus,Tu es Christus filius dei uiui.Ille dixit se filium hominis,& Petrus eum dixit filium

dei uiui. Optime ille commemorabat quod misericorditer exhibuerat. Ille commemorabat C
quod in claritate permanebat. Verbum dei commendabat humilitatem suam, homo agno
scit claritatem domini sui. Et reuera fratres, puto quia iustũ est. Humiliauit se propter nos,
glorificemus illum nos. Non enim filius hominis propter se est, sed propter nos. Ergo filius
hominis erat illo modo, Cum uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis, ideo enim hunc
deus pater signauit. Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare,
imponere aliquid quod non confundatur cum cæteris. Signare, est signum rei ponere. Cui-
cunq; rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum alijs, à te nõ possit agnosci. Pa-
ter ergo eum signauit. Quid est signauit? Proprium quiddam dedit, ne cæteris comparetur
Psal. 44 hominibus. Ideo de illo dictum est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ partici-
pibus tuis. Ergo signare quid est? Exceptũ habere, hoc est, præ participibus tuis. Itaq; noli-
te, inquit, me contemnere, quia filius sum hominis, & quærite à me cibum qui non perit, sed
permanet in uitam æternam. Sic enim filius hominis sum, ut nõ sim unus ex uobis, sic sum
filius hominis, ut pater deus me signaret. Quid est signaret? Proprium aliquid mihi daret,
quo non confunderer cum genere humano, sed per me liberaretur genus humanũ. Dixe
runt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera dei?) Dixerat enim illis, Operamini
escam, nõ quæ perit, sed quæ permanet in uitam. Quid faciemus, inquiunt? quid obseruan
do hoc præceptum implere poterimus? Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus dei ut
credatis in eum quem misit ille.) Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui per-
manet in uitam æternam. Vt quid paras dentes & uentrem? Crede & manducasti. Discer-
De conse. dis. nitur quidem ab operibus fides: sicut Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem sine
2. c. ut quid operibus legis, & sunt opera quæ uidentur bona sine fide Christi, & nõ sunt bona, quia nõ
Roma. 3 referũtur ad cum finem ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni cre-
denti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus dei: Ipsa est e-
nim quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, hoc est opus uestrum, sed hoc est opus dei, D
ut credatis in eum quem misit ille, ut qui gloriatur, in domino glorietur. Quia ergo inuita-
bat eos ad fidem, illi adhuc quærebant signa quibus crederent. Vide si non Iudæi signa pe-
tunt. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi, quid
operaris? Patrũ ne erat quòd de quinq; panibus pasti sunt? Sciebãt hoc quidem, sed huic
cibo manna de cœlo præferebant. Dominus autem Iesus talem se dicebat, ut se Moysi præ
poneret. Non enim ausus est Moyses dicere, quòd daret cibum nõ qui perit, sed qui perma-
net in uitam æternam. Aliquid plus iste promittebat quàm Moyses. Per Moysen quippe
promittebatur regnum & terra fluens lac & mel, temporalis pax, abundantia filiorum, sa-
lus corporis, & cætera omnia, temporalia quidem, in figura tamen spiritalia, quia ueteri ho-
mini in ueteri testamento promittebantur. Attendebant ergo promissa per Moysen, atten
debant promissa per Christum. Ille plenum uentrem promittebat in terra, sed cibo qui
perijt: iste promittebat cibum non qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Attende-
bant eum plus promittentem, & quasi nondum uidebant maiora facientem. Attendebant
itaq; qualia fecisset Moyses, & adhuc aliqua maiora uolebant fieri ab eo qui tam magna
promittebat, quid, inquiunt, facis ut credamus tibi? Et ut noueritis quia miracula illa huic
miraculo comparabant, & ideo quasi minora ista iudicabant quæ faciebat Iesus. Patres
enim nostri, inquiunt, manna manducauerũt in deserto.) Sed quid est manna? Forte conte
mnitis. Sicut scriptum est, Dedit illis manna manducare.) Per Moysen patres nostri pa-
nem de cœlo acceperunt, & non est dictum eis à Moyse, operamini cibum qui nõ perit. Tu
promittis cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam, & non talia operaris
qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed manna de cœlo. Dixit ergo eis Ie-
sus, Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus de-
dit uobis panem de cœlo. Verus enim panis est qui de cœlo descẽdit, & dat uitam mũdo.)
Verus ergo ille panis qui dat uitam mũdo, & ipse cibus est, de quo pauloante locutus sum,
opera-

A operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam. Ergo & illud manna
hunc significabat, & illa omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis, qui significabatur con
temnitis. Non ergo Moyses dedit panem de cœlo, deus dat panem. Sed quem panem? For
te manna? Non, sed panem quem significabat manna, ipsum scilicet dominum Iesum. Pa-
ter meus dat uobis panem uerum. Panis enim dei est qui descendit de cœlo, & dat uitã mũ-
do. Dixerunt ergo ad eum, domine, da nobis semper panem hunc.) Quomodo mulier il-
la Samaritana cui dictum est, Qui biberit de hac aqua, non sitiet unquam: continuo illa se- Ioan. 4
cundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia nolens, da mihi, inquit, domine de
hac aqua: sic & isti, domine, da nobis panem hunc qui nos reficiat, nec deficiat. Dixit autẽ
eis Iesus, Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet un-
quam.) Qui uenit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me: & quòd dixit, non esuriet, hoc
intellígẽdum est, & non sitiet unquam. Vtroq; illa significatur æterna satietas, ubi nulla est
egestas. Panem de cœlo desideratis, ante uos habetis, & non manducatis. Sed dixi uobis,
quia & uidistis me & non credidistis.) Sed non ideo ego populum perdidi. Nunquid enim
infidelitas uestra fidem dei euacuauit? Vide enim quod sequitur. Omne quod dat mihi
pater, ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eijciam foras.) Quale est, intus illud, unde
non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce secretum. O secretum sine tædio, sine amari-
tudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum & dolorum. Nónne illud
secretum est quo intrauit ille, cui dicturus est dominus seruo bene merito, Euge serue bone Matth. 25
& fidelis, intra in gaudium domini tui? Et eum qui ueniet ad me, non eijciam foras.
Quia descendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me.) Ideo er-
go eum qui ueniet ad te, non eijcias foras, quia descendisti de cœlo, non facere uoluntatem
tuam, sed uoluntatem eius qui te misit? Magnum sacramentum. Obsecro uos, simul pulse-
mus, exeat ad nos aliquid quod nos pascat, secundũ quod nos delectauit. Magnũ illud &
B dulce secretum. Qui ueniet ad me, attende, attende & appende. Qui uenit ad me, nõ eijciam
foras. Ergo qui ueniet, inquit, non eijciam foras. Quare? Quia descendi de cœlo, non ut fa-
ciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare non
eijcias eum foras qui uenit ad te, quia non uoluntatem tuam facere descendisti de cœlo, sed
uoluntatem eius qui te misit. Ipsa, quid ergo quærimus utrum ipsa sit? Ipsa est, ipse loqui-
tur. Qui uenerit ad me, non eijciam foras. Et quasi quæreres, quare? Quia non ueni facere
uoluntatem meam, sed uolũtatem eius qui misit me. Timeo ne foras propterea exierit ani-
ma à deo, quia superba erat, imò non dubito: scriptum est enim, Initium omnis peccati su- Eccl. 10
perbia: &, Initium superbiæ hominis apostatare à deo: scriptum est, firmum est, uerum est.
Deinde quid de superbo dicitur mortali, accincto pannis, carnis prægrauato pondere, cor-
ruptibili corpore, & tamen extollenti se, & obliuiscenti quia pelle uestitus sit? Quid ei dicit
scriptura? Quid superbis terra & cinis? Quid superbit? Dicat quid superbit. Quoniam in
uita sua proiecit intima sua? Quid est proiecit, nisi porrò iecit? hoc est exire foras. Etenim
intrare intro, appetere intima est: proijcere intima foras, exire est. Intima proiecit superbus,
intima appetit humilis: superbia eijcimur, humilitate regredimur. Caput omnium mor-
borum superbia, quia caput omnium peccatorum superbia. Medicus quãdo ægritudinem
discutit, si curet quod per aliquam causam factum est, & ipsam causam per quã factum est
non curet, ad tempus uidetur mederi, causa manente morbus repetitur. Verbi gratia, aper-
tius hoc dicam. Humor in corpore scabiem uel ulcera gignit in corpore, fit magna febris, &
non paruus dolor, exhibentur quædam medicamenta quæ scabiem cõpescant, & feruorem
illum ulceris sedant, & adhibentur & proficiunt, uides hominem qui fuit ulcerosus & sca-
biosus sanatum, sed quia humor ille non ciectus est, rursus ad ulcus redit: cognoscens hoc
medicus, purgat humorem, detrahit causam, & nulla erunt ulcera. Vnde ergo abundat ini-
quitas? Per superbiam. Cura superbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo causa omnium mor
borum curaretur, id est superbia, descendit & humilis factus est filius dei. Quid superbis ho

mo? Filius dei propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilẽ hominem, C
saltem imitare humilem deum. Venit filius dei in homine,& humilis factus est. Præcipitur
tibi ut sis humilis,non tibi præcipitur ut ex homine fias pecus. Ille deus factus est homo,tu
homo cognosce quia es homo. Tota humilitas tua est ut cognoscas te. Ergo quia humilita
tem docet deus:dixit,Nõ ueni facere uoluntatem meam,sed eius uoluntatem qui misit me,
hæc enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit uoluntatem suam,humili
tas facit uoluntatem dei. Ideo qui ad me uenerit,non eijciam foras. Quare? Quia non ueni
facere uoluntatem meam,sed uoluntatem eius qui misit me. Humilis ueni,humilitatem do
cere ueni:qui ad me uenit,incorporatur mihi:qui ad me uenit,humilis fit:qui mihi adhæret,
humilis erit,quia non facit uoluntatem suam,sed dei: & ideo non eijcietur foras, quia cum
psal.35 superbus esset,eiectus est foras. Vide illa interiora commendari in psalmo, Filij autem ho
minum in protectione alarum tuarum sperabunt. Vide quid sit ire intrò,uide quid sit ad il
lius protectionem confugere, uide quid sit etiam sub uerbera patris currere: flagellat enim
omnem filium quem recipit. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt:
& quid est intus? Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Cũ miseris intrò,intrantes in gau
dium domini sui inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ pota
bis eos. Quoniam apud te est fons uitæ, non foris extra te, sed intus apud te,& in lumine
tuo uidebimus lumen. Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his
psal.72 qui recto sunt corde. Qui sequuntur uoluntatem domini sui,nõ quærentes sua,sed quæ le
su Christi,ipsi sunt recto corde,ipsis non commouentur pedes: Bonus enim deus Israël re
ctis corde. Mei autem,inquit ille,penè commoti sunt pedes. Quare? Quia zelaui in peccato
ribus,pacem peccatorum intuens. Ergo quibus bonus est deus nisi rectis corde? Nam mihi
toto corde displicuit deus. Quare displicuit? quia dedit felicitatem malis:& ideo nutarũt mi
hi pedes,quasi sine causa seruissem deo. Ideo ergo mei penè commoti sunt pedes,quia non
fui rectus corde. Quid est ergo rectus corde? Sequens uoluntatem dei. Felix est ille,laborat D
ille: ille male uiuit & felix est,ille iuste uiuit & laborat. Non indignetur iuste uiuens & labo
rans,intus habet quod felix ille non habet, non ergo tristetur,non maceretur, non deficiat.
Felix ille habet aurum in arca, iste deum in conscientia. Compara nunc aurum & deum,
arcam & conscientiam. Ille illud habet quod perit,& ibi habet unde perit: iste deum habet,
& eum qui perire non potest,& ibi habet unde auferri nõ potest, sed si sit rectus corde,tunc
enim intrat & non exit:ideo ille dicebat, Quoniam apud te est fons uitæ,& non apud nos.
Ideo intrare debemus ut uiuamus,non quasi nobis sufficere ut pereamus,non quasi de no
stro uelle satiari ut arescamus,sed os ad ipsum fontẽ ponere,ubi aqua nõ deficit. Quia uolu
it suo consilio uiuere Adã,& lapsus est per eum qui ante ceciderat per superbiam, qui ei cali
cem ipsius superbiæ propinauit. Quia ergo apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebi
mus lumen,intus bibamus,intus uideamus. Quare enim inde exitum est? audi quare. Non
ueniat mihi pes superbiæ: ergo ille exijt cui uenit pes superbiæ,ostendit quia ideo exijt. Et
manus peccatorum non moueat me,propter pedem superbiæ. Quare hoc dicis? Ibi cecide
runt omnes qui operantur iniquitatem. Vbi ceciderunt? In ipsa superbia expulsi sunt,nec
potuerunt stare. Si ergo superbia expulit eos qui non potuerunt stare, humilitas intromit
psal.50 tit,qui possunt in perpetuũ stare. Ideo etenim ille qui dixit, Exultabunt ossa humiliata:præ
dixit,Auditui meo dabis exultationem & lætitiam. Quid est,auditui meo? Audiendo te se
lix sum:de uoce tua felix sum:intus bibendo felix sum: ideo non cado,ideo exultabunt ossa
humiliata,ideo amicus sponsi stat & audit eum,ideo stat,quia audit. De interiore fonte bi
bit,ideo stat. Illi qui noluerunt de interiore fonte bibere,ideo ceciderunt & expulsi sunt,nec
potuerunt stare. Doctor itaq; humilitatis uenit non facere uoluntatem suam, sed uoluntа
tem eius qui misit illum. Veniamus ad eum,intremus ad eum,incorporemur ei,ut nec nos
faciamus uoluntatem nostram,sed uoluntatem dei, & non nos eijciet foras, quia membra
eius sumus,quia caput nostrum esse uoluit docendo humilitatem. Ad extremum,ipsum au

dite

A dite concionantem,Venite ad me qui laboratis & onerati estis. Tollite iugum meum super Mat.11
uos,& discite à me,quia mitis sum & humilis corde. Et cum hoc didiceritis,inuenietis requi
em animabus uestris,unde non eijciamini foras: quia descendi de cœlo,non ut faciam uo
luntatem meam,sed uoluntatem eius qui misit me. Humilitatem doceo,ad me uenire non
potest nisi humilis. Non mittit foras nisi superbia, quomodo non exit foras qui seruat
humilitatem, & non labitur à ueritate. Dicta sunt quantum dici potuerunt de abscondi
to sensus fratres: satis enim hic latet sensus,& nescio utrum congruis uerbis à me sit deprom
ptus & excultus, quare ideo non eijciat foras qui uenit ad illum, quia non uenit facere uo
luntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit eum. Hæc est autem,inquit,uoluntas eius
qui misit me patris,ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.) Ipse illi datus est qui ser
uat humilitatem: hoc accepit, qui non seruat humilitatem, longe est à magistro humilita
tis. Vt omne quod dedit mihi,non perdam ex eo. Sic non est uoluntas in conspectu patris
uestri, ut pereat unus de pusillis istis. De tumentibus potest perire, de pusillis nihil perit:
quia nisi fueritis sicut pusillus iste non intrabitis in regnum cœlorum. Omne quod dedit Matth.18
mihi pater non perdam ex eo. Sed resuscitabo illud in nouissimo die.) Videte quemad
modum &hic geminam illam resurrectionem deliniet. Qui uenit ad me,modo resurgit hu
milis factus in membris meis,sed & resuscitabo eum in nouissimo die secundum carnem.

Hæc est enim uoluntas patris mei qui misit me,ut omnis qui uidet filium,& credit in eum
habeat uitam æternam,& ego resuscitabo eum in nouissimo die.) Superius dixit,qui audit
uerbum meum & credit ei qui misit me:modo autem,qui uidet filium,& credit in eum. Nõ
dixit, uidet filium, & credit in patrem: hoc est enim credere in filium quod & in patrem,
quia sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso, ut o
mnis qui uidet filium & credit in eum,habeat uitam æternam. Credendo & transeundo ad
uitam, tanquam prima illa resurrectione, & quia non est sola, & resuscitabo ego eum, in
B quit,in nouissimo die.

Ab eo quod scriptum est,Murmurabãt ergo Iudæi de illo,quia di
xisset,Ego sum panis uiuus qui de cœlo descẽdi,usq; ad id ubi ait,Qui
manducat hunc panem uiuet in æternum. Tractatus XXVI.

Vm dominus noster Iesus Christus,sicut in euangelio cum legeretur audiui
mus,panem se esse dixisset,qui de cœlo descendit. Murmurauerunt Iudæi &
dixerunt, Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & ma
trem? Quomodo ergo hic dicit,quia descẽdit de cœlo?) Isti à pane de cœlo lon
ge erant,nec eum esurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant, auribus apertis sur
di erãt,uidebãt & cæci stabant:panis quippe iste interioris hominis quærit esuriẽ,unde alio
loco dicit,Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã,quoniã ipsi saturabũtur. Iustitiã uero nobis esse Matth.5
Christũ Paulus apostolus dicit, ac per hoc qui esurit hunc panẽ,esuriat iustitiã: sed iustitiã
quæ de cœlo descẽdit,iustitiã quã dat deus,nõ quã sibi facit homo. Si enim nullã sibi homo
faceret iustitiã,nõ diceret idẽ Apostolus de Iudæis: Ignorãtes enim dei iustitiã,& suã uolẽ Rom.10
tes cõstituere,iustitiæ dei nõ sunt subiecti: inde erãt isti qui panẽ de cœlo descendentẽ nõ in
telligebant,quia sua iustitia saturati,iustitiã dei nõ esuriebãt. Quid est hoc,iustitia dei & iu
stitia hominis? Iustitia dei hic dicitur, non qua iustus est deus, sed quam dat homini deus,
ut iustus sit homo per deum. Quæ autẽ erat illorũ iustitia,qui de suis uiribus præsumebãt
& quasi impletores legis seipsos ex sua uirtute dicebant? Nemo implet legem nisi adiuue
rit gratia,id est,panis qui de cœlo descendit: Legis enim plenitudo,compendio ut ait Apo Roma.13
stolus,charitas est: charitas non nummi,sed dei: charitas non terræ,non cœli,sed eius qui fe
cit cœlum & terram. Vnde ista charitas homini? Ipsum audiamus, Charitas,inquit,dei dif Roma.5
fusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Daturus ergo domi De conse. dis.
nus spiritum sanctum,dixit se panem qui de cœlo descẽdit,hortans ut credamus in eũ. Cre 2. c. credere
dere enim in eũ,hoc est manducare panẽ uiuũ. Qui credit in eum,manducat,inuisibiliter sa 4. sen. dis. 9. c. 1

ginatur,quia & inuisibiliter renascitur.Infans intus est,nouus intus est : ubi nouellatur , ibi C
satiatur.Quid ergo talibus murmurantibus Respõdit Iesus?Nolite murmurare inuicẽ.)
Tanquam dicens,Scio quare non esuriatis, & istum panem non intelligatis neq; quæratis.
Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit
eum.)Magna gratiæ commendatio.Nemo uenit nisi tractus.Quem trahat &quem nõ tra
hat:quare illum trahat,& illum non trahat,noli uelle iudicare si non uis errare: semel accipe
2.sen.di.2.c. & intellige,Non traheris,ora ut traharis.Quid hic dicimus fratres?si trahimur ad Christũ,
non est tamen ergo inuiti credimus,ergo uiolentia adhibetur, non uoluntas excitatur? Intrare quisquam
ecclesiam potest nolens,accedere ad altare potest nolens, accipere potest sacramentum no
lens,credere non potest nisi uolens. Si corpore crederetur,fieret in nolentibus : sed non cor
Roma.10 pore creditur ad iustitiam,Apostolum audi dicentem,Corde creditur ad iustitiam.Et quid
sequitur?Ore autem confessio fit ad salutem.De radice cordis surgit ista cõfessio.Aliquan
do audis confitentem,& nescis ardentem : uocas confitentem, & nescis credentem . Sed nec
debes uocare confitentem,quem iudicas non credentem:hoc est enim confiteri,dicere quod
habes in corde.Si autem aliud in corde habes,aliud dicis,loqueris,non confiteris. Cum er
go in Christum corde credatur , quod nemo utique facit inuitus , qui autem trahitur , tan
quam inuitus cogi uidetur,quomodo istam soluimus quæstionem:Nemo uenit ad me,ni
si pater qui me misit traxerit eũ? Si trahitur aliquis,inuitus uenit:si inuitus uenit, nec credit:
si non credit, nec uenit . Non enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo : nec
motu corporis,sed uoluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier quæ fimbriam tetigit , ma
Luce 8 gis tetigit quàm turba quæ pressit.Ideo dominus dixit,Quis me tetigit?& mirãtes discipu
li dixerunt,Turba te comprimit,& dicis,quis me tetigit?Et ille repetiuit,Tetigit me aliquis.
Illa tangit,turba premit:quid est tetigit,nisi credidit? Vnde & mulieri post resurrectionem
Ioan.20 dixit uolenti se mittere ad pedes eius , Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem:
quod uides,hoc solum me esse putas.Noli me tangere,quid est? Hoc mẽ solum esse putas D
quod tibi appareo.Noli me sic credere, hoc est noli me tangere , nondum enim ascendi ad
patrem meum : tibi nondum ascendi , nam inde nunquam recessi . Interea non tangebat
stantem,& quomodo tangeret ad patrem ascendentem? Sic tamen sic se tangi uoluit,si tan
gitur ab eis à quibus bene tangitur,ascendens ad patrem,manens cum patre,æqualis patri.
Inde & hic si aduertis,Nemo uenit ad me, nisi quem pater attraxerit, noli te cogitare inui
tum trahi . Trahitur animus & amore . Nec timere debemus ne ab hominibus qui uerba
perpendunt, & à rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc scripturarũ
sanctarum euangelico uerbo forsitan reprehendamur,& dicatur nobis, Quomodo uolun
tate credo si trahor?Ego dico,Parum est uoluntate,etiam uoluptate traheris. Quid est tra
psal.36 hi uoluntate? Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui . Est quædam uolu
Virg.in 2.eglo. ptas cordis,cui panis dulcis est ille cœlestis.Porrò si poëtæ dicere licuit,Trahit sua quẽq; uo
luptas:non necessitas,sed uoluptas:non obligatio,sed delectatio:quanto fortius nos dicere
debemus,trahi hominem ad Christum,qui delectatur ueritate,delectatur beatitudine,dele
ctatur iustitia,delectatur sempiterna uita,quod totum Christus est. An uero habẽt corpo
ris sensus uoluptates suas,& animus deseritur à uoluptatibus suis? Si animus nõ habet uo
psal.35 luptates suas,unde dicitur?Filij autem hominum, sub tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ , & torrente uoluptatis delitiarum tuarum potabis
eos,Quoniam apud te est fons uitæ , & in lumine tuo uidebimus lumen . Da amantem,&
sentit quod dico, da desiderantem,da feruentem, da in ista solitudine peregrinantem atq;
sitientem,& fontem æternæ patriæ suspirantem,da talem,& scit quid dicam : si autem frigi
do loquor , nescit quid loquor . Tales erant isti qui inuicem murmurabant . Pater , inquit,
quem traxerit , uenit ad me . Quid est autem,pater quem traxerit , cum ipse Christus tra
hat?Quare uoluit dicere,pater quem traxerit? Si trahendi sumus,ab illo trahamur, cui di
Cant.1 cit quædam quæ diligit,Post odorem unguentorum tuorum curremus . Sed quid intelligi
uoluit,

A uoluit,aduertamus fratres, & quantũ possumus capiamus . Trahit pater ad filium eos qui
propterea credunt in filium,quia eum cogitant patrem habere deũ.Deus enim pater æqua
lem sibi genuit filium,& qui cogitat,atq; in fide sua sentit & ruminat æqualem esse patri eũ
in quem credidit,ipsum trahit pater ad filium.Arius credidit creaturam,non eum traxit pa
ter,quia non cõsyderat patrem,qui filium non credit æqualem.Quid dicis ô Ari,quid dicis
hæretice,quid loqueris?Quid est Christus?Nõ,inquit,deus uerus,sed quẽ fecit deus uerus.
Non te traxit pater,non intellexisti patrem,cuius filium negas.Aliud cogitas,non est ipse fi
lius,nec à patre traheris,nec ad filium.Aliud est enim filius,aliud quod tu dicis. Fotinus di
cit,Homo solus est Christus,non est & deus:Qui sic credit,non pater eum trahit.Quem tra
xit pater?Illum qui dicit,Tu es Christus filius dei uiui, non sicut propheta, non sicut Ioan
nes,non sicut aliquis magnus iustus,sed sicut unicus,sicut æqualis,Tu es Christus filij dei ui Matth.16
ui,ait.Vide quia tractus est,& à patre tractus est. Et dominus quid? Beatus es Simon bar
Iona,quia non tibi reuelauit caro & sanguis,sed pater meus qui in cœlis est.Ista est reuela
tio,ista est attractio.Ramũ uiridẽ ostendis oui,& trahis illam. Nuces puero demonstrãtur
& trahitur,& quòd currit trahitur,amãdo trahitur,sine læsione corporis trahitur,cordis uin
culo trahitur . Si ergo ista quæ inter delitias & uoluptates terrenas reuelantur amantibus,
trahunt,quoniã uerum est,Trahit sua quenq; uoluptas,nõ trahit reuelatus Christus à pa
tre?Quid enim fortius desiderat anima quàm ueritatẽ? Quò auidas fauces habere debet,
unde optare, ut sanum sit intus palatum uera iudicãdi, nisi ut manducet & bibat sapientiã,
iustitiam,ueritatem,æternitatẽ? Vbi autem hoc?Ibi melius,uerius ibi:nam hic facilius pos
sumus esurire,& hoc si bonam spem habemus,quàm saturari.Beati enim,inquit , qui esuri Matth.5
unt & sitiunt iustitiam,sed hic:quoniam saturabuntur,sed ibi.Ideo cum dixisset,Nemo ue
nit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ,quid subiecit? Et ego resuscitabo eum in no
uissimo die.)Reddo illi quod amat,reddo quod sperat.Videbit quod adhuc non uidendo
B credidit:manducabit quod esurijt,saturabitur eo quod sitit.Vbi? In resurrectione mortuo
rum,quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est enim in prophetis , Et erũt Esaie liij.
omnes docibiles dei.) Quare hoc dixi ô Iudæi? Pater uos non docuit, quomodo potestis
me agnoscere? Omnes regni illius homines docibiles dei erunt,nõ ab hominibus audient:
& si ab hominibus audiunt,tamen quod intelligunt,intus datur,intus coruscat,intus reuela
tur. Quid faciunt homines forinsecus annunciantes? Quid facio modo ego cum loquor?
Strepitum uerborũ ingero auribus uestris.Nisi ergo reuelet ille qui intus est,quid dico,aut
quid loquor?Exterior,cultor arboris:interior,est creator. Qui plantat & qui rigat,extrinse
cus operatur:hoc facimus nos.Sed neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat, sed qui incre 1.Cor.3.
mẽtum dat deus,hoc est,erũt omnes docibiles dei.Qui omnes? Omnis qui audiuit à pa
tre & didicit,uenit ad me.)Videte quomodo trahit pater: docendo delectat, non necessita
tem imponendo.Ecce quomodo trahit,erunt omnes docibiles dei.Trahere dei est. Omnis
qui audiuit à patre & didicit,uenit ad me:trahere eĩ dei est.Quid igitur fratres? Si omnis
qui audiuit à patre & didicit,ipse uenit ad Christum,Christus nihil hic docuit. Quid quòd
patrem magistrum homines non uiderunt , filium uiderunt? Filius dicebat,sed pater do
cebat . Ego cum homo sim quem doceo? Quem fratres nisi eum, qui audit uerbum
meum? Si ego cum homo sim , illum doceo qui audit uerbum meum: illum docet pa
ter , qui audit uerbum eius . Si illum docet pater qui audit uerbum eius , quære quid sit
Christus , & inuenies uerbum eius . In principio erat uerbum . Non in principio fecit
deus uerbum , quomodo in principio fecit deus cœlum & terram : ecce quia non est crea
tura . Discere trahi ad filium à patre , doceat te pater , audi uerbum eius . Quod uerbum,in
quies , audio? In principio erat uerbum . Non factum est , sed erat , & uerbum erat apud
deum,& deus erat uerbum.Quomodo homines in carne constituti audiant tale uerbum?
Quia uerbum caro factum est , & habitauit in nobis. Exponit hoc & ipse , & ostendit no
bis quid dixerit , qui audiuit à patre & didicit , uenit ad me . Continuo subiecit quod cogi
tare

tare poſſemus. Non quia patrem uidit quiſquam, niſi is qui eſt à deo, hic uidit patrem.) C
Quid eſt quod ait, Ego uidi patrem, uos non uidiſtis patrem, & tamen non uenitis ad me
niſi trahamini à patre? Quid eſt autem nobis trahi à patre, niſi diſcere à patre? Quid eſt di
ſcere à patre, niſi audire à patre? Quid eſt audire à patre, niſi audire uerbum patris, id eſt
me? Ne forte ergo cum dico uobis, Omnis qui audiuit à patre & didicit, dicatis apud uos,
ſed nunquam uidimus patrem, quomodo ergo diſcere potuimus à patre? A meipſo audi-
te, Non quia patrem uidit quiſquam, ſed qui eſt à deo, hic uidit patrem: ego noui patrem,
ab illo ſum, ſed quomodo uerbum ab illo cuius eſt uerbum, non quod ſonat & tranſit, ſed
quod manet cum dicente, attrahit audientem: admoneat quod ſequitur. Amen amen di-
co uobis, qui credit in me habet uitam æternam.) Reuelare ſe uoluit quid eſſet: nam com-
pendio dicere potuit, qui credit in me, habet me, ipſe enim Chriſtus uerus deus eſt, & uita
æterna. Quid eſt autem habere me? Habere uitam æternam: uita æterna mortem aſſum-
pſit, uita æterna mori uoluit: ſed de tuo, nõ de ſuo. Accepit à te, ubi moreretur pro te: ab ho-
minibus enim carnem aſſumpſit, ſed non more hominum. Nam patrem habens in cœlo,
matrem elegit in terra, & illic natus ſine matre, & hic ſine patre. Aſſumpſit ergo uita mor-
tem, ut uita occideret mortem. Nam qui in me credit, inquit, habet uitam æternã, nõ quod
patet, ſed quod latet. Vita enim æterna uerbum, in principio erat apud deum, & deus erat
uerbum, & uita erat lux hominum. Ipſe uita æterna, dedit & carni ſuſcipere uitam æternam.
Mori uoluit, ſed die tertio reſurrexit. Inter uerbum ſuſcipiens carnem reſurgẽtem, mors me
dia conſumpta eſt. Ego ſum, inquit, panis uitæ.) Et unde illi ſuperbiebant? Patres ue-
ſtri, inquit, manducauerunt in deſerto manna, & mortui ſunt.) Quid eſt unde ſuperbitis?
Manducauerunt manna, & mortui ſunt. Quare manducauerũt & mortui ſunt? Quia quod
uidebant, credebant: quod non uidebant, non intelligebant, ideo patres ueſtri, quia ſimiles
eſtis illorum. Nam quantum pertinet fratres mei ad mortem iſtam uiſibilem & corporalẽ,
nunquid nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo deſcendẽtem? Sic ſunt mor- D
tui & illi, quemadmodum & nos ſumus morituri, quantum attinet, ut dixi, ad mortem hu-
ius corporis uiſibilem atq; carnalem. Quantum autem pertinet ad illam mortẽ, de qua ter-
ret dominus, quia mortui ſunt patres iſtorum. Manducauit manna & Moyſes, manducauit
manna & Aaron, manducauit manna & Phinees, manducauerunt ibi multi qui domino
placuerunt, & mortui non ſunt. Quare? Quia uiſibilem cibum ſpiritaliter intellexerunt, ſpiri
taliter eſurierunt, ſpiritaliter guſtauerunt, ut ſpiritaliter ſatiarentur. Nam & nos hodie acce-
pimus uiſibilem cibum: ſed aliud eſt ſacramentum, aliud eſt uirtus ſacramenti. Quàm mul-
ti de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur: unde dicit Apoſtolus, Iudiciũ
ſibi manducat & bibit. Nónne buccella dominica uenenũ fuit Iudæ? & tamen accepit, & cũ
accepit, in eum inimicus intrauit, nõ quia malum accepit, ſed quia bonum male malus acce-
pit. Videte ergo fratres, panem cœleſtem ſpiritaliter manducate, innocentiam ad altare ap
portate, Peccata & ſi ſunt quotidiana, uel non ſint mortifera, antequàm ad altare accedatis,
attendite quòd dicatis, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
noſtris. Si dimittis dimittetur tibi: ſecurus accede, panis nõ uenenum eſt. Sed uide ſi dimit-
tis: nam ſi non dimittis mentiris, & ei mentiris, quem non fallis: mentiri deo potes, deum fal
lere non potes. Nouit ille quid agas, intus te uider, intus te examinat, intus inſpicit, intus
iudicat, intus aut damnat aut coronat. Patres ergo iſtorum, id eſt mali patres malorum, in-
fideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis
dominum offendiſſe ille populus dictus eſt, quàm contra deum murmurando. Ideo & do
minus uolens oſtendere eos talium filios, hinc ad eos cœpit, Quid murmuratis in inuicem
murmuratores, filij murmuratorum? Patres ueſtri manna manducauerunt, & mortui ſunt,
non quia malum erat manna, ſed quia male manducauerunt. Hic eſt panis qui de cœlo
deſcendit.) Hunc panem ſignificauit manna, hunc panem ſignificauit altare dei. Sacramen-
ta illa fuerunt, in ſignis diuerſa ſunt, ſed in re quæ ſignificatur paria ſunt. Apoſtolum audi.

Nolo

A Nolo eñ uos, inquit, ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes 1. Cor. 10
mare tranſierunt, & omnes per Moyſen bapti̇zati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandẽ
eſcam ſpiritalẽ manducauerunt. Spiritalẽ utiq; eandem, nam corporalem alteram, quia illi
manna, nos aliud: ſpiritalẽ uero quam nos, ſed patres noſtri, nõ patres illorum, quibus nos
ſimiles ſumus, non quibus illi ſimiles fuerunt. Et adiutꝛgit. Et omnes eundem potum ſpirita
lem biberunt. Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie uiſibili quidem, tamen hoc idem ſignificãte uir-
tute ſpiritali. Quomodo eñ eundẽ potũ? Bibebant, inquit, de ſpirituali, ſequẽte petra: petra
autem erat Chriſtus. Inde panis, inde potus. Petra Chriſtus in ſigno, uerus Chriſtus in uer- Nume. 20
bo & in carne. Et quomodo biberunt? Percuſſa eſt petra de uirga bis. Gemina percuſſio,
duo ligna crucis ſignificat. Hic eſt ergo panis qui de cœlo deſcendit. Vt ſi quis manduca-
uerit ex ipſo, non moriatur.) Sed qui pertinet ad uirtutem ſacramenti, non qui pertinet ad
uiſibile ſacramentum. Qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui pre-
mit dente. Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi.) De cœlo deſcendit & manna: ſed
manna umbra erat, iſte ueritas eſt. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.
Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.) Hoc quando caperet caro, quod
dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro,
quia uocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad ſe multum eſſe dixerunt: hoc enim non
poſſe fieri putauerunt. Caro mea eſt, inquit, pro mundi uita. Norunt fideles corpus Chri-
ſti, ſi corpus Chriſti non negligant eſſe. Fiant corpus Chriſti, ſi uolunt uiuere de ſpiritu
Chriſti. De ſpiritu Chriſti non uiuit, niſi ſit corpus Chriſti. Intelligite fratres mei quid di-
xerim, Homo es, & ſpiritum habes, & corpus habes. Spiritum dico quæ anima uocatur,
qua conſtat quod homo eſt: conſtat enim ex anima & corpore. Habes itaq; ſpiritum inui-
ſibilem, corpus uiſibile. Dic mihi quid ex quo uiuat? Spiritus tuus uiuit ex corpore tuo, an
corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpondet omnis qui uiuit, qui autem hoc non poteſt reſpon-
B dere, neſcio ſi uiuit. Quid reſpondet omnis qui uiuit? Corpus utiq; meum uiuit de ſpiritu
meo. Vis ergo & tu uiuere de ſpiritu Chriſti, in corpore eſto Chriſti. Nũquid enim corpus
meum uiuit de ſpiritu tuo? Meum uiuit de ſpiritu meo, & tuum de ſpiritu tuo. Non poteſt
uiuere corpus Chriſti niſi de ſpiritu Chriſti. Inde eſt quod exponens nobis apoſtolus Pau
lus hunc panem, Vnus panis, inquit, unum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis,
ô ſignum unitatis, ô uinculum charitatis. Qui uult uiuere, habet unde uiuat, accedat, credat, incorporetur ut uiuificetur. Non abhorreat à compage membrorum,
quod reſecari mereatur, non ſit diſtortum de quo erubeſcatur: ſit pulchrum, ſit aptum, ſit
ſanum: hæreat corpori, uiuat deo de deo, nunc laboret in terra, ut poſtea regnet in cœlo.

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicẽtes, Quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis da-
re ad manducandum?) Litigabant utiq; ad inuicem, quoniam panem concordiæ non intel
ligebant, nec ſumere uolebant: nam qui manducant talem panem, non litigant ad inuicem,
quoniam unus panis, unum corpus multi ſumus. Et per hunc facit deus unius moris habi- pſalm. 67
tare in domo. Quòd autem ad inuicem litigabant, & quærunt quomodo poſſit dominus
carnem ſuam dare ad manducandum, non ſtatim audiunt, ſed adhuc eis dicitur, Amen
amen dico uobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non
habebitis uitam in uobis.) Quomodo quidem detur, & quiſnam modus ſit manducandi
iſtum panem, ignoratis. Veruntamen, niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis
eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Hæc non utique cadaueribus, ſed uiuenti-
bus loquebatur. Vnde ne iſtam uitam intelligentes, & de hac re litigarent, ſecutus adiun-
xit, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam.)
Hanc ergo non habet, qui iſtum panem non manducat, nec iſtum ſanguinem bibit: nã tem
poralem uitã ſine illo habere homines poſſunt, æternã uero omnino nõ poſſunt. Qui ergo
non manducat eius carnem, nec bibit eius ſanguinem, nõ habet in ſe uitã: & qui manducat
eius carnem, & bibit eius ſanguinem, habet uitam æternam. Ad utrunq; aũt reſpõdit quod

dixit,

dixit,æternam. Non ita eſt in hac eſca, quam ſuſtentandæ huius corporis uitæ cauſa ſumimus:nam qui eam non ſumpſerit,non uiuet:nec tamẽ qui eam ſumpſerit uiuet. Fieri enim poteſt,ut ſenio uel morbo uel aliquo caſu,plurimi & qui eam ſumpſerint,moriãtur: in hoc uero cibo & potu,id eſt, corpore & ſanguine domini non ita eſt,nam & qui eam nõ ſumit, non habet uitam:& qui eam ſumit habet uitam, & hanc utiq; æternam. Hunc itaq; cibum & potum,ſocietatem uult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta eccleſia in prædeſtinatis & uocatis,& iuſtificatis,& glorificatis ſanctis & fidelibus eius.Quorum primum iam factum eſt,id eſt prædeſtinatio:ſecundum & tertium,& factum eſt,& fit,& fiet,id eſt uocatio & iuſtificatio: quartum uero nunc in ſpe eſt,in re autem futurum eſt,id eſt glorificatio.Huius rei ſacramẽtum,id eſt,unitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie,alicubi certis interuallis dierum in dominica menſa præparatur, & de menſa dominica ſumitur,quibuſdam ad uitam,quibuſdam ad exitium.Res uero ipſa cuius & ſacramentũ eſt,omni homini ad uitam,nulli ad exitium,quicunq; eius particeps fuerit. Ne autem putarent ſic in iſto cibo & potu promitti uitam æternam,ut qui eam ſumerent, iam nec corpore morerentur:huic cogitationi dignatus eſt occurrere,nam cum dixiſſet, Qui manducat meã carnem & bibit meum ſanguinem,habet uitam æternã,continuo ſubiecit & dixit, Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.) Vt habeat interim ſecundum ſpiritum uitam æternã in requie,quæ ſanctorum ſpiritus ſuſcipit:quòd autẽ ad corpus attinet, nec caro eius uita æterna fraudetur, ſed in reſurrectione mortuorum in nouiſſimo die. Caro enim mea,inquit, uere eſt cibus,& ſanguis meus uere eſt potus.) Cum enim cibo & potu id appetãt homines, ut neq; eſuriant neq; ſitiant:hoc ueraciter non præſtat niſi iſte cibus & potus,qui cos à quibus ſumitur,immortales & incorruptibiles facit,id eſt ſocietas ipſa ſanctorũ, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propterea quippe ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei,dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commẽdauit,quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis.Nanq; aliud in unum ex multis granis conficitur & conſtat:aliud in unum ex multis acinis confluit. Deniq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur,& quid ſit manducare corpus eius,& ſanguinem eius bibere. Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo.) Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum bibere potum,in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere.Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpiritaliter carnem eius,nec bibit eius ſanguinem,licet carnaliter & uiſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti: ſed magis tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducat & bibit,quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta,quæ aliquis nõ digne ſumit,niſi qui mundus eſt:de quibus dicitur, Beati mũdo corde,quoniam ipſi deum uidebũt. Sicut,inquit,miſit me uiuẽs pater,& ego uiuo propter patrem,& qui manducat me,& ipſe uiuet propter me.) Nõ ait,ſicut manduco patrem, & ego uiuo propter patrem:& qui manducat me,& ipſe uiuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior, qui eſt natus æqualis: ſicut participatione filij per unitatem corporis eius & ſanguinis,quod illa manducatio potatioq; ſignificat, nos efficimur meliores. Viuimus ergo nos propter ipſum,manducantes eum,id eſt,ipſum accipientes æternam uitam,quam nõ habebamus ex nobis:uiuit autem ipſe propter patrem,miſſus ab eo, quia ſemetipſum exinaniuit factus obediens uſq; ad mortem crucis. Si enim ſecundum id accipimus,uiuo propter patrem,quod alibi ait,Pater maior me eſt,ſicut &nos uiuimus propter ipſum,qui maior eſt nobis,hoc ex eo quod miſſus eſt,factum eſt:miſſio quippe eius exinanitio ſuimetipſius eſt,& formæ ſeruilis acceptio,quod recte intelligitur,ſeruata etiam filij cũ patre æqualitate naturæ. Maior enim eſt pater homine filio, ſed æqualem habet deum filium,cum idem ſit & deus & homo,dei filius & hominis filius unus Chriſtus. In qua ſententia ſi recte accipiuntur hæc uerba,ita dixit,Sicut me miſit uiuens pater, & ego uiuo propter patrem,Et qui manducat me,& ipſe uiuet propter me: ac ſi diceret, Vt ego uiuam propter patrẽ

C

D

De conſe. diſ. 2. c. q diſcordat

Matth. 5

A patrem:id eſt,ad illum tanq; ad maiorem referam uitam meã,exinanitio mea fecit in qua me miſit. Vt autem quiſq; uiuat propter me,participatio facit qua manducat me.Ego itaq; humiliatus uiuo propter patrem, ille erectus uiuit propter me. Si autem ita dictum eſt, uiuo propter patrem,quia ipſe de illo,non ille de ipſo eſt,ſine detrimento æqualitatis dictũ eſt.Nec tamen dicendo,& qui manducat me,ipſe uiuet propter me,eãdem ſuam & noſtrã æqualitatem ſignificauit,ſed gratiam mediatoris oſtendit. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit.) ut illum manducando uiuamus,quia æternam uitam ex nobis habere non poſſumus. Non ſicut,inquit,manducauerunt patres ueſtri manna,& mortui ſunt.Qui manducat hunc panem,uiuet in æternum.) Quòd ergo illi mortui ſunt,ita uult intelligi,ut non uiuant in æternum:nam temporaliter & hi profecto moriuntur qui Chriſtũ manducant, ſed uiuunt in æternum,quia Chriſtus eſt uita æterna.

Ab eo quod ſcriptum eſt:Hæc dixit in ſynagoga docens ſabbato in Capernaum,uſq; ad id quod ait:Ille enim traditurus erat eum,cum eſſet unus de duodecim:

Tractatus XXVII

VERBA domini ex euangelio,quæ ſermonem priſtinum conſequuntur audiui mus, hinc ſermo debetur auribus & mentibus ueſtris,& hodierna die non importunus eſt.Eſt enim de corpore domini,quod dicebat ſe dare manducandũ propter æternam uitam.Expoſuit autem modum attributionis huius & doni ſui,quomodo daret carnem ſuam manducare dicens:Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum,in me manet & ego in illo.Signum quia manducauit & bibit hoc eſt, ſi manet & manetur,ſi habitat & inhabitatur,ſi hæret & nõ deſeratur.Hoc ergo nos docuit & admonuit myſticis uerbis,ut ſimus in eius corpore ſub ipſo capite in membris eius, edentes carnẽ eius,nõ relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant,plures nõ intelligendo ſcandalizati ſunt:Non enim cogitabant hæc audiendo,niſi carnem,quod ipſi erant. Apoſtolus

B autem dicit,& uerum dicit:Sapere ſecundum carnem mors eſt.Carnem dat nobis ſuam dominus manducare,& ſapere ſecũdum carnem mors eſt.Cum de carne ſua dicat,quia ibi eſt uita æterna:ergo nec carnem debemus ſapere ſecundum carnem,ſicut in his uerbis: Multi itaq; audientes,)nõ ex inimicis,ſed Ex diſcipulis ſuis,dixerunt:Durus eſt hic ſermo,& quis poteſt eum audire?) Si diſcipuli durum habuerunt iſtum ſermonem,quid inimici? Et tamen ſic oportebat,ut diceretur quod non ab omnibus intelligeretur.Secretum dei intentos debet facere,non aduerſos: iſti autem cito defecerunt.Talia loquẽte domino Ieſu Chriſto, non crediderunt aliquid magnum dicentem,& uerbis illis aliquam gratiam cooperientem, ſed prout uoluerunt ita intellexerunt, & more hominũ,quia poterat Ieſus,aut hoc diſponebat Ieſus,carnem qua indutum erat uerbum,ueluti cõciſam diſtribuere credẽtibus in ſe. Durus eſt,inquiunt,hic ſermo,quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum,quia murmurabãt de eo diſcipuli eius.) Sic enim apud ſe iſta dixerũt,ut ab illo non audirentur,ſed ille qui eos nouerat in ſeipſis, audiens apud ſemetipſum: reſpondens ait, hoc uos ſcandalizat:) quia dixi,carnem meam do uobis manducare,& ſanguinem meũ bibere,hoc uos nempe ſcandalizat. Si ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius,) Quid eſt hoc? Hinc ſoluit illud quod non nouerant:hinc aperuit unde fuerant ſcandalizati:hinc planè ſi intelligerent.Illi enim putabant eum erogaturum corpus ſuum,ille autem dixit,ſe aſcenſurum in cœlum,utiq; integrum.Cum uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius: certe uel tunc uidebitis,quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum,certe uel tunc intelligetis,quia gratia eius non conſumitur morſibus.Et ait: Spiritus eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicq;.) Hoc anteq; exponitur ut dominus donat,illud non negligenter prætereundum eſt,quod ait:Si ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius:Filius enim hominis Chriſtus ex uirgine Maria.Ergo filius hominis hic cœpit eſſe in terra,ubi carnem aſſumpſit ex terra. Vnde prophetice dictum erat: Veritas de terra orta eſt.Quid ſibi ergo uult quod ait:Cum uideritis filium hominis aſcendentẽ ubi erat

Rom. 8

Præteritur hic textus, Hæc dixit in ſynagoga docẽs in Capernaum.

Pſal. 84

priusꝰ Nulla enim eſſet quæſtio ſi ita dixiſſet:Si uideritis filium dei aſcendentem ubi erat C
prius. Cum uero filium hominis dixit aſcendẽtem ubi erat prius,nunquid filius hominis in
cœlo erat prius,ꝙ in terra eſſe cœpitꝰ Hic quidem dixit,ubi erat prius,quaſi tũc nõ ibi eſſet
Ioan,3 quãdo hæc loquebaꝫ. Alio autẽ loco ait:Nemo aſcendit in cœlũ,niſi qui de cœlo deſcendit,
filius hominis qui eſt in cœlo:non dixit, erat,ſed filius, inquit,hominis qui eſt in cœlo. In
terra loquebatur,& in cœlo ſe eſſe dicebat,& non ita dixit:Nemo aſcẽdit in cœlum, niſi qui
de cœlo deſcẽdit,filius hominis qui eſt in cœlo,quò pertinet niſi ut intelligamus, quod etiã
priſtino ſermone cõmendaui charitati ueſtræ,unam perſonam eſſe Chriſtum deum & ho/
minem,non duas:ne fides noſtra non ſit trinitas,ſed quaternitas. Chriſtus ergo unus eſt,
uerbum,anima & caro:unus Chriſtus filius dei & filius hominis:unus Chriſtus filius dei
ſemper, filius hominis ex tempore:tamen unus Chriſtus ſecundum unitatem perſonæ
in cœlo erat,quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cœlo,quemadmodum fi
lius dei erat in terra:filius dei in terra in ſuſcepta carne,filius hominis in cœlo in unitate per/
ſonæ. Quid eſt ergo quod adiungit:Spiritus eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicq̃ꝰ Di/
camus ei:patitur enim uos non contradicentes,ſed noſſe cupientes. O domine,magiſter bo
ne,quomodo caro non prodeſt quicq̃,cum tu dixeris:Niſi quis mãducauerit carnem meã,
& biberit ſanguinem meum,non habebit in ſe uitam. An uita non prodeſt quicq̃, & pro/
pter quid ſumus quod ſumus,niſi ut habeamus uitam æternã,quam tua carne promittis.
Quid eſt ergo,non prodeſt quicq̃ꝰ Caro non prodeſt quicq̃, ſed quomodo illi intellexe/
runt:carnem quippe ſic intellexerunt,quomodo in cadauere dilaniatur,aut in macello uen/
ditur,non quomodo ſpiritu uegetatur. Proinde ſic dictum eſt,caro nõ prodeſt quicq̃,quo/
1.Cor.8 modo dictum eſt,ſcientia inflat. Iam ergo debemus odiſſe ſcientiãꝰ Abſit. Et quid eſt,ſcien/
tia inflatꝰ Sola ſine charitate. Ideo adiunxit,charitas uero ædificat. Adde ergo ſcientiæ cha/
ritatem,& utilis erit ſcientia,non per ſe, ſed per charitatem:ſic etiam nunc caro non prodeſt
quicq̃,ſed ſola caro. Accedat ſpũs ad carnem,quomodo accedit charitas ad ſcientiã,& pro/ D
deſt plurimum:nam ſi caro nihil prodeſſet,uerbũ caro nõ fieret,ut inhabitaret in nobis. Si
per carnem nobis multũ profuit Chriſtus,quomodo caro nihil prodeſt:Sed per carnẽ ſpi
ritus aliquid ꝓ ſalute noſtra egit,caro uas fuit, quod habebat attende,nõ quod erat. Apo/
ſtoli miſſi ſunt,nunquid caro ipſorũ nihil nobis profuitꝰ Si caro apoſtolorũ nobis ꝓfuit,ca
ro dñi poterat nihil prodeſſeꝰ Vnde enim ad nos ſonus uerbi,niſi per uocem carnisꝰ Vnde
ſtilusꝰ unde conſcriptioꝰ Iſta omnia opera carnis ſunt,ſed agitante ſpiritu tanq̃ organum
ſuum. Spiritus ergo eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicq̃. Sicut illi intellexerunt carnem,
non ſic ego do ad manducandũ carnem meam. Proinde, Verba,inquit,quæ ego locutus
ſum uobis,ſpiritus & uita ſunt.) Diximus enim fratres hoc dñm cõmendaſſe in manduca/
tione carnis ſuæ, & potione ſanguinis ſui,ut in illo maneamus,& ipſe in nobis. Manemus
autem in illo,cum ſumus membra eius:manet autem ipſe in nobis, cum ſumus templum
eius. Vt autem ſimus membra eius,unitas nos compaginat:ut compaginet unitas, quæ fa/
Rom.5 cit niſi charitasꝰ Et charitas dei undeꝰ Apoſtolũ interroga:Charitas,inquit,dei diffuſa eſt
in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Ergo ſpiritus eſt qui uiuificat:
ſpiritus enim facit uiua membra,nec uiua membra ſpũs facit,niſi quæ in corpore quod ue/
getat,ipſe ſpiritus inuenerit:nam ſpiritus qui eſt in te,ô homo,qui cõſtas ut homo ſis, nun/
quid uiuificat membrum quod ſeparatum inuenerit à carne tuaꝰ Spiritũ tuum dico animã
tuam. Anima tua non uiuificat niſi membra quæ ſunt in carne tua,unũ ſi tollas, iam nõ ui/
uificatur ex anima tua,quia unitati corporis tui non copulatur. Hæc dicũtur ut amemus uni
tatem,& timeamus ſeparationem:nihil enim ſic debet formidare Chriſtianus,q̃ ſeparari à
11,q.3,c.nihil corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti,non eſt membrũ eius:ſi non eſt mem/
brum eius,non uegetatur ſpũ eius. Quiſquis autẽ,inquit Apoſtolus,ſpiritũ Chriſti non ha
bet,hic non eſt eius. Spiritus ergo eſt qui uiuificat,caro aũt non prodeſt quicq̃: Verba quæ
ego locutus ſum uobis,ſpiritus & uita ſunt. Quid eſt ſpiritus & uita ſuntꝰ Spiritaliter intelli

genda

A genda ſunt. Intellexiſti ſpiritaliterꝰ Spiritus & uita ſunt. Intellexiſti carnaliterꝰ Etiam ſic illa
ſpiritus & uita ſunt,ſed tibi non ſunt. Sed ſunt quidam,inquit,in uobis qui non credũt.)
Non dixit,ſunt quidam in uobis qui non intelligunt,ſed cauſam dixit quare non intelligãt.
Sunt enim quidam in uobis qui non credunt,& ideo non intelligunt,quia nõ credunt. Pro/
pheta enim dixit:Niſi crediderit is,non intelligetis. Per fidem copulamur,per intellectum ui esaie. vij
uificamur:prius hæreamus per fidem,ut ſit quod uiuificet per intellectum:nam qui nõ hæ/
ret,reſiſtit:qui reſiſtit non credit:nam qui reſiſtit,quomodo uiuificaturꝰ Aduerſarius eſt ra/
dio lucis quo penetrandus eſt,non auertit aciem,ſed claudit mentẽ. Sunt ergo quidam qui
non credunt:credant & aperiant, aperiant & illuminabuntur. Sciebat enim ab initio Ie/
ſus qui eſſent credentes,& quis traditurus eſſet cum.) Ibi enim erat & Iudas:nam quidam
ſcandalizati ſunt:ille autem manſit ad inſidiandum,non ad intelligendũ. Et quia ideo man
ſerat,non de illo tacuit dñs:non illum expreſſit,ſed nec ſiluit,ut omnes timerent,q̃uis unus
periret. Sed poſtea quia dixit,& diſtinxit credentes à non credentibus,expreſſit cauſam qua
re non credant. Propterea dixi uobis,inquit,quia nemo poteſt uenire ad me,niſi fuerit ei
datum à patre meo.) Ergo & credere datur nobis,non enim nihil eſt credere. Si autem ma
gnum aliquid eſt,gaudes quia credidiſti,ſed noli extolli. Quid enim habes quod non acce/ 1.Cor.4
piſtiꝰ Ex hoc multi diſcipuli eius abierunt retro,& iam non cum illo ambulauerunt.) Alij
abierunt retro,ſed poſt ſatanam,non poſt Chriſtum:nam aliquando dñs Chriſtus Petrũ
appellauit ſatanam,magis quia uolebat præcedere dominum ſuum,& conſiliũ dare ne mo
reretur ille qui uenerat ut moreretur,ne nos in æternum moreremur,& ait illi:Redi poſt me Matth.16
ſatanas,non enim ſapis quæ dei ſunt,ſed quæ hominis ſunt:Non enim illum repulit retro
ire poſt ſatanam,& appellauit ſatanam,ſed fecit poſt ſe ire,ut non eſſet ſatanas ambulando
poſt dominum. Iſti autem ſic redierunt retro,quomodo de quibuſdam fœminis dicit Apo
ſtolus:Quædam conuerſæ ſunt retro poſt ſatanam. Et ulterius cum illo nõ ambulauerunt. 1.Timoth.5
B Ecce præciſi à corpore uitam perdiderunt,quia forte in corpore non fuerunt. Inter non cre/
dentes & ipſi deputandi ſunt, q̃uis diſcipuli dicerentur:abierunt retro non pauci,ſed mul/
ti. Hoc factum eſt ad conſolationem,quomodo aliquando cõtingit ut dicat homo uerum,
& quod dicitur non capiatur,atq; illi qui audiunt,ſcandalizentur & diſcedant. Pœnitet autẽ
hominem dixiſſe quod uerũ eſt. Dicit autem apud ſe homo,non debui ſic dicere,nõ hoc di
cere debui. Ecce dño contigit:Dixit & perdidit multos,remanſit ad paucos. Sed non turba/
batur ipſe,quia ab initio nouerat & qui credentes eſſent,& qui nõ credentes:nos ſi nobis cõ
tingat,perturbamur,ſolatium in dño inueniamus,& tamẽ caute uerba dicamus,ea quæ ille
ad paucos qui remanſerant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim:) id eſt,illis duodecim qui re/
manſerunt: Nunquid & uos,inquit,uultis ireꝰ) Non diſceſſit nec Iudas,ſed quare mane
batꝰ Domino iam apparebit,nobis poſtea manifeſtatus eſt. Reſpondit Petrus pro omni/
bus,unus pro multis,unitas pro uniuerſis. Reſpondit ergo ei Simon Petrus:Domine ad
quem ibimusꝰ) Repellis nos à te,da nobis alterum te. Si à te recedimus,ad quem ibimusꝰ
Verba uitæ æternæ habes.) Videte quemadmodum Petrus dante deo, recreante ſpiritu
ſancto intellexit. Vnde niſi quia credidit: Verba uitæ æternæ habesꝰ Vitam enim æternam
habes in miniſtratione corporis & ſanguinis tui: Et nos credimus & cognouimus:) Non 3,ſen,diſ. 25,ca,no
cognouimus & credimus,ſed credimus & cognouimus. Credimus enim ut cognoſceremus: tandum in fine.
nam ſi prius cognoſcere,& deinde credere uellemus,nec cognoſcere nec credere ualeremus.
Quid credimus & quid cognouimusꝰ Quia, Tu es Chriſtus filius dei uiui,) id eſt,qa ipſa
uita æterna tu es,& non das in carne & ſanguine tuo niſi quod es. Ait ergo dominus Ie/
ſus:Nõne ego uos duodecim elegi,& unus ex uobis diabolus eſtꝰ) Ego undecim elegi dice/
ret,an eligitur diabolus,& in electis eſt diabolusꝰ Electi in laude ſolent dici:an electus eſt
& iſte,de quo nolente & neſciente magnum aliquid boni fieretꝰ Hoc eſt proprium dei,con/
trarium iniquis. Sicut enim iniqui male utuntur bonis operibus dei,ſic cõtra deus bene uti/
tur malis operibus iniquorum. Quàm bonum eſt membra corporis ita eſſe, quemadmo/

dum diſponi non poſſunt niſi ab artifice deo. Petulantia tamen quàm male utitur oculis, C
fallacia quàm male utitur lingua. Falſus teſtis nónne linguam ſuam & animam ſuã prius
trucidat, & alterum lædere ſe perempto conatur? Male utitur lingua, nec ideo malum eſt
lingua: opus eſt dei lingua, ſed bono opere dei male utitur illa nequitia. Quomodo utun-
tur qui pedibus currunt ad ſcelera, quomodo utuntur manibus homicidæ, & illis adiacenti-
bus forinſecus bonis creaturis dei? Quàm male utuntur mali auro, iudicia corrumpunt,
innocentes opprimunt. Luce iſta mali male utuntur: male uiuendo enim etiam ipſam lucem
quam uident, ad miniſterium ſcelerum ſuorum uſurpant. Iens ut faciat aliquid mali malus,
lucere ſibi uult ne offẽdat, q iam intus offendit & cecidit: quod timet in corpore, iam incurrit
in corde. Omnibus ergo bonis dei, ne per ſingula currere longum ſit, male utitur malus: con
trà, malis hominum malorum bene utitur bonus. Et quid tam bonum quàm unus deus?
Marci. 10 Quandoquidem ipſe dominus dixit: Nemo bonus niſi unus deus. Quãto ergo ille melior,
tanto melius utitur & malis noſtris. Quid Iuda peius? Inter omnes adhærentes magiſtro
inter duodecim, loculi illi cõmiſſi ſunt, & diſpenſatio pauperum diſtributa. Ingratus tanto
beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit iuſticiam: tradidit uitam mortuus, quẽ
ut diſcipulus ſecutus, ut inimicus perſecutus eſt: & totum hoc malũ Iudæ, ſed malo eius be-
ne uſus eſt dominus. Tradi ſe pertulit, ut redimeret nos: ecce malum Iudæ in bonum con-
uerſum eſt. Satanas quantos martyres perſecutus eſt: ſi ſatanas perſequendo ceſſaret, hodie
tam glorioſam coronã ſancti Laurentij non celebraremus. Si ergo ipſius diaboli malis ope
ribus bene utitur deus, quod facit malus, male utendo ſibi nocet, non bonitati dei contradi-
cit. Artifex illo utitur, & magnus artifex: ſi illo uti non poſſet, nec eum eſſe permitteret. Er-
go unus ex uobis diabolus eſt, ait: cum ego uos duodecim elegerim. Poteſt & ſic intelligi
quod ait: Duodecim elegi, quia ſacratus eſt numerus. Non enim quia perijt inde unus, ideo
Act. 1 illius numeri honor demptus eſt: nam in locum pereuntis, alius ſubrogatus eſt. Manſit nu
merus cõſecratus, numerus duodenarius, quia per uniuerſum mũdum, hoc eſt, per quatuor D
cardines mundi, trinitatem fuerant annunciaturi, ideo & quaterni. Se ergo exterminauit Iu
das, non duodenarium numerum uiolauit: ipſe deſeruit præceptorem, nam deus illi appo-
ſuit ſucceſſorem. Hoc totũ quod dominus de carne & de ſanguine ſuo locutus eſt, & quòd
in eius diſtributionis gratia uitam nobis promiſit æternã, & quòd hinc uoluit intelligi man
ducatores & potatores carnis & ſanguinis ſui, ut in illo maneant, & ipſe in illis, & quòd non
intellexerũt qui non crediderunt, & quòd ſpiritalia carnaliter ſapiendo ſcandalizati ſunt, &
quòd eis ſcandalizatis & pereuntibus, conſolatio domini affuit diſcipulis qui remanſerant,
ad quos probandos interrogauit: Nunquid & uos uultis ire? ut reſponſio permanſionis eo-
rum innoteſceret & nobis: nam & ille nouerat quia manebant. Hoc ergo totum ad hoc no-
bis ualeat dilectiſſimi, ut carnem Chriſti & ſanguinem Chriſti non edamus tantum in ſa-
cramento, quod & multi mali, ſed uſque ad ſpiritus participationem manducemus & biba-
mus, ut in domini corpore tanquàm membra maneamus, ut eius ſpiritu uegetemur, & non
2. Timoth. 2 ſcandalizemur, etiam ſi multi modo nobiſcum manducant & bibunt temporaliter ſacramẽ
ta, qui habebunt in fine æterna tormẽta: modo enim corpus Chriſti mixtũ eſt tanq̃ area,
ſed nouit dominus qui ſunt eius: ſi tu noſti quid trituras, quia ibi eſt latens maſſa: nec con-
ſumit trituratio quod purgatura eſt uentilatio. Certi ſumus fratres, quia omnes qui ſumus
in corpore domini, & manemus in illo, ut & ipſe maneat in nobis, in hoc ſeculo neceſſe ha-
bemus uſq; in finem inter malos uiuere, non inter illos dico malos qui blaſphemant Chri
ſtum: raro enim iam inueniuntur, qui lingua blaſphemant, ſed multi qui uita. Neceſſe eſt
Matth. 10 ergo ut inter illos uſq; in finem uiuamus. Sed quid eſt quod ait: Qui manet in me & ego in
illo, quid niſi quod martyres audiebant: Qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit?
Quomodo manſit in illo ſanctus Laurentius, cuius hodie feſtum diem celebramus? Man-
ſit uſq; ad tentationem, manſit uſq; ad tyrannicam interrogationem, manſit uſq; ad acerri-
mam cõminationem, manſit uſq; ad peremptionem, parum eſt, uſq; ad immanem excru-

ciationem

A ciationem manſit. Non enim occiſus eſt cito, ſed cruciatus eſt in igne. Diu uiuere permiſſus
eſt, immo nõ diu uiuere permiſſus eſt, ſed tarde mori cõpulſus eſt. In illa ergo longa morte,
in illis tormẽtis quæ bene manducauerat & bene biberat, tanq̃ illa eſca ſaginatus, & illo ca-
lice ebriatus, tormẽta nõ ſenſit. Ibi enim erat qui dixit: Spũs eſt q uiuificat: Caro enim arde-
bat, ſed ſpũs animã uegetabat. Non ceſſit, & in regnũ ſucceſſit. Dixerat aũt illi Sixtus mar-
tyr ſanctus, cuius diẽ quinto ab hinc retro die celebrauimus: noli mœrere fili: Epiſcopus em
erat ille, iſte diaconus: Noli mœrere, inquit, ſequeris me poſt triduum. Triduum autẽ dixit
medium inter diem paſſionis ſancti Sixti, & diem hodiernũ paſſionis ſancti Laurentij, tri-
duum eſt medium. O conſolatio: non ait, noli mœrere fili, deſinet perſecutio, & ſaluus eris:
ſed noli mœrere, quò ego præcedo tu ſequeris, nec conſecutio tua differtur. Triduum mediũ
erit & mecum eris. Accepit oraculũ, uicit diabolum, peruenit ad triumphum.

De eo quod ait: Et poſt hæc ambulabat Ieſus in Galilæam, uſq; ad id: Nemo ta
men palàm loquebat de eo propter metũ Iudæorũ: Tractatus XXVIII.

IN iſto euangelij capitulo fratres, dñs noſter Ieſus Chriſtus ſecundũ hominẽ ſe Cap. 7
plurimum cõmendauit fidei noſtræ. Etenim ſemp hoc agit dictis & factis ſuis,
ut deus credatur & homo. Deus qui nos fecit, homo qui nos quæſiuit: deus cũ
patre ſemper, homo nobiſcum ex tempore. Non enim quæreret quem fecerat,
niſi ipſe qui fecerat fieri uoluiſſet. Verum hoc mementote, & de cordibus ueſtris nolite di-
mittere, ſic eſſe Chriſtum hominem factum, ut non deſiſteret deus eſſe. Manens deus acce-
pit hominem, qui fecit hominem: quando ergo latuit ut homo, non potentiã perdidiſſe pu-
tandus eſt, ſed exemplum infirmitati præbuiſſe. Ille enim quando uoluit detentus eſt, quan
do uoluit occiſus eſt. Sed quomodo futura erant membra eius: id eſt, fideles eius qui nõ ha
berent illam poteſtatem quam habebat ipſe deus noſter: q̃ latebat, q̃ ſe tanq̃ ne occideret
occultabat, hoc indicabat factura eſſe membra ſua, in quibus utiq; membris ſuis ipſe erat.
B Nõ em̃ Chriſtus in capite & nõ in corpore, ſed Chriſtus totus in capite & in corpore. Quod
ergo membra eius, ipſe: quod autem ipſe, non continuo mẽbra eius: nam ſi non ipſi eſſent
membra eius, non diceret Saulo: Quid me perſequeris? Non enim Saulus ipſum, ſed mem Act. 9
bra eius, id eſt, fideles eius in terra perſequebatur. Noluit tamẽ dicere ſanctos meos, ſeruos
meos: poſtremo honorabilius fratres meos, ſed me, hoc eſt, membra mea, quibus ego ſum
caput. His prædictis puto nos in hoc capitulo quod modo lectũ eſt, non eſſe laboraturos:
ſæpe enim ſignificatum eſt in capite, quod futurum erat in corpore. Poſt hæc, inquit, am-
bulabat Ieſus in Galilæam: non enim uolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eũ Iu
dæi interficere.) Hoc eſt quod dixi, infirmitati noſtræ præbebat exemplum. Non ipſe per-
diderat poteſtatem, ſed noſtram conſolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, ut dixi, ut
aliquis fidelis eius abſconderet ſe, ne à perſecutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obij
ceretur latibulum, præceſſit in capite quod in membro confirmaretur: ſic enim dictum eſt:
Nolebat ambulare in Iudæam, quia quærebant eum Iudæi occidere: quaſi nõ poſſit Chri-
ſtus & ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam quando uo-
luit demonſtrauit: nam cum eum iam paſſurum tenere uellent, ait illis: Quem quæritis? Re- Ioan. 18.
ſponderunt, Ieſum: & ille, Ego ſum, non ſe occultans, ſed manifeſtans. Ad eam tamen mani
feſtationem illi non ſubſtiterunt, ſed recedentes retro ceciderunt. Et tamen quia pati uene-
rat, ſurrexerunt & tenuerunt, ad iudicem adduxerunt & occiderunt. Sed quid fecerũt? Quod
ait quædam ſcriptura: Terra tradita eſt in manus impij, caro data eſt in poteſtatem Iudæis: Iob. 9
Et hoc propterea, ut quaſi ſacculus cõſcinderetur, unde noſtrũ precium manaret. Erat aũt
in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenophegia.) Quid ſit ſcenophegia, ſcripturas qui lege
rũt, nouerunt. Faciebant die feſto tabernacula ad ſimilitudinẽ tabernaculorũ, in quibus ha-
bitauerunt cũ ex Ægypto educti peregrinarentur in eremo. Iſte erat dies feſtus & magna
ſolennitas: celebrabant hoc Iudæi uelut reminiſcentes beneficia domini, qui occiſuri erant
dñm. Hoc ergo die feſto, quia plures erant dies feſti: ſic enim appellabatur apud Iudæos

dies festus,ut non esset dies unus sed plures. Locuti sunt fratres eius ad dominũ nostrũ.) C. Fratres eius sic accipite sicut nostis:non enim nouum est quod auditis. Consanguinei uirginis Mariæ,fratres domini dicebantur. Erat enim consuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis propinquos,& extra usum nostrũ,non quo more nos loquimur:nam quis dicat fratrem auunculum & filium sororis? Scriptura tamen etiam huiusmodi cognationis fratres appellat:nam Abraam & Loth fratres sunt dicti, cũ esset Abraam patruus Loth:& Laban & Iacob fratres sunt dicti,cum esset auunculus Laban Iacob. Cum ergo auditis fratres domini,Mariæ cogitate consanguinitatem, non iterũ parientis ullam propaginem. Sicut enim in sepulchro ubi positum est corpus domini,nec antea nec postea mortuus iacuit:sic uterus Mariæ nec antea nec postea quicquam mortale concepit. Diximus fratres qui fuerint,audiamus quid dixerint: Transi hinc & uade in Iudæam,ut & discipuli tui uideant opera tua quæ tu facis.) Opera domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Isti enim fratres, id est, consanguinei,Christum consanguineum habere potuerunt,credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Dictum est in euangelio,non enim hoc nos audemus opinari,modo audistis,addũt & monent, Nemo enim in occulto quid facit, & quærit palàm esse. Si hæc facis, manifestas temetipsum mundo:) Et continuo: Neq; enim fratres eius credebant in eum.) Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant. Nam & quòd eum uidentur monere fratres,gloriæ ipsius consulunt,facis mirabilia,innotesce:id est,appare omnibus,ut laudari possis ab omnibus. Loquebatur caro carni, sed caro sine deo carni cum deo. Loquebatur enim prudentia carnis uerbo quod caro factum est,& habitauit in nobis. Quid ad hæc dominus? Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum uenit,tempus autem uestrum semper est paratum.) Quid est hoc? Nondum uenerat tempus Christi? Quare ergo Christus uenerat,si tempus eius nondum uenerat? Nónne audimus Apostolum dicentem? Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Si ergo in plenitudine temporis mis D sus est,quando debuit missus est,quando oportuit uenit:quid ergo est,tempus meũ nondũ uenit? Intelligite fratres quo animo illi loquebantur,qui quasi fratrem suum monere uidebantur:dabant ei consilium consequendæ gloriæ, ueluti secularitèr & terreno affectu monentes,ne esset ignobilis & latitaret. Quòd ergo ait dominus: Tempus meum nondum uenit,illis respondit qui ei consilium de gloria dabant. Tempus gloriæ meæ nondum uenit. Videte quàm profundum sit,de gloria illi admonebant,sed ille uoluit altitudinẽ humilitate præcedere,& ad ipsam celsitudinẽ p humilitatẽ uiã sternere:nam & illi discipuli utiq; gloriam requirebãt, qui uolebant sedere,unus ad dexteram eius,& alter ad sinistram. Attendebant quò,& non uidebant qua uia dominus eos ut ordinate uenirent ad patriam, reuocauit ad uitam. Excelsa est enim patria,humilis uia, patria est uita Christi,uia passio Christi. Qui recusat uiam,quid quærit patriam? Deniq; & illis hoc respondit,quærentibus altitudinem: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ecce qua uenitur ad celsitudinẽ quã desideratis,calicem quippe cõmemorabat humilitatis atq; passionis. Ergo & hic, tempus meum nondum uenit,tempus autem uestrum,id est,mundi gloria semper est paratũ, hoc est tẽpus de quo in prophetia loquitur Christus, id est,corpus Christi:cum accepero tempus,ego iusticiam iudicabo. Modo enim non est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi,& toleret iniquitatem male uiuentium,habeat tamen iusticiam modo antecẽp habeat iudicium: per iusticiam enim peruenit ad iudicium. Toleran-
Psal. 93 tibus quippe membris iniquitatem seculi huius,quid scriptura sancta dicit in psalmo? Non repellet deus plebem suam. Laborat quidem plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes,inter murmurantes, detrahentes,insectantes,& si liceat perimentes. Laborat quidem,sed non repellet dominus plebem suam,& hæreditatem suam non derelinquet,quoadusq; iusticia quæ modo est in sanctis eius,conuertatur in iudicium,cũ implebit quod eis dictum est: Sedebitis super duodecim sedes,iudicantes duodecim tribus Israël.

Habe-

A Habebat iusticiam Apostolus,sed nondum illud iudicium de quo dicit: Nescitis quoniam 1. Cor. 6
angelos iudicaturi sumus? Sit ergo modo tempus iuste uiuendi,postea erit tẽpus eos qui male uixerunt iudicandi. Quoadusq; iusticia,inquit,conuertat in iudiciũ,hoc erit tẽpus iudicij,de quo dñs dixit,tempus meũ nondum uenit. Erit tẽpus gloriæ,ut qui uenit in humilitate,ueniet in altitudine:qui uenit iudicãdus,ueniet iudicaturus:qui uenit occidi à mortuis,ueniet iudicare de uiuis & mortuis. Deus,inquit psalmus,manifestus ueniet,deus noster & nõ Psal. 49
silebit. Quid est manifestus ueniet? Quia uenit occultus. Tunc non silebit:nam quando ue- Esa. 53
nit occultus,sicut ouis ad immolandum ductus est,& sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum. Veniet & non silebit. Tacui,inquit,nunquid semper tacebo? Modo autẽ quid necessarium est eis qui habẽt iusticiã,quod in illo ipso psalmo sequitur: Quoadusq; iusticia conuertatur in iudicium. Et qui habent eam? Omnes qui recto sunt corde. Quæritis, fortasse qui sint recti corde? Illos inuenimus in scriptura rectos corde, qui mala seculi tolerant,& non accusant deum. Videte fratres:rara causa est ista quã loquor:nescio quo enim modo quando euenit homini aliquid mali,deum currit accusare,qui deberet se. Quãdo boni aliquid agis,te laudas: quando mali aliquid pateris,deum accusas:hoc est cor tortũ, non rectum,ab ista distortione & prauitate si corrigaris,conuertitur in contrarium quod facie-
bas. Antea enim quid faciebas? Laudabas te in bonis dei,accusabas deum in malis tuis: cõuerso corde & directo,laudabis deum in bonis suis,accusabis te in malis tuis:isti sunt recto corde. Deniq; ille nondum recto,cui displicebat felicitas malorum & labor bonorum, ait correctus: Quàm bonus deus Israël rectis corde: Mei autem, quando non eram rectus Psal. 72
corde,penè cõmoti sunt pedes,paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelaui in peccatoribus,pacem peccatorum uidens. Vidi,inquit,malos felices,& displicuit mihi deus: hoc enim uolebat,pacem peccatorum intuens,ut non permitteret deus malos esse felices. Intelligat homo,nunquam hoc permittit deus. Sed ideo malus felix putatur,quia quid sit
B felicitas ignoratur. Simus ergo recti corde:tempus enim gloriæ nostræ nondum uenit. Dicitur amatoribus huius seculi,quales erant fratres domini:tempus uestrum semp adest paratum:tempus nostrum nondum uenit. Audemus enim hoc dicere & nos,quoniam corpus domini nostri sumus,quoniam membra eius sumus,quoniã caput nostrũ gratanter agnoscimus. Dicamus prorsus,quoniã propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Quãdo nobis insultant amatores huius seculi,dicamus eis:tempus uestrum semper adest paratum:tempus autem nostrum nondum uenit,nobis enim dixit Apostolus: Mortui enim estis,& uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quando ueniet tempus nostrum? Cum Chri- Col. 3
stus,inquit,apparuerit uita uestra,tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Quid deinde addit? Non potest mundus odisse uos.) Quid est hoc,nisi non potest mundus odisse amatores suos,testes falsos suos? Bona enim dicitis,quæ mala sunt,& mala quæ bona sunt.

Me autem odit,quia testimonium ego perhibeo de illo,quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc.) Quid est hunc? Vbi gloriam humanam quæritis. Quid est,hunc? Vbi extendere uultis carnalia gaudia,non æterna cogitare. Ego non ascẽdo ad diem festum hunc,quia meum tempus nondum impletum est.) In die festo hoc gloriam uos humanam requiritis: Meum uero tempus,id est,gloriæ meæ nondum uenit. Ipse erit dies festus meus, non diebus istis percurrens & transiens,sed permanens in æternum:ipsa erit festiuitas,gaudium sine fine,æternitas sine labore, serẽnitas sine nube. Hæc cum discesserit,ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum,non manifeste,sed quasi in occulto.) Ideo non ad diem festum hunc, quia nõ gloriari tẽporaliter,sed aliquid docere salubriter,corrigere homines,de die festo æterno admonere,amorẽ ab hoc seculo auertere,& in deũ cõuertere cupiebat. Quid est aũt p quasi latenter ascẽdit ad diẽ festũ? Nõ uacat & hoc ab intellectu. Videt mihi fratres etiã hinc p q̃si latenter ascẽdit,aliqd significare uoluisse:nam cõsequẽtia docebũt,sic eũ ascẽdisse medio die festo,id est,mediatis illis diebus,ut etiã palàm doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se

oſtenderet hominibus. Non uacat quòd latenter aſcendit Chriſtus ad diem feſtũ, quia ipſe C
latebat in illo die feſto. Adhuc etiam ego quod dixi in latibulo eſt: Manifeſtet ergo: tollatur uelũ, & appareat quod erat ſecretũ. Oĩa quæ dicta ſunt antiquo populo Iſraël in multiplici ſcriptura ſanctæ legis quæ agerent, ſiue in ſacrificijs, ſiue in ſacerdotijs, ſiue in diebus feſtis, & omnino in quibuslibet rebus qbus deũ colebãt, quæcũq; illis dicta & præcepta ſunt, umbræ fuerũt futurorũ. Quorũ futurorũ? Quæ implent in Chriſto: unde dicit Apoſtolus:
2. Cor. 1 Quotquot enim promiſſiones dei ſunt, in illo eſt, id eſt, in Chriſto impletæ ſunt. Deinde di
1. Cor. 10 cit in alio loco: Omnia in figura cõtingebant illis, ſcripta ſunt aũt ꝓpter nos, in quos fines ſeculorũ deuenerũt. Dixit & alibi: Finis enim legis Chriſtus eſt. Item alio loco: Nemo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, quæ ſunt umbra futurorũ. Si ergo omnia illa umbra fuerũt futurorũ, & ſcenophegia umbra erat futurorũ: hic ergo dies feſtus, quæramus cuius futuri umbra erat. Expoſui quid erat ſcenophegia, celebratio erat tabernaculorũ, ꝓpterea quia populus de Ægypto liberatus tendens per deſertũ ad terrã promiſſionis, in tabernaculis habitauit. Quid ſit animaducrtamus, & nos erimus: nos, inquã, q membra Chriſti ſumus. Si ſumus, illo aũt dignãte ſumus, nõ nobis proinalter nos ſumꝰ & ego ꝓpter merentibus. Attẽdamus ergo nos fratres: educti ſumus de Ægypto, ubi diabolo tanq̃ Pharaoni ſeruiebamus, ubi lutea opera in terrenis deſiderijs agebamus, & in eis multũ laborauimus, etenim nobis Chriſtus quaſi lateres facientibus clamauit: Venite ad me omnes qui laboratis. Hinc educti per baptiſmũ tanq̃ mare rubrũ, ideo rubrũ, quia Chriſti ſanguine cõſecratũ, mortuis omnibus inimicis noſtris qui nos inſectabant: id eſt, deletis omnibus peccatis noſtris, in deſertũ traiecti ſumus. Modo ergo anteq̃ ad patriã ꝓmiſſionis, id eſt, æternum regnũ ueniamus, in deſerto in tabernaculis ſumus. Qui iſta agnoſcunt, in tabernaculis ſunt: futurũ enim erat, ut quidã hoc agnoſcerẽt. Ille eĩ eſt in tabernaculis, qui ſe eſſe in mũdo intelligit peregrinũ. Ille ſe intelligit peregrinantẽ, qui ſe uidet patriæ ſuſpirantẽ. Cũ autẽ corpus Chriſti eſt in tabernaculis, Chriſtus eſt in tabernaculis, ſed tũc nõ cuidẽter, ſed latẽter, adhuc eĩ umbra lucẽ obſcurabat: ueniente luce umbra remota eſt. Chriſtus erat in occulto, in ſcenophegia Chriſtus erat, ſed latens Chriſtus. Modo iã cũ manifeſta ſunt iſta, agnoſcimus nos iter agere in eremo: ſi enim agnoſcimus, in eremo ſumus. Quid eſt in eremo? In deſerto. Quare in deſerto? Quia in iſto mundo ubi ſitit in uia inaquoſa. Sed ſitiamus ut ſaturemur. Beati enim qui eſuriũt & ſitiunt iuſticiã, quoniã ipſi ſaturabuntur. Et ſitis noſtra de petra impleꝫ in eremo: petra enim erat Chriſtus, & uirga percuſſa eſt, ut autẽ manaret, bis percuſſa eſt, quia duo ligna ſunt crucis. Oĩa ergo hæc quæ fiebãt in figura, manifeſtant in nobis. Et nõ uacat quod de dño dictũ eſt, aſcẽdit ad diẽ feſtũ, non manifeſte, ſed tanq̃ in occulto. Figura enim erat ipſum in occulto, quia in ipſo die feſto Chriſtus latebat, quia ipſe dies feſtus Chriſti mẽbra peregrinatura ſignificabat. Iudæi ergo quærebãt eum in die feſto: anteq̃ aſcenderet. Priores enim fratres aſcenderũt, & non tũc aſcendit ille, quando illi putabant & uolebant, ut etiam hoc impleretur quod ait: Non ad hunc, id eſt, ad quẽ uultis, primum uel ſecundũ diem. Aſcẽdit aũt poſtea, ut euangelium loquit, mediante die feſto: id eſt, cũ iam illius diei feſti tot dies præteriſſent quot remãſiſſent: ipſam enim feſtiuitatẽ quãtum intelligendũ eſt, diebus plurimis celebrabãt. Dicebãt ergo: Vbi eſt ille? Et murmur multũ de eo erat in turba.) Vnde murmur? De cõtentione. Quæ fuit contentio? Quidam eĩ dicebant quia bonus eſt, alij autem non, ſed ſeducit turbas.) De omnibus ſeruis eius hoc dicitur modo. Quicunq; eminuerit in aliqua gratia, ſpiritali ꝓfectu, alij dicunt quia bonus eſt, alij quia nõ, ſed ſeducit turbas, unde hoc? Quia uita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo: ideo licet dicere hominibus per hyemẽ, mortua eſt iſta arbor, uerbi gratia: Arbor fici, arbor piri & huiuſmodi pomorũ ſimilis eſt aridæ, & q̃diu hyems eſt, nõ apparet, æſtas ꝓbat, iudiciũ ꝓbat: æſtas noſtra reuelatio Chriſti eſt, Deus manifeſte ueniet, deus noſter & non ſilebit: Ignis ante eum præibit. Iſte ignis inflãmabit inimicos eius. Aridas arbores ignis comprehendet, tunc enim aridæ apparebunt, quando eis dicetur: Eſuriui, & non dediſtis

A diſtis mihi manducare. In alia uero parte, hoc eſt in dextera, apparebit fœcunditas fructuũ, dignitasq̃ foliorum, uiriditas æternitas eis erit. Illis ergo tanquàm aridis dicetur: Ite in ignẽ æternum: Ecce enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Dicant ergo de te ſi proficis in Chriſto, dicãt homines, ſeducit turbas. De ipſo toto corpore Chriſti hoc dicitur. Cogita corpus Chriſti adhuc in mundo, cogita corpus Chriſti adhuc in area, uide quemadmodum blaſphemetur à palea: ſimul quidem triturantur, ſed paleæ conteruntur, frumentum purgatur. Quod dictũ eſt ergo de domino, ualet ad conſolationem, de quocunq; hoc dictum fuerit Chriſtiano.

Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.) Sed qui non loquebantur de illo propter metum Iudæorum? Qui dicebant, bonus eſt, non qui dicebant, ſeducit turbas. Qui dicebant, ſeducit turbas, ſonitus eorum apparebat tanq̃ aridorum foliorum. Seducit turbas, clarius ſonabant: bonus eſt, preſſius ſuſurrabant. Modo autem fratres q̃uis nondum uenerit illa gloria Chriſti quæ nos æternos factura eſt, modo tamen ita creſcit eccleſia eius, ita eam dignatus eſt per cũcta diffundere, ut iam ſuſurretur, ſeducit turbas, & clarius perſonet, bonus eſt.

De eo ubi ait: Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat, uſq; ad id quod ait: Qui miſit illũ hic uerax eſt, & iniuſticia in illo non eſt:

Tractatus XXIX.

QVOD ſequitur de euangelio & hodie lectum eſt, conſequenter & nos uideamus, & quod dominus donauerit, hinc dicamus. Heſterno die hucuſq; lectũ erat, quia licet non uidiſſent dominum Ieſum in templo per diem feſtum, loquebantur tamen de illo: Et alij dicebant, bonus eſt: alij autem non, ſed ſeducit turbas. Dictum enim hoc eſt ad eorum ſolatium, qui poſtea prædicantes uerbum dei, futuri erant ut ſeductores & uo- Templario piorũm predica- tium. 2. Tim. 5.
B races. Si enim ſeducere decipere eſt, nec Chriſtus ſeductor, nec apoſtoli eius, nec quiſq̃ ſeductor debet eſſe Chriſtianus: ſi autem ſeducere aliunde aliquem ad aliud perſuadendo ducere eſt, quærendum eſt unde & quò? Si à malo ad bonum, bonus ſeductor eſt: ſi à bono ad malum, malus ſeductor eſt. In hac ergo parte qua ſeducuntur homines de malo ad bonũ, utinam omnes ſeductores, & uocemur & ſimus. Aſcendit ergo poſtea dominus ad diem feſtum, mediante die feſto & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit?) Ille qui latebat, docebat, & palàm loquebatur, & non tenebatur. Illud enim ut lateret erat cauſa exempli, hoc poteſtatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudæi: omnes quidem quantum arbitror mirabantur, ſed non omnes conuertebantur. Et unde admiratio? Quia multi nouerant ubi natus, quemadmodum fuerit educatus: nunq̃ cum uiderant litteras diſcentem. Audiebant autem de lege diſputantem, legis teſtimonia proferentem, quæ nemo poſſit proferre niſi legiſſet, nemo legere niſi litteras didiciſſet, & ideo mirabantur. Eorum autem admiratio, magiſtro facta eſt inſinuandæ altius ueritatis occaſio. Ex eorum quippe admiratione & uerbis, dixit dominus profundum aliquid, & diligentius inſpici & diſcuti dignum. Propter quod intentam facio charitatẽ ueſtram, nõ ſolum ad audiendum pro uobis, ſed etiam ad orandum pro nobis. Quid ergo dominus reſpondit eis admirantibus quomodo ſciret litteras quas non didicerat? Mea, inquit, doctrina non eſt mea, ſed eius q miſit me.) Hæc eſt enim ꝓfunditas prima: uideꝫ eĩ paucis uerbis quaſi cõtraria locutus. Non enim ait, iſta doctrina nõ eſt mea, ſed mea doctrina nõ eſt mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomõ nõ tua? Tu eĩ dicis utrũq;, & mea doctrina & nõ mea. Nam ſi dixiſſet, iſta doctrina nõ eſt mea, nulla eſſet quæſtio. Nũc uero fratres, primitus intẽdite quæſtionẽ, & ſic ordine expectate ſolutionẽ: nam q nõ uidet quæſtionẽ quæ ꝓponit, quõ intelligit quod exponit? Hoc eſt ergo in quæſtione quod ait, mea, nõ mea. Hoc uideꝫ eſſe cõtrariũ, quomõ mea, quomodo nõ mea. Si ergo intueamur diligẽter quod ipſe in exordio dicit ſanctus euãgeliſta: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbum: inde pendet huius ſolutio quæſtionis. Quæ eſt doctrina patris, niſi uerbũ patris? Ipſe

ergo

ergo Christus doctrina patris,si uerbum patris.Sed quia uerbum non potest esse nullius, C
sed alicuius,& suam doctrinam dixit seipsum,& nō suam,quia patris est uerbū.Quid enim
tam tuum quàm tu?Et quid tam non tuum q̄ tu?Si alicuius est quod es, uerbum ergo &
deus est,& doctrinæ stabilis uerbum est,non sonabilis per syllabas & uolatilis,sed manen-
tis cum patre,ad quam conuertamur manentem,sonis transeuntibus admoniti. Nō enim
nos ita admonet quod transit,ut ad transitoria nos uocet:ita admonemur, ut diligamus
deum. Totum hoc quod dixi,syllabæ fuerunt,percussum aërem uerberauerunt, ut ad sen-
sum uestrarum aurium peruenirent:sonando transierunt, non tamen illud quod uos ad-
monuit transire debet,quia ille quem uos diligere admonui non transit.Et cum transeunti-
bus syllabis admoniti,conuersi ad eum fueritis,nec uos transibitis,sed cum manente mane-
bitis.Hoc est magnum in doctrina,altum & æternum quod manet,quod uocat oīa quæ
tēporaliter transeunt,quando bene significant,nec mendaciter proferuntur:Omnia quippe
signa quæ pferimus sonis,aliq̄d significant quod nō est sonus:Non enim duæ breues sylla
bæ,deus est,& duas breues syllabas colimus,& duas breues syllabas adoramus,& ad duas
breues syllabas peruenire desideramus,quæ penè ante desinūt sonare q̄ cœperūt,nec in eis
secūdæ locus est nisi prima transierit.Manet ergo aliquid magnū quod dicit deus,q̄uis nō
maneat sonus cū dicit deus. Sic intendite doctrinā Christi,& peruenietis ad uerbū dei:cū
autē peruenieritis ad uerbum dei,intendite deus erat uerbum,& uidebitis uerum dictū esse,
mea doctrina.Intendite etiam cuius est uerbum,& uidebitis recte dictum esse,non est mea.
Breuiter ergo dico charitati uestræ:hoc uidetur mihi dixisse dominus Iesus Christus:Mea
doctrina non est mea,ac si diceret:Ego non sum à meipso.Quamuis enim filium patri dica
mus & credamus æqualem, nec ullam in eis esse naturæ uel substantiæ distantiam, nec in-
ter generantem atq; generatum aliquod interfuisse temporis interuallum,tamen hoc serua
to & custodito ista diximus,quòd ille pater est,ille filius. Pater autem non est si non habeat
filium,& filius non est si non habeat patrem:sed tamen filius deus de patre,pater aūt deus, D
sed non de filio.Pater filij,non deus de filio,ille autem filius patris & deus de patre. Domi
nus enim Christus dicitur lumen ex lumine.Lumē ergo quod nō ex lumine,& lumē æqua-
le quod ex lumine, simul unum lumen, non duo lumina. Si intellexerimus, deo gratias:si
quis autem parum intellexit,fecit homo quousq; potuit,cætera uideat unde speret.Forinse-
cus ut operarij possumus plantare & rigare,sed dei est incrementum dare. Mea, inquit, do-
ctrina non est mea,sed eius qui misit me.Audiat consilium,qui dicit,nondum intellexi.Ma
gna quippe res & profunda cum fuisset dicta,uidit utiq; ipse dominus Christus hoc tam
profundum non omnes intellecturos,& in consequenti dedit consilium.Intelligere uis, cre-
Esa.7 de:deus enim per prophetam dixit:Nisi crediderit is,nō intelligetis.Ad hoc pertinet quod
etiam hic dominus secutus adiunxit: Si quis uoluerit uolūtatem eius facere, cognoscet de
doctrina,utrum ex deo sit,an ego à meipso loquar.) Quid est hoc:Si quis uoluerit uolunta
tem eius facere?Sed ego dixeram,si quis crediderit,& hoc consilium dederam,si non intelle
xisti,inquam,crede.Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere ut cre-
das,sed crede ut intelligas,quoniam nisi crediderit is,non intelligetis.Cum ergo ad possibi-
litatem intelligendi consilium dederim obedientiam credendi,& dixerim dominum Iesum
Christum hoc ipsum adiunxisse in consequenti sententia,inuenimus eum dixisse:Si quis uo
luerit uoluntatem eius facere,cognoscet de doctrina eius.Quid est,cognoscet?Hoc est intel
liget.Quid est autem,si quis uoluerit uoluntatem eius facere?Hoc est credere.Sed quia co-
gnoscet:hoc intelliget,omnes intelligunt.Quia uero quod ait:Si quis uoluerit uoluntatem
eius facere,hoc pertinet ad credere,ut diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino
nostro expositore,ut indicet nobis utrum reuera ad credere pertineat facere uoluntatem pa
tris eius.Qui nesciat hoc esse facere uoluntatem dei,operari opus eius: id est,quod illi pla-
Ioan.6 cet.Ipse aūt dominus aperte alio loco dicit:Hoc est opus dei,ut credatis in eū quē ille misit.
Sed si creditis in eum,creditis ei.Non autem continuo qui credit ei, credit in eum:nam &

dæmones

A dæmones credebant ei,& non credebāt in eum.Rursus etiam de apostolis ipsius possumus
dicere:Credimus Paulo,sed non credimus in Paulum:credimus Petro,sed nō credimus in
Petrum.Credenti autem in eum qui iustificat impiū,deputatur fides eius ad iusticiā. Quid Rom.4
est ergo credere in eum?Credendo amare,credendo diligere,credendo in eū ire,& eius mē-
bris incorporari.Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit deus:& nō inuenit quod exigat,
nisi donauerit quod inueniat.Quæ fides nisi quā definiuit alio loco Apostolus plenissime
dicens:Neq; circūcisio aliquid ualet neq; præputium,sed fides quæ per dilectionē operat, Gal.5
non qualiscūq; fides,sed fides quæ per dilectionem operatur?Hæc in te sit,& intelliges de
doctrina dei.Quid enim intelliges?Quia doctrina ista non est mea,sed eius qui me misit:
id est,intelliges quia Christus dei filius,qui est doctrina patris,non est ex seipso, sed filius
est patris.Sabellianā hæresim sententia ista dissoluit.Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum
esse filium qui est & pater, duo esse nomina,sed unā rem.Si duo essent nomina & res una,
non diceretur,mea doctrina non est mea.Vtiq; si tua doctrina nō est tua ô domine, cuius
est,nisi alius sit cuius sit?Quod dixisti,Sabelliani non intelligunt,non enim trinitatem uide-
runt,sed sui cordis errorem secuti sunt:nos cultores trinitatis & unitatis,patris & filij & spi-
ritus sancti & unius dei,intelligamus de doctrina Christi,quomodo non est eius, & ideo
dixit se non à seipso loqui:quoniam Christus patris est filius,& pater Christi est pater,& fi
lius de deo patre deus est,pater autem deus,non de filio deo deus est. Qui à semetipso lo
quitur,gloriam propriam quærit.) Hoc erit ille qui uocatur antichristus, extollens se, sicut 2. Thessal. 2.
Apostolus ait,supra omne quod dicitur deus,& quod colitur.Ipsum quippe annūcians do-
minus gloriam suam quæsiturum,non gloriam patris,ait ad Iudæos:Ego ueni in nomine Ioan.5
patris mei,& non suscepistis me:alius ueniet in nomine suo,& hunc suscipietis. Significauit
eos antichristum suscepturos,qui gloriam nominis sui quæsiturus est: inflatus,non solidus,
& ideo non stabilis,sed utiq; ruinosus.Dominus autem noster Iesus Christus, magnum
B exemplum nobis præbuit humilitatis:nempe æqualis est patri, nempe in principio erat
uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum:nempe ipse dixit,& uerissime di-
xit:Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me?Philippe,qui uidet me uidet Ioan.14
& patrem: nempe ipse dixit & uerissime dixit:Ego & pater unum sumus.Si ergo ille cum Ioan.10
patre unum,æqualis patri,deus de deo,deus apud deum,coæternus,immortalis,pariter in-
cōmutabilis,pariter sine tempore,pariter creator & dispositor temporum:tamen quia ue- Philip. 2.
nit in tempore,& formam serui accepit,& habitu est inuentus ut homo,quærit gloriam pa-
tris,non suam. Quid tu homo facere debes,qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam
quæris:quando autem aliquid mali facis,deo calumniam meditaris? Intende tibi, creatura
es, agnosce creatorem:seruus es, ne contemnas dominum: adoptatus es, sed non meritis
tuis.Quære eius gloriam,à quo habes hanc gratiam.Homo assumptus cuius gloriam quæ-
siuit?Eius,cuius est unicus natus. Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic ue-
rax est,& iniusticia in illo non est.) In antichristo autem iniusticia est,& uerax non est,quia
gloriam suam quæsiturus est,nō eius à quo missus est:non enim est missus,sed uenire per-
missus.Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi,ne inducamur in laqueos antichristi,nō
quæramus gloriam nostram:sed si ille quæsiuit gloriam eius qui eum misit,quanto magis
nos eius qui nos fecit?

Ab eo quod ait:Nónne Moyses dedit uobis legem,& nemo ex uobis fa
cit legem?Quid me quæritis interficere,usq; ad id quod ait:Nolite iudica-
re secundum faciem,sed iustum iudicium iudicate: Tractatus xxx.

 VANGELII sancti lectionem,de qua pridem charitati uestræ locuti sumus,
ista quæ modo lecta est,hodierna consequitur.Dominū loquentem audiebant
& discipuli & Iudæi:ueritatem loquentem audiebant,& ueraces & mendaces:
charitatem loquentem audiebant, & amici & inimici: bonum loquentem au-
diebant, & boni & mali. Illi audiebant, sed ille discernebat,& quibus sermo prodesset,&

profutu-

profuturus esset,uidebat & præuidebat.In illis enim qui tunc erant uidebat,in nobis qui fu C
turi eramus præuidebat.Nos itaq; sic audiamus euangelium,quasi præsentem dominum,
nec dicamus:O illi felices qui eum uidere potuerunt:quia multi in eis qui uiderunt & occide
runt:multi autem in nobis qui non uiderunt & crediderũt.Quod enim preciosum sonabat
de ore dñi,& propter nos scriptum est,& nobis seruatum est,& propter nos recitatur,& pro
pter posteros recitabitur,& donec seculũ finiatur.Sursum est dominus,sed etiam hic est ue/
ritas dominus.Corpus enim dñi,in quo resurrexit, uno loco esse potest:ueritas eius ubiq;
diffusa est.Dominum ergo audiamus,& quod ipse donauerit de uerbis eius, & nos dica/
mus: Nónne Moyses,inquit,dedit uobis legẽ,& nemo ex uobis facit legẽ?Quid me quæ
ritis interficere?) Ideo eñ quæritis interficere,quia nemo ex uobis facit legẽ:nã si legẽ facere
tis,in ipsis litteris Christũ cognosceretis,& præsentẽ non occideretis. Respõdit eñ turba.)
Respõdit quasi turba nõ pertinẽtia ad ordinẽ,sed ad perturbationẽ.Deniq; turba turbata,
uidete quid respõderit? Dæmoniũ habes,quis te quærit occidere?) Quasi nõ peius fuit di
cere,dæmoniũ habes,cũ eum occidere. Ei quippe dictum est,quòd dæmoniũ haberet qui
dæmones expellebat.Quid posset aliud dicere turba turbulẽta?Quid posset aliud olere cœ/
num cõmotum?Turba turbata est:Vnde?A ueritate.Turbam lippitudinis turbauit clari/
tas lucis.Oculi enim non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatem. Domi/
nus non planè turbatur,sed in sua ueritate tranquillus non reddidit malum pro malo, nec
maledictum pro maledicto:Quibus si diceret,dæmoniũ habetis uos, uerum utiq; diceret.
Non enim talia illi ueritati dicerent,nisi eos falsitas diaboli irritaret.Quid ergo respõdit,au
diamus tranquille,& tranquillum bibamus: Vnum opus feci,& omnes miramini.) Tan/
cũ dicens:Quid si omnia opera mea uideritis?Ipsius enim opera erant quæ in mundo uide
bant,& ipsum qui fecit omnia non uidebant.Fecit unam rem,& turbati sunt,quia saluum fe
cit hominem sabbato.Quasi uero si quisquàm ægrotus sabbato sanaretur,alius illum sanũ
fecisset quàm ille qui eos scandalizauit,quia unũ hominem saluũ fecit sabbato. Quis enim D
alius alios saluos fecit quàm ipsa salus,qui illam salutem quam dedit huic homini,dat & iu
mentis?Salus enim corporalis erat.Salus carnis & reparatur & moritur, & cum reparatur,
mors differtur,non aufertur.Tamen fratres,etiam ipsa salus à dño est,per quẽlibet detur,q̃
cunq; curante & ministrante impertiat̃,ab illo datur à quo est omnis salus,cui dicit̃ in Psal
Psal.35 mo:Homines & iumenta saluos facies dñe: sicut multiplicasti misericordiã tuã deus.Quia
enim deus est,multiplicat misericordiã suã,peruenit etiã ad salutẽ carnis hũanæ,puenit etiã
ad salutem mutorũ animaliũ.Sed qui dat salutem carnis hominibus iumentisq; cõmunẽ,
nunquid nulla salus est quã seruat hominibus?Est certe alia quæ nõ solum cõmunis est ho/
minibus & iumentis,sed nec ipsis hominibus cõmunis est bonis & malis. Deniq; cum ibi
de ista salute dixisset quam cõmuniter accipiunt pecora & homines: propter illam salutem
quam sperare debent homines,secutus adiunxit:Filij autem hominum, sub tegmine ala/
rum tuarum sperabunt:Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ,& torrente uoluptatis tuæ
potabis eos:Quoniam apud te est fons uitæ,& in lumine tuo uidebimus lumen.Hæc est sa
lus quæ ad bonos pertinet,quos appellauit filios hominum, cum supra dixisset:Homines
& iumenta saluos facies domine.Quid enim?Illi homines non erant filij hominum, ut cũ
dixisset homines,sequeretur & diceret:Filij autem hominum,in tegmine alarum tuarũ spe/
rabunt?Quasi aliud erant homines,& aliud filij hominum.Nõ tamen arbitror sine aliqua
significatione distinctionis hoc dixisse spiritum sanctum.Homines ad primum Adam,fi/
lij hominum ad Christum.Forte enim homines pertinent ad primum hominem:filij autẽ
hominum pertinent ad filium hominis.Vnum opus feci,& omnes miramini, & continuo
subiungit: Propterea Moyses dedit uobis circumcisionem.) Bene factum est ut accipere/
tis circũcisionem à Moyse: Non quia ex Moyse est,sed ex patribus.) Abraam quippe pri
mus accepit circũcisionem à domino. Et in sabbato circũciditis.) Cõuincit uos Moyses.
In lege accepistis ut circũcidatis octauo die:accepistis in lege ut uacetis septimo die:si octa/

uus dies

A uus dies illius qui natus est occurrerit ad diem septimũ, quid facietis? Vacabitis & seruetis
sabbatum,an circuncidetis ut impleatis sacramentum dici octaui?Sed noui,inquit,quid fa
citis,circunciditis hominem.Quare?Quia circũcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis,
& non debent homines sabbato uacare à salute,ergo nec mihi irascimini,qui saluum feci to
tum hominem sabbato. Si circunc̃isionem,inquit,accipit homo in sabbato,ut nõ soluatur
lex Moysi.) Aliquid enim per Moysen in illa constitutione circuncisionis salubriter institu/
tum est, mihi operanti salutem in sabbato quare indignamini? Forte enim illa circunc̃isio
ipsum dominum significabat, cui isti curanti & sananti indignabantur.Iussa est enim adhi
beri octauo die circuncisio.Et quid est circũcisio, nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista
circuncisio expoliationẽ à corde cupiditatum carnalium:nõ ergo sine causa data est,& in eo
membro iussa fieri, quoniã per illud membrũ procreatur creatura mortalium,& per unum
hominem mors,sicut per unum hominem resurrectio mortuorum, & per unum hominem
peccatum intrauit in mundum,& per peccatũ mors. Ideo quisq; cũ præputio nascitur, quia
omnis homo cum uitio propaginis nascitur,& non mundat deus siue à uitio cum quo na/
scimur,siue à uitijs quæ male uiuẽdo addimus,nisi per cultellum petrinum,id est dominum
Iesum Christum.Petra enim erat Christus. Cultellis enim petrinis circuncidebant, & petræ
nomine Christũ figurabãt, & præsentẽ non agnoscebant,sed insuper eũ occidere cupiebãt.
Quare autẽ octauo die, nisi quia post septimũ sabbati dñs die dominico resurrexit? Ergo
resurrectio Christi quæ facta est tertio quidẽ die passionis,sed octauo die in diebus hebdo
madis,ipsa nos circuncidit.Audi circumcisos uera petra,Apostolo admonẽte,Quæ sursum Col.3
sunt quærite,non quæ super terram.Circũcisis loquitur,Resurrexit Christus,abstulit uobis
desideria carnalia,abstulit concupiscẽtias malas,abstulit superfluum cum quo nati eratis,&
multo peius quod male uiuẽdo addideratis.Circuncisi per petram quare adhuc sapitis ter/
ram? Et ad extremum quia legem dedit Moyses,& circunciditis hominem sabbato,intelli/
B gite hoc significari opus bonum quod ego feci totum hominẽ saluum sabbato, quia & ca/
ratus est ut sanus esset in corpore, & credidit ut sanus esset in anima. Nolite iudicare per/
sonaliter, sed rectum iudicium iudicate.) Quid est hoc? Modo quia per legem Moysi cir/
cunciditis sabbato,nõ irascimini Moysi, & quia ego die sabbati saluum feci hominem,ira/
scimini mihi.Personaliter iudicatis,ueritatem attendite:Ego non me præfero Moysi, ait do/
minus,qui erat & ipsius Moysi dominus. Sic attendite quomodo homines nos duos tanq̃
ambos homines: iudicate inter nos, sed uerum iudicium iudicate: nolite me honorare,&
honoratum illum damnare, sed illo intellecto me honorate.Hoc enim eis alio loco dixit,Si Ioan.5
crederetis Moysi,crederetis utiq; & mihi,de me enim ille scripsit.Sed hoc loco noluit dicere,
tanq̃ se & Moyse ante illos constitutis. Propter legem Moysi circunciditis, quando etiam
sabbatum occurrerit,& ego sanitatum faciendarum beneficentiam non uultis ut exhibeam
per sabbatũ? Quia dominus circuncisionis & dominus sabbati,salutis est autor.Et seruilia
opera prohibiti estis facere sabbato,si uere intelligatis seruilia opera, nõ peccatis.Qui enim Ioan.8
facit peccatum,seruus est peccati.Nunquid seruile opus est, hominẽ sanare sabbato? Man
ducatis & bibitis, ut aliquid dicam ex admonitione domini nostri Iesu Christi,& ex uerbis
eius. Vtiq; quare mãducatis & bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutẽ quod facitis?
Per hoc ostenditis,opera salutis nõ esse ullo modo die sabbati omittenda.Ergo nolite per/
sonaliter iudicare,sed rectum iudicium iudicate: attendite me quomodo hominem,atten/
dite Moysen quomodo hominem: si secundum ueritatem iudicetis,neq; Moysen neq; me
condemnabitis: & ueritate cognita me cognoscetis, quia ego sum ueritas.Hoc uitiũ fratres
quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est,non personaliter
iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem dominus Iudæos, sed monuit
& nos:illos conuincit, & nos instruxit: illos redarguit,nos exacuit, non putemus hoc nobis
non ideo dictum,quia tunc ibi nõ fuimus: scriptum est,legitur,cum recitaretur audiuimus,
sed tanquam Iudæis dictum audiuimus: non nos ponamus post nos, & quasi intueamur

iniquos reprehensos,& ipsi nos faciamus quod in nobis ueritas ipsa reprehẽdat. Iudæi qui- C
dem personaliter iudicabant:sed ideo non pertinent ad nouum testamentum,ideo non ha
bent in Christo regnum cœlorum, ideo non iunguntur sanctorum societati angelorum:
terrena quærebant à domino. Terra enim promissionis,uictoria ab inimicis,fœcunditas pa
riendi,multiplicatio filiorum,abundantia fructuum,quæ illis omnia à deo quidem uero &
bono, tamen ut carnalibus promissa sunt:omnia hæc fecerat illis uetus testamentum. Quid
est uetus testamentum? Quasi hæreditas pertinens ad hominem ueterem. Nos innouati
sumus,homo nouus facti sumus,quia & ille homo nouus uenit. Quid tam nouum q̃ nasci
de uirgine? Quia ergo non erat quod in illo innouaret præceptum, quia nullum habebat
peccatum,nouus partus est datus. In illo partus nouus,in nobis homo nouus. Quid est ho
mo nouus? A uetustate innouatus. Ad quam rem innouatus? Ad desideranda cœlestia,ad
concupiscenda sempiterna, ad patriam quæ sursum est, quæ hostem non timet desideran
dam:ubi non perdimus amicum, non timemus inimicum:ubi uiuemus cum bono affectu,
sine defectu:ubi nemo nascitur,quia nemo moritur:ubi nemo iam proficit,& nemo deficit:
ubi non esuritur & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus ueritas. Hæc habentes
promissa & ad nouum testamẽtum pertinẽtes, & nouæ hæreditatis facti hæredes,& ipsius
domini cohæredes,aliam spem ualde habemus,non personaliter iudicemus,sed rectum iu
dicium teneamus. Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio
æqualis facit non acceptari personas: nam cum homines diuerso modo pro suis gradibus
honoramus,tunc timendũ est ne personas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus,
2.q.7.c. queritur & aliquando inter necessarios,fit nonnunq̃ iudicium inter patrem & filium:queritur pater
de malo filio,aut queritur filius de duro patre,seruamus honorificentiam quæ debetur pa
tri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore,sed præponimus si bo
nam causam habet, filium æquamus patri in ueritate, & sic tribuimus honorem debitum,
ut non perdat æqualitas meritum: ita uerbis domini proficimus, & ut proficiamus,gratia D
illius adiuuamur.

Ab eo quod ait, Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis, Nónne hic est quem quærebant Iudæi interficere, & ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt,usq; ad id, quod ait,Quæritis me & non inuenietis,& ubi sum ego,uos non potestis uenire.

Tractatus xxxi.

MEMINIT charitas uestra pristinis sermonibus,& lectum esse in euangelio,& à nobis ut potuimus disputatum, q̃ dominus Iesus ideo uoluit occulte ascen
dere ad diem festum,nõ quia timebat ne teneretur: sed ut significaret etiam in
ipso die festo qui celebrabatur à Iudæis,se occultari,& suũ esse mysterium. Ho
dierna ergo lectione apparuit potestas,quæ putabatur timiditas: loquebatur enim palàm
in die festo, ita ut mirarentur turbæ, & dicerent quod audiuimus, cum lectio legeretur:
Nónne hic est quẽ quærebant interficere,& ecce palàm loquitur,nihil illi dicunt, nunquid
uere cognouerunt principes quia hic est Christus? Qui nouerant qua fœuitia quærebatur,
mirabantur qua potentia non tenebatur: deinde non plene intelligentes illius potentiam,
putauerunt principum esse scientiam, q̃ ipsi cognouerant eundem esse Christum, ideo pe
percerunt ei,quem tantopere occidendum quæsierunt: deinde illi ipsi apud seipsos,qui dixe
rant,Nunquid cognouerũt principes quia hic est Christus,fecerunt quæstionem qua eis ui
deretur q̃ non ipse esset Christus: adiungentes enim dixerunt, Sed istum nouimus unde
sit,Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit.) Non enim inaniter opinio nata est. Si
consyderemus scripturas, inuenimus fratres, quomodo sanctæ scripturæ dixerint de Chri
sto,quoniam Nazaræus uocabitur:ergo prædixerunt unde sit. Rursus si locum natiuitatis
eius quæramus,tanq̃ inde sit ubi natus est,nec hoc latebat Iudæos propter scripturas quæ
ista prædixerant. Nã cum eũ uisa stella magi quærerent adorare,uenerunt ad Herodem,&
dixerunt quid quærerent & quid uellent. Ille autem conuocatis eis qui legem sciebant,quæ-

A siuit ab eis ubi Christus nasceretur. Illi dixerunt, In Bethleem Iudæ,& testimonium etiam Mich.5
propheticum protulerunt. Si ergo prophetæ prædixerant & locum unde erat origo carnis
eius,locum ubi eum peperit mater eius,unde nata est ista opinio apud Iudæos quã modo
audiuimus,Christus cum uenerit,nemo scit unde sit,nisi quia utrunq; prædicauerãt & pro
nunciauerant scripturæ. Secundũ hominẽ prædixerunt scripturæ unde esset, secundũ deum
latebat impios,& quærebat pios: ad hoc enim & isti dixerunt,Christus cum uenerit,nemo
scit unde sit,quia hãc illis opinionẽ generauerat, quod per Esaiã dictum est,Generationem Esaiæ 53
autem eius quis enarrabit? Deniq; & ipse dominus ad utrunq; respondit,& quia nouerant
eum unde esset,& quia non nouerãt,ut attestetur prophetiæ sanctæ quæ de illo ante prædi
cta est,& secundũ humanitatem infirmitatis,& secundũ diuinitatem maiestatis. Audite er
go uerbum domini fratres,uidete quẽadmodum confirmauit eis,quod dixerunt,Christus
cum uenerit,nemo scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus,Et me scitis,& un
de sim scitis,& à meipso non ueni,sed est uerus qui me misit,quem uos nescitis.) Hoc est di
cere,& me scitis,& me nescitis:hoc est dicere,& unde sim scitis,& unde sim nescitis. Vnde sim
scitis,Iesus à Nazareth,cuius etiam parentes nostis:solus enim in hac causa latebat uirginis
partus,cui tamen testis erat maritus, ipse enim hoc poterat fideliter indicare,qui posset ma
ritaliter & cælare. Hoc ergo excepto uirginis partu,totum nouerant in Iesu quod ad homi
nem pertinet. Facies ipsius nota erat, patria ipsius nota erat,genus ipsius notũ erat,ubi na
tus est sciebatur. Recte ergo dixit,& me nostis,& unde sim scitis, secundũ carnẽ & effigiem
hominis quam gerebat: secundũ autem diuinitatem & à meipso non ueni,sed uerus est qui
me misit,quem uos non scitis,sed ut cum sciatis, credite in eum quem misit,& scietis: deum Ioan.1
enim nemo uidit unquam,nisi unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: &, Pa Matth.11
trem non cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Denique cum dixisset, Sed est
uerus qui misit me, quem uos non scitis, ut ostenderet eis unde possent scire quod nescie
B bant,subiecit, Ego scio eum.) Ergo à me quærite ut sciatis eum. Quare autem scio eum?
Quia ab ipso sum,& ipse me misit.) Magnifice utrunq; monstrauit, Ab ipso,inquit, sum,
quia filius de patre,& quicquid est filius,de illo est cuius est filius. Ideo dominum Iesum di
cimus de deo, patrem non dicimus deum de deo,sed tantum deum: & dicimus dominum
Iesum lumen de lumine: patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen: ad
hoc ergo pertinet,quod dixit,Ab ipso sum. Quòd autem uidetis me in carne,ipse me misit.
Vbi audis,ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinẽ,sed generãtis autoritatem.
Quærebant ergo eum apprehendere,& nemo misit in illum manus,quia nondum uenit
hora eius.) hoc est,quia nolebat. Quid est enim,nondum uenit hora eius? Nõ enim domi
nus sub fato natus est, hoc nec de te credẽdum est,quanto minus de illo per quẽ factus es?
Si tua hora uoluntas est illius, illius hora quæ est nisi uoluntas sua? Nõ ergo horam dixit
qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi: tempus enim expectabat quo moreretur,
quia & tempus expectare uoluit quo nasceretur, de hoc Apostolus loquens, ait, Cum au Gal.4
tem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Ideo multi dicunt,Quare non ante
uenit Christus? Quibus respondẽdum est, quia nondum uenerat plenitudo temporis,mo
derante illo per quem facta sunt tempora, sciebat enim quando uenire deberet. Primo per
multam seriem temporum & annorum prædicẽdus fuit:non enim aliquid paruum uentu
rum fuit,diu fuerat prædicãdus,semper tenẽdus. Quanto maior iudex ueniebat,tãto præ
conum lõgior series præcedebat. Deniq; ubi uenit plenitudo temporis,uenit & ille qui nos
liberaret à tempore:liberati enim à tempore, uenturi sumus ad æternitatem illam ubi non
est tempus. Nec dicitur ibi, quando ueniet hora: dies est enim sempiternus,qui nec præce
ditur hesterno,nec excluditur crastino. In hoc autem seculo uoluuntur dies,& alij transeũt,
& alij ueniunt,nullus manet, & momenta quibus loquimur,inuicem se expellunt: nec stat
prima syllaba ut sonare possit secũda. Ex quo loquimur aliquantum senuimus,& sine ulla
dubitatione senior sum modo q̃ mane, ita nihil stat, nihil fixũ manet in tempore. Amare

itaq; debemus per quẽ facta sunt tẽpora,ut liberemur à tempore, & figamur in æternitate, ubi iam nulla est mutabilitas temporum. Magna igitur misericordia domini nostri Iesu Christi,factum esse eum propter nos in tempore,per quẽ facta sunt tẽpora,factũ esse inter omnia, per quẽ facta sunt omnia,factũ esse quod fecit: factus est enim quod fecerat:factus est enim homo qui hominẽ fecerat, ne periret quod fecerat.Secundũ hanc dispensationem iam uenerat hora natiuitatis, & natus erat:sed nõdum uenerat hora passionis,ideo nondũ passus erat.Deniq; ut noueritis nõ necessitatem,sed potestatem moriẽtis, propter nõnullos hoc loquor,qui cũ audierint,nondũ uenit hora eius,ædificãtur ad credẽda fata eius,& fiunt corda eorũ fatua.Vt ergo noueritis potestatẽ moriẽtis, ipsam passionẽ recolite, crucifixum
Ioan.19 intuemini:dixit in ligno pendens,Sitio. Illi hoc audito,in arundine per spongiã obtulerũt ei acetum in cruce, accepit & ait,Perfectum est, & inclinato capite tradidit spiritũ. Videtis po/
Psal.68 testatem moriẽtis,quia hoc expectabat uolens,donec omnia complerẽtur quæ de illo præ/dicta fuerant ante mortem futura: dixerat enim propheta, Dederũt in escam meam fel,& in siti mea potauerũt me aceto:expectabat ut hæc omnia complerẽtur:posteaq; completa sunt,dixit, Perfectum est, & abscessit potestate,quia nõ uenerat necessitate:ideo quidã plus mirati sunt istã potestatem moriẽtis, q; potentiã miracula facientis.Ventũ est enim ad cru/cem,ut corpora deponerẽtur de ligno, quoniã sabbatũ illucescebat:& inuenti sunt latrones uiuentes:supplicũ quippe crucis ideo durius erat,quia diutius cruciabat,& omnes crucifixi longa morte necabãtur. Illi autẽ ne remanerent in ligno, cruribus fractis coacti sunt mori,
Matth.27 ut possent inde deponi.Dominus autẽ inuẽtus est mortuus,& admirati sunt omnes:& qui eum uiuũ contempserunt,mortuum sic mirati sunt,ut dicerent quidã,Vere filius dei est hic. Vnde est illud fratres,ubi ait quærẽtibus se,Ego sum:& illi retro redeũtes omnes ceciderũt: erat ergo in illo potestas summa. Nec hora cogebatur mori,sed horã expectabat qua op/portune fieret uoluntas, nõ qua inuite impleretur necessitas. De turba autẽ multi credide runt in eũ.)Humiles & pauperes saluos faciebat dñs:principes insaniebãt,& ideo medicum non solũ nõ agnoscebant,sed etiã occidere cupiebant.Erat quædã turba quæ suã ægritudi/nem cito uidit,& illius medicinam sine dilatione cognoscebat.Videte quid sibi dixerit turba ipsa cõmota miraculis: Nunquid Christus cum uenerit,plura signa facturus est?)Vtiq; si duo non erunt hic est:crediderunt ergo in eum dicentes ista, Principes uero illi audita mul/titudinis fide, & eo murmure quo Christus glorificabatur. Miserũt ministros,ut apprehẽderent eum.) Quem apprehẽderent, adhuc nolentem?Quia ergo nõ poterãt apprehẽdere nolẽtem,missi sunt ut audirẽt docentẽ.Quid docentẽ? Dicit ergo Iesus,Adhuc modicum tempus uobiscũ sum.)Quod modo uultis facere,facturi estis,sed nõ modo,quia adhuc mo dicum tempus uobiscũ sum: Et tunc uado ad eum qui me misit.) Implere debeo dispensa/tionem meã,& sic peruenire ad passionem meã. Quæritis me & nõ inuenietis, & ubi sum ego,uos nõ potestis uenire.)Hic iam resurrectionem suam prædixit:noluerunt enim agno/scere præsentẽ,& postea quæsierunt,cum uiderẽt in eum multitudinem iam credentem:ma/gna enim signa facta sunt,etiã cum dominus resurrexit,& ascendit in cœlum. Tunc per disci
Ioan.15 pulos facta sunt magna,sed ille p illos qui & per seipsum: ipse quippe illis dixerat, Sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille qui sedebet ad portam, ad uocẽ Petri surrexit,& suis pedibus ambulauit ut homines mirarẽtur: sic eos allocutus est Petrus, quia non in suã
Act.2 potestate ista fecit,sed in uirtute illius quẽ ipsi occiderunt,multi compuncti dixerunt,Quid faciemus? Viderunt enim se ingenti crimine impietatis astrictos,quando illum occiderunt, quem uenerari & adorare debuerunt, & hoc putabant esse inexpiabile, magnum enim fa/cinus erat, cuius cõsyderatio illos faceret desperare:sed nõ debebant desperare,pro quibus
Luc.23 in cruce pendens dominus est dignatus orare:dixerat enim,Pater ignosce illis,quia nesciũt quid faciunt. Videbat quosdã suos inter multos alienos, illis iam petebat ueniam,à quibus adhuc accipiebat iniuriam:Non enim attendebat q; ab ipsis moriebatur,sed quia pro ipsis moriebatur.Multum est quod illis cõcessum est,& ab ipsis & pro ipsis,ut nemo de sui pec/

cati

A cati dimissione desperet,quando illi ueniam meruerũt qui occiderunt Christum. Mortuus est Christus pro nobis,sed nunquid à nobis? At uero illi uiderunt Christum suo scelere mo/rientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem:quousq; biberent sangui/nem quẽ fuderant, de sua salute desperauerunt:ergo hoc dixit,Quæritis me & non inuenie/tis,& ubi sum ego,uos non potestis uenire:quia quæsituri illum erant post resurrectionem compuncti,nec dixit ubi ero,sed ubi sum.Semper enim ibi erat Christus,quò fuerat reditu/rus:sic enim uenit ut non recederet:unde alio loco ait,Nemo ascendit in cœlum nisi qui de/scendit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo:nõ dixit,qui fuit in cœlo.In terra loquebatur, & in cœlo se esse dicebat. Sic uenit,ut inde nõ abscederet:sic rediit,ut nõ nos derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit.Homo enim secundũ corpus in loco est,& de loco migrat, & cum ad alium locum uenerit, in eo loco unde uenit non est:deus autem implet omnia,& ubiq; totus est,non secundũ spacia tenetur locis:erat tamen Christus secundũ uisibilem car/nem in terra:ideo ait, Vbi ego sum,uos non potestis uenire:nec dixit,non poteritis,sed non potestis.Tales enim tunc erant qui non possent: nam ut sciatis non hoc ad desperationem dictum,& discipulis suis dixit tale aliquid,Quò ego uado,non potestis uenire,cum pro illis orans dixerit,Pater, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum.Denique hoc Petro exposuit, Ioan.17
& ait illi,Quò ego uado, non potes me sequi modo,sequeris autem postea. Dixerunt er/go Iudæi,) nõ ad ipsum, sed ad semetipsos,Quò hic iturus est quia nõ inueniemus eum? Ioan.15
Nunquid in dispersionem gentium iturus est, aut docturus gentes?) Non enim sciebant quid dixerunt, sed quia ille uoluit, prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes, non præsentia corporis sui,sed tamen pedibus suis.Qui erant pedes eius? Quos pedes con/culcare uolebat persequẽdo Saulus, quando ei caput clamabat,Saule Saule,quid me perse/queris? Quis est hic sermo,quem dixit,Quæritis me & non inuenietis,& ubi ego sum uos Act.9
non potestis uenire?) Vnde hoc dixit dominus nescierunt, & tamen aliquid quod futu/
B rum erat,nescientes prænunciauerunt.Dixit enim hoc dominus,quia locum,si tamen dicen/dus est locus,id est, sinum patris unde nunquam discessit unigenitus filius, non illi noue/rant, nec cogitare idonei erant ubi erat Christus,unde non recessit Christus,quò rediturus erat Christus, ubi manebat Christus. Vnde hoc cordi humano cogitare, aut linguæ expli/care? Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt, & tamen ex hac occasione salutem nostram prædixerunt,q; iturus esset ad dispersionem gentium, & impleturus quod legebant,& non intelligebant,Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mi/ Psal.17
hi: illi non audierunt in quorum oculis fuit, illi audierunt in quorum auribus sonuit.Illius enim ecclesiæ naturæ de gentibus typum gerebat mulier quæ fluxum sanguinis patieba/tur,tangebat & non uidebatur, nesciebatur & sanabatur. Figura quippe erat, quòd domi/nus interrogauit, Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoratam sanauit:sic fecit & gentibus: Luc.8
non eũ didicimus in carne,& meruimus carnẽ eius mãducare,& in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Præcones suos,discipulos suos,seruos suos,redemptos suos quos creauit,sed quos & redemit fratres suos:totũ parũ dixi,membra sua,semetipsum: misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua.Tamen secundum speciem corpo/ris quam Iudæi uiderunt & contempserunt,non apud nos fuit Christus,quia & hoc de illo dictum erat,sicut Apostolus dicit,Dico enim Christum ministrum fuisse circũcisionis pro/ Rom.15
pter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit uenire,à quo/rum patribus, & quorum patribus est promissus: ideo & ipse sic ait,Non sum missus nisi Matth.15
ad oues quæ perierant domus Israël: sed quid dicit Apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordia glorificare deum:quid & ipse dominus? Habeo alias oues quæ non sunt ex hoc ouili:qui dixerat,Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israël,quomo/do habet alias ad quas non est missus, nisi quia significauit per præsentiam corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudæis,qui uiderunt & occiderunt,& multi tamen inde & antea & postea crediderunt? Messis prima de cruce uentilata est, ut esset semen unde alia messis

messis consurgeret. Nunc uero cum fama euangelij,& bono eius odore excitati, credunt C
fideles eius per omnes gentes,erit expectatio gentium,quando ueniet qui iam uenit,quando ab omnibus uidebitur,qui tunc à quibusdam uisus nō est,à quibusdam uisus est:quando ueniet iudicaturus qui uenit iudicandus, quando ueniet discreturus, qui uenit ut discerneretur. Non enim ab impijs Christus est discretus,sed cum impijs iudicatus: de illo enim
Esaiæ 52 dictum est,Inter iniquos reputatus est. Latro euasit,Christus damnatus est:accepit indulgentiam criminosus, damnatus est qui omnium crimina confitentium relaxauit: tamen & ipsa crux si attendas, tribunal fuit. In medio enim iudice constituto, unus latro qui credidit liberatus,alter qui insultauit, damnatus est. Iam significabat quod facturus est de uiuis & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad sinistram, similis alter futuris ad dexteram, iudicabatur, & iudicium minabatur.

Ab eo loco ubi ait,In nouissimo autem die festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens, Si quis sitit ueniat ad me & bibat, usque ad id,quod ait,Non enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

Tractatus XXXII.

INTER dissensiones & dubitationes Iudæorum de domino Iesu Christo, inter cætera quæ dixit,quibus alij confunderentur,alij docerentur, Nouissimo festiuitatis die illius.) Tunc enim ista agebantur quæ appellatur scenophegia, id est,tabernaculorum constructio, de qua festiuitate iam ante meminit charitas uestra fuisse dissertum, uocat dominus Iesus Christus,& hoc non utcunq; loquendo, sed clamando,ut qui sitit, ueniat ad eum. Si sitimus,ueniamus,& non pedibus sed affectibus,nec migrando sed amando ueniamus,quanq; secundum interiorem hominem & qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore, aliud corde:migrat corpore,qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas,aliud amabas,non ibi es,ubi eras:clamat ergo nobis dominus, Stabat enim & clamabat,Si quis sitit ueniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut scriptum est, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.) Quid hoc est, & quando euangelista exposuit, immorari non debemus:unde enim dixerit dominus, Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, & qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ:consequenter exposuit euangelista,dicens, Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus,quia Iesus nondum erat glorificatus.)Est ergo sitis interior & uenter interior,quia est homo interior.Et ille quidem homo interior inuisibilis, exterior autem uisibilis:sed melior interior q̄ exterior.Et quod non uidetur hoc plus amatur,constat enim plus amari hominem interiorem q̄ exteriorem:unde hoc constat,unusquisq; in seipso probet.Quamuis enim qui male uiuunt, animos suos corpori addicant,uiuere tamen uolūt,quod nō est nisi animi:magisq; seipsos indicant qui regunt,quàm illa quæ regūtur.Regunt enim animi, reguntur corpora. Gaudet unusquisq; uoluptate, & capit de corpore uoluptatem. Sed separa animum, nihil restat in corpore quod gaudeat, & si de corpore gaudet, animus gaudet.Si gaudet de domo sua,de se non debet gaudere? Et si habet animus unde delectetur extrinsecus,sine delitijs manet intrinsecus? Omnino constat plus amare hominē animam suam quàm corpus suum:sed & in alio homine plus amat homo animam quàm corpus. Quid enim amatur in amico, ubi est amor syncerior & castior? Quid amatur in amico, animus an corpus? Si fides amatur,animus amatur:si beneuolentia amatur,beneuolentiæ sedes animus est.Si hoc amas in altero, quia & ipse amat te, animum amas, quia non caro sed animus amat:ideò enim amas,quia te amat:quære unde te amet,& uides quid amas:plus ergo amatur & non uidetur. Aliquid etiam uolo dicere,ubi magis appareat dilectioni uestræ quantum ametur animus, & quemadmodū corpori præponatur. Illi ipsi lasciui amatores, qui pulchritudine corporum delectantur, & forma membrorum accenduntur, tunc amant amplius quando D
amantur:

A amantur:nam si amet & sentiet quia odio habetur, magis irascitur q̄ diligit.Quare magis irascitur q̄ diligit? Quia non ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se uolunt,& hoc magis eos delectat si amētur, quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorū, quales sunt amatores dei, qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus in corpore, sic deus in animo, non enim facit corpori unde ametur nisi animus,qui cū migrauerit,cadauer horrescis,& quātumcunq; pulchra illa membra dilexeris,sepelire festinas: decus ergo corporis animus,decus animi deus.Clamat ergo deus ut ueniamus & bibamus,si intus sitiamus: & dicit,quia cum biberimus,flumina aquæ uiuæ fluent de uentre nostro. Venter interioris hominis, conscientia cordis est.Bibito ergo de isto liquore, reuiuiscit purgata conscientia,& hauriens fontem habebit:etiā ipsa fons erit. Quid est fons, & quid est fluuius,qui manat de uentre interioris hominis? Beneuolentia qua uult consulere proximo. Si enim putet quia quod bibit,soli ipsi debet sufficere,nō fluit aqua uiua de uentre eius: si autem proximo festinat consulere,ideo non siccat,quia manat. Videbimus nūc quid sit quod bibunt,qui credunt in domino,quia utiq; Christiani sumus, & si credimus,bibimus,& unusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit,& si uiuit ex eo quod bibit:non enim nos deserit fons,si non deseramus fontem.Exposuit euangelista,ut dixi,un de dominus clamasset,ad qualem potum inuitasset,& quid bibentibus propinasset,dicens, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat spiritus datus,quia Iesus nondum erat glorificatus.Quem dicit spiritum,nisi sanctum spiritum? Nam unusquisq; homo habet in se proprium spiritum,de quo loquebar cū animum commendarem: animus enim cuiusq;, proprius est spiritus eius, de quo dicit Paulus apo- 1.Cor.2
stolus,Quis enim scit hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus qui in ipso est? Deinde adiunxit, Sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Nostra nemo scit nisi spiritus noster. Nō enim noui quid cogitas,aut tu quid cogito:ipsa enim sunt propria nostra,quæ interius
B cogitamus,& cogitationū uniuscuiusq; hominis ipsius spiritus testis est.Sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei:nos cum spiritu nostro,deus cum suo:ita tamen ut deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis:nos autem sine eius spiritu scire nō possumus quid agatur in deo. Deus autem scit in nobis, & quod ipsi nescimus in nobis:nam infirmitatem suā Petrus nesciebat,quando à domino q̄ ter esset negaturus audiebat,& æger se nesciebat, medicus ægrū sciebat.Sunt ergo quædā quæ deus nouit in nobis,nesciētibus nobis:tamen quantum ad homines pertinet,nemo sic se nouit quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur,sed spiritus eius nouit. Accepto autē spiritu dei,discimus & quid agitur in deo, non totū, quia nō accepimus totum. De pignore multa nouimus:pignus enim accepimus, & huius pignoris plenitudo postea dabitur.Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arra, quid est cuius est arra? Sed quid est quod ait,Non erat spiritus datus,quia Iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus, non enim non erat spiritus dei,qui erat apud deum.sed nondum erat in eis qui crediderant in Iesum, ita enim disposuit dominus Iesus, non eis dare spiritum istū de quo loquimur, nisi post resurrectionem suam,& hoc non sine causa.Et forte si quæramus, annuet ut inueniamus:& si pulsemus, aperiet ut intremus.Pietas pulsat,non manus: quanq; pulsat & manus,si ab operibus misericordiæ non cesset manus.Quæ igitur causa est, cur dominus Iesus Christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spiritumsanctum? Quod anteq; dicamus ut possumus, prius quærendum est ne quem forte moueat quomodo nōdum erat spiritus in hominibus sanctis,cum de ipso domino recens nato legatur in euangelio, q̄ eum in spiritusancto agnouerit Symeon: agnouit etiam Anna uidua prophetissa:agnouit Ioannes ipse qui eum baptizauit:impletus spiritusancto Zacharias multa dixit: spiritumsanctum ipsa Maria ut dominum conciperet, accepit.Multa enim indicia præcedētia de spiritusancto habemus,anteq; dñs glorificaretur resurrectione carnis suæ.Nō enim alium spiritum etiā prophetæ habuerunt,qui Christum

uenturum prænunciauerunt: sed modus quidam futurus erat dationis huius, qui omnino C
antea non apparuerat: de ipso hic dicitur, nusq; enim legimus antea congregatos homines
accepto spiritusancto, linguis omnium gentium locutos fuisse. Post resurrectionem autem
Ioan.20 suam, primum quando apparuit discipulis suis, dixit illis, Accipite spiritumsanctum: de hoc
ergo dictum est, Non erat spiritus datus, quia Iesus nõdum erat glorificatus. Et insufflauit
in faciem eorum, qui flatu primum hominem quem fecit uiuificauit, & de limo erexit, quo
flatu animam membris dedit, significãs eum se esse, qui insufflauit in faciẽ eorum ut à luto
exurgerẽt, & luteis operibus renũciarent. Tunc primum post resurrectionem suã dominus
quam dicit euangelista glorificationem, dedit spiritumsanctum. Deinde commoratus cum
eis quadraginta diebus, ut liber actuum apostolorum demõstrat, ipsis uidentibus & uiden
do deducentibus ascẽdit in cœlum. Ibi peractis decem diebus, die pentecostes misit desuper
spiritũsanctum. Quo, sicut dixi, qui fuerãt in uno loco congregati accepto impleti, omnium
gentium linguis locuti sunt. Quid ergo fratres, quia modo qui baptizatur in Christo, & cre
dit in Christum, non loquitur omniũ gentium linguis, non est credendus accepisse spiritum
sanctum? Absit ut ista perfidia tententur cor nostrum: certi sumus omnẽ hominem accipere,
sed quantum uas fidei attulerit ad fontem, tantum implet. Cum ergo & modo accipiatur,
dixerit aliquis, Quare nemo loquitur linguis omnium gentium? Quia iam ipsa ecclesia lin
guis omnium gentium loquitur: antea in una gente erat ecclesia, ubi omnium linguis loque
bantur. Loquendo linguis omniũ significabat futurum, ut crescendo per gentes, loqueretur
linguis omnium gentium: in hac ecclesia qui non est, nec modo accipit spiritumsanctum.
Præcisus enim & diuisus ab unitate membrorum, quæ unitas linguis omnium loquitur, re
nunciet sibi, non habet, nam si habet, det signum quod tunc dabatur. Quid est, det signum
quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis: respondet mihi, Quid enim, tu loqueris
omnibus linguis? Loquor planè, quia omnis lingua mea est, id est eius corporis, cuius mem
brum sum. Diffusa ecclesia per gẽtes loquitur omnibus linguis: ecclesia est corpus Christi, D
in hoc corpore membrum es: cũ ergo membrum sis eius corporis quod loquitur omnibus
linguis, crede te loqui omnibus linguis. Vnitas enim membrorum charitate concordat, &
ipsa unitas loquitur, quomodo tunc unus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spiri
tumsanctum si amamus ecclesiam, si unitate cõpaginamur, si catholico nomine & fide gau
demus. Credamus fratres, quãtum quisq; amat ecclesiam Christi, tãtum habet spiritumsan
ctum: datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationem. Quam manifesta
tionem? Sicut ipse idem dicit, Quia alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scien
tiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in uno
spiritu, alij operatio uirtutum in eodem spiritu: multa enim dãtur ad manifestationem, sed
tu forsitan eorum omnium quæ dixi nihil habes. Si amas non nihil habes, si enim amas
unitatem, etiã tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuũ est quod ha
beo: tollam inuidiã, & meũ est quod habes: liuor separat, sanitas iungit. Oculus solus uidet
in corpore, sed nunquid soli sibi oculus uidet? Et manui uidet, & pedi uidet, & cæteris mem
bris uidet: non enim si aliquis ictus in pedem ueniat, auertit se oculus inde ut non præca
ueat. Rursus sola manus operatur in corpore, sed nunquid sibi soli operatur? Et oculo ope
ratur, nam si ictus aliquis ueniens non eat in manum, sed tantum in faciem, nunquid dicit
manus, non moueo, quia nõ tendit ad me? Sic pes ambulando omnibus membris militat:
membra cætera tacent, & lingua omnibus loquitur. Habemus ergo spiritũsanctum, si ama
mus ecclesiam: amamus autem, si in eius compage & charitate consistimus: nam ipse Apo
stolus cũ dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus, tanq; officia quorumq; membro
rum, Adhuc, inquit, supereminentiorem uiam uobis demõstro: & cœpit loqui de charitate.
Præposuit eam linguis hominum & angelorũ, præposuit miraculis fidei, præposuit sciẽtiæ
& prophetiæ, præposuit etiã illam magno operi misericordiæ, quo sua quæ possidet, distri
buit quisq; pauperibus: & ad extremũ, præposuit etiã corporis passionibus. His omnibus
tam

A tam magnis rebus præposuit charitatẽ. Ipsam habeto, & cuncta habebis: quia sine illa nihil
proderit quicquid habere potueris. Quia uero ad spiritumsanctũ pertinet charitas de qua
loquimur: quæstio enim modo in euangelio de spiritusancto retractatur, audi Apostolum
dicẽtem, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ qui datus est nobis. Quare Rom.5
ergo dñs spiritũ, cuius maxima beneficia sunt in nobis, quia charitas dei per ipsum diffusa
est in cordibus nostris, post resurrectionem suã dare uoluit? Quid significauit? Vt in resur
rectione nostra charitas flagret, & ab amore seculi separetur, ut tota currat in deũ. Hic enim
nascimur & morimur, hoc non amemus: charitate migremus, charitate sursum habitemus,
charitate illa qua diligimus deum. Nihil aliud in hac uita nostræ peregrinationis medite
mur, nisi quia & hic nõ semper erimus, & ibi nobis locũ bene uiuẽdo præparabimus, unde
nunq; migremus. Dominus enim noster Iesus, posteaq; resurrexit, iam nõ moritur, mors Roma:6.
illi ultra, sicut Apostolus dicit, non dominabitur. Ecce quod amemus si uiuimus, si in ipsum
credimus qui resurrexit, & dabit nobis nõ quod hic amant homines qui deum nõ amant,
aut tanto plus amant, quanto illũ minus amant: tanto autẽ hoc minus amant, quãto illum
plus amant. Sed uideamus quid nobis promisit, non diuitias terrenas & temporales, nõ ho
nores & potestates in seculo isto: uidetis enim omnia hæc dari & hominibus malis, ne ma
gnipendantur à bonis. Non ipsam postremo corporis sanitatem, nõ quia ipse illã non dat,
sed quia ut uidetis & pecoribus dat: non uitã longam, quid est enim longũ quod aliquando
finitur? Nõ pro magno nobis credẽtibus promisit longæuitatem, aut decrepitã senectutẽ,
quã omnes optãt anteq; ueniat, omnes de illa cũ uenerit, murmurant. Nõ pulchritudinem
corporis, quã uel corporis morbus, uel ipsa senectus quæ optatur, exterminat. Vult esse pul
cher, & uult esse senex, ista duo desideria sibijnuicem concordare non possunt. Si senex eris, Benectũ & quid optet.
pulcher nõ eris: quando senectus uenerit, pulchritudo fugiet, & in uno habitare nõ possunt
uigor pulchritudinis, & gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promisit, qui dixit,
B Qui credit in me, ueniat & bibat, & flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ. Vitã æternam
promisit, ubi nihil timeamus, ubi nõ conturbemur, unde non migremus, ubi nõ moriamur,
ubi nec decessor plangitur, nec successor speretur. Quia ergo tale est quod nobis promisit
amantibus, & per spiritussancti charitatem feruentibus, ideo ipsum spiritum noluit dare,
nisi cum esset glorificatus, ut in suo corpore ostenderet uitam, quam modo non habemus,
sed in resurrectione speramus.

Ab eo loco, ubi ait, Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius, usq; ad id
quod ait, Nec ego te cõdẽnabo, Vade & amplius noli peccare. Tract. XXXIII

EMINIT charitas uestra sermone pristino ex occasione lectionis euangelicæ
locutos nos esse uobis de spiritusancto. Ad hunc potandum cũ dominus inui
tasset credẽtes in se, loquens inter eos qui illũ tenere cogitabãt, & interficere cu
piebãt, nec ualebant, quia ille nolebat. Cum ergo hæc locutus esset, nata est de
illo in turba dissensio, alijs putãtibus q; ipse esset Christus, alijs dicentibus quia de Galilæa
non exurget Christus. Qui uero missi fuerant ut eũ tenerent, redierunt immunes à crimine
& pleni admiratione, nã & testimonium perhibuerũt diuinæ doctrinæ eius, cum dicerent à
quibus missi fuerant: Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunq; se audisse
hominẽ sic locutum.) Non enim quisq; sic loquitur homo, ille autẽ sic locutus est, quia deus
erat & homo. Tamen pharisæi testimoniũ eorũ repellẽtes, dixerũt eis, Nunqd & uos sedu
cti estis?) Videmus enim delectatos uos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de prin
cipibus credidit in eũ aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ, maledicti sunt.)
Qui nõ nouerãt legem, ipsi credebant in eũ qui miserat legẽ: & eum qui miserat legẽ cõtem
nebant illi qui docebant legẽ, ut impleretur quod dixerat ipse dñs, Ego ueni ut non uidẽtes Ioan.9
uideant, & uidẽtes cæci fiant. Cæci enim facti sunt pharisæi doctores, illuminati sunt populi
nescientes legem, & in autorẽ legis credẽtes. Nicodemus tñ unus ex pharisæis, qui ad dñm
nocte uenerat.) Et ipse non quidẽ incredulus, sed timidus, nã ideo nocte uenerat ad lucem,
quia

quia illuminari uolebat,& sciri nolebat,respondit Iudæis, Nunquid lex nostra iudicat ho C
minem,nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat?) Volebant enim illi peruerse
ante esse damnatores q̃ cognitores: sciebat enim Nicodemus,uel potius credebat, quia si
tantũmodo eum uellent patiẽter audire,forte similes fierent illis qui missi sunt tenere,& ma
luerunt credere. Illi respondẽrunt,) ex præiudicio cordis sui, quod & illis: Nunquid & tu
Galilæus es?)id est,quasi à Galilæo seductus,dñs enim Galilæus dicebatur,quoniã de Na
zareth ciuitate erant parẽtes eius.Secundũ Mariam dixi parentes,nõ secundũ uirile semen:
non enim quæsiuit in terra nisi matrem,qui iam habebat desuper patrẽ,nam utraq; eius na
tiuitas mirabilis fuit:diuina sine matre,humana sine patre.Quid ergo illi quasi legisdocto
res ad Nicodemum dixerunt? Scrutare scripturas & uide, quia propheta à Galilæa non
surgit.) Sed dñs prophetarum inde surrexit. Reuersi sunt, inquit euangelista, unusquisq;
Cap. VIII in domum suã. Inde Iesus perrexit in montẽ Oliueti.) In montẽ autẽ Oliueti,in montẽ fru
ctuosum,in montẽ unguenti,in mõtem chrismatis:ubi enim decebat docere Christũ nisi in
monte Oliueti? Christi enim nomen à chrismate dictum est. Chrisma autẽ græce,latine un
ctio nuncupatur.Ideo autem nos unxit, quia luctatores contra diabolũ fecit. Et diluculo
iterum uenit in templum,& omnis populus uenit ad eum,& sedens docebat eos.) & nõ te
nebatur,quia nondũ pati dignabatur.Nũc iam attẽdite,ubi ab inimicis tentata sit domini
mansuetudo. Adducunt autem illi scribæ & pharisæi mulierẽ in adulterio deprehẽsam,&
statuerũt eã in medio,& dixerũt ei, Magister,hæc mulier modo deprehẽsa est in adulterio.
In lege autẽ Moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare.Tu ergo quid dicis? Hæc autem
dicebant tentãtes eum,ut possent accusare eum.) Vnde accusare? Nunquid ipsum in aliquo
facinore deprehenderãt,aũt illa mulier ad eũ aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est
ergo tentãtes eum, ut possent accusare eũ? Intelligamus fratres admirabilẽ mãsuetudinem
in dño fuisse.Animaduertunt eũ nimium esse mitem,nimiũ esse mansuetum:de illo quippe
Psal. 44 fuerat ante prædictum,Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.Specie tua & D
pulchritudine tua,intẽde prospere, procede & regna:Propter ueritatem & mansuetudinem
& iustitiã.Ergo attulit ueritatem ut doctor, mansuetudinẽ ut liberator,iustitiã ut cognitor.
Propter hæc eum esse regnaturũ in spiritusancto propheta prædixerat:cum loqueretur,ue
ritas agnoscebatur:cum aduersus inimicos non moueretur,mansuetudo laudabatur.Cum
ergo de duobus istis,id est,de ueritate & mãsuetudine eius inimici liuore & inuidia torque
rentur:in tertio,id est iustitia, scandalũ posuerunt.Quare? Quia lex iusserat adulteros lapi
dare.Et utiq; lex quod iniustũ erat,iubere nõ poterat.Si quis aliquid diceret q̃ lex iusserat.
iniustus deprehenderetur. Dixerant ergo apud semetipsos,Verax putatur, mansuetus ui
detur, de iustitia illi quærenda calumnia est:offeramus ei mulierem in adulterio deprehen
sam, dicamus quid de illa in lege præceptum sit: si eam iusserit lapidare, mansuetudinem
non habebit: si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit. Vt autem mansuetudinem,
inquiunt, non perdat, in qua iam populis amabilis factus est, sine dubio eam dimitti de
debere dicturus est, hinc nos inueniemus accusandi occasionem, & eum reum faciemus
tanquam legis præuaricatorem,dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen respondes,imò
contra eum qui per Moysen legem dedit: reus es mortis, cum illa & tuipse lapidandus es.
Posset his uerbis atq; his sententijs inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari dam
natio.Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini, falsitas ueritati,corruptum cordi recto,stultitia
sapientiæ. Quando illi laqueos præpararent, in quos non prius ipsi caput inijcerent.Ecce
dominus in respondendo,& iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine non recessurus.
Non est captus cui tendebatur, sed potius capti sunt qui tendebant, quia in eum qui eos
posset de laqueis eruere non credebant. Quid ergo respondit dominus Iesus? Quid ergo
respondit ueritas? Quid respondit sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia paraba
tur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere uideretur. Absit autem ut
diceret, lapidetur: uenit enim non perdere quod inuenerat, sed quærere quod perierat.

Quid

A Quid ergo respondit? Videte quàm plenum sit iustitia,plenum mansuetudine & ueritate.
Qui sine peccato est uestrum,inquit,prior in illã lapidem mittat.) O responsio sapientiæ,
quomodo eos intromisit in semetipsos? Foris enim calumniabãtur,seipsos intrinsecus non
perscrutabantur:adulteram uidebant,se non perspiciebãt:præuaricatores legis legẽ implere
cupiebant,& hoc calumniando,non uere,tanq̃ adulteram à castitate damnando.Audistis
Iudæi,audistis pharisæi,audistis doctores legis,legis custodem,sed nondum intellexistis le
gislatorem, quid uobis aliud significat,cum digito scribit in terra? Digito enim dei lex scri
pta est,sed propter duros in lapide scripta est.Nũc iam dominus in terra scribebat,quia fru
ctum quærebat. Audistis ergo, Impleatur lex,lapidetur adultera:sed nũquid in illa punien
da,lex implenda est à puniendis? Consyderet se unusquisq; uestrum,intret in semetipsum,
ascendat tribunal mentis suæ,constituat se ante conscientiam suam, cogat se confiteri.Scit
enim quis scit, quia nemo scit hominũ quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso
est.Vnusquisq; in se intendens,peccatorẽ se inuenit.Ita planè.Ergo aut istam dimittite,aut
simul cum illa pœnã legis excipite.Si diceret,nõ lapidetur adultera, iniustus conuinceretur:
si diceret lapidetur,mansuetus nõ uideretur.Dicat quod dicere debet,& mãsuetus & iustus:
Qui sine peccato est uestrum, prior in illam lapidem mittat, hæc uox iustitiæ est,puniatur
peccatrix,sed non à peccatoribus:impleatur lex,sed non à præuaricatoribus legis. Hæc uox
omnino iustitiæ est, qua iustitia illi tanq̃ trabali telo percussi,sese inspicientes & reos inue
nientes. Vnus post unum omnes recesserũt.) Relicti sunt duo,misera & misericordia.Do
minus autẽ cũ eos illo telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadẽtes attẽdere,sed auerso
ab eis obtutu. Rursum digito scribebat in terra.) Relicta aũt sola illa muliere,omnibusq;
abeuntibus, leuauit oculos suos ad mulierẽ.) Audiuimus uocẽ iustitiæ,audiamus & man
suetudinis.Plus enim credo territa erat illa cum audisset à dño dictum,Qui sine peccato est
uestrum,prior in illam mittat lapidem. Illi ergo attendentes se,& abscessu ipso cõfessi de se,
B reliquerant mulierem cum grandi peccato,ei qui erat sine peccato.Et quia illa hoc audierat,
Qui sine peccato est,prior in illã lapidem mittat, ab illo se sperabat puniendam,in quo pec
catum intueri non poterat.Ille autẽ qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ,leuans in
eam oculos mansuetudinis, Interrogauit eam, nemo te condemnauit? Respondit illa,
Domine,nemo: & ille, Nec ego te condemnabo.) à quo te forte damnari timuisti,quia in
me peccatũ non inuenisti,nec ego te condemnabo.Quid est domine? Faues ergo peccatis?
Non planè.Ita attende quod sequitur, Vade,deinceps iã noli peccare.) Ergo & dominus
damnauit,sed peccatũ,nõ hominem:nam si peccatorum fautor esset,diceret,nec ego te con
demnabo,uade & uiue ut uis,de mea liberatione esto secura,ego quãtumcunq; peccaueris,
te ab omni pœna etiã gehennæ & inferni terroribus liberabo.Non hoc dixit:intendant er
go qui amant in dño mansuetudinẽ,& timeãt ueritatem:etenim dulcis & rectus dominus.
Ama q̃ dulcis est,time q̃ rectus est.Tanq̃ mansuetus dixit,tacui:sed tanq̃ iustus, nũquid
semper tacebo? Misericors & miserator dominus.Ita planè, adhuc adde lõganimis,adhuc
adde,& misericors: sed time quòd est in nouissimo & uerax:quòd enim modo sustinet pec
cantes,iudicaturus est cõtemnentes.An diuitias longanimitatis & mansuetudinis eius con Rom. 2.
temnis? Ignoras quia patientia dei ad pœnitẽtiam te adducit? Tu autẽ secundũ duriciam
cordis tui & cor impœnitens,thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,
qui reddet unicuiq; secundũ opera sua.Mansuetus dñs,longanimis dñs,misericors dñs:sed
& iustus dñs,& uerax dñs,largitur tibi spaciũ correctionis, sed tu plus amas dilationem q̃
emendationem.Malus fuisti heri,hodie bonus esto:& hodiernũ diem in malicia peregisti,
uel cras mutare:semper expectas,& de misericordia dei tibi plurimũ polliceris,quasi ille qui
tibi per patientiam promisit indulgentiã,promiserit tibi etiã prolixiorẽ uitã.Vnde scis quid
pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, qñ me correxero,deus mihi omnia peccata
mea dimittet.Negare nõ possumus,q̃ correctis atq; cõuersis indulgentiã deus promisit:nã
in q̃ propheta mihi legis,quia ꝓmisit correcto indulgentiã:nõ mihi legis,quia promisit tibi

deus

deus longam uitam. Ex utroq; igitur homines periclitantur, & sperãdo & desperando: contrarijs rebus, cõtrarijs affectionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit, Bonus est deus, misericors est deus, factã quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleã desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est deus, bonus est deus, mãsuetus deus, spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos, iam damnandi sumus, quare non quod uolumus faci/mus? Animo gladiatorum, ferro destinatorum, ideo molesti sunt desperati. Iã enim quod timeant non habent, & uehemẽter timẽdi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci quæ grauia commisisti, non agas pœnitentiam, & incurras
Prouerb. 1 in iudicem sapientiam, quæ dicit, Et ego uestræ perditioni superridebo. Quid ergo agit do/
Eccl. 5 minus cũ periclitantibus utroq; morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit, Ne tardes con/uerti ad dominum, necp differas de die in diem: subito enim ueniet ira illius, & in tempore
Ezech. 18 uindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitãtur, quid dicit? In quacunq; die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: propter illos qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum, quando ueniat ultimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad istam mulierem, Nec ego te cõdemnabo: sed facta secura de præterito, caue futura, nec ego te condemnabo: deleui quod commisisti, obserua quod præcepi, ut inuenias quod promisi.

De eo quod dictum est: Ego sum lux mundi, qui sequitur me nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Tractatus XXXIIII.



VOD modo audiuimus & intenti accepimus cum sanctum euangelium legeretur, non dubito q; omnes etiã intelligere conati sumus, & quisq; nostrum de re tam magna quæ lecta est, pro suo modulo cepit quod potuit, & posito pane uerbi, nemo est qui se queratur nihil gustasse. Sed interim non dubito, quia difficile quisq; est qui totum intellexerit: tamen etiam si est qui omnia uerba domini nostri Iesu Christi modo ex euãgelio recitata satis intelligat, toleret ministeriũ nostrum, quousq; si possumus illo adiuuante tractando faciamus, ut uel omnes, uel multi intelligant, quod se pauci intellexisse lætantur. Quod ait dominus, Ego sum lux mundi: clarum puto esse eis qui habent oculos, unde huius lucis participes fiant. Qui autem non habent oculos nisi in sola carne, mirantur quod dictum est à domino Iesu Christo, Ego sum lux mundi: & forte nõ desit qui dicat apud semetipsum, Nunquid forte dominus Christus est sol iste, qui ortu & occasu peragrat diem? Non enim defuerunt hæretici qui ista senserũt. Manichæi solem istum oculis carneis uisibilem, expositum & publicum, non tantum hominibus, sed etiã pecoribus ad uidẽdum, Christum dominũ esse putauerunt. Sed catholicæ ecclesiæ recta fides improbat tale commẽtum, & diabolicam doctrinã esse cognoscit. Nõ solũ agnoscit credendo, sed in quibus potest cõuincit etiã disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorem, quem sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Nõ arbitremur dominũ Iesum Christum hunc esse solem quem uidemus oriri ab oriente, occidere in occidente: cuius cursui nox succedit, cuius radij nube umbrantur, qui certo de loco in locum motione commigrat. Non est hoc dominus Christus, non est dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est,
Ioan. 1 Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Est ergo lux quæ fecit hanc lucẽ, hanc amemus, hãc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus, ut ad ipsam lucem aliquando ueniamus, & in illa ita uiuamus, ut nunq; omnino moriamur. Ista enim lux est, de qua pro/
Psal. 35 phetia olim præmissa, ita in psalmo cecinit, Homines & iumẽta saluabis domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Psalmi sancti ista uerba sunt. Aduertite quid de tali luce

antiquus

antiquus sanctorum hominum dei sermo præmiserit. Homines, inquit, & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Quomodo enim deus es, & habes multiplicem misericordiam: peruenit eadem multiplicitas misericordiæ tuæ, non solum ad homines quos creasti ad imaginem tuam, sed etiam ad pecora quæ hominibus subdidisti: à quo enim salus hominis, ab illo salus & pecoris. Non erubescas hoc sentire de domino deo tuo, imò præsumas & fidas & caueas ne aliter sentias. Qui saluum facit te, ipse saluum facit equum tuum, ipse ouem tuã, ad minima omnino ueniamus, ipse gallinam tuam. Do/
Psal. 35 mini est salus, & ista deus saluat. Mouet te, interrogas, miror quid dubitas, dedignabitur saluare, qui dignatus est creare? Domini est salus, Angelorum, hominum, pecorum, domini est salus. Sicut nemo est à seipso, ita nemo saluus est à seipso. Proinde uerissime psalmus atq; optime ait, Homines & iumenta saluos facies domine. Quare? Sicut multiplicata est
Psal. 35 misericordia tua deus: tu enim es deus, tu creasti, tu saluas, tu dedisti esse, tu das sanũ esse. Si ergo sicut multiplicata est misericordia dei, ab illo homines & iumenta saluantur, nónne homines habent aliquid aliud quod eis deus præstet creator, quod iumentis non præstet? Nullá ne discretio est inter animal factum ad imaginem dei, & animal subditum imagini dei? Est planè. Præter salutem istam communem nobiscum animantibus mutis, est quod nobis præstet deus, illis autem non præstet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: habentes modo salutem cõmunem cum pecoribus suis, filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutẽ in re, aliam in spe. Salus ista quæ in præsenti est, hominibus pecoribusq; cõmunis est: sed est alia quam sperant homines, & accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant, Filij autem hominum sub tegmine, inquit, alarum tuarum sperabunt. Qui autem perseuerant, sperant, à te proteguntur, ne de spe à diabolo deijciantur, sub tegmine alarum tuarum sperabunt: si ergo sperabunt, quid sperabunt nisi quod pecora non habebunt? Ine/
B briabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quale uinum est, unde inebriari laudabile est? Quale uinum est, quod nõ turbat, sed dirigit mentẽ? Quale uinum est, quod facit perpetuo sanum, non inebriando facit insanum? Inebriabuntur, unde? Ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Vnde? Quoniam apud te est fons uitæ, ipse fons uitæ ambulabat in terra: ipse dicebat, Qui sitit ueniat ad me, Ecce fons. Sed nos de lumine loqui cœperamus, & propositam ex euãgelio quæstionem de lumine tractabamus: lecta est enim nobis dicente domino, Ego sum lux mundi. Inde quæstio, ne quis carnaliter sapiens solem istum intelligendum putaret: uenimus inde ad psalmum, quo consyderato, inuenimus interim dominum fontem uitæ, bibe & uiue. Apud te inquit, fons uitæ, ideo sub umbraculo alarum tuarum sperabunt filij hominum, inebriari isto fonte quærentes. Sed de lumine dicebamus, sequere ergo: nam propheta cum dixisset, Apud te est fons uitæ, secutus adiunxit, & in lumine tuo uidebimus lumen, deum de deo, lumen de lumine: per hoc lumen factum est solis lumen, & lumen quod fecit solẽ, sub quo fecit & nos, factum est sub sole propter nos. Factum est, inquam, propter nos sub sole lumen quod fecit solem. Noli contemnere nubem carnis: nube tegitur, non ut obscuretur, sed ut temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen scientiæ, lumen sapientiæ: ait hominibus, Ego sum lux mundi. Qui sequitur me nõ ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ.) Quomodo te abstulit ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis? Non eẽ sufficit dicere, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen: addidit enim uitæ: sicut ibi dictum est, quoniam apud te est fons uitæ. Videte itaq; fratres mei, quomodo uerba domini cum illius psalmi ueritate concordent, & ibi lumen positum est cum fonte uitæ, & à domino dictum est lumen uitæ. In illis autem usibus corporalibus, aliud est lumen, aliud fons. Fontem fauces quærunt, lumen oculi: quando sitimus, quærimus fontem: quando in tenebris sumus, quærimus lumen: & si forte nocte sitiamus, lumen accendimus ut ad fontem ueniamus. Non est sic apud deum: quod lumen est, hoc est fons.

Qui tibi lucet ut uideas,ipſe tibi manat ut bibas. Videtis ergo fratres mei,uidetis ſi intus uidetis,quale hoc lumen eſt,de quo dominus dicit, Qui me ſequitur,non ambulabit in tenebris. Sequere iſtum ſolem,uideamus ſi non ambulabis in tenebris. Ecce oriendo exit à te,ille curſu ſuo ad occidentem pergit: tibi forte ad orientem profectio eſt, niſi tu in contrariam partem pergas, non qua ille tendit, ſequendo eum profecto errabis, pro oriente occidentem tenebis: tu eum in terra ſi ſequaris,errabis: nauta ſi eum in mari ſequatur, errabit. Poſtremo uidetur tibi ſequendum eſſe ſolem, & tendis etiam ipſe ad occidentem,quò & ille tendit. Videamus cum occiderit,ſi non ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodum & ſi nolueris eum deſerere tu,ipſe te deſeret, ſeruitutis ſuæ neceſſitate peragens diem. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus interim & cum per carnis nubem non omnibus apparebat,per ſapientiæ poteſtatem omnia tenebat. Deus tuus ubicũ totus eſt,ſi non ab illo facias caſum,nunquam à te ipſe facit occaſum. Qui ergo me,inquit,ſequitur, non ambulabit in tenebris,ſed habebit lumen uitæ. Quod promiſit,futuri temporis uerbo poſuit: nõ enim ait,habet,ſed habebit lumen uitæ: non ait tamen,qui ſequetur me,ſed qui ſequitur me. In eo quod facere debemus, præſens tempus poſuit: quod autem promiſit facientibus, futuri temporis uerbo ſignificauit. Qui ſequitur,habebit: modo ſequitur,poſt habebit: modo ſe-
2.Cor.5 quitur per fidem,poſt habebit per ſpeciem: quandiu enim ſumus in corpore, ait Apoſtolus,peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus,nõ per ſpeciem: quando per ſpeciem? Cum habuerimus lumen uitæ, cum ad illam uiſionem uenerimus, quando nox iſta
pſal.5 tranſierit. De illo quippe die qui exorturus eſt,dictum eſt, Mane aſtabo tibi & contemplabor. Quid eſt mane? Tranſacta nocte ſeculi huius,tranſactis erroribus tentationum, ſuperato illo leone qui nocte rugiens circumit,quem deuoret quærens. Mane aſtabo tibi & uidebo. Nunc uero quid putamus fratres huic tempori congruere,niſi quod rurſus in pſalmo
pſal.6 dicitur? Lauabo per ſingulas noctes lectum meum,lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Per ſingulas noctes,inquit,flebo,in deſiderio lucis ardebo. Videt dominus deſiderium me-
pſal.37 um. Quomodo dicit illi alter pſalmus, Ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Deſideras aurum,uideri poteſt: quærens enim aurum manifeſtus eris hominibus: deſideras frumentum, interrogas qui habeat, & cupiens peruenire ad id quod deſideras,indicas te. Deſideras deum,quis uidet niſi deus? à quo enim petis deum ſicut panem, ſicut aquam, ſicut aurum, ſicut argentum, ſicut frumentum? A quo petis deum niſi à deo? Ipſe petitur à ſeipſo, qui promittit ſeipſum. Extendat anima cupiditatem ſuam, & ſinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Deſiderari poteſt, concupiſci poteſt, ſuſpirari poteſt: in illud poteſt digne cogitari, & uerbis explicari non poteſt. Ergo fratres mei, quod dominus breuiter ait,Ego ſum lux mundi,qui me ſequitur,non ambulabit in tenebris,ſed habebit lumen uitæ. Quibus uerbis aliud eſt quod iuſſit, aliud quod promiſit. Faciamus quod iuſſit, ne impudenti fronte conſyderemus quod promiſit, ne dicat nobis in iudicio ſuo: feciſti enim quod iuſſi,ut petas quod promiſi? Quid ergo iuſſiſti domine deus noſter? Dicet tibi,ut ſequereris me. Conſilium uitæ petiſti,cuius uitæ, niſi de qua dictum eſt, Apud te eſt fons uitæ: audiuit quidam, Vade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis
Matth.19 theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me: triſtis abſceſſit, non eſt ſecutus. Quæſiuit magiſtrum bonum, interpellauit doctorem, & contempſit docentem: triſtis abſceſſit, ligatus cupiditatibus ſuis: triſtis abſceſſit, habens grandem ſarcinam auaritiæ ſuper humeros ſuos, laborabat, æſtuabat, & qui ab illo ſarcinam deponere uoluit, non eſt ſequendus putatus, ſed deſerendus. Poſtea uero quàm dominus per euangelium clamauit, Ve-
Matth.11 nite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego uos reficiam: Tollite iugum meum ſuper uos,& diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: quàm multi fecerunt audito euangelio,quod ex ore ipſius audito diues ille non fecit. Ergo modo faciamus, ſequamur dominum,ſoluamus compedes, quibus impedimur ſequi. Et quis idoneus ſoluere tales nodos,

niſi

niſi ille adiuuet cui dictũ eſt, Dirupiſti uincula mea? de quo alius pſalmus dicit, Dominus pſal.115
ſoluit compeditos,dominus eligit eliſos. Et quid ſequũtur ſoluti & erecti, niſi lumen à quo pſal.145
audiunt,Ego ſum lux mundi,qui me ſequitur,non ambulabit in tenebris,quia dominus illuminat cæcos. Illuminamur ergo modo fratres, habentes collyrium fidei. Præceſſit enim eius ſaliua cum terra, unde inungeretur qui cæcus eſt natus. Et nos de Adam cæci nati ſumus,illo illuminante opus habemus,miſcuit ſaliuam in terra, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: miſcuit ſaliuam cum terra, ideo prædictum eſt, Veritas de terra orta pſal.84
eſt: ipſe autem dixit, Ego ſum uia, ueritas & uita. Veritate perfruemur cum uiderimus fa- Ioan.14
cie ad faciem: quia & hoc promittitur nobis: nam quis auderet ſperare, quod deus non dignatus eſſet uel polliceri uel dare? Videbimus facie ad faciem: Apoſtolus dicit, Nunc 1.Cor.13
ſcio ex parte, nunc in ænigmate per ſpeculum: tunc autem facie ad faciem. Et Ioannes apoſtolus in epiſtola ſua, Dilectiſſimi,nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus: ſcimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus cum ſicuti eſt. 1.Ioan.3
Hæc eſt magna promiſſio: ſi amas ſequere, amo, inquis, ſed quà ſequor? Si dixiſſet tibi dominus deus tuus, Ego ſum ueritas & uita, deſiderans ueritatem, concupiſcens uitam, uiam qua ad hæc peruenire poſſes, profecto quæreres & diceres tibi, Magna res ueritas, magna res uita, ſi eſſet quomodo illuc peruenireт anima mea. Quæres quà? audi eum dicentem primo, Ego ſum uia: antequàm diceret quò, præmiſit quà, Ego ſum, inquit,uia. quò uia? Et ueritas & uita. Primo dixit quà uenias, poſtea dixit quò uenias. Ego ſum uia,ego ſum ueritas,ego ſum uita. Manens apud patrem, ueritas & uita, induens ſe carne, factus eſt uia. Non tibi dicitur, labora quærendo uiam, ut peruenias ad ueritatem & uitam, non hoc tibi dicitur, piger ſurge, uia ipſa ad te uenit, & te de ſomno dormientem excitauit: ſi tamen excitauit, ſurge & ambula. Forte conaris ambulare, & non potes, quia dolent pedes. Vnde dolent pedes? An iubente auaritia per aſpera cucurrerunt? Sed dei uer
B bum ſanauit & claudos. Ecce,inquis,ſanos habeo pedes,ſed ipſam uiam non uideo: illuminauit & cæcos: hoc totum per fidem, quandiu peregrinamur à domino manentes in corpore. Cum autem perambulauerimus uiam, & ad ipſam patriam peruenerimus, quid erit nobis lætius? quid erit nobis beatius? quia nihil pacatius, nihil enim aduerſus hominem rebellabit. Nunc uero fratres, difficile ſine rixa ſumus: ad concordiam quidem uocati ſumus,iubemur pacem habere inter nos, ad hoc conandum eſt, omnibuſq; nitendum uiribus,ut aliquando perueniamus ad perfectiſſimam pacem. Modo autem litigamus plerunque cum eis,quibus conſulere uolumus: ille errat, tu uis ducere ad uitam: reſiſtit paganus, diſputas contra errores idolorum & dæmoniorum: reſiſtit hæreticus,diſputas contra alias doctrinas dæmoniorum. Malus catholicus non uult bene uiuere: corripis etiam interiorem frattrem tuum, tecum manet in domo,& perditas uias quærit,æſtuas quomodo illum corrigas,ut de illo bonam rationem domino amborum reddas: quantæ undique rixarum neceſſitates? Plerunque homo tædio affectus,dicit apud ſemetipſum, Quid mihi eſt pati contradictores, pati eos qui reddunt mala pro bonis? Ego uolo conſulere, illi uolunt perire: conſumo uitam meam litigando, pacem non habeo: inimicos inſuper facio,quos amicos habere deberem,ſi benеuolentiam conſulentis attenderent. Quid mihi eſt iſta perpeti? Redeam ad me, mecum ero, deum meum inuocabo. Redi ad teipſum, ibi inuenies rixam: ſi cœpiſti deum ſequi,ibi inuenis rixam. Quam rixam,inquis,inuenio? Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem. Ecce tuipſe es,ecce tu ſolus es, ecce tecum Gal.5
es,ecce alium nullum hominem pateris: ſed uides aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuæ,& captiuantem te in lege peccati quæ eſt in membris tuis. Exclama ergo, & à rixa interiore clama ad deum,ut tibi pacificet te: miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, Quia qui me,inquit,ſequitur, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Finita tota rixa, immortalitas conſequetur, quia nouiſſima inimica deſtruetur mors. Et qualis pax erit?

Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. C
quò ut ueniamus, quia tunc erit in re, nunc sequamur in spe eũ qui dixit, Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Ab eo quod dictum est, Dixerunt ergo Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum, usque ad id quod dictum est, Verum est testimonium meum, quia scio unde ueni & quò uado.

Tractatus XXXV.

DE uerbis domini nostri Iesu Christi ubi ait, Ego sum lux mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ, hesterno die qui affuistis, diu disputatum esse meministis. Et si adhuc uelimus de illo lumine disputare, diu loqui possemus: nam non possumus explicare compendio. Itaque fratres mei, sequamur Christum lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ metuendæ sunt, morum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, sed interiorum: unde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Cum hæc ergo dixisset dominus noster Iesus Christus. Responderunt Iudæi, Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum.) Antequàm ueniret dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit & misit. De his etiam erat Ioannes Baptista, cui tam magnum ipsum lumen, quod est dominus Christus, perhibuit testimonium, quale nulli homi
Matth.11 num: ait enim, In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Hic tamen quo ne-
Ioan.1 mo erat maior in natis mulierum, dicit de domino Iesu Christo, Ego quidem baptizo uos in aqua, qui autem uenit fortior me est, cuius non sum dignus calciamentum soluere. Vide te quemadmodum se lucerna diei submittat: lucernã uero ipsum Ioannem fuisse dominus
Ioan.5 ipse testatur, Ille erat, inquit, lucerna ardens & lucens, & uos uoluistis ad horam exultare in
Matth.21 lumine eius. Quãdo autem dixerunt Iudæi domino, Dic nobis in qua potestate ista facis? D
Sciens dominus quia Ioannem Baptistam pro magno habebant, & quod ipse quem pro magno habebant, eis de domino testimonium perhibuisset, respondit eis, Interrogabo & & ego uos unum sermonem, dicite mihi, Baptismum Ioannis unde est, de cœlo, an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos, cogitabant, quia si dicerent ab hominibus, lapidari possent à turba, quæ Ioannem propheram esse credebat: si dicerent, de cœlo: responderet eis, Ille quem confitemini de cœlo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, & ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo, quodlibet horum respondissent, in laqueos se casuros, & dixerunt, Nescimus. Et dominus eis, Nec ego dico uobis, in qua potestate ista facio. Non uobis dico quod scio, quia non uultis fateri quod scitis: Iu-
psal.131 stissime utique repulsi, confusi abscesserunt. Et impletum est quod in psalmo per proph e-
tam dicit deus pater, Paraui lucernam Christo meo, id est, ipsum Ioannem, Inimicos eius in duam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Habebat ergo dominus Iesus Christus testimonium prophetarum ante se præmissorum, præconum iudicem præcedentium. Habebat testimonium à Ioanne, sed ipse maius testimonium erat quod sibi perhibebat. Illi autem infirmis oculis lucernas quærebant, quia diem ferre non poterant: nam Ioannes idem ipse apostolus, cuius euangelium in manibus habemus, in ipsius euangelij sui capite ait de Ioanne, Erat homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes, Hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum: non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: si omnem, ergo & Ioannem: unde dicit & ipse Ioannes, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista, ut proficiat mens uestra in fide Christi, ne semper infantes sitis ubera quærentes, & à cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctam ecclesiam Christi nutriri & ablactari, & ad escas solidiores accedere mente, non uentre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen quod illuminatur, aliud quod illumi-

nat: nam

A nat: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & unusquisque ita iurat, tangens oculos super lumina sua, sic uiuãt lumina mea. Vsitata iuratio est. Quæ lumina si lumina sunt, desit lumen in cubiculo tuo clauso, pateant & luceant tibi: non utique possunt. Quomodo ergo in ista facie quæ habemus & lumina nuncupamus, & quando sana sunt & quando patent, indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato & non illato, sana sunt, aperta sunt, nec tamen uident: sic mens nostra quæ est oculus animæ, nisi ueritatis lumine radietur, & ab illo qui illuminat, nec illuminatur, mirabiliter illustretur, nec ad sapientiam nec ad iustitiam poterit peruenire: ipsa est enim uita nostra iuste uiuere. Quomodo autem non offendit in uia, cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali uia uidere opus est, in tali uia uidere magnum est: nam Tobias in facie oculos clausos habebat, & filius patri manum dabat, pater filio uiam præcipiendo monstrabat. Responderunt ergo Iudæi, Tu de te testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum. Videamus quid audiant: audiamus & nos, sed non sicut illi: illi contemnentes, nos credentes: illi occidere Christum uolentes, nos per Christum uiuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras, & audiamus quid responderit dominus Iudæis. Respondit Iesus & dixit eis, Et si ego de me testimonium perhibeo, uerum est testimonium meum: quia scio unde ueni, & quò uado.) Lumen & alia demonstrat & seipsum. Accendis lucernam, uerbi gratia, ut quæras tunicam, & præstat tibi ardens lucerna ut inuenias tunicam: nunquid accendis lucernam ut uideas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardens idonea est & alia quæ tenebris operiebantur nudare, & seipsam tuis oculis demonstrare: sic & dominus Christus, & inter fideles suos, & inimicos Iudæos, tanquam inter lucem & tenebras distinguebat, tanquam inter illos quos radio fidei perfundebat, & illos quorum clausos oculos circumfundebat. Nam etiam sol iste & uidentis faciem illustrat & cæci: ambo pariter stantes, & faciem ad solem habentes, illustrantur in carne, sed nõ ambo illuminãtur in acie: uidet ille, sed nõ ille uidet. Ambobus sol præsens
B est, sed præsente sole unus absens: sic & sapientia dei, uerbum dei, dominus Iesus Christus ubique præsens est, quia ubique est ueritas, ubique est sapientia. Intelligit quis in oriente iustitiam: intelligit alius in occidente iustitiam, nunquid alia est iustitia quam ille intelligit, alia quam iste? Separati sunt corpore, & in uno habent acies mentium suarum. Quam uideo iustitiam hic constitutus, si iustitia est: ipsam uidet iustus nescio quot mansionibus à me carne seiunctus, & in illius iustitia luce coniunctus. Ergo testimonium sibi perhibet lux, aperit sanos oculos, & sibi ipsa testis est ut cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? nunquid illis non est præsens? Est præsens & illis, sed quibus eam uideant, oculos non habent cordis. Audi de illis ex euangelio ipso prolatam sententiam, Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ergo ait dominus & uerum ait, Et si ego de me testimonium perhibeo, uerum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quò uado. Patrem uolebat intelligi, patri gloriam dabat filius: æqualis glorificat eum à quo est missus, quantum debet homo glorificare eum à quo est creatus? Scio enim unde ueni, & quò uado. Iste qui in præsentia uobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamen uenit: non enim ueniendo inde discessit, aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? deus est: non potest hoc fieri, sed ab homine, non potest hoc fieri ab ipso sole, quando pergit ad occidentem, deserit orientem, & donec orituru redeat ad orientem, non est in oriente: dominus autem noster Iesus Christus & uenit & ibi est, & rediit & hic est. Audi ipsum euangelistam alio loco dicentem, & si potes cape: si non potes, crede. Deum, inquit, nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: non dixit, fuit in sinu patris, quasi ueniendo deseruerit sinum patris. Hic loquebatur, & ibi se esse dicebat: qui & hinc discessurus, quid dixit, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus Matth.28
usque ad consummationem seculi. Ergo uerum est testimonium luminis, siue se ostendat si ue alia: quia sine lumine non potes uidere lumen, & sine lumine non potes uidere quodlibet aliud,

bet aliud quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demonstranda ea quæ non sunt lumina, nunquid in se deficit? nunquid se non aperit, sine quo alia patere non possunt? Locutus est Propheta uerum, sed unde haberet nisi de fonte hauriret? Locutus est Ioannes uerum, sed unde locutus est, ipsum interroga, Nos, inquit, de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est dominus noster Iesus Christus, qui sibi perhibebat testimonium. Sed plane fratres mei, in nocte huius seculi audiamus & prophetiam intente: modo enim ad fragilitatem nostram, nocturnasq; cordis nostri intimas tenebras humilis uoluit uenire dominus noster. Homo uenit contemnendus & honorandus, uenit negandus & confitendus: contemnendus & negandus à Iudæis, honorandus & confitendus à nobis: iudicandus iniuste, iudicaturus iuste. Talis ergo uenit, ut oporteret ei lucernam testimonium perhibere: nunquid opus erat, ut Ioannes tanquam lucerna perhiberet testimonium diei, si dies ipse ab infirmitate nostra posset uideri? Sed non poteramus. Infirmus factus est infirmis, per infirmitatem sanauit infirmitatem: per mortalem carnem carnis abstulit mortem: de corpore suo collyrium fecit luminibus nostris. Quia ergo dominus uenit, & in nocte seculi adhuc sumus, oportet ut & prophetias audiamus: nam de prophetia conuincimus contradicentes paganos. Quid est Christus, dicit paganus? Cui respondemus, quem prænunciauerunt prophetæ. Et ille, qui prophetæ? Recitamus Esaiam, Danielem, Hieremiam, alios sanctos prophetas, dicimus quàm longe ante illum uenerint, quanto tempore aduentum eius præcesserint: hoc ergo respondemus, Præuenerunt eum prophetæ, prædixerunt eum esse uenturum. Respondet aliquis eorum, qui prophetæ? Nos recitamus, qui nobis quotidie recitantur. Et ille, qui sunt hi prophetæ? Nos respondemus, qui & prædixerunt ea, quæ fieri uidemus: & ille, Vos, inquit, uobis illa finxistis: uidistis ea fieri, & quasi uentura quæ prædicta sunt essent, in libris quibus uoluistis, conscripsistis. Hic contra inimicos paganos, occurrit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices à Iudæis, & respondemus, Nempe & uos & illi, fidei nostræ estis inimici, ideo sparsi sunt per gentes, ut alios ex alijs conuin-
Esaiæ.53 camus inimicis. Codex Esaiæ proferatur à Iudæis, uideamus si non ibi lego, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente fuit sine uoce, sic non aperuit os suum, in humilitate iudicium eius sublatum est, liuore eius sanati sumus. Omnes ut oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna una. Alia proferatur, Psal-
ualebat una lucerna Psal.21 mus aperiatur, etiam inde prædicta passio Christi recitetur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea, in ecclesia magna confitebor tibi. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium: quia domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Erubescat unus inimicus, quia codicem ministrabat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis, ab uno inimico alterum uici, & ipse qui mihi codicem protulit, non relinquatur: ab illo proferatur, unde & ipse uincatur. Lego
Malach.1 alium prophetam, & inuenio dominum loquentem ad Iudæos, Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus uestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Non uenis Iudæe ad sacrificium mundum? conuinco te immundum. Ecce & lucernæ perhibent testimonium diei propter infirmitatem nostram, quia diei claritatem tolerare & uidere non possumus: nam & nosipsi Christiani in comparatione quidem infidelium lux iam sumus: unde dicit
Ephe.5 Apostolus, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, sicut filij lucis am-
Rom.13 bulate. Et alibi dixit, Nox præcessit, dies autem appropinquabit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis ad quam uenturi sumus, adhuc nox est etiam dies in quo sumus. Audi Petrum apostolum, delatam dicit domino Christo uocem de magnifica potestate, Tu

es filius

A es filius meus dilectus, in quo bene complacui: hanc uocem, inquit, nos de cœlo audiuimus delatam, cum essemus cum illo in monte sancto. Sed quia nos non ibi fuimus, & istam uocem de cœlo tunc non audiuimus, ait ad nos ipse Petrus, Et habemus certiorem propheticum sermonem: præuidens enim dominus Iesus Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuendo, prophetas ante præmisit: nunquid eum si magus erat, & magicis artibus fecit ut coleretur, & mortuus magus erat antequ natus? Prophetas audi, ô homo mortue, & uermescendo calumniose: prophetas audi, lege: audi quia ante dominum uenerunt. Habemus, inquit apostolus Petrus certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Quando ergo dominus Iesus Christus uenerit, & sicut dicit etiam apostolus Paulus, illuminauerit occulta tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, ut laus sit unicuique à deo, tunc præsente tali die lucernæ non erunt necessariæ. Non legetur nobis propheta, non aperietur codex Apostoli, non requiretur testimonium Ioannis, nõ ipso indigebimus euangelio: ergo omnes scripturæ tollẽtur de medio, quæ nobis in huius seculi nocte tanquam lucernæ accendebantur, ne in tenebris remanere-
mus. Istis omnibus sublatis, ne quasi nobis luceant indigentibus, & ipsis hominibus dei per quos hæc ministrata sunt, nobiscum lumen illud uerum clarumq; uidentibus, remotis ergo his adiumentis quid uidebimus? Vnde pascetur mens nostra? Vnde obtutus ille lætabitur? Vnde erit illud gaudium, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Quid uidebimus? Obsecro uos, amate mecum, currite credendo mecum, patriam supernam desideremus, supernæ patriæ suspiremus, peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc uidebimus, dicat nunc euangelium, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Vnde tibi ros insperfus est, ad fontem uenies, unde radius per obliqua & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est, nudus ipsam lucẽ uide-
B bis, cui uidendæ ferendæq; mundaris. Dilectissimi, quod & hesterno commemoraui, Ioannes ipse dicit, Filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparue- 1.Ioan.3
rit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Sentio uestros affectus attolli mecum in superna, sed corpus quod corrũpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Depositurus sum & ego codicem istum, discessuri estis & uos quisque ad sua. Bene nobis fuit in luce communi, bene gauisi sumus, bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus, ab illo non recedamus.

Ab eo quod dictum est, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam, usq; ad id quod dictum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Tractatus XXXVI.

IN quatuor euangelijs, uel potius quatuor libris unius euangelij sanctus Ioannes apostolus, non immerito secundum intelligentiam spiritalem aquilæ comparatus, altius multoq; sublimius alijs tribus erexit prædicationem suam, & in eius erectione etiam corda nostra erigi uoluit: nam cæteri tres euangelistæ tanquam cum homine domino in terra ambulabant, de diuinitate eius pauca dixerunt: istũ autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se, non solum super terram, & super omnem ambitũ aëris & cœli, sed super omnem etiã exercitum angelorũ, omnemq; constitutionem inuisibilium potestatũ, & peruenit ad eũ per quẽ facta sunt omnia: dicendo, In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Huic tantæ sublimitati principij etiam cætera congrua prædicauit, & de domini diuinitate quomodo nullus alius est locutus, hoc ructabat quod biberat. Non enim sine cau-

ſa de illo in iſto euangelio narratur,quia & in conuiuio ſuper pectus domini diſcumbebat. C
De illo ergo pectore in ſecreto bibebat: ſed quod in ſecreto bibit, in manifeſto eructauit,
ut perueniat ad omnes gentes,nō ſolum incarnatio filij dei,paſſio, & reſurrectio, ſed etiam
quod erat ante incarnationem,unicus patri,uerbum patris, coæternus generanti,æqualis ei
à quo miſſus eſt, ſed in ipſa miſſione minor factus,quo maior eſſet pater. Quicquid ergo
humiliter poſitum auditis de domino Ieſu Chriſto,ſuſcipite carnis diſpenſationem, cogita
te qualis factus eſt propter nos, non qualis erat ut faceret nos: quicquid autem ſublime &
ſupra omnes creaturas excelſum atque diuinum, & patri æquale atque coæternum de illo
audieritis in euangelio poni uel legeritis, ſcitote uos hoc legere quod ad formam dei perti
net,non quod ad formam ſerui:quia ſi iſtam regulam tenueritis qui capere poteſtis,non au
tem omnes capere poteſtis,ſed omnes credere debetis: ſi ergo hanc regulam tenueritis, ad
uerſus calumnias tenebrarum hæreticarum,tanquam in lumine ambulantes ſecuri pugna
bitis. Non enim defuerunt qui ſola euangelica teſtimonia legendo ſectarentur, quæ de
humilitate Chriſti poſita ſunt, qui aduerſus ea teſtimonia, quæ de diuinitate eius locuta
ſunt, ſurdi fuerunt: ideo ſurdi ut male uerboſi. Item quidam illa ſola attendentes, quæ
de domini ſublimitate dicta ſunt, etiam ipſi miſericordiam eius qua homo factus eſt pro
pter nos, & ſi legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta, atque falſa eſſe puta
uerunt,contendentes deum tantummodo fuiſſe dominum noſtrum Chriſtum,non etiam
hominem:alij ſic,alij ſic,utrique in errore. Catholica autem fides ex utroque uerum tenens
quod tenet, & prædicans quod credit, & deum Chriſtum intellexit, & hominem credidit:
utrunque enim ſcriptum eſt, & utrunq; uerum eſt. Si deum tantum dixeris Chriſtum,me
dicinam negas qua ſanatus es: ſi hominem tantum dixeris Chriſtum, potentiam negas
qua creatus es. Vtrunq; igitur tene anima fidelis & cor catholicum:utrunque tene, utrunq;
crede,utrunq; fideliter confitere:& deus Chriſtus eſt,& homo Chriſtus. Qualis deus Chri
ſtus? æqualis patri,unus cum patre. Qualis homo Chriſtus? De uirgine natus, trahens de D
homine mortalitatē,non trahens iniquitatē. Iſti ergo Iudæi uidebant hominē,nec intellige
bant,nec credebant deum,atque inter cætera audiſtis iam quemadmodum ei dixerunt, Tu
de teipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuum non eſt uerum, audiſtis etiam quid ille re
ſponderit, cum heſterno die lectum eſſet, & pro noſtris uiribus diſputatum. Hodie uerba
eius hæc locuta ſunt. Vos ſecundum carnem iudicatis.) Ideo, inquit, mihi dicitis, Tu de
te teſtimonium dicis,teſtimonium tuum non eſt uerum, quia ſecundum carnem iudicatis,
quia deum non intelligitis,& hominem uidetis, & hominem perſequendo deum latentem
offenditis,ergo ſecundum carnem iudicatis. Ideo uobis arrogans uideor, quia ego teſtimo
nium perhibeo: omnis enim homo quando de ſe uult perhibere teſtimonium laudabile,
Prouer. 27 arrogans & ſuperbus uidetur:ideo ſcriptum eſt, Nō te laudet os tuum,ſed laudet te os pro
ximi tui:ſed hoc homini dictum eſt: infirmi enim ſumus, & apud infirmos loquimur, ue
rum dicere & mentiri poſſumus, & ſi uerum dicere debemus, & mentiri tamen poſſumus
cum uolumus. Lux mentiri non poteſt, abſit ut in lucis diuinæ ſplendore tenebræ menda
cij reperiantur. Loquebatur ille tanquam lux, loquebatur tanquam ueritas, ſed lux in tene
bris lucebat,& tenebræ eam non comprehenderunt:ideo ſecundū carnem iudicabant. Vos,
inquit,ſecundum carnem iudicatis. Ego non iudico quenquam.) Nō ergo iudicat quenq;
dominus Ieſus Chriſtus? Nónne ipſe eſt quem confitemur reſurrexiſſe tertia die, aſcendiſ
ſe in cœlum,ibi ſedere ad dexteram patris,inde eſſe uenturum ad iudicandos uiuos & mor
Roma.16 tuos? Nónne ipſa eſt fides noſtra, de qua dicit Apoſtolus, Corde creditur ad iuſtitiam,
ore autem confeſſio fit ad ſalutem? Ergo quando iſta confitemur, contra dominum lo
quimur? Nos dicimus uenturum iudicem uiuorum & mortuorum: ipſe autem dicit. Ego
Ioan.5 non iudico quenquam,id eſt modo, ſicut dicit alio loco, Ego non ueni ut iudicem mundū,
ſed ut ſaluum faciam mundum, non iudicium ſuum negando, ſed differendo. Aut certe

quia

A quia dixerat, Vos ſecundum carnem iudicatis,ita ſubiunxit,Ego non iudico quenquam,ut
ſubaudias,ſecundum carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quam tenemus & annuncia
mus de iudice Chriſto,ſcrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit Chriſtus, ſed pri
mo ſaluare,poſtea iudicare,eos iudicando in pœnam qui ſaluari noluerunt, eos perducen
do ad uitam,qui credendo ſalutem non reſpuerunt. Prima ergo diſpenſatio domini noſtri
Ieſu Chriſti medicinalis eſt, non iudicialis:nam ſi primo uenilſet iudicaturus, neminem in
ueniſſet cui præmia iuſtitiæ redderet. Quia ergo uidit omnes peccatores, & omnino nemi
nē eſſe immunē à morte peccati: prius erat eius miſericordia præroganda, & poſt exercen
dum iudicium: quia de illo cantauerat pſalmus, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi pſal.100
domine. Non enim iudicium ait & miſericordiam, nam ſi primo eſſet iudicium, nulla eſſet
miſericordia:ſed primo miſericordia,poſtea iudicium. Quæ eſt primo miſericordia? Crea
tor hominis,homo eſſe dignatus eſt,factus eſt quod fecerat,ne periret quod fecerat. Quid
huic miſericordiæ addi poteſt? Et tamen addidit, Parum fuit ei hominē fieri, ſed etiam ab
hominibus reprobari:parum fuit reprobari,& exhonorari:parum erat exhonorari, & occi
di: ſed hoc parum eſt, morte crucis. Nam & cum eius obedientiam uſque ad mortem
factam commendaret Apoſtolus, parum illi fuit dicere, factus obediens uſque ad mor philip. 2
tem,non enim qualemcunque mortem,ſed addidit:mortem autem crucis. Illa morte peius
nihil fuit inter omnia genera mortium. Denique ubi dolores acerrimi exagitant, cruciatus
uocatur,à cruce nominatus:pendentes enim in ligno crucifixi,clauis ad lignum pedibus ma
nibuſq; confixi,producta morte necabantur:nō enim crucifigi hoc erat occidi,ſed diu uiue
batur in cruce,non quia longior uita eligebatur,ſed quia mors ipſa protendebatur, nec do
lor citius finiretur. Mori uoluit pro nobis, parum dicimus,crucifigi dignatus eſt, uſque ad
mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & peſſimum genus mortis, qui omnem
fuerat ablaturus mortem. De morte peſſima occidit omnem mortem: peſſima enim erat
B non intelligentibus Iudæis, nam à domino electa erat: ipſam enim crucem ſuam ſignum
habiturus erat, ipſam crucem de diabolo ſuperato tanquam trophæum in frontibus fide
lium poſiturus, ut diceret Apoſtolus, Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Gal.6
Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Nihil erat tunc in carne
intolerabilius, nihil eſt nunc in fronte glorioſius. Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorē
dedit ſupplicio ſuo? Denique modo in pœnis reorum non eſt apud Romanos, ubi enim
domini crux honorata eſt, putatum eſt quod & reus honoraretur ſi crucifigeretur. Qui er
go ideo uenit,neminem iudicauit & mala paſſus eſt: pertulit iniuſtum iudicium, ut ageret
iuſtum:ſed in eo quòd pertulit iniuſtum,miſericordiæ fuit. Denique ita humilis factus eſt
ut perueniret ad crucem, diſtulit quidem potentiam, ſed publicauit miſericordiam. Vnde
diſtulit potentiam? Quia de cruce noluit deſcendere, qui potuit de ſepulchro reſurgere.
Vnde publicauit miſericordiam? quia pendens in cruce dixit, Pater ignoſce illis, quia ne Luc.23
ſciunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc, quia non uenerat iudicare mundum, ſed ſal
uare mundum,dixit,Ego nō quenquam iudico:ſiue quemadmodum commemoraui, quo
niam dixerat, Vos ſecundum carnem iudicatis:addidit, Ego non iudico quenquam, ut in
telligamus Chriſtum non ſecundum carnem iudicare, ſicut ab hominibus iudicatus eſt:
nam ut agnoſcatis iam & iudicem Chriſtum, audite quod ſequitur, Et ſi iudico ego, iu
dicium meum uerum eſt.) Ecce habes & iudicem, ſed agnoſce ſaluatorem, ne ſentias iudi
cem. Quare autem dixit iudicium ſuum uerum eſſe? Quia ſolus, inquit, non ſum,ſed
ego & qui miſit me pater.) Dixi uobis fratres, quia Ioannes iſte euangeliſta ſan
ctus multum alte uolat: uix eſt eum mente comprehendere. Myſterium autem altius uo
lantis opus eſt ut commemorem charitati ueſtræ. Et apud Ezechielem prophetam, & in Ezechi
Apocalypſi ipſius Ioannis, cuius eſt hoc euangelium, commemoratur animal quadru Apoc.4
pes, habens quatuor perſonas, hominis, uituli, leonis, aquilæ. Qui ante nos ſcriptura
rum ſanctarum myſteria tractauerunt,pleriq; in hoc animali, uel potius in his animalibus

quatuor

quatuor euangelistas intellexerunt. Leonem pro rege positum,quoniam uidetur leo rex es/ C
se quodāmodo bestiarū,propter potentiā & terribilem fortitudinem. Hæc persona tributa
est Matthæo, quia in generationibus domini regum seriem prosecutus est, quemadmodū
esset dominus per stirpem regiam de semine Dauid regis. Lucas autem quoniam cœpit à
sacerdotio Zachariæ sacerdotis,faciens mentionem patris Ioannis Baptistæ, uitulo depu/
tatus est,quia magna uictima uitulus erat in sacrificijs sacerdotum.Marco homo Christus
merito assignatus est,quia neque de regia potestate aliquid dixit, neque de sacerdotali cœ/
pit, sed tantum ab homine Christo exorsus est. Hi omnes propè de terrenis, id est de his
quæ in terra gessit dominus noster Iesus Christus, non recesserunt: de diuinitate eius per/
pauca locuti sunt, tanquam in terra cum illo ambulantes. Restat aquila, ipse est Ioannes,
sublimium prædicator, & lucis internæ atque æternæ fixis oculis contemplator: dicuntur
enim & pulli aquilarum à parētibus sic probari,patris scilicet ungue suspendi, & radijs solis
opponi,qui firme contemplatus fuerit,filius agnoscitur: si acie palpitauerit, tanquam adul/
terinus ab ungue dimittitur. Iam ergo uidete quàm sublimia loqui debuit, qui est aquilæ
comparatus,& tamen etiam nos humi repentes, infirmi & uix ullius momenti inter homi/
nes, audemus tractare ista, & ista exponere, & putamus nos aut capere posse cum cogita/
mus,aut capi dum dicimus.Quare ista dixi? forte enim post hæc uerba quisquam mihi iu/
ste dicat,Pone ergo codicem:quod excedit mensuram tuam, quid sumis in manum tuam?
quid ei committis linguam tuam? ad hoc respondeo, Multi hæretici abundant, & ad hoc
eos deus abundare permisit,ne semper lacte nutriamur, & in bruta infantia remaneamus.
Quia enim non intellexerunt quomodo commendaretur diuinitas Christi,sapuerunt sicut
uoluerunt.Non aūt recte sapiendo,fidelibus catholicis quæstiones molestissimas intulerūt:
cœperūt exagitare & fluctuare corda fideliū. Iam tunc necessitas facta est spiritalibus uiris,
qui aliquid secundum diuinitatem domini nostri Iesu Christi, non solum legerant in euan
gelio, sed etiam intellexerant, ut contra arma diaboli Christi arma proferrent, & de Chri D
sti diuinitate aduersus falsos fallacesq; doctores, quantum possent uiribus, apertissima
conflictatione pugnarent, ne cum ipsi tacerent, alij perirent. Quicunque enim senserunt
dominum nostrum Iesum Christum, aut diuersæ substantiæ esse quàm pater est,aut tan/
tum esse Christum solum ut ipse sit pater, ipse sit filius,ipse sit spiritussanctus: quicunque
etiam sentire uoluerunt hominem fuisse solum,non deum factum hominem,aut ita deum
ut in sua diuinitate mutabilem,aut ita deum ut non & hominem, à fide naufragauerunt,&
de portu ecclesiæ proiecti sunt, ne inquietudine sua naues secum positas frangerent. Quæ
res coēgit,ut etiam nos minimi,& quantum ad nos pertinet prorsus indigni,quantum au/
tem ad illius misericordiam,in aliquo dispensatorum eius numero constituti,non uobis ta/
ceamus,quod aut intelligatis,mecumq; gaudeatis,aut si intelligere nondum ualetis,creden
do securi in portu maneatis.Dicam ergo,capiat qui potest,credat qui non potest. Tamen
dicam quod ait dominus, Vos secundum carnem iudicatis,ego non iudico quenquam, aut
modo,aut secundum carnem:sed etsi ego iudico,iudicium meum uerum est. Quare iudiciū
meum uerum est? Quia solus non sum,inquit,sed ego,& qui misit me pater.Quid ergo do
mine Iesu? Si solus esses,falsum esset iudicium tuum,& ideo uerum iudicas,quia solus non
es,sed tu & qui te misit pater.Quid responsurus sum? ipse respondeat, Verum est,inquit,iu
dicium meum.Quare? quia solus non sum,sed ego & qui misit me pater mecum est. Si te/
cum est,quomodo te misit? Et te misit, & tecum est, itáne & missus non recessisti, itáne &
ad nos uenisti,& ibi mansisti? Quomodo istud creditur? quomodo capitur? ad hæc duo
respondeo, Quomodo capitur, recte dicis: quomodo creditur, non recte dicis. Imò ideo
bene creditur,quia non cito capitur:nam si cito caperetur,non opus erat ut crederetur, quia
uideretur :ideo credis, quia non capis, sed credendo fis idoneus ut capias. Nam si non
credis, nunquam capies, quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundat te, ut in/
tellectus impleat te. Verum est, inquit, iudicium meum, quia solus non sum, sed ego &
qui mi/

A qui misit me pater.Ergo domine deus noster Iesu Christe, missio tua incarnatio tua est: sic
uideo, sic intelligo: postremo sic credo, ne arrogantiæ sit dicere, sic intelligo. Prorsus &
hic est dominus noster Iesus Christus,imò hic erat secundum carnem, modo hic est secun/
dum diuinitatem,& cum patre erat,& à patre non recesserat.Quòd ergo dicitur missus ue/
nisse ad nos,incarnatio ipsius commendatur,quia pater non est incarnatus.Nam Sabellia
ni dicti sunt quidam hæretici,qui uocantur & Patripassiani,qui dicunt ipsum patrem pas/
sum fuisse,noli tu catholice:si enim fueris Patripassianus,non eris sanus. Ergo intellige mis
sionem filij nominatam incarnationem filij:patrem autem incarnatum esse non credas,sed
& à filio incarnato patrem recessisse non credas. Ille carnem portabat, ille autem cum filio
erat.Si in cœlo pater,in terra filius:quomodo pater cum filio erat? quia & pater & filius ubi
que erant:non enim in cœlo sic est deus,ut non sit in terra. Audi illum qui uolebat fugere iu
dicium dei,& non inueniebat quò,Quò ibo,inquit,à spiritu tuo,& à facie tua quò fugiam? psal.138
si ascendero in cœlum,tu ibi es. De terra erat quæstio:audi quod sequitur,si descendero ad
infernum ades.Si ergo &in inferno dicitur quod adsit,quid rerum remanet ubi non sit? uox
enim dei est apud prophetam,Cœlū & terram ego impleo. Vbiq; ergo est qui nullo clau/ Hiere.23
ditur loco:noli ab illo auerti,& tecum est.Si uis ad eum peruenire,noli piger esse amare:nō
enim pedibus,sed affectibus curris, uno loco manens uenis,si credis & diligis: ergo ubique
est.Si ubiq; est,quomodo cum filio non est? Itá ne cum filio nō est, qui si credis & tecū est?
Vnde ergo uerum est iudicium eius, nisi quia uerus est filius? Hoc enim dixit,Et si iudico,
uerū est iudiciū meū, quia solus non sum,sed ego & qui misit me pater: tanquā diceret, Ve
rū est iudiciū meū,quia filius dei sum:unde probas quia filius dei es? quia solus nō sum,sed
ego & qui misit me pater.Erubesce Sabelliane,audis filiū,audis patrē. Pater pater est,filius Sabelliani.
filius est:non dixit, Ego sum pater,& egoipse sum filius:sed solusnon sum,inquit.Quare so
lus nō es? quia mecū est pater.Ego sum,& qui me misit pater:audis, ego sum,& qui me mi
B sit. Ne perdas personam,distingue personas,distingue intelligentiam, noli separare perfi/
dia,ne iterum quasi fugiens Charybdim,in Scyllam incurras: uorabat enim te gurges im/
pietatis Sabellianorū,ut diceres ipsum esse patrē qui est filius,modo didicisti,solus nō sum,
sed ego & qui misit me pater.Agnoscis quia pater pater est,& filius filius est.Bene agnoscis:
sed noli dicere,pater maior est,filius minor est: noli dicere,pater aurum est,filius argentum
est.Vna substantia est,una diuinitas,una coæternitas,perfecta æqualitas,dissimilitudo nul
la.Nam si tantummodo alterum crederis esse Christum, non cum qui pater est, & in ali/
quo tamen distantem secundum naturam esse putaueris,à Charybdi quidē euasisti, sed in
Scyllæis scopulis naufragasti.In medio nauiga, utrunq; periculosum latus euita.Pater pa/
ter est,filius filius est. Iam dicis pater pater est,filius filius est: bene periculum absorbentis
gurgitis euasisti, quid uis ire in alteram partem,ut dicas,Aliud est pater,filius aliud? Alius
est recte dicis,aliud non recte: alius enim est filius,quia non est ipse qui pater,& alius pater
quia non est ipse qui filius:non tamen aliud,sed hocipsum est & pater & filius.Quid est,hoc
ipsum est? Vnus deus est.Audisti quia non sum solus,sed ego & qui misit me pater, audi/
quomodo credas patrem & filium, audi ipsum filium, Ego & pater unum sumus: non di/
xit,pater ego sum,aut ego & pater unum est:sed cum dicit,Ego & pater unū sumus, utrun/
que audi, & unum & sumus, & à Charybdi & à Scylla liberaberis. In duobus istis uerbis,
quòd dixit,unum,liberat te ab Ario:quòd dixit,sumus,liberat te à Sabellio.Si unum, non
ergo diuersum:si sumus,ergo & pater & filius:sumus enim non diceret de uno,sed unū non
diceret de diuersis:ergo ideo uerum est,inquit,iudicium meū, breuiter ut audias, quia filius
dei sum: sed sic tibi persuadeo, inquit, quia filius dei sum, ut intelligas quia mecum est pa/
ter, non sic sum filius ut ipsum deseruerim, non ita hic sum ut cum ipso non sim, non ita ibi
ille est,ut mecum non sit.Formam serui accepi,sed formam dei nō amisi.Solus ergo,inquit,
non sum, sed ego & qui misit me pater. Dixerat de iudicio, de testimonio uult dicere.
In lege, inquit, uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est, Ego
sum

sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pa- C
ter.) Expositit illis & legem si ingrati non essent. Magna enim quæstio est fratres mei, & val
Deut.19 de mihi uidetur in mysterio res esse constituta: ubi deus dixit, In ore duorum uel trium te-
stium stabit omne uerbum. Veritas quæritur per duos testes? Ita planè, sic se habet huma-
ni generis consuetudo: sed tamen fieri potest ut & duo mentiantur. Susanna casta duobus
Daniel. 13 falsis testibus urgebatur, nunquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? De duobus
Matth.26 dicimus aut de tribus, uniuersus populus mentitus est contra Christum. Si ergo populus
constans ex magna hominum multitudine, falsus testis inuentus est, quomodo accipiendũ
est, In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum, nisi quia hoc modo per myste-
rium trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas ueritatis? Vis habere bonam
causam? habeto duos uel tres testes, patrem & filium & spiritum sanctum. Denicq; quando
Susanna casta fœmina, fidelisq; cõiunx, duobus falsis testibus urgebatur, trinitas illi in con
scientia atq; in occulto suffragabatur, illa trinitas de occulto unum testem Danielem exci-
tauit, & duos conuincit. Ergo quia in lege uestra scriptum est, duorum hominum testimo-
nium uerum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium. Ego enim, inquit, nõ
iudico quenquam, sed testimonium perhibeo de me: differo iudicium, nõ differo testimo-
nium. Eligamus nobis fratres contra linguas hominum, contra infirmas suspiciones gene-
ris humani deum iudicem, deum testem: non enim dedignatur testis esse qui iudex est, aut
promouetur cum sit iudex, quoniam qui testis est ipse iudex erit. Quare ipse testis? quia nõ
quærit alium unde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? quia ipse habet potestatem mortifi
candi & uiuificandi, damnandi & absoluendi, in gehennam præcipitandi, & in cœlos leuan
di, diabolo coniungendi & cum angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatẽ,
iudex est: quia uero ut te cognoscat non quærit alium testem, qui tunc iudicabit te, modo
uidet te. Non est unde illum fallas, cum cœperit iudicare: non enim adhibes tibi aliquos fal
sos testes, qui iudicem illum possent circumuenire. Quando cœperit iudicare deus, hoc tibi D
dicet, Quando contemnebas, ego uidebam: & quando non credebas, sententiam meã non
frustrabam: differebam, non auferebam: noluisti audire quod præcepi, senties quod prædi-
xi: si autem audias quæ præcepi, nõ mala senties quæ prædixi, sed bona percipies quæ pro-
misi: ne aliquem sanè moueat quod ait, Verum est iudicium meum, quia solus nõ sum, sed
ego & qui misit me pater: cum alibi dixerit, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciũ
dedit filio. Iam in eisdem uerbis euangelij disputauimus, & nunc admonemus nõ hoc ideo
dictum, quia pater non erit cum filio iudicante, sed quoniam bonis & malis in iudicio solus
filius apparebit in ea forma in qua passus est, & resurrexit, & ascendit in cœlum: discipulis
Act.1 quippe tunc aspicientibus ascendentem uox angelica sonuit: Sic ueniet quemadmodum ui
distis eum euntem in cœlum, id est in forma hominis, in qua iudicatus est iudicabit, ut etiã
Zach.12 illud propheticum impleatur, Videbunt in quem pupugerunt. Cum uero euntibus iustis in
uitam æternam, uidebimus eum sicuti est, non erit illud iudicium uiuorum & mortuorum,
sed præmium tantummodo uiuorum. Item ne moueat quod ait, In lege uestra scriptũ est,
quia duorum hominum testimonium uerum est, & ideo quisquam existimet non fuisse il-
lam legem dei, quia non dictum est in lege dei: sciat ita dictum esse in lege uestra, tanquã
diceret, quæ uobis est data, à quo nisi à deo? Sicut dicimus, Panem nostrum quotidianum
& tamen dicimus, Da nobis hodie.

Ab eo quod dictum est, Dicebant ergo, Vbi est pater tuus? usque
ad id quod dictum est, Et nemo apprehendit eum, quia nondum ue-
nerat hora eius. Tractatus XXXVII.

QVod in sancto euangelio breuiter dicitur, nõ breuiter oportet exponi, ut quod auditur, intelligatur. Verba enim pauca domini, sed magna sunt: non numero æstimanda, sed pondere: nec ideo contemnenda quia pauca, sed ideo quærenda quia magna. Qui affuistis hesterno die audistis: ut potuimus disputauimus ex eo quod

A eo q; ait dñs: Vos secundum carnem iudicatis, ergo non iudico quẽq;. Sed & si iudico ego,
iudicium meum uerum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit pater. In lege uestra scri
ptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium per-
hibeo de me, & testimoniũ perhibet qui misit pater. Ex his uerbis hesterno, ut dixi, die red-
ditus sermo auribus & mentibus uestris. Hæc cum dominus dixisset, illi qui audierant, uos
secundum carnem iudicatis, manifestauerunt quod audierunt. Responderunt enim domi-
no loquenti de deo patre suo & dixerunt: Vbi est pater tuus?) Patrem Christi carnaliter
acceperunt, quia uerba Christi secundum carnem iudicauerũt. Erat autem qui loquebatur
in aperto caro, in occulto uerbum: homo manifestus, deus occultus. Videbant indumentũ,
& contemnebant indutum: contemnebant, quia nesciebant: nesciebant, quia non uidebãt:
non uidebant, quia cæci erant: cæci erant, quia non credebant. Videamus ergo, & ad hæc
dominus quid responderit. Vbi est, inquiũt, pater tuus, audiuimus te dicere: Solus nõ sum,
sed ego & qui me misit pater. Nos solum te uidemus, patrem tuũ tecum non uidemus: quo-
modo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecum esse patrẽ
tuum. Et dominus:) Nunquid me uidetis, ut patrem ostendam uobis? Hoc enim sequitur,
hoc suis uerbis ipse respondit, quorum uerborum expositionem nos ante præmisimus. Vi-
dete enim quid dixerit: Neq; me scitis, neq; patrẽ meũ: si me sciretis, forsitan & patrẽ meũ
sciretis.) Dicitis ergo, ubi est pater tuus, quasi iam me sciatis, quasi totum hoc sim quod ui-
detis. Ergo quia me non nostis, ideo uobis patrem meum non ostendo. Me quippe homi-
nem putatis, ideo patrem meum hominem quæritis, quia secũdum carnem iudicatis. Quia
ergo secundũ quod uidetis aliud sum, & aliud secundũ quod non uidetis: patrẽ autem meũ
loquor occultus occultum, prius est ut me noueritis, tunc & patrem meum scietis: si enim
me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit forsitan, nõ du
bitat sed increpat: attende enim quomodo increpatiue dicatur ipsum forsitan, quod uidet
B esse uerbum dubitationis. Sed dubitationis uerbum est quãdo dicitur ab homine, ideo du-
bitante, quia nesciente: cum uero dicitur à deo uerbum dubitationis, cum deum nihil utiq;
lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his re
bus quas certas habent aliquãdo increpatiue dubitant, id est, uerbũ dubitationis ponunt,
cum corde non dubitent: uelut si indigneris seruo tuo & dicas, Contemnis me, consydera,
forsitan dominus tuus sum: hinc & Apostolus ad quosdam contẽptores suos loquens ait:
Puto autem q; & ego spiritum dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidetur: sed ille increpa- 1.Cor.7
bat, non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futurã gene
ris humani: Cum uenerit, inquit, filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Iam quantũ Luc. 18
existimo, intellexistis quomodo sit positum, forsitan, ne quis uerborũ appensor & syllabarũ
examinator ueluti latine loqui sciens, reprehendat uerbũ quod dixit dei uerbũ, & reprehen
dendo dei uerbũ, nõ eloquẽs sed mutus remaneat. Quis emẽ loquit sic quomodo loquit uer
bũ quod erat in principio apud deũ? Noli uerba ista consyderare, & ex his uerbis assuetis
illud uerbũ metiri uelle quod deus est: audis enim uerbum & contemnis: audi deum & ti-
me: In principio erat uerbum. Tu reuocas ad usum sermocinationis tuæ, & dicis apud te:
Quid est uerbum? Quid magnum est uerbum? Sonat & transit: uerberato aëre aurẽ per-
cutit, postea non erit. Audi adhuc: uerbum erat apud deum: manebat, non sonando transi
bat. Adhuc forte contemnis: Deus erat uerbum. Apud teipsum ô homo, cũ est in corde tuo
uerbum, aliud est quàm sonus: sed uerbum quod est apud te ut transeat ad me, sonũ quasi
uehiculum quærit, assumit enim sonum, imponit se quodammodo in uehiculum, transcur-
rit aërem, uenit ad me, non recedit à te: sonus autem ut ueniret ad me, recessit à te, nec persti-
tit apud me, uerbum enim quod erat in corde tuo, nunquid sono prætereunte præteriit?
Quod cogitabas dixisti: sed ut ad me perueniret quod apud te latebat, syllabas sonuisti,
sonus syllabarum perduxit ad aurem meam cogitationem tuam: per aurẽ meam descen-
dit in cor meum cogitatio tua, sonus medius transuolauit: uerbum uero illud quod assum

pſit ſonum,anteq; ſonares,erat apud te:quia ſonuiſti,eſt apud me,& non receſſit à te. Hoc attende,quiſquis es examinator ſonorum:uerbum dei cõtemnis,quia uerbum hominis nõ cõprehendis.Scit ergo omnia per quẽ facta ſunt omnia,& tamen dubitando increpat:ſi me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis.Increpat infideles,nam talem ſententiam dixit diſcipulis ſuis:ſed ibi non eſt uerbum dubitationis,quia non fuit cauſa increpandæ infidelitatis: nam quomodo dixit Iudæis:ſi me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis:dixit & diſcipu-
Ioan.14 lis ſuis,quando eum Philippus interrogauit,immo poſtulauit & ait:Dñe,oſtende nobis patrem,& ſufficit nobis:quaſi diceret & ipſe,te iam nouimus,apparuiſti nobis,uidemus te,dignatus es eligere,nos ſecuti ſumus te:mirabilia tua uidimus,uerba ſalutis audiuimus, præcepta ſuſcepimus,promiſſa ſperamus,multum nobis conferre præſentia tua ipſe dignatus es:ſed tamen cum te nouerimus,quia patrem nondum nouimus,inflãmamur deſiderio illius uidendi quẽ nondum nouimus:ac per hoc quia te nouimus,ſed nõ nobis ſufficit,donec & patrem nouerimus,oſtende nobis patrẽ & ſufficit nobis.Et dñs ut ſciret nõ ſe noſſe quod ſe putabant iam noſſe:tanto tempore uobiſcum ſum,& me neſcitis? Philippe,qui me uidet, uidet & patrẽ meũ. Nunquid habet iſta ſententia uerbum dubitationis? Nũquid dixit,qui me uidet,forſitan uidet & patrem? Quare? Quia fidelis audiebat,non fidei perſecutor, ideo non erat dñs increpator,ſed doctor,Qui me uidet,uidet & patrem meum:& hic,ſi me ſciretis,& patrem ſciretis. Tollamus uerbum quo notata eſt infidelitas audientium,& ipſa ſententia eſt.Iam heſterno die cõmendauimus charitati ueſtræ,& diximus ſententias Ioannis euangeliſtæ,quibus nobis narrat quod à domino didicit,nec diſcutiendas fuiſſe ſi fieri poſſet,niſi hæreticorum cõmenta cõpellerent.Breuiter ergo heſterno die inſinuauimus charitati ueſtræ eſſe hæreticos qui uocantur patripaſſiani, uel à ſuo autore Sabelliani,hi dicunt ipſum eſſe patrem qui eſt filius,nomina diuerſa,unam uero eſſe perſonam: cum uult pater eſt,inquiunt,cum uult filius,tamen unus eſt.Iterum ſunt alij hæretici qui uocantur Ariani: confitentur quidem unicum patris filium dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum,illum patrem filij,iſtum filium patris:eum qui pater eſt non eſſe filium:eum qui filius eſt,nõ eſſe patrem: confitentur generationem,ſed negant æqualitatem.Nos,id eſt, catholica fides, ueniens de doctrina apoſtolorum,plantata in nobis,per ſeriem ſucceſſionis accepta, ſana ad poſteros tranſmittenda,inter utroſq; id eſt,inter utrunq; errorem tenuit ueritatem.In errore Sabel-
Ioan.10 lianorum unus eſt ſolus,ipſe pater qui filius:in errore Arianorum, alius eſt quidem pater, alius filius,ſed ipſe filius nõ ſolum alius,ſed etiam aliud eſt:tu in medio quid? Excluſiſti Sabellianum,exclude & Arianum:Pater pater eſt,filius filius eſt,alius,non aliud:Quia ego & pater,inquit,unum ſumus,ſicut etiam heſterno die quantum potui cõmendaui. Cum audit,ſumus,abſcedat confuſus Sabellianus:cum audit,unum,abſcedat cõfuſus Arianus. Gubernet catholicus inter utrũq; fidei ſuæ nauigium,quoniam iam cauendũ eſt in utroq; naufragium.Dic ergo tu quod dicit euãgelium:Ego & pater unum ſumus:non ergo diuerſum, quia unum:non unus,quia ſumus.Pauloante dixit:Iudicium meũ uerum eſt,quia ſolus nõ ſum,ſed ego & qui miſit me pater:tanq; diceret,ideo iudiciũ meum eſt uerum,quia filius dei ſum,quia uerum loquor,quia ipſe ueritas ego ſum.Iſti carnaliter intelligentes dixerunt: Vbi eſt pater tuus? Modo audi Ariane,neq; me ſcitis,neq; patrem meum:quia ſi me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis.Quid eſt,ſi me ſciretis,& patrẽ meum ſciretis,niſi ego & pater unum ſumus? Quãdo uides aliquẽ alicui ſimilem,intendat charitas ueſtra, quotidiana locutio eſt, non ſit uobis arduũ, quod eſſe aduertitis uſitatum:quãdo ergo uides aliquẽ alicui ſimilem,& noſti tu cui ſimilis ſit,admirans dicis:quomodo iſte homo ſimilis eſt illi homini? Hoc non diceres,niſi duo eſſent.Hic ille qui eũ ignorat,cui tu iſtum ſimilem dicis:Itáne,inquit,ſimilis eſt? Et tu ad eum:Quid enim? Tu illũ non noſti? At ille:Non noui,inquit. Iam tu ut illum quem neſcit,ei notum facias,ex præſente quẽ cernit,reſpondes & dicis:Hũc uidiſti,illum uidiſti:non utiq; quia hoc dixiſti,unum eſſe aſſeueraſti,& duos negaſti,ſed propter ſimilitudinem tale dediſti reſponſum:iſtum noſti & illum noſti,ualde enim ſimilis eſt,

& nihil

A & nihil diſtat omnino.Hinc & dñs:Si me,inquit,ſciretis,& patrem meum ſciretis,non quia pater eſt filius,ſed quia patri ſimilis eſt filius.Erubeſcat Arianus. Gratias domino, quia & ipſe Arianus receſſit ab errore Sabelliano,& non eſt patripaſſianus,non dicit ipſum patrẽ indutum carne ueniſſe ad homines,ipſum eſſe paſſum, ipſum reſurrexiſſe, & quodammodo ad ſe aſcendiſſe,hoc non dicit:agnoſcit mecum patrem,patrem eſſe,& filium,filium eſſe: ſed ô frater,euaſiſti illud naufragium,quare tendis in alterum? Si pater pater eſt,filius filius eſt,quare dicis diſſimilem? quare diuerſum? quare aliam ſubſtãtiam? Si diſſimilis eſſet,nunquid diceret diſcipulis ſuis:Qui me uidet,uidet & patrem? Nunquid diceret Iudæis:ſi me ſciretis,& patrem meum ſciretis? Vnde hoc uerum eſſet,niſi & illud uerũ:Ego & pater unũ ſumus? Hæc uerba locutus eſt in Gazophylacio,docẽs in templo.) Magna fiducia ſine timore:non enim patereturquod nollet,qui nec naſceretur ſi nollet:deniq; quod ſequitur:

Et nemo apprehendit eum,quia nondum uenerat hora eius.) Hoc item nonnulli cum audiunt,ſub fato fuiſſe dominum Chriſtum credunt,& dicunt:Ecce Chriſtus habebat fatum. O ſi cor tuum non eſſet fatuum,non crederes fatum:ſi fatum ſicut nonnulli intellexerunt, à fatum vnde dictum. fando dictum eſt,id eſt,à loquendo,uerbum dei quomodo habet fatũ,quãdo in ipſo uerbo omnia ſunt quæ condita ſunt? Non enim aliquid deus conſtituit,quod ante neſciuit: in uerbo ipſius erat quod factũ eſt. Mũdus factus eſt,& factus eſt & ibi erat:quomodo & factus eſt & ibi erat? Quia domus quam ædificat inſtructor,prius in arte erat:& ibi melius erat ſi- Similitudo bona. ne uetuſtate,ſine ruina:tamen ut oſtendat artem,fabricat domum,& proceſſit quodammodo domus ex domo,& ſi domus ruat,ars manet: ita apud dei uerbum erant omnia quæ condita ſunt,quia omnia in ſapientia fecit deus,& cuncta nota fecit:non enim quia fecit dicit,ſed quia nouerat fecit. Nobis quia facta ſunt,nota ſunt:illi niſi nota eſſent, facta non eſſent.Præceſſit ergo uerbum,& quid ante uerbum dei? Nihil omnino,nam ſi eſſet aliquid ante, non dictum eſſet:In principio erat uerbum,ſed in principio factum eſt uerbum .De Gen.1
B nique de mundo quid ait Moyſes: In principio fecit deus cœlum & terram: fecit quod non erat,ſi ergo fecit quod non erat,ante quid erat? In principio erat uerbum.Et unde cœlum & terra? Omnia per ipſum facta ſunt:tu ergo ponis Chriſtum ſub fato. Vbi ſunt fata? In cœlo,inquis,in ordine & conuerſionibus ſyderum: quomodo ergo fatum habet,per quẽ factum eſt cœlum & ſydera,cum tua uolũtas ſi recte ſapias,tranſcendat & ſydera? An quia noſti Chriſti carnem fuiſſe ſub cœlo,ideo putas & poteſtatem Chriſti ſubditam cœlo? Audi ſtulte,nondum uenerat hora eius:non quia cogeretur mori, ſed quia dignaretur occidi: nouerat enim ipſe quando deberet mori.Intendit omnia quæ prædicta ſunt de illo,& expectabat finiri omnia quæ prædicta ſunt ante eius paſſionẽ futura,ut cum impleta eſſent, tunc ueniret paſſio diſpoſitionis ordine,nõ fatali neceſſitate.Deniq; audite ut probetis, inter cætera quæ de illo prophetata ſunt,ſcriptum eſt etiam hoc: Dederunt in eſcam meam Pſal.68
fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto. Quomodo facta ſint,in euangelio nouimus,prius dederunt fel,accepit,guſtauit & deſpuit:poſtea in cruce pendens,ut omnia prædicta complerentur,ait:Sitio,acceperunt ſpongiam aceto plenam,in arundine ligauerunt, & admouerunt pendenti,accepit ille & ait:Perfectum eſt:quid eſt,perfectũ eſt? Impleta ſunt omnia quæ ante paſſionem meam fuerant prophetata: ergo adhuc quid hic facio? Deniq; poſtea cũ dixit,perfectum eſt,inclinato capite tradidit ſpiritum.Nunquid illi latrones iuxta confixi,quando uoluerunt, expiraverunt? Tenebãtur uinculis carnis,quia nõ erant creatores carnis,clauis confixi diu cruciabantur, quia infirmitati non dominabantur. Dominus autem quando uoluit,carnem in utero uirginali accepit,quãdo uoluit ad homines proceſſit, cũ diu uoluit inter homines uixit,quàmdiu uoluit à carne diſceſſit,hoc eſt poteſtatis,non neceſſitatis.Hanc ergo horam ille expectabat,non fatalem,ſed opportunam & uolũtariam,ut prius omnia complerentur,quæ ante paſſionem ipſius compleri oportebat:nam quomodo ſub fati neceſſitate poſitus erat,qui alio loco dixit:Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam? Nemo tollet eam à me,ſed egoipſe pono eam

à me,& iterum sumo eam. Ostendit hanc potestatem,quando cum Iudæi quærebant, quē C
Ioan.18 quæritis,inquit? Et illi:Iesum:& ille:Ego sum,qua uoce audita,redierunt retro,& ceciderunt.
Dicit aliquis:si hæc in illo potestas erat,quare cum Iudæi insultarent pendenti & dicerēt: Si
Matth.27 filius est descendat de cruce,non descendit,ut eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia patientiam docebat,ideo potentiam differebat:si enim cōmotus ad eorum uerba descenderet,uictus conuiciorum dolore putaretur. Prorsus non descendit,fixus permansit,quando uoluit abscessurus:nam quid ei magnum fuit de cruce descendere, qui potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus ergo nos quibus hoc ministratum est, potentiam domi-
Psal.49 ni nostri Iesu Christi occultam,tunc manifestam futuram in iudicio:de quo dictū est:Deus manifestus ueniet,deus noster & non silebit:quid est,manifestus veniet? Quia uenit occultus,ueniet manifestus deus noster,hoc est Christus,& non silebit:quid est,non silebit? Quia primo siluit,ubi siluit? quando iudicatus est, ut etiam hoc impleretur, quod & propheta
Esa.53 prædixerat:Sicut ouis ad immolādum ductus est,& sicut agnus coram tondente se sine uoce,sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet,non pateretur:si nō pateretur,sanguis ille nō funderetur:si sanguis ille non funderetur,mundus non redimeretur. Agamus itaq; gratias & potestati diuinitatis,& misericordi infirmitatis eius,& de occulta potentia quam Iudæi non nouerant,unde illis modo dictum est,neq; me nostis,neq; patrem meum,& de carne susceptа quā Iudæi nouerant,& eius patriam sciebant. Vnde illis alio loco dixit: Et me scitis, & unde sim scitis, utrunq; nouerimus in Christo, & unde æqualis est patri,& unde illo maior est pater. Illud uerbum est, illud caro, illud deus est,illud homo: sed unus Christus deus & homo.

Ab eo quod dictum est:Dixit ergo eis Iesus:Ego uado & quæritis me, usq;
ad id quod dictum est: Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor uobis:

Tractatus XXXVIII.

LECTIO sancti euāgelij quæ præcessit hodie:nam ita cōclusa erat,quia locutus D
est docens in gazophylacio dns quæ uoluit,& quæ audistis,& nemo apprehendit eum,quia nondum uenerat hora eius. Hinc disputatum est dominico die, quod ipse donare dignatus est. Intimauimus charitati uestræ quare dictum sit: Nondum uenit hora eius,ne positum Christum sub aliqua necessitate fatali ulla impietas auderet improbe suspicari:nondum enim uenerat hora qua ex ordine suo secūdum ea quæ prædicta sunt de illo,non mori cogeretur inuitus,sed occideretur paratus. Modo autem de ipsa passione sua,quæ posita erat,non in eius necessitate,sed potestate: Locutus est Iudæis dicens,Ego uado.) Christo enim dño mors profectio fuit illò,unde uenerat & unde nō discesserat. Ego,inquit,uado & quæritis me:) non desiderio sed odio:nam illum posteaq; abscessit ab oculis hominum inquisierunt,& qui oderant,& qui amabant. Illi persequendo,
Psal.141 illi habere cupiendo. In psalmis ait ipse dominus per prophetam:Perijt fuga à me & non
Psal.39 est qui requiret animam meam: & iterum ait alio psalmo: Confundantur & reuereantur requirentes animam meam:culpauit qui non requirerent, damnauit requirentes:bonum est enim quærere animam Christi,sed quomodo eam quæsierunt discipuli:& malum est quærere animam Christi,sed quomodo eam Iudæi quæsierunt. Illi enim ut haberent,isti ut perderent:deniq; isti quia sic quærebāt more malo,corde peruerso,quid secutus adiūxit? Quæritis me,& ne putetis quia bene me quæritis: In peccato uestro moriemini.) Hoc est Christum male quærere,in peccato suo mori,hoc est,illum odisse per quem posset solum saluus esse. Cum enim homines quorum spes in deo est,non debeant mala reddere nec p malis, reddebant illi mala pro bonis. Prænunciauit ergo illis dominus,dixitq; sentētiam præscius, quòd in suo peccato morerentur:deinde adiunxit: Quò ego uado,uos non potestis uenire.) Hoc & dominus discipulis suis alio loco dixit,nec tamen eis dixit,in peccato uestro mo-
Ioan.13 riemini. Quid autem dixit? Quod & istis:quò ego uado,uos non potestis uenire:non abstulit spem,sed prædixit dilationem:quando enim hoc discipulis dominus loquebatur,tūc

non

A non poterant uenire quò ille ibat,sed postea uenturi erant: isti autem nunc̄p, quibus præscius dixit:In peccato uestro moriemini. His auditis uerbis,quomodo solent carnea cogitantes,& secundum carnem iudicantes,& totum carnaliter audientes atq; sapientes dixerunt:
Nunquid interficiet semetipsum quia dixit,quò ego uado uos non potestis uenire?) Stulta uerba & omnino insipientiæ plena. Quid enim? Non poterant illò uenire quò ille perrexisset,si interficeret semetipsum:nunquid ipsi non erant morituri? Quid est ergo:nunquid interficiet semetipsum,quia dixit,quò ego uado,uos non potestis uenire? Si de morte hominis diceret,quis homo non moritur? Ergo quò ego uado dixit,non cū itur ad mortē,sed quò ibat ipse post mortem. Illi itaq; non intelligentes,ista responderunt:& dominus ad eos qui terrā sapiebant quid ait? Et dicebat eis: Vos deorsum estis:) Ideo terram sapitis,quia sicut serpentes terrā manducatis:quid est,terrā māducatis? Terrenis pascimini,terrenis delectamini,terrenis inhiatis,sursū corda nō habetis. Vos deorsum estis: Ego de supnis sum: uos de mūdo hoc estis,ego nō sum de hoc mūdo.) Quomodo enim erat de mūdo,per quē factus est mundus? Omnes de mundo post mundum, quia prius mundus,& sic homo de mundo. Prius autem Christus,deinde mūdus:quomodo ante mundū Christus,ante Christū nihil? Quia in principio erat uerbum,omnia per ipsum facta sunt:si ergo erat ille de supernis: de quibus supernis? de aēre? Absit, ibi & aues uolitant:de cœlo quod uidemus? Et hoc absit,ibi & stellæ & sol & luna circūeunt:de angelis? neq; hoc intelligatis: per illum & angeli facti sunt,per quem omnia facta sunt:de quibus ergo supernis Christus? Ab ipso patre,nihil illo deo superius,qui uerbum genuit æquale sibi,coæternum sibi,unigenitum, sine tempore,per quem conderet tempora: sic ergo accipe Christum de supernis,ut excedas cogitatione tua omne quod factum est,uniuersam omnino creaturam,omne corpus,omnē cōditum spiritum,omnem rem quoquo modo mutabilem. Totum excede,sicut excessit Ioannes,ut contingeret,in principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uer-
B bum. Ego ergo,inquit,de supernis sum,uos de hoc mundo estis,ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis,quia moriemini in peccatis uestris.) Expoluit nobis fratres quid intelligi uōluerit:uos de hoc mundo estis,quia peccatores erant,quia iniqui erant,quia infideles erant,quia terrena sapiebant:nam quid uobis uidetur de sanctis apostolis? Quātum intererat inter Iudæos & apostolos? quantum inter tenebras & lucem,quantum inter fidē & infidelitatem,quantum inter pietatem & impietatem,quantū inter spem & desperationem, quantū inter charitatē & cupiditatē:multū ergo intererat. Quid ergo quia tātum intererat, apostoli de mundo non erant? Si cogites quomodo nati sint,& unde uenerint,quia omnes ex Adam uenerant,de hoc mūdo erant:sed quid eis ait ipse dominus? Ego uos de hoc mū- Ioan.15
do elegi. Qui ergo de mundo erant,facti sunt non de mundo, & pertinere cœperunt ad eū per quem factus est mundus. Isti autem remanserunt esse de mundo,quibus dictū est:moriemini in peccatis uestris. Nemo ergo dicat fratres,de hoc mundo non sum:quisquis es homo,de hoc mundo es:sed uenit ad te qui fecit mundum,& liberauit te de hoc mundo:si delectat te mundus,semper uis esse immūdus:si autem iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus:uerūtamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mūdus,habitet in te qui mundat,& eris mundus:si autem fueris mundus, non remanebis in mundo, nec audies quod audierunt Iudæi:moriemini in peccatis uestris. Omnes enim cum peccato nati sumus,omnes uiuendo ad id quod nati eramus,addidimus,magisq; de mundo facti sumus,quàm tunc quando de parentibus nostris nati sumus. Et ubi essemus,si ille non uenisset,qui nō habebat omnino peccatū,ut solueret omne peccatum? In quem Iudæi quia non credebant,merito audierunt,moriemini in peccatis uestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis,qui cum peccato nati estis:sed tamen si in me,inquit,credideritis,cū peccato quidem nati estis,sed in peccato uestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas Iudæorum ipsa erat,non peccatum habere,sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere oīs Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur,propter hoc qui ægritudine uel aliunde

periclitantur,ſibi deſiderant ſubuenire,propter hoc etiam ſũgens paruũlus à matre pĩs ma C
nibus ad eccleſiam fertur,ne ſine baptiſmo excat,& in peccato quo natus eſt moriatur.Inſe
liciſſima conditio,miſera ſors iſtorum,qui de ore ueridico audierunt,in peccatis ueſtris mo/
riemini.Vnde tamen hoc eis contingat,exponit: Si enim non crediderit is quia ego ſum,
moriemini in peccatis ueſtris.) Credo fratres in illa multitudine quæ dominum audiebat,
& eos fuiſſe qui crediturí erant, quaſi autem in omnes proceſſerat ſeueriſſima illa ſententia,
in peccato ueſtro moriemini,ac per hoc & illis qui crediturí erant,ſpes erat ablata.Illi ſæuie/
bãt,illi timebant:immo nõ timebant,ſed etiã deſperabant.Reuocauit eos in ſpem,adiunxit
enim:ſi nõ crediderit is quia ego ſum,moriemini in peccatis ueſtris.Ergo ſi crediderit is quia
ego ſum,non moriemini in peccatis ueſtris.Reddita eſt ſpes deſperantibus, excitatio facta
eſt dormientibus cordibus:euigilauerunt inde plurimi,crediderunt,ſicut euangeliſ ipſius cõ
ſequentia teſtatur.Erant enim illic membra Chriſti,quæ nondum adhæſerant corpori Chri
ſti:& in illo populo à quo crucifixus eſt,à quo in ligno ſuſpenſus eſt,à quo pendens itriſus
eſt,à quo lancea uulneratus eſt,à quo felle & aceto potatus eſt, erant membra Chriſti pro
Luc.23 quibus dixit:Pater,ignoſce illis,quia neſciunt quid faciunt.Quid autem conuerſo non igno
ſcitur,ſi fuſus Chriſti ſanguis agnoſcitur? Quis homicida deſperet,ſi in ſpem reddítus eſt à
quo etiam Chriſtus occiſus eſt? Crediderunt inde multi,donatus eſt eis ſanguis Chriſti, ut
magis eum biberent quo liberarentur,quàm rei de illo effuſo tenerentur, quis deſperet? Et
ſi in cruce latro ſaluatus eſt ante paululum homicida,poſt paululum accuſatus,conuictus,
damnatus,ſuſpenſus,liberatus,noli mirari,ubi conuictus ibi damnatus,ſed ibi liberatus ubi
mutatus. In hoc ergo populo cui dñs loquebatur,erant qui in peccato ſuo fuerant moritu/
ri,erant etiam qui in ipſum qui loquebatur fuerant crediturí,& ab omni peccato liberandi:
tamen hoc attende quod ait dominus Chriſtus:ſi non crediderítis quia ego ſum, moriemi/
ni in peccatis ueſtris:quid eſt,ſi non crediderítis quia ego ſum? Ego ſum, quid? Nihil addi/
dit,& quia nihil addidit, multum eſt quod cõmendauit:expectabatur enim ut diceret quid D
eſſet,nec tamen dixit:quid expectabatur ut diceret? Forte, niſi crediderítis quia ego ſum
Chriſtus,niſi crediderítis quia ego ſum dei filius,niſi crediderítis quia ego ſum uerbum pa/
tris, niſi crediderítis quia ego ſum conditor mundi, niſi crediderítis quia ego ſum homi/
nis formator & reformator, creator & recreator, factor & refactor, niſi hoc crediderítis
quia ego ſum,moriemini in peccatis ueſtris:multum eſt quod ait ipſe,ego ſum:quia ſic dixe
Exod.3 rat dominus Moyſi:Ego ſum qui ſum.Quis digne eloquatur, quid ſit, ſum:Mittebat deus
per angelum ſuum,ſeruũ ſuũ Moyſen ad liberandum ex Ægypto populũ ſuum. Legiſtis
quod audiſtis & noſtis,cõmemoro tamen, mittebat trementem,excuſantem,ſed obedien/
tem.Cum ergo excuſaret ait deo,quem loqui in angelo intelligebat:ſi dixerit mihi populus,
quis eſt deus qui miſit te,quid dicam eis? Et dominus ad eum,Ego ſum qui ſum:& repeti/
uit,Dices filijs Iſraël:q eſt,miſit me ad uos:nõ ait & ibi,ego ſum deus,aut ego ſum mũdi fa
bricator,aut ego ſum omnium rerum creator,aut ego ſum ipſius populi liberandi propaga
tor,ſed hoc tantum,ego ſum qui ſum,& dices filijs Iſraël,qui eſt:non addidit, qui eſt deus
ueſter,qui eſt deus patrum ueſtrorum,ſed tantum hoc dixit,qui eſt miſit me ad uos.Forte
multum erat & ad ipſum Moyſen,ſicut multum eſt & ad nos,& multo magis ad nos intelli
gere quid dictũ ſit,ego ſum qui ſum,& qui eſt,miſit me ad uos.Et ſi forte caperet Moyſes,
illi ad quos mittebat quando caperent? Diſtulit ergo dominus quod capere homo nõ poſ
ſet,& addidit quod capere poſſet:adiũxit enim & ait:Ego ſum deus Abraã,& deus Iſaac,
& deus Iacob.Hoc potes capere:nam ego ſum qui ſum,quæ mens poteſt capere? Quid er/
go nos? Audebimus ne aliquid dicere ex hoc quod dictũ eſt,ego ſum qui ſum? Vel potius
ex hoc quod dominum dicere audiſtis,niſi crediderítis quia ego ſum,moriemini in peccatis
ueſtris? Itá ne his uerbis meis tantillis & penè nullis audebo diſputare,quid ſit quod ait do
minus Chriſtus,niſi crediderítis quia ego ſum? Audebo ipſum dominum interrogare,audi
te me interrogantem potius quàm diſputantem,magis quærentem quàm præſumentem,
potius

A potius diſcentem q̃ docentem,& certe in me uel per me etiã uos interrogate.Præſto eſt etiã
ipſe dñs qui ubiq; eſt,audiat interrogandi affectum,& intelligendi præſtet effectũ:nam &
ego quibus uerbis & forte aliqd capio,perducere poſſum quod capio ad corda ueſtra:quiſ/
nam ſufficit ſonus,quæ ſuppetit eloquentia,,quæ uires intelligendi,quæ facultas proferẽdi?
Dicam ergo dño noſtro Ieſu Chriſto, dicã & audiet me:credo præſentem,omnino nõ dubi
to:ipſe enim dixit:Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationẽ ſeculi.O domine deus Matth.28
noſter,quid eſt quod aiſti,niſi crediderítis quia ego ſum? Quid enim non eſt eorum quæ fe/
ciſti? nunquid cœlũ non eſt? nunquid terra non eſt? nunquid non ſunt ea quæ in terra & in
cœlo ſunt? nũquid homo ipſe cui loqueris non eſt? nunquid angelus quẽ mittis non eſt? Si
omnia ſunt hæc quæ per te facta ſunt,quid eſt quod tibi propriũ quiddam tenuiſti ipſum
eſſe,quod alijs non dediſti,ut tu ſolus eſſes? Nam quomodo audio,ego ſum qui ſum,quaſi
alia nõ ſint? Et quomodo audio,niſi crediderítis quia ego ſum? Illi nõ erant qui audiebãt?
Et ſi peccatores erant,homines erant:quid ergo facio? quid ſit ipſum eſſe, dicat cordi,intus
dicat,intus loquatur,homo interior audiat,mens capiat uere eſſe,eſt enim ſemper eodẽ mo/
do eſſe.Res enim quælibet(omnino quaſi cœpi diſputare,& deſtiti quærere,forte quod au/
diui uolo loqui,auditui meo det exultationẽ & ueſtro cũ loquor)res enim quælibet prorſus
qualicunq; excellentia ſi mutabilis eſt,nõ uere eſt:nõ enim eſt ibi uerũ eſſe,ubi eſt,non eſſe:
quicquid enim mutari poteſt,mutatum non eſt quod erat:ſi non eſt quod erat,mors quæ/
dam ibi facta eſt;peremptum eſt aliquid ibi quod erat,& non eſt. Nigredo mortua eſt in
capite albeſcentis ſenis,pulchritudo mortua eſt in corpore feſſi & incurui ſenis,mortuæ ſunt
uires in corpore languentis,mortua eſt ſtatio in corpore ambulantis,mortua eſt ambulatio
in corpore ſtantis,mortua eſt ambulatio & ſtatio in corpore iacentis,mortua eſt locutio in
lingua tacentis.Quicquid mutatur & eſt quod nõ erat,uideo ibi quandã uitam in eo quod
eſt,& mortem in eo quod fuit:deniq; de mortuo cum dicitur,ubi eſt homo ille? reſpondet,
B fuit.O ueritas quæ uere es:nam in omnibus actionibus & motibus noſtris,& in omni pror
ſus agitatione creaturæ duo tempora inuenio,præteritum & futurum:præſens quæro, nihil
ſtat:quod dixi iam non eſt, quod dicturus ſum,nondum eſt:quod uixi,iam non eſt,quod
uicturus ſum,nondũ eſt.Præteritum & futurũ inuenio in oĩ motu rerum:in ueritate quæ
manet,præteritũ & futurũ nõ inuenio,ſed ſolũ præſens,& hoc incorruptibiliter,qd in creatu
ra nõ eſt.Diſcute rerũ mutationes,inuenies fuit & erit:cogita deum,inuenies eſt,ubi fuit &
erit,eſſe nõ poſſit. Vt ergo & tu ſis,tranſcende tẽpus:ſed quis trãſcendet uitibus ſuis? Leuet
illuc ille qui patri dixit: Volo ut ubi ego ſum,& ipſi ſint mecũ.Hoc itaq; promittens ne mo/ Ioan.17
riamur in peccatis noſtris,nihil aliud dñs Ieſus Chriſtus mihi uidetur his uerbis dixiſſe,ni/
ſi crediderítis quia ego ſum:prorſus nihil aliud mihi uidetur his uerbis dixiſſe q̃ hoc,niſi
crediderítis quia deus ego ſum,moriemini in peccatis ueſtris.Bene, deo gratias, quia dixit,
niſi crediderítis,nõ dixit,niſi ceperítis:quis eĩ hoc capiat? Aut uere quia auſus ſum dicere,&
uiſi eſtis intelligere, aliquid de tanta ineffabilitate cepiſtis: ſi ergo non capis, fides te libe/
rat:Ideo & dominus non ait,niſi ceperitis quia ego ſum,ſed quod poterant dixit:niſi credi
deritis quia ego ſum,moriemini in peccatis ueſtris.Et illi ſemper terrena ſapiẽtes & ſemper
ſecundũ carnẽ audientes & reſpõdentes: Quid ei dixerunt? Tu quis es?) Nõ enim cũ dixi
ſti,niſi crediderítis quia ego ſum,addidiſti qd eſſes:quis es ut credamus? Et ille:principiũ.)
Ecce quod eſt eſſe principiũ,mutari nõ poteſt,principiũ in ſe manet & innouat omnia:prin/
cipiũ eſt,cui dictũ eſt:Tu aũt idẽ ipſe es,& anni tui nõ deficient.Principium ait, Qui & lo/ Pſal.101
quor uobis.) Principiũ me credite,ne moriamini in peccatis ueſtris,tanq̃ enim in eo quod
dixerunt:tu quis es? Nihil aliud dixerunt, q̃ quid te eſſe credimus. Reſpondit,principiũ,id
eſt,principiũ me credite.In Græco nãq; eloquio diſcerni?,quod non poteſt in latino.Apud
Græcos eĩ fœminini generis eſt principiũ,ſicut apud nos lex generis fœminini eſt,q̃ apud
illos eſt maſculini:ſicut ſapiẽtia & apud nos & apud illos generis fœminini eſt.Cõſuetudo
locutiõis ideo p diuerſas linguas uariat genera uocabulorũ,qa in ipſis rebus nõ inuenis ſe/

xum. Non enim ſapientia uere fœmina eſt, cum Chriſtus ſit dei ſapiẽtia, & Chriſtus appel- C
letur genere maſculino, ſapientia fœminino, cum ergo dicerẽt Iudæi: Tu quis es? Ille qui ſcie-
bat eſſe ibi quoſdã crediturос, & inde dixiſſe, tu quis es? ut ſcirẽt quid illum credere deberẽt:
reſpondit, principiũ: non tanc̃ dicens principium ſum, ſed tanc̃ dicens, principium me cre-
dite. Quod in ſermone Græco, ut dixi, euidenter apparet, ubi fœminini generis eſt princi-
pium: uelut ſi uellet dicere ſe eſſe ueritatem, & dicentibus: tu quis es? reſponderit, ueritatem,
cum uideretur ad id quod dictum eſt: tu quis es? reſpondere debuiſſe, ueritas, id eſt, ueritas
ſum: ſed altius reſpondit, cum uideret eos ita dixiſſe, tu quis es? ac ſi dicerent: quoniam abs
te audiuimus, niſi crediderit is quia ego ſum, quid te eſſe credimus? Ad hoc reſpondit, prin-
cipium: tanc̃ dicens, principium me credite. Et addidit, qui & loquor uobis, id eſt, quia hu-
milis propter uos factus ad iſta uerba deſcendi: nam ſi principiũ ſicuti eſt, ita manèret apud
patrem, & non acciperet formam ſerui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crede
rent, cum infirma corda intelligibile uerbum ſine uoce ſenſibili audire non poſſint? Ergo, in-
quit, credite me eſſe principium, quia ut credatis non ſolum ſum, ſed & loquor uobis: ſed de
hac re iam multũ eſt loqui uobis: placeat itaq; charitati ueſtræ, ut quod reſtat, illo adiuuan
te ſeruemus craſtino reddituri.

Ab eo quod dictum eſt: multa habeo de uobis loqui & iudicare, ſed qui
miſit me uerax eſt, uſq; ad id quod dictum eſt: Et nõ cognouerunt quia pa
trem eius dicebat deum, Tractatus XXXIX

VERBA domini noſtri Ieſu Chriſti quæ habuit cum Iudæis, ita moderans lo-
quelam ſuam, ut cæci non uiderent, & fideles oculos aperirẽt, quæ hodie de ſan
cto euangelio recitata ſunt, iſta ſunt: Dicebant ergo Iudæi: tu quis es?) Quia
dixerat ſupra dominus, niſi crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccatis ue
ſtris. Ad hoc ergo illi: Tu quis es? ueluti quærentes noſſe in quem deberẽt credere, ne in ſuo
peccato morerẽtur. Reſpondit.) dicentibus: tu quis es? Et ait: Principũ qui & loquor uo D
bis.) Si ſe dixit dominus eſſe principium, quæri poteſt utrũ & pater principium ſit? Si enim
filius principium eſt qui habet patrem, quanto facilius intelligendus eſt deus pater eſſe prin
cipium qui habet quidem filium cui pater ſit, ſed non habet de quo ſit: filius enim patris eſt
filius, & pater utiq; filij pater eſt: ſed deus de deo filius dicitur, lumen de lumine filius dicit̃.
Pater dicitur lumen, ſed non de lumine, pater dicitur deus, ſed non de deo: ſi ergo deus de
deo, lumen de lumine principium eſt, quanto facilius intelligitur principium, lumen de quo
lumen, & deus de quo deus. Videtur itaq; abſurdum chariſſimi, ut filium dicamus princi-
pium, & patrem principium non dicamus, ſed quid agemus? Nunquid duo erunt prin-
cipia? Cauendum eſt hoc dicere. Quid ergo? Et ſi pater principium, & filius principium, quo
modo non duo principia? Quomodo dicimus patrẽ deũ & filium deũ, nec tamen dicimus
duos deos: nefas eſt eñ dicere duos deos, nefas eſt dicere tres deos, & tamen q pater eſt nõ
eſt filius, qui filius eſt non eſt pater: ſpiritus autẽ ſanctus patris & filij ſpiritus, nec pater eſt
nec filius. Quamuis ergo, ſicut aures catholicæ ſunt eruditæ in gremio matris eccleſiæ, nec ille
qui eſt pater ſit filius, nec ille qui eſt filius ſit pater, nec ſpũs ſanctus patris & filij ſit, uel fi-
lius uel pater, tres deos tamen eſſe non dicimus, quamuis de ſingulis ſi quæratur, neceſſe eſt
de quocunq; interrogati fuerimus, deum eſſe fateamur. Et abſurda iſta uidentur homini-
bus ſolita trahentibus ad inſolita, uiſibilia ad inuiſibilia, creaturam comparantibus creato-
ri. Interrogant enim nos aliquando infideles & dicunt: patrẽ quẽ dicitis, deũ dicitis? reſpon-
demus deũ: filiũ quẽ dicitis, deum dicitis? reſpondemus deũ: ſpiritũ ſanctũ quẽ dicitis, deũ
dicitis? reſpondemus deũ: Ergo, inquiunt, pater & filius & ſpũs ſanctus tres ſunt dij? reſpon
demus, non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clauſum habẽt, quia clauem fidei non
habent. Nos ergo fratres fide præcedẽte, quæ ſanat oculos cordis noſtri, quod intelligimus
ſine obſcuritate capiamus, quod nõ intelligimus, ſine dubitatione credamus. A fũdamẽto fi
dei nõ recedamus, ut ad culmẽ pfectiõis ueniamus: deus eſt pater, deus eſt filius, deus eſt ſpi
ritus

A ritus ſanctus: & tamen pater non eſt qui filius: nec filius eſt qui pater: nec ſpiritus ſanctus pa
tris & filij ſpiritus, aut pater eſt aut filius. Trinitas unus deus, trinitas una æternitas, una po
teſtas, una maieſtas: tres perſonæ, ſed non tres dij. Nunc mihi calumniator reſpõdeat: quid
ergo tres? Si enim tres ait, oportet dicat, quid tres? Reſpondeo. Pater & filius & ſpiritus ſan
ctus. Ecce, inquit, tres dixiſti: ſed qd tres exprime, immo tu numera? Nam ego cõpleo tres,
cum dico pater & filius & ſpiritus ſanctus. Id enim quod pater ad ſe eſt, deus eſt, quod ad fi
lium eſt, pater eſt: quod filius ad ſeipſum, deus eſt, quod ad patrem eſt, filius eſt. Iſta quæ di
co poteſtis de ſimilitudinibus agnoſcere quotidianis. Homo & alter homo, ſi ille ſit pater, il-
le filius, quod homo eſt, ad ſeipſum eſt, quod pater eſt, ad filium eſt: & filius q̃ homo eſt ad
ſeipſum eſt, quod autem filius eſt, ad patrem eſt: pater enim nomen eſt dictum ad aliquid,
& filius ad aliquid: ſed iſti duo homines ſunt. At uero pater deus ad aliquid eſt pater, id eſt,
ad filium: & filius deus ad aliquid eſt filius, id eſt, ad patrem: ſed non quomodo illi duo ho-
mines ſunt, ſic iſti duo dij. Quare hoc non ita eſt ibi? Quia illud aliud, hoc autem aliud eſt:
quia illa diuinitas eſt, hæc humanitas. Eſt ibi aliquid ineffabile, quod uerbis explicari non
poſſit, ut & numerus ſit, & numerus non ſit: uidete enim ſi non quaſi apparet numerus, pa-
ter & filius & ſpiritus ſanctus trinitas: ſi tres, quid tres? Deficit numerus: ita deus nec recedit
à numero, nec capitur numero: quia tres ſunt, tanc̃ eſt numerus: ſi quæris qui tres? Non eſt
numerus: unde dictum eſt: Magnus dominus deus noſter & magna uirtus eius, & ſapien Pſal. 146
tiæ eius nõ eſt numerus. Vbi cogitare cœperis, incipis numerare: ubi numeraueris, quid nu-
meraueris non potes reſpondere. Pater, pater eſt: filius, filius eſt: ſpũs ſanctus, ſpũs ſanctus
eſt. Quid ſunt iſti tres, pater & filius & ſpũs ſanctus, non tres dij? nõ: Nõ tres omnipotẽtes?
non. Nõ tres mũdi creatores? nõ. Ergo oñipotens pater? omnipotens planè. Ergo & filius
non omnipotens? & filius omnipotẽs planè. Ergo ſpũs ſanctus nõ oñipotens? & ipſe oñi
potens: tres ergo omnipotẽtes? Non, ſed unus omnipotẽs. Hoc ſolũ numerũ inſinuat quòd
B adinuicẽ ſunt, nõ quod ad ſe ſunt: quia enim deus pater ad ſe eſt deus ſimul cũ filio & ſpũ
ſancto, nõ ſunt tres dij: quia ad ſe eſt omnipotens ſimul cũ filio & ſpũ ſancto, non ſunt tres
oñipotentes. Quia uero nõ ad ſe eſt pater, ſed ad filiũ, nec filius ad ſe eſt, ſed ad patrem, nec
ſpiritus ſanctus ad ſe, in eo q̃ dicit̃ ſpũs patris & filij, non eſt: quid dicam tres, niſi patrem &
filium & ſpiritum ſanctũ unũ deum, unum omnipotentẽ: ergo unum principiũ. Accipite ali
quid de ſcripturis ſanctis, unde hoc quod dicitur utcũq; capiatis. Poſteaq; dominus noſter
Ieſus Chriſtus reſurrexit, & cum uoluit aſcendit in cœlum, decem diebus illic impletis miſit
inde ſpiritum ſanctum: quo impleti qui aderant in conclaui unà, omnium gẽtium linguis
cœperunt loqui, miraculo exterriti domini interfectores, compuncti doluerũt, dolentes mu
tati ſunt, mutati crediderunt, acceſſerunt corpori domini, id eſt, numero fidelium tria milia
hominum. Item alio facto quodam miraculo, acceſſerunt alia quinq; milia, facta eſt plebs
una non pauca, in qua omnes accepto ſpũ ſancto quo amor ſpiritalis accenſus eſt charitate
ipſa & feruore ſpũs in unũ redacti, cœperunt in ipſa ſocietatis unitate uendere omnia quæ
habebant, & precia ponere ad pedes apoſtolorum, ut diſtribueretur unicuiq;, prout cuiq; Actor. 4
opus erat: Et hoc de illis ſcriptura dicit, quòd erat eis anima una & cor unum in deum. At-
tendite ergo fratres, & hic agnoſcite myſterium trinitatis, quomodo dicamus & pater eſt &
filius eſt, & ſpiritus ſanctus eſt: & tamen unus deus eſt. Ecce illi tot milia erant, & cor unum
erant: ecce tot milia erant, & una anima erãt, ſed ubi? In deo, & quanto magis ipſe deus. Nũ
quid erro in uerbo quãdo dico duos homines duas animas, aut tres homines tres animas,
aut multos homines multas animas? Recte utiq; dico, accedant ad deum, & una anima eſt
omniũ: ſi accedentes ad deũ, multæ animæ per charitatẽ una anima eſt, & multa corda unũ
cor: qd agit ipſe fons charitatis in patre & filio? nõne ibi magis trinitas eſt unus deus? Inde
eñ nobis charitas uenit de ipſo ſpũ ſancto, ſicut dicit Apſus: Charitas dei diffuſa eſt in cor Rom. 5
dibus noſtris p ſpiritũ ſanctum q datus eſt nobis: ſi ergo charitas dei diffuſa eſt in cordibus
noſtris p ſpm̃ ſanctũ q datus eſt nobis, & multas animas facit una ania, & multa corda facit
unum

unum cor,quanto magis pater & filius & ſpũs ſanctus,deus unus,lumen unũ,unũq; princi- C
pium? Audiamus ergo principiũ quod loquitur nobis: Multa,inquit,habeo loqui de uo-
bis & iudicare.) Meminiſtis quod ait:Ego non iudico quenq̃,ecce modo dicit:Multa ha-
beo de uobis loqui & iudicare:ſed aliud eſt non iudico,aliud habeo iudicare:non iudicó,di-
xit ad præſens:uenerat enim ut ſaluaret mundum,non ut iudicaret mundum.Quòd autẽ
dicit:Multa habeo de uobis loqui & iudicare,iudicium futurum dicit. Ideo enim aſcendit,
ut ueniat iudicare uiuos & mortuos:nemo iuſtius iudicabit, quàm qui iniuſte iudicatus
eſt.Multa,inquit,habeo de uobis loqui & iudicare. Sed qui miſit me uerax eſt.) Videte
quemadmodum patri det gloriam æqualis filius.Exemplum enim nobis præbet, & tanq̃
in cordibus noſtris loquitur,O homo fidelis,ſi euangelium meum audis,dicit tibi dominus
deus tuus:ubi ego in principio uerbum deus apud deum,æqualis patri,coæternus gignen-
ti,do gloriam ei cuius ſum filius,quomodo tu ſuperbus es aduerſus eum cuius ſeruus es?
Multa habeo,inquit,de uobis loqui & iudicare,ſed qui me miſit uerax eſt: tanquã diceret
ideo uerum iudico,quia filius ueracis ueritas ſum. Pater uerax,filius ueritas, quid putamus
eſſe amplius? Cogitemus ſi poſſumus quid eſt amplius,uerax an ueritas? De quibuſdam
quæramus,pius homo an pietas? ſed plus eſt ipſa pietas:pius enim à pietate,non pietas à
pio:poteſt enim eſſe pietas,&ſi ille qui pius erat, factus eſt impius,ipſe perdidit pietatem,
pietati nihil abſtulit. Quid item pulcher & pulchritudo? Plus eſt pulchritudo quàm pul-
cher:pulchritudo enim facit pulchrum,non pulcher facit pulchritudinem. Caſtus & caſti-
tas? Caſtitas planè plus eſt quàm caſtus:ſi enim caſtitas non eſſet,unde eſſet iſte caſtus nõ
haberet:ſi autem noluerit eſſe caſtus,caſtitas integra perſeuerat.Si ergo plus pietas quàm
pius,plus pulchritudo quàm pulcher, plus caſtitas quàm caſtus, nunquid dicturi ſumus
plus ueritas quàm uerax? Si hoc dixerimus,filium incipiemus dicere patre maiorẽ:ait enim
apertiſſime ipſe dominus:Ego ſum uia & ueritas & uita.Ergo ſi filius ueritas,pater quid,niſi
quod ait ipſa ueritas,qui me miſit uerax eſt. Filius ueritas,pater uerax,quid plus ſit quæro, D
ſed æqualitatem inuenio:uerax enim pater non ab ea ueritate uerax eſt cuius partem ce-
pit,ſed quam totam genuit. Video planius eſſe dicendum,& certe ne uos diu teneam, ho-
die hucuſq; tractetur, cum finiero quod uolo dicere,adiuuante deo ſermo claudatur. Hoc
ideo dixi,ut intentos uos facerem.Omnis anima quoniam res eſt mutabilis,& quamuis ma
gna creatura,tamen creatura eſt,cuius corpore melior,tamẽ facta:omnis ergo anima quoniã
mutabilis eſt,hoc eſt,modo credit,modo nõ credit,modo uult,modo non uult,modo adul
tera eſt,modo caſta,modo bona,modo mala,mutabilis eſt.Deus autem hoc eſt quod eſt,
ideo proprium nomen ſibi tenuit:Ego ſum qui ſum,hoc & filius,dicendo:Niſi crediderit is
quia ego ſum. Ad hoc pertinet:& tu quis es? Principium. Deus igitur incõmutabilis eſt,ani
ma mutabilis:quãdo capit anima ex deo unde ſit bona,participando fit bona,quomodo tu
us oculus participando uidet:nam lumine ſubtracto nõ uidet,cuius particeps factus uidet,
quia ergo anima participando fit bona,ſi mutata cœpit eſſe mala,bonitas manet cuius erat
particeps bona:bonitatis eñ cuiuſdã particeps facta eſt cum bona eſſet,q̃ mutata in peius,
integra bonitas permanet.Si recedat anima & mala fiat,non minuitur bonitas:ſi reuertat
& bona fiat,non creſcit bonitas.Factus eſt oculus tuus particeps lucis huius & uides:clau-
ſus eſt,hanc lucẽ nõ minuiſti:apertus eſt,hanc lucẽ nõ auxiſti.Hac data ſimilitudine fratres
intelligite,quia ſi pia eſt anima,eſt pietas apud deũ,cuius fit particeps anima:ſi caſta eſt ani
ma,eſt caſtitas apud deum,cuius eſt particeps anima:ſi bona eſt anima, eſt bonitas apud
deum cuius eſt particeps anima:ſi eſt uerax anima,eſt ueritas apud deũ cuius eſt particeps
anima:cuius particeps ſi nõ fuerit anima,omnis homo mendax:ſi omnis homo mendax, nul-
lus homo de ſuo eſt uerax.Pater autẽ uerax de ſuo eſt uerax, quia genuit ueritatem.Aliud
eſt,uerax eſt homo iſte qui iam percepit ueritatẽ:aliud eſt,uerax deus qui genuit ueritatẽ.
Ecce quomodo uerax eſt deus,nõ participando,ſed generãdo ueritatẽ.Video uos intellexiſ
ſe & gaudeo:ſufficiat uobis hodie, cætera q̃ndo dño placuerit,ſicut donauerit,exponemus.

Ab co

A Ab eo loco ubi dictum eſt:Dixit ergo eis Ieſus:Cum exaltaueritis filiũ hominis,
uſq; ad id quod dictũ eſt:Hæc illo loquente,multi crediderunt in eũ: Tract. XL.

DE ſancto euangelio ſecundũ Ioannẽ quod geſtare nos uidetis in manibus, iam
multa audiuit charitas ueſtra,quæ deo donante ſicut potuimus diſputauimus,
cõmendantes uobis maxime iſtum euangeliſtam de domini diuinitate, ſecun-
dum quam æqualis eſt patri filius unicus dei,loqui elegiſſe,& propterea aquilæ
comparatũ:nulla quippe auis uolare altius perhibetur.Proinde quæ ex ordine ſubſequun-
tur,ſicut ea dñs tractare donauerit,intentiſſime audite.Locuti ſumus uobis de præcedenti le
ctione inſinuantes,quomodo intelligat pater uerax,filius ueritas.Cum autem dixiſſet dñs
Ieſus,uerax eſt qui me miſit, Nõ intellexerũt Iudæi quòd de patre illis diceret. Et ait illis:)
quoniam cum legeretur audiſtis. Cum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoſcetis quia
ego ſum,& à meipſo facio nihil,ſed ſicut docuit me pater,hæc loquor.) Quid eſt hoc? Ni-
hil enim aliud uidetur dixiſſe,niſi eos poſt paſſionem ſuam cognituros quis eſſet.Proculdu
bio ergo uidebat ibi aliquos quos ipſe nouerat,quos ipſe cum cæteris ſanctis ſuis ante con- epſe: 1
ſtitutionem mundi præſciendo elegerat,poſt paſſionem ſuam eſſe credituros. Ipſi ſunt illi
quos aſſidue cõmendauimus,& ad imitationem cum magna exhortatione proponimus:
miſſo enim deſuper ſpiritu ſancto poſt domini paſſionem,& reſurrectionem, & aſcenſio-
nem,cum miracula fierent in eius nomine,quem tanq̃ mortuum perſequentes Iudæi con- cito: 2
tempſerant,compuncti ſunt corde: & qui ſæuientes occiderunt,mutati crediderunt:& quem
ſanguinem ſæuiendo fuderunt,credendo biberunt illa tria milia,& illa quinq; milia Iudæo-
rum,quos ibi uidebat quando dicebat:Cum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoſcetis
quia ego ſum:tanq̃ dicens: differo cognitionem ueſtram,ut impleam paſſionẽ meam.Or
dine uerſo cognoſcetis qui ſum,non quia omnes tunc erant crediturí ex his audiebãt,id eſt,
poſt paſſionem domini:nam paulopoſt dicit:Hæc eo loquente,multi crediderunt in eum:
& nondum exaltatus erat filius hominis.Exaltationem quippe diem paſſionis,non glorifi exaltatio Chriſti quomodo
B cationis,crucis,non cœli,quia & ibi exaltatus eſt,quando pependit in ligno,ſed illa exalta- intelligenda
tio humiliatio fuit:Tunc enim factus eſt obediens uſq; ad mortem,mortem autem crucis. pBalip: 2
Hoc oportebat impleri per eorum manus,qui poſtea fuerant crediturí, quibus dixit: Cum
exaltaueritis filium hominis,tunc cognoſcetis quia ego ſum.Quare hoc,niſi ut nemo deſpe contra deſperationem.
raret in quocũq; ſcelere male ſibi conſcius,quando uidebat eis donari homicidium qui occi-
derant Chriſtum? Hos ergo in illa turba agnoſcens dominus dixit:Cum exaltaueritis filiũ
hominis,tunc cognoſcetis quia ego ſum.Iam noſtis quid ſit ſum,nec aſſidue repetendũ eſt,
ne pariat res tanta faſtidium.Recolite illud:Ego ſum qui ſum,& qui eſt miſit me, & agno-
ſcetis quid dictum ſit,tunc ſcietis quia ego ſum:ſed & pater eſt, & ſpiritus ſanctus eſt,ad
ipſum eſſe ptinet tota trinitas. Sed quia dñs ſicut filius loquebat,ne forte in eo quod dixit, participationi ſiue Gabrihelis
tũc cognoſcetis quia ego ſum,ſubintraret error Sabellianorũ,hoc eſt,patri paſſianorũ, quẽ Arriani ſpreuerit.
uobis errorẽ cõmendaui nõ tenendũ,ſed cauendũ,eorũ ſcilicet q dixerũt:Ipſe eſt pater, ipſe
eſt filius,duo ſunt nomina,ſed res una:propter iſtũ ergo cauendũ errorẽ cũ dixiſſet dñs,tũc
cognoſcetis quia ego ſum,ne ipſe intelligeret pater,cõtinuo ſubiũxit: Et à meipſo facio ni-
hil,ſed ſicut docuit me pater,hæc loquor.) Iam gaudere cœperat Sabellianus,erroris ſui oc-
caſione cõperta:ſtatim ut ſe tanq̃ in obſcuro extulit,ſequẽtis ſententiæ luce cõfuſus eſt.Puta
ueras eũ eſſe patrem,quia dixit ego ſum:audi quia filius eſt,à meipſo facio nihil.Quid eſt,à
meipſo facio nihil? A meipſo nõ ſum:filius eñ de patre eſt deus:pater aũt non eſt de filio
deus:filius eſt deus de deo,pater aũt deus,ſed nõ de deo:filius eſt lumen de lumine, pater
aũt lumen,ſed non de lumine:filius eſt,ſed eſt de quo eſt:pater aũt eſt, ſed non eſt, de quo
eſt.Quod ergo addidit:ſicut docuit me pater,hæc loquor,nemini ueſtrũ obrepat cogitatio
carnalis fratres mei:nõ eñ poteſt hũana infirmitas cogitare niſi quod cõſueuit facere uel au
dire.Nolite ergo uobis q̃ſi duos hoies ante oculos ponere,unũ patrẽ,alterũ filiũ,& loquẽtẽ
patrẽ ad filiũ,ſicut facis quãdo uerba aliq̃ dicis filio tuo,monẽs eũ & inſtruens eũ quomõ lo
quatur

quatur,ut quæcunq; audiuit à te cõmendet memoriæ:cum cõmendauerit memoriæ, profe/ C
rat & lingua,diſtinguat perſonas,inferat auribus alienis quod percepit in ſuis.Nolite ita co/
gitare,ne in corde ueſtro idola fabricetis,& humanam formam,humanorũ liniamenta mẽ
brorum,figuram carnis humanæ,ſenſus iſtos conſpicuos,ſtaturam motuſq; corporis, lin/
guæ officiũ,diſtinctiones ſonorũ:Nolite in illa trinitate cogitare,niſi quod pertinet ad for/
mam ſerui quam accepit unigenitus filius,cum uerbum caro factum eſt ut habitaret in no/
bis,ibi non te prohibeo humana infirmitas cogitare quod noſti,immo etiam compello.Si
fides in te uera eſt,talem Chriſtum cogita,ſed ex Maria uirgine,non de deo patre.Talẽ co/
gita,infãs fuit,creuit ut homo,ambulauit ut homo,eſuriuit,ſitiuit ut homo,dormiuit ut ho/
mo,paſſus poſtremo ut homo,ſuſpẽſus in ligno,occiſus,ſepultus ut homo,in eadẽ forma re/
ſurrexit,in eadem forma ante oculos diſcipulorum aſcendit in cœlum,in eadem forma uen
Act.1 turus eſt ad iudicium,angelorum enim uox eſt in euãgelio expreſſa:Sic ueniet quomodo
eum uidetis euntem in cœlum.Quando ergo de forma ſerui cogitas in Chriſto,humanam
effigiem cogita,ſi eſt in te fides:quando autem cogitas:In principio erat uerbum,& uerbũ
erat apud deum,& deus erat uerbum,pereat de corde tuo omnis humana figuratio,pellat
de cogitationibus tuis quicquid fine corporeo terminatur,quicquid loci ſpacio continetur,
uel quantalibet mole diffunditur,de corde tuo figmentũ tale diſpereat.Cogita,ſi potes,pul
chritudinẽ ſapientiæ,occurrat tibi pulchritudo iuſtitiæ:Forma eſt? Statura eſt? Color eſt?
Nihil horum eſt,& tamen eſt:nam ſi non eſſet,non amaret,nec merito laudaretur,nec ama
ta,nec laudata corde moribuſq; teneretur.Nunc uero fiunt homines ſapientes,unde fierẽt
niſi eſſet ſapientia? Porrò autem ô homo,ſi ſapientiam tuam uidere carnis oculis nõ potes,
nec tali imaginatione cogitare qualia corporalia cogitantur,ſapiẽtiæ dei audes ingerere hu/
manam corporis formam? Quid ergo dicimus fratres? Quomodo locutus eſt pater filio?
Quomodo filius ait,ſicut docuit me pater,hæc loquor? Locutus eſt illi,quando docuit pa/
ter filium uerba fecit,quomodo tu quando doces filium tuum uerba facis? Quomodo facis D
uerba uerbo? Quæ uerba multa fierent unico uerbo? Verbũ enim patris aurem habuit ad
os patris? Carnalia ſunt iſta,pereant de cordibus ueſtris.Hoc enim dico,ecce ſi intellexiſtis
quod ego dixi,ego certe locutus ſum,& mea uerba ſonuerunt,ſoniſq; aures pepulerunt, &
per ſenſus auditus ueſtri ad cor ſententiam perduxerunt.Si intellexiſtis, facite aliquem au/
diſſe latinæ linguæ hominem:tantũmodo audiſſe,nec tamen intellexiſſe quod dixi:quan/
tum ad ſtrepitum emiſſum ex ore meo,ſic eius ille particeps factus eſt qui nõ intellexit,quo
modo & uos.Cũ ſonum audiuit,cædem ſyllabæ aures eius percuſſerunt,ſed in corde ipſius
nihil genuerunt.Quare? Quia non intellexit.Vos autem ſi intellexiſtis, unde intellexiſtis?
Ego ad aurem ſonui,nunquid ego in cor lumen accendi? Proculdubio ſi uerum eſt quod di
xi,& hoc uerbum non ſolum audiſtis,uerũetiam intellexiſtis, duæ res ibi factæ ſunt, diſcer/
nite illas,auditus & intellectus.Auditus per me factus eſt,intellectus per quem? Ego ad au/
rem dixi ut audiretis,ad cor ueſtrũ quis dixit ut intelligeretis? Sine dubio aliquis & ad cor
ueſtrum aliquid dixit:ut non ſolum ſtrepitus iſte uerborum percuteret aurem ueſtram,ſed
etiam in cor ueſtrum aliquid deſcenderet ueritatis.Dixit aliquis & ad cor ueſtrum,ſed non
eum uidetis:ſi intellexiſtis fratres, dictũ eſt & cordi ueſtro:Munus dei eſt intelligẽtia.Quis
Pſal.118 hoc dixit in corde ueſtro ſi intellexiſtis? Cui dicit pſalmus:Da mihi intellectum, ut diſcam
mandata tua.Verbi gratia,epiſcopus locutus eſt.Quid locutus eſt aliquis ait? Reſpondes
quid locutus ſit,addis,uerum dixit.Tunc alius qui non intellexit,quid dixit,inquit? Aut qd
eſt quod laudas? Ambo me audierunt,ambobus ego dixi,ſed uni ipſorũ deus dixit.Si par
ua magnis comparare conceditur,quomodo nos ad eum quid ſumus? Tamen neſcio quid
incorporaliter & ſpiritaliter facit in nobis deus,quod nec ſonus eſt qui aurem percutiat, nec
color qui oculis diſcernatur,nec odor eſt qui naribus capiatur,nec ſapor qui faucibus iudice
tur,nec durũ,nec molle quod tangendo ſentiatur,tamẽ aliquid eſt quod ſentire facile eſt,ex
plicare impoſſibile eſt. Si ergo deus,ut dicere cœperã,loquit in cordibus noſtris ſine ſono,

quomodo

A quomodo loquitur filio ſuo? Sic ergo fratres,ſic cogitate quantũ poteſtis,ut dixi,licet parua
magnis modo aliquo cõparare,ſic cogitate,Incorporaliter pater locutus eſt filio,quia incor quomodo pater cogitatus sit.
poraliter pater genuit filiũ, nec eũ ſic docuit quaſi indoctũ genuerit,ſed hoc eſt eũ docuiſſe,
quod eſt ſciẽtem genuiſſe,& hoc eſt docuit me pater, quod eſt ſcientem me genuit pater.Si
enim quod pauci intelligũt,ſimplex eſt natura ueritatis,hoc eſt filio eſſe quod noſſe.Ab illo
ergo habet ut nouerit,à quo habet ut ſit, non ut prius ab illo eſſet, & ab illo poſtea noſſet,
ſed quemadmodũ illi gignẽdo dedit ut eſſet, ſic gignẽdo dedit ut noſſet,quia ſimplici,ut di
ctum eſt,naturæ ueritatis eſſe & noſſe nõ eſt aliud atq; aliud,ſed hoc ipſum.Dixit ergo iſta
Iudæis, & addidit, Et qui me miſit mecũ eſt:iã hoc & ante dixerat, ſed rem magnã aſſidue
cõmemorat, miſit me & mecũ eſt.Si ergo tecũ eſt ô domine,nõ unus ab alio miſſus eſt,ſed
ambo ueniſtis:& tamen cum ambo ſimul ſint,unus miſſus eſt,alter miſit.Quomodo miſſio
incarnatio eſt,& ipſa incarnatio filij tantum eſt,& nõ patris:miſit itaq; pater filiũ,ſed nõ re
ceſſit à filio,non enim quò miſit filiũ,non ibi erat pater:ubi enim nõ eſt qui fecit omnia,ubi
nõ eſt & qui dixit,Cœlũ & terrã ego impleo? Sed forte pater ubiq; eſt,& filius nõ ubiq; eſt: Hiere.2
Euangeliſtã audi,In hoc mũdo erat, & mundus per eũ factus eſt:ergo,inquit,qui miſit me, Ioan.8
cuius autoritate tanq; paterna incarnatus ſum,mecũ eſt,nõ me reliquit.Quare nõ me reliqt?
Et non me reliquit,inquit,ſolũ,quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.) Ipſa eſt æqua/
litas ſemper,nõ ex quodã initio & deinceps,ſed ſine initio,ſine fine:dei enim generatio non
habet initiũ temporis, quia per genitũ facta ſunt tẽpora. Hæc illo loquẽte,multi credide/
runt in eum.) Vtinam & me loquente multi qui aliud ſapiebãt intelligãt,& credãt in eum.
Quidã enim fortaſſe ſunt in iſta multitudine Ariani,non audeo ſuſpicari eſſe Sabellianos,
qui ipſum patrẽ dicunt eſſe qui filius eſt.Hæreſis quippe iſta nimis antiqua eſt,& paulatim
euiſcerata:Arianorũ aũt adhuc uidetur habere aliquã motionẽ quaſi cadaueris putrefcẽtis,
aut certe ut multum quaſi hominis anima egentis, oportet inde reliquos liberari,ſicut inde
B multi liberati ſunt.Et quidẽ iſta ciuitas eos nõ habebat,ſed poſteaq; multi peregrini adue
nerunt,nõnulli & ipſi uenerunt.Ecce hæc domino loquente,multi Iudæi crediderũt in eum,
ecce & me loquẽte Ariani credant, nõ in me,ſed mecũ in eo Dicebat ergo dñs ad eos qui
crediderant in eũ Iudæos,Si uos mãſeritis in uerbo meo:) ideo mãſeritis,quia initiati eſtis,
quia & ibi eſſe cœpiſtis:ſi manſeritis,hoc eſt,in fide quæ in uobis eſſe credẽtibus cœpit,quò
perueniſtis? Vide quale initium,quò perducit.Amaſti fundamentum,culmen attẽde,& ex
iſta humilitate aliã celſitudinem quære. Fides enim humilitatẽ habet,cognitio & immorta
litas & æternitas non habet humilitatẽ,ſed celſitudinem,erectionẽ & nullã defectionẽ,æter
nam ſtabilitatem,nullam ab inimico expugnationem,nullũ deficiendi timorem.Magnum
eſt quod incipit à fide, ſed contemnitur fundamẽtum:ſolet etiã in ædificio ab imperitis con
temni, foſſa fit grandis, lapides quoquo modo paſſim mittuntur,nulla ibi expolitio,nulla
pulchritudo apparet,quomodo nec in arboris radice apparet aliqua pulchritudo,totum ta
men quicquid te delectat in arbore, de radice ſurrexit. Si uides radicem & non delectaris,
uides arborẽ & miraris,Stulte quid miraris, inde ſurrexit quo non delectaris.Parũ aliquid
uidetur fides credentium, non habes ſtateram unde appendas. Audi ergo quò perueniat,
& uide quanta ſit:ſicut & ipſe dñs in alio loco dicit,Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis: Matth.17
quid humilius,quid uehementius,quid minutius,quid feruentius? Ergo & uos ait,Si man
ſeritis in uerbo meo in quo credidiſtis,quò pduceminí? Vere diſcipuli mei eritis.) Et quid
nobis prodeſt? Et cognoſcetis ueritatem.) Quid promittit credentibus fratres? Et cogno
ſcetis ueritatem. Quid enim non illã cognouerant,quando dñs loquebatur? Si non cogno
uerant,quomodo crediderunt? Non quia cognouerũt crediderũt,ſed ut cognoſcerẽt credi/
derunt:credimus enim ut cognoſcamus, nõ cognoſcimus ut credamus:quod enim cognitu
ri ſumus,nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcẽdit.Quid eſt enim fides, v. Dd quid est,
niſi credere quod nõ uides? Fides ergo eſt quod nõ uides credere,ueritas quod credidiſti ut veritas,
dere:ſicut ipſe quodã loco ait,Ideo dñs prius ad faciendã fidem ambulauit in terra.Homo

s erat,

erat,humilis factus est,ab omnibus uidebatur,nec ab omnibus cognoscebatur,à multis re- C
probabatur,à turba occidebatur. à paucis dolebatur,sed tamen nec ab eis à quibus doleba
tur, nondum sicut erat cognoscebatur. Totum hoc quasi initium est liniamẽtorum fidei &
Ioan.14 structuræ futuræ. Quod dñs ipse attendens quodam loco ait,Qui diligit me,mãdata mea
custodit:& qui diligit me,diligetur à patre meo, & ego diligã eum,& ostendã meipsum illi:
quẽ qui audiebant,utiq; iam uidebant,eis tamen si diligebant, uidẽdum esse promittebat:
sic & hic cognoscetis ueritatem.Quid enim,quod dixisti,nõ est ueritas? Veritas est,sed ad
huc creditur,nondũ uidetur:si maneatur in eo quod creditur,peruenitur ad id quod uidea
1.Ioan.3 tur.Inde Ioannes ipse sanctus euãgelista in epistola sua,Dilectissimi,inquit,filij dei sumus,
sed nondũ apparuit quid erimus:iam sumus,& aliquid erimus, quid plus erimus q̃ sumus?
Audi,nondũ apparuit quid erimus, scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde?
quoniã uidebimus eum sicuti est, magna promissio,sed merces est fidei: quæris mercedem,
opus præcedat:si credis,mercedem exige fidei:si autẽ non credis,fidei mercedem qua fronte
quæris? Si ergo manseritis in uerbo meo,uere discipuli mei eritis,ut contemplemini ipsam
ueritatem sicuti est,non per uerba sonantia, sed per lucem splẽdentem, cum signauerit nos,
Psal.4 quod legitur in psalmo, Signatum est super nos lumen uultus tui dñe.Moneta dei sumus,
nummus à thesauro,aberrauimus errore, detritũ est quod in nobis fuerat impressum,uenit
qui reformet, quia ipse formauerat.Quærit & ipse nummũ suũ,sicut Cesar nummũ suum:
Luc.20 ideo ait, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt,& deo quæ dei sunt:Cæsari nummos,deo uos
ipsos:tunc ergo exprimetur ueritas in nobis.Quid dicã charitati uestræ? O si cor esset qua
litercunq; suspirans in illam ineffabilem gloriam,ô si peregrinationem nostram in gemitu
sentiremus,& seculum non amaremus,& ad eum qui nos uocauit,pia mente perpetuo pul
saremus.Desideriũ sinus cordis est,capiemus, si desiderium quantũ possumus extẽdamus.
Hoc nobiscum agit scriptura diuina,hoc cõgregatio populorũ,hoc celebratio sacramento
rum,hoc baptismus sanctus,hoc cantica laudis dei, hoc ipsa nostra disputatio,ut hoc desi
derium non solum seminetur & germinet, uerumetiã in modũ tantæ capacitatis augeatur, D
ut idoneum sit sumere quod oculus non uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit.
Sed amate mecũ,non amat multũ nummũ, qui amat deum.Et ego palpaui infirmitatem,
non ausus sum dicere,non amat nummũ, sed nõ multum amat nummum,quasi amandus
sit nummus,sed nõ multum.O si deum digne amemus,nummos omnino nõ amabimus.
Erit tibi nummus instrumentũ peregrinationis,nõ irritamentum cupiditatis,quo utaris ad
necessitatem, nõ quo fruaris ad delectationẽ.Deum ama si aliquid in te egit,quod audisse
te laudas.Vtere mundo, non te capiat mundus quò intrasti, iter agis,exiturus uenisti,non
remãsurus.Iter agis,stabulũ est hæc uita,utere nummo, quomodo uiator in stabulo utitur
mensa,calice,urceo,lectulo,dimissurus nõ permãsurus.Si tales fueritis,erigite cor si potestis
& audite me, si tales fueritis,ad eius promissa uenietis : non enim multum est ad uos,quia
magna est manus eius qui uos uocauit : uocauit, inuocetur, dicatur illi,Vocasti nos, uoca
mus te : ecce audiuimus uocantem,audi te inuocantes. Perduc quò promisisti,perfice quod
inchoasti, noli deserere munera tua,noli deserere agrum tuum,germina tua intrent in hor
reum tuum.Abundant tempestates in mundo,sed maior est qui fecit mundum:abundant
tentationes,sed non deficit qui in illo spem ponit in quo defectus nullus est. Ad hoc hor
tatus sum ista fratres, quia libertas de qua loquitur dominus noster Iesus Christus, non
huius temporis est:uidete quid adiunxit,Vere discipuli mei eritis,& cognoscetis ueritatem,
Et ueritas liberabit uos.) Quid est,liberabit uos? Liberos uos faciet.Denique Iudæi car
nales,& secundum carnem ambulantes,non hi qui crediderant,sed in illa turba qui non cre
diderant, iniuriam sibi factam putauerunt, quia dixit eis, Veritas liberabit uos:indignati
sunt seruos se esse significatos. Et uere serui erant, & exponit illis quæ sit seruitus,& quæ sit
futura libertas quam ipse promittit. Sed de hac libertate & de illa seruitute,nimis longum
est,ut hodie disputemus.

A Ab eo quod ait,Dicebat autem Iesus ad eos qui crediderant, usque ad id quod
dictum est,Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Tractatus XLI.

QVOD lectionem pristinam sequitur, & de sancto euangelio hodie nobis recitatum est, tunc distuli dicere, quoniam multum iam dixeram,& de libertate in Gala.5
qua nos uocauit gratia saluatoris, non prætereunter neque negligenter fuerat
disserẽdum:hinc hodie domino adiuuãte statuimus loqui uobis.Quibus enim
loquebatur dominus Iesus Christus,Iudæi erant,ex magna quidẽ parte inimici,sed etiam
amici ex quadam parte iam facti & futuri: nam quosdam ibi uidebat, sicuti iam diximus,
qui post passionem fuerant crediturí, hos intuens dixerat,Cum exaltaueritis filium homi
nis,tunc cognoscetis quia ego sum.Erant ibi etiam qui hæc loquente illo continuo credide
runt,ipsis locutus est quod audiuimus hodie. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant
ei Iudæos,Si manseritis in uerbo meo,uere discipuli mei eritis.)Manendo eritis:quia enim
nunc credentes estis, manendo uidentes eritis: ideo sequitur, & cognoscetis ueritatem.)
Veritas incommutabilis est, ueritas panis est, mentes reficit, nec deficit, mutat uescentem, Veritas quidem nobiscum
non ipsa in uescẽte mutatur.Ipsa est ueritas uerbum dei,deus apud deum unigenitus filius:
hæc enim ueritas carne induta est propter nos, ut de Maria uirgine nasceretur, & implere
tur prophetia,Veritas de terra orta est.Hæc ergo ueritas cum Iudæis loqueretur,latebat in Psal.84.
carne,latebat autem non ut negaretur,sed ut differretur, differretur ut in carne pateretur,in
carne autem pateretur,ut caro peccati redimeretur.Stans itaq; conspicuus secundũ infirmi
tatem carnis dominus noster Iesus Christus,& secundum maiestatem diuinitatis occultus,
dixit ad eos qui ei cum hæc loqueretur crediderant, Si manseritis in uerbo meo, uere disci
puli mei eritis:Qui enim perseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit:& cognoscetis ueritatem
quæ modo uos latet & loquitur uobis. Et ueritas liberabit uos.)Hoc uerbum dominus
ad libertatẽ posuit,liberabit uos:nihil est enim aliud proprie liberat,nisi liberum facit,quo Liberare quid sit.
B modo saluat, nihil est aliud q̃ saluum facit, quomodo sanat nihil est aliud q̃ sanum facit,
ditat,nihil est aliud q̃ diuitem facit: sic liberat, nihil est aliud q̃ liberum facit. Hoc in uer
bo græco planius est,nam in latina cõsuetudine plerunq; dicimus hominem liberari,quod
ad libertatem non pertinet,sed tantum ad salutem;sicut quisq̃ dicitur liberari ab infirmita
te,usitate dicitur,non tamen proprie.Sic autem posuit dominus hoc uerbum, ut diceret,Et
ueritas liberabit uos,ut in græca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse. Denique &
Iudæi sic intellexerunt & responderunt ei, non illi qui iam crediderant, sed illi qui in turba
erant nondum credentes. Responderunt ei, Semen Abraæ sumus, & nemini seruiuimus
unquam,quomodo tu dicis,liberi eritis?) Non autem dixerat dominus,liberi eritis, sed ue Iudei nomine appellatum iã
ritas liberabit uos. In quo tamen uerbo illi, quia sicut dixi patet in græco,non intellexerunt cum libertatem & ꝓ
nisi libertatem, & extulerunt se q̃ semen essent Abraæ, & dixerunt, semen Abraæ sumus, & ꝓ
& nemini seruiuimus unquam, quomodo tu dicis,liberi eritis? O pellis inflata,non est ista
magnitudo, sed tumor. Et hocipsum secundum huius temporis libertatem quomodo ue
rum dixistis, nemini seruiuimus unquam? Ioseph non est uenundatus? Prophetæ sancti
in captiuitatem non sunt ducti? Deinde nónne ipse ille est populus qui in Ægypto lateres
faciebat,& regibus duris,non saltem in auro & argento,sed in luto seruiebat? Si nemini ser
uistis unquam, ô ingrati, quid est quod assidue uobis imputat deus, q̃ uos de domo ser
uitutis liberauit? An forte patres uestri seruierunt,uos autẽ qui loquimini, nemini unquam
seruistis? Quomodo ergo soluebatis iam tributa Romanis? Vnde & ipsi ueritati laqueum
quasi captionis proposuistis,ut diceretis, Licet reddere tributum Cæsari, ut si dixisset,licet,
teneretis eum quasi male optasset libertati seminis Abraæ:si autem diceret,non licet,calum
niaremini apud reges terræ, q̃ prohiberet regibus tributa persolui. Merito prolato num
mo uicti estis,& captioni uestræ uosipsi estis respondere cõpulsi:ibi enim uobis dictum est,
Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt,& deo quæ dei sunt:cum uosipsi respondissetis,q̃ num- Matth.22
mus haberet imaginem Cæsaris : quia sicut quærit Cæsar in nummo imaginem suam,sic

deus quærit in homine ſuam:hæc ergo reſpõdit Iudæis,Mouet enim me fratres,hominum C
uana ſuperbia,qui etiam de ipſa quam carnaliter intelligebant,ſua libertate mentiti ſunt di
centes, Nemini ſeruiuimus unquam.Dominus autem quid eis reſponderit, hoc potius &
intẽtius audiamus,ne & noſipſi ſerui inueniamur. Reſpõdit enim eis Ieſus, Amen amen
dico uobis,quia omnis qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.) Seruus eſt, ſed utinam homi
nis & non peccati. Quis non ſub his uerbis contremiſcat? Præſtet nobis dominus noſter
Ieſus Chriſtus,id eſt,& mihi & uobis, ut pro ſententia loquar de hac libertate appetenda,
& de illa ſeruitute uitanda.Amen amen dico uobis,ueritas dicit:& quale eſt domini dei no
ſtri dicere, Amen amen dico uobis. Multum commendat quod ita pronunciat,quodam
modo ſi dici fas eſt,iuratio eius eſt,amen amen dico uobis. Amen quippe interpretatur ue
rum : & tamen non eſt interpretatum, cum potuiſſet dici, uerum dico uobis. Nec Græcus
hoc interpres auſus eſt facere,nec Latinus:nã hoc uerbum quod eſt amen,nec Græcum eſt
nec latinum,ſed Hebræum : ſic manſit,non eſt interpretatum,ut honorẽ haberet uelamen
to ſecreti,non ut eſſet negatũ,ſed ne uileſceret nudatum:nec ſemel tamen,ſed bis à domino
dictum eſt,amen amen dico uobis. Iam quantum hoc commendatum ſit,ex ipſa gemina
tione cognoſcite. Quid eſt ergo commendatum? Verum uerum dico uobis, ueritas dicit.
Quæ utiq; &ſi non diceret, uerum dico, mentiri omnino non poſſet.Tamen commendat,
tamen inculcat, dormientes quodammodo excitat,intentos facit,contemni non uult.Quid
dicit? Amen amen dico uobis,quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati.O miſerabi
lis ſeruitus.Plerunq; homines cum dominos malos patiuntur,uenales ſe putant,non quæ
rentes dominum non habere, ſed ſaltem mutare : ſeruus peccati quid faciat? Quem inter
pellet? Apud quem ſe uenalem petat? Deinde ſeruus hominis aliquando ſui domini du
ris imperijs fatigatus,fugiendo requieſcit : ſeruus peccati quò fugit? ſecũ ſe trahit quocunq;
fugerit.Non fugit ſeipſam mala conſcientia,non eſt quò eat,ſequitur ſe,imò nõ recedit à ſe:
peccatum enim quod facit intus eſt. Fecit peccatum, ut aliquam corporalem caperet uolu
ptatem,uoluptas tranſit,peccatũ manet,præterit quod delectabat, remanſit quod pungat: D
De his qui fugiunt ad eccleſiam mala ſeruitus.Aliquando fugiunt homines ad eccleſiam, & plerunq; eos patimur quanq;
indiſciplinatos, nolentes carere diuinis qui nolunt carere peccatis. Aliquando etiam illicito
iugo & improbo ſubiecti fugiunt ad eccleſiã, quia retinẽtur ingenui ad ſeruitutem, & inter
pellatur epiſcopus, & niſi curet operam impẽdere ne ingenuitas opprimatur,immiſericors
deputatur.Ad Chriſtum omnes fugiamus,contra peccatum deum liberatorem interpelle
mus : uenales nos petamus, ut eius ſanguine redimamur : dicit enim dominus, Gratis ue
Eſaie 52 nundati eſtis,& ſine argẽto redimemini : ſine precio,ſcilicet ueſtro,quia meo.Hoc dominus
dicit,ipſe enim preciũ dedit, non argentum, ſed ſanguinem ſuum:nam nos & ſerui & egeni
remanſeramus. Liberat ergo ab hac ſeruitute ſolus dominus : qui illam non habuit,ipſe de
illa liberat, ſolus enim in hac carne uenit ſine peccato:nã quos uidetis in manibus matrum
paruulos ferri, nondum ambulant, & iam ſunt compediti,traxerunt enim de Adam quod
ſoluatur à Chriſto. Pertinet etiam ad ipſos cum baptizantur iſta gratia quã dominus pol
licetur,quia de peccato ſolus liberare poteſt, qui uenit ſine peccato,& factus eſt ſacrificium
2.Cor.5 pro peccato : audiſtis enim cum Apoſtolus legeretur, Pro Chriſto,inquit,legatione fungi
mur,tanq; deo exhortante per nos:obſecramus pro Chriſto,id eſt,tanquam uos Chriſtus
obſecret, quid? reconciliamini deo. Si exhortatur & obſecrat Apoſtolus ut reconciliemur
deo, inimici eramus deo:nemo enim reconciliatur niſi ex inimicitijs:inimicos autẽ nos non
natura, ſed peccata fecerunt.Vnde inimici illius, inde ſerui peccati.Non habet deus liberos
inimicos,neceſſe eſt ſerui ſint:& ſerui remanebunt,niſi ab illo liberentur,cui peccãdo inimici
eſſe uoluerunt.Obſecramus ergo,inquit,pro Chriſto,recõciliamini deo.Quomodo autem
Eſaie 59 reconciliamur,niſi ſoluatur quod inter nos & ipſum ſeparat? ait enim propheta,Non gra
uauit aurem ne audiat,ſed peccata ueſtra ſeparant inter uos & deum:quia ergo non recon
ciliamur niſi ablato quod in medio eſt, & poſito quod in medio ſit.Eſt enim medium ſepa

rans,

A rans, ſed contrà eſt mediator reconcilians:medium ſeparans eſt peccatum,mediator recon
cilians eſt dominus Ieſus Chriſtus,unus enim deus, & unus mediator dei,& hominum ho 1.Timo:2.
mo Chriſtus Ieſus. Vt ergo tollatur materia ſeparans quod eſt peccatum,uenit ille media
tor,& factus eſt ſacrificium ſacerdos ipſe.Et quia ſacrificium factus eſt pro peccato,offerens
ſeipſum in holocauſtum in cruce paſſionis ſuæ : ſequitur Apoſtolus & dicit, cum dixiſſet,
obſecramus pro Chriſto reconciliamini deo,quaſi diceremus, quomodo poterimus recon
ciliari? Eum,inquit,id eſt,ipſum Chriſtum, qui nõ nouerat peccatum, peccatum pro nobis
fecit,ut nos ſimus iuſtitia dei in ipſo, eum ipſum, inquit, Chriſtum deum,qui non nouerat
peccatum. Venit enim in carne,hoc eſt,in ſimilitudine carnis peccati,nõ tamen in carne pec
cati,nõ habens ullum omnino peccatum, & ideo factus eſt uerum ſacrificium pro peccato,
quia nullum habebat ipſe peccatum. Sed forte de ſenſu meo dixi, quia peccatũ ſacrificium
eſt pro peccato, qui legerunt agnoſcant, qui non legerunt, non ſint pigri,non ſint,inquam, als,iudicandum
pigri ad legendum, ut ueraces ſint ad intelligendum.Cũ de ſacrificijs enim præciperet deus
offerendis pro peccato, in quibus ſacrificijs non erat expiatio peccatorum, ſed umbra futu
rorum,eadem ipſa ſacrificia,eaſdẽ ipſas hoſtias, eaſdem ipſas uictimas,eadẽ ipſa animalia
quæ admouebantur mactanda pro peccatis, in quorum ſanguine ſanguis ille figurabatur,
peccata lex appellat,uſqueadeo ut in quibuſdã locis ſcriptũ ſit ita,ut ſacerdotes immolaturi
ponerent manus ſuas ſuper caput peccati,id eſt, ſuper caput uictimæ immolandæ pro pec
cato.Tale ergo peccatum, id eſt, ſacrificium pro peccato, factus eſt dominus noſter Ieſus
Chriſtus,qui non nouerat peccatum,merito liberat ab hac ſeruitute peccati, ille qui dicit in
pſalmis, Factus ſum tanq; homo ſine adiutorio,inter mortuos liber:ſolus enim liber,quia Pſal.87
non habebat peccatum:ipſe enim dicit in euangelio, Ecce uenit princeps huius mundi,dia Ioan.14
bolum ſignificans uenturum in Iudæis perſecutoribus:ecce,inquit,uenit,& in me nihil inue
niet.Non quomodo in eis quos occidit etiam iuſtos,inuenit qualecunq; peccatum,in me ni
B hil inueniet:& tanq; ei diceretur,ſi nihil in te inueniet,quare te occidet? ſubiecit & ait,Sed ut
ſciant omnes quia uoluntatem patris mei facio:ſurgite eamus hinc.Non,inquit,mortẽ mei
peccati neceſſitate perſoluo,ſed in eo q; morior uoluntatem patris mei facio, pluſq; ibi facio
q; patior,quia ſi nollem,nec paſſus eſſem:habes illum alio loco dicentem,Poteſtatẽ habeo Ioan.10
ponendi animam meam,& poteſtatem habeo iterum ſumẽdi eam:ecce uere inter mortuos
liber.Cum ergo omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati,quæ ſit ſpes nobis libertatis au
dite, Seruus autẽ,inquit,non manet in domo in æternum.) Eccleſia eſt domus,ſeruus pec eccleſia eſt domus.
cator eſt,intrant multi in eccleſiã peccatores:nõ ergo dixit,ſeruus nõ eſt in domo,ſed nõ ma
net in domo in æternũ:ſi ergo nullus ibi ſeruus erit, quis ibi erit? Cũ enim rex iuſtus ſederit
in throno,ſicut ſcriptura loquitur, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabi Prouerb.20
tur mundum ſe eſſe à peccato? Multum nos terruit ô fratres mei dicendo,ſeruus nõ manet
in domo in æternum: adiungit autem & dicit, Filius autẽ manet in æternum.) Ergo ſolus
in domo ſua erit Chriſtus,nullus illi populus cohærebit:cui hæret caput,ſi non erit corpus?
An forte totum hoc filius,caput & corpus:nõ enim ſine cauſa, & terruit,& ſpem dedit.Ter
ruit, ne peccatum amaremus : ſpem dedit, ne de peccati ſolutione diffideremus. Omnis,
inquit,qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.) Serius autẽ nõ manet in domo in æternum.
Quæ ergo nobis ſpes eſt,qui non ſumus ſine peccato? audi ſpem tuam,filius manet in æter
num. Si ergo filius uos liberauerit, tunc uere liberi eritis.) hæc ſpes noſtra eſt fratres, ut à
libero liberemur,& liberando ſeruos nos faciat:ſerui enim eramus cupiditatis, liberati ſerui
efficimur charitatis:hoc & Apoſtolus dicit, Vos autẽ fratres in libertatem uocati eſtis,tan Gal.5
tum ne libertatem in occaſionem carnis detis,ſed per charitatem ſeruite inuicem : non ergo
dicat Chriſtianus, Liber ſum, in libertatem uocatus ſum:ſeruus eram,ſed redemptus ſum,
& ipſa redemptione liber effectus ſum,faciam quod uolo,nemo me prohibeat à uoluntate
mea ſi liber ſum : ſed ſi iſta uoluntate peccatum facis, ſeruus es peccati. Noli ergo libertate nõ debemus habere libertatẽ
abuti ad libere peccandũ,ſed utere ad non peccãdum:erit enim uoluntas tua libera,ſi fuerit chriſtiana.

Rom.6 pia:eris liber,si fueris seruus,liber peccati, seruus iustitiæ, dicẽte Apostolo,Cum serui essetis peccati,liberi eratis iustitiæ:nunc autem liberati à peccato,serui autem facti deo,habetis fructum uestrum in sanctificationẽ,finem uero uitam æternam. Hoc conemur ut id agamus, prima libertas est carere criminibus. Intẽdite fratres mei,intẽdite,ne forte possim perducere uobis ad sensum,& qualis modo sit,& qualis futura sit ista libertas. Quẽlibet ualde iustum discutias in hac uita,quamuis iam sit dignus iusti uocabulo,nõ est tamen sine peccato:audi
2.Ioan.1 ipsum sanctum Ioannem, cuius & hoc euangelium est, in epistola sua dicentem, Si dixerimus,inquit,quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Solus hoc dicere potuit in mortuis liber, de solo dici potuit qui non nouerat peccatum,de solo dici potuit, &enim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato:solus di-
Ioan.14 cere potuit,Ecce ueniet princeps mundi, & in me nihil inueniet:quemcunq; aliũ licet iustum discusseris, non omnimodo est sine peccato. Nec qualis erat Iob,cui dñs tale testimonium perhibebat ut diabolus inuideret,& postularet tentandum,tentans superaretur ut ille probaretur:ideo autẽ ille probatus est, non quia latebat deum coronandus,sed ut innotesceret
Iob 25 hominibus imitandus:etiam ipse Iob quid dicit,Quis enim mundus? nec infans, cuius est unius diei uita super terram. Sed planè multi iusti dicti sunt sine querela, quod intelligitur sine crimine: nulla enim querela iusta est de his in rebus humanis qui non habent crimen:
9 in Dist.81.c.apost. crimen autẽ est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum. Non ergo deus quædã peccata damnat,quædam iustificat & laudat:nulla laudat,sed odit omnia. Quomodo odit medicus ægritudinem ægroti, & id agit curãdo ut ægritudo pellatur,æger leuetur: sic deus gratia sua hoc in nobis agit, ut peccatum cõsumatur,homo liberetur. Sed quando consumitur,inquies? si minuitur,quare non consumitur:minuitur autẽ in uita proficiẽtium,
a Liberas. quod in uita consumitur perfectorũ:prima est ergo libertas,carere criminibus:ideo & apostolus Paulus quando elegit ordinãdos uel presbyteros uel diaconos,& quicunq; ordinandus est ad præposituram ecclesiæ:non ait, si quis sine peccato est,hoc enim si diceret,omnis D
1.Timoth.3 homo reprobaretur,nullus ordinaretur:sed ait, Si quis sine crimine est,sicut est homicidiũ, adulterium,aliqua immũdicia,fornicationes,furtum,fraus, sacrilegiũ, & cætera huiusmodi: cum cœperit ea nõ habere homo,debet autẽ non habere omnis Christianus,homo incipit caput erigere ad libertatẽ:sed ista inchoata est,non perfecta libertas. Quare, inquit, aliquis
Rom.7 non est perfecta libertas? Quia uideo aliam legem in membris meis,repugnantẽ legi mentis meæ:nõ enim quod uolo hoc ago,sed quod odi illud facio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem,ut non ea quæ uultis illa faciatis:ex parte libertas,ex parte seruitus: nondum tota, nondum pura,nondum plena libertas, quia nondum plena æternitas:habemus enim ex parte infirmitatẽ,ex parte accepimus libertatẽ,quicquid peccatum est, à nobis antea deletum est in baptismo:nũquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? si non remansisset,sine peccato hic uiueremus. Quis autẽ audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi qui seipsum uult decipere, & in quo ueritas non est? ergo ex eo q; remansit aliquid infirmitatis audeo dicere,ex qua parte seruimus deo, liberi sumus: ex qua parte seruimus legi peccati, adhuc serui sumus:unde dicit Apostolus quod dicere cœperamus, Condelector legi dei secundũ interiorem hominem: ecce unde liberi, unde condelectamur legi dei. Libertas enim delectat,nam quamdiu timore facis quod iustum est,nõ deus te delectat, quãdiu adhuc seruus facis,non te delectat:delectet te,& liber es. Noli timere pœnam, sed ama iustitiã:nondũ potes amare iustitiam,time uel pœnam,ut peruenias ad amandam iustitiam: ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat,unde dicebat, condelector legi dei secundũ interiorem hominem. Delectat me lex,delectat me quod iubet lex,delectat me ipsa iustitia. Video aliam legem in membris meis, hæc est quæ remansit infirmitas, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Et ex hac parte sentit captiuitatem,ubi non est impleta iustitia:nam ubi condelectatur legi dei,non captiuus,sed legis amicus est.

A cus est, & ideo liber,quoniam amicus. Quid ergo ex eo quod restat? Quid nisi respiciamus ad illum,qui dixit,Si uos filius liberauerit,tunc uere liberi eritis? deniq; & ipse qui loquebatur ad illum respexit,Infelix ego homo, quis me liberabit,inquit,de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrũ:ergo si uos filius liberauerit,tũc uere liberi eritis:deniq; ita conclusit,Igitur ipse ego mente seruio legi dei,carne autem legi peccati:ipse ego, inquit:nõ enim duo sumus inter nos contrarij de diuersis principijs uenientes,sed ego ipse mente seruio legi dei,carne autem legi peccati,quamdiu languor obluctatur saluti. Sed si carne seruis legi peccati,fac quod ait ipse Apostolus,Non ergo regnet peccatum in uestro Rom.6 mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato:non ait, non sit, sed nõ regnet. Quamdiu uiuis,peccatum necesse est esse in membris tuis,saltẽ illi regnũ auferatur, nõ fiat quod iubet. Surgit ira,noli dare iræ linguam ad maledicendum, noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum:nõ surgeret ista ira irrationabilis, nisi peccatũ esset in membris: sed tolle illi regnum,nõ habeat arma unde contra te pugnet, discet etiã non surgere,cum arma nõ cœperit inuenire:nõ exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed induite arma iustitiæ,alioquin toti captiui eritis,& nõ erit dicere,mente seruio legi dei:mens enim si teneat arma,mẽbra non mouẽtur in ministerium furentis peccati. Teneat arcẽ imperator interior,quia sub maiore imperatore iuuãdus assistit,frenet irã,coërceat cõcupiscentiã:inest tamen quod frenetur, inest quod coërceatur, inest quod teneatur. Quid aũt uolebat ille iustus mente seruiens legi dei,nisi ut omnino nõ esset quod frenaretur? Et hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionem,ut & ipsa concupiscentia cui non dantur ad obediẽdum membra, quotidie in proficiente minuatur. Velle, inquit,adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio:nunquid dixit, non mihi adiacet facere bonum? si hoc dixisset,spes nulla esset:non ait,non mihi adiacet facere,sed non mihi adiacet perficere. Quæ est enim perfectio boni,nisi consummatio & finis mali? Quæ est au
B tem consummatio mali, nisi quòd lex dicit, Non concupisces? Omnino non concupiscere Exod.20 perfectio boni est,quia consummatio mali est. Hoc dicebat ille, perficere bonum non mihi adiacet, quia non poterat facere ut non concupisceret: faciebat tantum ut concupiscentiam refrenaret,ut concupiscẽtiæ membra ad satellitium non præberet. Perficere ergo,inquit,bonum non mihi adiacet. Non possum implere quod dictum est,nõ concupisces. Quid ergo opus est ut impleas, post concupiscẽtias tuas nõ eas. Hoc age interim quamdiu sunt illicitæ concupiscentiæ in carne tua, post concupiscentias tuas non eas. Mane in seruitute dei,in li- Epist. 130 bertate Christi,mente serui legi dei tui. Nolito dare concupiscẽtijs tuis uires,sequendo eas, uires eis addis: dando eis uires quomodo uincis, quando contra te inimicos nutris uiribus tuis? Quæ igitur libertas plena atq; perfecta est in illo domino Iesu,qui dixit,Si uos filius liberauerit,tunc uere liberi eritis,quando plena & perfecta libertas erit? Quando nullæ inimicitiæ,quãdo nouissima inimica destruetur mors. Oportet enim corruptibile hoc induere 1.Cor.15 incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem mortale hoc induerit immortalitatem,tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in uictoria: Vbi est mors contentio tua? Quid est,ubi est mors contentio tua? Caro concupiscit aduersus spiri Gal.5 tum,& spiritus aduersus carnem, sed quando peccati caro uigebat. Vbi est mors contentio tua? Iam uiuemus,iam nõ moriemur in illo,qui pro nobis mortuus est & resurrexit,ut qui uiuunt, inquit, iam non sibi uiuant,sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Precemur medicum saucij, portemur in stabulum curandi. Ille est enim qui promittit sanitatem,qui Luc. 10 misertus est in uia semiuiuo à latronibus derelicto,infudit oleum & uinum,curauit uulnera,leuauit in iumentum,perduxit in stabulum, stabulario commendauit. Cui stabulario? a Forte illi qui dixit, Pro Christo legatione fungimur. Dedit etiã duos nummos qui impen- 2.Cor.5 derentur saucio curando, forte ipsa sunt duo præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetæ. Ergo fratres & ecclesia hoc tempore in qua saucius sanatur, stabulũ est uiatoris, sed ipsi ecclesiæ sursum est hæreditas possessoris.

Ab eo quod scriptum est, Scio q̄ filij Abraæ estis, sed quæritis me interficere, usq̄ C
ad id quod scriptum est, Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.

Tractatus XLII.

DOMINVS noster etiam in forma serui non seruus, sed in forma etiam serui dominus, fuit quippe illa carnis forma seruilis, sed quamuis esset similitudo carnis peccati, non erat caro peccati, libertatem promisit credentibus in se: Iudæi uero tanquam de sua libertate superbiētes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent serui peccati: ideo autem se liberos esse dixerunt, quia semen erant Abraæ. Quid ergo eis respōdit ad hæc dominus, hodierna lectio cum recitaretur, audiuimus. Scio, inquit, quia filij Abraæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis.) Agnosco uos, inquit, filij Abraæ estis, sed quæritis me interficere, agnosco carnis originem, non cordis fidem. Filij Abraæ estis, sed secundum carnem, ideo, inquit, quæritis me occidere, sermo enim meus non capit in uobis: si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini, intra retia fidei tanquam pisces cōcluderemini. Quid est ergo non capit in uobis? Non capit cor uestrum, quia non recipitur à corde uestro: sic enim est sermo dei, & sic esse debet fidelibus tanquam pisci hamus: tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem quippe, nō ad perniciem capiuntur: unde dominus discipulis suis ait, Venite post me, Matth. 4
& faciam uos piscatores hominum. Nō ergo isti erant tales, & tamen filij Abraæ erant, filij hominis dei homines iniqui: trahebant enim carnis genus, sed degeneres facti erant, non imitando fidem cuius filij erant: audistis certe dominum dicentem, Scio quia filij Abraæ estis: audite quid dicat postea. Ego quod uidi apud patrem meum loquor, & uos quæ uidistis apud patrem uestrum facitis.) Iam dixerat, scio quia filij Abraæ estis. Quid autem faciunt quod eis dixit, quæritis me occidere, hoc apud Abraam nunquam uiderunt. Dominus autem patrem deum uoluit intelligi, cum dixit, Quæ uidi apud patrem meum loquor: ueritatem uidi, ueritatem loquor, quia ueritas sum. Si enim dominus ueritatem loquitur D
quam uidit apud patrem, se uidit, & se loquitur, quia ipse est ueritas patris quā uidit apud patrem: ipse est enim uerbum, quod uerbum erat apud deum. Isti ergo malum quod faciunt, quod dominus obiurgat & corripit, ubi uiderūt? Apud patrem suum. Cum audieritis in consequentibus apertius dictum, quis sit eorum pater, tunc intelligemus qualia uiderint apud talem patrem: adhuc enim non nominat patrem ipsorum, paulo superius Abraam commemorauit, sed carnis origine, non uitæ similitudine. Dicturus est alterum patrem illorum, qui nec genuit nec creauit ut homines essent, sed tamen filij erant eius inquantum mali erant, non inquantum homines erant, in quo imitati, nō quòd creati. Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraā est.) quasi dicerent, quid dicturus es tu contra Abraam, aut si aliquid potes audere reprehendere Abraam: non quia dominus non audebat reprehendere Abraam, sed talis erat Abraam qui non reprehēderetur à domino, sed potius laudaretur: tamen isti uidebantur eum prouocare, ut aliquid mali diceret de Abraam, & esset occasio faciēdi quod cogitabāt, Pater noster Abraam est. Audiamus quomodo eis respondet dominus, cum illorum damnatione laudans Abraam. Dicit eis Iesus, Si filij Abraæ estis, opera Abraæ facite: nunc autē quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum, quā audiui à deo, hoc Abraā non fecit.) Ecce ille laudatus, isti dānati. Abraam nō erat homicida. Non dico, inquit, ego dominus sum Abraæ: quod si diceret, uerum dicere: nam dixit alio loco, Ante Abraam ego sum, tunc eum illi lapidare uoluerūt. Non dixit hoc: interim q̄ uidetis, q̄ aspicitis, q̄ me solum putatis, homo sum, hominē dicentem uobis quod audiuit à deo, quare uultis occidere, nisi quia nō estis filij Abraæ? Et tamen superius ait, Scio quia filij Abraæ estis, non negat eorum originem, sed facta condemnat: caro eorum ex illo erat, sed uita non erat. Nos autem charissimi, nunquid de genere uenimus Abraæ, aut ullo modo Abraam pater noster fuit secundū carnem? Originē de carne eius caro Iudæorum ducit, non caro Christianorum, nos de alijs gentibus uenimus, & tamen imitando

A imitādo Abraæ fidem, filij facti sumus: audi Apostolum, Abraæ dictæ sunt promissiones Gal. 3
& semini eius. Non dicit, inquit, & seminibus, quasi in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo quod est Christus. Si autem uos Christi, ergo semen Abraæ estis, secundū promissionem hæredes. Nos ergo facti sumus semen Abraæ gratia dei, nō de carne Abraæ. Fecit illi cohæredes deus: illos exhæredauit, istos adoptauit, & de arbore illa oliuæ cuius radix est in patriarchis, ramos naturales superbos amputauit, humilem oleastrum inseruit: ideo cum uenirent ad Ioannem baptizandi Iudæi, erupit in illos & ait illis, Generatio uiperarum: ma Matth. 3
xime quippe de altitudine originis gloriabantur, ille autem generationem eos dixit uiperarum, nō solum hominum, sed uiperarum: hominum formā uidebat, sed uenenum agnoscebat: uenerant tamen mundandi, quia utiq̄ baptizandi: & ait illis, Generatio uiperarum, quis uobis ostendet fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & nolite dicere intra uosipsos, patrem habemus Abraam, potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ: si fructus dignos pœnitentiæ non feceritis, nolite uobis de illa stirpe blandiri, potens est & uos damnare, & Abraam filijs non fraudare: habet enim unde excitet filios Abraæ: fient filij, qui fidem fuerint imitati, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Nos sumus, in parentibus nostris lapides eramus, quando pro deo lapides colebamus, de talibus lapidibus familiā deus fecit Abraæ. Quid se ergo extollit inanis & uana iactantia? Filij Abraæ gloriari iam desinant: audierunt quod audire debuerunt, Si filij Abraæ estis, factis probate, nō uerbis. Quæritis me occidere hominem interim, non dico filium dei, non dico deum, non dico uerbū, quia non moritur uerbum: hoc dico quod uidetis, quia & quod uidetis potestis occidere, & quem non uidetis offendere. Hoc ergo Abraam nō fecit, uos facitis opera patris uestri, & adhuc nō dixit, quis est iste pater eorum. Modo illi quid responderunt? Cœperunt enim utcunq̄ cognoscere, non de carnis generatione deum loqui, sed de uitæ institutione. Et quia consuetudo scripturarum est quas legebant, fornicationem spiritaliter appellare, cum diis multis & falsis anima tanq̄ prostituta
B subijcitur, ad hoc responderunt. Dixerunt itaq̄ ei, Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum.) Iam uiluit Abraam, repulsi enim sunt quomodo repelli debuerunt ore ueridico, quia talis erat Abraā, cuius facta non imitabantur, & de illius genere gloriabantur, & mutauerunt responsionem, credo dicentes apud semetipsos, quotiēscunq̄ nominauerimus Abraam, dicturus est nobis, Quare non imitamini eum, de cuius genere gloriamini? Nos sanctum, iustum, innocentem tantū uirum imitari non possumus, deum dicamus patrem nostrum, uideamus quid nobis dicturus est: prorsus falsitas inuenit quod diceret, ut non inueniret ueritas quid responderet, audiamus quid dicant, audiamus quid audiant, Vnum, inquiunt, patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus, Si deus pater uester esset, diligeretis utiq̄ me. Ego enim ex deo processi & ueni, neq̄ enim à meipso ueni, sed ille me misit.) Dicitis deum patrem, agnoscite me uel fratrem. Veruntamen erexit intelligentibus cor, & illud tetigit quod solet dicere, Non à meipso ueni, sed ille me misit, à deo processi & ueni. Mementote q̄ soleamus dicere, ab illo uenit, & à quo uenit cum illo uenit: Christi ergo missio est incarnatio. Quòd uero de deo processit uerbū, æterna processio est, non habet tempus, per quem factum est tempus: nemo dicat in corde suo, antequam esset uerbum, quomodo erat deus? Nunc̄q̄ dicas, antequam esset uerbum dei, nunc̄q̄ deus sine uerbo fuit, quia uerbum est manens, non transiens, deus, non sonus, per quod factum est cœlum & terra, non quod præterijt cum his quæ facta sunt super terrā: ergo ab illo processit ut deus, ut æqualis, ut filius unicus, ut uerbum patris, & uenit ad nos, quia uerbum caro factum est ut habitaret in nobis: aduentus eius, humanitas eius: mansio eius, diuinitas eius: diuinitas eius quò imus, humanitas eius quà imus. Nisi nobis fieret quà iremus, nunquam ad illum manentem perueniremus. Quare, inquit, loquelam meam nō cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.) Ideo non poterant cognoscere, quia non poterant audire; sed unde audire non poterant, nisi quia corrigi credendo nolebant? Et hoc unde?

Vos

Vos ex parte diabolo eſtis.) Quamdiu patrem commemoratis, quamdiu patres mutatis, modo Abraam, modo deum, audite à filio dei, cuius ſitis filij, à patre diabolo eſtis. Hic iam cauenda eſt hæreſis Manichæorum, quæ dicit eſſe quandam naturam mali, & quandam gentem tenebrarum cum principibus ſuis, quæ auſa eſt pugnare contra deum. Illum uero deum ne debellaret gens aduerſa, regnum eius miſiſſe contra eam tanꝯ uiſcera ſua principes de luce ſua, eamꝙ gentem fuiſſe debellatam, unde diabolus originē ducit: hinc dicunt ducere originem carnem noſtram, & ſecundū hoc putant dictum à domino, Vos ex patre diabolo eſtis, quod eſſent illi uelut natura mali, ducentes originem de gente contraria tenebrarum. Sic errant, ſic excæcantur, ſic ſeipſos faciunt gentem tenebrarum, credendo quod falſum eſt cōtra eum à quo creati ſunt: bona eſt enim omnis natura, ſed uitiata hominis eſt natura per uoluntatem malam. Quod fecit deus, non poteſt eſſe malum, ſi ipſe homo non ſit ſibi malus: ſed planè creator, creator eſt, creatura, creatura eſt, æquari creatura nō poteſt creatori, diſcernit eum qui fecit ab eo quod fecit. Æquari nō poteſt fabro ſcamnum, æquari non poteſt columna ſtructori, & tamen faber ſi ſcamnum fecit, lignum ipſe non creauit: dominus autē deus noſter quia omnipotens eſt, & uerbo fecit quod fecit, omnia quæ fecit non habuit unde faceret, & tamen fecit: facta ſunt enim quia uoluit, facta ſunt quia dixit, ſed facta factori comparari nō poſſunt. Quæris quid compares, filium unicum agnoſce. Vnde ergo Iudæi filij diaboli? imitando non naſcendo. Audite ſcripturæ ſanctæ conſuetudinem:
Ezech.16 propheta dicit ad ipſos Iudæos, Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa: Amorræi gens erat quædam unde originem Iudæi non ducebant: Cethæi & ipſi gentem ſuam habebant, omnino alienā à genere Iudæorum: ſed quia erant impij Amorræi & Cethæi, Iudæi autem imitati ſunt impietates illorum, inuenerunt ſibi parentes, non de quibus naſcerētur, ſed quorum mores ſectantes pariter damnarentur. Quæritis autem fortaſſe unde ipſe diabolus? Inde utiqꝫ unde & cæteri angeli, ſed & cæteri angeli in ſua obediētia perſtiterunt, ille inobediēdo & ſuperbiēdo lapſus eſt angelus, & factus eſt diabolus: ſed modo audite quid dicat dominus, Vos, inquit, de patre diabolo eſtis: Et deſideria patris ueſtri uultis facere.) Ecce unde filij eius, quia talia deſideratis, nō quia de illo nati eſtis: quæ ſunt illius deſideria?

Illehomicida erat ab initio.) Ecce quid eſt, deſideria patris ueſtri facere uultis. Quæritis me occidere, hominē qui ueritatem uobis dico. Et ille inuidit homini, & occidit hominem: diabolus enim cum inuideret homini, ſerpente indutus locutus eſt mulieri, & de muliere uenenauit & uirum. Mortui ſunt, diabolum audiendo, quem non audiſſent, ſi dominum audire uoluiſſent: poſitus enim homo inter eū qui creauit, & cum qui lapſus eſt, obtemperare debuit creatori, non deceptori: ergo ille homicida erat ab initio: uidete genus homicidij fratres. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem uenit, uerbum malum ſeminauit & occidit. Noli ergo putare te non eſſe homicidam, quando
De peni. diſt. i c. noli fratri tuo mala perſuades: ſi fratri tuo mala perſuades, occidis, & ut ſcias quia occidis, audi
Pſal. 56 pſalmum, Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Vos ergo deſideria patris ueſtri uultis facere, ideo ſæuitis in carnem, quia non poteſtis in mentem. Ille homicida erat ab initio, utiqꝫ in primo homine, ex illo ille homicida, ex quo potuit fieri homicidium: ex illo potuit fieri homicidium, ex quo factus eſt homo. Nō enim poſſet occidi homo, niſi prius fieret homo. Homicida ergo ille ab initio, & unde homicida? Et in ueritate non ſtetit.) ergo in ueritate fuit, ſed non ſtando cecidit. Et quare in ueritate non ſtetit? Quia ueritas non eſt in eo.) Non quomodo in Chriſto ſic eſt ueritas, ut Chriſtus ipſe ſit ueritas. Si ergo iſte in ueritate ſtetiſſet, in Chriſto ſtetiſſet: ſed in ueritate non ſtetit, quia ueritas non eſt in eo. Cum loquitur mēdacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius.) Quid eſt hoc? Audiſtis uerba euangelij, intenti accepiſtis: ecce repeto ut agnoſcatis quid exigatis, de diabolo dominus ea dicebat, quæ de diabolo dici à domino debuerant. Ille homicida erat ab initio, uerum eſt, nam primum hominem occidit, & in ueritate non ſtetit, quia de ueritate lapſus eſt. Cum loquitur mendacium, utique ipſe

ipſe diabolus de propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. In his uerbis quidam patrem diabolum habere putauerunt, & quæſierunt quis eſſet diaboli pater. Hic uero deteſtabilis error Manichæorum inuenit adhuc quo deciperet imperitos: ſolent enim dicere, Putas diabolus angelus fuit & lapſus eſt? Ab illo cœpit peccatū, ſicut dicitis, Pater eius quis erat? Nos contrà, Quis enim noſtrum aliquādo dixit diabolum habere patrem? Et illi contrà, Dominus dicit, cuāgelium loquitur de diabolo dicens, ait ille, homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia ueritas non eſt in eo. Cum loquitur mendaciū, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Audi, intellige, non te longe mitto, in ipſis uerbis intellige, diabolum dominus dixit patrem mendacij: quid eſt hoc? Audi quid ſit, replica modo ipſa uerba & intellige, non omnis enim qui mētitur, pater mendacij ſui eſt: ſi enim ab alio mendacium accepiſti, & dixiſti, tu quidē mentitus es proferendo mendacium, ſed pater mēdacij ipſius non es, quia ab altero accepiſti mendacium: diabolus autem à ſeipſo mendax fuit: mendacium ſuum ipſe genuit quod à nemine audiuit. Quomodo deus pater genuit filium ueritatem: ſic diabolus lapſus genuit quaſi filiū mēdacium. His auditis, replica nūc & recole uerba domini mens catholica, quid audieris aduerte, quid dicat attende. Ille quis? diabolus homicida erat ab initio. Agnoſcimus, occidit Adam, & in ueritate non ſtetit: agnoſcimus quia de ueritate lapſus eſt, quia ueritas in eo nō eſt: uerū eſt, quia recedendo à ueritate, non habet ueritatem. Cum loquitur mendacium, de propriis loquitur, nō aliunde accepit unde loquatur: cum loquitur mendacium de propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Et mendax eſt & pater mēdacij: nā tu forte mēdax es, quia mendaciū loqueris, ſed nō es pater eius: ſi enim quod dicis à diabolo accepiſti & diabolo credidiſti, mendax es, pater mendacij non es. Ille uero quia nō aliunde accepit mendaciū, quo mendacio tanꝯ ueneno ſerpēs hominem occideret, pater eſt mendacij, ſicut deus pater eſt ueritatis. Recedite à patre mēdacij, currite ad patrem ueritatis, amplectimini ueritatem, ut accipiatis libertatem. Illi autē Iudæi
B apud patrem ſuum uiderant quod loquebantur, quid, niſi mendacium? Dominus autem apud patrem ſuum uidit quod loqueretur, quid, niſi ſeipſum? Quid, niſi uerbum patris? Quid, niſi ueritatem patris æternam, & patri coæternam? Ille ergo homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia ueritas non eſt in eo: cum loquitur mendacium, de propriis loquitur, quia mēdax eſt: & non ſolū mendax eſt, ſed & pater eius, id eſt, ipſius mēdacij quod loquitur pater eſt, quia ipſe genuit mendacium ſuum. Ego autē quia ueritatem dico, non creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatē dico, quare nō creditis mihi?) Penſate fratres chariſſimi manſuetudinem dei, relaxare peccata uenerat & dicebat, Quis ex uobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem nō eſſe, qui ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare: quis ex uobis arguet me de peccato, quomodo ego arguo & uos & patrē ueſtrum? Si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi, niſi quia filij diaboli eſtis? Valde terribile eſt, quādo ſubdidit, Qui eſt ex deo, uerba dei audit, propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis.) Iterum nolite attendere naturam ſed uitium: ſic ſunt iſti ex deo, & non ſunt ex deo: natura ex deo, uitio nō ex deo. Obſecro uos attendite, in euāgelio habetis unde ſanemini contra errores uenenoſos & nefarios hæreticorum, quoniam & de his uerbis ſolent Manichæi dicere: ecce quia duæ naturæ ſunt, una bona & altera mala. Dominus dicit, quid dicit dominus? Propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis, dicit dñs hæc. Quid ergo, inquit, tu ad iſta dicis? Audi quæ dicā: & ex deo ſunt, & ex deo nō ſunt: natura ex deo ſunt, uitio nō ſunt ex deo: natura enim bona quæ ex deo eſt, peccauit uolūtate credēdo quod diabolus perſuaſit, & uitiata eſt, ideo medicum quærit, quia ſana non eſt. Ecce quod dico ſi impoſſibile tibi uidetur ut ex deo ſint, & ex deo non ſint, audi quia non eſt impoſſibile: ſic ſunt ex deo, & non ſunt ex deo, quomodo & filij Abraæ ſunt, & nō ſunt filij Abraæ. Hic habetis, non eſt quod dicatis, ipſum dñm audi, ipſe illis dixit, Scio quia filij Abraæ eſtis, nunqd dñs mētiretur? Abſit, ergo uerū eſt quod dixit dominus. Verū eſt, ergo q illi Abraæ filij erant, uerū eſt. Audi ipſum negantē qui dixit, filij

Abraæ

Abraæ eſtis, ipſe illos negauit filios Abraæ. Si filij Abraæ eſtis, facta Abraæ facite: nunc C
quæritis me occidere, hominem qui ueritatem uobis dico quam audiui à deo, hoc Abraam
non fecit: uos facitis opera patris uestri, id est, diaboli: quomodo ergo & filij Abraæ erant,
& filij Abraæ non erant? Vtrunq; in illis ostendit, & filij Abraæ erant, propter originē car-
nis, & non erant filij Abraæ, propter uitiū diabolicæ persuasionis: sic & dominum & deum
nostrū attēdite, & ex illo erant, & ex illo nō erant. Quomodo ex illo erant? quia ipse creauit
hominem de quo nati erant. Quomodo ex illo erant? quia ipse est cōditor naturæ, ipse est
creator carnis & animæ. Quomodo ergo ex illo nō erant? quia uitiosi à seipsis facti erant:
ex illo non erant, quia imitādo diabolū, filij diaboli facti erant. Venit ergo dominus deus
ad hominem peccatorem: duo nomina audisti & hominē, & peccatorem. Quòd homo est, in nomine homo & peccator.
ex deo est: q̄ peccator est, nō est ex deo, à natura uitium secernatur: agnoscatur natura, unde
creator laudetur: agnoscatur uitiū, propter quod medicus inuocetur: q̄ ergo ait dominus,
Qui est ex deo uerba dei audit, propterea uos nō auditis, quia ex deo nō estis, nō naturarū
merita discreuit, aut propter suā animam & carnem aliquam naturam in hominibus quæ
peccato uitiata non esset inuenit: sed quomodo præscierat qui fuerant crediturí, ipsos dixit
ex deo, quomodo regenerationis adoptione renascerentur ex deo: ad hos pertinet, Qui est
ex deo, uerba dei audit: quod uero sequitur, Propterea uos nō auditis, quia ex deo nō estis:
eis dictum est, qui nō solum peccato uitiosi erant, nam hoc malū commune erat omnibus,
sed etiā prægnoscí q̄ non fuerāt crediturí ea fide qua sola possent à peccatorū obligatione
liberari. Quapropter præsciebat illos quibus talia dicebat, in eo permansuros q̄ ex diabolo
erant, id est, in suis peccatis atq; impietate morituros, in qua ei similes erant, nec uēturos ad
regenerationē in qua essent filij dei, hoc est, ex deo nati, à quo erāt homines creati. Secundū
hanc prædestinationem locutus est dominus, nō q̄ aliquem hominem inuenerit, qui uel se-
cundū regenerationem iam esset ex deo, uel secundū naturam iam nō esset ex deo.

Ab eo quod scriptum est, Responderunt igitur Iudæi & dixerunt ei, usque ad id
quod scriptum est, Tulerunt ergo lapides Iudæi ut iacerent in eum. Iesus autem D
abscondit se, & exiuit de templo.

Tractatus XLIII.

IN ISTA lectione sancti euangelij, quæ hodie recitata est, à potentia discimus
patiētiam. Quid enim sumus serui ad dominū, peccatores ad iustum, creatura
ad creatorem: tamē quomodo si quid mali sumus, à nobis sumus: ita quicquid
boni sumus, ab illo & per illum sumus. Et nihil sic quærit homo quomodo po-
tentiam. Habes dominū Christum magnam potentiam: sed prius eius imitetur patiētiam,
ut perueniat ad potētiam. Quis nostrū patiēter audiret si alicui diceretur, dæmoniū habes?
Quod dictum est ei qui non solum homines saluabat, sed etiā dæmonibus imperabat: hoc
cū dixissent Iudæi, Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmoniū habes?)
horum duorū sibi obiectorum unū negauit, & alterū non negauit. Respōdit enim & ait,
Ego dæmonium nō habeo.) Non dixit, Samaritanus nō sum, & utiq; duo fuerūt obiecta:
quamuis maledictū maledicto nō reddiderit, quāuis conuiciū nō conuicio refutauerit, perti
nuit tamen ad eū negare unā rē, alterā non negare. Non frustra fratres, Samaritanus enim
Psal.120 interpretatur custos. Nouerat se ille nostrū esse custodem, Nō enim dormit neq; dormitat
Psal.126 qui custodit Israël: &, Nisi dñs custodierit ciuitatē, inuanū uigilabūt qui custodiūt eam. Est
ergo ille custos noster, q̄ creator noster, nō enim pertinuit ad eū ut redimeremur, & nō perti
neret ad eū ut seruaremur? Deniq; ut plenius noueritis mysterium quare se Samaritanum
negare nō debuit, parabolā illā notissimā attendite, ubi homo quidā descēdebat ab Hieru
salē in Hiericho, & incidit in latrones, qui eū grauiter uulnerātes, semiuiuū in uia reliquerūt.
Transijt quidā sacerdos neglexit eū, trāsijt Leuites, & ipse præterijt: transijt quidā Samarita
nus, ipse est custos noster, ipse accessit ad sauciū, ipse impendit misericordiā, eiq; se præstitit
proximū, quē nō deputauit alienū. Ad hoc ergo solum q̄ dæmoniū nō haberet, nō autē se
Samaritanum non esse respondit: deinde post tale conuicium, hoc solū dixit de gloria sua,

Sed

A Sed honorifico, inquit, patrem meū, & uos inhonoratis me.) hoc est, ego me non hono
rifico, ne uobis arrogās uideat, habeo quem honorificem: sed si uos agnoscerētis, sicut ego
honorifico patrem, sic & uos honorificaretis me. Ego facio quod debeo, uos facitis quod nō
debetis. Ego autem, inquit, non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet.) Quem
uult intelligi nisi patrem? Quomodo ergo alio loco dicit, Pater non iudicat quenquam, sed Ioan. 5
omne iudicium dedit filio: & hic dicit, Nō quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet?
Si ergo iudicat pater, quomodo non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio?
Hanc quæstionem ut soluamus attendite: simili locutione solui potest: scriptum habes, De Iaco. 1
us neminem tentat: & iterum scriptum habes, Tentat uos dominus deus uester, ut sciat si Deut. 13
diligitis eum: nempe quæstio est. Videtis enim quomodo deus neminem tentat, & quomo
do tentat uos dominus deus uester, ut sciat si diligitis eum. Itē scriptū est, Timor non est in 1. Ioan. 4
charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē: & alio loco scriptū est, Timor domini ca Psal. 18
stus permanens in seculū seculi. Et ipsa quæstio est, quomodo enim perfecta charitas foras
mittit timorē, si timor domini castus permanet in seculū seculi? Intelligimus ergo duas esse
tentationes, unā quæ decipit, alterā quæ probat. Secundū eā quæ decipit, deus neminē ten-
tat: secundū eā quæ probat, tentat uos dominus deus uester, ut sciat si diligitis eū. Sed iterū
& hic alia nascitur quæstio, quomodo tētat ut sciat, quem latere nihil potest antequàm ten-
tet? Non ergo deus nescit, sed dictum est ut sciat, quod est, ut scire uos faciat. Locutiones ta
les & in sermonibus nostris sunt, & in autoribus eloquentiæ reperiuntur. De sermone no-
stro aliquid dicam. Fossa cæca dicitur, non quia oculos perdit, sed quia latendo non uiden-
tes facit: aliquid & de illis autoribus dicam. Tristes lupinos ait quidam, hoc est amaros, nō
quia ipsi sunt tristes, sed quia gustati contristant, hoc est tristes faciunt: sunt ergo & in scri-
pturis locutiones eiusmodi. Qui in talibus quæstionibus cognoscendis laborant, in soluen-
dis talibus quæstionibus non laborant. Ergo tētat uos dominus deus uester ut sciat. Quid
B est ut sciat? Vt scire uos faciat si diligitis eum. Iob latebat se, sed deum non latebat, admisit
tentatorem, & fecit eum sui cognitorem. Quid de duobus timoribus? Est timor seruilis, & timor seruilis et castus.
est timor castus: est timor ne patiaris pœnam, est alius timor ne amittas iustitiam. Timor
ille ne patiaris pœnam seruilis est, quid magnum est timere pœnam? Hoc & nequissimus
seruus, hoc & crudelissimus latro. Non est magnum timere pœnam, sed magnum est ama-
re iustitiam, qui ergo amat iustitiam, nihil timet? Timet planè, nō ne incidat in pœnam, sed
ne amittat iustitiam. Fratres mei, credite & cōgnoscite ex eo quod amatis. Amat aliquis uestrū
pecuniam: putas inuenio aliquem qui non amat? Ex hoc tamen ipso quod amat, intelligat
quod dico, timet damnum. Quare timet damnum? quia pecuniam diligit. Quantū amat
pecuniam, tantum timet ne perdat pecuniam. Ergo inuenitur aliquis amator iustitiæ, qui
plus in corde damnum pertimescat, qui plus timeat expoliari iustitia, quàm tu pecunia. Ipse
est timor castus, ipse permanet in seculum seculi, non cum tollit charitas, nec foras mittit,
sed magis complectitur & comitem tenet, simul possidet: uenimus enim ad deum, ut uide-
mus facie ad faciem. Ibi timor castus nos seruat, timor enim ille non perturbat, sed confir-
mat. Timet mulier adultera ne uir eius ueniat, timet & casta ne uir eius abscedat. Ergo secun
dum aliam tentationem deus neminem tentat: secundum aliam uero tentat uos dominus
deus uester. Et secundum alium timorem timor non est in charitate, sed perfecta charitas
foras mittit timorem: secundum uero alium timorem, timor domini castus permanens in
seculum seculi. Sic & hoc loco secundum alterum iudicium pater nō iudicat quenquam, sed
omne iudicium dedit filio: secundum uero alterum iudicium, ego, inquit, non quæro glo-
riam meam, est qui quærat & iudicet. Et de isto uerbo quæstio ista soluatur. Habes in euan
gelio commemoratum pœnale iudicium, Qui non credit iam iudicatus est: & alio loco, Ve Ioan. 5
niet hora quando hi qui sunt in monumentis audient uocem eius, & procedent qui bona
fecerunt in resurrectionem uitæ, qui male egerunt in resurrectionem iudicij. Videte quem-
admodum iudicium pro damnatione & pœna posuit, & tamen si semper iudicium pro da

t admodum

psal.42 mnatione acciperetur,nunquid audiremus in psalmo,Iudica me deus? Ibi iudicium secun C
dum afflictionem, hic iudicium secundum discretionem positum est. Quomodo secun/
dum discretionem? Quomodo exponit ipse qui ait, Iudica me deus. Lege enim & uide
quod sequitur. Quid est, Iudica me deus, & discerne causam meam, inquit, de gente non san
cta? Quod ergo dictum est, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non san/
cta: secundum hoc ait modo dominus Christus, Ego non quæro gloriam meam, est qui
quærat & iudicet. Quomodo est qui quærat & iudicet? Est pater meus, qui gloriam meam
à uestra gloria discernat & separet. Vos enim secundum hoc seculum gloriamini. Ego non
Ioan.17 secundum hoc seculū glorior, qui patri dico, Pater glorifica me ea gloria quam habui apud
te, antequam mundus esset. Quid est ea gloria? Ab humana inflatione discreta. Secun/
dum hoc iudicat pater. Quid est iudicat? Discernit. Quid discernit? Gloriam filij sui à glo
psal.44 ria hominum, quia ideo dictum est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis tuæ præ
participibus tuis. Non enim quia homo factus est, iam comparandus est nobis: nos homi/
nes cum peccato, ille sine peccato: nos homines trahentes de Adam & mortem & delictum:
ille de uirgine carnem mortalem, nullam iniquitatem: deniq; nos nec quia uolumus nati
sumus, nec quamdiu uolumus uiuimus, nec quomodo uolumus, morimur: ille antequam
nasceretur, elegit de qua nasceretur, natus fecit ut à magis adoraretur, creuit infans, & mira
culis se deum ostendebat, & infirmitate hominem præferebat. Postremo elegit & genus
mortis, hoc est, ut in cruce penderet, & ipsam crucem in cordibus fidelium figeret, ut dicat
Gal.6 Christianus, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In ipsa cru/
ce quando uoluit corpus dimisit & abscessit, in ipso sepulchro quamdiu uoluit iacuit: quan
do uoluit, tanquam de lecto surrexit. Ergo fratres secundum ipsam formam serui, nam il/
lud quis digne loquitur, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat
uerbum: secundum ipsam, inquam, formam serui multum interest inter gloriam Christi,
& gloriam omnium cæterorum. De ipsa gloria dicebat, quando quòd dæmonium habe/ D
ret, audiebat, Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Tu autem de te do
mine quid dicis? Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem
non uidebit in æternum.) Vos, inquit, dicitis, dæmonium habes, ego uos ad uitam uoco,
seruate sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non uidebit in æter/
num, qui sermonem meum seruauerit, & irascebantur, quia iam mortui erāt illa morte quæ
uitanda erat. Dixerūt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes, Abraam
mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gu/
stabit in æternum.) Videte locutiones scripturarum, mortem non uidebit, id est, gustabit:
mortem uidebit, mortem gustabit. Quis uidet? quis gustat? Quos oculos habet homo ut
uideat, quando moritur? Quando ueniendo mors ipsos oculos claudit ne aliquid uideant?
Quomodo dicitur, non uidebit mortem? Item quo palato, quibus faucibus mors gusta/
tur, ut quid sapiat dignoscatur? Quando totum sensum tollit, quid in palato remanebit?
Sed uidebis dictum est, & gustabit, pro eo quod est, experietur. Hæc dominus, parum est
psal.67 si dicam, morituris moriturus loquebatur, quia & domini exitus mortis, sicut loquitur psal/
mus. Cum ergo & morituris loqueretur, & moriturus loqueretur, quid sibi uult quod ait,
Qui sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum: nisi quia uidebat domi
nus aliam mortem, de qua nos liberare uenerat? Mortem secundā, mortem æternam, mor
tem gehennarum, mortem damnationis cum diabolo & angelis eius, ipsa est uera mors,
nam ista migratio est. Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed
si alia sarcina non portetur, qua homo in gehennam præcipitetur. De ipsa ergo morte do/
minus dixit, mortem non uidebit in æternum, qui sermonem meum seruauerit. Non expa
uescamus istam mortem, sed illam timeamus: quod est autem grauius, multi peruerse ti/
mendo istam, incidunt in illam. Dictum est aliquibus, adorate idola, quod si non feceritis,
interficiemini: aut quemadmodum ille Nabuchodonosor rex dixit, Si non feceritis, mitte/
mini

A mini in caminū ignis ardentis. Multi timuerunt & adorauerunt, nolētes mori mortui sunt:
timendo mortē quæ nō euaditur, inciderūt in mortē quā euadere omnino feliciter possent,
si istā quæ non euaditur, infeliciter non timerent: natus es homo, moriturus es, quà ibis ut
non moriaris? Quid facies ut non moriaris? ut dominus tuus necessitate moriturum conso
laretur, qui uoluntate mori dignatus est: quando uides Christum mortuū, dedignaris mo
ri? Ergo cum moriturus es, quà euadas non habes, hodie sit, cras sit, futurum est: debitū est,
reddendum est. Quid ergo agit homo timens, fugiēs occultat se ne inueniatur ab inimico?
Nunquid agit ut non moriatur, sed ut paulo serius moriatur, non accipit debiti securitatē,
sed postulat dilationem. Quantumlibet diu differatur, ueniet quod differtur. Illam mor/ Daniel 3
tem timeamus quam timuerunt tres uiri, quando dixerunt regi, Potens est deus etiam de
ista flamma liberare nos, & si ibi non fuit timor illius mortis quā modo dominus commi/
natur quando dixerunt, Sed & si noluerit aperte liberare, potest in occulto coronare. Vnde
& ipse dominus facturus martyres, & caput martyrū futurus ait, Nolite timere eos qui oc/ Matth.10
cidunt corpus, & postea non habent quod faciant. Quomodo non habent quod faciant? Luc.12
Quid si cum occiderint corpus, bestijs lacerandum & diripiendum alitibus proijciant? Vi/
detur adhuc sæuitia habere quod faciat: sed cui facit? Qui migrauit: inest corpus, sed nullus
est sensus: habitatio iacet, habitator abscessit: ergo postea non habent quod faciant, nō sen
tienti enim nihil faciunt. Sed eum timete qui habet potestatem & corpus & animā occide/
re in gehennam ignis. Ecce de qua morte loquebatur cum diceret, qui sermonē meum ser/
uauerit, mortem non uidebit in æternum: seruemus ergo fratres sermonem ipsius in fide
peruenturi ad speciē, cum acceperimus plenissimam libertatē. Isti autem indignantes mor/
tui, & morti sempiternæ prædestinati, respondebant conuiciose & dicebant, Modo cogno/
uimus quia dæmoniū habes, Abraam mortuus est & prophetæ: sed ista morte quam do/
minus uult intelligi, nec Abraā mortuus est nec prophetæ. Illi enim mortui sunt & uiuunt; Abraham et prophetæ mortui
B isti uiuebant & mortui erant: nam respondens quodam loco Sadducæis mouentibus quæ Sunt multi. Sed omnes uiuunt Deo
stionem de resurrectione, hoc ait ipse dominus, De resurrectione autem mortuorum nō le/ Matth.22
gistis, quomodo ait dominus de rubo ad Moysen, Ego sum deus Abraam & deus Isaac & Exo.3
deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuorum. Si ergo illi uiuunt, laboremus sic uiue/
re, & cum illis uiuere cum mortui fuerimus. Quem teipsum facis,) inquiunt, ut dicas, mor/
tem non uidebit in æternum qui sermonem meum seruauerit, cum scias & Abraam mortu
um & prophetas? Respōdit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, Est pa/
ter meus qui glorificat me.) hoc ait propter illud quod dixerunt, Quem teipsum facis? Re/
fert enim gloriam suam ad patrem suū, de quo est, & qui deus est. Aliquando Ariani & de Arriano ui Eccor Confutatio
isto uerbo calumniantur fidei nostræ & dicunt, Ecce maior est pater, quia utiq; glorificat fi/
lium, Hæretice, non legisti ipsum filium dicentem, quòd glorificet patrē suum? Sed & ille fi
lium glorificat, & filius patrem glorificat. Pone perniciem, agnosce æqualitatem, corrige per
uersitatem. Est ergo, inquit, pater meus qui glorificat me, Quem uos dicitis, quia deus no
ster est, & non cognouistis eum.) uidete fratres mei quemadmodum ostēdat ipsum deum
patrem esse Christi, qui annunciatus est & Iudæis. Propterea dico, quia rursus quidam hæ/
retici dicunt deum annunciatum in ueteri testamēto, nō esse patrem Christi, sed nescio quē
principem malorum angelorū, Manichæi sunt qui ista dicunt, Marcionitæ sunt qui ista di- Marcionitæ Gezetici
cunt. Sunt & alij fortassis hæretici quos commemorare, uel nō opus est, uel à me omnes re
coli in præsenti non possunt, non defuerunt tamen qui hoc dicerent. Itaq; attendite ut ha/
beatis quid dicatis & contra ipsos. Eum dicit patrem suum dominus Iesus Christus, quem
illi dicebant deum suum, & non cognouerunt: si enim ipsum cognouissent, eius filium rece/
pissent. Ego autem, inquit, noui eum.) Secundum carnem iudicantibus potuit & hinc ar/
rogans uideri, quia dixit, ego noui eum: sed uidete quid sequatur. Si dixero quia non no/
ui eum, ero similis uobis mendax.) Ergo arrogantia nō ita caueatur, ut ueritas relinquatur.
Sed scio eum & sermonem eius seruo.) Sermonem patris tanq; filius loquebatur, & ipse

erat uerbũ patris,quod hominibus loquebatur, Abraã pater uester exultauit,ut uideret
diẽ meũ,& uidit & gauisus est.)Magnũ testimoniũ perhibet Abraæ, semẽ Abraæ,creator
Abraæ,Abraã exultauit,inquit,ut uideret diẽ meũ:uidit,nõ timuit, sed exultauit ut uideret
1.Ioan.4 diẽ meũ.Erat enim in illo charitas,quæ foras mittit timorẽ. Nõ ait exultauit quia uidit, sed
exultauit ut uideret.Credẽs utiq; exultauit sperando,ut uideret intelligẽdo,& uidit.Et quid
potuit plus dicere, uel quid debuit plus dicere dominus Iesus Christus? Et uidit, inquit,
& gauisus est.Quis explicat hoc gaudium fratres mei? Si gauisi sunt illi quibus deus oculos
carnis aperuit,quale gaudiũ fuit uidentibus cordis oculis lucẽ ineffabilẽ,uerbũ manẽs,splen
dorẽ pijs mentibus refulgentẽ, sapientiã indeficientẽ, apud patrẽ manentẽ deũ, & aliquan
do in carne uenturum,nec de patris gremio recessurum? Totũ hoc uidit Abraam: nã quod
ait,diem meum:incertum potest esse unde dixerit,utrum diem domini temporalẽ quo erat
uenturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito
patrem Abraam totum scisse.Et ubi inueniam? An sufficere nobis debet testimonium do
mini nostri Iesu Christi? Putemus non inuenire nõ posse, quia forte difficile est quomodo
manifestũ sit,quod Abraã exultauit ut uideret diẽ Christi, & uidit & gauisus est. Et si nos
Gen.24 nõ inuenimus,nũquid mẽtiri ueritas possit? Credamus ueritati,& de Abraæ meritis mini
me dubitemus. Tamẽ audite unum locum,qui mihi interim occurrit. Pater Abraam quan
do misit seruum suum, ut peteret uxorem filio suo Isaac, hoc eum sacramento constrinxit,
ut fideliter quod iubebatur impleret,& sciret etiã ipse quid faceret: magna enim res ageba
tur,quando Abraæ semini coniugium quærebatur.Sed ut hoc cognosceret seruus quod no
uerat Abraã,quia nepotes non carnaliter desiderabat, nec de genere suo aliquid carnale sa
piebat,ait seruo suo quem mittebat,Pone manum sub femore meo, & iura mihi per deum
cœli.Quid uult deus cœli ad femur Abraæ? Iam intelligitis sacramentum,per femur genus
Ergo quid fuit illa iuratio, nisi quia significabat de genere Abraæ uẽturum in carne deum
cœli? Stulti reprehendunt Abraam,quia dixit,Mitte manum sub femore meo. Qui repre
hendunt carnem Christi,reprehendunt factum Abraæ. Nos aũt fratres,si agnoscimus car
nem Christi uenerandam,illud femur non contemnamus,sed in prophetia dictum accipia
mus.Etenim propheta erat Abraam:cuius propheta? seminis sui & domini sui.Semen suũ
significauit dicendo,Mitte manum sub femore meo.Dominum suum significauit addẽdo,
& iura mihi per deum cœli. Irati Iudæi responderunt ei, Quinquaginta annos nondũ ha
bes,& Abraam uidisti? Et dominus,Amen amẽ dico uobis,antequàm Abraam fieret, ego
sum.)Appende uerba,& cognosce mysterium, antequàm Abraam fieret, intellige,fieret ad
humanam naturam:sum,uero ad diuinam pertinere substantiam.Fieret,quia creatura erat
Abraàm.Nõ dixit,antequàm Abraam esset ego sum,sed antequàm Abraam fieret:qui ni
si per me,non fieret,Ego sum. Neq; hoc dixit, antequàm Abraã fieret,ego factus sum. In
principio enim fecit deus cœlum & terram:nam in principio erat uerbum.Antequàm fieret
Abraam,ego sum.Agnoscite creatorem,discernite creaturã.Qui loquebatur,semen Abraæ
factus erat,& ut Abraam fieret, ante Abraã ipse erat. Hinc iam uelut Abraæ apertissimo
conuicio commoti sunt acrius, blasphemasse quippe illis uisus est dominus Christus,quo
niam dixit,Antequàm Abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eũ.)
Tanta duritia quò currerent nisi ad similes? Iesus autem,)tanquam homo, tanquam in
forma serui,tanquam humilis,tanquam passurus, tanquam moriturus, tanquam nos suo
sanguine redempturus,non tanquam ille qui est, nec tanquam in principio uerbum,& uer
bum apud deum. Nam cum illi lapides tollerent ut mitterent in eum, quid magnum
erat ut eos continuo dehiscens terra absorberet, & pro lapidibus inferos inuenirent? Non
erat magnum deo,sed magis erat commendanda patientia, quàm exercenda potentia.
Abscondit se ergo ab eis,) ne lapidaretur. Tanquam homo à lapidibus fugit, sed uæ illis à
quorum lapideis cordibus deus fugit.

Ab

A Ab eo quod scriptum est,Et præteriens Iesus uidit hominem cæ
cum à natiuitate,usq; ad id quod scriptum est,Nunc uero dicitis quia
uidemus,peccatum uestrum manet. Tractatus XLIIII.

Caput IX

DE homine quem dominus Iesus illuminauit qui cæcus natus fuit, prolixa le
ctio recitata est, quam si uniuersam pertractare conemur, pro sui dignitate si
cut ualemus singula consyderãtes,non sufficit dies. Proinde peto & admoneo
charitatem uestram,ut in his quæ aperta sunt sermonem nostrum non requi
ratis,nam nimis longum erit in singulis immorari. Breuiter ergo cæci huius illuminati com
mendo mysterium.Ea quippe quæ fecit dominus noster Iesus Christus,stupenda atq; mi
randa,& opera & uerba sunt: opera,quia facta sunt:uerba,quia signa sunt.Si ergo quid si
gnificet hoc quod factum est cogitemus, genus humanum est ille cæcus: hæc enim cæcitas
contigit in primo homine per peccatum,de quo omnes originem duximus, nõ solum mor
tis,sed etiam iniquitatis.Si enim cæcitas est infidelitas,& illuminatio fides,quẽ fidelem quã
do uenit Christus inuenit? Quandoquidẽ Apostolus natus in gente prophetarũ dicit,Fui Ephes.2
mus & nos aliquando natura filij iræ sicut & cæteri. Si filij iræ,filij uindictæ,filij pœnæ, filij
gehẽnæ,Quomodo natura,nisi quia peccante primo homine,uitium pro natura inoleuit?
Si uitium pro natura inoleuit,secundum mentem omnis homo cæcus natus est: si enim ui
det,non opus habet ductore: si opus habet ductore & illuminatore, cæcus est ergo à nati
uitate.Venit dominus,Quid fecit? Magnum mysterium commẽdauit. Expuit in terram
de saliua sua lutum fecit.) quia uerbũ caro factum est, Et inunxit oculos cæci.) Inunctus
erat,& nõdum uidebat. Misit illum ad piscinam quæ uocatur syloë.)Pertinuit autem ad
euangelistam commendare nobis nomen huius piscinæ, & ait, Quod interpretatur mis
sus.) Iam qui sit missus agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab ini
quitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus,baptizatus est
B in Christo: si ergo quando eum in semetipso quodammodo baptizauit, tunc illuminauit:
quando inunxit fortasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atq; aliter tanti sacramẽ
ti exponi profunditas & pertractari, sed hoc sufficiat charitati uestræ, audistis grande my
sterium.Interroga hominem,Christianus es? Respõdet tibi,Non sum. Si paganus es aut
Iudæus? Si autem dixerit,non sum,adhuc quæris ab eo: catechumenus,an fidelis? Si respõ
derit tibi,catechumenus,inunctus est,nondum lotus. Sed unde inunctus quære? Et respon
det, Quære ab illo in quẽ credat,eoipso quo catechumenus est, dicit in Christum.Ecce mo
do loquor & fidelibus & catechumenis. Quod dixi de sputo & luto,quia uerbũ caro factũ
est, & hoc catechumeni audiunt,sed non eis sufficit ad quod inuncti sunt,festinent ad laua
crum si lumẽ inquirunt.Iam ergo propter quosdam in hac ipsa lectione quæstiones,uerba
domini & ipsius uniuersæ lectionis percurramus potius quàm tractemus Exiens Iesus ui
dit hominem cæcum.) non utcunq; cæcum,sed A natiuitate.Et interrogauerunt eum di
scipuli eius,Rabbi.) scitis Rabbi quia magister est, magistrum appellabãt,quia discere de
siderabant,quæstionem quippe domino proposuerunt tanq; magistro. Quis peccauit?
hic,an parentes eius ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit,neq; paren
tes eius,ut cæcus nasceretur.)Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato,nũquid pa
rentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse uel sine originali peccato natus erat,uel
uiuendo nihil addiderat? An quia oculos clausos habebat,cõcupiscẽtiæ minime uigilabat?
Quanta mala committunt cæci,à quo malo abstinent? Mens mala etiam clausis oculis nõ
poterat uidere,sed nouerat cogitare,& forte cõcupiscere aliquid quod cæcus non posset im
plere,sed in corde iudicari cordis perscrutatore.Si ergo & parentes eius habuerunt pecca
tum,& iste habuit peccatũ quare dominus dixit, Neq; hic peccauit,neque parẽtes eius,nisi
ad rem de qua interrogatus est, ut cæcus nasceretur: habebant enim peccatũ parentes eius,
sed non ipso peccato factum est ut cæcus nasceretur. Si ergo non peccato factum est paren
tum ut cæcus nasceretur,quare cæcus natus est? Audi magistrum docentem,Quærit creden

tem ut

tem,ut faciat intelligẽtem.Ipſe cauſam dicit,quare ille cæcus ſit natus. Neq; inquit,hic peccauit,neq; parentes eius,ſed ut manifeſtẽtur opera dei in illo.) deinde quid ſequitur? Me oportet operari opera eius qui miſit me.)Ecce eſt ille miſſus,in quo faciem lauit cæcus: & uidete quid dixerit, me oportet operari opera eius qui miſit me. Donec dies eſt,) Mementote quomodo uniuerſam gloriam illi dat de quo eſt,quia ille habet filiũ qui de illo ſit, ipſe non habet de quo ſit: ſed quare dixiſti domine,donec dies eſt? audi quare. Veniet nox quãdo nemo poteſt operari.) Nec tu domine? Ità ne tantum ualebit nox illa ut nec tu poſſis in ea operari,cuius opus nox eſt? Puto enim domine Ieſu,imò non puto, ſed credo atq; confirmo te ibi fuiſſe,quando dixit deus, Fiat lux,& facta eſt lux:ſi enim uerbo fecit, per te fecit,& ideo dictum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Diuiſit deus inter lucem & tenebras:lucem uocauit diem,& tenebras noctẽ. Quæ eſt illa nox,quæ cum uenerit,nemo poterit operari? Audi quid ſit dies, & tunc intelliges quæ ſit nox: unde ſumus audituri quiſnam ſit dies iſte: Ipſe dicat, Quandiu in hoc mundo ſum, lux ſum mũdi.)Ecce ipſe dies eſt.Lauat oculos cæcus in die,ut uideat diẽ.)Quandiu,inquit,in mũdo ſum,lux ſum mundi.Ergo neſcio quæ nox erit,quãdo ibi Chriſtus nõ erit,ideo nemo poterit operari.Reſtat inquirere fratres mei, patienter accipite inquirentem me: uobiſcum quæro,uobiſcum inueniam à quo quæro.Conſtat expreſſum ac definitum diem commemoraſſe dominum hoc loco ſeipſum, id eſt, lumen mundi: ergo operatur ipſe quandiu eſt in hoc mundo. Putamus eum fratres fuiſſe hic tunc, & modo non hic eſſe. Si ergo hoc putamus, iam ergo poſt aſcenſum domini facta eſt nox iſta metuenda, ubi nemo poſſet operari. Si poſt aſcenſum domini facta eſt nox iſta, unde apoſtoli tanta operati ſunt? Nunquid iſta nox erat,quando ſpirituſſanctus ueniens, & omnes qui in uno loco erãt adimplens,dedit eis loqui omnium gentium linguis? Nunquid nox erat quando claudus ille ad uerbum Petri ſaluus effectus eſt,imò ad uerbum domini habitantis in Petro? Nũquid nox erat quando tranſeuntibus diſcipulis ægri cum lectulis ponebantur,uel ut umbra tranſeuntium tangerentur? Dominus autem cum hic eſſet, neminem tranſiens umbra ſua ſaluum fecit,ſed ipſe diſcipulis dixerat,Maiora horum facietis.Dixerat quidem dominus,ma
Ioan.14 iora horum facietis:ſed non ſe extollat caro & ſanguis:audiat dicentem,Sine me nihil pote
Ioan.15 ſtis facere.Quid igitur? quid dicemus de nocte iſta? quando erit,quãdo nemo poterit operari? Nox iſta impiorum erit, nox iſta eorum erit quibus in fine dicetur, Ite in ignem æter-
Mat.25 num,qui paratus eſt diabolo & angelis eius:ſed nox dicta eſt,non flamma,non ignis? Au-
Matth.22 di quia & nox eſt:de quodam ſeruo dicit,Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores.Operetur ergo homo dũ uiuit,ne illa nocte præueniatur,ubi nemo poſſit operari.Modo eſt ut operetur fides per dilectionem: & ſi modo operamur, hic eſt dies,
Matth.28 hic eſt Chriſtus: audi promittentem,& ne arbitreris abſentem. Ipſe dixit, Ecce ego uobiſcum ſum.Quandiu non ſit in nobis ſollicitudo qui uiuimus,ſi fieri poſſet,de hac etiam uoce poſteros qui futuri ſunt ſecutiſſimos faceremus. Ecce,inquit, ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi.Dies iſte qui circumitu ſolis huius adimpletur,paucas horas habet: dies præſentiæ Chriſti uſq; in cõſummationem ſeculi extenditur. Poſt reſurrectionem uero uiuorum & mortuorũ, cum poſitis ad dexterã dixerit, Venite benedicti patris mei,percipite regnum:poſitis autem ad ſiniſtrã dixerit, Ite in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius:ibi erit nox,ibi nemo poteſt operari,ſed recipere quod operatus eſt. Aliud eſt tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim dominus unicuiq; ſecundũ opera ſua, cum uiuis & mortuis ſic facturus eſt: erit enim tunc nox ualida,quæ inuoluat impios.Sed & modo omnis infidelis quando moritur in nocte ſuſcipitur, & nõ eſt ut illic aliquid operetur. In illa nocte diues ardebat, & ſtillam aquæ de digito pauperis requirebat, dolebat,angebatur, fatebatur,nec ei ſubueniebatur,& conatus eſt benefacere: ait
Lucæ 16 enim Abraæ,Pater Abraam,mitte Lazarum ad fratres meos,ut dicat illis quid hic agatur, ne & ipſi ueniant in hunc locum tormentorum. O infelix, quando uiuebas tu erat tempus

A pus operandi: modo iam in nocte es, in qua nemo poſſit operari. Hæc cum dixiſſet,expuit in terram,& fecit lutum ex ſputo,& liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloë,quod interpretatur miſſus.Abijt ergo,& lauit,& uenit uidens.) hæc quia manifeſta ſunt,tranſeamus. Itaq; uicini qui uidebãt eum prius,quia mendicus erat, dicebant,Nonne hic eſt qui mendicabat? Alij dicebant,quia hic eſt,alij nequaquam, ſed ſimilis eſt ei.)Aperti oculi uultum mutauerant. Ille dicebat,quia ego ſum.) Vox grata,ne damnaretur ingrata. Dicebant ergo ei, quomodo aperti ſunt oculi tui? Reſpondit, Ille homo qui dicitur Ieſus,lutũ fecit,& unxit oculos meos,& dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloë & laua,& abij & uidi.)Ecce annunciator factus eſt gratiæ:ecce euangelizat, confitetur uidens:cæcus ille confitebatur, & cor impiorum frangebatur,quia non habebant in corde, quod iam ille habebat in facie. Dixerũt ei,Vbi eſt ille qui tibi aperuit oculos? ait,Neſcio.) In his uerbis animus ipſius adhuc inuncto ſimilis erat, nondum uidenti: ſic ponamus fratres,tanquam illam unctionem in animo habuerit,prædicat,& neſcit quem prædicat.
Adducunt eum ad Phariſæos qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum quando lutum fecit Ieſus,& aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi, quomodo uidiſſet. Ille autem dixit eis,Lutum poſuit mihi ſuper oculos meos,& laui & uideo. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam.)Non omnes ſed quidam:iam enim inungebantur quidam.Quid ergo dicebant,nec uidentes,nec inuncti? Non eſt hic homo à deo,qui ſabbatum non cuſtodit.)Ipſe potius cuſtodiebat,qui ſine peccato erat.Sabbatum enim ſpiritale hoc eſt,non habere peccatum.Denique fratres,hoc admonet deus,quando commẽdat ſabbatum, Omne opus ſeruile non facietis:hæc ſunt uerba dei commendantis ſabbatum, Omne opus ſeruile non facietis in eo.Iam ſuperiores lectiones interrogate,quid ſit opus ſeruile, & dominũ audite,Omnis qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Sed iſti nec uidentes,ut dixi, nec inuncti, ſabbatum carnaliter obſeruabant,ſpiritaliter uiolabant. Alij dicebant,Quomodo poteſt
B homo peccator hæc ſigna facere?)Ecce ſunt inuncti. Et ſchiſma erat inter eos.)Dies ille diuiſus erat inter lucem & tenebras. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos?)Quid de illo ſentis? quid exiſtimas? quid iudicas? Quærebant quemadmodum homini calumniarentur,ut de ſynagoga repelleretur,ſed à Chriſto inueniretur.Sed ille conſtanter quod ſentiebat expreſſit. Ait enim,Quia propheta eſt.)Adhuc quidem inunctus in corde nondum deum confitetur,nec mentitur tamen. Ipſe enim dominus de ſemetipſo ait,Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua. Non crediderunt ergo Iudæi de illo,quia cæcus fuiſſet & uidiſſet,donec uocauerunt parentes eius qui uiderat,) id eſt, qui cæcus fuerat & uiderat. Et interrogauerunt eos dicẽtes,Hic eſt filius ueſter,quem uos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo autem nunc uidet? Reſpõderunt eis parentes eius & dixerunt,Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt,quomodo autem nunc uideat neſcimus,aut quis eius aperuit oculos nos neſcimus. Et dixerunt, Ipſum interroga te,ætatem habet,ipſe de ſe loquatur.)Scimus quidem quia filius noſter eſt:ſed iuſte cogere mur loqui pro infante, ſi ipſe pro ſe loqui non poſſet: olim loquebatur, modo uidet, cæcum à natiuitate nouimus,loquentem olim ſcimus,uidentem modo uidemus:ipſum interrogate ut inſtruamini, quid nobis calumniamini? Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conuenerant Iudæi, ut ſi quis eum confiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret.) Iam non erat malum fieri extra ſynagogam: illi expellebant, ſed Chriſtus excipiebat. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo ruſum hominem, qui fuerat cæcus,& dixerunt ei,Da gloriam deo.) Quid [illegible] gloriam deo? nega quod accepiſti. Hoc planè non eſt gloriam deo dare,ſed deum p[illegible]laſphemare. Da, inquiunt, gloriam deo. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille, Si peccator eſt, neſcio: unum ſcio, quia cæcus cum eſſ[illegible]odo uideo. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos

Sabbatum ſpirituale. Leuit. 23

Ioan. 8

Matth. 15

Date gloriam deo.

tuos?)Et ille iam ſtomachans aduerſus duriciam Iudæorum, & ex cæco uidens, nõ ferens C
cæcos. Reſpondit eis,Dixi iam uobis,& audiſtis,Quid iterum uultis audire? Nunquid &
uos uultis diſcipuli eius fieri?)Quid eſt,nunquid & uos, niſi quia ego iam ſum, nunquid &
uos uultis? Iam uideo,ſed nõ inuideo. Maledixerunt ei & dixerũt,Tu diſcipulus eius ſis.)
Tale maledictum ſuper nos, & ſuper filios noſtros: maledictum enim eſt, ſi cor diſcutias,
non ſi uerba perpendas. Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus,nos ſcimus quia Moyſi locu
tus eſt deus,iſtum autem neſcimus unde ſit.) Vtinam ſciretis,ſi ſciretis quia Moyſi locutus
eſt deus, ſciretis quia per Moyſen prædicatus eſt deus: habetis enim dominum dicen-
Ioan.5 tem, Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de me enim ille ſcripſit, Itá ne ſequimini
ſeruum, & dorſum ponitis contra dominum? Sed nec ſeruum ſequimini, nam per illum
ad dominum duceremini. Reſpondit ille homo & dixit eis,In hoc mirabile eſt, quia uos
neſcitis unde ſit, & aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non exau-
dit, ſed ſi quis dei cultor eſt,& uoluntatem eius facit,hunc exaudit.) Adhuc inunctus loqui
tur:nam & peccatores exaudit deus:ſi enim peccatores deus non exaudiret,fruſtra ille publi
Lucæ 18 canus oculos in terram demittens, & pectus ſuum percutiens diceret, Deus propitius eſto
mihi peccatori. Et iſta confeſſio meruit iuſtificationem, quomodo iſte cæcus illuminatio-
nem. A ſeculo non eſt auditum,quoniã quis aperuit oculos cæci nati? Niſi eſſet hic à deo
non poterat facere quicquam.) Libere, conſtanter & ueraciter. Hæc enim quæ à deo facta
ſunt,à quo fierent niſi à domino? Aut quando à diſcipulis talia fierent, niſi in eis dominus
habitaret? Reſponderunt & dixerunt ei,In peccatis natus es totus.)Totus quid eſt? Cum
clauſis oculis. Sed qui aperuit oculos,ſaluat & totum. Ipſe dabit ad dexteram reſurrectio-
nem,qui in facie dedit illuminationem.In peccatis totus natus es, Et tu doces nos? Et eie-
cerunt eum foras.)Ipſi illum magiſtrum fecerunt,ipſi ut diſcerent totiens interrogauerunt,
& ingrati docentem proiecerunt.Sed quod dixi iamdudum fratres, illi pellunt, excipit do-
minus: magis enim quia expulſus eſt,Chriſtianus factus eſt. Audiuit dominus quia eie- D
cerunt eum foras,& cum inueniſſet eum, dixit ei, Tu credis in filium dei?) modo lauat fa-
ciem cordis. Reſpondit ille & ait,)quaſi adhuc inunctus. Quis eſt domine ut credam in
eum? Et dixit ei Ieſus,Et uidiſtis eum,& qui loquitur tecum ipſe eſt.) Miſſus eſt ille, iſte la-
uans faciem in Siloë,quod interpretatur miſſus: denique iam facie lota cordis & mundata
conſcientia, agnoſcens eum non filium hominis tantum quod ante crediderat, ſed iam fi-
lium dei qui carnem ſuſceperat, Ait,Credo domine.)Parum eſt credo, uis uidere qualem
credat? Et procidens adorauit eum.Et dixit ei Ieſus.)Modo dies ille eſt inter lucem & te-
nebras diſcernens. In iudicium ego in hunc mundum ueni,ut qui non uident uideant, &
qui uident cæci fiant.) Quid eſt hoc domine? Magnam quæſtionem feſſis intuliſti, ſed eri
ge uires noſtras,ut poſſimus intelligere quod dixiſti. Veniſti ut qui non uident uideant,re-
cte,quia lumen es:recte,quia dies es:recte,quia de tenebris liberas. Hoc omnis anima acci-
pit,omnis intelligit: quid eſt hoc quod ſequitur, Et qui uident cæci fiant? Ergó ne quia ue-
niſti,cæci fiunt qui uidebant? Audi quid ſequitur,& fortaſſis intelliges. Commoti ſunt er-
go uerbis iſtis, Quidam ex Phariſæis,& dixerunt ei,Nunquid & nos cæci ſumus?) Audi
iam quid eſt quod mouebat, & qui uident cæci fiant. Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis non
haberetis peccatum,) Cum ſit cæcitas ipſa peccatum, [illegible]æci eſſetis, id eſt, ſi uos cæcos ad-
uerteretis,ſi uos cæcos diceretis,& ad medicum curretis,ſi ergo ita cæci eſſetis, non habere
tis peccatum,quia ueni ego auferre peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus, peccatum
ueſtrum manet.)Quare? Quia dicendo uidemus,medicũ nõ [illegible]ritis,in cæcitate ueſtra re-
manetis: hoc eſt ergo quod pauloante non intellexeram[illegible]d ait, Ego ueni ut qui
non uident uideant. Quid eſt, ut qui non uident ui[illegible] Qui ſe non uidere confi-
tentur, & medicum quærunt ut uideant, & qui uident[illegible]er fiant: quid eſt, qui uident
cæci fiant? Qui ſe putant uidere, & medicum non quærunt, & in ſua cæcitate per-
manent. Ergo iſtam diſcretionem uocauit iudicium, cum ait, In iudicium [illegible] hunc
[illegible]ndum

A mundum, quo diſcernit cauſam credentium & confitentium à ſuperbis ſe uidere putanti-
bus, & ideo grauius excæcatis, tanquam dixerit ei peccator confitens & medicum quærens,
Iudica me deus,& diſcerne cauſam meam de gente nõ ſancta, Illorum ſcilicet qui dicunt,ui- pſal.4
demus,& eorum peccatum manet. Nõ autẽ illud iudiciũ iam intulit mundo,quo de uiuis &
mortuis in fine ſeculi iudicabit. Secundum hoc enim dixerat, Ego non iudico quenquam, Ioan.8
quoniam prius uenit,non ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.

Ab eo quod ſcriptum eſt, Amen amen dico uobis,qui non intrat per
oſtium in ouile ouium,ſed aſcẽdit aliunde,ille fur eſt & latro,uſq;
ad id quod ait, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius
habeant. Tractatus XLV

DE illuminato illo, qui cæcus natus eſt, ſermo ad Iudæos domini exortus eſt.
Huic itaq; lectioni hodiernam eſſe contextam,ſcire debuit & commoneri cha-
ritas ueſtra. Cum enim dominus dixiſſet, In iudicium enim ego ueni in hunc
mundum,ut qui non uident,uideant:& qui uident,cæci fiant: quod eo tempo-
re,quando lectum eſt,ut potuimus expoſuimus,quidam ex phariſæis dixerunt, Nunquid
& nos cæci ſumus? Quibus reſpondit dominus,Si cæci eſſetis,non haberetis peccatũ,Nunc
autem dicitis,quia uidemus,peccatum ueſtrum manet. His uerbis ſubiunxit ea,quæ hodie
cum recitarẽtur, audiuimus, Amen amen dico uobis, qui non intrat per oſtium in ouile Caput X
ouium,ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.) Dixerunt enim ſe cæcos nõ eſſe, uidere au-
tem tunc poſſent,ſi oues Chriſti eſſent. Vnde ſibi uſurpabant lumen, qui furebant contra
diem.Propter illorum ergo uanam & ſuperbam & inſanabilem arrogantiam dominus Ie-
ſus iſta contexuit,in quibus ſalubriter nos,ſi aduertamus,admonuit. Multi enim ſunt, qui boni apud homines non ſunt
ſecundum quandam uitæ huius cõſuetudinem dicuntur boni homines, boni uiri,bonæ fœ- propter ꝛ Chriſtiani quia nõ
minæ,innocentes,& quaſi obſeruantes ea quæ in lege præcepta ſunt, deferẽtes honorem pa- credunt.
B rentibus ſuis, non mœchantes,non homicidiũ perpetrantes,non furtum facientes,non fal-
ſum teſtimonium aduerſus quenquam perhibentes,& cætera quæ in lege mandata ſunt,ue
lut obſeruantes: Chriſtiani non ſunt, & plerunq; ſe iactant quomodo iſti:nunquid & nos
cæci ſumus? Quia uero iſta omnia quæ faciunt,& neſciunt ad quem finẽ referant, inaniter
faciunt. Dominus de grege ſuo & de oſtio qua intratur ad ouile, ſimilitudinẽ propoſuit in
hodierna lectione:dicant ergo pagani:Bene uiuimus.Si per oſtium non intrant,quid pro- pagani bene uiuũt.
deſt eis? unde gloriantur? Ad hoc enim debet unicuiq; prodeſſe uiuere,ut detur illi ſemper
uiuere:nam cui non datur ſemper uiuere,quid prodeſt bene uiuere? Quia nec bene uiuere
dicendi ſunt,qui finẽ bene uiuendi uel cæcitate neſciunt,uel inflatione contemnunt. Nõ eſt
autem cuiquam ſpes uera & certa ſemper uiuendi,niſi agnoſcat uitam quod eſt Chriſtus,&
per ianuã intret in ouile. Quærunt ergo plerunq; tales homines etiã perſuadere hominibus
ut bene uiuant,& Chriſtiani non ſint. Per aliã partẽ uolunt aſcendere,rapere & occidere,nõ
ut paſtor cõſeruare atq; ſaluare. Fuerũt ergo quidã philoſophi,de uirtutibus & uitijs ſubti- philoſophi multa dixerunt
lia multa tractãtes,diuidẽtes,definiẽtes, ratiocinatiões acutiſſimas cõcludẽtes, libros imple- de uitijs & uirtutibus.
tes,ſuã ſapientiã buccis crepantibus uentilantes,qui etiã dicere auderent hominibus, nos ſe
quimini,ſectã noſtrã tenete,ſi uultis beate uiuere. Sed nõ intrabant per oſtiũ,perdere uole
bant,mactare & occidere. Quid de iſtis dicã? Ecce ipſi Phariſæi legebãt,& in eo quod leger- phariſæi bene ſi ſint ipſi bene uiuũt
bant,Chriſtũ ſonabãt,uenturũ ſperabãt,& præſentẽ nõ agnoſcebant, iactabant ſe etiã ipſi ſant
inter uidẽtes,hoc eſt inter ſapiẽtes,& negabãt Chriſtũ, & nõ intrabãt per oſtiũ.Ergo & ipſi
ſi quos forte ſeducerẽt,mactandos & occidẽdos,nõ liberãdos ſeducerẽt.Et hos dimittamus,
uideamus illos ſi forte ipſi [illegible] per oſtiũ,qui ipſius Chriſti nomine gloriãtur. Innumerabi
les enim ſunt qui ſe uidẽtes [illegible]ũ iactant,ſed à Chriſto illuminatos uideri uolũt:ſunt aũt
hæretici.Forte ipſi per ianua[illegible]querunt? Abſit.Sabellius dicit, Qui filius eſt,ipſe eſt pater: Sabellius.
ſed filius non eſt pater. Non intrat per oſtium qui filium dicit patrem. Arianus dicit, Ali- arius
ud eſt pater, aliud eſt filius. Recte diceret ſi diceret, alius, non aliud. Quando enim di-
cit ali-

cit aliud,ei contradicit à quo audit, Ego & pater unum sumus.Nec ipse ergo per ostium in-
trat:prædicat enim Christū qualem sibi fingit,non qualem ueritas dicit:nomen habes,rem
nō habes. Alicuius rei nomē est Christus, tene ipsam rem,si uis prodesse tibi nomen: alius,
nescio unde sit,sicut Fotinus, Christus homo est, inquit,deus non est: nec ipse intrat per o-
stiū,quia Christus homo & deus est.Et quid opus est multa percurrere, & multa uana hæ-
resum enumerare?Hoc tenete,ouile Christi esse catholicam ecclesiam.Quicunq; uult intra-
re ad ouile,per ostium intret,Christum uero prædicet,non solum Christum uerū prædicet,
sed Christi gloriam quærat,non suam:nam multi quærendo gloriā suam,oues Christi spar
serunt potius quàm congregauerunt:humilis est enim ianua Christus dominus : qui intrat
per hanc ianuā,oportet humilē esse,ut sano capite possit intrare:qui autem se non humiliat
sed extollit,per maceriam uult ascendere:qui aūt per maceriā ascendit,ideo exaltatur ut ca-
dat.Tecte tamen adhuc loquitur dominus Iesus,nondum intelligitur : nominat ostiū,no-
minat ouile,nominat oues:cōmendat hæc omnia,sed nondū exponit. Legamus ergo,quia
uenturus est ad ea uerba,in quibus nobis aliqua quæ dixit dignetur exponere,ex quorū ex
positione dabit nobis fortasse etiam illa quæ non exposuit intelligere : pascit enim manife-
stis,exercet obscuris.Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde,uæ mi
sero,quia casurus est.Sit ergo humilis,per ostium intret,plano pede ueniat,& nō offendat.
Ille,inquit,fur est & latro,qui oues suas uult dicere oues alienas,ad hoc suas, id est furto ab-
latas,ut non saluet,sed ut occidat.Ergo fur est,quia quod alienum est suum dicit : latro,quia
& quod est furatus occidit. Qui autem intrat per ostium,pastor est ouium : huic ostiarius
aperit.) De ostiario isto tunc quæramus, quando ab ipso domino audierimus quod sit
ostium,& qui sit pastor. Et oues uocem eius audiūt,& proprias oues uocat nominatim.)
Habet enim nomina eorum scripta in libro uitæ.Proprias oues uocat nominatim:hinc di-
2.Tim.2 cit Apostolus,Nouit dominus qui sunt eius. Et adducit eas, & cum proprias oues emise-
rit,ante eas uadit,& oues illum sequuntur,quia sciunt uocem eius. Alienum autem non se-
quuntur, sed fugiunt ab eo,quia non nouerunt uocem alienorum.) Tecta sunt uerba hæc,
plena quæstionibus,grauida sacramentis . Sequamur ergo & audiamus magistrum ex his
obscuris aliquid aperientem,& per id quod aperit,nos forte intrare facientem. Hoc pro-
uerbium dixit illis Iesus , illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.) Forte nec nos.
Quid ergo interest inter illos & nos , antequàm ista uerba agnoscamus & nos ? Quia nos
pulsamus ut aperiatur nobis:illi autem Christum negando nolebant intrare seruandi , sed
foris remanere perdèndi . Quòd ergo nos audimus hæc pie, quòd antequàm illa intelliga-
mus,credimus uera esse atq; diuina,magna ab istis diuersitate distamus. Cū enim duo au-
diunt uerba euangelij , unus impius,alter pius , & talia sunt ut forte ambo non intelligant,
unus dicit , nihil dixit : alius dicit , uerum dixit , & bonum est quod dixit , sed nos non in-
telligimus: iste quia credit iam pulsat,& dignus est cui aperiatur si pulsare persistat,ille uero
Esaiæ.7 adhuc audiat,Nisi credideritis nō intelligetis.Quare ista commendo ? quia etiam cū uerba
hæc obscura sicut possum exposuero,aut quia ualde sunt abdita,uel ego eorum non appre
hendero intelligētiam,uel explicandi quod intelligo nō habuero facultatē,uel tā fuerit quis-
que tardus,ut etiā exponentē nō sequatur,nō de se desperet:maneat in fide,ambulet in uia,
Philip.3 audiat Apostolum dicentem,Et si quid aliter sapitis,hoc quoq; uobis deus reuelabit,uerun
tamen in quod peruenimus,in eo ambulemus.Incipiamus ergo audire exponentem,quem
audiuimus proponentem. Dixit ergo iterum eis Iesus, Amen amen dico uobis,quia ego
sum ostium ouium.) Ecce ipsum ostium quod clausum posuerat,aperuit . Ipse est ostium,
agnouimus , intremus : ut nos intrasse gaudeamus. Om[illegible]quotquot uenerunt , fures
sunt & latrones.)Quid est hoc domine Omnes quotquot [illegible]nt? Quid enim? Tu non
uenisti? sed intellige.Omnes quotquot uenerunt dixit,uti[illegible]ter me. Recolamus ergo,
Ante aduentū ipsius uenerunt prophetæ,nunquid fures & latrones fuerunt? Absit, nō præ
ter illū uenerunt,quia cum illo uenerunt. Venturus præcones mittebat,sed eorū corda quos

mise

A miserat,possidebat. Vultis nosse quia cum illo uenerunt? Qui est ipse semper,carnem quip-
pe accepit ex tempore . Quid est ergo semper ? In principio erat uerbum . Cum illo ergo
uenerunt,qui cum uerbo dei uenerunt.Ego sum,inquit, uia & ueritas & uita . Si ipse est ue- Ioan.14
ritas,cum illo uenerunt qui ueraces fuerunt:quotquot ergo præter illum,fures sunt & latro-
nes,id est,ad furandum & occidendum. Sed non audierunt eos oues.) Maior hæc quæ-
stio est,non audierunt eos oues. Ante aduentum domini nostri Iesu Christi , quo humilis
uenit in carne,præcesserunt iusti,ſc in eum credentes uenturum,quomodo nos credimus in
eum qui uenit. Tempora uariata sunt,non fides,quia & ipsa uerba pro tempore uariantur,
cum uarie declinantur. Alium sonum habet,uenturus est:alium sonum habet,uenit:muta-
tus est sonus,uenturus est,& uenit: eadem tamen fides utroſq; coniungit, & eos qui uentu-
rum esse,& eos qui eum uenisse crediderunt : diuersis quidem temporibus , sed utroſq; per
unum fidei ostium,hoc est per Christū,uidemus ingressos . Nos credimus dominū nostrū
natum ex uirgine,uenisse in carne, passum esse,resurrexisse, in cœlum ascēdisse,totum hoc si
cut uerba auditis præteriti tēporis, impletū esse iam credimus:in eius sunt fidei societate no
biscū & illi patres, qui crediderunt de uirgine nasciturū, passurū,resurrecturū,in cœlū ascen
surū, illos enim ostendit Apostolus ubi ait, Habentes autem eundē spiritū fidei,sicut scri- 2.Cor.4
ptum est. Credidi propter quod locutus sum:& nos credimus , propter quod & loquimur. psal.115
Propheta dixit,Credidi propter quod locutus sum.Apostolus dicit, Et nos credimus,pro-
pter quod & loquimur:ut scias autem quòd una sit fides,audi dicentem,Habentes eundem
spiritum fidei & nos credimus:sic & alio loco.Nolo enim uos,inquit, ignorare fratres,quia 1.Corin.10.
patres nostri omnes sub nube fuerunt,& omnes mare transierunt , & omnes in Moyse ba-
ptizati sunt in nube & in mari : & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt , & o-
mnes eundem potum spiritalem biberunt.Mare rubrum significat baptismū, Moyses du- mare cū baptismo . moses populus
B ctor per mare rubrum significat Christum:populus transiens significat fideles: mors Ægy- quid significent
ptiorum significat abolitionem peccatorum . In signis diuersis eadem fides, sic in signis di-
uersis quomodo in uerbis diuersis,quia uerba sonos mutant per tēpora,& utiq; nihil aliud
sunt uerba quàm signa:significādo enim uerba sunt,tolle significationē uerbo, strepitus ina
nis est . Significata sunt ergo omnia : nunquid non eadem credebant , per quos hæc signa
ministrabantur,per quos eadem quæ credimus,prophetata prænunciabantur? utiq; crede-
bant:sed illi uentura esse,nos autem uenisse:ideo autem sic ait, Eundem potum spiritalē bi-
berunt:si spiritalem eundem,nam corporalem non eundē.Quid enim illi bibebant ? Bibe-
bant enim de spiritali sequente petra:petra autē erat Christus:uidete ergo,fide manente,si-
gna uariata.Ibi petra Christus,nobis Christus quod in altari dei ponitur,&illi pro magno
sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profluētem de petra, nos quid bibamus no-
runt fideles . Si speciem uisibilem intendas, aliud est : si intelligibilem significationem,eun-
dem potum spiritalem biberunt . Quotquot ergo illo tempore crediderunt uel Abraæ, uel
Isaac,uel Iacob, uel Moysi, uel alijs patriarchis, alijsq; prophetis Christum prænuncianti-
bus,oues erant,& Christum audierunt,non alienam uocem,sed ipsius audierunt.Iudex fue- similitudo ad p ceonē.
rat in præcone,quia & quando iudex loquitur per præconem,exceptor tion facit,præco nō
dixit,sed iudex dixit.Alij sunt ergo quos non audierunt oues, in quibus non erat uox Chri
sti,errantes,falsa dicentes,inania garrientes,uana fingentes,miseros seducentes.Quid est er
go quod dixi? Maior hæc quæstio est, quid habet obscurum & ad intelligendum difficile?
audite obsecro : ecce dominus ipse Iesus Christus uenit,prædicauit,utiq; multo magis uox
pastoris erat , expressa ipso ore pastoris : si enim per prophetas uox pastoris erat , quanto
magis uocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris : non omnes audierunt . Sed quid
putamus ? Qui audierunt oues erunt ? Ecce audiuit Iudas , & lupus erat : sequebatur,
sed pelle ouina tectus , pastori insidiabatur . Aliqui uero eorum , qui Christum cruci-
fixerunt , non audiebant , & oues erant : ipsos enim uidebat in turba , quando dicebat,
Cum exaltaueritis filium hominis , tunc cognoscetis quia ego sum . Quomodo ista sol- Ioan.8
uitur

uitur quæstio? Audiunt non oues,& non audiunt oues: sequuntur uocem pastoris quidam lupi,& ei quædam cõtradicunt oues, postremo pastorem occidunt oues. Soluitur quæstio: respondet enim aliquis & dicit, Sed quando non audiebant, oues nondum erant, tunc lupi erant: uox audita eos mutauit,& ex lupis oues fecit. Quando autem factæ sunt oues, audierunt,& pastorem inuenerunt, pastoremq; secutæ sunt: pastoris promissa sperauerunt, quia iussa fecerunt. Soluta est utcunq; ista quæstio,& cuiquam forte sufficiat. Me autem adhuc mouet, & quid me moueat communico uobiscum, ut quodammodo quærens uobiscum, reuelante illo uobiscum merear inuenire: quid ergo me moueat accipite, per Ezechielẽ pro-
37 Ezech. phetam dominus obiurgat pastores,& dicit inter cætera de ouibus, Errantem ouem non reuocastis. Et errantẽ dicit,& ouem appellat: si quãdo errabat ouis erat, cuius uocem ut erraret audiebat? Proculdubio enim nõ erraret, si uocem pastoris audiret, sed ideo errauit, quia uocem audiuit alieni, uocem furis & latronis audiuit. Certe latronum uoces non audiunt oues: Qui uenerunt, inquit,& intelligimus, præter me, id est, qui uenerunt præter me, fures sunt & latrones,& non audierunt eos oues. Domine, si non audierunt eos oues, quomodo errant oues, si oues non audiunt nisi te? Tu autem ueritas es: quisquis ueritatem audit non utiq; errat: illi autem errant,& oues appellantur, nam si in errore ipso oues non appellarentur, non diceretur per Ezechielem prophetam, Errantem ouem non reuocastis. Quomodo & errat & ouis est? uocem alieni audiuit? certe non audierunt eos oues. Deinde modo multi colliguntur ad ouile Christi,& ex hæreticis fiunt catholici: à furibus tolluntur, pastori redduntur. Et alieni quando murmurant, tædium patiuntur ad reuocantem, & nõ intelligunt iugulantem, ueruntamen etiam cum renitentes uenerunt quæ oues sunt, agnoscũt uocem pastoris,& se uenisse lætantur,& erasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tanquam in ueritate gloriabantur,& utiq; non audiebant uocem pastoris, & alienum ideo sequebantur, oues erant an nõ erant? Si oues erant, quomodo alienos oues audiũt? Si oues nõ erant, quare obiurgãtur illi quibus dicitur, Errantẽ ouẽ nõ reuocastis? Ipsis etiã iã factis catholicis Christianis, bonæ spei fidelibus, aliquãdo mala cõtingunt, seducũtur in errorem, & post errorẽ reuocãtur, Quando seducti sunt in errorẽ, & rebaptizati sunt, aut post ouilis dominici societatem, rursus in errorem pristinum reuoluti sunt, oues erant an nõ erãt? Vtique catholici erant: si catholici, fideles erant, oues erant. Si oues erant, quomodo uocem alieni audire potuerunt cum dominus dicat, non audierunt eos oues? Audistis fratres altitudi-
2. Tim. 2 Roma. 8 nem quæstionis. Dico ergo, Nouit dominus qui sunt eius: nouit præscitos, nouit prædestinatos: de illo quippe dicitur, Quos aũt præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, ut sit primogenitus in multis fratribus: quos autẽ prædestinauit, ipsos & uocauit: & quos uocauit, ipsos & iustificauit: quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit. Si deus p nobis, quis cõtra nos? Adde adhuc, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo etiã non cum illo omnia nobis donauit? sed quibus? Nobis præscitis,& prædestinatis, iustificatis, glorificatis, de quibus sequitur, Quis accusabit aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt eius, ipsæ sunt oues. Aliquando se ipsæ nesciunt, sed pastor nouit eas, secundum istam prædestinationem, secundum istam dei præscientiam, secundum electionem ouium, ante constitutionem mundi: secundum istam ergo præscientiam dei & prædestinationẽ, quàm multæ oues foris, quàm multi lupi intus, & quàm multæ oues intus,& quàm multi lupi foris. Quid est quod dixi, quàm multæ oues foris? quàm multi modo luxuriantur, casti futuri: quàm multi blasphemant Christũ, crediturí in Christum: quàm multi se inebriant, futuri sobrij: quàm multi rapiunt res alienas, donaturi suas, ueruntamen modo uocem alienam audiunt, alienos sequuntur. Item quàm multi intus laudant, blasphematuri: casti sunt, fornicaturi: sobrij sunt, se uino postea sepulturi: stant, casuri: & non sunt oues: de prædestinatis enim loquimur. De his loquimur quos nouit dominus, qui sunt eius: & tamen ipsi quamdiu recte sapiũt, Christi uocem audiunt. Ecce audiũt ipsi, non audiunt illi, & tamen secundum prædestinationem non oues isti, oues illi. Adhuc ma-

net

A net quæstio, quæ mihi interim nunc uidetur ita posse dissolui. Est aliqua uox, est, inquam, uox aliquá pastoris, in qua oues non audiunt alienos, in qua non oues audiunt Christum: quæ est ista uox? Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Hanc uocem non negli- Matth. 10.
git proprius, non audit alienus: nam & ille hoc ei prædicat, ut perseueret apud ipsum usq; in finem, sed non apud eum perseuerando non audit hanc uocem. Venit ad Christum, audit alia & alia uerba, illa & illa, omnia uera, sana omnia, inter quæ omnia est & illa uox: qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit: istam qui audierit ouis est: sed audiebat illã nescio quis, & desipuit, refriguit, audiuit alienam: si prædestinatus est, ad tempus errauit, in æternum non periit, redit ut audiat quod neglexerit, faciat quod audiuit: si enim de his est qui prædestinati sunt,& errorem ipsius deus præsciuit,& conuersionem futuram: si aberrauit, redit ut audiat illam uocem pastoris,& sequatur dicentem: qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit: Bona uox fratres, uera, pastoralis, ipsa est uox salutis in tabernaculis iustorum: nam facile est audire Christum, facile est laudare euãgelium, facile acclamare disputatori: perseuerare usq; in finem, hoc est ouium uocem pastoris audientium. Tentatio accidit, perseuera usq; in finem, quia tentatio non perseuerat usq; in finem: usq; in quem finem perseuerabis? Quousq; finies uiam? Quamdiu enim nõ audis Christum, aduersarius tuus est in ista uia, hoc est, in ista mortali uita, sed quid dicit? Concorda cum aduersario tuo cito, dum es cum eo in uia. Audisti, credidisti, concordasti: si aduersabaris concorda, si tibi præsti tum est concordare: si aduersabaris concorda, noli ulterius litigare: quãdo enim finiatur uia nescis, sed tamẽ ille scit, scit ille si ouis es,& si perseueraueris usq; in finẽ, saluus eris: ac per hoc istam uocem non contemnunt sui, non audiunt alieni. Vt potui, ut ipse donauit, profũdam multum quæstionem aut exposui uobis, aut tractaui uobiscum: si qui minus intellexerunt, maneat pietas,& reuelabitur ueritas: qui autem intellexerunt, non se extollant quasi celeriores super tardiores, ne extollendo se exorbitent,& facilius perueniant tardiores. Omnes au-
B tem perducat cui dicimus: Deduc me domine in uia tua, & ambulabo in ueritate tua. Per hoc ergo quod exposuit dñs, quia ipse est ostium, intremus ad ea quæ proposuit, nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit, cuius non dixerit in ista lectione quæ hodie recitata est, tamen in ea quæ sequitur apertissime dicit: Ego sum pastor bonus: quod & si non diceret, quem alium præter ipsum intelligere deberemus in eis uerbis ubi ait: Qui intrat per ostiũ, pastor est ouium, huic ostiarius aperit,& oues eius uocem audiunt, & proprias oues uocat nominatim,& educit eas,& cum proprias oues emiserit, ante eas uadit,& oues eum sequuntur, quia sciunt uocem eius? Quis enim alius oues proprias uocat nominatim, & educit eas hinc ad uitam æternam, nisi qui nouit nomina prædestinatorum? Vnde ait discipulis suis: Luc. 10.
Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo, hinc eũ uocat eas nominatim. Et quis alius eas emittet, nisi qui earum peccata dimittit, ut eum sequi duris liberatæ uinculis possint? Et quis eas præcesserit quo eum sequantur, nisi qui surgens à mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Et cũ hic conspicuus esset in carne, ait: Pater quos dedisti Ioan. 17
mihi, uolo ut ũbi ego sum,& ipsi sint mecum: unde illud quod ait: Ego sum ostiũ, per me si quis introierit saluabitur,& ingredietur & egredietur,& pascua inueniet.) In hoc euidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium: sed quid est, ingredietur & egredietur,& pascua inueniet? Ingredi quippe in ecclesiam per ostium Christũ ualde bonum est: exire autem de ecclesia, sicut ait iste ipse Ioannes euangelista in epistola sua: Ex no- 1. Ioan. 2
bis exierunt, sed non erant ex nobis, non est utiq; bonum. Talis ergo egressus non posset à bono pastore laudari, ut diceret,& ingredietur & egredietur,& pascua inuenict. Est ergo aliquis non solum ingressus, uerumetiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus: sed quid sit iste laudabilis & beatus egressus? Possem quidem dicere ingredi nos, quãdo interius aliquid cogitamus, egredi autem quãdo exterius aliquid operamur. Et quoniã, sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christũ esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per Christum secundum ipsam fidem

Psal.103 ctiam foris,id est,coram hominibus operari:unde & in psalmo legit:Exiet homo ad opus C
Matth.5 suum:& ipse dominus dicit: Luceant opera uestra coram hominibus:sed plus me delectat quod ipsa ueritas tanq̃ pastor bonus,& ideo bonus doctor quodãmodo nos admonuit, quemadmodum intelligere debeamus,quod ait:Ingredietur & egredietur,& pascua inueniet,consecutus adiunxit: Fur non uenit nisi ut furetur,& mactet,& perdat,ego ueni ut uitam habeant,& abũdantius habeãt.) Videt enim mihi dixisse,ut uitã habeãt ingrediẽtes. & abũdantius habeãt egredientes. Nõ aũt potest quisq̃ per ostiũ,id est,per Christũ egredi ad uitã æternã, quæ erit & specie,nisi per ipsũ ostiũ,hoc est,p eundẽ Christũ in ecclesiã eius
Gal.5 quæ est ouile eius,intrauerit ad uitam tẽporalem,quæ est in fide,ideo ait: Ego ueni ut uitã habeant,hoc est,fidem,quæ per dilectionem operatur,per quam fidem in ouile ingredian-
Abacuc.2 tur ut uiuant,quia iustus ex fide uiuit.Et abundantius habeant,qui perseuerando usq̃ in finem,per illud ostium,id est,per fidem Christi egrediuntur,quoniam ueri fideles moriunt, & abundantius habebunt uitam,ueniendo quo pastor ille præcessit,ubi nunc̃ deinde moriantur.Quamuis ergo & hic in ipso ouili non desint pascua, quoniam ad utrũq̃ possimus intelligere quod dictum est,& pascua inueniet,id est,& ad ingressum & ad egressum:tamen tunc uera pascua inuenient ubi saturentur,qui esuriunt & sitiunt iusticiam,qualia pascua in-
Luc.23 uenit cui dictum est:Hodie mecum eris in paradiso.Quomodo autem ipse sit ostium, ipse pastor,ut per seipsum quodammodo etiam ipse ingredi & egredi intelligatur, & quisnam sit ostiarius,longum est hodie quærere,& differendo sicut ipse donauerit explicare.

Ab eo quod dictum est:Ego sum pastor bonus,bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis,usq̃ ad id quod ait:Mercenarius autem fugit,quia mercenarius est,& nõ pertinet ad eũ de ouibus:

Tractatus XLVI

LOQVENS dominus Iesus ouibus suis,& præsentibus & futuris,quæ tunc aderant, quæ erant ibi iam oues eius, erantq̃ quæ futuræ erant eius oues: Item præsentibus & futuris,& illis & nobis,& quotquot etiam post nos fuerint oues D eius,quis ad eas missus esset,ostendit.Omnes ergo audiunt uocem pastoris sui dicentis: Ego sum pastor bonus.) Non adderet bonus,nisi essent pastores mali:sed pastores mali ipsi sunt fures & latrones, aut certe ut multum mercenarij. Omnes enim hic personas quas posuit,requirere,distinguere, nosse debemus:aperuit enim iã duas res dominus, quas quodammodo clausas proposuerat.Iam scimus quia ostium ipse est,scimus quia pastor ipse est:fures & latrones qui sint,in hesterna lectione patefactum est.Hodie autem audiuimus mercenarium,audiuimus & lupum,heri nominatus est & ostiarius.In bonis ergo ostium est & ostiarius,pastor & ouis:in malis fures & latrones,mercenarij,lupus.Ostiũ dominum Christum accipimus ipsum pastorem,ipsum ostiarium:quia enim hæc duo ipse exposuit,ostiarium nobis reliquit quærendũ:& quid ait de ostiario? Huic,inquit,ostiarius aperit:cui aperit? Pastori.Quid aperit pastori? Ostium.Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor. Nunquid si dñs Christus nõ exposuisset,nõ ipse dixisset:Ego sum pastor, & ego sum ostiũ, auderet quisquã nostrum dicere,quòd ipse Christus sit & pastor & ostiũ? Si enim diceret, ego sum pastor,& non diceret,ego sum ostium,quæsituri eramus quis esset ostium,& forte aliud putantes ante ostium remansuri,gratia illius & misericordia nobis exposuit pastorẽ, seipsum dixit,exposuit ostium,seipsum dixit,ostiarium quærendum nobis reliquit:quẽ nos dicturi sumus ostiarium? Quemlibet inueniremus,cauendum est ne maior existimetur c̃p̃ ipsum ostium:quia ostiarius in domibus hominum maior est ostio.Ostiarius enim ostio, non ostium præponitur ostiario,quia ostiarius ostium,non ostium custodit ostiarium.Nõ audeo dicere aliquem ostiarium maiorem:audiui enim iam quid sit ostium,nõ me latet,nõ sum dimissus coniecturæ meæ,non mihi humana est relaxata suspicio,deus dixit, ueritas dixit,mutari non potest quod immutabilis dixit.Dicam ergo in huius profunditate quæstionis quid mihi uidetur:eligat unusquisq̃ quod placet,pia tamen sentiat,sicut scriptũ est:
Sap.1 Sentite de domino in bonitate,& in simplicitate cordis quærite illũ.Ostiarium forte ipsum

dñm

A dñm debemus accipere:multo sunt enim inter se diuersa in rebus humanis,pastor & ostiũ, c̃p̃ ostiarius & ostium,& tamen dominus & pastorẽ se dixit,& ostium:cur ergo nõ intelligamus ipsum & ostiarium? Si enim cõsyderemus proprietates,dominus Christus nec pastor est,sicut consueuimus nosse & uidere pastores,nec ostium est,nõ enim eum faber fecit:si autem secũdum aliquã similitudinẽ & ostium & pastor est,audeo dicere & ouis est:ouis nempe sub pastore est,tñ ille & pastor est & ouis:ubi est pastor? Ecce hic habes,lege euãgelium: Ego sum pastor bonus:ubi est ouis? Interroga prophetam:Sicut ouis ad immolãdum duEsa.53
ctus est:ubi est agnus? Interroga amicum sponsi:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũ Ioan.1
di.Adhuc aliquid secundum istas similitudines mirabilius sum dicturus: & agnus enim & ouis & pastor,inter se amica sunt:contra leones autem à pastoribus oues custodiri solent, & tamẽ de Christo cum sit ouis & pastor,legimus dictũ:uicit leo de tribu Iuda.Hæc oñia Apoc.5
fratres,secundum similitudines accipite,non secundum proprietates.Solemus uidere pastores sedere supra petram,& inde cõmissa sibi pecora custodire. Vtiq; melior pastor c̃p̃ petra, super quam sedet pastor,& tamen Christus & pastor & petra. Totum hoc secundum similitudinem:proprietatẽ autem si quæras à me:In principio erat uerbum,& uerbũ erat apud deum,& deus erat uerbum:si quæras à me proprietatem,filius unicus de patre in æternum ab æterno genitus,æqualis gignenti,per quem facta sunt omnia,cum patre incõmutabilis, & accepta forma hominis non mutatus,ex incarnatione homo,filius hominis & filius dei. Hoc totum quod dixi,non similitudo sed res est:non ergo pigeat nos fratres secundũ quasdam similitudines ipsum accipere ostium,ipsum ostiarium:quid est enim ostium? Quo intramus:quis est ostiarius? Qui aperit:quis ergo se aperit,nisi qui seipsum exponit? Ecce dominus dixerat ostium,non intellexeramus:quãdo nõ intelleximus,clausum erat,qui aperuit ipse est ostiarius:nulla est ergo necessitas aliqd aliud quærere,nulla necessitas,sed fortasse est uoluntas:si est uoluntas,noli exorbitare,noli à trinitate discedere:si personam aliquam quæ
B ris ostiarij,spiritus sanctus occurrat:non enim dedignabitur ostiarius esse spiritus sanctus, quando ipsum ostium esse dignatus est filius:uide ostiarium,forte spiritum sanctum, ipse dominus discipulis suis de spiritu sancto dicit:Ipse uos docebit omnem ueritatem. Ostium Ioan.16
quid est? Christus:quid est Christus? Veritas.Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem ueritatem? De mercenario autem quid dicimus? Non in bonis hic cõmemoratus est. Pastor bonus,ait,animam suam dat pro ouibus suis:mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ,uidet lupum uenientem,& dimittit oues,& fugit,& lupus rapit, & dispergit oues.) Non hic bonam personam mercenarius gerit,& tamen in aliquo utilis mercenarius in malam partem
est:nec mercenarius diceretur,nisi acciperet à conducente mercedem:quis est ergo iste mercenarius,& culpabilis,& necessarius? Hinc uero fratres luceat nobis ipse dominus,ut & mercenarios intelligamus,& mercenarij non simus.Quis est ergo iste mercenarius? Sunt quidam ecclesiæ præpositi quibus Paulus apostolus dicit:Sua quærentes,non quæ Iesu Christi:quid Phil.2
est sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, non deum propter deum quærentes, tẽporalia cõmoda sectantes,lucris inhiantes,honores ab hominibus appetentes:hæc quando amantur à præposito, & propter hoc seruitur deo,quisquis est talis mercenarius est, inter filios se non computet: de talibus enim & dominus dicit: Amen dico uobis, per- Matth.6
ceperunt mercedem suam:audi de Timotheo sancto quid dicat apostolus Paulus: Spero Philip.2
autem in domino Iesu,Timotheum cito me mittere uobis,ut & ego bono animo sim, cum cognouero quæ circa uos sint:neminem enim habeo tam unanimem,qui germane de uobis sollicitus sit,omnes enim sua quærunt,non quæ Iesu Christi. Inter mercenarios pastor ingemuit,quæsiuit aliquem q̃ synceriter diligeret gregem Christi,& circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant non inuenit:non enim in ecclesia Christi tunc præter Paulum apostolum & Timotheum nemo erat qui germane de grege sollicitus esset,sed contigerat ut eo tempore quo Timotheum misit circa se alium de filijs non haberet,sed soli mercenarij cum illo essent,sua quærentes,non quæ Iesu Christi:& tamen ipse germane de grege sollicitus,

maluit filium mittere,& inter mercenarios remanere. Inuenimus & mercenarios,non eos di- C
ſcutit niſi dominus,qui cor inſpicit,ipſe diſcutit,tamen aliquando intelliguntur à nobis, nõ
Matth.5 enim fruſtra dixit ipſe dominus etiã de lupis,ex fructibus eorũ cognoſcetis eos:multos in/
terrogant tentationes,& tunc apparent cogitationes,multi autem latent. Habet ouile domi
ni præpoſitos,& filios,& mercenarios. Præpoſiti autem qui filij ſunt,paſtores ſunt:ſi paſto/
res ſunt,quomodo unus paſtor,niſi quia ſunt illi omnes unius membra paſtoris, cuius ſunt
Eſa.53 oues propriæ? Nam & ipſi membra ſunt ipſius unius ouis,quia ſicut ouis ad immolandũ
ductus eſt. Audite autem,quia & mercenarij neceſſarij ſunt:multi quippe in eccleſia cõmo/
da terrena ſectantes,Chriſtum tamen prædicant,& per eos uox Chriſti auditur,& ſequun/
tur oues non mercenarium,ſed uocem paſtoris per mercenarium. Audite mercenarios ab
Matth.23 ipſo domino demonſtratos: ſcribæ,inquit,& phariſæi cathedram Moyſi ſedent,quæ dicunt
facite,quæ autem faciunt,facere nolite:quid aliud dixit,niſi per mercenarios uocem paſtoris
audite? Sedendo enim cathedrã Moyſi,legẽ dei docent,ergo per illos deus docet:ſua uero
illi ſi uelint docere,nolite audire,nolite facere,certe enim tales ſua quærunt, non quæ Ieſu
Chriſti. Nullus tamen mercenarius auſus eſt dicere populo Chriſti,tua quære,non quæ Ie/
ſu Chriſti:qui enim male facit,nõ prædicat de cathedra Chriſti,inde lædit unde male facit,
nõ unde bona dicit:botrum carpe,ſpinam caue. Bene quia intellexiſtis,ſed propter tardio/
res dicam hoc idem planius,quod modo dixi,botrum carpe,ſpinam caue,cum dominus di
Matth.7 cat: Nunquid colligunt de ſpinis uuam, aut de tribulis ficus? Verum eſt omnino,& etiam
uerum ego dixi,botrum carpe,ſpinam caue, quia botrus aliquando de radice uitis exor/
tus,pendet in ſepe,creſcit palmes,inſeritur ſpinis, & portat fructum ſpina non ſuum: non
enim ſpinam uitis attulit,ſed ſpinis palmes incubuit:noli interrogare niſi radices,quære ra/
dicem ſpinæ,extra inuenies à uite:quære originem uuæ,uitis hanc protulit ex radice. Cathe
dra ergo Moyſi uitis erat,phariſæorũ mores ſpinæ erant:doctrina uero per malos, palmes
in ſepe. Botrum inter ſpinas caute lege,ne dum quæris fructum,laceres manum:& cum au/ D
dis bona dicentem,ne imiteris mala facientem,quæ dicunt facite,legite uuas:quæ autem fa/
ciunt, facere nolite, cauete ſpinas:etiam per mercenarios uocem paſtoris audite,ſed noli/
te eſſe mercenarij,cum ſitis membra paſtoris: ipſe autem Paulus apoſtolus ſanctus qui di/
Phil.2 xit: Neminem habeo qui tam germane de uobis ſollicitus ſit,omnes enim ſua quærunt, nõ
quæ Ieſu Chriſti:alio loco inter mercenarios filioſq; diſtinguens,uidete quid dixerit: Qui/
dam per inuidiam & contentionem,quidam uero & per bonam uolũtatem Chriſtum præ/
dicant:quidam ex charitate,ſcientes quia in defenſione euangelij poſitus ſum,quidam uero,
& per contumaciam Chriſtum annunciant non caſte, exiſtimantes tribulationem ſuſcitari
uinculis meis. Iſti mercenarij erant, Paulo apoſtolo inuidebant: quare inuidebant, niſi quia
temporalia requirebant? Sed quid adiungit attendite: quid enim? Cum omni modo, ſiue
occaſione,ſiue ueritate Chriſtus annuncietur,& in hoc gaudeo,ſed & gaudebo. Veritas eſt
Chriſtus,ueritas à mercenarijs occaſione annuncietur,ueritas à filijs ueritate annuncietur.
Filij æternam hæreditatem patris patienter expectant: mercenarij temporalem mercedem
conducentes,feſtinanter exoptant. Mihi humana gloria cui mercenarios inuidere uideo,mi
nuatur,& tamen per linguas mercenariorum & filiorum diuina Chriſti gloria diffametur,
cum ſiue occaſione, ſiue ueritate Chriſtus annuncietur. Vidimus qui ſit etiam mercenarius:
quis eſt lupus,niſi diabolus? Et quid dictum eſt de mercenario? Cum uiderit lupum uenié/
tem fugit,quia non ſunt eius oues propriæ,nec ei cura eſt de ouibus: nunquid talis erat apo
ſtolus Paulus? abſit. Nunquid talis Petrus? abſit: nunquid tales cæteri apoſtoli, excepto
Iuda filio perditionis? abſit. Paſtores ergo illi? Planè paſtores:& unde unus paſtor? Iam
dixi paſtores,quia membra paſtoris illo capite gaudebãt,ſub illo capite cõcordabant, uno
ſpiritu in unius corporis compage uiuebant,ac per hoc omnes ad unum paſtorem pertine
bant. Si ergo paſtores,non mercenarij, quare fugiebant quãdo perſecutionem patiebantur?
2.Cor.11 Expone nobis,ô domine,uidi in epiſtola fugientem Paulum,per murũ in ſporta ſubmiſ/
ſus eſt,

A ſus eſt,ut manus perſequentis euaderet: non ergo illi cura fuit de ouibus,quas lupo uenien/
te deſerebat? Fugit planè,ſed eas paſtori in cœlo ſedenti orationibus cõmendabat: ſe autẽ
utilitati earum fugiendo ſeruabat,ſicut quodam loco ait: Manere in carne neceſſarium du/ Phil.1
xi propter uos. Ab ipſo nanq; paſtore omnes audierant: ſi uos perſecuti fuerint in una ciui Matth.10
tate,fugite in aliam. Hanc nobis quæſtionem dominus dignetur exponere. Domine tu di/
xiſti eis quos fideles paſtores eſſe utiq; uolebas,quos tua membra eſſe formabas,ſi uos per
ſecuti fuerint fugite. Iniuriam ergo illis faci's quando reprehendis mercenarios,qui uident lu
pum uenientem,& fugiunt: rogamus indices nobis,quid habeat altitudo quæſtionis: pulſe/
mus,aderit qui aperiet ſe,oſtiarius oſtij quod eſt ipſe: quis eſt mercenarius? Qui uidit lupũ
& fugit,qui ſua quærit,non quæ Ieſu Chriſti. Peccantem non libere audet redarguere. Ecce 1.Timoth.2
neſcio quis peccauit,grauiter peccauit,increpandus eſt,excõmunicandus eſt: ſed excõmuni/
catus inimicus erit,inſidiabitur,nocebit cum potuerit,iam ille qui ſua quærit, non quæ Ieſu
Chriſti,ne perdat quod ſectatur,humanæ amicitiæ cõmoditatem,& inimicitiarum huma/
narum incurrat moleſtiam,tacet,non corripit: ecce lupus oui guttur apprehendit, diabolus
fideli adulterium perſuaſit: tu taces,non increpas,ô mercenarie,lupum uenientem uidiſti &
fugiſti. Reſpondet forte & dicet,ecce hic ſum,non fugi: fugiſti,quia tacuiſti: tacuiſti, quia ti/
muiſti. Fuga animi timor eſt,corpore ſtetiſti,ſpiritu fugiſti: quod ille non faciebat qui dice/
bat: Et ſi corpore abſens ſum,ſpiritu uobiſcum ſum: quomodo enim ſpũ fugiebat,qui etiam Col.2
corpore abſens,fornicatores litteris arguebat? Affectiones noſtræ motus animorum ſunt:
lætitia,animi diffuſio: triſtitia,animi contractio: cupiditas,animi progreſſio: timor, animi
fuga. eſt: diffunderis enim animo cum delectaris: contraheris animo cum moleſtaris: pro/
grederis animo cum appetis: fugis animo cum metuis. Ecce unde ille mercenarius uiſo lupo
dicitur fugere. Quare? Quia non eſt ei cura de ouibus.) Quare non eſt ei cura de ouibus?
Quia mercenarius eſt.) Quid eſt,mercenarius eſt? Temporalem mercedẽ quærit,& in do
B mo in æternũ nõ manebit: ſunt adhuc hæc quærenda,& diſcutiẽda uobiſcũ,ſed onerare uos
non eſt conſilij: dominica enim cibaria cum ſeruis miniſtramus, in paſcuis dominicis oues
paſcimus,& ſimul paſcimur: ſicut non eſt negandum quod neceſſarium eſt,ſic non eſt cor in
firmũ pabuli multitudine prægrauandũ: non ſit ergo moleſtũ charitati ueſtræ,quia omnia
quæ hic adhuc diſcutienda arbitror,hodie nõ diſcutio,ſed iterum nobis in nomine dñi die/
bus reddendi ſermonis,eadẽ lectio recitabit̃,& diligenter illo adiuuante tractabitur.

Ab eo quod dictũ eſt: Ego ſum paſtor bonus,& cognoſco oues meas,&
cognoſcunt me meæ,uſq; ad id quod ait: Nunquid dæmonium poteſt cæ/
corum oculos aperire? Tractatus XLVII.

QVI ſermonem domini dei noſtri non ſolum libenter,ſed etiam diligenter audi/
ſtis,promiſſionis noſtræ proculdubio meminiſtis. Ipſa quippe lectio euangelica
& hodie lecta eſt,quæ lecta fuerat proximo dominico die. Propterea quoniam
in quibuſdam neceſſitatibus immorati,non potuimus omia diſcutere,quæ ueſtris ſenſibus
debebamus. Proinde quæ iam dicta atq; tractata ſunt,hodie non quærimus,ne adhuc ea/
dem repetendo,ad illa quæ nondũ dicta ſunt,peruenire minime permittamur. Noſtis iam
in nomine domini qui ſit bonus paſtor,& quẽadmodum paſtores boni membra ſint eius,
& ideo paſtor ſit unus. Noſtis qui ſit mercenarius ferendus,quis lupus,& fures & latrones
cauendi,quæ ſint oues,quod ſit oſtium quo & oues ingrediuntur,& paſtor quomodo ſit in
telligendus oſtiarius: noſtis etiam quoniam quiſquis non per oſtium intrauerit,fur eſt & la/
tro,nec uenit niſi ut furetur,& occidat & perdat. Hæc omnia dicta,ſufficienter quantum exi/
ſtimo pertractata ſunt: hodie debemus dicere quantum adiuuat dominus,quoniam ipſe Ie
ſus Chriſtus ſaluator noſter,& paſtorem ſe eſſe dixit,& oſtium,& paſtorem bonum dixit
intrare per oſtium: quomodo ipſe per ſe ipſum intrat? Si enim nemo paſtor bonus eſt niſi
qui per oſtiũ intrat,& ipſe eſt præcipue paſtor bonus,& ipſe eſt oſtiũ,intelligere nõ poſſum
niſi & ipſum per ſeipſum ad oues ſuas intrare,& uocẽ ſuam illis dare ut ſequantur eũ,eaſq;

intrantes & exeũtes pascua inuenire,quod est uita æterna. Cito ergo dico,ego quærẽs intra C
re ad uos,id est,ad cor uestrũ, Christũ prædico:si aliud prædicem,per aliam partẽ conabor
ascendere. Christus itaq; mihi ianua est ad uos,per Christum intro,nõ ad parietes uestros,
sed ad corda uestra. Quid est, per Christum intro? Christũ in me libenter audistis. Quare
Christum in me libenter audistis? Quia oues Christi estis,sanguine Christi cõparatæ estis,
agnoscitis preciũ uestrũ quod nõ à me datur,sed per me prædicat'. Ille quippe emit,q̃ precio
sum sanguinem fudit: preciosus sanguis est illius sine peccato,fecit tamen ipse etiam suo-
rum sanguinem preciosum,pro quibus dedit sanguinis precium:nam si suorũ sanguinẽ nõ
Psal.115 faceret preciosum,non diceretur: Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Itaq; etiã
quod ait: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus ,non ipse unus fecit,& tamen si illi
qui fecerunt membra eius sunt,idem ipse unus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine illis,ipsi
Ioan.15 sine illo unde potuerunt,cum ipse dixit:sine me nihil potestis facere? Hinc autẽ ostendimus
quod & alij fecerunt,quia ipse apostolus Ioannes,qui hoc quod audistis euangelium præ-
dicauit,in epistola sua dixit:sicut pro nobis animam suam posuit,sic & nos debemus ani-
mas ,p fratribus ponere. Debemus dixit,debitores nos fecit,qui primus exhibuit: ideo quo-
Prouer.23 dam loco scriptum est: Si sederis cœnare ad mensam potentis,sapienter intellige quæ appo
nuntur tibi,& mitte manum tuam,sciens quia talia te oportet præparare. Mensa potentis
quæ sit nostis,ubi est corpus & sanguis Christi,qui accedit ad talem mensam, præparet ta-
lia. Et quid est,præparet talia? Quomodo ipse pro nobis animã suam posuit, sic & nos de-
bemus ad ædificandã plebem,ad asserendam fidem animas pro fratribus ponere:ideo Pe-
tro quẽ facere uolebat pastorem bonũ,non in ipso Petro,sed in corpore suo ait: Petre amas
Ioan.21 me? Pasce oues meas: hoc semel,hoc iterũ,hoc tertio,usq; ad eius tristiciam:& cum tantũ in-
terrogasset dominus,quantũ interrogandũ esse indicauit,ut ter confiteatur qui ter negaue-
rat,& ei suas oues pascendas tertio cõmendasset,ait illi: Cum iunior esses,cingebas te & am-
bulabas ubi uolebas,cum autem senueris,extendes manus tuas,& alter te cinget, & ducet D
quò tu non uis. Et exposuit euangelista quid dñs dixerit: hoc autem,inquit,dixit significãs
qua morte clarificaturus esset deum. Ad hoc ergo pertinet pasce oues meas, ut ponas ani-
mam tuam pro ouibus meis,iam illud quod ait: Sicut nouit me pater & ego agnosco pa
trem.) Quis nescit hoc? Ipse enim agnoscit patrem per se,nos per illum,quia ipse per se co-
gnoscit,nouimus,quia & nos per illum etiam hoc nouimus,quia & hoc per illum nouimus:
Ioan.1 ipse enim dixit: Deum nemo uidit unq̃,nisi unigenitus filius qui est in sinu patris,ipse enar
Matth.11 rauit:ergo & nos per ipsum,quibus enarrauit. Item alibi ait: Nemo nouit filium nisi pater,
neq; patrem quis nouit nisi filius,& cui uoluerit filius reuelare:sicut ergo ipse per se nouit pa
trem,nos autem per illum nouimus patrem,sic intrat in ouile per semetipsum, & nos per
ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad uos:quare? Quia Christum præ-
dicamus:nos Christum prædicamus,& ideo intramus per ostium. Christus autem Christũ
prædicat,quia seipsum prædicat,& ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cum alia mon-
strat quæ uidentur in lumine,nunquid aliquo indiget ut monstretur? Lumẽ ergo & alia de-
monstrat & seipsum. Quæcunq; intelligimus,intellectu intelligimus,& ipsum intellectum,
unde nisi intellectu intelligimus? Nunquid sic oculo carnis & alia uides & ipsum? Quãuis
enim uideant homines oculis suis,non tamen uident oculos suos. Oculus carnis alia uidet,se
non potest,intellectus autem & alia intelligit,& seipsum:quomodo intellectus uidet se, sic
& Christus prædicat se:si prædicat se,& prædicando intrat ad te,per se intrat ad te & ad pa-
1.Timoth.2 trem. Ipse est ostium,quia non est quà ueniatur ad patrẽ nisi per ipsum:unus enim deus &
unus mediator dei & hominũ,homo Christus Iesus. Verbo multa dicũtur,hæc ipsa quæ di
xi,utiq; uerbo dixi:si uelim dicere & ipsum uerbũ,unde dico nisi uerbo? Ac per hoc per uer-
bum & alia dicũtur quæ non sunt quod uerbũ,& ipsum uerbum dici nõ potest nisi per uer-
bum:adiuuante dño exemplis abundauimus. Tenete ergo quomodo dominus Iesus Chri
stus,& ostium sit,& pastor:ostium pandendo se,pastor intrando per se. Et quidem fratres,

q̃ pa-

A q̃ pastor est,dedit & membris suis:nam & Petrus pastor,& Paulus pastor,& cæteri aposto *apostoli sum pastores*
li pastores,& boni episcopi pastores. Ostiũ uero nemo nostrũ se dicit,hoc sibi ipse propriũ *Deo et ecclesie solo est attribuendum.*
tenuit,qua intrant oues. Denicq; Paulus boni pastoris implebat officiũ quãdo Christũ præ
dicabat,quia per ostiũ intrabat:at ubi oues indisciplinatæ cœperũt facere schismata, & alia
ostia sibi ponere,nõ qua intrarent & cõgregarent',sed qua errarẽt ut diuiderent' dicẽtes: Alij 1.Cor.1
ego sum Pauli:alij,ego sum Cephe:alij,ego Apollo:alij,ego Christi,expauescens ad eos q̃
dixerũt:ego sum Pauli,tanq̃ clamans ad oues,miseræ qua itis? nõ sum ostiũ:nunquid Pau
lus,inquit, pro uobis crucifixus est,aut in nomine Pauli baptizati estis? Qui uero dicebant:
Ego sum Christi,inuenerunt ostium. De uno autem ouili & uno pastore,iam quidẽ assidue
soletis audire:multũ enim cõmendauimus unũ ouile prædicantes unitatem,ut per Christũ
oẽs oues ingrederent',& Donatũ nulla sequeretur,uerũtamẽ unde hoc ,pprie dixerit dñs
ad ipsos,satis apparet:loquebatur enim apud Iudæos,missus aũt fuerat ad ipsos Iudæos,
nõ propter quosdam immani odio pertinaces & perseuerãtes in tenebris,sed propter quos-
dam in ipsa gente quas dicit oues suas,de quibus dicit: Nõ sum missus nisi ad oues quæ pe Matth.15
rierunt domus Israël:nouerat etiam eas in turba furentium,& præuidebat in pace creden-
tiũ:quid est ergo: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, nisi quia præ-
sentiam suam corporalẽ nõ exhibuit nisi populo Israël? Ad gentes nõ pertexit ipse, sed mi-
sit,ad populũ uero Israël & misit & uenit ipse,ut qui cõtemnebant,maius iudiciũ sumerent,
quia etiam præsentia est illis exhibita. Ipse dñs ibi fuit,ibi matrẽ elegit,ibi concipi, ibi nasci,
ibi sanguinẽ fundere uoluit,ibi sunt uestigia eius,modo adorantur ubi nouissime stetit,un-
de ascendit ad cœlũ:ad gentes autẽ misit:sed forte aliqui arbitrant',quoniã non ipse ad nos
uenit,sed misit ad nos,non nos audisse uocẽ ipsius,sed uocẽ eorũ quos misit. Absit. Pellatur
ista cogitatio de cordibus uestris,& in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quẽ mi-
sit:ad gentes enim præcipue Paulum misit apostolũ:& ait ipse Paulus terrens nõ de se, sed
B de illo: An uultis accipere experimentũ eius qui in me loquitur Christus? Audite & ipsum 2.Cor.13
dñm: Et alias oues habeo:) id est,in gentibus: Quæ non sunt de hoc ouili:) id est,de po
pulo Israël: Oportet me & illas adducere.) Ergo per suos,non per alteros adducit:ad-
huc audi, Et uocem meam audient.) ecce & per suos ipse loquitur,& per suos quos mittit
uox eius auditur: Vt sit unũ ouile & unus pastor.) De duobus istis gregibus tanq̃ duo-
bus parietibus,factus est lapis angularis. Ergo & ostium est & lapis angularis,omnia per si- Eph.2
militudinem,nihil horũ proprie. Iam enim dixi & cõmendaui uehemẽter,& qui capiunt sa-
piunt,immo qui sapiunt capiunt,& qui nondum intellectu sapiunt,fide teneant quod intel
ligere nondum possunt. Per similitudines Christus multa est,quæ per proprietatem nõ est: *Christq̃ multa significat per similitudines.*
per similitudinem & petra est Christus,& ostium est Christus,& lapis angularis est Chri-
stus,& pastor est Christus,& agnus est Christus,& leo est Christus. Quàm multa per simi
litudines & alia,quæ cõmemorare longũ est:si aũt ,pprietates discutias rerũ quas uidere con
sueſti,nec petra est,quia durus & sine sensu nõ est:nec ostium,quia faber eũ non fecit:nec la-
pis angularis est,quia nõ est ab structore cõpositus:nec pastor est,quia custos ouiũ quadru
pedum non est:nec leo est, quia fera nõ est:nec agnus est,quia pecus nõ est:omnia ergo ista
per similitudinem:quid ergo ,pprie? In principio erat uerbũ,& uerbum erat apud deum, & *Christq̃ quid sit proprie.*
deus erat uerbũ. Quid de homine qui apparuit? Et uerbũ caro factũ est,& habitauit in no-
bis:audi & cætera. Propterea me pater diligit,inquit,quia ego pono animam meam,ut
iterum sumã eam.) Quid ait? Propterea me pater diligit,quia morior ut resurgam. Cũ ma
gno enim pondere dictum est ego,quia ego pono,inquit,animam meam, ego pono. Quid
est ego pono? Ego, inquit,illam pono. Non gloriẽtur Iudæi,sæuire potuerunt,potestatem
habere non potuerunt:sæuiant quantum possunt,si ego noluero animam meam ponere,
quid sæuiendo facturi sunt? Vna responsione prostrati sunt,quando eis dictũ est,quẽ quæ- Ioan.18
ritis? dixerunt, Iesum:& ait eis:Ego sum,redierunt retro,& ceciderunt in terram. Qui ceci-
derunt ad unam uocem Christi morituri,quid facient sub uoce iudicaturi? Ego,inquam,pono

animam meam,ut iterum ſumam eam. Nó gloriẽtur Iudæi quaſi qui prævaluerint,ipſe po- G
ſuit animã ſuam:ego dormiui dicit:noſtis pſalmũ:Ego dormiui & ſomnũ cœpi,& exurrexi,
Pſal.3 quoniã dñs ſuſcepit me:modo pſalmus ipſe lectus eſt, modo audiuimus:Ego dormiui &
ſomnũ cœpi,& exurrexi,quoniã dñs ſuſcepit me:quid eſt,ego dormiui? Quia uolui dormi-
ui:quid eſt dormiui? Mortuus ſum:nónne dormiuit,qui quãdo uoluit de ſepulchro tanq̃
de lecto ſurrexit? Sed amat dare gloriã patri,ut nos ædificet gloriã dare creatori:nam q̃ ad
didit,exurrexi,quoniã dñs ſuſcipiet me,putatis hic quaſi uirtutẽ eius defeciſſe,ut per poteſta
tem ſuã mori potuerit,& per poteſtatẽ ſuam reſurgere nõ potuerit? Sic enim uident ſonare
uerba nõ intentius intellecta,Ego dormiui,id eſt,q̃ uolui dormiui,& exurrexi. Quare? quia
dñs ſuſcipiet me. Quid enim? Tu à teipſo reſurgere nõ ualeres? Si enim nõ ualeres,non dice-
res: Poteſtatẽ habeo ponendi animã meam,& poteſtatẽ habeo iterũ ſumendi eam.) Au
di alio loco in euangelio,quia non ſolũ pater ſuſcitauit filiũ,ſed etiam filius ſeipſum: Solui-
Ioan.2 te,inquit,templũ hoc, & in triduo ſuſcitabo illud:& euangeliſta,hoc aũt,inquit,dicebat de
templo corporis ſui. Hoc enim ſuſcitabat̃ quod moriebatur:nam uerbum non eſt mortuũ,
anima illa nõ eſt mortua:ſi nec tua moritur,dñi moreretur? Vnde ſcio,inquis,ſi mea nõ mo
ritur? A te non occidatur,& non moritur:quomodo,inquis, ego poſſum occidere animam
Sap.1 meam? Vt alia peccata interim taceam,os quod mẽtitur occidit animã. Quomodo,inquis,
Matth.10 ſecurus ſum,quia nõ moritur? Ipſum dñm audi,dantem ſeruo ſecuritatẽ: Nolite timere eos
qui occidunt corpus,& poſtea nõ habent quid faciant:ſed planè quid ait? Eum timete qui
habet poteſtatẽ corpus & animã occidere in gehennam. Ecce quia moritur,ecce quia nõ mo
ritur:quid eſt mori ipſius? quid eſt mori carni tuæ? Mori carni tuæ,eſt amittere uitam ſuã:
mori animæ tuæ,eſt amittere uitam ſuam:uita carnis tuæ anima tua,uita animæ tuæ deus
tuus. Quomodo moritur caro amiſſa anima,quæ uita eſt eius:ſic moritʒ anima amiſſo deo,
qui uita eſt eius. Certe ergo immortalis eſt anima? Planè immortalis eſt,quia uiuit & mor
1.Timoth.5 tua eſt:quod enim de uidua delitioſa dixit Apoſtolus,de anima etiam ſi deum ſuum ami- D
ſerit,dici poteſt,uiuens mortua eſt. Quomodo ergo ponit animã ſuam dñs? Fratres, quæra
mus hoc paulo attẽtius,nõ nos artat hora quæ ſolet,die dñico uacat nobis,hoc lucrent̃ qui
ad uerbum dei etiam die hodierna conueniunt. Pono,inquit,animam meam:quis ponit?
quã ponit? Chriſtus. Quid eſt Chriſtus? Verbum & homo,nec ſic homo ut ſola caro:ſed
quia homo conſtat ex carne & anima,totus eſt homo in Chriſto,non enim partem deterio
rem ſuſcepiſſet,& partem meliorem deſeruiſſet:& pars quippe hominis melior eſt anima q̃
corpus. Quia ergo totus homo in Chriſto,quid eſt Chriſtus? Verbum,inquam, & homo:
quid eſt uerbũ & homo? Verbum,anima,caro. Tenete hoc,quia non defuerunt hæretici,&
in iſta ſententia pulſi quidẽ iam olim à ueritate catholica,ſed tamen ut fures & latrones nõ
intrãtes per oſtiũ,inſidiari ouili nõ deſinunt. Apollinariſtæ hæretici dicti ſunt,quia auſi ſunt
dogmatizare,q̃ Chriſtus nõ ſit niſi uerbum & caro,& animã humanã nõ cum aſſumpſiſſe
contendunt,nam & aliqui eorũ fuiſſe in Chriſto animã negare nõ potuerunt. Videte abſur
ditatem & inſaniam nõ ferendã,animã irrationalẽ eum habere uoluerunt,rationalẽ nega-
uerunt:dederũt illi animã pecoris,ſubtraxerũt animã hominis:ſed illi abſtulerunt Chriſto
rationẽ,non tenendo rationẽ. Abſit hoc à nobis in fide catholica nutritis atq̃ fundatis. Ex
hac ergo occaſione admonuerim charitatẽ ueſtrã,ut quomodo ſuperioribus lectionibus ſa
tis uos inſtruximus,aduerſus Sabellianos & Arianos,Sabellianos q̃ dicunt,ipſe eſt pater q̃
filius,Arianos q̃ dicũt,aliud eſt pater,aliud eſt filius,q̃ſi nõ ſint eiusdẽ ſubſtantiæ pater & fi
lius. Inſtruximus etiã quãtũ meminiſtis,& quãtũ meminiſſe debetis cõtra hæreticos Fotinia
nos,qui ſolũ hominẽ Chriſtũ eſſe dixerũt,contra Manichæos,qui ſolũ ſine homine deũ:ex
hac occaſione de anima inſtruamus uos & cõtra Apollinariſtas,q̃ dicũt dñm noſtrũ Ieſum
Chriſtũ nõ habuiſſe animã humanã,id eſt,animã rõnalẽ,animã intelligẽtẽ,animã, inq̃, in
q̃ diſtamus à pecore q̃ homines ſumus:quomodo ergo hic dixit dñs: Poteſtatẽ habeo po-
nendi animã meã? Quis ponit animã,& iterũ ſumit eam? Chriſtus ex eo q̃ uerbum eſt po-
nit ani-


A nit animam,& ſumit eam iterum. An ex eo quòd anima humana eſt, ipſa ſe ponit, & iterũ
ipſa ſe ſumit? An ex eo q̃ caro eſt,caro animam ponit,& iterũ ſumit? Tria propoſui,omnia
pertractemus,& hoc eligamus quod conueniat regulæ ueritatis:ſi enim dixerimus quia uer
bum dei poſuit animam ſuam,& iterum ſumpſit eam,metuendũ eſt ne ſubintret praua co-
gitatio,& dicatur nobis:ergo aliquando anima illa ſeparata eſt à uerbo, & aliquando uer-
bum illud,ex quo ſuſcepit animam illam,fuit ſine anima. Video enim fuiſſe ſine anima hu-
mana uerbum,ſed cum in principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum, & deus erat
uerbum. Ex quo enim uerbum caro factum eſt,ut habitaret in nobis,& ſuſceptus eſt à uer-
bo homo,id eſt,totus homo anima & caro,quid fecit paſſio,quid fecit mors,niſi corpus ab
anima ſeparauit? Animam uero à uerbo non ſeparauit:ſi enim mortuus eſt dominus, im-
mo quia mortuus eſt dominus,mortuus eſt enim pro nobis in cruce,ſine dubio caro ipſius
expirauit animam:ad tempus enim exiguum anima deſeruit carnem, ſed redeunte anima
reſurrecturam:à uerbo autẽ animam ſeparatam eſſe non dico. Latronis animæ dixit: Ho- Luc.23
die mecum eris in paradiſo:fidelem latronis animã non deſerebat,& deſerebat ſuam? Ab-
ſit:ſed illius ut dominus cuſtodiuit,ſuam uero inſeparabiliter habuit:ſi aũt dixerimus,quia
ipſa ſe anima poſuit,& iterum ipſa ſe ſumpſit,abſurdiſſimus ſenſus eſt,non enim quæ à uer
bo non erat ſeparata,à ſeipſo poterat ſeparari. Dicamus ergo & quod uerũ eſt,& quod faci
le intelligi poteſt:ecce homo quilibet non conſtans ex uerbo & anima & carne,ſed ex ani-
ma & carne,de iſto homine interrogemus,quomodo ponat animam ſuam quicunq̃ ho-
mo? An forte nullus homo ponit animam ſuam? Potes mihi dicere, nullus homo habet
poteſtatem ponere animam ſuam,& iterum ſumere eam. Ponere autem animam ſuam ni-
ſi poſſet homo,non diceret Ioannes apoſtolus: Sicut Chriſtus animam ſuam pro nobis po 1.Ioan.3
ſuit,ſic & nos debemus animas p̃ fratribus ponere. Ergo & nobis licet,ſi & nos impleamur
uirtute ipſius,quia ſine illo nihil facere poſſumus,poſſumus ponere pro fratribus animas
B noſtras. Quando martyr quilibet ſanctus poſuit pro fratribus animam ſuam, quis poſuit,
& quã poſuit? Hoc ſi intellexerimus,ibi uidebimus quemadmodum à Chriſto dictum ſit:
poteſtatem habeo ponendi animam meam. O homo,paratus es pro Chriſto mori? Para
tus,inquit,dicam hoc alĩs uerbis: Paratus es pro Chriſto animam tuam ponere? Et ad iſta
uerba ſic mihi reſpondet, Paratus ſum,quomodo mihi reſponderat cum dicerem, paratus
es mori:hoc ergo eſt ponere animam,quod eſt mori: ſed pro quo? Vbi eſt certamen? Omẽs
enim homines quando moriuntur,ponunt animam,ſed non omnes pro Chriſto ponunt.
Et nemo habet poteſtatẽ ſumere quod poſuerit, Chriſtus aũt & pro nobis poſuit,& quan-
do uoluit,poſuit, & quãdo uoluit,ſumpſit. Ponere ergo animã,mori eſt:ſic & apoſtolus Pe-
trus domino dixit: Animam meam pro te ponã,id eſt,pro te moriar:carni hoc tribue. Caro Ioan.13
ponit animam ſuam,& caro iterum ſumit eam,non tamen ſua poteſtate caro, ſed poteſta- 3.ſen. diſt.21.ca.
te inhabitantis carnem. Caro ergo ponit animã ſuam expirando. Vide ipſum dominũ in ſicut
cruce: Sitio,dixit,illi qui aderant,tinxerunt ſpongiam in aceto,alligauerunt arundini,& ap- Ioan.19
poſuerunt ori eius:quod cũ accepiſſet,ait: Perfectũ eſt. Quid eſt,perfectũ eſt? Impleta ſunt
omnia quæ ante mortẽ futura de me fuerant prophetata,quia & poteſtatem habebat quã-
do uellet ponendi animam ſuam. Poſteaq̃ dixit,perfectũ eſt,quid ait euangeliſta? Et incli-
nato capite tradidit ſpiritũ,hoc eſt ponere animam:modo hic attendat charitas ueſtra, in-
clinato capite tradidit ſpiritum: Quis tradidit? quem tradidit? Spiritum tradidit,caro illum
tradidit. Quid eſt,caro illum tradidit? Caro illum emiſit,caro illum expirauit, ideo dicitur expirare
enim expirare,extra ſpiritum fieri,quomodo eſt exulare,extra ſolum fieri, exorbitare,extra
orbitam fieri:ſic expirare,extra ſpiritum fieri,quia ſpiritus anima eſt:cum ergo exit anima
à carne,& remanet caro ſine anima,tunc homo ponere animã dicitur. Quando Chriſtus
animam poſuit? Quando uerbum uoluit. Principatus enim in uerbo erat,ibi poteſtas erat
quando poneret caro animã,& quando ſumeret:ſi ergo caro animã poſuit,quomodo Chri
ſtus animã poſuit? Nõ emẽ caro Chriſtus? Ita planè & caro Chriſtus,& anima Chriſtus,&
uerbum

Homiliæ de homine

uerbum Christus,nec tamen tria hæc tres Christi,sed unus Christus: hominem interroga, C
& de teipso fac gradum ad ea quæ supra te sunt,& si nondum intelligenda, saltem credēda:
quomodo est enim unus homo anima & corpus,sic unus Christus uerbum & homo, uide
te quid dixerim,& intelligite:anima & corpus duæ res sunt,sed unus homo:uerbum & ho
mo duæ res sunt,sed unus Christus:ergo de homine quære,ubi est Paulus apostolus? Mo
do si quis respondeat, in requie cum Christo,uerum dicit:item si quis respondeat,Romæ in
sepulchro,& ipse uerum dicit.Illud mihi de anima,hoc de eius carne respondit:nec tamen
ideo duos dicimus apostolos Paulos,unum qui requieſcit in Christo,alium qui positus est
in sepulchro,cuius apostolum Paulum dicamus uiuere in Christo,eundēq; apostolū Pau
lum dicamus mortuum iacere in sepulchro.Moritur aliquis, dicimus, bonus homo, fidelis
homo in pace est cum domino,& continuo eamus ad exequias ipsius,& sepeliamus illum,
eum sepulturus es quem iam dixeras in pace esse cum deo,cum aliud sit anima quæ immor
taliter uiget,aliud corpus quod corruptibiliter iacet:sed ex quo cōsortiū carnis & animæ ho
minis nomē accipit,ita & singulū atq; separatū,utrūlibet eorū nomē hominis tenuit. Ne
mo ergo titubet quando audit dñm dixisse:pono animā meā,& iterū sumo eam:ponit eā
caro,sed ex potestate uerbi:sumit eā caro,sed ex potestate uerbi.Et ipse dñs Christus dictus
est sola caro.Quomodo,inqt,pbas? Audeo dicere,& sola caro Christi dictus est Christus.
Credimus certe non in solum deū patrē,sed & in Iesum Christum filiū eius unicū dñm no
strum:modo totum dixi,in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum:totū
ibi intellige,& uerbum,& animam & carnem:sed utiq; confiteris etiam illud quod habet ea
dem fides,in eum Christum te credere qui crucifixus est & sepultus. Ergo etiam sepultum
Christum esse non negas,& tamen sola caro sepulta est:si enim erat ibi anima,nō erat mor
tuus:si autem uera mors erat,& eius uera sit resurrectio,sine anima fuerat in sepulchro, & ta
men sepultus est Christus:ergo Christus erat etiam sine anima caro,quia non est sepulta ni
Phil.2 si caro. Disce hoc etiā in apostolicis uerbis:Hoc sentite,inquit,in uobis,quod & in Christo D
Iesu,qui cum in forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo:quis nisi
Christus Iesus,quantum attinet ad id quod est uerbum,deus apud deum? Vide aūt quod
sequitur:sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,in similitudinem hominum fa
ctus,& habitu inuentus ut homo.Et hoc quis,nisi idem ipse Christus Iesus? Sed hic iam
omnia sunt,& uerbū in forma dei,quæ accepit formam serui,& anima & caro in forma ser
ui,quæ accepta est à forma dei,humiliauit semetipsum,factus obediens usq; ad mortem.
Matth.10 Iam in morte sola caro est à Iudæis occisa:si enim discipulis dixit:Nolite timere eos qui oc
cidunt corpus,animam autem non possunt occidere,nunquid in ipso potuerunt plus quàm
corpus occidere,& tamen carne occisa,Christus occisus est? Ita cum caro animā posuit,Chri
stus animam posuit,& cum caro ut resurgeret animam sumpsit,Christus animam sumpsit:
nec tamen potestate carnis hoc factum est,sed eius qui & animam & carnem,ubi hæc adim
plerentur assumpsit. Hoc,inquit,mandatum accepi à patre meo.) Verbum non à uerbo
accepit mandatum,sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum:cum autem dicitur
Ioan.5 filius à patre accipere quod substantialiter habet,quomodo dictum est: Sicut habet pater
uitam in semetipso,sic dedit filio habere uitam in semetipso? Cum filius ipse sit uita,nō po
testas minuitur,sed generatio eius ostenditur,quoniā pater non quasi ei filio q imperfectus
est natus,aliquid addidit,sed ei quem perfectum genuit,omnia gignendo dedit:ita illi dedit
suam æqualitatem,quem non genuit inæqualem:sed hæc loquente domino, quoniam lux
lucebat in tenebris,& tenebræ eam non comprehendebant. Dissensio iterum facta est in
ter Iudæos propter sermones hos.Dicebant autem multi ex ipsis:Dæmonium habet & in
sanit:quid eum auditis?) Istæ fuerunt densissimæ tenebræ. Alij dicebant:hæc uerba non
sunt dæmonium habentis.Nunquid dæmonium potest cæcorū oculos aperire?) Iam isto
rum oculi cœperant aperiri.

Ab eo

A Ab eo quod ait: Facta sunt encænia in Hierosolymis,usq; ad id quod
ait:Omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc,uera erant,& multi cre
diderunt in eum: Tractatus XLVIII

 VOD iam cōmendaui dilectioni uestræ,stabiliter meminisse debetis,sanctū Io
annem euangelistam nolle nos semper lacte nutriri,sed solido cibo uesci. Quisquis
autē ad sumendū solidū cibum uerbi dei adhuc minus idoneus est,lacte fidei nu
triatur,& quod intelligere non potest, credere nō cunctetur:fides enim meritum est,intelle
ctus præmium. In ipso labore intentionis desudat acies mentis nostræ,ut ponat sordiculas
nebulæ mentis humanæ,& serenetur ad uerbū dei:nō ergo recuset labor si adest amor: no
stis em quoniā qui amat nō laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis est:si tātos la
bores cū auaris portat cupiditas,nobiscū nō portet charitas? Euangelium intendite. Fa
cta sunt encænia in Hierosolymis.) Encænia festiuitas erat dedicationis templi. Græce em
cænon dicitur nouum. Quandocunq; nouum aliquid fuerit dedicatum,encænia uocantur.
Iam & usus habet hoc uerbum,si quis noua tunica induatur,encæniare dicitur. Illum enim
diem quo templum dedicatum est, Iudæi solēniter celebrabant,ipse dies festus agebatur,cū
ea quæ lecta sunt, locutus est dominus, Hyems erat,& ambulabat Iesus in templo in por
ticu Salomonis. Circūdederūt ergo eū Iudæi,& dixerūt ei:Quousq; animā nostrā tollis? Si
tu es Christus,dic nobis palàm.) Non ueritatē desiderabant,sed calumniam præparabant.
Hyems erat,& frigidi erant. Ad illū em diuinū ignē accedere pigri erāt. Si accedere est crede
re,qui credit,accedit:qui negat,recedit:nō mouetur anima pedibus,sed affectibus. Friguerāt
diligendi charitate,& ardebant nocendi cupiditate:longe aberant,& ibi erant:non accede
bant credendo,& premebant persequendo,quærebāt audire à domino,ego sum Christus,
& fortasse de Christo secundū hominem sapiebant:prædicauerunt enim prophetæ Chri
stum,sed diuinitatem Christi & in prophetis & in ipso euangelio, nec hæretici intelligunt,
B quanto minus Iudæi,cuius diu uelamen est super cor eorū. Deniq; quodā loco sciens dñs Iesus
eos de Christo secundū hominē sapere,nō secundū deum,secundū id q homo erat,nō secū
dum id q deus etiam assumpto homine permanebat,ait illis:Quid uobis uidet de Chri Matth.22
sto,cuius filius sit? Responderunt secundū opinationem suam,Dauid:sic enim legerunt, &
hoc solū tenebant,quia diuinitatē eius legebant,sed nō intelligebant. Dñs autem ut eos su
spenderet ad quærendā eius diuinitatē,cuius contemnebant infirmitatē,respondit eis:quo
modo ergo Dauid in spiritu dicit eū dñm dicens:Dixit dñs dño meo,sede à dextris meis: Psal.109
donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu dicit eū dñm, quo
modo filius eius est? Non negauit ,sed interrogauit,ne quis hoc cum audierit,putet q dñs
Iesus negauerit se filium esse Dauid:filiū Dauid dñs Iesus si se negaret,cæcos sic eū inuocan
tes non illuminaret:transiebat enim aliquando,& duo cæci sedētes iuxta uiam clamauerūt:
Miserere nostri fili Dauid:qua uoce audita,miseratus est,stetit & sanauit,lumē dedit,quia Matth.20
nomen agnouit:dicit & apostolus Paulus:Qui factus est ei ex semine Dauid secūdum car Rom.1
nem. Et ad Timotheū: Memor esto Iesum Christū resurrexisse à mortuis ex semine Dauid 2.Timoth.2
secundū euangeliū meū:quia de semine Dauid originem Maria uirgo ducebat:inde dñs de
semine Dauid erat. Hoc p magno Iudæi à Christo quærebant, ut si diceret,ego sum Chri
stus,secundum quod illi solum sapiebant de semine Dauid,calumniarentur quòd sibi arro
garet regiam potestatem:plus est quod eis respondit:illi de filio Dauid uolebant calumnia
ri,ille filium dei se esse respondit. Et quomodo? Audite. Respondit eis Iesus:Loquor uo
bis,& non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei,hæc testimonium perhibēt
de me:sed uos nō creditis,quia nō estis ex ouibus meis.) Iam supra didicistis quæ sint oues,
estote oues:oues credēdo sunt,oues pastorē sequēdo sunt,oues redēptorē nō contemnēdo
sunt,oues per ostiū intrando sunt,oues exeūdo & pascua inueniēdo sunt,oues æterna pfruē
do sunt:quomodo ergo istis dixit,nō estis ex ouibus meis? quia uidebat eos ad sempiternū

interitum

interitum prædestinatos,non ad uitam æternam sui sanguinis precio comparatos. Oues C
meæ uocem meam audiunt,& cognosco eas,& sequunt me,& ego uitã æternã do eis.)Ecce
sunt pascua.Si recolitis,supius dixerat, & ingredie & egredie,& pascua inuenie.Ingressi
sumus credendo,egredimur moriendo:sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus,sic fi-
deles de corpore exeamus:sic enim per istud ostiũ egredimur ut pascua inuenire possimus.
Bona pascua,uita æterna dicitur,ibi nulla herba arescit,totum uiret,totum uiget.Solet quæ-
dam herba dici semper uiua,est herba quæ semper dicitur uiuere:ibi solum uiuere inueni-
tur.Vitam æternam,inquit,dabo eis,ouibus meis:uos calumnias propterea quæritis, quia
de uita præsenti cogitatis. Et non peribunt in æternum:) subaudis, tanc eis dixerit:uos
peribitis in æternum,quia non estis ex ouibus meis. Nõ rapiet eas quisc de manu mea.)
Intentius accipite. Pater meus quod dedit mihi,maius est oibus.) Quid potest lupus?
Quid potest fur & latro? non perdunt nisi ad interitum prædestinatos.De illis autem oui-
2. Timoth.2 bus,de qbus dicit Apostolus:Nouit dominus qui sunt eius:&,quos præsciuit,ipsos & præ-
destinauit:quos autem prædestinauit,ipsos & uocauit:quos autem uocauit,illos & iustifica
uit: quos autem iustificauit,ipsos & glorificauit:de ouibus istis nec lupus rapit,nec fur tol-
lit,nec latro interficit:securus est de numero earum qui pro eis nouit quod dedit,& hoc est
quod ait:Non rapiet eas quisc de manu mea.Et item ad patrem:Pater meus quod dedit
mihi,maius est omnibus:quid dedit filio pater maius omnibus,nisi ut ipse ille esset unige-
nitus filius? Quid est ergo quod dedit? Iam erat cui daret, an gignendo dedit? Nam non
erat cui daret ut filius esset,aliquando erat,& filius non erat. Absit ut aliquando dominus
Christus fuerit,& filius non fuerit:de nobis hoc dici potest: aliquando filij hominum era-
mus,filij dei non eramus.Nos enim filios dei gratia fecit,illum natura:quia uero natus est,
non est ut dicas,non erat antec natus erat,nunc enim non natus erat, qui patri coaeter-
nus erat:qui sapit capiat,qui non capit credat,nutriatur & capiet.Verbum dei semper cum
patre,& semper uerbum,& quia uerbum,ideo filius:semper ergo filius, & semper æqualis. D
Non enim crescendo,sed nascendo æqualis est,qui semper natus est de patre, filius de deo
deus,de æterno coæternus:pater autem non de filio deus,filius de patre deus:ideo pater fi-
lio gignendo dedit ut deus esset, gignendo dedit ut sibi coæternus esset,gignendo dedit ut
æqualis esset:hoc est quod maius est omnibus,quomodo uita filius,& habens uitam filius,
quod habet hoc est.Tu aliud es, aliud habes, uerbi gratia, habes sapientiam, nunquid tu
es ipsa sapientia? Deinc quia non es tuipse quod habes,si amiseris quod habes,reddis ut
non habeas: & aliquando resumis, aliquando amittis, quomodo oculus noster non in
seipso habet inseparabiliter lucem, aperitur & capit, clauditur & amittit. Non sic est de-
us dei filius,non sic est uerbum patris,non sic est uerbum quod non sonando transit, sed
nascendo manet:sic habet sapientiam, ut ipse sit sapientia,faciatc sapientes : sic habet ui-
tam,ut sit ipse uita,faciatc uiuentes:hoc est quod maius est oibus.Attendit Ioannes ipse
euangelista cœlum & terram,uolens dicere de filio dei,attendit & transcendit. Cogitauit su-
pra cœlum,milia exercitus angelorum,cogitauit & transcendit uniuersa: sicut aquila nubes,
sic sua mente creaturam,transcendit magna omnia,peruenit ad illud quod maius est omni
Ioan.1 bus,& dixit: In principio erat uerbum.Sed quia ille cuius est uerbum non est de uerbo,uer-
bum autem de illo cuius est uerbum,ideo ait:Quod dedit mihi pater maius est omnibus,
id est,ut sim uerbum eius,ut sim unigenitus filius eius,ut sim splendor lucis eius, maius est
omnibus:ideo nemo rapit,inquit,oues meas de manu mea: Nemo potest rapere de ma-
nu patris mei.) De manu mea,& de manu patris mei.Quid est hoc,nemo rapit de manu
mea,& nemo rapit de manu patris mei? Vtrum una manus est patris & filij,an forte ipse fi
lius manus est patris sui? Si manum intelligamus potestatẽ,una est patris & filij potestas,
Esa.53 quia una est diuinitas:si autem manum intelligamus, sicut dictum est per prophetam:Et
brachium domini cui reuelatum est,manus patris ipse est filius.Quod non ita dictum est,
tanc deus habeat humanam formam,& quasi corporis membra, sed quòd per ipsum
facta

A facta sunt omnia : nam solent & homines dicere manus suas esse alios homines, per quos
faciunt quod uolunt.Aliquando & ipsum opus hominis, manus hominis dicitur quod fit
per manum:sicut dicitur quisc agnoscere manũ suã,cum id quod scripsit agnoscit.Cũ ergo
multis modis etiã hominis dicatur manus,qui proprie manũ habet in sui corporis mẽbris:
quanto magis non uno modo intelligẽdum est cum legitur, manus dei cui forma corporis
nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum patris & filij intelligimus potestatẽ patris &
filij:ne forte cũ hic manum patris ipsum filiũ dictũ acceperimus, incipiat carnalis cogitatio
etiã ipsius filij quærere filium, quẽ similiter credat Christi manũ:ergo nemo rapit de manu
patris mei,hoc est,nemo rapit mihi : sed ne forte adhuc titubes, audi quid sequitur, Ego
& pater unum sumus.) Hucusc Iudæi tolerare potuerunt: audierunt,Ego & pater unũ su-
mus,& nõ pertulerunt, & more suo duri ad lapides cucurrerunt,tulerunt lapides ut lapida-
rent eum.Dominus quia nõ patiebatur quod nolebat pati,& nõ est passus nisi quod uole-
bat pati,adhuc eos lapidare cupiẽtes alloquitur. Sustulerunt lapides Iudæi ut lapidarent
illum.Respondit eis Iesus & dixit,Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo,propter
quod eorum opus me lapidatis? Et illi responderunt, De bono opere non lapidamus te,
sed de blasphemia,& quia tu homo cũ sis, facis teipsum deum.) Ad illud hoc respõderunt
quod dixerat,Ego & pater unũ sumus.Ecce Iudæi intellexerunt,quod nõ intelligũt Ariani:
ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici, ego & pater unum sumus , nisi ubi
æqualitas est patris & filij:dominus autẽ uidete quid responderit tardis,uidit eos non ferre
splendorẽ ueritatis,& cos temperauit in uerbis. Nónne scriptum est in lege uestra,) id est,
uobis data, Quia ego dixi dij estis?)deus dicit per prophetam in psalmo hominibus,Ego Psal.81
dixi dij estis: & legem appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas,quamuis alibi
specialiter dicat legẽ,à prophetis eã distingues, sicuti est, Lex & prophetæ usc ad Ioãnem:
& in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Aliquando autẽ in tria distribuit
B easdem scripturas, ubi ait, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis Matth.22
& psalmis de me.Nunc uero psalmos etiã legis nomine nũcupauit,ubi scriptũ est,Ego dixi
dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est,& nõ potest solui scriptura,quem
pater sanctificauit & misit in mundũ,uos dicitis quia blasphemas, quia dixi filius dei sum?)
Si sermo dei factus est ad homines ut dicerẽtur dij,ipsum uerbũ dei quod est apud deum,
quomodo nõ est deus? Si per sermonẽ dei fiũt homines dij, si participando fiunt dij,unde
participant nõ est deus? Si calefacti quodãmodo igne salutari dij efficiũtur, unde calefiunt
non est deus? Si lumina illuminata dij sunt,lumen quod illuminat nõ est deus? Accedis ad
lumen & illuminaris , & inter filios dei numeraris : si recedis à lumine, obscuraris,& in tene-
bris computaris.Illud tamen lumen nec accedit ad se,quia nõ recedit à se.Si ergo uos deos
facit sermo dei,quomodo nõ est deus uerbum dei? Pater ergo sanctificauit filium suum,&
misit in mundũ:forte aliquis dicat,Si pater eum sanctificauit, ergo aliquando non erat san
ctus? sic sanctificauit quomodo genuit:ut enim sanctus esset,gignẽdo ei dedit,quia sanctũ
eum genuit:nam si quod sanctificatur,ante nõ erat sanctum,quomodo dicimus deo patri,
Sanctificetur nomen tuũ? Si non facio opera patris mei,nolite mihi credere:si autẽ facio, Matth.6
& si mihi non uultis credere,operibus credite,ut cognoscatis & credatis,quia in me est pater
& ego in illo.) Non sic dicit filius, in me est pater & ego in illo,quomodo possunt homines
dicere,Si enim bene cogitemus, in deo sumus, & si bene uiuamus, deus in nobis est,fideles
participantes eius gratiam,illuminati ab ipso in illo sumus,& ipse in nobis:sed non sic uni-
genitus filius,ille in patre,& pater in illo,tanc æqualis in eo cui est æqualis.Deinc nos ali-
quando possumus dicere, in deo sumus & deus in nobis:ego & deus unũ sumus , nunquid
possumus dicere? In deo es, quia deus cõtinet te,deus est in te,quia templum dei factus es:
sed nunquid quia in deo es & deus est in te, potes dicere,Qui me uidet, deũ uidet:quomo-
do unigenitus dixit,Qui me uidet,uidet & patrem:&,Ego & pater unum sumus? Agnosce
proprium deum,& munus serui : propriũ domini est æqualitas patris, munus serui est par-

ticipatio ſaluatoris. Quærebant ergo eum apprehendere.) Vtinam apprehenderent, ſed credendo & intelligendo, non ſæuiendo & occidẽdo. Nã modo fratres mei, quando talia lo C
quor, infirmus fortia, paruus magna, fragilis ſolida, & uos tanq̃ ex eadẽ maſſa, unde ſum & egoipſe qui uobis loquor, ſimul omnes apprehendere uolumus Chriſtum. Quid eſt apprehendere? Intellexiſti, apprehendiſti, ſed nõ ſic Iudæi: tu apprehendiſti ut habeas, illi apprehendere uolebant ut nõ haberent: & quia ſic uolebãt apprehẽdere, quid eis fecit? Exĳt de manibus eorum.) Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Verbũ caro factũ eſt, ſed nõ erat uerbo magnum, eĳcere carnem ſuã de manibus carnis. Mẽre uerbũ apprehendere, hoc eſt Chriſtum recte apprehendere. Et abĳt iterum trans Iordanem in eum locũ ubi erat Ioannes baptizans primũ, & manſit ibi: & multi uenerũt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidẽ ſignum fecit nullum.) Meminiſtis uobis dictum de Ioanne, quia lucerna erat, & dici teſtimoniũ perhibebat: quid ergo iſti apud ſe dixerunt, Ioãnes ſignum fecit nullum? Nullũ, inquiũt, miraculum oſtẽdit Ioannes: non dæmonia fugauit, nõ expulit febrem, non cæcos illuminauit, nõ mortuos ſuſcitauit, nõ tot milia hominum de quinq̃ uel ſeptem panibus pauit, nõ ſupra mare ambulauit, nõ uentis & fluctibus imperauit, nihil horum fecit Ioannes: & totũ quicquid dicebat, huic teſtimoniũ perhibebat. Per lucernam ueniamus ad diem, Ioãnes nullũ ſignum fecit. Omnia autẽ quæcunq̃ dixit Ioãnes de hoc, uera erant.) Ecce quid apprehẽderunt, nõ quomodo Iudæi uolebãt apprehẽdere diſcedentem, apprehẽderunt iſti permanentẽ. Deniq̃ quid ſequitur. Et multi crediderunt in eum.)

Ab eo quod ait, Erat autem quidam languens Lazarus, uſque ad id quod ait, Abĳt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Tractatus XLIX.

Cap. XI

NTER omnia miracula quæ fecit dominus noſter Ieſus Chriſtus, Lazari reſurrectio præcipue prædicatur. Sed ſi attendamus quis fecerit, delectari debemus potius q̃ mirari. Ille ſuſcitauit hominẽ qui fecit hominem: ipſe enim eſt unicus D
patris, per quẽ, ſicut noſtis, facta ſunt omnia. Si ergo per illũ facta ſunt omnia, quid mirum eſt ſi reſurrexit unus per illum, cũ tot quotidie naſcãtur per illum? Plus eſt homines creare q̃ reſuſcitare: dignatus eſt tamen & creare & reſuſcitare: creare omnes, reſuſcitare quoſdam: nam cũ multa feciſſet dominus Ieſus, nõ omnia ſcripta ſunt, ſicut idẽ ipſe ſanctus euãgeliſta teſtatur, multa dominum Chriſtum & dixiſſe & feciſſe quæ ſcripta nõ ſunt: electa ſunt autẽ quæ ſcriberẽtur, quæ ſaluti credentium ſufficere uidebantur. Audiſtis enim quia dominus Ieſus mortuũ ſuſcitauit, ſufficit tibi ut ſcias, quia ſi uellet, omnes mortuos ſuſcitaret, & hoc quidẽ ſibi ad finem ſeculi reſeruauit: nã quẽ audiſtis magno miraculo quatri-
Ioan. 5 duanum mortuũ ſuſcitaſſe de ſepulchro, ueniet hora, ſicut ipſe ait, quando omnes qui ſunt in monumẽtis, audient uocẽ eius, & procedent. Reſuſcitauit putentẽ, ſed tamen in cadauere putente adhuc erat forma membrorũ: ille in nouiſſimo die, ad unã uocẽ cineres eſt redacturus in carnẽ: ſed oportebat ut modo aliqua faceret, quibus datis uelut ſuæ uirtutis indiciĳs, credamus in eũ, & ad illã reſurrectionẽ præparemur, quæ erit ad uitam, nõ ad iudicium: ita quippe ait, Veniet hora, q̃n omnes qui in monumentis ſunt audient uocẽ eius, & procedent q̃ bona fecerũt ad reſurrectionẽ uitæ, qui mala egerũt ad reſurrectionẽ iudiciĳ. Tres tamen à dño reſuſcitatos mortuos in euãgelio legimus, & forte non fruſtra: domini quippe facta non ſunt tantũmodo facta, ſed ſigna: ſi ergo ſunt ſigna, præter id q̃ mira ſunt, aliqd profecto ſignificãt, quorũ factorum ſignificationẽ inuenire, aliquanto eſt operoſius, q̃ ea legere uel audire. Admirãtes audiebamus, tanq̃ magni miraculi ſpectaculo ante noſtros oculos cõſtituto, cũ euangeliũ legeretur quẽadmodũ reuixerit Lazarus. Si attẽdamus mirabiliora opera Chriſti, omnis qui credit, reſurgit: ſi attendamus omnes, & intelligamus deteſtabiliores mortes, omnis qui peccat moritur. Sed mortẽ carnis omnis homo timet, mortẽ animæ pauci. Pro morte carnis quæ ſine dubio quãdoq̃ uẽtura eſt, curãt omnes ne ueniat, inde eſt q̃ laborant: laborat ne moriatur homo moriturus, & nõ laborat, ne peccet homo in æternũ uicturus,

A uicturus, & cum laborat ne moriatur, ſine cauſa laborat. Id enim agit ut multũ mors differatur, non ut euadatur: ſi autẽ peccare nolit, non laborabit, & uiuet in æternum. O ſi poſſemus excitare homines mortuos, & cũ ipſis pariter excitari, ut tales eſſemus amatores uitæ permanẽtis, quales ſunt homines amatores uitæ fugiẽtis. Quid nõ facit homo ſub mortis periculo conſtitutus? Gladio impẽdente ceruicibus, prodiderũt homines quicquid ſibi unde uiueret reſeruabãt. Quis nõ continuo prodidit ne percuteretur? Et poſt proditionẽ fortaſſe percuſſus eſt. Quis nõ ut uiueret, cõtinuo perdere uoluit unde uiueret, eligens uitã mendicãtem q̃ celerem mortem? Cui dictũ eſt, nauiga ne moriaris, & diſtulit? Cui dictũ eſt, labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia deus iubet, ut in æternũ uiuamus, & obedire negligimus: non tibi deus dicit, Perde quicquid habes ut uiuas exiguo tẽpore in labore ſollicitus, ſed da pauperi unde habes, ut uiuas ſemper ſine labore ſecurus. Accuſant nos amatores uitæ tẽporalis, quã nec cũ uolunt, nec quamdiu uolũt habent, & nos inuicẽ nõ accuſamus, tam pigri, tam tepidi ad capeſſandã uitam æternã, quã ſi uoluerimus, habebimus, cũ habuerimus, nõ amittemus. Hanc autẽ mortem quam timemus, etiã ſi noluerimus, habebimus. Si ergo dñs magna ſua gratia, & magna ſua miſericordia animas ſuſcitat ne moriãtur in æternũ, bene intelligimus tres illos mortuos quos in corporibus ſuſcitauit aliqd ſignificare, & figurare de reſurrectionibus animarũ quæ fiũt per fidẽ. Reſuſcitauit filiã Archiſynagogi adhuc in domo iacẽtem: reſuſcitauit iuuenẽ filium uiduæ, extra portã ciuitatis elatum: reſuſcitauit Lazarũ ſepultum quatriduanum: intueatur quiſq̃ animam ſuã, ſi peccat, moritur, peccatũ mors eſt animæ: ſed aliqñ in cogitatione expectatur: delectauit quod malum eſt, cõſenſiſti, peccaſti, cõſenſio illa occidit te: ſed intus eſt mors, quia cogitatũ malũ nondũ proceſſit ad factum. Talẽ animam reſuſcitare ſe ſignificãs dñs, reſuſcitauit illã puellam quæ nõdum erat foras elata, ſed quia in domo mortua iacebat, quaſi peccatũ latebat. Si autẽ non ſolũ malæ delectationi cõſenſiſti, ſed etiã ipſum malũ feciſti, quaſi mortuum tuũ extra portã tuliſti, iam foras es, & mortuus
B elatus es: tamen & ipſum dñs reſuſcitauit, & reddidit uiduæ matri ſuæ. Si peccaſti, pœniteat te, & reſuſcitet te dñs, & reddet te eccleſiæ matri tuæ. Tertius mortuus Lazarus eſt: genus mortis immane, mala cõſuetudo appellatur: aliud eſt enim peccare, aliud peccãdi conſuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiſcit, quia nondum eſt implicatus, conſuetudine non eſt ſepultus: qui autẽ peccare cõſueuit, ſepultus eſt, & bene de illo dicitur, fœtet: incipit enim habere peſſimã famam, tanq̃ odorẽ teterrimũ: tales ſunt omnes aſſueti ſceleribus, perditis moribus. Dicis ei, noli facere: quando te audit quẽ terra ſic premit, & tabe corrũpitur, & mole cõſuetudinis prægrauatur? nec ad ipſum tamen reſuſcitandũ minor fuit uirtus Chriſti. Nouimus, uidemus quotidie, uidemus homines peſſima cõſuetudine permutata uiuere melius, q̃ uiuant qui reprehendebant: deteſtabaris hominẽ. Ecce ipſa ſoror Lazari, ſi tamen ipſa eſt quæ pedes dñi unxit unguẽto, & terſit capillis ſuis quos laucrat lachrymis, melius ſuſcitata eſt q̃ frater eius: de magna malæ conſuetudinis mole eſt liberata: erat enim famoſa peccatrix, & de illa dictum eſt, Dimittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit Luc. 7
multũ. Videmus multos, nouimus multos, nemo deſperet, nemo de ſe præſumat: & deſperare malum eſt, & de ſe præſumere: ſic noli deſperare, ut eligas de quo debeas præſumere: ergo dñs & Lazarum ſuſcitauit. Audiſtis qualem, id eſt, quid ſignificet Lazari reſurrectio. Le gamus itaq̃ iam, & quoniã multa in hac lectione manifeſta ſunt, expoſitionẽ in ſingulis nõ quæramus, ut neceſſaria pertractemus. Erat autẽ quidã languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororũ eius.) In ſuperiori lectione meminiſtis, q̃ dñs exiens de manibus eorũ qui lapidare illũ uoluerant, diſceſſit trans Iordanem ubi Ioãnes baptizabat. Ibi ergo dño conſtituto infirmabatur in Bethania Lazarus, quod caſtellũ erat proximum Hieroſolymis. Maria autẽ erat quæ unxit dominũ unguẽto, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerũt ergo ſorores eius ad eũ, dicentes,) Iam intelligimus quò miſerunt, ubi erat Ieſus, quoniã abſens erat, trans Iordanẽ ſcilicet: miſerunt ad dominũ, nunciantes q̃ ægrotaret frater earũ, ut ſi dignaretur ueniret, & eũ ab ægritudine li-

berāret. Ille distulit sanare, ut possit resuscitare: quid ergo nunciauerunt sorores eius, Dñe, ecce quem amas infirmatur.) non dixerunt ueni: amanti enim tantūmodo nunciandū fuit. Non ausæ sunt dicere, ueni & sana, non ausæ sunt dicere, ibi iube, & hic fiet: cur enim nō & ista, si fides illius Centurionis inde laudatur? Ait enim, Nō sum dignus ut intres sub tectū meū, sed tantū dic uerbo, & sanabitur puer meus: nihil horū istæ, sed tantūmodo, Domine, ecce quem amas infirmatur: sufficit enim ut noueris, nō enim amas & deseris: dicit aliquis, Quomodo per Lazarū peccator significabatur, & à dño sic amabatur? Audiat eū dicentē, Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores: si enim peccatores deus non amaret, de cœlo ad terrā non descenderet. Audiens autē Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc nō est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei.) Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit: hoc est ergo quod ait, nō est ad mortem, quia & ipsa mors nō erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & uitarēt uerā mortē. Sanè uidete, quemadmodū tanq̄ ex obliquo dñs de se dixit, propter quosdam qui negāt filiū deum esse: nā sunt hæretici qui hoc dicūt, q̄ filius dei nō sit deus: ecce audiāt, Infirmitas hæc, inquit, nō est ad mortē, sed pro gloria dei: qua gloria? cuius dei? audi quid sequitur, ut glorificetur filius dei: infirmitas ergo hæc nō est ad mortē, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Per quam? Per illā infirmitatem. Diligebat autem dñs Iesus Martham & sororem eius Mariā, & Lazarum.) Ille languens, illæ tristes, omnes dilecti, sed diligebat eos & languentiū saluator, imò etiā mortuorum suscitator, & tristium cōsolator. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidē mansit in eodē loco duobus diebus.) Nunciauerunt ergo illi, mansit illic ille: tamdiu tempus ductū est, quousq̄ quatriduum compleretur: non frustra, nisi quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierū intimat aliquod sacramentum.

Deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum,) ubi penè fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse uidebatur, ne lapidaretur: discessit enim ut homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostēdit potestatē. Eamus, inquit, in Iudæam. Deniq̄ hoc dicto, uidete quemadmodum discipuli territi fuerint. Dicūt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit Iesus, nónne duodecim sunt horæ diei?) Quid sibi uult ista responsio? Illi dixerunt, modo te lapidare uolebant Iudæi, & iterū illuc uadis ut te lapidēt? Et dominus, nónne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die nō offendit, quia lucem huius mundi uidet: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.) De die quidem locutus est, sed in nostra intelligentia quasi adhuc nox est. Inuocemus diē ut expellat noctem, & cor lumine illustret: quid enim dominus dicere uoluit? Quantum mihi uidetur, quantū sublucet altitudo profunditasq̄ sententiæ, redarguere uoluit illorū dubitationem & infidelitatem. Voluerūt enim consilium dare dño ne moreretur, qui uenerat mori ne ipsi morerentur: sic etiā quodā alio loco, Petrus sanctus diligēs dominū, sed adhuc nō plene intelligēs cur uenisset, timuit ne moreretur, & uitæ displicuit, id est, ipsi domino: nam cum indicaret discipulis q̄ esset Hierosolymis passurus à Iudæis, respōdit Petrus inter cæteros, & ait, Absit à te dñe, propitius tibi esto, nō fiet istud: & continuo dominus, Redi post me satanas, nō enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominū: & pauloante confitens dominū laudē meruerat: audierat enim, Beatus es Simon bar Iona, quia nō tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Cui dixerat beatus es, illi dicit, redi retro me satanas, quia beatus à se non erat. Sed unde? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ecce unde beatus es, non de tuo, sed de meo. Nō quia pater ego, sed quia omnia quæ habet pater mea sunt: si beatus est ille Petrus de ipsius domini: satanas de cuius? ibi dicit, rationē quippe reddidit beatitudinis, cum diceret, Non caro & sanguis tibi reuelauit hoc, sed pater meus qui in cœlis est, hæc est causa beatitudinis tuæ: quòd uero dixit, Redi post me satanas, audi etiā huius rei causam: non enim sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominis. Nemo ergo se palpet, de suo satanas est, de dei beatus est: quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatū quod est tuum, iustitia, inquit,

inquit, de meo est. Quid enim habes quod non accepisti? Cum ergo uellent dare consilium homines deo, discipuli magistro, serui domino, ægroti medico, corripuit eos & ait, Nónne duodecim horæ sunt diei? si quis ambulauerit in die nō offendit. Me sequimini, si nō uultis offendere, nolite mihi consilium dare, quos à me cōsilium oportet accipere: quò ergo pertinet, nónne duodecim horæ sunt diei? Quia ut diem se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit: Si ego sum, inquit, dies & uos horæ, nunquid horæ diei consilium dant? horæ diem sequuntur, nō dies horas: si ergo illi horæ, quid ibi Iudas? & ipse inter duodecim horas, qui si hora erat, lucebat. Sed dominus in hoc uerbo nō ipsum Iudā, sed successorē ipsius præuidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit dominus, nisi quia ipse spiritalis est dies: sequantur ergo horæ diem, prædicent horæ diem, horæ illustrentur à die, horæ illuminētur à die, & per horarum prædicationē credat mundus in diem: hoc ergo ait de compendio, Me sequimini, si non uultis offendere. Et post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum.) Verū dixit, fororibus mortuus erat, domino dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare nō poterant: nā dominus tanta eum facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu nō excitas dormientem de lecto: ergo secundū potentiam suam dixit dormientem, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis sæpe dormientes, sicut Apostolus dicit, De dormiētibus autem nolo uos ignorare fratres, ut nō contristemini, sicut & cæteri qui spem nō habent: ideo & ipsos dormientes appellauit, quia resurrecturos prænūciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus & malus: sed quomodo interest in ipsis q̄ quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisq̄ uideat in somnis, alij sentiunt læta somnia, alij torquentia, ita ut euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic unusquisq̄ hominum cū causa sua dormit, cū causa sua surgit, & interest quali custodia quisq̄ recipiatur, ad iudicē postea producendus: nā & receptiones in custodia pro meritis causarū adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humano & miti officio atq̄ ciuili: alij traduntur optionibus: alij mittuntur in carcerem, & in ipso carcere nō omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diuersæ custodiæ agentium in officio, sic diuersæ custodiæ mortuorum, & diuersa merita resurgētium: receptus est pauper, receptus est dives: sed ille in sinu Abraæ, ille ubi sitiret, & guttā nō inueniret. Habent ergo omnes animæ, ut ex hac occasione instruā charitatem uestram, habent omnes animæ cū de seculo exierint diuersas receptiones suas, habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cū facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cū corpore torquebūtur. Recepti sunt in pace sancti patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in fine recepturi sunt quod promisit deus: promissa enim est resurrectio etiā carnis, mortis consummatio, uita æterna cū angelis, hoc omnes simul accepturi sumus: nā requiem quæ continuo post mortē datur, si ea dignus est, tunc accipit quisq̄ cū moritur. Priores acceperunt patriarchæ, uidete ex quo requiescūt. Posteriores prophetæ, recētes apostoli, multo recentiores sancti martyres, quotidie boni fideles: & alij in ista requie tamdiu sunt, alij non tamdiu, alij paucioribus annis, alij recenti tempore. Cum uero ab hoc somno euigilabunt, simul omnes quod promissum est accepturi sunt. Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitē eum. Dixerūt ergo discipuli.) Quomodo intellexerunt, sic respōderunt, Domine, si dormit saluus erit.) Solet enim esse somnus ægrotantium, salutis indicium.

Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autē putauerunt, q̄ de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste.) subobscure enim dixerat dormit: ait ergo manifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos ut credatis quia nō eram ibi.) Sed scio quia mortuus est: æger enim, non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eum qui creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat? hoc est quod ait, Gaudeo propter uos ut credatis quia non ibi eram, ut iam inciperent admirari, quia dominus potuit dicere mortuum, quod nec uiderat nec audierat. Vbi sanè meminisse debemus, q̄ adhuc etiā ipsorum discipulorum

pulorum qui in eum crediderant, miraculis ædificabatur fides: non ut ea quæ non erat esse C
inciperet, sed ut ea quæ iam esse cœperat, cresceret, quamuis tali uerbo usus sit, quasi tunc cre-
dere inciperent: non enim ait, Gaudeo propter uos ut fides uestra augeatur siue firmetur,
sed ait, ut credatis: quod intelligendum est, ut amplius robustiusq; credatis. Sed eamus
ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos, eamus & nos, & mo-
riamur cum illo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento haben
tem.) De quatuor diebus multa quidem dici possunt: sicut se habent obscura scripturarum,
quæ pro diuersitate intelligentium multos sensus pariunt. Dicamus & nos, quid nobis ui-
deatur significare mortuus quatriduanus: quomodo enim in illo cæco intelligimus quodā-
modo humanum genus, sic forte & in isto mortuo multos intellecturi sumus: diuersis enim
modis una res significari potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de
Rom. 5 Adam peccatum trahit: unde dicit Apostolus, Per unum hominem peccatum intrauit in
mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccaue-
runt: ecce habes unū diem mortis, q̄ homo trahit de mortis propagine. Deinde crescit, inci-
pit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quam omnes habent in corde
Tobiæ 4 fixā, Quod tibi nō uis fieri, alij ne feceris. Nunquid hoc de paganis dicitur, & non in natura
ipsa quodāmodo legitur? Furtum uis pati? Vtiq; non uis: ecce lex in corde tuo, quod non
uis pati, facere noli: & hanc legem transgrediuntur homines: ecce alter dies mortis. Data est
Exod. 20 lex etiam diuinitus per famulum dei Moysen: dictum est illic, Non occides, non mœchabe
ris, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces rem proxi-
mi tui: ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur, ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit &
euangelium, prædicatur regnum cœlorum, diffamatur ubiq; Christus, minatur gehenna,
uita promittitur æterna, & ipsa contemnitur, transgrediuntur homines euangeliū: ecce quar
tus dies mortis, merito iam fœtet: nūquid & talibus est neganda misericordia? Absit, etiam
ad tales dominus excitandos non dedignatur accedere. Multi autem ex Iudæis uenerant D
ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit, quia
dominus uenit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, do-
mine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, sed & nunc scio, quia quæcunq; poposce
ris à deo, dabit tibi deus.) Nō dixit, sed & modo rogo te, ut resuscites fratrem meum: unde
enim sciebat, si fratri eius resurgere utile fuerit: hoc tantum dixit, scio quia potes, si uis facis:
utrum enim facies, iudicij tui est, non præsumptionis meæ: sed & nunc scio, quia quæcunq;
poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus.) hoc ambiguū fuit,
non enim ait, modo resuscito fratrem tuum, sed resurget frater tuus. Dicit ei Martha, scio
quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.) De illa resurrectione secura sum, de hac in-
certa sum. Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & uita.) Dicis, resurget frater meus in nouis-
simo die: uerum dicis, sed per quem tunc resurget, potest & modo, quia ego sum, inquit, re-
surrectio & uita. Audite fratres, audite quid dicat: certe tota expectatio erat circumstātium,
ut reuiuisceret Lazarus, unus mortuus quatriduanus: audiamus & resurgamus. Quàm mul
ti sunt in hoc populo, quos premit cōsuetudinis moles, forte audiunt me quidā, quibus di-
Ephes. 5 citur, Nolite inebriari uino in quo est luxuria: dicunt, nō possumus. Forte audiūt me aliqui
immūdi, lasciuijs & flagitijs inquinati, quibus dicitur, Nolite hoc facere ne pereatis: & respō
dent, nō possumus tolli à consuetudine nostra: ô dñe istos resuscita. Ego sum, inquit, resurre
ctio & uita: ideo resurrectio, quia uita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Et
omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in æternū.) Quid est hoc, qui credit in me, etiā
si mortuus fuerit uiuet? sicut Lazarus mortuus est uiuet, quia nō est deus mortuorū, sed ui-
uorū. De olim mortuis patribus, hoc est, de Abraā & Isaac & Iacob, tale respōsum Iudæis
dedit, Ego sum deus Abraā & deus Isaac & deus Iacob: nō est deus mortuorū, sed uiuorū,
omnes enim illi uiuunt: crede ergo, & si mortuus fueris, uiues: si autē nō credis, & cum uiuis
mortuus es. Probemus & hoc, quia si nō credis & uiuis, mortuus es: cuidā dominus differēti

sequi

A sequi eum & dicenti, Eam prius sepelire patrem meū: sine, inquit, mortuos sepelire mortuos Matth. 8
suos, tu ueni sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus, erant ibi & mortui mortuum sepul-
turi: ille mortuus in carne, illi in anima. Vnde mors in anima? quia nō est fides. Vnde mors
in corpore? quia nō est ibi anima, ergo animæ tuæ anima fides est. Qui credit in me, inquit,
etiam si mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat & caro nūquam postea mo-
ritura, hoc est, qui credit in me, licet moriatur uiuet: & omnis qui uiuit in carne & credit in
me, & si moriatur ad tempus propter mortē carnis, nō morietur in æternū propter uitā spi-
ritus & immortalitatem resurrectionis: hoc est quod ait, Et omnis qui uiuit & credit in me,
non morietur in æternum. Credis hoc? ait illi, Vtiq; domine, ego credidi, quia tu es Chri
stus filius dei, qui in hunc mundū uenisti.) Quando hoc credidisti? Credidi quia tu es resur
rectio, credidi quia tu es uita, credidi quia qui credit in te, & si moriatur, uiuet, & qui uiuit &
credit in te, non morietur in æternum. Et cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam soro-
rem suam silentio, dicens, Magister adest, & uocat te.) Aduertendum est, quemadmodum
suppressam uocem silētium nuncupauit: nam quomodo siluit, quæ dixit, Magister adest, &
uocat te? Aduertendum etiā quemadmodum euangelista non dixerit, ubi uel quando uel
quomodo Mariam dominus uocauerit, ut hoc in uerbis Marthæ potius intelligeretur nar
rationis breuitate seruata. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum enim uene
rat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur qui
erant cū illa in domo & consolabantur eam, cū uidissent Mariam quia cito surrexit & exijt,
secuti sunt eam dicentes, quia uadit ad monumentū, ut ploret ibi.) Quare pertinuit hoc ad
euangelistā narrare? ut uideamus quæ occasio fecerit, ut plures ibi essent quādo Lazarus re
suscitatus est. Putantes enim Iudæi propterea illā festinare, ut doloris sui solatiū lachrymis
quæreret, secuti sunt eam, ut tā grande miraculū quatriduani mortui resurgētis testes pluri
mos inueniret. Maria autē cum uenisset ubi Iesus erat, uidēs eū cecidit ad pedes eius, & di
B xit ei, dñe, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo ut uidit eā plorātem, & Iu-
dæos qui cū illa erāt plorātes, fremuit spū & turbauit semetipm, & dixit, Vbi posuistis eū?)
Nescio qd nobis insinuauit fremēdo spiritu, & turbando seipsum. Quis enim eū posset nisi
seipsum ipse turbare? Itaq; fratres mei, primo hic attēdite potestatē, & sic inquirite significa
tionē. Turbaris tu nolens, turbatus est Christus, quia uoluit: esuriuit Iesus, uerū est, sed quia
uoluit: dormiuit Iesus, uerū est, sed quia uoluit: cōtristatus est Iesus, uerū est, sed quia uoluit:
mortuus est Iesus, uerū est, sed quia uoluit: in illius potestate erat, sic uel sic affici, uel nō affi-
ci. Verbū enim animā suscepit & carnē, totius hominis sibi coaptans in personæ unitate na
turā: nā & anima apostoli uerbo illustrata est, anima Petri uerbo illustrata est, anima Pau-
li & aliorū apostolorum, sanctorū prophetarū uerbo illustratæ sunt animæ, sed de nulla di
ctum est, Verbū caro factū est: de nulla dictū est, Ego & pater unū sumus. Anima & caro
Christi cū uerbo dei una psona est, unus Christus est, ac p hoc ubi summa potestas est, se-
cundū uolūtatis nutū tractatur infirmitas, hoc est, turbauit semetipm: dixi potestatē, attēdi
te significationem. Magnus reus est, quē mortis quatriduū & illa significat sepultura. Quid
est ergo q̄ turbat semetipsum Christus, nisi ut significet tibi, quomō turbari tu debeas, cum
tanta mole peccati grauaris & premeris? Attēdisti enim te, uidisti te reū, cōputasti tibi, illud
feci, & pepcit mihi deus, illud cōmisi, & distulit me, euangeliū audiui, & contēpsi, baptizatus
sum, & iterū ad eadem reuolutus sum: quid facio, quò eo, unde euado? qñ ista dicis, iam fre-
mit Christus, quia fides fremit. In uoce frementis apparet spes resurgentis, si ipsa fides est
intus, ibi est Christus fremēs: si fides in nobis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apo-
stolus habitare Christū per fidē in cordibus uestris? ergo fides tua de Christo, Christus Ephes. 3
est in corde tuo. Hinc est illud q̄ dormiebat in naui, & cū periclitarētur discipuli, iam immi-
nente naufragio accesserūt ad eū, & excitauerunt eū: surrexit Christus, imperauit uentis &
fluctibus, & facta est tranquillitas magna. Sic & tu, intrant uenti cor tuū, utiq; nauigas, ubi
hanc uitā tanq̄ procellosum & periculosum pelagus transis, intrant uenti, mouent fluctus,

turbant nauem. Qui sunt uenti? Audisti cõuicium, irascaris: conuicium uentus est, iracundia fluctus est. Periditaris, disponis respondere, disponis maledictum pro maledicto reddere, iam nauis propinquat naufragio. Excita Christum dormientem, ideo enim fluctuas, & mala pro malis reddere præparas, quia Christus dormit in naui. In corde enim tuo somnus Christi obliuio fidei: nam si excitas Christum, id est, recolas fidem, quid tibi dicit tanquam uigilans Christus in corde tuo? Ego audiui, dæmonium habes, & pro eis orauí: audit dominus, & patitur, audit seruus, & indignatur? sed uindicare uis. Quid enim? Ego iam sum uindicatus: cum hæc loquitur tibi fides tua, quasi imperatur uentis & fluctibus, & fit tranquillitas magna. Quomodo ergo hoc est excitare Christum in naui, excitare fidem: sic in corde hominis quem premit magna moles & consuetudo peccati, in corde hominis transgressoris, etiam sancti euangelij contemptoris & pœnarum æternarum, fremat Christus, increpet se homo: audi adhuc, Fleuit Christus, fleat se homo. Quare enim fleuit Christus, nisi quia flere hominẽ docuit? Quare fremuit & turbauit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi merito displicẽtis, fremere quodãmodo debet in accusatione malorum operum, ut uiolentiæ pœnitendi cedat consuetudo peccandi? Et dixit, ubi posuistis eum? Sciſti quia mortuus sit, & ubi sit sepultus ignoras? & ista significatio est, quia sic perditum hominem quasi nescit deus: non ausus sum dicere nescit, quid enim ille nescit? sed quasi nescit: unde
Matth. 7. & 25 hoc probamus? Dominum audi dicturum in iudicio: Non noui uos, discedite à me. Quid est, non noui uos? Non uos uideo in luce mea, non uos uideo in illa iustitia quam noui: sic & hic tanq̃ nescíens talem peccatorem, dixit, Vbi posuistis eum? Talis est uox dei in para-
Gen. 3 diso posteaq̃ homo peccauit, Adam ubi es? Dicunt ei, domine ueni & uide.) Quid est uide? miserere: uidet enim dominus quando miseretur: unde illi dicitur, uide humilitatem meam & laborem meũ, & dimitte omnia peccata mea. Et lachrymatus est Iesus, dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.) Quid est, amabat eum? Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Quidam autẽ dixerunt ex ipsis, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut & hic nõ moreretur? Qui noluit facere ut non moreretur, plus est quod facturus est, ut mortuus suscitetur. Iesus autem rursus fremens in semetipso, uenit ad monumentum.) Fremet & in te, si disponis reuiuiscere: omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine, uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.) Mortuus sub lapide, reus sub lege: scitis enim quia lex quæ data est Iudæis, in lapide scripta est. Omnes autẽ rei sub lege sunt, bene uiuẽtes in lege sunt: iusto lex posita non est. Quid est ergo lapidem remouere? gratiam prædicare. Apostolus enim Paulus ministe-
2. Cor. 3 rium se dicit noui testamenti, non littera, sed spiritu: nam littera, inquit, occidit, spiritus autem uiuificat. Littera, inquit, occidẽs, quasi lapis est premens. Remouete, inquit, lapidem.) Remouete legis pondus, gratiam prædicate: si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia, sed conclusit omnia scriptura sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: ergo remouete lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi, quia si credideris, uidebis gloriam dei?) Quid est uidebis gloriam dei? quia & putentem &
Rom. 5. & 5 quatriduanum resuscitat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei: &, Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Tulerunt ergo lapidem, Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autẽ sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, magna uoce clamauit.) Fremuit, lachrymatus est, uoce magna clamauit. Quàm difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamen surgit, occulta gratia intus uiuificatur, surgit post uocem magnam. Quid est factum? Voce magna clamauit, Lazare ueni foras, & statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata.) Quomodo processit ligatis pedibus miraris, & non miraris quia surrexit quatriduanus? In utroq̃ potentia domini erat, non uires mortui. Processit,

& adhuc ligatus est, adhuc inuolutus, tamen iam foras processit. Quid significat? Quando contemnis, mortuus iaces: & si tanta quanta dixi contemnis, sepultus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis uelut exeũdo te manifestare? Sed ut confitearis, deus facit magna uoce clamando, id est, magna gratia uocando: ideo cùm processisset mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus, ut soluerẽtur peccata eius, ministris hoc dixit dominus, soluite illum & sinite abire.) Quid est, soluite & sinite abire? Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & uiderunt quæ fecit Iesus, crediderunt in eum: quidam autẽ ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.) Non omnes ex Iudæis qui conuenerant ad Mariam, crediderunt, sed tamen multi. Quidã uero ex eis, siue ex Iudæis qui conuenerant, siue ex eis qui crediderant, abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus, siue annunciando ut ipsi crederent, siue potius prodẽdo ut sæuirent. Sed quomodolibet & à quibuslibet ad pharisæos ista perlata sunt. Collegerunt põtifices & pharisæi concilíũ, & dicebant, Quid facimus?) Nec tamen dicebant, credamus, plus enim perditi homines cogitabãt quomodo nocerent ut perderent, q̃ quomodo sibi consulerent ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant: dicebãt enim, Quid faciemus? Quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credẽt in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.) Temporalia perdere timuerunt, & uitã æternã non cogitauerunt, ac sic utrunq̃ amiserunt, nam & Romani post domini passionem & glorificationem, tulerunt eis & locum & gentem expugnando & transferẽdo: & illud eos sequitur, quod alibi dictum est, Filíj autem regni huius Matth. 8
ibunt in tenebras exteriores. Hoc autẽ timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatem dei templumq̃ defenderet, quoniam contra ipsum templum, & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicq̃ nec cogi-
B tatis, quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit.) Hic docemur quia etiã homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere, quod tamen euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, summus sacerdos: potest autẽ mouere quomodo dicatur pontifex anni illius, cum deus unum constituerit summum sacerdotem, cui mortuo unus succederet. Sed intelligendum est, per ambitiones & contentiones inter Iudæos, postea constitutum ut plures essent, & per annos singulos uicibus ministrarent: nam & de Zacharia hoc dicitur, Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine Luc. 1
uicis suæ ante deum, secundũ consuetudinem sacerdotij, sorte exijt ut incensum poneret, ingressus in templum domini: hinc apparet plures eos fuisse, & uices suas habuisse: nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam unum annum plures administrabant, quibus alio anno alij succedebãt, ex quibus sorte exibat quis ut incẽsum poneret. Quid est ergo quod prophetauit Caiphas? Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum,) hoc euangelista addidit, nam Cayphas de sola gente Iudæorum prophetauit, in qua erant oues, de quibus
ait ipse dominus, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sed nouerat Matth. 15
euãgelista esse alias oues quæ nõ erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, ut esset unum ouile & unus pastor. Hæc aũt secundũ prædestinationem dicta sunt, nã neq̃ oues eius, nec filíj dei adhuc erant, qui necdũ crediderant. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam nõ palàm ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cũ discipulis suis.) Non quia potentia eius defecerat, in qua utiq; si uellet, & palàm Iudæis conuersaretur, & nihil ei facerent, sed in hominis infirmitate uiuendi exemplũ discipulis mõstrabat: in quo apparet non esse peccatum, si fideles eius qui sunt membra eius, oculis persequentiũ se subtraherent, & furorẽ scelératorum latẽdo potius deuitarent, q̃ se offerẽdo magis accenderent.

Ab eo quod ait, Proximum erat pascha Iudæorum, usq; ad id quod ait, Mulꝺ propter illum abibant & credebant in Iesum. Tractatus L.

IESTERNAM lectionem sancti euangelij de qua locuti sumus quod dominus dedit, hodierna sequitur, de qua locuturi sumus quod dominus dabit. Quædã in scripturis tam manifesta sunt, ut potius auditorem cꝫ expositorẽ desiderent, in eis nos immorari non oportet, ut necessarijs in quibus immorãdum est, tempus sufficiat. Proximum ergo erat pascha Iudæorum.) Illum diẽ festum Iudæi cruentum habere domini sanguine uoluerũt, illo die festo occisus est agnus, qui nobis eundem diem festum suo sanguine consecrauit. Consilium erat inter Iudæos de occidendo Iesu: ille qui de cœlo uenerat pati, propinquare uoluit loco passionis, quia imminebat hora passionis.

Ascenderunt ergo multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarẽt seipsos.) Hoc faciebant Iudæi secundũ præceptum domini, per sanctum Moysen in lege mãdatum, ut die festo quo pascha erat, omnes undiq; conuenirent, & illius diei celebratione sanctificarentur: sed illa celebratio umbra erat futuri. Quid est umbra futuri? Prophetia Christi uenturi, prophetia pro nobis illa die passuri, ut transiret umbra, & lux ueniret, ut transiret significatio, & ueritas teneretur. Habebant ergo Iudæi pascha in umbra, nos in luce: quid enim opus erat ut eis dominus præciperet per ipsum festum diem ouem occidere, nisi quia
Esaie 53 ille erat de quo prophetatum est, Sicut ouis ad immolãdum ductus est: sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt: sanguine Christi frõtes nostræ signãtur, & illa signatio quæ erat significatio, data est ab omnibus signatis exterminatorem prohibere: signum Christi à nobis repellit exterminatorem, si cor nostrũ recipiat saluatorem. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos, & intus nõ manet habitator. Agitatores facile habent in fronte signum Christi, & corde non recipiunt uerbum Christi: ideo dixi fratres quod repeto, signum Christi à nobis repellit exterminatorem, si cor nostrum habeat Christum habitatorem. Hæc dixi, ne quis forte cogitaret, quid sibi uellent ista festa Iudæorum. Venit ergo Iesus tanquam ad uictimam, ut uerum pascha nos haberemus, cum eius passionem tancꝫ ouis immolationem celebraremus. Quærebant ergo Iesum,) sed male. Beati enim qui quærunt Iesum, sed bene. Illi quærebãt Iesum, ut nec ipsi haberent eum, nec nos, sed ab ipsis abscedentem suscepimus nos: reprehenduntur qui quærunt, laudantur qui quærunt. Animus enim quærentis aut laudem inuenit, aut damnationem: habes enim & in psalmis.
Psal. 39 Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam: isti sunt qui male quærebant:
Psal. 141 alio autẽ loco dicit, Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Culpantur qui quærebant, culpantur qui non quærebant: ergo quæramus Christum ut habeamus, quæramus ut teneamus, sed non ut occidamus: nam & illi non ideo quærebant ut tenerent, sed ut cito non haberent. Quærebant ergo, Et loquebantur inter se, Quid putatis quia non uenit ad diem festum? Dederunt autem pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eũ.) Nos indicemus modo Iudæis ubi sit Christus, utinam uelint audire & apprehendere. Quicunq; sunt ex semine illorum qui dederant mãdatum, ut indicarent eis ubi esset Christus, ueniant ergo ad ecclesiam, audiant ubi sit Christus, & apprehendant eum: à nobis audiant, & ex euangelio audiant. Occisus est à parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, à discipulis agnitus, ante oculos eorum ascendit in cœlum, ibi sedet ad dexteram patris, qui iudicatus est, uenturus est iudex: audiant & teneant. Respondet, quem tenebo? Absentem? Quomodo in cœlum manum mittam, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenuisti: parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde, quoniã Christus absens etiam præsens est: nisi præsens esset, à nobis ipsis teneri non posset: sed quoniam ue-
Matth. 28 rum est quod ait, Ecce ego uobiscum sum usq; ad cõsummationem seculi: & abijt, & hic est, & redijt, & nos nõ deseruit: corpus enim suum intulit cœlo, maiestatem non abstulit mũdo.
Cap. 12 Iesus ergo ante sex dies paschæ, uenit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerũt autem ei ibi cœnam, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex di-

A ex discumbentibus.) Ne putarent homines phantasma esse factum quia mortuus resurrexit, unus erat ex recumbentibus, uiuebat, loquebatur, epulabatur, ueritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Discumbebat ergo Iesus cum Lazaro & cæteris, ministrabat Martha una ex fororibus Lazari. Maria uero.) altera soror Lazari accepit libram unguenti nardi pistici preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore unguenti.) Factum audiuimus, mysterium requiramus. Quæcunq; anima fidelis uis esse, cũ Maria unge pedes domini precioso unguento: unguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit: erat autem unguentum nardi pistici preciosi, quòd ait pistici, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum precio sum, nec tamen hoc uacat, & sacramẽto optime consonat: pistis græce fides dicitur. Quærebas operari iustitiam, Iustus ex fide uiuit, unge pedes Iesu bene uiuendo, dominica sectare uestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & domini pedes tersisti: capilli enim superflua corporis uidentur: habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent, de quibus enim nisi de membris suis
Matth. 25 in fine dicturus est, Cum uni ex minimis meis feci stis, mihi feci stis? superflua uestra impedi stis, sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem impleta est odore, mundus impletus est fama bona: nam odor bonus, fama bona est. Qui male uiuunt & Christiani uocantur, iniuriam Christo faciunt: de qualibus dictum est, cꝫ per eos nomen domini blasphemetur. Si per tales nomen dei blasphematur, per bonos nomen domini laudatur: audi Apostolum, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco: dicitur & in canticis canticorum,
2. Cor. 2 Cant. 1 Oleum effusum nomen tuum: ad Apostolum reuoca intentionem, Christi, inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereũt: alijs sumus odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem: & ad hæc quis idoneus? Occasionem nobis præbet præsens lectio sancti euangelij de odore isto ita loqui, ut & à nobis sufficienter dicatur, & à
B uobis diligenter audiatur, Apostolo ipso ita dicente, Et ad hæc quis idoneus? ergo ut inde nos conemur loqui, nũquid idonei sumus, aut uos audire hæc idonei estis? Hæc audire uos quidem idonei estis, nos quidem idonei non sumus, sed idoneus est ille qui per nos dignetur dicere, quod uobis prosit audire. Ecce Apostolus, bonus odor est, sicut dicit ipse, sed ipse odor alijs est odor uitæ in uitam, alijs autem odor mortis in mortem, tamen bonus odor: nunquid enim ait, alijs sumus bonus odor ad uitã, alijs malus odor ad mortem? bonum odorem se dixit, non malum, & eundem bonum odorem alijs ad uitam dixit, alijs ad mortem: felices qui bono odore uiuunt. Quid autem infelicius illis qui bono odore moriuntur? Et quis est, ait aliquis, quẽ bonus odor occidit? hoc est quod ait Apostolus, & ad hæc quis idoneus? Quomodo ea facit deus miris modis, ut bono odore & boni uiuant, & mali moriantur, quomodo sit, quantum dominus inspirare dignatur, ostendam: nam fortasse ibi latet altior intellectus, qui à me non potest penetrari: tamen quousq; penetrare potero, uobis non debet denegari. Paulum apostolum bene agentem, bene uiuentem, iustitiã uerbo prædicantem, opere demonstrãtem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama usque quaq; disseminabat, quidam diligebãt, quidam inuidebant: nam ipse quodam loco ait de quibusdam, cꝫ non caste, sed per inuidiam Christum annunciarent, existimantes, inquit, tribulationem suscitare uinculis meis: sed quid ait? Siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur, annuncient qui me amant, annunciẽt qui mihi inuident: Illi bono odore uiuunt, & illi bono odore moriuntur: tamen utriusq; prædicantibus nomen Christi annũcietur, odore optimo mũdus impleatur: amasti bene agentẽ, uixisti bono odore: inuidisti bene agenti, mortuus es bono odore. Nũquid quia mori uoluisti, ideo odorẽ illum malum esse fecisti? Noli inuidere, & nõ occidet te bonus odor. Deniq; audi & hic ex unguento isto, quomodo alijs erat odor bonus in uitã, alijs odor malus in mortẽ. Posteaq; hoc fecit religiosa Maria ad domini obsequium, continuo Vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes qui eum erat traditurus, dixit, Quare hoc unguentum non uenijt trecentis denarijs, & datum est egenis?

Vætibi

Væ tibi miser,bonus odor occidit te.Quare enim hoc dixerit, euangelista sanctus aperuit. C
Putaremus autem & nos,si mens ipsius nobis per euangelium non proderetur,pauperum
cura hoc illum dicere potuisse:nō ita est.Sed quid audi testem ueracem. Dixit autē hoc,
nō quia de egenis pertinebat ad illū,sed quia fur erat & loculos habēs,& ea quæ mittebantur,portabat.)Portabat,an exportabat? sed ministerio portabat,furto exportabat.Ecce audite quia Iudas iste nō tunc peruersus factus est,quando à Iudæis corruptus dominum tradidit:plericq; enim incuriosi euangelij, existimant tunc perisse Iudam,quando accepit à Iudæis pecuniā ut dominum traderet:non tunc periit, iam fur erat,& dominū perditus sequebatur, quia non corde, sed corpore dominum sequebatur. Duodenarium numerum apostolorum implebat, apostolicā beatitudinem nō habebat,ad imaginē fuerat duodecimus: quo Iuda decidēte,& Matthia succedente, & suppleta est apostolica ueritas,& numeri permansit integritas.Quid ergo uoluit dominus noster Iesus Christus fratres mei admonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas,& ne contemnas,fur sacrilegus,nō qualiscunq; fur. Fur loculorum,sed dominicorum,loculorum, sed sacrorum:si crimina discernuntur in foro qualiscunq; furti, & peculatus:peculatus enim dicitur furtū de re publica,& non sic iudicatur furtū rei priuatæ quomodo publicæ: quanto uehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit undecunq; tollere,hoc est,& de ecclesia tollere. Qui aliqd de ecclesia furatur, Iudæ perdito cōparatur. Talis erat iste Iudas, & tamen cum sanctis discipulis undecim intrabat & exibat, ad ipsam dominicam cœnam pariter accessit,cōuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De uno pane & Petrus & Iudas accepit,& tamen quæ pars fideli cum infideli? Petrus enim accepit ad uitā,Iudas
1.Cor.11 ad mortem: quomodo enim ille odor bonus,sic ille cibus bonus:sicut ergo odor bonus,ita & cibus bonus,bonos uiuificat,malos mortificat. Qui enim manducauerit indigne,iudiciū sibi manducat & bibit:iudicium sibi,non tibi. Si iudicium sibi,non tibi,tolera malū bonus, D
12.q.1.c.exemplū ut uenias ad præmia bonorum,ne mittaris in pœnam malorum.Exemplum domini accipe conuersantis in terra,quare habuit loculos cui angeli ministrauerūt, nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? quare furem admisit,nisi ut eius ecclesia fures patienter toleret? Sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum uendere. Videamus quid ad ista dominus respondeat, uidete fratres, nō illi ait, propter furta tua dicis ista: furem nouerat, & prodere nolebat, sed potius tolerabat, & ad perferēdos malos in ecclesia nobis exemplū patientiæ demonstrabat. Dixit ergo ei Iesus, Sine illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud.) Moriturum se denunciauit:sed quid est quod sequitur, Pauperes enim semper habebitis uobiscum,me autem non semper habebitis.)Intelligimus quid est,pauperes semper habebitis:quod dixit,uerū est, quādo ecclesiæ sine pauperibus? Me autem non semper habebitis,quid sibi uult,quomodo intelligēdum est,me autē non semper habebitis? nolite expauescere,Iudæ dictum est:quare ergo non dixit,habebis,sed habebitis? quia non unus est Iudas.Iudas malus corpus malorum significat, quomodo Petrus corpus bonorum, corpus ecclesiæ, imò corpus ecclesiæ, sed in bonis:
Matth.16 nam si in Petro non esset ecclesiæ sacramentum, non ei diceret dominus,Tibi dabo claues
14.q.1.c. qdcunq; regni cœlorum, quæcunq; solueris in terra,soluta erunt & in cœlo: & quæcunq; ligaueris in terra,ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est,nō facit hoc ecclesia:si autem & in ecclesia fit,ut quæ in terra ligantur,in cœlo ligentur, & quæ soluuntur in terra,soluātur in cœlo:quia cum excommunicat ecclesia, in cœlo ligatur excōmunicatus:cum reconciliatur ab ecclesia,in cœlo soluitur reconciliatus.Si hoc ergo in ecclesia fit,Petrus quando claues accepit,ecclesiā sanctā significauit. Si in Petri persona significati sunt in ecclesia boni,in Iudæ persona significati sunt in ecclesia mali: ipsis dictum est, Me autem non semper habebitis. Quid est enim,non semper, & quid est semper? Si bonus es, si ad corpus Christi pertines, quod significat Petrus, habes Christum & in præsenti, & in futuro.In præsenti per fidem,

in præsenti

A in præsenti per signum Christi,in præsenti per baptismatis sacramentum,in præsenti per altaris cibum & potum.Habes Christum in præsenti,sed habebis semper: quia cum hinc exieris,ad illum uenies qui dixit latroni,Hodie mecum eris in paradiso.Si autem male uersaris,uideris habere in præsenti Christum,quia intras ecclesiam,signas te signo Christi, baptizaris baptismo Christi,misces te membris Christi,accedis ad altare Christi, in præsenti habes Christum,sed male uiuendo nō semper habebis:potest & sic intelligi, Pauperes semper habebitis uobiscum,me autem non semper habebitis. Accipiant & hoc boni, sed non sint solliciti:loquebatur enim de præsentia corporis:nam secundum maiestatem suam, secundū prouidentiam, secundum ineffabilem & uisibilem gratiam impletur quod ab eo dictū est, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Secundum car- Luc.23
nem uero quam uerbum assumpsit, secundum id quòd de uirgine natus est, secundum id quòd à Iudæis comprehensus est,quòd ligno confixus,quòd de cruce depositus,quòd linteis inuolutus, quòd in sepulchro conditus, quòd in resurrectione manifestatus,non semper Matth.28
habebitis me uobiscum. Quare? Quoniā conuersatus est secundum corporis præsentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus uidendo, non sequendo ascendit in cœlum, & non est hic: ibi enim sedet ad dexteram patris, & hic est:non enim recessit præsentia maiestatis. Aliter. Secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum:secundum præsentiam carnis,recte dictum est discipulis,me autem non semper habebitis.Habuit enim illum ecclesia secundum præsentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet,oculis non uidet.Ergo si ita dictum est, me autem non semper habebitis, quæstio sicut arbitror iam nulla est, quæ duobus modis soluta est. Cætera quæ pauca remanent audiamus. Cognouit ergo multa turba ex Iudæis quia illic est,& uenerunt, non propter Iesum tantū,sed ut Lazarū uiderēt,quē suscitauit Iesus à mortuis.) Curiositas eos adduxit,nō charitas,uenerunt & uiderunt. Audite mirabile consilium uanitatis. Viso Lazaro resuscitato,
B quia tantum miraculum domini tanta erat euidentia diffamatum,tanta manifestatione declaratum,ut non possint uel occultare quod factum est,uel negare quod inuenerūt, uidete.

Cogitauerūnt autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis & credebant in Iesum.)O stulta cogitatio & cæca sæuitia. Dominus Christus qui suscitare potuit mortuum,non possit occisum? Quando Lazaro infere batis necem, nunquid auferebatis domino potestatem? Si aliud uobis uidetur mortuus, aliud occisus,ecce dominus utrunq; fecit,& Lazarū mortuū,& seipsum suscitauit occisum.

De eo quod ait, In crastinum autem turba multa quæ uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum,& processerunt obuiam ei & clamabāt,Osanna,benedictus qui uenit in nomine domini rex Israël,usq; ad id quod ait,Si quis mihi ministrauerit, honorificabit illū pater meus. Tractatus LI.

POsteaquam dominus quatriduanum mortuum resuscitauit, stupentibus Iudæis,& alijs eorum uidendo credentibus, alijs inuidendo pereuntibus propter odorem bonum qui est alijs ad uitam,alijs ad mortem,posteaquam discubuit in domo cum recūbente Lazaro qui fuerat mortuus resuscitatus, post unguentum diffusum super pedes eius, unde domus odore impleta est, posteaquam uanam sæuitiam, & stultissimum & dementissimum scelus Iudæi etiam de occidendo Lazaro corde perdito conceperunt,de quibus omnibus ut potuimus, quod dominus dedit, superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intendat charitas uestra, ante domini passionem quantus fructus apparuerit prædicationis eius,& quantus grex ouium ex his quæ perierant domus Israël,uocem pastoris audierit: sic enim loquitur euangelium, quod modo cum recitaretur, audistis. In crastinum autem turba multa quæ uenerat ad diem festū,cum audissent quia uenit Iesus Hierosolymam,acceperunt ramos palmarum,& processerunt obuiam ei, & clamabāt, Osanna,benedictus qui uenit in nomine domini,rex Israël.)Rami palmarum lau-

des ſunt,ſignificantes uictoriam,qua erat dominus mortem moriendo ſuperaturus, & tro-
phæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autem obſecrantis eſt, oſan-
na,ſicut nonnulli dicunt qui Hebræam linguã nouerũt, magis affectũ indicans,quàm rem
aliquam ſignificans,ſicut ſunt in lingua latina quas interiectiones uocant: uelut cum dolen
tes dicimus,heu: uel cum delectamur,uah dicimus:uel cũ miramur dicimus,ô rem magnã:
tunc enim nihil ſignificat, niſi mirantis affectum. Quod ideo credẽdum eſt ita eſſe,quia ne
Mat.5 que Græcus,neq; Latinus hoc interpretari potuit, ſicut illud, Qui dixerit fratri ſuo racha,
nam & hæc interiectio eſſe perhibetur, affectum indignantis oſtendens. Benedictus autẽ
qui uenit in nomine domini,rex Iſraël:ſic potius accipiendum eſt,ut in nomine domini, in
nomine dei patris intelligatur,quamuis poſſit intelligi etiam in nomine ſuo,quia & ipſe do
minus eſt:unde & alibi ſcriptum eſt, Pluit dominus à domino. Sed uerba eius melius no-
Ioan.5 ſtrum dirigunt intellectũ,qui ait,Ego ueni in nomine patris mei,& non ſuſcepiſtis me:alius
ueniet in nomine ſuo,hunc ſuſcipietis. Humilitatis enim magiſter eſt Chriſtus,qui humilia
uit ſemetipſum,factus obediens uſq; ad mortem,mortẽ autẽ crucis. Non itaq; omittit diui
nitatẽ,quando nos docet humilitatẽ: in illa eſt patri æqualis,in hac nobis ſimilis. Per quod
patri eſt æqualis, nos ut eſſemus creauit: per quod nobis eſt ſimilis, ne periremus redemit.
Has ei laudes turba dicebat, Oſanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Iſraël.
Quam crucem mentis inuidentia principum Iudæorum perpeti potuerat, quando regem
ſuum Chriſtum tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit domino regẽ fuiſſe Iſraël? Quid
magnum fuit regi ſeculorum,regem fieri hominum? Non enim rex Iſraël Chriſtus ad exi-
gendum tributum,uel exercitum ferro armandum,hoſtesq; uiſibiliter debellandos:ſed rex
Iſraël quòd mentes regat,quòd in æternum conſulat,quòd in regnum cœlorum credentes,
ſperantes,amantesq; perducat. Dei ergo filius æqualis patri, uerbum per quod facta ſunt
omnia,quòd rex eſſe uoluit Iſraël,dignatio eſt,non promotio,miſerationis indicium eſt,nõ
poteſtatis argumentum. Qui enim appellatus eſt in terra rex Iudæorum,in cœlis eſt domi
nus angelorum. Et inuenit Ieſus aſellum,& ſedit ſuper eũ.) Hic breuiter dictum eſt,nam
quemadmodum ſit factum,apud alios euangeliſtas pleniſſime legitur. Adhibetur autem
huic facto propheticum teſtimonium, ut appareret quòd maligni principes Iudæorũ eum
non intelligebant,in quo implebantur quæ legebant. Inuenit ergo Ieſus aſellum, & ſedit ſu
Zach.9 per eum. Sicut ſcriptum eſt,Noli timere filia Sion,Ecce rex tuus uenit ſedens ſuper pullũ
aſinæ.) In illo ergo populo erat filia Sion,ipſa eſt Hieruſalem: quæ Sion in illo, inquã, po-
pulo reprobo & cæco erat,tamen filia Sion cui diceretur, Noli timere,ecce rex tuus uenit ſe
dens ſuper pullum aſinæ. Hæc filia Sion cui diuinitus iſta dicuntur, in illis erat ouibus quæ
uocem paſtoris audiebant:in illa erat multitudine, quæ dominum uenientem tanta deuo-
tione laudabat,tanto agmine deducebat. Ei dictum eſt,noli timere, illum agnoſce qui à te
laudatur,& noli trepidare cum patitur,quia ille ſanguis funditur,per quem tuum delictum
deleatur,& uita reddatur. Sed pullum aſinæ in quo nemo ſederat:hoc enim apud euangeli
ſtas inuenitur,intelligimus populum gentium, qui legem domini non acceperat. Aſinam
uero,quia utrumq; iumentum,domino adductum eſt, plebem eius quæ ueniebat ex popu
lo Iſraël,non indomitam planè,ſed quæ præſepe domini agnouit. Hæc non cognouerũt
diſcipuli eius primum,ſed quando glorificatus eſt Ieſus.) Id eſt,quando uirtutem ſuæ reſur
rectionis oſtẽdit. Tunc recordati ſunt quia hæc ſcripta erãt de eo,& hæc fecerũt ei.) Id eſt,
non alia fecerunt ei quàm illa quæ erant ſcripta de eo. Recolentes quippe ſecundum ſcriptu
ram,quæ ante paſſionem,uel in paſſione domini completa ſunt,ibi & hoc inuenerũt quòd
ſecundum eloquia prophetarum in pullo aſinæ ſederat. Teſtimonium ergo perhibebat
turba quæ erat cum eo quando Lazarum uocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mor-
tuis,propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum hoc feciſſe ſignum. Phariſæi
ergo dixerunt ad ſemetipſos, Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus poſt eum
abijt.) Turba turbauit turbam. Quid autem inuides cæca turba:quia poſt cum uadit mun-
dus,

A dus per quẽ factus eſt mundus? Erant aũt gentiles quidam ex his qui aſcẽderant ut ado-
rarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & ro-
gabant eum dicentes,Domine,uolumus Ieſum uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ.
Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu.) Audiamus quid dominus ad iſta reſponderit.
Ecce uolunt eum Iudæi occidere, gentiles uidere, ſed etiam illi ex Iudæis erant qui clama-
bant,Benedictus qui uenit in nomine domini rex Iſraël: ecce illi ex circunciſione,illi ex præ
putio,uelut duo parietes de diuerſo uenientes, & in unam fidem Chriſti pacis oſculo con-
currentes. Audiamus ergo uocem lapidis angularis. Ieſus autem,inquit,reſpondit eis di-
cens. Venit hora ut glorificetur filius hominis.) Hic quiſquã forſitan putat ideo ſe dixiſſe
glorificatum,quia gentiles eum uolebãt uidere, non ita eſt: ſed uidebat ipſos gentiles poſt
paſſionem & reſurrectionem ſuam in omnibus gentibus credituros: quia ſicut dicit Apo-
ſtolus, Cæcitas ex parte in Iſraël facta eſt,donec plenitudo gentium intraret. Ex occaſione Roma.11
igitur iſtorum gentilium,qui eum uidere cupiebant,annuntiat futuram plenitudinem gen
tium, & promittit iam iamq; adeſſe horam glorificationis ſuæ, quam factam in cœlis gen
tes fuerant creditura: unde prædictum eſt,Exaltare ſuper cœlos deus,& ſuper omnem ter pſal.107
ram gloria tua. Hæc eſt gentium plenitudo, de qua dicit Apoſtolus, Cæcitas ex parte in
Iſraël facta eſt,donec plenitudo gentium intraret. Sed altitudinem glorificationis oportuit
ut præcederet humilitas paſſionis, ideo ſecutus adiunxit, Amen amen dico uobis, niſi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mor-
tuum fuerit,multum fructum affert.) Se autem ipſum Ieſus dicebat, ipſe erat granũ mor-
tificandum & multiplicandum:mortificandum in infidelitate Iudæorum,multiplicandum
in fide omnium populorũ. Iam uero exhortans ad paſſionis ſuæ ſectanda ueſtigia. Qui
amat,inquit,animam ſuam,perdet eam.) Quod duobus modis intelligi poteſt, qui amat
perdet,id eſt,ſi amas perdes:ſi cupis uitam tenere in Chriſto,noli timere mori pro Chriſto.
B Item alio modo, qui amat animam ſuam, perdet eam: noli amare ne perdas: noli amare
in hac uita,ne perdes in æterna uita. Hoc autem quod poſterius dixi, magis habere uide-
tur euangelicus ſenſus:ſequitur enim. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo,in uitam
æternam cuſtodit eam.) Ergo quod ſupra dictum eſt,qui amat,ſubintelligitur in hoc mun
do,ipſe itaq; perdet:qui autem odit,utiq; in hoc mũdo, in uitam æternã ipſe cuſtodit eam.
Magna & mira ſententia, quemadmodum ſit hominis in animam ſuam amor ut pereat,
odium ne pereat: ſi male amaueris,tunc odiſti: ſi bene oderis,tunc amaſti. Felices qui ode-
runt cuſtodiendo,ne perdant amando: ſed uide ne tibi ſubrepat ut teipſum uelis interime-
re,ſic intelligendo quòd debes odiſſe in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam ma
ligni atq; peruerſi homines, & in ſeipſis crudeliores & ſceleratiores homicidæ, flammis ſe
donant,aquis ſe præfocant,præcipitio ſe collidunt,& pereunt. Hoc Chriſtus non docuit,im
mo etiam diabolo præcipitium ſuggerenti reſpondit, Redi retro ſatanas,ſcriptum eſt, non
tentabis dominum deum tuum. Petro autem dixit ſignificãs qua morte clarificaturus erat
deum,Cum eſſes iunior,cingebas te & ambulabas quò uolebas: cum autem ſenueris, alter Ioan.21
te cinget, & feret quò tu non uis: ubi ſatis expreſſit, non à ſeipſo, ſed ab alio debere occidi,
qui ueſtigia ſequitur Chriſti. Cum ergo cauſæ articulus uenerit,ut hæc conditio præpona-
tur,aut faciendum eſſe contra dei præceptum,aut ex hac uita emigrandum: quorum duo-
rum homo ſi cogatur alterum eligere,comminante mortem perſecutore,ibi eligat deo dile-
cto emori,quàm offenſo uiuere:ibi oderit in hoc mundo animam ſuam, ut in uitam æter-
nam cuſtodiat eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.) quid eſt,me ſequatur, niſi me
imitetur? Chriſtus enim pro nobis paſſus eſt, ait apoſtolus Petrus, relinquens nobis exem 1.Petri.2
plum,ut ſequamur ueſtigia eius. Ecce quod dictum eſt,ſi quis mihi miniſtrat,me ſequatur.
Quo fructu? qua mercede? quo præmio? Et ubi ſum, inquit,ego, illic & miniſter meus
erit.) Gratis ametur, ut operis quo miniſtratur illi,precium ſit eſſe cum illo: ubi enim bene
erit ſine illo,aut quando eſſe male poterit cum illo? Audi cuidentius. Et ſi quis mihi mi-

niſtrauerit,honorificabit eum pater meus.)Quo honore,niſi ut ſit cum filio eius? Quod eñ C
ſuperius ait,Vbi ego ſum,illic & miniſter meus erit,hoc intelligitur expoſuiſſe cum dicit,ho
norificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus,
quàm ut ſit ubi eſt unicus,non æqualis factus diuinitati,ſed conſocius æternitati? Quid ſit
autem miniſtrare Chriſto,cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquire
re.Si enim hoc putauerimus eſſe Chriſto miniſtrare, ea quæ ſunt corpori neceſſaria præpa
rare,aut cœnanti cibum coquere uel apponere,uel poculum dare potumq́ miſcere,fecerunt
hoc illi qui potuerunt eum in corpore habere præſentem,ſicut Martha & Maria,quando et
Lazarus unus erat ex diſcumbentibus: ſed eo modo Chriſto etiam Iudas perditus mini
ſtrauit,nam & loculos ipſe habebat:& quamuis ex eis quæ mittebantur ſceleratiſſime fura
retur,per illum tamen etiam neceſſaria parabantur. Hinc eſt illud quod cum ei diceret do
Ioan.13 minus, quod facis fac celerius:arbitrati ſunt quidam, quòd eum iuſſerit propter diem feſtũ
neceſſaria præparare,uel indigẽtibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuſcemodi mi
niſtris diceret dominus, Vbi ſum ego,illic & miniſter meus erit,& ſi quis mihi miniſtrauerit,
honorificabit eum pater meus, quoniam Iudam talia miniſtrantem, reprobatum potius
quàm honoratum uidemus. Vt quid ergo alibi quærimus, quid ſit miniſtrare Chriſto, &
non potius in iſtis ipſis uerbis agnoſcimus? Cum enim dixit, ſi quis mihi miniſtrat me ſe
quatur:hoc intelligi uoluit, ac ſi diceret,ſi quis me nõ ſequitur,nõ mihi miniſtrat. Miniſtrãt
ergo Ieſu Chriſto,qui non ſua quærũt,ſed quæ Ieſu Chriſti:hoc eſt enim me ſequatur,uias
1.Ioan.2 ambulet meas,non ſuas: ſicut alibi ſcriptum eſt, Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut
ambulauit ille,& ipſe ambulare. Debet etiam ſi porrigit eſurienti panem,de miſericordia fa
cere,non de iactantia:non aliud ibi quærere quàm opus bonum, neſciente ſiniſtra quid fa
ciat dextera,id eſt,ut alienetur intẽtio cupiditatis ab opere charitatis. Qui ſic miniſtrat,Chri
ſto miniſtrat,rectéq́ illi dicetur,Cum uni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis:nec tantum
ea quæ ad miſericordiam pertinent corporalem,ſed omnia bona opera propter Chriſtum D
facta: tunc enim erunt bona,quoniam finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Mi
niſter eſt Chriſti uſq́ ad illud opus magnæ charitatis, quod eſt animam ſuam pro fratri
bus ponere: hoc eſt eñ & pro Chriſto ponere, quia & hoc propter ſua mẽbra dicturus eſt,
cum pro iſtis feciſtis, pro me feciſtis: de tali quippe opere etiã ſe miniſtrũ facere & appella
Matth.20 re dignatus eſt,ubi ait,Sicut filius hominis non uenit miniſtrari ſed miniſtrare,& animam
ſuã ponere pro multis:hinc eſt ergo unuſquiſq́ miniſter Chriſti,unde eſt & miniſter Chri
ſtus.Sic miniſtrantẽ Chriſto honorificabit pater eius honore illo magno,ut ſit cũ filio eius,
nec unquam deficiat felicitas eius.Cum ergo auditis fratres dominũ dicentẽ. Vbi ego ſum,
illic & miniſter meus erit: nolite tantũmodo bonos epiſcopos & clericos cogitare,etiã uos
pro modulo ueſtro miniſtrate Chriſto,bene uiuendo,eleemoſynas faciendo, nomẽ doctri
namq́ eius quibus potueritis prædicando, ut unuſquiſq́ etiam paterfamiliâs hoc nomine
agnoſcat paternũ affectũ ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſto & ꝓ uita æterna, ſuos omnes
admoneat,doceat,hortetur,corripiat,impendat beneuolentiã,exerceat diſciplinã: ita in do
mo ſua eccleſiaſticũ & quodãmodo epiſcopale implebit officiũ, miniſtrãs Chriſto ut in æ
ternũ ſit cũ ipſo:nam & illã maximã paſſionis miniſtrationẽ, multi ex ueſtro numero mini
ſtrorũ,multi nõ epiſcopi neq́ clerici, iuuenes & uirgines, ſenes cũ iunioribus, multi cõiugati
& cõiugatæ,multi patres matresq́ familiâs Chriſto miniſtrãtes,etiam animas ſuas in eius
martyrio poſuerunt,& honorificante patre coronas glorioſiſſimas receperunt.

Ab eo quod ait,Nũc anima mea turbata eſt,& quid dicã,uſq́ ad id quod ait,
Hæc locutus eſt Ieſus,& abiit & abſcondit ſe ab eis. Tractatus LII.

POſtquam dominus Ieſus Chriſtus uerbis lectionis heſternæ miniſtros ſuos ut
ſeipſum ſequerẽtur hortatus eſt,cum ita prædixiſſet paſſionem ſuam,quòd ni
ſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ſolum manet:ſi aũt mor
tuum fuerit,multum fructum affert, ubi excitauit eos qui eum ad regnum cœ

lorum

A lorum ſequi uellent,ut animã ſuã odiſſent in hoc mundo,ſi eam in uitam æternam cuſto di
re cogitarẽt,ad noſtram rurſus infirmitatem ſuum temperauit affectum,& ait, unde lectio
cœpit hodierna. Nunc anima mea turbata eſt.) unde turbata eſt domine anima tua?
Nempe pauloante dixiſti,Qui odit animam ſuam in hoc mundo,in uitam æternam cuſto
dit eam.Ergó ne anima tua, quia in hoc mundo amatur, ideo turbatur ueniente hora qua
ex hoc mundo egrediatur? Quis hoc de anima domini audeat affirmare? Sed nos in ſe
tranſtulit,nos in ſe ſuſcepit,caput noſtrum membrorum ſuorum ſuſcepit affectum, & ideo
ab aliquo non eſt turbatum: ſed ſicut de illo dictum eſt,cum Lazarum ſuſcitaret, turbauit
ſemetipſum.Oportebat enim ut unus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſi
cut nos exciãuit ad ſumma, ita nobis compateretur ad infirma: audi ſuperius dicentem,
Venit hora ut glorificetur filius hominis, ſi mortificatum fuerit granum, multum fructum
affert. Audio,qui odit animam ſuam in hoc mundo,in uitam æternam cuſtodit eam. Nec
permittor tantummodo mirari,ſed iubeor imitari:deinde ſequentibus uerbis,Si quis mihi
miniſtrat me ſequatur,& ubi ſum ego,ibi & miniſter meus erit,mundum contemnere accen
dor,& in cõſpectu meo nihil eſt uilius † uitæ huius. Totus quantumlibet fuerit prolixus ua *Græcorũ more*
por præſentis uitæ,præ amore æternorũ temporalia mihi cuncta uileſcunt. Et rurſus ipſum *genitiuum po*
dominum meum, qui me illis uerbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatem ſuam, au *ſuit pro ablati*
dio dicẽtem,Nunc anima mea turbata eſt. Quid eſt hoc? Quomodo ſequi iubes animam *uo. Sicut maio*
meam,ſi turbari uideo animam tuam? quomodo ſufferam,quod graue tanta firmitas ſen *ra horũ faciet*
tit? Quale fundamentum quæram,ſi petra ſuccumbit? Sed uideor mihi audire in cogitatio
ne mea reſpondentem mihi dominum meum,& quodammodo dicentem, magis ſequeris
quia ſic me interpono: audiſti ad te uocem fortitudinis meæ, audi in me uocem infirmita
tis tuæ: uires ſuggero ut curras,nec reprimo quod acceleras, ſed transfero in me quo trepi
das, & ſubſterno quò tranſeas. O domine mediator deus ſupra nos, homo propter nos,
B agnoſco miſericordiam tuam:nam quod tu tantus tuæ charitatis uoluntate turbaris, mul
tos in corpore tuo qui ſuæ infirmitatis neceſſitate turbantur, ne deſperando pereant conſo
laris. Denicq́ homo qui ſequi uult,audiat quà ſequatur. Acceſſit forte hora terribilis,propo
nitur optio,aut faciendæ iniquitatis, aut ſubeundæ paſſionis, turbatur anima infirma, pro
pter quam ſpõte turbata eſt anima inuicta:præpone tuæ uoluntati uoluntatem dei. Atten
de enim quid deinde ſubiungat creator tuus & magiſter tuus qui te fecit, & ut te doceret fa
ctus eſt & ipſe quod fecit: homo enim factus eſt qui hominem fecit, ſed deus incommuta
bilis manſit,& hominem in melius commutauit. Audi ergo quid deinde ſubiungat, cum
hæc dixiſſet,nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam,inquit, pater ſaluifica me ex hac
hora, ſed propterea ueni in hanc horam, pater clarifica nomen tuum.) Docuit te quid cogi
tes,docuit quid dicas,quem inuoces, in quo ſperes, cuius uoluntatem certam atq́ diuinam
tuæ uoluntati humanæ infirmæq́ præponas. Non ideo tibi uideatur ex alto deficere, quia
te uult ab imo proficere:nam & tentari dignatus eſt à diabolo,à quo utiq́ ſi nollet non ten
taretur, quemadmodum ſi nollet non pateretur. Et ea reſpõdit diabolo,quæ tu in tentatio
nibus debeas reſpondere: & ille quidem tentatus eſt,ſed nõ periclitatus, ut doceret te in ten
tatione periclitantem tentatori reſpondere,& poſt tentatorem non ire, ſed de periculo ten
tationis exire. Sicut autem hic dixit,nunc anima mea turbata eſt,ita etiam ubi dicit, Triſtis *Matth.26*
eſt anima mea uſq́ ad mortem:&, pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte,oſtẽdit homi
nis ſuſcepti infirmitatem,ut docat ſic contriſtatũ & conturbatum quod ſequitur dicere: ue
runtamen non quod ego uolo,ſed quod tu uis pater. Sic enim homo ab humanis in diui
na dirigitur,cum uoluntati humanæ uoluntas diuina præponitur. Quid eſt autem, Clarifi
ca tuum nomen,niſi in ſua paſſione & reſurrectione? Quid eſt ergo aliud, niſi ut pater clari
ficet filium,qui clarificat ſuum nomen etiam in ſimilibus paſſionibus ſeruorum ſuorum? un
de ſcriptum eſt de Petro,quod ideo de illo dixerat dominus, Alter te cinget,& feret quò tu *Ioan.21*
non uis,quia ſignificare uoluit,qua morte clarificaturus eſſet deũ:ergo & in illo deus clarifi

cabat nomen suum, quia sic etiam in membris suis clarificat Christum. Venit ergo uox C
de cœlo, & clarificaui & iterum clarificabo.) Et clarificaui antequàm faceret mundum, &
iterum clarificabo cum resurget à mortuis, & ascendet in cœlum. Et aliter intelligi po-
test, & clarificaui cum de uirgine natus est, cum uirtutes operatus est, cum cœlo indice
per stellam à magis adoratus est, cum à sanctis spiritusancto plenis agnitus est, cum de-
scendente spiritu in specie columbæ declaratus, cum uoce de cœlo sonante monstratus,
cum in monte transfiguratus, cum miracula multa fecit, cum multos sanauit atque mun-
dauit, cum de paucissimis panibus tantam multitudinem pauit, cum uentis & fluctibus
imperauit, cum mortuos suscitauit. Et iterum clarificabo, cum resurget à mortuis, cũ mors
ei ultra nõ dominabitur, cũ exaltabitur super cœlos deus, & super omnem terrã gloria eius.

Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse: alij dicebant, angelus
ei locutus est. Respondit Iesus & dixit, Non propter me hæc uox uenit, sed propter uos.)
Hic ostendit illa uoce non sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oporte-
bat. Sicut autem illa uox non propter eum, sed propter illos diuinitate facta est: sic anima
eius non propter eum, sed propter alios uoluntate turbata est. Attende cætera. Nunc, in-
quit iudicium est mundi.) Quid ergo expectandum est in fine seculi? Sed in fine quod ex-
pectatur iudicium, erit iudicandorum uiuorum & mortuorum, iudicium erit præmiorum,
pœnarumq; æternarum. Quale ergo nunc iudicium est? Iam in superioribus lectionibus
quantum potui, commonui charitatem uestram, dici etiam iudicium non damnationis, sed
psal.41 discretionis: unde scriptum est, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non san-
psal.35 cta. Multa autem sunt iudicia dei: unde dicitur in psalmo, Iudicia tua abyssus multa. Dicit
Roma.11 etiam Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt
iudicia eius, ex quibus iudicijs etiam hoc est, quod hic ait dominus, Nũc iudicium est mun-
di, seruato illo iudicio in fine, ubi nouissime uiui & mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo
diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum, domi- D
nabatur in cordibus infidelium ad creaturã colẽdam deserto creatore, deceptos captiuosq;
pertrahebat: per Christi autem fidem quæ morte eius & resurrectione firmata est, per eius
sanguinem, qui in remissionem fusus est peccatorum, milia credẽtium à dominatu liberan-
tur diaboli, Christi corpori copulantur, & sub tanto capite uno eius spiritu fidelia membra
uegetantur: hoc uocabat iudicium, hanc discretionem, hanc à suis redemptis diaboli expul-
sionem. Deniq; attende quid dicat: quasi quæreremus quid esset quod ait, Nunc iudicium
est mundi, secutus exposuit: ait enim, Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.) Au-
diuimus quale dixerit esse iudicium: non ergo illud quod in fine uenturum est, ubi uiui &
mortui iudicandi sunt, alijs ad dexteram, alijs ad sinistram separatis, sed iudicium quo prin
ceps huius mundi eijcietur foras. Quomodo ergo intus erat?, & quò eum eijciendum dixit
foras? Nunquid nam in mundo erat, & extra mundum missus est foras? Si enim de illo iu
dicio diceret quod in fine uenturum est, posset aliquis opinari ignem æternum, quò mitten
dus est diabolus & angeli eius, & omnes qui sunt ex parte eius nõ natura, sed uitio: nõ quia
creauit aut genuit, sed quia persuasit & tenuit. Posset ergo aliquis opinari illum ignem æter
num extra mundum esse, & hoc esse dictum, eijcietur foras: quod uero ait, Nunc iudicium
est mundi, & exponens quid dixerit, Nunc, inquit, princeps huius mundi eijcietur foras: hoc
intelligendum est quod nunc fit, non quod tantum post futurum est in nouissimo die. Præ
uidebat ergo dominus quod sciebat, post passionem & glorificationem suam per uniuer-
sum mundum multos populos credituros, in quorũ cordibus diabolus intus erat, cui quan
do ex fide renunciant, eijcitur foras: sed dicit aliquis, Nunquid de cordibus patriarcharum
& prophetarum, ueterumq; iustorum non eiectus est foras? Eiectus est planè. Quomodo
ergo dictum est, nunc eijcietur foras? quomodo putamus, nisi quia tunc quod in homini-
bus paucissimis factum est, nunc in multis magnisq; populis iam mox futurum esse præ-
Ioan.7 dictum est? Sic & illud quod dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus

nondũ

A nondum fuerat glorificatus, potest similem habere quæstionem, & similem solutionem: nõ
enim sine spiritusancto futura prænunciauerunt prophetæ: aut non etiam dominum in-
fantẽ in spiritusancto Symeon senex & Anna uidua cognouerunt, & Zacharias & Helisa-
bet, qui de illo nondum nato, sed iam concepto, tanta per spiritumsanctum prædixerunt.
Sed spiritus nondum erat datus, id est, illa abundantia gratiæ spiritalis, qua congregati
linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura prænunciaretur ec-
clesia, qua gratia spiritali populi congregarentur, qua longe lateq; peccata dimitterentur, &
milia milium deo reconciliarentur. Quid ergo, ait quispiam, quia diabolus de credentium
cordibus eijcitur foras? Iam fidelium neminem tentat? imò uero tentare non cessat. Sed
aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare: nam & munitissimam ciuitatem
aliquando hostis oppugnat, nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniunt, admonet
Apostolus unde non lædant, commemorat loricam & scutum fidei. Et si aliquando uulne-
rant, adest qui sanat, quia sicut pugnantibus dictum est, Hæc scribo uobis, ut non peccetis: 1. Ioan. 2
ita qui uulnerãtur, quod sequitur audiunt: & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud
patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Quid enim
oramus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, nisi ut uulnera nostra sanentur? Et Mat. 6
quid aliud petimus cum dicimus, Nè nos inferas in tentationem, nisi ut ille qui insidiatur,
uel certat extrinsecus, nulla irrumpat ex parte, nulla nos fraude, nulla nos possit uirtute su-
perare? Quantaslibet tamen aduersum nos erigat machinas, quando nõ tenet locum cor-
dis ubi fides habitat, eiectus est foras. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, inuanum ui- Psal. 124
gilabit qui custodit eam. Nolite ergo de uobisipsis præsumere, si non uultis foras eiectum
diabolum intrò iterum reuocare. Absit autem ut diabolum mundi principem ita dictum
existimemus, ut eum cœlo & terræ dominari posse credamus: sed mundus appellatur in
malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusi sunt, sicut appellatur domus in his à qui-
B bus habitatur, secundum quod dicimus, bona domus est, uel mala domus est, non quan
do reprehendimus siue laudamus ædificium parietum atque tectorum, sed quando mo-
res uel bonorum hominum uel malorum: sic ergo dictum est, Princeps huius mundi,
id est, princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in
bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt: unde dicit Apostolus, Deus erat in 2. Cor. 5
Christo, mundum reconcilians sibi, hi sunt ex quorum cordibus princeps huius mundi
eijcietur foras. Cum ergo dixisset, Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego,
inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham † post me.) Supra dixit dominus, ut audi- † alias, ad
stis, cum euangelium legeretur, omnia traham post me: quæ omnia, nisi ex quibus ille
eijcitur foras? Non autem dixit omnes, sed omnia: non enim omnium est fides. Non
itaque hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est, spíri-
tum & animam & corpus, & illud quod intelligimus, & illud quod uiuimus, & illud quod
uisibiles & contrectabiles sumus: qui enim dixit, Capillus capitis uestri non peribit, omnia Luc. 21
trahit post se. Aut si omnia, ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salu-
tem possumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil esse periturum, cum supra de suis ouibus
loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, siue in linguis omnibus, siue in ætatibus, si-
ue in gradibus honorum omnibus, siue in artium licitarum & utilium professionibus o-
mnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differentias, quibus inter
se præter sola peccata homines distant ab excelsissimis usque ad humillimos, à rege usque
ad mendicum, omnia, inquit, traham post me, ut sim caput eorum, & illi membra mea.
Sed si exaltatus, inquit, fuero à terra, hoc est, cum exaltatus fuero: non enim dubitat futu-
rum esse, quod uenit implere. Hoc refertur ad illud quod superius ait, Si autem mor-
tuum fuerit granum, multum fructum affert: nam exaltationem suam quid aliud dixit,
quàm in cruce passionem? Quod & ipse euangelista non tacuit: subiunxit etenim & ait,
Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos

audiuimus ex lege,quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?) Memoriter tenuerunt quod dominus dicebat assidue se esse filium hominis: nam hoc loco non ait,si exaltatus fuerit à terra filius hominis,sed superius dixerat,quod hesterno die lectum atque tractatum est, quando nunciati sunt gentiles illi,qui eum uidere cupiebant,uenit hora ut glorificetur filius hominis. Hoc itaq; isti animo retinentes,& quod nunc ait,Cum exaltatus fuero à terra,mortem crucis intelligentes,quæsierunt ab illo & dixerunt, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim Christus est,inquiunt,manet in æternum:si manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra,id est,quomodo crucis passione morietur? Hoc enim cum dixisse intelligebant,quod facere cogitabant, non ergo eis uerborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia,sed stimulata conscientia. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in uobis est.) Hinc ergo est quod intelligitis,quia Christus manet in æternũ. Ergo ambulate dũ lucem habetis,ut non tenebræ uos comprehendant.) Ambulate,accedite,totum intelligite, & moriturum Christum,& uicturum in æternum, & sanguinem fusurum quo redimat, & ascensurum in sublimia,quò perducat: tenebræ autem uos comprehẽdent, si eo modo crediderit is Christi æternitatem, ut negetis in eo mortis humilitatem. Et qui ambulat in tenebris,nescit quò uadat.) Sic potest offendere in lapidem offensionis, & petram scandali, quod fuit dominus cæcis Iudæis, sicut credentibus lapis quem reprobauerunt ædificantes, psal. 117 factus est in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in Christum, quia eorum impietas cõtempsit mortuũ,risit occisum. Et ipsa erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahẽtis post se omnia. Dum lucẽ,inquit,habetis,credite in lucẽ,ut filij lucis sitis.) Cum aliquid ueri auditu habetis,credite in ueritatem,ut renascamini in ueritatem. Hæc locutus est Iesus, & abijt & abscondit se ab eis.) Non ab eis qui credere & diligere cœperant, non ab eis qui cum ramis palmarum & laudibus obuiam uenerãt, sed ab eis qui uidebant & inuidebant, quia nec uidebant,sed in lapidem illum cæcitate offendebant. Cum autem abscondit se Iesus ab eis,qui eum occidere cupiebant, quod sæpe propter obliuionem commonendi estis, nostræ infirmitati consuluit,non suæ potestati derogauit.

Ab eo quod scriptum est, Cum autem tanta signa fecisset coram eis,non crederent in eum,usque ad id quod ait, Dilexerunt gloriã hominum magis quàm dei. Tractatus LIII.

PRænunciata dominus Christus passione sua,& morte fructuosa in exaltatione sanctæ crucis,ubi dixit se omnia tracturum esse post se, cũ intellexissent Iudæi quòd de sua morte dixisset,& proposuissent ei quæstionem, quomodo diceret se esse moriturũ, cum ex lege audierint quòd Christus manet in æternũ, hortatus est eos, ut dum adhuc modicum lumen in eis esset, quo Christum æternum esse didicissent, ambularent ut totum discerent, ne comprehenderentur à tenebris: & cum hæc esset locutus,abscondit se ab eis: Hæc in superioribus dominicis lectionibus uerbisq; didicistis. Deinde tulit euangelista unde hodiernum capitulum recitatum est, & ait, Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur quem dixit, domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est?) Vbi satis ostendit brachium domini ipsum filium dei nuncupatum, non quòd deus pater figura determinetur carnis humanæ. Brachium domini filius dicitur, quòd omnia per ipsum facta sunt, eiq; filius non tanquam membrum corporis hæreat, sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachium domini dictum est. Sicut enim tuum brachium, per quod operaris, sic dei brachium dictum est eius uerbum, quia per uerbum mundum operatus est. Cur enim homo ut aliquid operetur brachium extendit, nisi quia non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta potestate prævaleret, ut sine ullo motu corporis sui quod diceret fieret, brachium eius uerbum eius esset, quia uerbum est cogitabile uel sonabile: sed dominus Iesus unigenitus dei patris filius,sicut non est paterni corporis membrum,ita non est cogitabile uel sonabile ac transitorium uerbum,quia cum omnia per ipsum facta sunt,dei uerbum erat. Cum ergo audiuimus brachium dei patris esse dei filium,non nobis obstrepat consuetudo carnalis,sed quantum illo donante possumus, uirtutem dei & sapientiam cogitemus, per quam facta sunt omnia. Tale quippe brachium nec porrectum extenditur,nec collectũ contrahitur:non est enim ipse qui pater, sed unum sunt ipse & pater,& æqualis patri,ubiq; totus est sicut pater, ne aliqua pateat occasio detestabili errori eorum,qui dicunt solum esse patrem, sed pro diuersitate causarum ipsum dici filium, ipsum dici spiritum sanctum,& in his uerbis audent dicere,Ecce uidetis,quia solus est pater, si brachium eius est filius: non enim duæ,sed una persona est homo & brachium eius, non intelligentes,neq; aduertẽtes, quomodo uerba de rebus alijs ad res alias transferantur propter aliquam similitudinem etiam in locutionibus quotidianis de uisibilibus & notissimis rebus,quanto magis ut nobis ineffabilia qualitercunq; dicantur, quæ dici sicuti sunt, omnino non possunt. Nam & homo alterum hominem per quem solet agere quicquid agit,brachium suum appellat,& si ei auferatur,dolens dicit,brachium perdidi,& ei qui abstulerit dicit,brachium meum mihi abstulisti. Intelligant ergo quomodo dictus sit filius patris brachium,per quod pater operatus est omnia, ne nõ hoc intelligendo, & in sui erroris tenebris permanendo, similes sint Iudæis ipsis: de quibus dictum est,& brachium domini cui reuelatum est? Hic occurrit altera quæstio, de qua quidem ut competenter aliquid disputetur, & omnes eius latebrosissimi sinus perscrutentur,& excutiantur ut dignum est, nec mearum uirium esse arbitror,nec angustiarum temporis,nec uestræ capacitatis. Tamen quia transire ad alia uestra expectatione non sinimur,nisi aliquid inde dicamus, accipite quod poterimus,& ubi uestræ expectationi non suffecerimus,ab illo incremẽtum poscite,qui nos plantare posuit & rigare,quia sicut dicit Apostolus, Neque qui plantat est aliquid,neque qui rigat,sed qui incremẽtum dat deus. Quidam ergo inter se mussitant,& ubi possunt aliquando proclamant, & turbulenta disceptatione contendunt dicentes, Quid fecerunt Iudæi, uel quæ culpa eorum fuit,si necesse fuit, ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro,& brachium domini cui reuelatum est? Quibus respondemus, deum præscium futurorum, per prophetam prædixisse infidelitatem Iudæorum, prædixisse tamen,non fecisse: non enim propterea quenq; deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit: ipsorum enim præsciuit peccata, non sua, non cuiusquam alterius,sed ipsorum. Quapropter si ea quæ ille præsciuit ipsorum,non sunt ipsorum non uere ille præsciuit: sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alij,sed ipsi peccant,quos deus peccatores esse præsciuit. Fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere,cui peccatum non placet, sed facturos esse prædixit, quem nihil latet. Et ideo si non malum,sed bonum facere uoluissent,non prohiberentur, & hoc facturi præuiderentur ab eo qui nouit quid sit quisquam facturus,& quid ei sit pro eius opere redditurus. Sed quæ sequuntur euangelij uerba plus urgent, & profundiorem faciunt quæstionem,adiungit etenim & dicit, Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaias, Excæcauit oculos eorum,& indurauit cor eorum,ut non uideant oculis,& intelligant corde, & conuertantur & sanem illos.) Dicitur enim nobis,Si non potuerunt credere, quod peccatum est hominis non facientis quod non potest facere? Si autem non credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere & non fecerunt. Si ergo potuerunt, quomodo dicit euangelium,propterea non poterant credere,quia iterum dicit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum,ut quod est grauius,ad deum referatur causa qua non crediderunt, quandoquidem ipse excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Non enim falsitem hoc de diabolo dicitur, sed de deo, quod ipsa prophetica scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc dictũ de diabolo,quòd excæcauit oculos eorũ,& cor indurauit, laborandũ est quo-

est quomodo illorum culpam, quia non crediderunt, possimus ostendere, de quibus dici- C
tur, non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio prophetæ ipsius testimo-
Rom.11 nio quod posuit Paulus apostolus dicens, Quod quærebat Israël hoc non est consecutus,
Esaiæ 6 electio autem consecuta est, cæteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis deus spi-
ritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum
diem. Audistis fratres mei, propositã quæstionem, nempe quàm profunda sit cernitis: sed
respondemus ut possumus. Non poterant credere, quia hoc Esaias propheta prædixit: hoc
autem propheta prædixit, quia deus hoc futurum esse præsciuit. Quare autem non pote-
rant, si à me quæratur, cito respondeo, quia nolebant: malam quippe eorum uoluntatẽ præ
uidit deus, & per prophetam prænunciauit ille cui abscondi futura non possunt. Sed aliam
causam, inquis, dicit propheta, non uoluntatis eorum: quam causam dicit propheta? Quia
dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, &
excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: etiam hoc eorum uoluntatem meruisse re-
spondeo, sic enim excæcat, sic obdurat deus deserendo & non adiuuando, quod occulto iu-
dicio facere potest, iniquo non potest. Hoc omnino pietas religiosorum inconcussum de-
bet inuiolatumq; seruare, sicut Apostolus dicit, cum eandem ipsam tractaret difficillimam
Roma.9 quæstionem. Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas est apud deum? Absit. Si er-
go absit ut sit iniquitas apud deum, siue quando adiuuat, misericorditer facit, siue quando
non adiuuat, iuste facit: quia omnia non temeritate, sed iudicio facit. Porrò si iudicia sancto-
rum iusta sunt, quanto magis sanctificantis & iustificantis dei? Iusta ergo sunt, sed occulta.
Ideo cum quæstiones huiusmodi in medium uenerint, quare alius sic, alius autem sic, quare
ille deo deserente excæcetur, ille deo adiuuante illuminetur, non nobis iudicium de iudicio
tanti iudicis usurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo, O altitudo diui-
tiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ
psal.35 eius: unde dictum est in psalmo, Iudicia tua abyssus multa. Non ergo me fratres ad hanc D
penetrandam altitudinem, ad hanc abyssum discutiendam, ad inscrutabilia perscrutanda,
expectatio uestræ charitatis impingat. Agnosco modulum meum, sentire mihi uideor eti-
am modulum uestrum: altius est hoc incrementis meis, & fortius uiribus meis, puto quia
Eccl 3 & uestris. Simul ergo audiamus admonentem scripturam atque dicentem, Altiora te ne
quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris, non quia ista negata sunt nobis, cum deus
Matth.10 magister dicat, Nihil est occultum quod non reuelabitur. Sed si in quod peruenimus in eo
Philip.3 ambulamus, sicut dicit Apostolus, non solum quod nescimus, & scire debemus, sed etiam
si quid aliter sapimus, id quoque nobis deus reuelabit. Peruenimus autem in uiam fidei,
hanc perseuerãtissime teneamus, ipsa perducit ad cubiculum regis, in quo sunt omnes the-
sauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Non enim ipse dominus Iesus Christus suis illis ma-
Ioan.16 gnis & præcipue electis discipulis inuidebat, quando eis dicebat, Multa habeo uobis dice-
12 re, sed non potestis illa portare modo. Ambulandum est, proficiendum est, crescendum est,
ut sint corda nostra capacia earum rerum, quas capere modo non possumus. Quod si nos
ultimus dies proficientes inuenerit, ibi discemus quod hic non potuimus. Si quis autem
istam quæstionem liquidius & melius nouit se posse & confidit exponere, absit ut non sim
paratior discere quàm docere, tantum ne audeat quisquam liberum arbitrium sic defende-
re, ut nobis orationem qua dicimus, Ne nos inferas in tentationem, conetur auferre: rur-
sus ne quisquam neget uoluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Sed audia-
mus dominum, & præcipientem, & opitulantem, & iubentem quid facere debeamus, &
adiuuantem ut implere possimus: nam & quosdam nimia suæ uoluntatis fiducia extulit
in superbiam: & quosdam nimia suæ uoluntatis diffidentia deiecit in negligentiam.
Illi dicunt, ut quid rogamus deum ne uincamur tentatione, quod in nostra est pote-
state? Isti dicunt, ut quid conamur bene uiuere, quod in dei est potestate? O domine,
ô pater qui es in cœlis, ne nos inferas in quamlibet istarum tentationum, sed libera nos à
malo.

A malo. Audiamus dominum dicẽtem, Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Nec sic exi- Lucæ 22
stimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non egeat adiutorio: audiamus
& euangelistam dicentem, Dedit eis potestatem filios dei fieri: ne omnino existimemus in
nostra potestate non esse quod credimus, ueruntamen in utroq; illius beneficia cognosca-
mus: nam & agendæ sunt gratiæ, quia data est potestas, & orandum ne succumbat infirmi-
tas. Ipsa est fides quæ per dilectionem operatur, sicut eius mensuram dominus cuiq; parti-
tus est, ut qui gloriatur, non in seipso, sed in domino glorietur. Nõ itaq; mirum est quia nõ
poterant credere, quorum uoluntas sic superba erat, ut ignorantes dei iustitiam, suam uel-
lent constituere: sicut dicit de illis Apostolus, Iustitiæ dei non sunt subiecti. Quia enim nõ Roma.9
ex fide, sed tanquam ex operibus tumuerunt, ipso suo tumore cæcati, offenderunt in lapidẽ
offensionis. Sic autem dictum est, non poterant, ubi intelligendum est quòd nolebant, quẽ
admodum dictum est de domino deo nostro, si non credimus, ille fidelis permanet, nega-
re seipsum non potest: de omnipotente dictum est, non potest. Sicut ergo quòd dominus
negare seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinæ, ita quòd illi nõ poterant credere, cul
pa est uoluntatis humanæ. Ecce dico & ego, quòd tam superbe sapiunt, ut suæ uoluntatis
uiribus tantum existiment esse tribuendum, ut negent sibi esse necessarium diuinũ adiuto-
rium ad bene uiuendum, non possunt credere in Christum: non enim aliquid prosunt syllа
bæ nominis Christi, & sacramenta Christi, ubi restituur fidei Christi. Fides autem Christi
& sacramẽta, est credere in eum qui iustificat impium: credere in mediatorẽ, sine quo inter-
posito non reconciliamur deo: credere in saluatorẽ, qui uenit quod perierat quærere atq; sal
uare: credere in eũ qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorãs dei iustitiã qua Ioan.15
iustificat impius, suã uult cõstituere qua cõuincatur superbus, in hũc nõ potest credere: hinc
& illi nõ poterãt credere nõ quia mutari in melius homines nõ possunt, sed quãdiu talia sa
piũt, nõ possunt credere. Hinc excæcãtur & indurãtur, quia negãdo diuinũ adiutoriũ nõ ad
iuuãtur. Hoc de Iudæis qui excæcati & indurati sunt deus præsciuit, atq; in eius spiritu pro
B pheta prædixit: quod uero addidit, Et cõuertantur & sanem eos,) utrum subaudiendum
sit, non, id est, non conuertantur, connexa desuper sententia, ubi dictum est, ut non uideant
oculis & intelligant corde, quia & hic utriq; dictum est, ut non intelligant. Et ipsa enim con-
uersio de illius gratia est cui dicitur, Deus uirtutum conuerte nos. An forte & hoc de super- psal.79
næ medicinæ misericordia factum intelligendum est, ut quoniam superbæ & peruersæ uo-
luntatis erant, & suam iustitiam constituere uolebant, ad hoc desererentur, ut excæcarentur,
ad hoc excæcarentur, ut offenderent in lapidem offensionis, & impleretur facies eorũ igno-
minia, atq; ita humiliati quærerent gloriam domini, & non suam, qua inflatur superbus,
sed iustitiam dei, qua iustificatur impius. Hoc enim multis eorum profecit in bonum, qui
de suo scelere compuncti, in Christum postea crediderunt, pro quibus & ipse orauerat di-
cens, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: de qua eorum ignorantia & Apostо- Luc.23
lus dicit, Testimonium illis perhibeo quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, Rom.10
tunc etenim hoc subiunxit atq; ait, Ignorantes enim dei iustitiam, & suam uolentes consti
tuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locu-
tus est de eo.) Quid uiderit Esaias, & hoc quomodo ad dominum Christum pertineat, in
libro eius legendum & intelligendum est. Vidit enim non sicuti est, sed modo quodam si-
gnificatiuo, sicut prophetæ uisio fuerat informanda: nam uidit & Moyses, & tamen ei quẽ
uidebat dicebat, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam Exod.33
te, quia non uidebat sicuti est. Quando autem nobis hoc futurum sit, idem iste sanctus Io- 1. Ioan.3
annes euangelista in epistola sua dicit, Dilectissimi, filij dei sumus, & nondũ apparuit quid
erimus: scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Po
terat dicere, quoniã uidebimus eum, & non addere, sicuti est. Sed quia sciebat à quibusdam
patribus & prophetis uisum, sed non sicuti est: ideo cum dixisset, uidebimus eum: addidit, si
cuti est. Nemo enim uos fallat fratres, eorum qui dicunt inuisibilẽ patrẽ, & uisibilẽ filiũ. Hi
enim

enim hoc asserunt qui putant cum esse creaturam, nec intelligunt secundum quod dictum C.
Ioan.10 est, Ego & pater unum sumus, prorsus in forma dei in qua æqualis est patri, etiam filius invisibilis est. Vt aũt ab hominibus uideretur, formã serui accepit, & in similitudinẽ hominũ factus, uisibilis factus est. Obtẽdit ergo se etiã antequàm susciperet carnẽ oculis hominũ, sicut uoluit in subiecta sibi creatura, non sicuti est. Mundemus corda per fidem, ut illi ineffa-
Matth.5 bili, & (ut ita dicam) inuisibili uisioni præparemur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eũ, sed propter Pharisæos nõ confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur: dilexerũt enim gloriam hominũ magis quàm gloriam dei.) Videte quemadmodum notauerit euangelista & improbauerit quosdam, quos tamen in eum credidisse dixit, qui in hoc ingressu fidei si proficerẽt, amorem quoq; humanæ gloriæ proficiendo superarent, quam superauerat Apostolus dicens,
Gal.6 Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Ad hoc enim & ipse dominus crucem suam, ubi eum demẽtia superbæ impietatis irrisit, in eorum qui in illum crederent frontibus fixit, ubi est quodammodo sedes uerecundiæ, ut de nomine eius fides non erubescat, & magis dei gloriam quàm hominum diligat.

Ab eo quod ait Iesus, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, usq; ad id quod ait, Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatũ dedit, quid dicam & quid loquar. Tractatus LIIII.

IEsu domino nostro Iesu Christo apud Iudæos, & tanta miraculorum signa faciente, quidam crediderunt prædestinati in uitam æternam, quos etiam uocauit oues suas: quidam uero nõ crediderunt, nec poterant credere, eo quod occulto, nec tamen iniusto iudicio dei fuerant excæcati & indurati, deferente illo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Eorum autem qui crediderunt, alij usq; adeo confitebantur, ut palmarum ramis acceptis uenienti occurrerent, in eadem laudis D
confessione lætantes. Alij uero ex principibus, non audebant confiteri, ut de synagoga non
Ioan.8 ejicerentur, quos notauit euangelista dicens, quòd dilexerũt gloriam hominũ magis quàm gloriam dei. Eorum etiam qui non crediderunt, alij erant postea credituri, quos præuidebat ubi ait, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc agnoscetis quia ego sum. Alij uero in eadẽ infidelitate mansuri, quorum imitatrix est etiam ista gens Iudæorum, quæ postmodum debellata, ad testimonium prophetiæ, quæ de Christo scripta est, in toto penè orbe dispersa est. His ita se habentibus, & sua iam propinquante passione, Iesus clamauit & dixit,) unde lectio cœpit hodierna. Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et
Ioan.7 qui uidet me, uidet eum qui misit me.) Iam dixerat quodã loco, Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me: ubi intelleximus eum doctrinam suam dixisse uerbum patris quod est ipse, & hoc significasse, dicendo, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, quòd à seipso ipse non esset, sed haberet à quo esset. Deus enim de deo, filius patris: pater autẽ nõ deus de deo, sed deus pater filij. Nunc autem quod ait, Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me, quomodo intellecturi sumus, nisi quia homo apparebat hominibus, cum lateret deus? Et ne putarent hoc eum esse tantummodo quod uidebant, talem ac tantum se uolens credi, qualis & quantus est pater, Qui credit in me, inquit, non credit in me, id est in hoc quod uidet, sed in eum qui misit me, id est, in patrem. Sed qui credit in patrem, necesse est eum credat esse patrem: qui autem credit eum patrem, necesse est ut credat eũ habere filium: ac per hoc qui credit in patrem, necesse est ut credat in filium. Sed ne quisquam hoc credat de unigenito filio, quod de his qui dicti sunt filij dei secundum gratiam, non naturam: sicut ait euangelista, Dedit eis potestatem filios dei fieri: unde & illud est quod domi
Psal.81 nus commemorauit in lege dictum, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Propterea dixit, Qui credit in me, non credit in me, ne totum quod de Christo creditur, secundum hominẽ crederetur. Ille ergo, inquit, credit in me, qui non credit in me secundum id quod me uidet, sed in

A sed in eum qui me misit, ut cum credit in patrem, credat eum habere filium sibi æqualem, & tunc uere credat in me: nam si putauerit eum non habere nisi filios secundum gratiam, qui sunt eius utiq; creatura, non uerbum, sed facta per uerbum, nec habere filium æqualem sibi atq; coæternum, semper natum, pariter incõmutabilem, ex nullo dissimilem atq; imparem, non credit in patrem qui eum misit, quia non est hic pater qui eum misit. Et ideo cũ dixisset, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, ne putaretur sic uoluisse patrem intelligi, tanq; patrem multorum filiorum per gratiam regeneratorũ, non unici uerbi æqualis sibi, cõtinuo subiecit: Et qui uidet me, uidet eum qui misit me.) Nunquid ait, qui uidet me, nõ uidet me, sed eũ qui misit me, sicut dixerat, qui credit in me, non credit in me, sed in eũ q misit me? Illud nãq; dixit, ne sicut uidebat, crederetur tantũmodo filius hominis: hoc aũt dixit, ut patri crederetur æqualis: Qui credit in me, inquit, non credit in hoc quod uidet me, sed credit in eum qui misit me: aut cum credit in patrem qui sibi æqualẽ genuit me, non quomodo me uidet, sed sic credat in me, quomodo in eum qui misit me, usq; adeo enim nihil distat inter eum & me, ut qui me uidet, uideat eũ qui me misit. Apostolos suos certe ipse dominus Christus misit, quod eorum etiam nomen indicat: nam sicut Græce angeli, Latine nuncij uocantur, ita Græce apostoli, Latine missi appellantur: nunq; tamen aliquis apostolorum dicere auderet, qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me: omnino enim non diceret, qui credit in me, credimus enim apostolo, sed non credimus in apostolum: non enim apostolus iustificat impium. Credenti enim in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iusticiam. Posset dicere Apostolus: qui recipit me, recipit eum qui me misit, uel Matth.10
qui audit me, audit eum qui me misit: hoc enim eis ipse dominus ait, qui uos recipit, me recipit, & qui recipit me, recipit eum qui me misit: quia dominus honoratur in seruo, & pater in filio, sed pater tanq; in filio, dominus tanq; in seruo: filius autem unigenitus recte dicere potuit, credite in deum, & in me credite: & quod nunc ait, qui credit in me, nõ credit in me, sed
B in eum qui misit me, non à se abstulit fidem credẽtis, sed noluit in forma serui remanere credentem, quoniam cum quisq; credit in patrem qui eum misit, profecto credit in filium, sine quo patrem non esse cognoscit, & ita credit ut credat æqualem, quoniam sequitur, & qui uidet me, uidet eum qui me misit. Attende cætera. Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.) Dixit quodam loco discipulis suis: Vos estis lux mũ Matth.5
di. Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificẽt patrem uestrum qui in cœlis est: non tamen eis dixit, uos lux uenistis in mundum, ut omnis qui credit in uos, in tenebris non maneat, nusq; hoc legi posse confirmo. Lumina ergo sunt omnes Lumina sunt omnes sancti.
sancti, sed credendo ab eo illuminantur, à quo si recesserint, tenebrabuntur, à se recedere nõ potest, quia incõmutabile omnino est. Credimus ergo lumini illuminato, sicut prophetæ, sicut apostolo, sed ideo illi credimus, ut nõ in ipsum credamus quod illuminatur, sed cum illo credamus in illud lumen à quo illuminatur, ut & nos illuminemur, non ab illo, sed cum illo à quo ille. Cum autem dicit, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse: sed ne in eis tenebris maneant in quibus inuenti sunt, debent credere in lucem quæ uenit in hunc mundum, quia per illam factus est mundus. Et si quis audierit, inquit, uerba mea & custodierit, ego non iudico eum.) Mementote quæ uos audisse in superioribus lectionibus noui, & qui obliti forte estis, recolite, & qui non affuistis, sed adestis, audite quomodo dicit filius: Ego non iudico eum, cum dicat alio loco: Pater nõ Ioan.5
iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio, nisi quia intelligendum est, modo non iudico eum. Quare non iudicat modo? Attende quid sequitur: Non enim ueni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum:) id est, ut saluum faciam mundum: nunc ergo est tempus misericordiæ: postea erit iudicij, quia misericordiam, inquit, & iudicium cantabo Psal.100
tibi domine: sed de ipso etiam futuro nouissimo iudicio uidete quid dicat. Qui spernit me

& nō accipit uerba mea,habet qui iudicet eum:sermo quem locutus sum,ille iudicabit eum C
in nouissimo die.) Non ait,qui spernit me,& non accipit uerba mea,ego non iudico eū in
nouissimo die.Hoc enim si dixisset,non uideo quomodo posset non esse contrarium illi sen
tentiæ ubi ait:pater nō iudicat quenq̄,sed omne iudicium dedit filio:cū uero dixit,qui sper
nit me,& non accipit uerba mea,habet qui iudicet eum:expectantibus autem quisnam ille
esset,secutus adiunxit:sermo quem locutus sum,ille iudicabit eum in nouissimo die,satis ma
nifestauit seipsum iudicaturum in nouissimo die:seipsum quippe locutus est,seipsum annū
ciauit,seipsum ianuam posuit, qua ipse ad oues pastor intraret.Aliter itaq̄ iudicabuntur q
Rom.2 non audierunt,aliter qui audierūt & contēpserunt.Qui enim sine lege peccauerunt,ait Apo
stolus,sine lege & peribunt,& qui in lege peccauerunt, per legem iudicabūtur: Quia ego,
inquit,ex meipso nō sum locutus.) Ideo se dicit nō locutū ex seipso,quia non est ex seipso.
Iam hoc sæpe diximus,iam hoc tanq̄ notissimum non docere,sed admonere debemus:

Sed qui misit me pater,ipse mihi mandatum dedit,quid dicam,& quid loquar.) Non la
boraremus,si cum eis nos loqui sciremus,cum quibus superiora locuti sumus,& cum eisipsis
non omnibus,sed qui audierūt memoria retinētibus:nūc uero quia fortasse aliqui assunt,q
non audierunt,eisq̄ sunt similes qui obliti sunt quod audierunt,ꝓpter illos perferant mo
ras nostras qui audita meminerunt:quomodo dat mandatum pater unico filio? Quo uer
bo loquitur uerbo,cum sit ipse filius unigenitus uerbum? Nunquid per angelum,cum per
ipsum creati sunt angeli? Nunquid per nubem,quæ quando sonuit ad filium, non propter
ipsum sonuit,quod alibi dicit etiāipse,sed ꝓpter alios quos oportebat ita audire? Nunquid
per sonum labiꝰ emissum,qui non habet corpus? An aliquo locorum interuallo filius à pa
tre separatur,ut sit inter illos aër medius,quo percusso uox fiat & ad aurem ueniat? Absit ut
talia de illa incorporea & ineffabili substantia suspicemur:filius unicus, est uerbum patris,
& sapientia patris,in illa sunt omnia mandata patris:neq̄ enim patris mandatum filius ali
quando nesciebat,ut eum necesse esset ex tempore habere quod antea nō habebat:Ita em̄ D
à patre quod habet accepit,ut nascēdo acceperit,dederitq̄ illi gignendo:nam & uita est, &
accepit uitam utiq̄ nascendo,non prius sine uita existēdo,quia & pater habet uitā,& quod
habet est,nec accepit tamen,quia non ex aliquo est:filius autem accepit uitam dante patre
à quo est,& ipse quod habet est:habet enim uitam,& uita est:Ipsum audi loquentem:sicut
habet,inquit,pater uitam in semetipso,sic dedit & filio uitam habere in semetipso: nūquid
existenti,& non habenti dedit? Sed eo dedit quo genuit qui uitam genuit,& uita genuit ui
tam,& quia parem genuit,non imparem genuit uitam,ideo dictum est:sicut habet ipse ui
tam in semetipso,sic dedit & filio uitā habere in semetipso:uitā dedit,quia gignendo uitam,
quid dedit nisi esse uitam? Et quia æterna est ipsa natiuitas,nunq̄ non fuit filius qui est ui
ta,nunq̄ non fuit filius sine uita:& sicut est natiuitas æterna,sic est qui natus est uita æter
na.Ita & mandatū nō quod filius non habebat pater dedit,sed,sicut dixi,in sapientia patris
quod est uerbum patris,omnia mandata sunt patris. Dicitur autem mandatum datum,
quia nō est à seipso cui dicitur datum:& hoc est dare filio,sine quo nūquam filius fuit,quod
est gignere filium qui nunq̄ non fuit.Sequitur autem: Et scio quia mandatum eius uita
æterna est.) Si ergo uita æterna est ipse filius,& uita æterna est mandatū patris,quid aliud
dictum est,quàm ego sum mandatum patris? Proinde & id quod adiungit & dicit: Quæ
ego loquor,sicut dixit mihi pater sic loquor:) non accipiamus,dixit mihi,quasi pater uerba
locutus sit unico uerbo,aut egeat dei uerbis dei uerbum.Dixit ergo pater filio,sicut dedit ui
tam filio,non quòd nesciebat uel non habebat,sed quo ipse filius erat. Quid est autem, si
cut dixit mihi pater sic loquor,nisi uerbum loquor? Ita ille dixit ut uerax,ita iste loquitur ut
ueritas. Verax autem genuit ueritatem:quid ergo iam diceret ueritati? Non enim imperfe
cta erat ueritas,cui uerum aliquid adderetur. Dixit ergo ueritati,quia genuit ueritatem.Por
rò ipsa ueritas sic loquitur,ut ei dictum est,sed intelligentibus quos docet ut nata est. Vt au
tem crederent homines quod intelligere nondum ualent,ex ore carnis uerba sonuerunt &

abierunt

A abierunt:transuolantes soni strepuerunt,peractis morulis temporum suorum:sed res ipsæ
quarum signa sunt soni,traiectæ quodammodo in eorum memoriam qui audierūt, etiam
ad nos per litteras quæ uisibilia signa sunt, peruenerunt:non sic loquitur ueritas,intelligenti
bus mentibus intus loquitur,sine sono instruit,intelligibili luce perfundit:qui ergo potest in
ea credere natiuitatis eius æternitatem,ipse illam sic audit loquentē,sicut ei dixit pater quod
loqueretur.Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis suæ,sed credendo ca
pimus,ambulando crescimus,proficiendo ambulamus ut peruenire possimus.

Ab eo quod ait:Ante diē festū paschæ,sciens Iesus quia uenit hora eius,usq̄
ad id quod ait:Venit ergo ad Simonem Petrum: Tractatus LV.

CAP. XIII

QOENA domini secundum Ioannem adiuuante ipso debitis est explicanda tra
ctatibus,& ut nobis posse donauerit,explananda. Ante diem autem festum
paschæ,sciens Iesus quia uenit hora eius,ut transeat ex hoc mundo ad patrem,
cum dilexisset suos qui erant in mundo,in finē dilexit eos.) Pascha autem fra
tres,non sicut quidam existimant,Græcum nomen est,sed Hebræum.Opportunissime ta
men occurrit in hoc nomine quædam congruentia utrarūq̄ linguarū:quia enim pati Græ
ce πάσχειν dicitur,ideo pascha passio putata est,uelut hoc nomen à passione sic appellatum
est:in sua uero lingua,hoc est in Hebræa,pascha transitus dicitur,propterea quia tūc primū pascha quare dicatur
pascha celebrauit populus dei,quando ex Ægypto fugientes,rubrum mare transierūt:nūc
ergo figura illa prophetica in ueritate completa est,cum sicut ouis ad immolandum ducitur Esaiæ.53
Christus,cuius sanguine illitis postibus nostris,id est,cuius signo crucis signatis frōtibus no Exod.12
stris,à perditione huius seculi tanq̄ à captiuitate uel interemptione Ægyptia liberamur,&
agimus saluberrimum transitum,cum à diabolo transimus ad Christum,& ab isto instabili Transitus Christianorum.
li seculo ad eius fundatissimum regnum:ideo quippe ad deum permanentem transimus,ne
cum mundo transeunte transeamus:de hac nobis collata gratia deum laudans Apostolus
B dicit:Qui eruit nos de potestate tenebrarum,& transtulit in regnum filij claritatis suæ. Hoc Col.1
itaq̄ nomen,id est,pascha,quod Latine ut dixi transitus nuncupatur,uelut interpretans no
bis beatus euangelista:Ante diem,inquit,festum paschæ sciens Iesus quia uenit hora eius
ut transeat ex hoc mundo ad patrem:ecce pascha,ecce transitus. Vnde & quò? De hoc scili
cet mundo ad patrem.Spes membris in capite data est,q̄ essent illo transeunte sine dubio
secutura:quid ergo infideles,& ab hoc capite atq̄ ab eius corpore alieni? Nōne & ipsi tran
seunt,quia non permanent? Transeunt planè & ipsi:sed aliud est trāsire de mūdo, aliud est
transire cū mundo:aliud ad patrē,aliud ad hostem:nam & Ægyptij transierūt,nō enim per
sequendo manserunt,non tamen transierunt per mare ad regnum,sed in mari ad interitū.
Sciens ergo Iesus quia uenit hora eius,ut transiret ex hoc mundo ad patrem: Cum dile
xisset suos qui erant in mundo,in finem dilexit eos.) Vtiq̄ ut & ipsi de hoc mundo ubi
erant,ad suum caput quod hinc transisset,eius dilectione transirent:quid est enim,in finem,
nisi in Christum? Finis enim legis Christus,ait Apostolus,ad iusticiam omni credenti:finis Rom.10
perficiens,non interficiens:finis quousq̄ eamus,non ubi pereamus.Sic omnino intelligen 1.Cor.5
dum est,pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse est finis noster,in illum est transitus
noster:nam uideo posse ista uerba euangelica quodam humano modo etiam sic accipi,tan
q̄ usq̄ ad mortem Christus dilexerit suos,ut hoc uideatur esse,in finem dilexit eos.Huma
na est hæc sententia,nō diuina:neq̄ enim nos hucusq̄ ille dilexit,qui semꝑ & sine fine nos di
ligit,absit ut dilectionem morte finierit,qui non est in morte finitus. Etiam post mortem Luc.16
quinq̄ fratres suos dilexit diues ille superbus atq̄ impius,& usq̄ ad mortem nos dilexisse
putandus est Christus? Absit charissimi,nequaquam ille nos diligendo usq̄ ad mortem ue
niret,si dilectionem nostram morte finiret,nisi forte ita sit diligendum,in finem dilexit eos,
usq̄ ad mortem dilexit eos,quia tantum dilexit,ut moreretur pro eis.Hoc enim testatus est
dicens:Maiorem hac charitatem nemo habet,quàm ut animam suam ponat quis pro ami Ioan.15
cis suis.Ita sanè non prohibemus intelligi,in finem dilexit, usq̄ ad mortem dilexit,id est,

uſq; ad mortē illū dilectio ipſa perduxit. Et cœna,inquit,facta,cum diabolus iam miſiſſet C
in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes,ſciens quia omnia dedit ei pater in manus,
& quia à deo exijt,& ad deum uadit,ſurgit à cœna,& ponit ueſtimenta ſua.Et cum accepiſ
ſet linteum, præcinxit ſe:deinde mittit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes diſcipulo
rum,& extergere linteo quo erat præcinctus.) Non ita debemus intelligere cœnam factā
ueluti iam conſummatam atq; tranſactam: adhuc enim cœnabatur cum dominus ſurrexit
& pedes lauit diſcipulis ſuis:nam poſtea recubuit,& buccellam ſuo traditori poſtea dedit,
utique cœna nondum finita;hoc eſt, dum adhuc panis eſſet in menſa.Cœna ergo facta,di
ctum eſt,iam parata,& ad conuiuantium menſam uſumq; perducta:quod autē ait: Cū
diabolus iam miſiſſet in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes:) ſi quæris quid miſ
ſum ſit in cor Iudæ,hoc utiq;,ut traderet eum.Miſſio iſta ſpiritalis ſuggeſtio eſt,non fit per
aurem,ſed per cogitationem,ac per hoc non corporaliter,ſed ſpiritaliter:neq; enim ſpiritale
Eph.6 quod dicitur,ſemper in laude accipiendum eſt:nouit Apoſtolus quædam ſpiritalia nequi
tiæ in cœleſtibus,aduerſus quæ nobis colluctationem eſſe teſtatur:non autem eſſent mali
gna etiam ſpiritalia,ſi non eſſent etiam maligni ſpiritus.A ſpiritu enim ſpiritalia nominan
tur:ſed quomodo iſta fiant ut diabolicæ ſuggeſtiones immittantur,& humanis cogitationi
bus miſceantur,ut eas tanq; ſuas deputet homo,unde ſcit homo? Nec dubitādum eſt etiā
bonas ſuggeſtiones à bono ſpiritu ita latēter ac ſpiritaliter fieri:ſed intereſt quibus nam ea
rum mens humana conſentiat,diuino auxilio uel deſerta per meritum,uel adiuta per gra
tiam.Factū ergo iam fuerat in corde Iudæ per immiſſionē diabolicam,ut traderet diſcipu
lus magiſtrum,ſed quem non didicerat deum:iam talis uenerat ad conuiuium explorator
paſtoris,inſidiator ſaluatoris,uenditor redemptoris,iam talis uenerat & uidebatur,& tole
rabatur,& ſe ignorari arbitrabatur, quia in eo quem uolebat fallere, fallebatur: at ille
iſto in ipſo corde intus inſpecto neſciente ſcienter utebatur. Sciens quia omnia dedit
ei pater in manus.) Ergo & ipſum traditorem:nam ſi eum in manibus non haberet, non D
utique illo uteretur ut uellet. Proinde iam traditor traditus erat ei quem tradere cupie
bat,atq; ita malum tradendo faciebat,ut de illo tradito bonum fieret quod neſciebat:ſcie
bat enim dominus quid faceret pro amicis,qui patienter utebatur inimicis:ac ſic omnia de
derat pater in manus eius,& in uſum mala,& in effectum bona. Sciens etiam quia à deo
exijt & ad deum uadit.) Nec deum cum inde exiret,nec nos deſerens cum rediret. Hæc er
go ſciens: Surgit à cœna,& ponit ueſtimenta ſua,& cum accepiſſet linteum,præcinxit ſe:
deinde miſit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes diſcipulorum,& extergere linteo quo
erat præcinctus.) Debemus chariſſimi ſenſum euangeliſtæ diligenter atttendere,locutu
rus quippe de tanta domini humilitate,prius celſitudinem uoluit cōmendare.Ad hoc perti
net quod ait,ſciens quia omnia dedit ei pater in manus,& quia à deo exijt,& ad deum ua
dit.Cū illi ergo omnia pater dediſſet in manus,ille diſcipulorum non manus,ſed pedes la
uit:& cum ſe ſciret à deo exiſſe,& ad deum pergere,non domini dei,ſed hominis ſerui im
pleuit officium.Ad hoc autem pertinet quod etiam de traditore ipſius,quia iam talis uene
rat,qui nec ab illo ignorabatur,proloqui uoluit,ut hoc quoq; ad maximum cumulum hu
militatis accederet,quòd etiam illi non dedignatus eſt pedes lauare,cuius manus iam præ
uidebat in ſcelere. Quid autē mirum ſi ſurrexit à cœna,& poſuit ueſtimēta ſua,qui cum in
Phil.2 forma dei eſſet,ſemetipſum exinaniuit? Et quid mirum ſi præcinxit ſe linteo, qui formam
ſerui accipiens habitu inuentus eſt ut homo? Quid mirum ſi miſit aquam in peluim unde
lauaret pedes diſcipulorum,qui in terram ſanguinem fudit,quo immundiciam dilueret pec
catorum? Quid mirū ſi linteo quo erat præcinctus,pedes quos lauerat terſit,qui carne qua
erat indutus,euangeliſtarū ueſtigia confirmauit? Et linteo quidē ut ſe præcingeret, poſuit
ueſtimenta ſua quæ habebat. Vt autem formam ſerui acciperet quando ſemetipſum exina
niuit,non quod habebat depoſuit,ſed quod non habebat accepit.Crucifigēdus ſanè ſuis ex
poliatus eſt ueſtimentis,& mortuus inuolutus eſt linteis,& tota illa eius paſſio,noſtra pur

gatio

A gatio eſt.Paſſurus igitur exitia,præmiſit obſequia non ſolum eis pro quibus erat ſubiturus
mortem,ſed etiam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem.Tanta eſt quippe humanæ
humilitatis utilitas,ut eam ſuo cōmendaret exemplo etiam diuina ſublimitas,quia homo
ſuperbus in æternum periret, niſi illum deus humilis inueniret: uenit enim filius hominis
quærere & ſaluum facere quod perierat. Perierat autē ſuperbiam deceptoris ſecutus, ergo
humilitatem redemptoris ſequatur inuentus.

Ab eo quod ait: Venit ergo ad Simonem Petrum,& dicit ei Petrus:Domine
tu lauas mihi pedes? uſq; ad id quod ait:Qui lotus eſt,non indiget niſi ut pedes
lauet,ſed eſt mundus totus: Tractatus LVI

V. M lauaret pedes diſcipulorum dominus: Venit ad Simonem Petrum,& di
cit ei Petrus:domine,tu mihi lauas pedes?) Quis enim non expaueſceret laua
ri ſibi pedes à dei filio? Quamuis itaq; magnæ fuiſſet audaciæ contradicere ſer
uum domino,hominem deo,tamen hoc Petrus facere maluit,quàm perpeti ut
ſibi pedes lauarentur à domino & deo.Nec putare debemus hoc Petrum inter cæteros for
midaſſe atq; recuſaſſe,cum id alij ante ipſum libēter uel æquanimiter ſibi fieri permiſiſſent:
facilius quippe ſic accipiuntur iſta uerba euangelij,quia cum dictum eſſet:Cœpit lauare pe
des diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus:deinde ſubiunctum eſt: uenit er
go ad Simonem Petrum,quaſi aliquibus iam lauiſſet,& poſt eos ueniſſet ad primum:quis
enim neſciat primum apoſtolorum eſſe beatiſſimum Petrum? Sed non ita intelligendum
eſt,q; poſt aliquos ad illum uenerit,ſed quòd ab illo cœperit:quando ergo pedes diſcipulo
rum lauare cœpit,uenit ad eū à quo cœpit,id eſt, ad Petrū.Et tunc Petrus,quod etiam qui
libet corū expauiſſet,expauit atq; ait:Domine,tu mihi lauas pedes? Tu mihi:quid eſt, tu?
Quid eſt,mihi? Cogitanda ſunt potius q̄ dicenda,ne forte quod ex his uerbis aliquatenus
dignum concipit anima,non explicet lingua. Sed reſpondit Ieſus & dixit ei:quod ego fa
B cio,tu neſcis modo,ſcies autem poſtea.) Nec tamē ille dominici facti altitudine exterritus,
permittit fieri,quod cur fieret ignorabat:ſed uſq; ad ſuos pedes humilem Chriſtum adhuc
non uult uidere,non poteſt ſuſtinere. Non lauabis mihi,inquit,pedes in æternum.) Quid
eſt,in æternum? Nunq̄ hoc feram,nunquam patiar,nunq̄ ſinam:hoc quippe in æternum
non fit,quod nunq̄ fit. Tum ſaluator ægrum reluctantem de ipſius ſalutis periculo exter
rens. Si non lauero te,inquit,nō habebis partem mecum.) Ita dictum eſt,ſi nō lauero te,
cum de ſolis pedibus ageretur,quomodo dici aſſolet,calcas me,quando ſola planta calcaſ.
At ille amore & timore perturbatus,& plus expaueſcens Chriſtum ſibi negari, quàm uſq;
ad ſuos pedes humiliari. Domine ait,non tantum pedes meos, ſed & manus & ca
put.) Quandoquidem ſic minaris,lauanda tibi membra mea,non ſolum tibi ima non ſub
traho,uerumetiam prima ſubſterno. Ne mihi neges capiendam tecum partem,nullam tibi
nego abluendam mei corporis partem. Dicit ei Ieſus:qui lotus eſt,non habet opus niſi
pedes lauare,ſed eſt mundus totus.) Hic moueatur fortaſſis quis & dicat:Immo ſi mun
dus eſt totus,quid ei opus eſt uel pedes lauare? Dominus autē nouerat quod dicebat,etiā ſi
noſtra infirmitas eius ſecreta non penetrat:uerūtamen quantum nos erudire,& ex lege ſua
docere dignatur,pro captu meo,pro modulo meo,aliquid etiam ego de huius quæſtionis
profunditate illo adiuuante reſpondeam,ac primum ipſam locutionem non ſibi eſſe con
trariam facillime oſtendam;quis enim non ita rectiſſime loqui poſſit,mundus es totus præ
ter pedes? Elegantius autem loquitur ſi dicit,mūdus es totus niſi pedes,quod tantundē ua
let.Hoc ergo ait dominus:Non habet opus niſi pedes lauare,ſed eſt mundus totus. Totus
utiq; præter pedes,uel niſi pedes quos habet opus lauare:ſed quid eſt hoc? Quid ſibi uult,
quid hic neceſſarium eſt,ut quæramus,Dominus dicit,ueritas loquitur,quòd opus habeat
pedes lauare etiā ille qui lotus eſt.Quid fratres mei,quid putatis,niſi quia homo in ſancto
quidem baptiſmo totus abluitur,non præter pedes,ſed totus omnino:uerūtamen cum in
rebus humanis poſtea uiuitur,utiq; terra calcatur,ipſi igitur humani affectus, ſine quibus

in hac mortalitate non uiuitur,quasi pedes sunt,ubi ex humanis rebus afficimur,& sic affi- C
1.Ioan.1 cimur, ut si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in
Rom.8 nobis nō est: Quotidie igit̃ pedes lauat nobis,qui interpellat ꝓ nobis:& quotidie nos opus
habere ut pedes lauemus,id est,uias spiritalium gressuum dirigamus,in ipsa oratione do-
Matth.6 minica confitemur cum dicimus:Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debi
toribus nostris:si enim confiteamur, sicut scriptum est,peccata nostra,profecto ille qui lauit
pedes discipulorum suorum,fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata nostra, & mun
det nos ab omni peccato,id est,usq; ad pedes quibus conuersamur in terra. Proinde eccle
sia quam mundat Christus lauacro aquæ in uerbo,non solum in illis est sine macula & ru
ga,qui post lauacrum regenerationis continuo ex huius uitæ contagione tolluntur,nec cal
cant terram ut opus habeant pedes lauare:uerumetiam in his quibus istam misericordiam
præbens dominus,fecit eos de seculo isto lotis etiam pedibus emigrare.In his autē qui hic
demorantur,etiam si munda sit,quoniam iuste uiuunt,opus tamen habent pedes lauare,
Cant.5 quoniam sine peccato utiq; non sunt.Propter hoc dicit in canticocanticorū: Laui pedes me
os,quomodo inquinabo illos? Dicitur enim hoc cum cogitur ad Christum uenire, & terrā
calcare conuenit.Alia quæstio rursus exoritur:nónne Christus sursum est? nōne ascendit in
Col.3 cœlum,& sedet ad dexteram patris? nónne Apostolus ad nos clamat & dicit:Si ergo resur
rexistis cum Christo,quæ sursum sunt quærite,ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ
sursum sunt sapite,non quæ super terram? Quomodo ergo ut ad Christum eamus,terram
calcare compellimur,cum potius nobis sursum cor habendum sit ad dn̄m,ut cū illo esse pos
simus? Videtis fratres hodierni temporis angustias istam coartare quæstionē. Quod & si
uos forte minus uidetis,ego utcūq; uideo quantæ disputationis indigeat:unde peto ut eā
potius suspēdi,cp̃ uel negligentius uel angustius pertractari,nō fraudata sed dilata expecta
tione patiamini. Aderit enim dn̄s qui nos debitores facit,ut faciat etiam redditores.

De eadem lectione: Tractatus LVII. D

NON immemor mei debiti,& iam reddendi tempus agnosco.Donet unde red-
Rom.13 dam,qui donauit ut debeam:donauit enim dilectionē,de qua dictum est:Ne-
mini quicq̃ debeatis,nisi ut inuicem diligatis.Donet etiam sermonem quem ui
deo me debere dilectis:expectationem uestram ad hoc nempe distuleram,ut
explicarem sicut possem,quemadmodum etiam per terram ueniatur ad Christum,cum po
tius iubeamur quæ sursum sunt quærere,nō quæ super terrā.Sursum enim Christus est se
dens ad dexteram patris:sed profecto & hic est propter quod & Saulo in terra sæuienti di-
Act.9 cit:Saule Saule,quid me persequeris? Vt autem hoc quærendum suscideremus, id tracta-
batur quòd pedes dominus discipulis lauit,cum iam ipsi discipuli loti essent,nec opus habe
rent nisi pedes lauare,ubi uisum est intelligendum, quòd baptismo quidem homo totus
abluitur,sed dum isto postea uiuit in seculo,humanis affectibus terram uelut pedibus cal
cans,ipsa scilicet conuersatione uitæ huius contrahit unde dicat:Dimitte nobis debita no
stra: ac sic etiam inde mundatur ab eo qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit inter
pellare pro nobis.Hinc occurrunt ex canticocanticorum ecclesiæ uerba dicentis:Laui pedes
meos,quomodo inquinabo eos? Cum uellet ire & aperire ei qui uenerat ad eam,& pulsaue
rat,sibiq; aperiri popposcerat,ille speciosus forma præ filijs hominum.Hinc quæstio nata est
quam coartare noluimus angustijs temporis,ideoq; distulimus,quo nam modo ecclesia ti
meat inquinare pedes,dum pergit ad Christum,quos baptismate lauerat Christi,sic enim
ait:Ego dormio,& cor meū uigilat,uox fratruelis mei pulsat ad ianuā:deinde dicit etiā ipse:
Aperi mihi soror mea,ꝓxima mea,columba mea,ꝓfecta mea,quia caput meū repletum est
rore,& crines mei guttis noctis:& respōdit illa:Exui me tunica mea, quomodo induar ea?
Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? O admirabile sacramentum,ô grande myste
riū.Ergo ne timet inquinare pedes ueniendo ad eū qui lauit suorū discipulorum pedes? Ti
met certe quia per terram uenit ad eū qui etiam in terra est,quia suos hic constitutos nō de-

serit:an

A serit:an non ipse ait:Ecce ego uobiscum sum usq; ad cōsummationē seculi? an nō ipse ait: Vi
debitis cœlos apertos,& angelos dei ascendētes & descendētes ad filium hominis? Si ascen
dunt ad eū ꝓpterea quia sursum est,quomodo ad eū descendunt si etiam non hic est? Dicit
ergo ecclesia: Laui pedes meos,quomodo inquinabo eos? In eis hoc dicit qui prædicāt Chri
stum,& aperiunt illi ostiū,ut habitet per fidem in cordibus hominū.In his hoc dicit cū deli
berant,utrū ministeriū tale suscipiant,cui se minus idoneos existimant,ut sine culpa imple
ant,ne forte alijs prædicantes,ipsi reprobi fiant. Tutius enim ueritas auditur cp̃ prædicat,
quoniam cū auditur,humilitas custoditur,cū autem prædicat,uix nō surrepit cuiuis homi
num quantulacūq; iactantia,in qua utiq; inquinent pedes. Ergo ut apostolus Iacobus di-
xit:Sit omnis homo uelox ad audiendū,tardus aūt ad loquendū:dicit & alius homo dei: Iacob.1
Auditui meo dabis gaudiū & læticiā,& exultabunt ossa humiliata,hoc est quod dixi: Cū Psal.50
ueritas auditur,humilitas custoditur:dicit & alius:Amicus aūt sponsi stat & audit eū,& gau Ioan.3
dio gaudet ꝓpter uocē sponsi.Fruamur auditu,sine strepitu nobis loquente intrinsecus ueri
tate,cp̃cp̃ etiā cū foris sonat per legentē,per annūciantem,per prædicantē,per disputantem,per præcipientem,per consolantē,per exhortantē,per ipsum etiā cantantē atq; psallentem:ipsi qui hæc agūt,inquinare pedes suos timeant,cum placere hominibus surrepente
amore humanæ laudis affectant. Cæterum qui eos audit libenter & pie,nō habet locum ia
ctandi se in laboribus alienis,& non inflatis ossibus humiliatis,gaudio gaudet propter uo
cem dominicæ ueritatis.Proinde in eis qui libenter & humiliter audire nouerunt, & uitam
quietam in studijs dulcibus & salubribus agunt, catholica delitietur ecclesia & dicat: Ego Cant.5
dormio,& cor meum uigilat.Quid est,ego dormio,& cor meum uigilat,nisi ita quiesco ut
audiam? Ocium meum non impenditur nutriendæ desidiæ,sed percipiendæ sapientiæ:Ego
dormio,& cor meum uigilat,uaco & uideo,quoniam tu es dominus,quia sapientiam scri
bo in tempore ocij,& qui minoratur actu,ipse percipiet eam.Ego dormio,& cor meum ui
B gilat:ego requiesco à negocijs actibus,& animus meus diuinis se intendit affectibus: sed
in his qui isto modo suauiter & humiliter requiescunt, dum ociose, oblectatur ecclesia, ecce
pulsat ille qui ait:Quæ dico uobis in tenebris,dicite in lumine,& quod in aure auditis, præ- Matth.10
dicate super tecta. Vox ergo eius pulsat ad ianuam,& dicit:Aperi mihi soror mea,proxima Cant.5
mea,columba mea,perfecta mea,quia caput meum repletum est rore,& crines mei guttis
noctis:uelut si diceret,tu uacas,& contra me ostium clausum est,tu studes ocio paucorum,
& abundante iniquitate refrigescit charitas multorum:nox quippe iniquitas est, ros uero
eius & guttæ,hi sunt qui frigescunt & cadunt,& faciunt refrigescere caput Christi,hoc est,ut
non ametur deus,caput enim Christi deus:sed portantur in crinibus,id est,in sacramentis
uisibilibus tolerantur,cum nequaq̃ interiora sensus attingunt.Pulsat ergo ut excutiat quie
tem sanctis ociosis,& clamat:Aperi mihi de sanguine meo soror mea, de accessu meo,ꝓ
xima mea, de spiritu meo columba mea,de sermone meo quem plenius ex ocio didicisti ꝓ
fecta mea,aperi mihi,prædica me:ad eos quippe qui clauserunt contra me, quomodo in-
trabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine prædicante? Hinc fit ut etiam hi qui a- Rom.10
mant ocium studiorum bonorum,& nolunt perpeti laboriosarum molestias actionum,co
quòd minus idoneos ad hæc ministranda,& sine reprehensione agenda se sentiunt,mallent,
si fieri posset,sanctos apostolos & prædicatores ueritatis antiquos excitari aduersus abun
dantiam iniquitatis,quia feruor friguit charitatis:sed in eis qui iam de corpore exierunt, &
carnis indumento expoliati sunt,neq; enim ab ea separati sunt, respondeat ecclesia, Exui
me tunica mea,quomodo induar ea? Recipietur quidem illa tunica,& in eis qui iam exuti
sunt,rursus uestietur carne ecclesia,non tamen nunc quando feruefaciendi sunt frigidi, sed
tunc quando resurrecturi sunt mortui.Passa ergo difficultatē ꝓpter inopiam prædicatorū,
& recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus,
ingemit & dicit ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Membra illa mea
quæ Christo aperire euangelizando excellentissime potuerunt,quomodo ad corpora qui

bus exuta ſunt,redire nunc poſſunt? Deinde reſpiciens ad eos qui prædicare,& populos ac C
quirere ac regere,ac ſic Chriſto aperire utcunq; poſſunt,ſed in his difficultatibus actionum
Ioan.3 peccare metuũt: Laui,inquit,pedes meos,quomodo inqnabo illos? Quiſq; em̃ in uerbo nõ
offendit,hic perfectus eſt uir. Et quis eſt perfectus? Quis eſt qui non offendit in tanta abun
dantia iniqtatis,tanto frigore charitatis? Laui pedes meos,quomodo inquinabo eos? Quã
doquidem lego & audio: nolite multi magiſtri fieri fratres,quoniam maius iudicium ſumi
tis? In multis enim offendimus om̃es. Laui pedes meos,quomodo inquinabo eos? Sed ec
Matth.6 ce ſurgo & aperio,Chriſte laua eos: dimitte nobis debita noſtra,quoniam nõ eſt extincta
charitas noſtra,quia & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quando te audimus, exultant
Pſal.50 tecum in cœleſtibus oſſa humiliata. Sed quando te prædicamus,terrã calcamus ut tibi ape
riamus: & ideo ſi reprehendimur,perturbamur: ſi laudamur,inflamur. Laua pedes noſtros
ante mundatos,ſed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus inquinatos. Hæc uobis
hodie ſatis ſint dilectiſſimi: ſi quid ſecus q̃ oportuit dicentes fortaſſis offendimus,uel laudi
bus ueſtris immoderatius q̃ oportuit eleuati ſumus,impetrate mundationem pedibus no
ſtris,deo placentibus orationibus ueſtris.

Ab eo quod dicit: Et uos mũdi eſtis,ſed nõ om̃es,uſq; ad id quod ait: Exẽplũ
dedi uobis,ut quẽadmodũ ego feci uobis,ita & uos faciatis: Tract. LVIII

IAM illa uerba ſancti euãgelij,ubi dominus lauans pedes diſcipulis ſuis, ait: Qui
lotus eſt ſemel,non habet neceſſitatem niſi pedes lauare,ſed eſt mundus totus,
dilectioni ueſtræ ut dñs donare dignatus eſt expoſuimus,nũc quod ſequitur ui
deamus. Et uos,inquit,mundi eſtis,ſed non omnes.) Hoc quid ſit ne quærere
mus,ipſe euangeliſta patefecit adiungens: Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum,
propterea dixit,non eſtis mundi omnes.) Quid hoc apertius? Proinde ad ſequentia tran
ſeamus. Poſt q̃ ergo lauit pedes eorum,& accepit ueſtimenta ſua,cum recubuiſſet iterũ
dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?) Nunc eſt ut beato Petro reddatur illa promiſſio: dila D
tum enim fuerat,quando expaueſcenti & dicenti: non lauabis mihi pedes in æternũ,reſpon
ſum eſt ei: quod ego facio,tu neſcis modo,ſcies autẽ poſtea. Ecce eſt ipſum poſtea,iam tem
pus eſt ut dicatur,quod pauloante dilatum eſt. Memor itaq; dominus ſe promiſiſſe iam
dudum ſcientiam facti ſui tam inopinati,tam mirabilis,tam expaueſcendi,& niſi ipſe uehe
menter terruiſſet,nullo modo ſinendi,ut magiſter non tantum ipſorum,ſed angelorum,&
dominus non tantum ipſorum,ſed rerum omnium, lauaret pedes diſcipulorum & ſeruo
rum ſuorum. Huius ergo tanti facti quoniam promiſerat ſcientiam dicens: Scies autẽ poſt
ea, quid ſit, quod fecit docere nunc incipit: Vos,inquit, uocatis me magiſter & domi
ne,& bene dicitis: ſum etenim.) Bene dicitis,quia uerum dicitis: ſum quippe quod dicitis.
Prouer.27 Homini præceptum eſt: Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui. Peticu
loſum eſt enim ſibi placere,cui cauendum eſt ſuperbire. Ille autẽ qui ſuper omnia eſt,quan
tumcunque ſe laudet,non ſe extollit excelſus, nec poteſt recte dici arrogans deus. Nobis
nanque expedit cum noſſe,non illi,non eum quiſque cognoſcit,ſi non ſe indicet ipſe qui no
uit: ſi ergo non ſe laudando quaſi arrogantiam uitare uoluerit, nobis ſapientiam denega
uit. Et magiſtrum quidem quòd ſe eſſe dicit,nemo reprehenderet,etiam qui eum nihil eſſe
aliud quàm hominẽ crederet,quoniam id profitetur quod & ipſi homines in quibuslibet ar
tibus uſq; adeo ſine arrogãtia profitentur,ut profeſſores uocent. Quòd uero dñm & ipſe
ſe dicit diſcipulorũ ſuorũ,cũ ſint illi etiã ſecũdũ ſeculũ ingenui,qs ferat in homine? Sed deus
loquitur: nulla eſt hic elatio tantæ celſitudinis,nullũ mendaciũ ueritatis,nobis ſubiacere illi
utile eſt celſitudini,nobis ſeruire utile eſt ei ueritati. Quòd ſe dñm dicit,non illi uitiũ eſt, ſed
nobis beneficiũ. Cuiuſdã ſecularis autoris uerba laudant,quia dixit: cum omnis arrogantia
odioſa eſt,tum illa ingenij & eloquentiæ multo moleſtiſſima: & tamen idem ipſe cum de
ſua eloquentia loqueretur,dicerem,inquit,perfectã,ſi ita iudicarem,nec in ueritate crimen ar
rogantiæ pertimeſcerem: ſi igitur ille homo eloquentiſſimus in ueritate arrogantiam non ti

meret,

A meret,quomodo arrogantiam ipſa ueritas timet? Dicat ſe dominũ qui dñs eſt,dicat ſe ue
rum qui ueritas eſt. Nõne dicam ego quod utile eſt,dũ tacet ille quod eſt? Beatiſſimus Pau
lus,non utiq; unigenitus dei filius,ſed unigeniti dei filij ſeruus & apoſtolus,non ueritas,ſed
particeps ueritatis,ait libere & conſtanter: Et ſi uoluero gloriari,non ero inſipiens,ueritatem 2.Cor.12
enim dico. Neq; enim in ſeipſo,ſed in ipſa ueritate quæ ſuperior eſt ipſo,& humiliter & ue
raciter gloriaretur,quoniam & ipſe præcipit,ut qui gloriatur,in domino glorietur. Itá ne nõ
timeret inſipientiam,ſi gloriari uellet amator ſapientiæ,& in gloria ſua timeret inſipientiam
ipſa ſapientia? Non timuit arrogantiam qui dixit: In domino laudabitur anima mea: & in Pſal.33
lau de ſua timeret arrogantiam poteſtas domini,in quo laudatur anima ſerui? Vos,inquit,
uocatis me magiſter & domine,& bene dicitis,ſum etenim. Ideo bene dicitis,quia ſum: nam
ſi non eſſem quod dicitis,male diceretis,etiam ſi me laudaretis. Quomodo ergo negaret ue
ritas,quod dicunt diſcipuli ueritatis? Quomodo quod dicunt qui didicerunt, negaret ipſe
unde didicerunt? Quomodo fons negat,qd' bibẽs prædicat? Quomodo lux occultat,quod
uidens indicat? Si ergo,inquit,ego laui pedes ueſtros dñs & magiſter,debetis & uos alter
alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi uobis,ut quẽadmodũ ego feci uobis,& uos ita fa
ciatis.) Hoc eſt beate Petre quod neſciebas,quando fieri non ſinebas. Hoc tibi poſtea ſciẽ
dum promiſit,quando ut ſineres terruit te magiſter tuus & dominus tuus,lauans pedes tu
os. Didicimus fratres humilitatẽ ab excelſo,faciamus inuicẽ humiles quod humiliter fecit ex
celſus. Magna eſt cõmendatio humilitatis,& faciunt ſibi hoc inuicem fratres, etiam opere
ipſo uiſibili,cum ſe inuicem hoſpitio recipiunt: eſt enim apud pleroſq; conſuetudo huius
humilitatis uſque ad factum,quo cernatur expreſſa, unde & Apoſtolus cum uiduam be
ne meritam cõmendaret: Si hoſpitio,inquit,recipit,ſi ſanctorum pedes lauit. Et apud ſan 1.Timoth.5
ctos ubicunq; hæc conſuetudo non eſt,quod manu non faciunt,corde faciunt: ſi in illorum
numero ſunt quibus dicitur in hymno beatorum trium puerorum: Benedicite ſancti & hu Daniel.3
B miles corde domino: multo autem eſt melius & ſine controuerſia uerius,ut etiam manibus
fiat,nec dedigneţur quod fecit Chriſtus,facere Chriſtianus: cum enim ad pedes fratris incli
natur corpus,etiam in corde ipſo uel excitatur,uel ſi iam inerat,confirmatur ipſius humilita
tis affectus: ſed excepto iſto morali intellectu,ita nos huius dñici facti altitudinem cõmen
daſſe meminimus,q̃ lauãdo pedes iam lotorũ atq; mũdorũ diſcipulorũ,ſignificauerit dñs
ppter humanos quibus in terra uerſamur affectus,quantũlibet profecerimus in apprehen
ſione iuſticiæ,ſciamus nos ſine peccato nõ eſſe,quod ſubinde abluit interpellãdo pro nobis,
cũ oramus patrem qui in cœlis eſt,ut debita noſtra dimittat nobis,ſicut & nos dimittimus
debitoribus noſtris. Quomodo ergo ad hunc intellectum poterit pertinere hoc quod ipſe
poſtea docuit,ubi ſui facti expoſuit rationem dicens: Si ego laui ueſtros pedes dominus &
magiſter, debetis & uos alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi uobis, ut quem
admodum ego uobis feci,ita & uos faciatis. Nunquid dicere poſſumus q̃ etiam frater fra
trem à delicti poterit contagione mũdare? Immo uero id etiã nos eſſe admonitos in huius
dominici operis altitudine nouerimus,ut confeſſi inuicẽ delicta noſtra oremus pro nobis,ſi
cut & Chriſtus interpellat pro nobis. Audiamus apoſtolũ Iacobum,hoc ipſum euidentiſſi
me præcipientẽ & dicentem: Confitemini inuicẽ delicta ueſtra & orate p̃ uobis,quia & hoc Iacob.5
dñs nobis dedit exemplũ: ſi enim ille qui ullum peccatũ nec habet nec habuit nec habebit,
orat pro peccatis noſtris,quãto magis nos inuicem pro peccatis noſtris orare debemus? Et
ſi dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus,quanto magis dimittere nobis de
bemus inuicem,qui ſine peccato hic uiuere non ualemus: quid enim uidet in hac altitudine
ſacramẽti dñs ſignificare cũ dicit: Exemplũ enim dedi uobis,ut quẽadmodũ ego feci uobis,
ita & uos faciatis,niſi quod apertiſſime dicit Apoſtolus: Donãtes uobiſmetipſis,ſi quis ad Col.3
uerſus aliquẽ habet querelã,ſicut & dñs donauit uobis,ita & uos inuicẽ? Itaq; nobis delicta
donemus,& pro noſtris delictis inuicem oremus,atq; ita quodãmodo inuicem pedes no
ſtros lauemus. Noſtrum eſt donante ipſo miniſterium charitatis & humilitatis adhibe

re: illius

re:illius est exaudire,ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Christum, C
& in Christo,ut quod alijs etiã dimittimus,hoc est,in terra soluimus,soluatur & in cœlo.

Ab eo quod dicit:Amen amen dico uobis,nõ est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior eo qui misit illum,usq; ad id quod dicit:Qui autem me accipit,accipit illum qui misit me: Tractatus LIX.

AVDIVIMVS sanctum euangelium,loquente domino atq; dicente: Amen amen dico uobis,non est seruus maior domino suo,neq; apostolus maior eo qui misit illum:si hæc scitis,beati eritis si feceritis ea.) Hoc ideo dixit,quia lauerat discipulorum pedes magister humilitatis,& uerbo & exemplo:sed poterimus ea quæ sunt operosius differenda,ipso adiuuante differere,si non in eis quæ manifesta sunt immoremur. Cum ergo hæc dominus præmisisset,adiunxit: Non de omnibus uobis
Psal.40 dico,ego scio quos elegerim,sed ut impleatur scriptura,qui manducat panem meum,leuabit super me calcaneum suum.) Hoc quid est aliud,nisi conculcabit me,notum est de quo loquatur,Iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat,unde ab eis quos elegit,isto sermone fecernit. Quod ergo dico,inquit,beati eritis si feceritis ea,non de omnibus uobis dico. Est inter uos qui non erit beatus,neq; faciet ea,& ego scio quos elegerim:quos ni si eos qui beati erunt faciendo quæ præcepit,ac faciendo monstrauit,qui efficere beatos po-
Ioan.6 test? Non est igitur traditor Iudas electus. Quid est ergo quod alio loco dicit: Nónne ego uos duodecim elegi,& unus ex uobis diabolus est? An & ipse ad aliquid est electus,ad quod utiq; erat necessarius? Non autem ad beatitudinem,de qua modo ait,beati eritis si feceritis ea? Hoc non de omnibus dicit:scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit:nõ est ex eis iste,qui panem illius sic edebat ut super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominum,ille panem domini contra dominum, illi uitam,ille pœnam: qui enim
1.Cor.11 manducat indigne,ait Apostolus, iudicium sibi manducat. Amodo, inquit, dico uobis D
priusquam fiat,ut cum factum fuerit credatis quia ego sum:) id est, ego sum de quo illa scriptura præcessit,ubi dictum est:qui manducat meum panem,leuabit super me calcaneũ suum. Deinde sequitur & dicit: Amen amen dico uobis,qui accipit si quem misero, me accipit:qui aũt me accipit,accipit eum qui me misit.) Tantùm ne distare intelligi uoluit inter eum quem mittit & seipsum,quantum inter ipsum & patrem deum, hoc si isto modo acceperimus,nescio quos gradus,quod absit,Arianorũ more faciemus. Illi quippe cum audiunt hæc euangelica uerba seu legunt,statim ad illos gradus sui dogmatis currunt, quibus non ascendunt ad uitam,sed præcipitantur in mortem:continuo quippe dicunt:Quantum apostolus filij distat à filio,cuius dixerit:qui accipit si quem misero,me accipit: tantum & filius distat à patre,cuius dixerit:qui autem me accipit,accipit eũ qui me misit:sed si hoc dicis,obli tus es hæretice gradus tuos:si enim tanto interuallo propter hæc domini uerba filium à patre,quantum apostolum distinguis à filio,ubi positurus es spiritum sanctum? Excidit ne tibi? Vis eum ponere post filium? Erit ergo ipse inter apostolum & filium. Et multo amplius distabit filius ab apostolo,quàm pater à filio. An forte ut inter filium & apostolum, atq; inter patrẽ & filium maneat paribus interuallis ista distinctio, æqualis erit spiritus sanctus filio? Sed nec hoc uultis:ubi ergo eum posituri estis,si quanta filium patri,tanta apostolum filio discretione supponitis? Cohibete itaq; uestræ præsumptionis audaciam,& in his uerbis nolite quærere quantã filij & apostoli,tantã patris filijq; distantiã. Ipsum filiũ au-
Ioan.10 dite potius dicentẽ: Ego & pater unũ sumus. Vbi ueritas uobis inter genitorẽ & unigenitũ nullã distantiæ suspicionẽ reliquit,ubi gradus uestros Christus elisit,ubi scalas uestras petra cõfregit:sed hæreticorum calumnia refutata,quonã modo nos accepturi sumus hæc dominica uerba:qui accipit si quem misero,me accipit,qui autem me accipit,accipit eum qui me misit:si enim uoluerimus intelligere ideo dictum,qui me accipit,accipit cum qui me misit, q unius naturæ sint pater & filius,cõsequens uidebit ex eorundem uerborum regula qua-di-

A ctum est,qui accipit si quem misero,me accipit,ut unius naturæ sit filius & apostolus. Posset quidem non inconuenienter & hoc intelligi,quoniam geminæ est ille gigas substantiæ, qui Psal.18
exultauit ad currendam uiam:uerbum enim caro factũ est,hoc est,deus homo factus est. Proinde ita dixisse posset uideri,qui accipit si quem misero,me accipit secundum hominẽ: qui aũt me secundũ deum accipit, accipit eum qui me misit:sed cum ista dicebat,nõ ab illo naturæ unitas,sed in eo qui mittitur,mittentis cõmendabatur autoritas. Sic itaq; eũ qui missus est unusquisq; accipiat,ut in illo eum qui misit attendat. Si ergo attendas Christũ in Petro,inuenies discipuli præceptorem:si autem attendas patrem in filio,inuenies unigeniti genitorem,ac sic in eo qui missus est,sine ullo accipis errore mittentem. Ea quæ sequunt in euãgelio,non sunt tẽporis breuitate coartanda:& ideo sermo iste fratres charissimi,uelut ouiũ sanctarum cibus,si sufficit,salubriter capiatur:si exiguus est,desiderabilius ruminetur.

De eo quod dicit:Cum hæc dixisset Iesus,turbatus est spiritu, & protestatus est,& dixit:Amen amẽ dico uobis,quia unus ex uobis tradet me: Tract. LX.

NON parua fratres ex euangelio beati Ioannis nobis ꝓponitur quæstio,ubi ait: Cum hæc audisset Iesus,turbatus est spiritu,& protestatus est & dixit:Amen amen dico uobis,quia unus ex uobis tradet me.) Hinc ne turbatus est Iesus, non carne sed spiritu,quia dicturus fuerat,unus ex uobis tradet me? Nunquid nam illi hoc tunc primum uenit in mentem,uel tunc primum ei subito reuelatum est,eumq; repentina tanti mali nouitas turbauit? Nónne hinc pauloante loquebatur dicens:qui mã- Psal.40
ducat meum panem,leuabit super me calcaneum? Nónne etiã iam superius dixerat:& uos mundi estis,sed non omnes? Vbi euangelista subiunxit:sciebat enim quisnam esset qui traderet eum,quem iam & ante significauerat dicens: Nónne ego uos duodecim elegi,& unus Ioan.6
ex uobis diabolus est? Quid est ergo quòd nunc turbatus est spiritu,cũ protestatus est & dixit:Amen amen dico uobis,quia unus ex uobis tradet me? An quia eum iam fuerat expressurus,ut non lateret in cæteris,sed discerneretur à cæteris, & idco turbatus est spiritu? Et
B quia ipse traditor iam fuerat exiturus,ut Iudæos quibus dominus ab eo traderetur, adduceret,turbauit eum imminens passio,& periculum proximum,& traditoris impendens manus,cuius fuerat præcognitus animus:tale quippe hoc est ꝙ Iesus turbatus est spiritu,qua-
le etiam illud quod ait:nunc anima mea turbata est,& quid dicam? Pater salua me ex ho- Ioan.12
ra hac,sed propterea ueni in horam hanc:sicut ergo tunc eius anima turbata est hora ꝓpinquante passionis,ita etiam nunc exituro Iuda atq; uenturo,& propinquante tanto scelere traditoris,turbatus est spiritu. Turbatus est ergo potestatem habens ponendi animã suã, & potestatem habens iterum sumendi eam. Turbatur tam ingens potestas,turbatur petræ firmitas,an potius in eo nostra turbatur infirmitas? Ita uero nihil indignum credant serui de domino suo,sed cognoscant se membra in capite suo:qui mortuus est pro nobis, prius turbatus est idem ipse pro nobis:qui ergo potestate mortuus est,potestate turbatus est:qui Philip. 3.
transfigurauit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, trãsfiguranit etiam in se affectum infirmitatis nostræ,compatiens nobis affectu animæ suæ. Proinde quando turbatur magnus, fortis,certus,inuictus,non ei timeamus quasi deficiat,non perit, sed nos quærit:nos,inquam,nos omnino sic quærit, nosipsos in illius perturbatione uideamus, ut quando turbamur,non desperatione pereamus:quando turbatur qui non turbaretur nisi uolens,eũ consolatur qui turbatur & nolens. Pereant argumenta philosophorũ, qui negãt Philosophi confitentur
in sapientem cadere perturbationes animorũ:Stultam fecit deus sapientiam huius mundi: 1. Cor. 3
Et dñs nouit cogitationes hominũ quoniã uanæ sunt. Turbet plane animus Christianus, Psal.93
nõ miseria,sed misericordia:timeat ne pereant homines Christo,contristet cũ perit aliquis Christo:concupiscat acquirere homines Christo,lætet cum acquirũtur homines Christo:timeat ne sibi pereat & Christo,contristet peregrinari se à Christo:concupiscat regnare cum Christo,lætetur dum speret se regnaturum esse cum Christo:istæ sunt certe quatuor quas perturbationes uocant, timor & tristicia, amor & lætitia,habeant eas iustis de causis animi Chri-

mi Christiani,nec philosophorũ Stoicorũ, uel quorumcunq; similium consentiatur errori, C
qui profecto quemadmodum uanitatem existimant ueritatem,sic stuporem deputant sani
tatem,ignorantes sic hominis animum,quemadmodum corporis membrum desperatius
ægrotare,quando & doloris amiserit sensum:sed dicit aliquis:nunquid animus Christiani
Phil.1 debet etiam morte impendente turbari? Vbi est enim quod ait Apostolus:concupiscentiã,
se habere dissolui & esse cum Christo,si illud quod concupiscit,potest eum turbare cum ue
nerit? Facile est quidem istis adhæc respondere,qui & ipsam læticiam perturbationem uo
cant. Quis enim propterea morte imminente turbatur,quia morte imminente lætatur? Sed
hoc,inquiunt,gaudium,non lætitia nominanda est:quid est hoc,nisi easdẽ res sentire,& re
rum nomina uelle mutare? Verũ nos sacris litteris accõmodemus auditum,& secundũ ipsas
potius istam quæstionem domino adiuuante soluamus. Nec quoniam scriptum est,cũ hæc
dixisset Iesus turbatus est spiritu,dicamus eũ lætitia fuisse turbatum,ne uerbis suis nos ipse
Matth.26 conuincat ubi dicit: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Tale aliquid etiam hic intelligen
dũ est,quãdo suo traditore iam tunc solo exituro,& cum suis socijs continuo redituro,Iesus
turbatus est spiritu:firmissimi quidem sunt Christiani,si qui sunt,qui nequaq; morte immi
nente turbantur:sed nunquid Christo firmiores? Quis hoc insanissimus dixerit? Quid est
ergo quòd ille turbatus est,nisi quia infirmus in suo corpore,hoc est,in sua ecclesia,suæ infir
mitatis uoluntaria similitudine consolatus est,ut si qui suorum adhuc morte imminẽte tur
bantur,in spiritu ipsum intuecantur,ne hocipso se putantes reprobos,peiore desperationis
morte sorbeantur. Quantum itaq; bonũ de participatione diuinitatis eius expectare & spe
rare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat,& infirmitas firmat:siue ergo isto loco
propter ipsum Iudam pereuntem miserando turbatus est, siue sua morte propinquante
turbatus est, non est tamen ullo modo dubitandum,non eum animi infirmitate,sed po
testate turbatum,ne nobis desperatio salutis oriatur,quando non potestate, sed infirmita
te turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatem,quæ infirmitas resurrectione cõsum D
pta est:sed quia non solum homo,uerumetiam deus erat,ineffabili distantia uniuersum ge
nus humanum animi fortitudine superabat:non ergo aliquo est cogente turbatus,sed tur
bauit semetipsum,quod de illo euidenter expressum est quando Lazarum suscitauit:nam
ibi scriptum est,quòd turbauerit semetipsum,ut hoc intelligatur,& ubi non scriptum legit,
& tamen eum legitur fuisse turbatum,affectum quippe humanum quando oportuit in se
indicauit,in seipso potestatem cõmouit,qui hominem totum potestate susceperat.

De eo quod ait: Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hæsitantes de quo di
ceret,usq; ad id:Et cum intinxisset panem,dedit Iudæ Simonis Iscariotæ,& post
panem intinctum introiuit in illum satanas: Tractatus LXI

Hoc euangelij capitulum fratres,ita nobis exponendum in hac lectione propositum est,ut iam etiam de traditore domini per panem tinctum eiq; porrectum satis euidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem,quòd cum iã demõstraturus Iesus turbatus est spũ,præterito sermone disserui:sed fortassis quod ibi non dixi,etiam hoc nobis dñs significare sua perturbatione dignatus est,quòd scilicet falsos fratres,& dominici agri illa zizania ita necesse est usq; ad messis tempus inter frumenta tolerari,ut quando ex eis aliqua separari etiam ante messem urgens causa compellit,fieri sine ecclesiæ perturbatione non possit. Hanc perturbationẽ sanctorum suorum per schismaticos & hæreticos futuram,quodammodo prænuncians dominus præfigurauit in seipso,cum exituro inde homine malo,& cõmixtionem frumenti,in qua diu fuerat tolera
tus,separatione apertissima relicturo,turbatus est nõ carne,sed spiritu. Spirituales enim eius in huiusmodi scandalis non peruersitate,sed charitate turbantur,ne forte in separatione ali
quorum zizaniorum simul aliquod eradicetur & triticum. Turbatus itaq; est Iesus spiritu, & protestatus est & dixit:amẽ amen dico uobis,quia unus ex uobis tradet me. Vnus ex uo
bis,unus numero, non merito,unus specie,non uirtute, cõmixtione corporali, non uinculo
spiritali

A spiritali,carnis adiunctione,non cordis socius unitate. Proinde non qui ex uobis est,sed qui
ex uobis exiturus est,nã quomodo erit uerum quod protestatus est dominus & dixit,unus
ex uobis,si uerum est quod ait idem ipse in epistola sua,cuius est hoc euangelium,Ex nobis 1.Ioan.2
exierunt,sed non erant ex nobis,nam si fuissent ex nobis,mansissent utiq; nobiscum? Non
erat igitur ex illis Iudas,mãsisset enim cum illis,si esset ex illis. Quid est ergo,unus ex uobis
tradet me, nisi unus ex uobis exiturus est qui me tradet? Quia & ille qui ait,Si fuissent ex
nobis,mansissent utiq; nobiscum,iam dixerat, ex nobis exierunt,ac per hoc utrunq; uerum
est,& ex nobis & nõ ex nobis:secundũ aliud ex nobis, secundũ aliud non ex nobis:secundũ
communionẽ sacramentorũ ex nobis, secundũ suorum proprietatem criminũ nõ ex nobis.

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hæsitantes de quo diceret.) Sic quippe in eis erat
erga magistrum suũ pia charitas,ut tamen eos humana alterum de altero stimularet infir
mitas. Nota quidem sibi erat cuiusq; conscientia,ueruntamen quia proximi erat ignota,ita
sibi singulus quisq; erat certus,ut incerti essent & in cæteris singuli,& in singulis cæteri. Erat
ergo recumbẽs unus ex discipulis eius in sinu Iesu,quẽ diligebat Iesus.) Qui dixerat,in sinu
paulopost ait,ubi dicit supra pectus Iesu,ipse est Ioannes cuius est hoc euãgelium,sicut po
stea manifestat. Erat enim eorum hæc cõsuetudo qui sacras litteras nobis ministrauerunt,
ut quando ab aliquo eorum diuina narrabatur historia, cum ad seipsum ueniret,tanq; de
alio loqueretur,& sic se insereret ordini narrationis suæ,tanq; rerum gestarum scriptor,non
tanq; suipsius prædicator: nam & hoc sanctus Matthæus fecit,qui cũ in textu narrationis
suæ uenisset ad seipsum, uidit, inquit, in telonio sedentem quendam publicanum nomine Matth.9
Matthæũ,& ait illi,Sequere me,non ait,uidit me,& dixit mihi: hoc fecit & beatus Moyses,
ita de seipso tanq; de alio cuncta narrauit,& ait,dixit dominus ad Moysen:inusitatius apo
stolus Paulus,non in historia,ubi rerum gestarum susciptur explicãda narratio,sed in epi
stola hoc fecit:nam utiq; de seipso ait,Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim, 2.Cor.12
B siue in corpore,siue extra corpus nescio,deus scit,raptum huiusmodi usq; ad tertiũ cœlum.
Quocirca quòd etiam hic beatus euangelista non ait,Eram recumbens in sinu Iesu,sed ait,
erat recumbens unus ex discipulis, nostrorum autorum cõsuetudinem agnoscamus potius
q; miremur. Quid enim deperit ueritati,quando & res ipsa dicitur,& modo quodã dicendi
iactantia deuitatur? Hoc quippe narrabat, quod ad eius laudem maximam pertinebat.
Quid est autẽ,quem diligebat Iesus? quasi alios non diligeret,de quibus idem ipse Ioannes
superius ait,In finem dilexit eos? & ipse dñs, Maiorem hac charitatem nemo habet, q; ut Ioan.15
animam suam ponat quis pro amicis suis. Et quis enumerat omnia diuinarum testimonia
paginarum,quibus dñs Iesus, non illius neq; eorum qui tunc erant tantum,sed etiam post
futurorum membrorum suorũ,& totius ecclesiæ suæ dilector ostẽditur? Sed profecto latet
hic aliquid & pertinet ad sinum, in quo recumbebat qui ista dicebat: per sinũ quippe quid
significatur aliud q; secretum? Sed alius est opportunior locus,ubi nobis dominus aliquid
donet de hoc secreto quantum sufficiat dicere. Innuit ergo Simon Petrus,& dicit ei,) No
tanda locutio est,dici aliquid nõ sonando, sed tantũmodo innuendo:innuit,inquit,& dicit,
utiq; innuẽdo dicit:si enim cogitãdo aliquid dicitur, sicut scriptura loquitur,dixerunt apud
semetipsos, quãto magis innuendo,ubi iam foras qualibuscunq; signis promitur quod fue
rat corde conceptũ. Quid ergo dixit innuendo? quid nisi quod sequitur? Quis est de quo
dicit?) Hæc uerba Petrus innuit,quia nõ sono uocis,sed motu corporis dixit. Itaq; cũ recu
buisset ille supra pectus Iesu.) Hic est utiq; pectoris sinus, sapiẽtiæ secretum. Dicit ei,dñe
quis est? respondit Iesus,ille est cui ego intinctũ panem porrexero:& cũ intinxisset panem,
dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panem, tunc introiuit in illum satanas.) Expressus
est traditor,nudatæ sunt latebræ tenebrarum: bonum est quod accepit,sed malo suo acce
pit,quia male bonum malus accepit. Verum de isto pane tincto qui porrectus est ficto,&
de his quæ sequuntur,multa dicẽda sunt,quibus necessarium est plus temporis,quàm nunc
habemus iam in istius fine sermonis.

A

De eo quod ait, Dicit ei Iesus, Quod facis fac citius, usq; ad id quod ait, Cum ergo exisset, dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis. Tractatus LXII. C

Scio fratres charissimi moueri posse nonnullos, siue pios ut requirant, siue impios ut reprehendãt, q; posteaq; panem tinctum traditori suo dominus dedit, intrauit in illum satanas: sic enim scriptum est, Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panem tunc introiuit in illum satanas: dicunt enim, Irá ne hoc meruit panis Christi porrectus de mensa Christi, ut post illum intraret in eius discipulum satanas? Quibus respõdemus hinc nos potius doceri, q; sit cauẽdum male accipere bonum: multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur, nam & bona obsunt, & mala prosunt, sicut fuerint
Rom.7 quibus dantur, Peccatum, inquit Apostolus, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem: ecce per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum: item q;
2.Cor.12 ipse ait, In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet, propter quod ter dominũ rogaui, ut auferret eum à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur: ecce per malum factum est bonum, dum bene accipitur malum. Quid ergo miraris si datus est Iudæ panis Christi, per quem manciparetur diabolo, cum uideas econtrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Christo: ita & malo bonum obfuit, & malum bono
1.Cor.11 profuit: recordamini unde sit scriptũ, Quicunq; manducauerit panem, aut biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Et de his erat sermo cũ hoc Apostolus diceret, qui domini corpus uelut aliũ cibum quemlibet indiferete negligenterq; sumebant: hic ergo iã corripitur qui non dijudicat, hoc est, nõ discernit à cæteris cibis dominicũ corpus, quemodo non damnatur qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia conuiuantis, qua pœna percutitur uenditor inuitãtis? Quid erat autẽ panis traditori datus, nisi demonstratio cuius gratiæ fuisset ingratus? Intrauit autem satanas post hunc panem in domini traditorem, ut sibi iam traditum plenius possideret, in quẽ prius intrauerat ut deciperet: neq; enim nõ in illo erat quãdo perrexit ad Iudæos, & de precio tradendi dominum pactus est, cum hoc apertissime Lucas euãgelista testetur,
Luc.22 & dicat, Intrauit autẽ satanas in Iudã, qui cognominabatur Iscariotes, unũ de duodecim, & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum: ecce ubi ostenditur q; iam intrauerat satanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationem qua traderet Christum, talis enim iam uenerat ad cœnandum, nunc autẽ post panem intrauit in eũ, non ad hoc ut alienum tentaret, sed ut propriũ possideret: non autẽ ut putant quidã negligẽter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit: intelligendum est enim, q; iam omnibus eis distribuerat dominus sacramentum corporis & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat: ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Ioannis, apertissime dominus per buccellam tinctam atq; porrectam suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem: non enim omnia quæ tinguntur, abluũtur, sed ut inficiantur nonnulla tingũtur: si autẽ bonum aliquid hic significat tinctio, idẽ bonũ ingratum nõ immerito est secuta dãnatio. Adhuc tñ Iuda possesso, non à dño sed à diabolo, cũ homini ingrato intrasset panis in uentrẽ, hostis in mentem: adhuc, inquam, tanti mali iã corde cõcepti, plenus restabat effectus, cuius iã præcesserat dãnandus affectus: itaq; cũ dominus panis uiuus panẽ mortuo tradidisset, & panem tradendo panis traditorem ostendisset, Quod facis, inquit, fac citius.) Non præcepit facinus, sed prædixit Iudæ malũ, nobis bonum. Quid enim Iuda peius, & quid nobis melius q; traditus Christus ab illo, aduersus illum, pro nobis præter illum? Quod facis fac citius: ô uerbum libentius parati ad passionem, q; irati ad uindictam, ô uerbum non tam pœnam exprimẽs uenditoris, q; mercem significans redemptoris: dixit enim, quod facis fac citius: non tam in perniciem perfidi sæuiendo, q; ad salutẽ fidelium festinando, quia traditus est propter delicta nostra.

A nostra, & dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea: unde & de seipso dicit Apostolus, Gal.2
Qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me: nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum: quid habet Iudas nisi peccatum? neq; enim in tradẽdo Christo salutẽ nostram cogitauit, propter quã traditus est Christus, sed cogitauit pecuniæ lucrũ, & inuenit animæ detrimentum: accepit mercedem quam uoluit, sed nolenti est data quam meruit: tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negociũ suæ uenditionis, iste nostræ redemptionis. Quod facis fac citius, non quia tu potes, sed quia hoc uult qui omnia potest.

Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei, quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, q; dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret.) Habebat ergo & dominus loculos, & à fidelibus oblata conferuans, & suorum necessitatibus & alijs indigẽtibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ubi intelligeremus q; præcepit non cogitandum esse de crastino, nõ ad hoc fuisse præceptũ, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur, nam & Apostolus in posterum prævidẽs, ait, 12.q.1.c.habebat
Si quis fidelis habet uiduas, sufficiẽter tribuat eis, ut non grauetur ecclesia, quo ueris uiduis 1.Timoth.5
sufficere possit. Cũ ergo accepisset ille buccellã exijt cõtinuo. Erat autẽ nox,) & ipse q exiuit erat nox. Cum ergo exisset nox, ait Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis.) Dies diei Psal.44
eructat uerbũ, id est, Christus discipulis fidelibus, ut audirẽt eũ & amarẽt sequendo: & nox nocti annũciat scientiã, id est, Iudæis infidelibus, ut uenirẽt ad eũ, & apprehenderent persequendo, sed iã hinc in sermone dñi, qui factus est ad pios anteq; teneretur ab impijs, intẽtior flagitatur auditor, & ideo eũ præcipitare non debet, sed differre potius disputator.

De eo quod dicit, Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum. Tractatus LXIII.

B Intendamvs mentis obtutu, & adiuuante domino deum requiramus: diuini cantici uox est, Quærite deum & uiuet anima uestra: quæramus inuenien- Psal.68
dum, quæramus inuentum: ut inueniendus quæratur, occultus est, ut inuentus quæratur, immensus est: unde alibi dicitur, Quærite faciem eius semper. Satiat Psal.104
enim quærentem inquantum capit, & inuenientem capaciorem facit, ut rursus quærat implere, ubi plus capere cœperit: nõ ergo ita dictum est, Quærite faciem eius semper, quemadmodum de quibusdã, Semper discentes, & ad scientiam ueritatis nunq; peruenientes: sed potius sicut ille ait, Cum consummauerit homo, tunc incipit, donec ad illam uitam ueniamus, Eccl 18
ubi sic impleamur, ut capaciores non efficiamur, quia ita perfecti erimus, ut iam nõ proficiamus: tunc enim ostẽdetur nobis quod sufficit nobis. Hic autẽ semper quæramus, & fructus inuentionis non sit finis inquisitionis: neq; enim propterea non semper, quia hic tãtum, sed ideo hic semper dicimus esse quærẽdum, ne aliquando hic putemus ab inquisitione cessandum: nam & de quibus dictum est, Semper discentes, & ad ueritatis scientiam nunq; peruenientes: hic sunt utiq; semper discentes. Cum uero de hac uita exierint, iam non erunt discentes, sed erroris sui mercedem accipiẽtes: sic enim dictum est, Semper discentes, & ad ueritatis scientiam nunq; peruenientes: tanq; diceretur, Semper ambulãtes, & nunq; ad uiam peruenientes. Nos autẽ semper ambulemus in uia, donec eò ueniamus, quò ducit uia, nusq; in ea remaneamus, donec perducat ubi maneamus: atq; ita & quærẽdo tendimus, & inueniẽdo ad aliquid peruenimus, & ad id quod restat quærendo & inueniendo transimus, quousq; ibi fiat finis quærendi, ubi perfectioni non superet intẽtio proficiendi. Hæc prælocutio dilectissimi, intentam fecerit charitatem uestram ad istum domini sermonem, quẽ ad discipulos habuit ante passionem: profunditas est enim, & utiq; ubi multum laboraturus est disputator, non remissus debet esse auditor. Quid ergo ait dominus posteaq; Iudas exijt, ut citius faceret quod erat facturus, hoc est, dominũ traditurus? Quid ait dies, cũ exisset nox? Quid ait redemptor, cum exisset uenditor? Nunc, inquit, clarificatus est filius hominis.) Quare nunc? Nunquid quia exijt qui tradit, quia imminẽt qui tenent & occidant? Itá ne

nunc clarificatus est,quia prope est ut humilietur amplius, cui iam impendit ut allígetur,ut C
iudícetur,ut condẽnetur,ut irrideatur,ut crucifigatur,ut interimatur? Hæc ne est clarificatio,
an potius humiliatio? Nónne quando miracula faciebat, ait tamen de illo isteipse Ioānes,
Ioan.7 Spiritus non erat datus,quia Iesus nondum erat glorificatus? Tunc ergo nondum erat glo
rificatus,cũ mortuos suscitaret,& nũc est glorificatus cũ mortuis propinquaret? nondũ erat
glorificatus faciens diuina,& glorificatus est passurus humana? Mirum,si hoc deus ille ma
gister significabat, & docebat his uerbis: altius est perscrutandum altissimi dictum, qui se
aliquantum manifestat ut inueniamus, & iterum occultat ut inquiramus,& de inuentis ad
inueniẽda tanq̃ passibus innitamur:uideo hic aliquid quod præfiguret magnum aliquid,
exijt Iudas, & clarificatus est Iesus : exijt filius perditionis,& clarificatus est filius hominis:
ille quippe exierat propter quem dictũ erat eis.Et uos mundi estis,sed non omnes:excunte
itaq; immundo, omnes mundi remanserunt, & cũ suo mundatore manserunt:tale aliquid
erit cum uictus à Christo transierit hic mundus, & nemo in populo Christi remanebit im/
Matth.13 mundus,cum zizanijs à tritico separatis,iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorum.Hoc
futurum præuidens dominus, & nunc significatum esse contestans , discedente Iuda tanq̃
zizanijs separatis, remanẽtibus tanq̃ tritico apostolis sanctis: Nunc,inquit,clarificatus est
filius hominis: tanq̃ diceret, ecce in illa clarificatione mea quid erit,ubi malorũ nullus erit,
ubi bonorum nullus perit? Sic autẽ non est dictum, nunc significata est clarificatio filij ho
minis,sed dictum est,nunc clarificatus est filius hominis:quemadmodum non est dictum,
petra significabat Christum, sed petra erat Christus:nec dictum est, bonum semen signifi/
cabat filios regni, aut zizania significabat filios maligni : sed dictum est,Bonum semen hi
sunt filij regni,zizania autem filij maligni : Sicut ergo solet loqui scriptura res significantes,
tanq̃ illas quæ significãtur appellans,ita locutus est dominus,dicens, Nunc clarificatus est
filius hominis,posteaq̃ separato inde nequissimo,& secũ remanentibus sanctis significata
est glorificatio eius, quãdo separatis iniquis manebit in æternitate cum sanctis:cum autem D
dixisset,nũc clarificatus est filius hominis, adiunxit, Et deus clarificatus est in eo,) Ipsa est
enim clarificatio filij hominis,ut deus clarificetur in eo:si enim non ipse in seipso,sed deus in
illo clarificatur,tunc illum deus in se clarificat:deniq̃ tanq̃ ista exponens, adiungit & dicit,

Si deus clarificatus est in eo , & deus clarificauit eum in semetipso,) hoc est, si deus clarifi/
catus est in eo,quia non uenit facere uolũtatem suam, sed uoluntatem eius qui misit illum,
& deus clarificauit eum in semetipso,ut natura humana in qua est filius hominis,quæ à uer
bo æterno suscepta est,& iam immortali æternitate dominetur. Et continuo,inquit,clarifi
cabit eum,) resurrectionem scilicet suam,non sicut nostram in fine seculi, sed continuo futu/
ram hac attestatione prædicens. Ipsa est enim clarificatio de qua euangelista iam dixerat,
quod pauloante commemorauí, quia propterea nõdum spíritus datus erat ullo nouo mo
do in eis,quibus fuerat eo modo post resurrectionem credentibus dandus,quia Iesus non/
dum fuerat clarificatus,id est,nondũ fuerat mortalitas immortalitate uestita,& in æternam
uirtutẽ temporalis infirmitas cõmutata. Potest & de ista clarificatione dictũ uideri,nũc cla
rificatus est filius hominis,ut quod ait nunc,nõ ad imminentẽ passionẽ,sed ad uicinã resur
rectionẽ pertinere credatur,tanq̃ fuerit factum quod erat tã proxime iã futurũ. Hodie dile
ctioni uestræ ista sufficiãt,cum donauerit dñs, de consequentibus postea disseremus.

De eo quod dicit, Filioli,adhuc modicũ uobiscum sum,quæretis me,& sicut dixi
Iudæis, quò ego uado uos non potestis uenire,& uobis dico modo.

Tractatus LXIIII.

ADVERTENDA est charissimi,dominicorum uerborum ordinata connexio:
cum enim superius dixisset,posteaq̃ Iudas egressus est,& ab illa sanctorũ etiã
corporali cõuersatione sciũctus est, nunc clarificatus est filius hominis, & deus
clarificatus est in eo,quod siue futurum regnum significans dixit,quando mali
separabuntur à bonis,siue q̃ eius resurrectio tunc futura esset,id est,differẽda nõ esset,sicut

in finem

A in finem seculi nostra differtur , ac deinde addidisset, Si deus clarificatus est in eo, & deus
clarificauit eum in semetipso,& cõtinuo clarificabit eum,quod sine ulla ambiguitate de sua
resurrectione continuo futura testatus est,adiecit atq̃ ait, Filioli adhuc modicũ uobiscum
sum.) Ne putarent ergo q̃ sic cum clarificaturus esset deus, ut nõ eis iungeretur ulterius ea
conuersatione qua in terra est,adhuc modicũ,inquit,uobiscum sum:tanq̃ diceret, continuo
quidẽ resurrectione clarificabor,nõ tamen continuo ascẽsurus in cœlum, sed adhuc modicũ
uobiscũ sum : sicut enim scriptũ est in actibus apostolorum,fecit cũ eis post resurrectionem Act.1
quadraginta dies intrans & exiens,& mãducans & bibens,non quidẽ habens esuriẽdi ac si/
tiendi egestatẽ,sed usq̃ ad ista carnis insinuans ueritatẽ,quæ cibandi ac potãdi iam nõ ha/
bebat necessitatẽ,sed potestatem:hos ergo quadraginta dies significauit,dicẽdo,adhuc mo
dicũ uobiscũ sum, an aliquid aliud? potest enim & sic intelligi, adhuc modicũ uobiscũ sum,
adhuc sicut uos in hac infirmitate carnis etiã ipse sum,donec scilicet moreretur atq̃ resurge/
ret:quia posteaq̃ resurrexit,cũ illis quidẽ fuit diebus,ut dictũ est,quadraginta exhibitione
corporalis præsentiæ,sed nõ cum illis fuit cõsortio infirmitatis humanæ.Est & aliter diuina
præsentia sensibus ignota mortalibus,de qua idẽ dicit,Ecce ego uobiscum sum,usq̃ ad con Matth.28
summationẽ seculi:hoc certe nõ est,adhuc modicũ uobiscum sum,nõ enim modicũ est usq̃
ad consummationẽ seculi:aut si & hoc modicũ est,uolat enim ætas, & in oculis dei mille an
ni sicut dies unus, aut sicut uigilia in nocte, nõ tamen hoc significare uoluisse credẽdus est
nunc,quandoquidẽ secutus adiũxit, Quæretis me,& sicut dixi Iudæis,quò ego uado,uos
non potestis uenire.) Vtiq̃ post hoc modicũ quo uobiscũ sum quæretis me,& quò ego ua/
do,uos nõ potestis uenire. Nũquid post cõsummationẽ seculi quò ipse uadit, uenire nõ po
terunt? & ubi est q̃ aliquanto post in hocipso sermone dicturus est,Pater,uolo ut ubi ego Ioan.17
sum,& ipsi sint mecũ:non ergo de illa sua cũ suis præsentia qua cũ illis est usq̃ ad cõsumma
tionẽ seculi,nunc locutus est,ubi ait,adhuc modicũ uobiscũ sum,sed uel de infirmitate mor
B tali qua cũ illis erat usq̃ ad passionẽ suã,aut de præsentia corporali qua cũ illis futurus erat
usq̃ ad ascensionẽ suam:quodlibet horũ quis eligat,cũ fide nõ litigat. Ne cui autẽ uideatur
abhorrere iste sensus à uero, quo dicimus dominum mortalis carnis cõmunionem in qua
cum discipulis usq̃ ad passionem fuit,significare potuisse,dicẽdo, adhuc modicũ uobiscum
sum:apud aliũ quoq̃ euangelistã post resurrectionem uerba eius attendat,ubi ait, Hæc lo Luc.24
cutus sum uobis,cũ adhuc essem uobiscum:quasi tunc nõ erat cum ipsis simul assistentibus,
uidentibus,tangẽtibus,colloquẽtibus? Quid est ergo,cum adhuc essem uobiscum,nisi cum
adhuc essem in carne mortali,in qua estis & uos. Tunc enim quidẽ in eadem carne resuscita
tus erat,sed cum illis in eadẽ mortalitate iam nõ erat:quapropter sicuti ibi iam immortali/
tate carnis indutus ueraciter ait,cũ adhuc essem uobiscum,ubi nihil aliud intelligere possu/
mus,nisi cum adhuc essem in carnis mortalitate uobiscũ:ita & hic nõ absurde dixisse intelli/
gitur,adhuc modicũ uobiscum sum,tanq̃ diceret,adhuc modicum sicut uos estis,mortalis
sum ego:ergo sequẽtia uideamus,Quæretis me,& sicut dixi Iudæis,quò ego uado,uos non
potestis uenire:& uobis dico modo, hoc est, modo non potestis uenire: Iudæis autẽ cũ hoc
diceret,nõ addidit modo. Isti itaq̃ uenire non poterant tunc quò ille ibat,sed poterant po/
stea, nam hoc apostolo Petro apertissime paulopost ait, cũ enim dixisset ille,Domine quò
uadis? respõdit ei,Quò ego uado,nõ potes me modo sequi,sequeris autem postea:sed hoc
quid sit,nõ negligẽter est prætereundũ.Quò enim sequi tunc nõ poterãt discipuli dominũ,
sed postea poterãt? Si dixerimus ad mortẽ homini nato, q̃ inuenitur tempus quo ad mo/
riendũ non sit idoneus,quandoquidẽ talis est in corpore corruptibili hominũ sors,ut nõ sit
in ea facilior uita q̃ mors:non igitur adhuc minus idonei erãt sequi dominũ ad mortẽ,sed
minus idonei erãt sequi dñm ad uitã quæ nõ habet mortẽ: Illò quippe ibat dñs,ut resurgẽs
à mortuis iam nõ moreretur , & mors ei ultra nõ dominaretur.Moriturũ quippe dñm pro
iustitia quomõ iã fuerant secuturi adhuc martyrio nõ maturi? Aut iturũ dñm ad immorta
litatẽ carnis,quomodo iã fuerãt secuturi quãdolibet morituri,sed in fine seculi resurrecturi?

Aut iturum dominum ad sinum patris, nec relicturū eos, unde nec recessit cum uenisset ad C
eos, quomodo iam fuerant secuturi, cum esse nemo possit in illa felicitate nisi perfectus in
charitate? Ideoq; docens quomodo idonei esse possint pergere quò ille antecedebat, Man
datum, inquit, nouum do uobis ut diligatis inuicem. Hi sunt gressus quibus sequendus est
Christus, sed de his sermo uberior in aliud tempus est differendus.

De eo quod dicit, Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem sicut dilexi
uos, ut & uos inuicem diligatis, in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis,
si dilectionem habueritis ad inuicem, Tractatus LXV

DOMINVS Iesus mādatum nouum se discipulis suis dare testatur, ut diligant
Exo.20 inuicem: Mādatum, inquit, nouū do uobis, ut diligatis inuicem.) Nónne iam
erat hoc mandatū in antiqua dei lege, ubi scriptū est, Diliges proximum tuum
tanq̄ teipsum? Cur ergo nouū appellatur à dño, quod tā uetus esse cōuincitur?
An ideo est mandatum nouum, quia exuto uetere induit nos hominem nouum? Innouat
quippe audientē, uel potius obedientem nō omnis, sed ista dilectio quā dominus mandat,
& ut à carnali dilectione distingueret, addidit, sicut dilexi uos.) Nā diligunt inuicē mariti
& uxores, parentes & filij, & quæcunq; alia inter se homines necessitudo humana deuinxe
rit, ut taceamus de dilectione culpabili atq; damnabili, qua diligunt inuicē adulteri & adul
teræ, scortatores & meretrices, & quoscunq; alios nō humana necessitudo, sed humanæ uitæ
noxia turpitudo cōiungit. Mandatū ergo nouū dedit nobis Christus ut diligamus inuicē,
sicut & ipe dilexit nos. Dilectio ista nos innouat, ut simus homines noui, hæredes testamēti
noui, cantatores cātici noui. Hæc dilectio fratres charissimi, antiquos etiā tunc iustos, tūc pa
triarchas & prophetas, sicut postea beatos apostolos innouauit, ipsa & nūc innouat gētes,
& ex uniuerso genere humano quod diffunditur toto orbe terratū, facit & colligit populū
nouū, corpus nouæ nuptæ filij dei unigeniti spōsæ, de qua dicit in cātico canticorū, Quæ est
Cant.6 ista quæ ascēdit dealbata, utiq; dealbata quia innouata, unde nisi mandato nouo? Propter D
quod pro inuicē sollicita sunt mēbra in ea, & si patitur unū membrum, compatiūtur omnia
mēbra, & si glorificatur unū membrū, cōgaudēt omnia mēbra: audiūt enim atq; custodiūt,
mādatum nouū do uobis, ut uos inuicem diligatis, nō sicut se diligunt qui corrumpunt, nec
sicut se diligūt homines, quoniā homines sunt: sed sicut se diligūt quoniam dij sunt & filij al
tissimi omnes, ut sint filij eius unici fratres, ea dilectione inuicem diligentes, qua ipse dilexit
eos, perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis, ubi satietur in bonis desideriū eorum.
Tunc enim aliquid desiderio nō deerit, quādo omnia in omnibus deus erit: talis finis nō ha
bet finē, nemo ibi moritur, quò nemo peruenit, nisi huic seculo moriatur, non morte omniū
qua corpus ab anima deseritur, sed morte electorū qua etiā cū in carne mortali adhuc ma
Col.3 netur, cor sursum ponitur: de qua morte dicebat Apostolus, Mortui em̄ estis, & uita uestra
Cant.8 abscondita est cum Christo in deo: hinc fortasse dictum est, Valida est sicut mors dilectio.
Hac enim dilectione fit, ut in isto adhuc corruptibili corpore cōstituti, moriamur huic secu
lo, & uita nostra abscondatur cū Christo in deo: imò ipsa dilectio est mors nostra seculo, &
uita cū deo: si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo nō est mors quādo
de mūdo amor noster exit? Valida est ergo sicut mors dilectio: quid ea ualidius, qua uinci
tur mūdus? Nolite itaq; fratres mei, putare in hoc quod ait dñs, Mandatū nouū do uobis,
3.sen.dist.27 ut uos inuicem diligatis, illud magis prætermissum esse mandatū, quo præcipitur ut diliga
c.cū antē duo mus dominū deum nostrū ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: tanq̄ enim hoc
prætermisso uidetur dictū ut diligamus inuicē, uelut hoc ad illud alterū non pertineat, quo
dictum est, Diliges proximū tuū tanq̄ teipsum, in his enim duobus præceptis, inquit, tota
lex pēdet & prophetæ: sed bene intelligētibus utrunq; inuenitur in singulis: nā & qui diligit
deum, nō eū potest cōtemnere præcipiētem ut diligat proximū: & qui sancte ac spiritaliter
diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dile
ctione discreta, quam distinguendo addidit dominus, sicut dilexi uos: quid enim nisi deum

dilexit

A dilexit in nobis? Nō quòd habebamus, sed ut haberemus, ut perducat nos sicut pauloante
dixi, ubi sit deus omnia in omnibus: sic enim medicus recte dicitur ægros diligere, & quid
in eis nisi salutem diligit, quam cupit itaq; reuocare, non morbum, quem uenit expellere?
Sic ergo & nos inuicem diligamus, ut quantum possumus inuicem, ad habēdum in nobis
deum cura dilectionis attrahamur: hanc dilectionem nobis donat ipse dominus, qui ait,
Sic dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem.) Ad hoc ergo nos dilexit, ut & nos diligamus
inuicem: hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutua dilectione constringamur inter nos,
& tam dulci uinculo connexis membris corpus tanti capitis simus. In hoc cognoscent, in
quit, omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem:) tāquam diceret,
alia munera mea habent uobiscum etiam non mei, non solum naturam, uitam, sensus, ra
tionem, & eam salutem quæ hominibus pecoribusq; communis est, uerumetiam linguas,
sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & tra
ditionem corporis sui ut ardeant, sed quoniam charitatem non habent, ut cymbala concre
pant, nihil sunt, nihil illis prodest: non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quæ ha
bere possunt etiam non discipuli mei, sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis,
si dilectionem habueritis adinuicem. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres, ò dealbata
ascendens & incumbens super fratruelem suum, quoniā cuius lumine illustraris ut candeas,
eius adiutorio fulciris ne cadas. O quàm bene cantatur tibi in illo canticocanticorum uelut
epithalamio tuo, quia charitas in delitijs tuis: ipsa non perdit cum impijs animā tuam, ipsa Cant.7
discernit causam tuam, & sicut mors ualida est, & in delitijs tuis est: quàm mirandi generis
mors est, cui parū fuit non esse in pœnis, nisi esset insuper in delitijs? Sed hic iam iste sermo
claudatur, ab alio exordio tractanda sunt quæ sequuntur.

De eo quod sequitur, Dicit ei Simon Petrus, Domine quò uadis? usque ad id
quod ait, Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

B Tractatus LXVI.

VM DOMINVS Iesus sanctā dilectionem, qua inuicem diligerent, discipulis
commendaret, Dicit ei Simon Petrus, Domine quò uadis?) Sic utiq; hoc di
xit magistro discipulus, & domino seruus, tanq̄ sequi paratus: propterea quip
pe dominus qui eius animum uidit, quare hoc interrogauerit, sic ei respondit,
Quò ego uado, nō potes me modo sequi,) tanq̄ diceret, propter quod interrogas, non po
tes me modo sequi: non ait, nō potes, sed non potes modo: dilationē intulit, non spem tulit,
& eandē spem quā non tulit, sed potius dedit, sequēti uoce firmauit, addendo atq; dicendo,
Sequeris autem postea.) Quid festinas Petre? nondum te suo spiritu solidauit petra, noli
extolli præsumēdo, non potes modo: noli deīci desperando, sequeris postea: sed adhuc ille
quid dicit, Quare te non possum sequi modo? animam meā pro te ponam.) Quid in ani
mo eius esset cupiditatis uidebat, quid uirium nō uidebat: uoluntatem suam iactabat infir
mus, sed inspiciebat ualetudinem medicus: iste promittebat, ille prænoscebat: qui nesciebat
audiebat, qui præsciebat docebat: quantum sibi assumpserat Petrus intuendo quid uellet,
ignorādo quid posset, quantum sibi assumpserat cum uenisset dominus animam suam po
nere pro amicis suis, ac per hoc & pro ipso, ille hoc domino offerre confideret, & nondū pro
se posita anima christi, animam suā polliceretur positurū esse pro Christo: Respōdit ergo
Iesus, Animā tuā pro me pones?) Ita ne facies pro me, quod ego nondū feci pro te? Animā
tuam pro me pones? Præire potes qui sequi nō potes? Quid tantū præsumis? Quid de te
sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis, Amen amen dico tibi, nō cantabit gallus, donec
ter me neges.) Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, & te paruulū nescis:
qui mihi promittis mortē tuā, ter negabis uitā tuam: qui te iam putas mori posse pro me,
prius uiue pro te, nā timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ: quanta enim 11.q.3.c.non solum
uita est cōfiteri Christum, tanta mors est negare Christum. An apostolus Petrus, sicut eum
quidā fauore peruerso excusare nituntur, Christū non negauit, quia interrogatus ab ancilla

hominem se nescire respõdit,sicut alij euangelistæ contestantur expressius? Quasi uero qui C
hominẽ Christũ negat,non Christũ neget,& hoc in eo negat quod factus est propter nos,
ne periret quod fecerat nos:ergo qui ita cõfitetur Christum deũ, ut hominẽ neget,non pro
illo mortuus est Christus, quia secundũ hominẽ mortuus est Christus: qui negat hominẽ
Christum,non reconciliabitur per mediatorẽ deo:unus enim deus,& unus mediator dei &
hominum homo Christus Iesus:qui negat hominẽ Christũ non iustificatur,quia sicut per
inobedientiã unius hominis peccatores cõstituti sunt multi,ita & per obedientiã unius ho-
minis iusti constituẽtur multi:qui negat hominẽ Christũ,nõ resurget in resurrectionẽ uitæ,
1.Cor.15 quia per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ: Sicut enim in Adam omnes
moriũtur,ita & in Christo omnes uiuificabũtur:per quid autẽ caput est ecclesiæ,nisi per ho-
minem? Quod uerbũ caro factum est, id est, dei patris unigenitus deus homo factus est:
quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominẽ Christum? Qui enim caput ne-
gat,quomodo est membrũ? Sed quid multis immoror, cum ipse dñs abstulerit omnes hu
manæ argumẽtationis ambages:nõ enim ait,Non cãtabit gallus donec hominẽ neges,aut
sicut loqui familiariore cũ hominibus dignatione cõsueuit:nõ cantabit gallus donec filium
hominis ter neges:sed ait,donec me ter neges:quid est me,nisi quod erat,& quid nisi Chri-
stus erat? Quicquid ergo eius negauit, ipsum negauit:Christũ negauit,dominũ deũ suum
negauit,quia & ille cõdiscipulus eius Thomas,quãdo exclamauit,Dñs meus & deus meus:
nõ uerbũ,sed carnẽ tetigit,nõ incorporeã dei naturã, sed hominis corpus curiosis manibus
contrectauit:hominẽ itaq; tetigit,& tñ deum cognouit:si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus
negauit,quod iste exclamauit, hoc Petrus offendit,nõ cantabit gallus, donec ter me neges.
Dicas licet,nescio hominẽ,dicas licet homo nescio quid dicis:dicas licet,nõ sum ex discipulis
eius,me negabis. Si quid dubitare nefas est,Christus hoc dixit,uerũq; prædixit,proculdu-
bio Petrus Christũ negauit:nõ accusemus Christũ,cũ defendimus Petrũ:peccatũ agnoscat
infirmitas,nã mẽdacium nõ habet ueritas. Agnouit planè peccatum suum infirmitas Petri, D
prorsus agnouit,& quantũ mali Christum negãdo cõmiserit,plorãdo mõstrauit:Ipse suos
redarguit defensores, & unde eos conuincat, producit lachrymas testes: neq; nos cũ ista di
cimus,primũ apostolorũ accusare delectat,sed hunc intuẽdo admoneri nos oportet,ne ho
mo quisq; de humanis uiribus fidat:nã quid aliud pertinuit ad doctorẽ saluatoremq; no-
strum,nisi ut nobis nequaq; de se quenq; præsumere debere, in ipso primo apostolorum
demõstraret exemplo? In anima itaq; Petri contigit quod offerebat in corpore,nõ tamen
pro domino quod temere præsumebat præcessit,sed aliter q; putabat,nanq; ante mortem
& resurrectionem domini & mortuus est negãdo,& reuixit plorãdo.Sed mortuus est,quia
superbe præsumpsit,reuixit autem,quia benigne ille respexit.

De eo quod dicit,Non turbetur cor uestrum, creditis in deum & in me credite.
usq; ad id quod ait,Quò ego uado scitis,& uiam scitis. Tractatus LXVII.

Cap.XIIII TRIGENDA est nobis fratres ad deum maior intentio, ut uerba sancti euan-
gelij, quæ modo in nostris auribus sonuerunt, etiam mente capere utcunque
possimus. Ait enim dominus Iesus, Non turbetur cor uestrum. Creditis in
deum, & in me credite.) Ne mortem tanquam homines timerent,& ideo tur-
barentur,consolatur eos,etiã se deum esse contestans:Creditis,inquit, in deum,& in me cre
dite:consequens est enim, ut si in deum creditis,& in me credere debeatis,quod nõ esset con
sequens, si Christus non esset deus: Creditis in deum, & in eum credite,cui natura est,non
rapina esse æqualem deo:semetipsum enim exinaniuit, non tamen formã dei amittens,sed
formam serui accipiens.Mortem metuitis huic formæ serui,non turbetur cor uestrum,susci
tabit illam forma dei: sed quid est quod sequitur, In domo patris mei mansiones multæ
sunt:) nisi quia & sibi metuebant? Vnde audire debuerunt,nõ turbetur cor uestrum? Quis
enim eorum non metueret,cum Petro dictum esset fidentiori atq; promptiori,nõ cantabit
gallus donec ter me neges? tanq; ergo essent ab illo perituri, merito turbabantur: sed cum
audiunt,

A audiunt, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem uobis,quia
uado parare uobis locum.) A perturbatione recreantur,certi ac fidentes etiam post pericula
tentationum se apud deum cum Christo esse mansuros,quia & si alius est alio fortior,alius
alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior,in domo patris mei mansiones multæ
sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisq; accepturus
est merito: denarius quidem ille æqualis est omnibus, quam paterfamilias eis qui operati Matth. 20.
sunt in uinea,iubet dari omnibus, nõ in eo discernens qui minus & qui amplius laborarũt:
quo utiq; denario uita significatur æterna, ubi amplius alio nemo uiuit,quoniam uiuendi
non est diuersa in æternitate mẽsura:sed multæ mansiones diuersas meritorum in uita æter
na significant dignitates. Alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum: 1 Corinth. 15
stella enim ab stella differt in gloria,sic & resurrectio mortuorum:tanquam stellæ sancti di
uersas mansiones, diuersas claritates, tanq; in cœlo sortiuntur in regno, sed propter unum
denarium nullus separatur à regno:atq; ita deus erit omnia in omnibus, ut quoniam deus
charitas est, per charitatem fiat ut quod habẽt singuli, cõmune sit omnibus:sic enim quisq;
etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet:non erit itaq; aliqua inuidia im
paris claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Proinde respuendi sunt à
corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cœ- Mansiones quibus hæc cõfingit
lorum erit aliquid,ubi maneant beati innocẽtes,qui sine baptismo ex hac uita emigrarunt, Nouitium.
quia sine illo in regnum cœlorum intrare non potuerunt:hæc fides non est fides,quoniam
non est uera & catholica fides: itá ne tandem stulti homines,& carnalibus cogitationibus
excæcati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri & Pauli uel cuiuslibet apo-
stolorum,sed cuiuscunq; paruuli baptizati à regno cœlorum separaretis,nõ uos putatis esse
reprobãdos, qui domũ dei patris inde separatis? Non enim ait dominus,in uniuerso mun
do,aut in uniuersa creatura, aut in uita uel beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt,
B sed in domo,inquit,patris mei mãsiones multæ sunt. Nónne ista est domus ubi ædificatio-
nem habemus ex deo,domum nõ manufactam æternam in cœlis? Nónne ista est domus
de qua cãtamus domino, Beati qui habitãt in domo tua, in secula seculorum laudabũt te? Psal. 83
ergo ne uos non domum cuiusq; baptizati fratris,sed domum ipsius dei patris, cui omnes
fratres dicimus,Pater noster qui es in cœlis:à regno separare cœlorum,aut eam sic diuidere Matth. 6
audebitis,ut aliquæ mãsiones eius sint in regno cœlorum, aliquæ autẽ extra regnum cœlo-
rum? Absit absit,ut qui uolũt habitare in regno cœlorũ,in hac stultitia uelint habitare uo-
biscum: absit,inquam,ut cum omnis domus regnantium filiorum nõ sit alibi nisi in regno
ipsius,regiæ domus pars aliqua nõ sit in regno. Et si abiero,inquit,& præparauero uobis
locum, iterũ uenio & accipiã uos ad meipsum, ut ubi sum ego & uos sitis: & quò ego uado
scitis,& uiã scitis.)O domine Iesu,quomodo uadis parare locũ, si iam multæ mãsiones sunt
in domo patris tui,ubi tecũ habitabũt tui? aut si accipis eos ad teipsum,quomodo iterũ ue
nis qui non recedis? Ista charissimi si breuiter explicare conemur,quantũ uidetur hodierno
satis esse sermoni, coartata utiq; nõ clarebũt, & erit ipsa breuitas altera obscuritas.Proinde
hoc debitũ differamus, quod opportunius uobis patrefamiliãs nostro largiẽte reddamus.

De eadem lectione. Tractatus LXVIII.

DEBERI uobis fratres charissimi iamq; esse reddendum quod distuleramus
agnoscimus, quomodo intelligi possint non esse inter se ista duo contraria,q;
cum dixisset, In domo patris mei mãsiones multæ sunt, si quo minus dixis-
sem uobis,quia uado parare uobis locum.) Vbi satis ostendit ideo se hoc illis
dixisse,quia iã ibi sunt mãsiones multæ,& nõ est opus aliquã præparare:rursus dicit, Et si
abiero & præparauero uobis locũ,iterũ ueniã & accipiã uos ad meipsum,ut ubi ego sum &
uos sitis.) Quomõ uadit & parat locũ,si iã multæ mansiones sunt? Si quo minus dixissem,
uado parare:aut si adhuc parãdus est, cur nõ merito dixisset,uado parare? An istæ mãsio-
nes & sunt,& parãdæ sunt? Si q̃ minus enim essent,dixisset,uado parare,& tñ quia ita sunt
ut pa-

ut parandæ ſint,non eas uadit parare ſicut ſunt: ſed ſi abierit & parauerit ſicut futuræ ſunt, C
De pe. diſt. 4 c. in domo iterum ueniẽs accipiet ſuos ad ſeipſum,ut ubi eſt ipſe,ſint & ipſi. Quomodo ergo mãſiones in domo patris nõ aliæ ſed ipſæ,& ſine dubio iam ſunt ſicut parãdæ nõ ſunt,& nondũ ſunt ſicut parãdæ ſunt? Quomodo ergo putamus,niſi quomõ etiã propheta prædicat deũ,quia fecit quæ futura ſunt? Nõ enim ait,qui facturus eſt quæ futura ſunt,ſed qui fecit quæ futura ſunt,ergo & fecit ea,& facturus eſt ea,nã neq; facta ſũt,ſi ipſe nõ fecit:neq; futura ſunt ſi ipſe nõ fecerit. Fecit ergo ea prædeſtinãdo,facturus eſt operãdo,ſicut diſcipulos quãdo elegerit,
Ephe. 1 ſatis indicat euangelium, tunc utiq; quãdo eos uocauit:& tamen ait Apoſtolus, Elegit nos ante mundi cõſtitutionem,prædeſtinando utiq;,non uocando:quos autem prædeſtinauit,
Roma. 8 illos & uocauit. Elegit prædeſtinãdo ante mundi conſtitutionem,elegit uocãdo ante mũdi conſummationem:ſic & manſiones præparauit & præparat, nec alias,ſed quas præparauit has præparat,qui fecit quæ futura ſunt:quas præparauit prædeſtinando,præparat operando:iã ergo ſunt in prædeſtinatione:ſi quo minus dixiſſet,ibo & præparabo,id eſt prædeſtinabo:ſed quia nõdum ſunt in operatione, & ſi abiero,inquit,& præparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad meipſum. Parat autem quodammodo manſiones,manſionibus parando manſores:quippe cũ dixerit,in domo patris mei manſiones multæ ſunt,
1. Cor. 3 quid putabimus eſſe domum dei niſi templum dei? Quid autem ſit,interrogetur Apoſto-
1. Cor. 15 lus & reſpondeat, Templum enim dei ſanctum eſt,quod eſtis uos:hoc eſt etiã regnum dei, quod filius traditurus eſt patri, unde dicit idẽ Apoſtolus, Initiũ Chriſtus, deinde qui ſunt
Iegẽdum arbitror, complantando Chriſti in præſentia eius,deinde finis,cum tradiderit regnum deo & patri,id eſt,quos redemit ſanguine ſuo,tradiderit cõtemplando etiam patri ſuo:hoc eſt regnũ cœlorum,de quo dicitur,Simile eſt regnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo:bonũ autem ſemen, hi ſunt filij regni, qui &ſi nunc habent permixta zizania, mittet in fine rex ipſe angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcãdala, tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris ſui. Regnum fulgebit in regno,cum regno uenerit regnum, quod nũc oramus,& dici D
Matth. 6 mus, Veniat regnum tuum. Nunc ergo iam regnũ uocatur, ſed adhuc conuocatur: ſi enim regnum non uocaretur,colligent de regno eius omnia ſcandala,non diceretur,ſed nondum regnat hoc regnum. Proinde ſicut eſt regnum,ut cum de illo collecta fuerint omnia ſcãdala tunc perueniet ad regnũ, ut nõ ſolũ regni nomen, ſed etiã regnãdi habeat poteſtatem:huic
Matth. 25 quippe regno ad dexterã ſtãti,in fine dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, id eſt,qui regnum eratis & non regnabatis, uenite,regnate,ut quod in ſpe fueratis,etiã in re eſſe poſſitis: hæc ergo domus dei, hoc templum dei, hoc regnum dei, regnum q̃ cœlorum adhuc ædificatur,adhuc fabricatur,adhuc paratur,adhuc cõgregatur. In illo erũt mãſiones, ſicut eas adhuc parat dominus:in illo iã ſunt,ſicut prædeſtinauit etiã dominus:ſed quid eſt q̃ ut præpararet abijt,cum profecto noſipſos præparet,quod nõ faciet ſi reliquerit? Agnoſco domine ut poſſum,nimirũ illud ſignificas,quia ut parẽtur iſtæ manſiones,uiuere debet
Habacuc 2 iuſtus ex fide. Qui enim à domino peregrinãtur,opus habent ex fide uiuere,quia per hanc ad ſpeciem contemplandam parãtur,beati enim mundo corde,quia ipſi deum uidebunt:& fide mundat corda eorũ:illud in euangelio, hoc in apoſtolorũ actibus legitur. Fides autem qua eorum qui deum uiſuri ſunt quamdiu peregrinãtur,corda mundantur,quod nõ uidet credit:nam ſi uides,non eſt fides:credẽti colligitur meritum,uidenti redditur præmium. Eat ergo dominus & paret lócum,eat ne uideatur,lateat ut credatur:tunc enim locus paratur,ſi ex fide uiuatur,creditus deſideretur,ut deſideratus habeatur,deſiderium dilectionis,præparatio eſt manſionis. Ita domine para quod paras, nos enim tibi paras, & te nobis paras,
Ioan. 15 quoniam locum paras, & tibi in nobis & in te nobis: tu enim dixiſti, Manete in me & ego in uobis. Quãtum quiſq; fuerit particeps tui, alius minus, alius amplius,hæc erit diuerſitas præmiorum pro diuerſitate meritorum, hæc erit multitudo manſionum pro diſparilitate mãſorum,ſed tamen omnium in æternitate uiuorum, & ſine fine beatorum. Quid eſt q̃ uadis? quid eſt q̃ uenis? Si te bene intelligo,nec unde uadis, nec unde uenis,recedis:uadis la-

tendo,

A tendo, uenis apparẽdo, ſed niſi maneas regendo,ut proficiamus bene uiuendo,quomodo parabitur locus, ubi poſſimus manere perfruendo? Hæc de uerbis quæ recitata ſunt euangelicis, ſatis dicta ſint, quouſq; ait dominus, Iterum uenio, & accipiam uos ad meipſum. Quid autem ſit quod ſequitur,ut ubi ego ſum & uos ſitis: Et quò ego uado ſcitis,& uiam ſcitis.) Poſt interrogationem quæ ſequitur à diſcipulis factam, tanq; per eos & nos interrogemus,melius audiemus, opportuniusq; tractabimus.

De eo quod dicit ei Thomas, Domine,neſcimus quò uadis,uſq; ad id quod ait, Nemo uenit ad patrem niſi per me. Tractatus LXIX.

VNC eſt dilectiſſimi,ut quantum ualemus,intelligamus de uerbis domini poſterioribus priora,ex conſequẽtibus præcedẽtia, in eo quod audiſtis apoſtolo Thomæ interroganti eſſe reſponſum. Dixerat enim ſuperius dñs cum de manſionibus loqueretur,quas & eſſe dixit in domo patris ſui,& ire ſe ut præpararet eas,ubi intelleximus & eſſe iam manſiones ipſas in prædeſtinatione, & præparari eas cum eorum qui ibi manſuri ſunt,per fidem corda mundãtur,quoniam ipſa dei domus ipſi ſunt. *manere in domo Aug. q.* Et quid eſt aliud manere in domo dei,q̃ eſſe in populo dei,cum idem populus eſt in deo, & deus in eo? Hoc ut præpararet,dominus abijt, ut credẽdo in eum qui nõ uidetur,ea quæ in ſpecie futura eſt, nunc per fidẽ manſio præparetur:propter hoc ergo dixerat, Et ſi abiero & præparauero uobis locum, iterum uenio & accipiam uos ad meipſum,& ubi ego ſum & uos ſitis,& quò ego uado ſcitis & uiam ſcitis:ad hæc, Dicit ei Thomas, Domine,neſcimus quò uadis, & quomodo poſſumus uiã ſcire?) Vtrunq; illos dominus dixerat ſcire, utrunq; dixit iſte neſcire,& locum quò itur, & uiam qua itur:ſed neſcit ille mentiri,ergo iſti ſciebant, ſed ſe ſcire neſciebant:conuincat eos dominus iam ſcire, quod ſe putant ad hucuſq; neſcire.

Dicit ei Ieſus, Ego ſum uia, ueritas & uita.) Quid eſt fratres? Ecce audiuimus diſcipulum interrogantem, audiuimus & magiſtrum docentem, & nondum capimus etiam poſt uo-
B cem ſonantem ſententiam latitantem:ſed quid nõ poſſumus capere? Nunquid poterant ei dicere apoſtoli eius cum quibus loquebatur,neſcimus te? Proinde ſi cum ſciebãt,& uia ipſe eſt,uiam ſciebant: ſi eum ſciebant, & ueritas ipſe eſt, ueritatem ſciebant:ſi eum ſciebant,& uita ipſe eſt,uitam ſciebant:ecce ſcire conuicti ſunt, quod ſe ſcire neſciebant. Quid igitur & nos in iſto ſermone non cepimus? Quid putatis fratres mei, niſi quia dixit, & quò uado ſcitis & uiam ſcitis? ecce cognouimus q̃ ſciebant uiam, quia ſciebant ipſum qui eſt uia:ſed uia eſt qua itur,nũquid uia eſt & quò itur? Vtrunq; autem illos dixerat ſcire, & quò uadit, & uiam:opus ergo erat,ut diceret,ego ſum uia, ut oſtẽderet eos qui eum ſcirent,uiam ſcire, quam putauerant ſe neſcire. Quid autẽ opus erat,ut diceret, ego ſum uia & ueritas & uita, cum uia cognita qua iret,reſtaret noſſe quò iret,niſi quia ibat ad ueritatem,ibat ad uitam? Ibat ergo ad ſeipſum, per ſeipſum. Et nos quò imus niſi ad ipſum? & quà imus niſi per ipſum? Ipſe igitur ad ſeipſum per ſeipſum,nos ad ipſum per ipſum,imò uero & ad patrem & ipſe & nos,nam & de ſeipſo alibi dicit,Ad patrem uado: & hoc loco propter nos, Ne- *Ioan. 16*
mo,inquit, uenit ad patrem niſi per me.) Ac per hoc & ipſe per ſeipſum & ad ſeipſum & ad patrem, & nos per ipſum & ad ipſum & ad patrem. Quis hæc capit,niſi qui ſpiritaliter ſapit? Et quantum eſt quod hic capit,etiam qui ſpiritaliter ſapit? Fratres mei,quid à me iſta uobis uultis exponi? Cogitate q̃ excelſa ſint:uidetis quid ſim, uideo quid ſitis: in omnibus nobis corpus quod corrumpitur aggrauat animã,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: putamus ne & poſſumus dicere, Ad te leuaui animam meam,qui *Pſal. 122*
habitas in cœlis? Sed ſub tanto pondere ubi ingemiſcimus grauati,quomodo leuabo animam meam, niſi mecum leuet qui poſuit pro me ſuam? dicam ergo quod poſſum, capiat ueſtrum qui poteſt:quo donante dico,eo donante capit qui capit, & eo donante credit qui nondum capit, Niſi enim crediderit is, inquit propheta, non intelligetis. Dic mihi domine *Eſaiæ 7*
deus,quid dicam ſeruis tuis, cõſeruis meis? Thomas apoſtolus ut te interrogaret,habuit te ante ſe,nec tamen intelligeret te,niſi haberet in ſe: ego interrogo te,quia te ſcio eſſe ſup me.

Interrogo

Interrogo autem inquãtum possum super me effundere animam meam,ubi nõ sonantem C
& tamen docentem audiam te. Dic mihi obsecro,quomodo uadis ad te? nunquid nam ut
uenires ad nos,relíqueras te,maxime quia non à teipso uenisti,sed pater te misit? Scio qui-
dem q; te exinanisti,sed quia formam serui accepisti, non quia formam dei,uel ad quã redi
res dimisisti, uel quam reciperes amisisti : & tamen uenisti , & non solum usque ad carnales
oculos,uerumetiã usq; ad manus hominum peruenisti : quomodo nisi in carne? Per hanc
uenisti manens ubi eras,per hanc redisti non relinquens quò ueneras. Si ergo per hanc ue-
nisti & redisti, per hanc proculdubio nõ solum nobis es qua ueniremus ad te, uerumetiam
tibi qua uenires & redires uia fuisti. Cum uero ad uitam quod es ipse isti,eandem profecto
carnem tuam de morte ad uitam duxisti,aliud quippe dei uerbum est,aliud homo,sed uer
bum caro factum est,id est,homo. Non itaq; alia uerbi,alia est hominis persona,quoniam
utrunq; est Christus una persona : ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est,Chri-
stus mortuus est,& cũ caro sepulta est,Christus sepultus est:sic enim corde credimus ad iu-
stitiam,sic ore confessionem facimus ad salutem:ita cum caro à morte uenit ad uitam,Chri
stus uenit ad uitam : & quia uerbum dei Christus est, Christus est uita. Ita miro quodã &
ineffabili modo,qui nunc̃p dimisit uel amisit seipsum, uenit ad seipsum. Venerat autem,ut
dictum est,per carnem deus ad homines,ueritas ad mendaces:deus enim ueràx,omnis au
tem homo mendax. Cum itaq; ab hominibus abstulit,atq; illuc ubi nemo mẽtitur,carnem
suam leuauit idẽ ipse, quia uerbum caro factum est, per semetipsum, id est,per carnem,ad
ueritatem quod est ipse remeauit. Quam quidem ueritatem,quamuis inter mendaces,& in
morte seruauit:aliquãdo enim Christus fuit mortuus,sed nunc̃p fuit falsus. Accipite quãuis
diuersum & longe impar exemplum,tamen utcunq; ad intelligendũ deum,ex his quæ pro-
pius subiecta sunt deo : ecce egoipse quãtum attinet ad animum meum,cum hoc sim quod
estis & uos,si taceo, apud meipsum sum:si autem loquor uobis quod intelligatis,quodam-
modo ad uos procedo,nec me relinquo,sed & ad uos accedo,& non recedo unde procedo:
cum autẽ tacuero,quodammodo ad me redeo,& quodãmodo uobiscum maneo,si tenueri D
tis quod audistis in sermone quem dico. Si hoc potest imago quam fecit deus,quid potest
nõà deo facta, sed ex deo nata imago dei deus, cuius illud per quod ad nos egressus est,&
in quo à nobis regressus est,corpus,non sicut meus elapsus est sonus,sed manet ibi ubi iam
non moritur,& mors ei ultra non dominabitur? Multa de his euãgelicis uerbis adhuc dici
fortasse poterãt & debebant, sed non sunt corda uestra spiritalibus cibis quãlibet suauibus
onerãda,maxime quia spiritus promptus est,caro autem infirma.

De eo quod ait,Si cognouissetis me, & patrem meum utiq; cognouissetis,usque
ad id quod ait,Nõ credis quia ego in patre & pater in me est. Tractatus LXX.

VERBA sancti euangelij fratres,ita rectè intelliguntur,si cum superioribus repe-
riuntur habere concordiam:cõuenire enim debent præcedẽtia consequentibus,
quãdo ueritas loquitur:superius dixerat dominus, Et si abiero & præparauero
uobis locum, iterum uenio & accipiam uos ad meipsum,ut ubi ego sum & uos
sitis:deinde addiderat, Et quò ego uado scitis, & uiam scitis,nihilq; aliud ostẽdit esse quod
dixit,nisi quia ipsum sciebant. Quid ergo esset ire ad seipsum per seipsum,quod etiam disci
pulis præstat ut eant ad ipsum per ipsum,ut potuimus pristino sermone iã diximus. Quod
itaq; ait, Vt ubi ego sum & uos sitis, ubi erant futuri n.ĩ in ipso? Ac per hoc est etiã ipse in
seipso,& ideo ibi illi ubi & ipse, id est,in ipo. Ipse est igitur uita æterna in qua futuri sumus,
cum acceperit nos ad se, & ipsa uita æterna quod ipse est,in ipso est,ut ubi est ipse & nos si-
mus,hoc est,in ipso. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, & utiq; non aliud est uita
quam habet, nisi quod est ipse qui hanc habet : sic dedit filio habere uitã in semetipso,cum
ipse sit eadem uita quam habet in semetipso. Nunquid autẽ nos uita quod est ipse, hoc eri
mus,cum in illa uita,hoc est in ipso esse cœperimus? Non utiq;,quia ipse existendo uita ha
bet uitam, & ipse est quod habet,& quod uita est in ipso, ipse est in seipso : nos autem non

ipsa

A ipsa uita,sed ipsius uitæ participes sumus,atq; ita ibi erimus,ut in nobisipsis non quod ipse
est esse possimus , sed nosipsi non uita , ipsum habeamus uitam qui seipsum habet uitam,
eo quod ipse sit uita . Deniq; ipse & in seipso est immutabiliter , & in patre inseparabiliter,
nos uero cũ in nobisipsis esse uoluissemus,ad nosipsos turbati sumus: unde illa uox est,Ad Psal.6
meipsum turbata est anima mea,atq; in deterius commutati,nec̃p id quod fuimus perma
nere potuimus. Cum autem per ipsum uenimus ad patrem, sicut ait, Nemo uenit ad patrẽ
nisi per me,manentes in illo,nec à patre nos quisquam poterit separare,nec ab illo. Conne
ctens itaq; consequentia præcedentibus, Si cognouissetis me,inquit,& patrem meum uti
que cognouissetis.) hoc est quod ait, Nemo uenit ad patrem nisi per me:deinde subiungit,

Et amodo cognoscetis eum,& uidistis eum.)Sed Philippus unus ex apostolis, qui audie
rat non intelligens, Domine, inquit,ostende nobis patrem,& sufficit nobis.) Cui domi-
nus, Tanto,inquit,tempore uobiscum sum,& nõ cognouistis me? Philippe qui uidet me,
uidet & patrem.) Ecce increpat quod tanto tempore cum ipsis erat , & non cognoscebatur.
Nónne ipse dixerat,& quò ego uado scitis,& uiam scitis? Et se nescire dicentes,eos hoc scire
conuicerat,addendo atq; dicendo,Ego sum uia & ueritas & uita:quomodo nunc dicit, Tan
to tempore uobiscum sum,& non cognouistis me,cum profecto & quò iret & uiam scirent,
non ob aliud nisi quod ipsum utiq; scirẽt? Sed facile ista soluitur quæstio, si dicamus quòd
eum aliqui eorum sciebant,aliqui nesciebant,atq; in his qui nesciebant & Philippus erat,&
quod ait,& quò uado scitis,& uiam scitis,illis dixisse intelligatur qui sciebant,non Philippo
cui dictũ est, Tanto tempore uobiscum sum,& non cognouistis me Philippe? His ergo qui
filium iam nouerant,etiam illud de patre dictum est,& amodo cognoscetis eum & uidistis
eum : dictum est enim propter omnimodam similitudinem quæ illi cum patre est , ut ideo
amodo dicerentur nosse patrem,quia nouerant similem filium: ergo iam sciebant filium,&
si non omnes,certe quidam eorum quibus dicitur, Et quò uado scitis, & uiam scitis, ipse est
B enim uia.Sed patrem nesciebant,ideo audiunt:si cognouissetis me,& patrem meum cogno
uissetis, si me,utiq; & illum,alius enim ego sum, alius ille:sed ne putarent dissimilem , & a-
modo,inquit,cognoscetis eum,& uidistis eum. Viderunt enim ei similem filium,sed admo-
nendi fuerant talem esse etiam patrem,quem nõdum uidebant, qualis est filius quem uide
bant, & ad hoc ualet quod postea Philippo dicitur, Qui uidet me,uidet & patrem.) Nõ
quòd ipse sit pater & filius,quod in Sabellianis,qui uocantur etiam Patripassiani,catholi- Sabelliani sive p.
ca fides damnat,sed quòd tam similes sint pater & filius,ut qui unum nouerit,ambos noue
rit: solemus enim de simillimis duobus ita loqui eis qui unũ illorum uident,& qualis sit ali-
us uolunt nosse,ut dicamus, Vidistis istum,illum uidistis. Sic ergo dictum est,qui me uidet,
uidet & patrem,non utiq; ut ipse sit pater qui filius , sed quòd à patris similitudine in nullo
prorsus discrepet filius : nam nisi duo essent pater & filius, non dictum esset, si cognouisse-
tis me, & patrem meum cognouissetis , utiq; enim, quia nemo, inquit,uenit ad patrem nisi
per me,si cognouistis me,& patrem meum cognoscetis,quoniam ego per quem uenitur ad
patrem,perducam uos ad eum, ut ipsum etiam cognoscatis : sed quoniam illi sum omnino
simillimus,amodo cognoscetis eum cum cognoscitis me,& uidistis eum,si oculis cordis uidi
stis me. Quid ergo est quod dicis Philippe,ostende nobis patrem,& sufficit nobis? Tanto,
inquit,tempore uobiscum sum,& non cognouistis me? Philippe qui uidet me,uidet & pa-
trem. Quod si ad te multum est hoc uidere,saltem quod non uides hoc crede. Quomodo
enim dicis,inquit,ostende nobis patrem?) Si me uidisti qui omnimodo similis sum,uidisti
illum cui similis sum : quod si uidere non potes, non saltem credis quia ego in patre & pater
in me est? Poterat hic dicere Philippus, Video quidem te,& credo te simillimum esse patri:
sed nunquid arguendus & obiurgandus est , qui cum similem uidet, etiam illum cui similis
est uult uidere? Similem quidem noui, sed adhuc alterum sine altero noui, non mihi suffi-
cit,nisi & illum cui est iste similis nouerim, Ostẽde itaq; nobis patrem,& sufficit nobis. Sed
ideo magister discipulum arguebat,quoniam cor postulantis uidebat. Tanquam enim me

B lior es

lior esset pater quàm filius, ita Philippus patrẽ nosse cupiebat, & ideo nec filiũ sciebat, quo melius esse aliquid credebat. Ad hunc sensum corrigendum dictum est, qui uidet me, uidet & patrem, quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Video quomodo tu dicas, non alterũ quæris uidere similem, sed illum putas esse meliorem. Nõ credis, quia ego in patre & pater in me est? Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse? Deinde nõ ad solum Philippum, sed ad eos pluraliter loquitur, quæ non sunt in angustias coartanda, ut adiuuante illo diligentius exponantur.

De eo quod dicit, Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: usq; ad id quod ait, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam. Tract. LXXI.

AVDITE auribus, accipite mentibus dilectissimi, loquẽtibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit à nobis, dominus dicit, quod modo cum legebatur audistis. Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera.) Ergo & uerba opera sunt? Planè ita est, nam profecto qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Sed quid est, à meipso non loquor, nisi à meipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit: pater enim deus nõ est de aliquo, filius autem deus est quidem patri æqualis, sed de patre deo: ideo ille deus, sed non de deo: & lumen, sed non de lumine: iste uero deus de deo, lumen de lumine: nam in his duabus sententijs, una qua dictũ est, non à meipso loquor: alia qua dictum est, pater autem in me manens ipse facit opera, singulas tenentes diuersi nobis aduersantur hæretici, qui non ex una parte, sed in contraria conantes, à uia ueritatis exorbitant. Ariani quippe dicunt, ecce inæqualis est patri filius, à seipso nõ loquitur: dicunt Sabelliani contrà, id est, patripassiani, ecce qui pater est ipse & filius. Quid enim est, pater in me manens, ipse facit opera, nisi in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo modo sicut est falsum contrarium uero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria, errando in diuersa itis, in medio est uia quam relinquitis: inter uosipsos longiore interuallo separati estis, quàm ab ipsa uia cuius desertores estis. Vos hinc, uos autem illinc, huc uenite, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atq; illinc ad nos ueniẽdo, inuicem uos inuenite. Sabelliani, agnoscite quem prætermittitis: Ariani, æquate quẽ subditis, & in uia uera nobiscũ ambulabitis: est em̃ quod inuicem ex uobis alteri ex alteris admoneri utriq; debeatis. Audi Sabelliane, usq; adeo non ipse pater, sed alter est filius, ut eum Arianus inæqualem asserat patri: audi Ariane, usq; adeo filius æqualis est patri, ut Sabellianus eũdem esse dicat & patrem: tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobiscum ambo consistitis, quia nec tu tollis, nec tu minuis eum: qui & alter est à patre, ut conuincas Sabellianum: & æqualis est patri, ut conuincas Arianum: utriscp enim clamat, Ego & pater unum sumus: quod ait, unum, audiant Ariani: quod ait, sumus, audiant Sabelliani: & nec illi æqualem, nec illi alterum negando sint uani. Si ergo quoniam dixit, uerba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor, propterea putatur usq; adeo imparis potestatis, ut non quod ipse uult faciat: audiatur quod dixit, Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Item si quoniã dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur non alius esse pater, alius ipse: audiatur quod dixit, Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit: & intelligatur non bis unus, sed duo unum. Verum quia sic æqualis est alter alteri, ut tamẽ alter sit ex altero, ideo non loquitur à semetipso, quia non est à seipso: & ideo pater in illo manẽs facit opera ipse, quia per quem & cum quo facit, non est nisi ab ipso: deniq; adiungit & dicit, Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? alioquin propter opera ipsa credite.) Antea solus Philippus arguebatur, nunc autem non ibi cum solum fuisse qui esset arguendus ostenditur, Propter opera, inquit, ipsa credite, quia ego in patre & pater in me est: neq; enim si separati essemus, inseparabiliter operari ulla ratione possemus. Sed quid est quod sequitur, Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem uado: & quæcũq; petieritis in nomine meo, hæc

Ioan.10

Ioan.5

A hæc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Ergo & ille maiora opera seipsum facturum esse promisit. Non se extollat seruus supra dominum, nec discipulus supra magistrum. Maiora quàm ipse fecit dicit eos esse facturos, sed in eis uel per eos se faciente, non ipsis tanquam ex seipsis: ei quippe cantatur in psalmo, Diligam te domine uirtus mea. Sed quæ sunt tandem ista maiora? an forte quòd ægros ipsis transeuntibus, etiã eorum umbra sanabat? Maius est enim ut sanet umbra quàm fimbria. Illud per se fecit, hoc per ipsos, sed tamen utrunq; ipse: ueruntamẽ quando ista dicebat, uerborum suorum opera commendabat: sic enim dixerat, Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor, Pater autem in me manens, ipse facit opera. Quæ opera tunc dicebat, nisi uerba quæ loquebatur? Audiebant & credebant illi, & eorundem uerborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quàm illi erant, sed gentes etiam crediderũt. Hæc sunt sine dubitatione maiora: nec tamen ait, Maiora horum facietis, ut solos apostolos ea putaremus esse facturos, Sed qui credit in me, inquit, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Itá ne quicunq; credit in Christum, facit quæ Christus, uel maiora quàm Christus? Non prætereunter ista tractanda sunt, nec debent festinatione præcipitari, sed ea cogit concludendus iam sermo iste differri.

De eadem lectione. Tractatus LXXII.

VId sibi uelit, & quomodo accipiendum sit quod dominus ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet,) non est facile comprehendere, & cũ hoc ad intelligendũ difficillimũ sit, adiecit aliud difficilius, Et maiora horũ faciet.) Quid est hoc? Qui faceret opera quæ Christus fecit, nõ inueniebamus, qui etiã maiora faciet inuẽturi sumus? Sed dixeramus sermone pristino, qa maius fuit umbræ suæ trãsitu quod discipuli fecerũt, quàm fimbriæ suæ tactu quod ipse dominus fecit, sanari languẽtes. Et quia plures apostolis, quàm ipso per os propriũ prædicãte domino crediderunt,

B ut hæc uiderentur opera intelligenda esse maiora: non quo maior esset magistro discipulus, uel domino seruus, uel adoptatus unigenito, uel homo deo: sed quòd per illos ipse dignaretur eadẽ maiora facere, qui dicit illis alio loco, Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe ut alia omittam quæ sunt innumerabilia) sine ipsis fecit eos, sine ipsis fecit hunc mundũ, & quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & seipsum. Quid autẽ illi sine ipso nisi peccatum? Deniq; & hic id quod de hac re poterat nos mouere, mox abstulit: cũ enim dixisset, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, continuo secutus adiunxit. Quia ego ad patrem uado, & quæcunq; petieritis in nomine meo, hæc faciam.) Qui dixerat faciet, post ait faciam, tanquam diceret, Non uobis impossibile hoc uideatur: non enim poterit esse maior me qui credit in me, sed ego sum facturus, & tũc maiora quàm nunc. Maiora per eum qui credit in me, quàm præter eum per me: ego tamẽ ipse præter eum, ego ipse per eum: sed quando præter eum non faciet ipse, quando autem per eum, quamuis non per semetipsum, faciet & ipse. Porrò autem maiora facere per eum quàm præter eum, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuant serui domino, pro omnibus quæ retribuit eis? Quando quidẽ inter cætera bona etiam hoc eis donare dignatus est, ut maiora faceret per illos quàm præter illos. Nónne ab ore illius diues ille tristis abscessit, qui uitæ æternæ consilium quæsiuit? Audiuit, abiecit, & tamen postea quod ab illo auditum non fecit unus, fecerunt multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus, contemptibilis ei quem diuitem per seipsum monuit, amabilis eis quos ex diuitibus pauperes, per discipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quod hæc maiora per apostolos fecit, nõ autem ipsos tantum significans ait, Opera quæ ego facio & uos facietis, & maiora horum facietis, sed omnes ad suam familiam pertinentes intelligi uolẽs, Qui credit in me, inquit, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Si ergo qui credit faciet, non credit utique qui non faciet, sicuti est, Qui diligit me mandata mea custodit, unde profecto qui non custo-

Ioan.15

Psal.17

Psal.115

Matth.19

Matth.7 dit,non diligit. Item alio loco,Qui audit,inquit,uerba mea hæc,& facit ea, ſimilabo eum uiro prudenti,qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Qui ergo non eſt ſimilis huic uiro
Ioan.11 prudenti,proculdubio aut uerba hæc audit & non facit, aut omnino nec audit. Qui credit, inquit,in me,licet moriatur uiuet: qui ergo non uiuet, non utiq; credit. Tale etiam hoc eſt, qui credit in me faciet,non utiq; credit qui non faciet. Quid eſt hoc fratres? Nunquid inter credentes in Chriſtum non eſt computandus,qui nõ fecerit opera maiora quàm Chriſtus? Durũ eſt,abſurdũ eſt,ferri nõ poteſt,nõ toleratur niſi intelligatur. Apoſtolum igitur audia
Roma.4 mus,Credẽti,inquit,in eũ qui iuſtificat impiũ,deputatur fides eius ad iuſtitiã. In hoc opere facimus opera Chriſti,quia & ipſum credere in Chriſto,opus eſt Chriſti,hoc operatur in nobis,nõ utiq; ſine nobis: audi ergo iã & intellige. Qui credit in me,opera quæ ego facio & ipſe faciet: prius ego facio,deinde & ipſe faciet,quia facio ut faciat. Quæ opera, niſi ut ex impio iuſtus fiat? Et maiora horũ faciet,quorũ obſecro? Nunquid nam omniũ operũ Chriſti maiora facit,qui cum timore & tremore ſuam ipſius ſalutem operatur? Quod utiq; in illo, ſed non ſine illo Chriſtus operatur. Prorſus maius hoc eſſe dixerim, quàm eſt cœlum & terra,
Matth.24 & quæcunq; cernuntur in cœlo & in terra: & cœlum enim & terra tranſibit, prædeſtinatorũ autem,id eſt,eorum quos præſcit,ſalus & iuſtificatio permanebit. In illis tantum opera dei, in his autẽ etiã eſt imago dei. Sed & in cœlis,ſedes, dominationes,principatus,poteſtates, archangeli,angeli,opera ſunt Chriſti. Nunquid etiam his operibus maiora facit, qui operante in ſe Chriſto,cooperatur ſalutem æternam ac iuſtificationem ſuam? Non hic audeo præcipitare ſententiam: intelligat qui poteſt,iudicet qui poteſt, utrum maius ſit iuſtos creare,quàm impios iuſtificare. Certe enim ſi æqualis eſt utrunque potentiæ,hoc maioris eſt mi
1.Tim.3 ſericordiæ: hoc eſt enim magnum pietatis ſacramentum quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu,apparuit angelis,prædicatum eſt in gentibus,creditum eſt in mundo,aſſumptum eſt in gloria. Sed omnia opera Chriſti intelligere ubi ait, Maiora horum faciet,nulla nos neceſſitas cogit: horum enim forſitan dixit,quæ in illa hora faciebat: tunc nim uerba fidei faciebat,& de his operibus fuerat prælocutus dicẽs, Verba quæ ego loquor uobis,à meipſo non loquor,pater autem in me manens,ipſe facit opera. Tunc igitur uerba
alias,per eius erant opera eius, & utique minus eſt uerba iuſtitiæ prædicare quod fecit † præter nos, quàm impios iuſtificare, quod ita facit in nobis, ut faciamus & nos. Reſtat inquirere quomodo accipiendum ſit. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,hoc faciam.) Propter multa enim quæ petunt fideles eius nec accipiunt,non parua hinc exoritur quæſtio: ſed quoniam ſermo iſte iam claudendus eſt,ei conſyderandæ rei atque tractandæ tribuatur ſaltem parua dilatio.

De eo quod dicit,Quia ego ad patrem uado,& quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,hoc faciam. Tractatus LXXIII.

MAGNAM ſpem dominus ſuis promiſit ſperãtibus dicens, Quia ego ad patrem uado,& quodcunq; petieritis in nomine meo,hoc faciam.) Sic ergo perexit ad patrem,ut non relinqueret indigentes,ſed exaudiret petentes. Sed quid eſt,quodcunq; petieritis,cum uideamus plerunq; fideles eius petere, & non accipere? An forte propterea quia male petunt? nam hoc exprobrauit apoſtolus Iacobus di-
Iacobi 4 cens, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiſcentijs ueſtris inſumatis. Male ergo uſurus eo quod uult accipere, deo potius miſerante non accipit. Proinde ſi hoc ab illo petitur unde homo lædatur exauditus,magis metuendum eſt, ne quod poſſet non
Num.11 dare propitius, det iratus. An non uidimus Iſraëlitas malo ſuo impetraſſe, quod culpabili concupiſcentia petierunt? Concupierant enim carnibus ueſci, quibus pluebatur manna de cœlo: faſtidiebant quippe quod habebant, & quod non habebant, impudenter petebant: quaſi non melius peterent,non ut cibus qui deerat indecenti deſiderio præſtaretur,ſed ut ille qui aderat, ſanato faſtidio ſumeretur. Quando enim nos delectant mala, & non delectant

A ctant bona,rogare debemus potius deum ut delectent bona, quàm ut concedantur mala. Non quia malum eſt carne ueſci,cum de hac re loquens Apoſtolus dicat, Omnis creatura 1.Tim.4
dei bona eſt, & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ſed quia ſicut idem ipſe ait,Malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Et ſi per hominis offen- Rom.14
ſionem,quanto magis dei? Cuius in Iſraëlitis non parua erat offenſio, repudiare quòd dabat ſapientia, & petere id quo inhiabat concupiſcentia, quamuis illi nec peterent, ſed quia deerat murmurarent, ſed ut ſciremus non dei creaturam eſſe culpabilem, ſed inobedientiam contumacem & inordinatam cupiditatem, non propter porcum, ſed propter pomum mortem primus homo inuenit, & Eſau primatus ſuos non propter gallinam, ſed propter lenticulam perdidit. Quomodo ergo intelligendum eſt,quodcunque petieritis,hoc faciam, ſi deus aliqua petentibus fidelibus etiam conſulendo non facit? An forte ſolis apoſtolis hoc dictum debemus accipere? Abſit. Vnde enim ad hoc uenit ut diceret quod ſuperius dixerat,Qui credit in me,opera quæ ego facio & ipſe faciet,& maiora horum faciet,de qua re iam priſtino ſermone tractauimus, & ne quiſquam hoc ſibi tribueret, ut etiam illa opera maiora à ſeipſo facere oſtenderet,adiecit atque ait,Quia ego ad patrem uado,& quodcunque petieritis in nomine meo,hoc faciam. Nunquid in eum ſoli apoſtoli crediderunt? Ad eos itaque loquebatur dicendo, Qui credit in me, in quibus eo donante etiam nos ſumus, qui utique non quodcunque petimus accipimus. Ipſos quoque beatiſſimos ſi cogitemus apoſtolos, inuenimus eum qui plus omnibus laborauit, non autem ipſe, ſed gratia dei cum ipſo,ter dominum rogaſſe ut ab eo diſcederet angelus ſatanæ, nec tamen quod rogauerat accepiſſe. Quid dicemus chariſſimi? Putabimús ne hoc promiſſum ubi quodcunque petieritis hoc faciam, nec apoſtolis fuiſſe ab illo completum? Et cui tandem quod promittit impleuit,ſi apoſtolos ſuos in ſua promiſſione fraudauit? Euigila igitur homo fidelis, & uigilanter audi quod illic poſitum eſt,in nomine meo, Ipſum enim quodcunque,non ait pe
B tieritis utcunque, ſed in nomine meo. Quis promiſit ergo tam magnum beneficium? qui uocatur utique Chriſtus Ieſus. Chriſtus ſignificat regem, Ieſus ſignificat ſaluatorem. Non itaq; nos ſaluos faciet quicunque rex, ſed rex ſaluator, ac per hoc quodcunq; petimus aduerſus utilitatem ſalutis,non petimus in nomine ſaluatoris,& tamen ipſe ſaluator eſt, non ſolum quando facit quod petimus, uerumetiam quando non facit, quoniam quod uidet peti contra ſalutem, non faciendo potius ſe exhibet ſaluatorem: nouit enim medicus quid pro ſua,quid contra ſuam ſalutem poſcat ægrotus,& ideo contraria poſcentis non facit uoluntatem ut faciat ſanitatem: quapropter quando uolumus ut fiat quodcunque petimus, non utcunq; ſed in nomine eius, hoc eſt in nomine ſaluatoris petamus. Non ergo contra noſtram ſalutem petamus, quod ſi fecerit,non ut ſaluator facit, quod eſt nomen fidelibus eius. Eſt quippe impijs & damnator,qui dignatur fidelibus eſſe ſaluator. Qui ergo credit in eum,quodcunque petierit in eo nomine,quod eſt illis qui credunt in eum, hoc facit,quoniam hoc ſicut ſaluator facit. Si autem qui in eum credit, aliquid per ignorantiam contra ſuam ſalutem petit, non in nomine ſaluatoris petit, quia ſaluator ei non erit, ſi quod eius ſalutem impedit,fecerit. Vnde tunc expedit potius, ut non faciendo propter quod inuocatur,faciat quod uocatur. Propterea non ſolum ſaluator, ſed etiam magiſter bonus, ut faciat quodcunque petierimus,in ipſa oratione quam nobis dedit, docuit quid petamus, ut etiam ſic intelligamus non petere nos in nomine magiſtri, quod petimus præter regulam ipſius magiſterij. Sanè quædam quamuis in nomine eius petamus, id eſt, ſecundum ſaluatorem & ſecundum magiſtrum petamus,non tunc quando petimus facit, ſed tamen facit. Neq; enim quia & illud petimus ut ueniat regnum dei, propterea non facit quod petimus, quia non ſtatim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quando petimus, non negatur. Veruntamen orantes tanquam ſeminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus ut ſimul petamus quando bene petimus, ut non faciat quod non bene petimus, quia & ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus, Ne nos infe- Mat.6

ras in tentationem:neque enim parua est tentatio,si contra tuam sit causam tua postulatio. C
Non autem negligenter audiendum est, quod dominus ne quisquam eum putaret quod se promisit facere petentibus,sine patre esse facturum, cum dixisset, quodcunque petieritis in nomine meo,hoc faciam,continuo subiecit, Vt glorificetur pater in filio, si quid petieritis in nomine meo,hoc faciam.)Nullo modo igitur sine patre hoc filius facit,quandoquidem ut in illo pater glorificetur,propterea facit.Facit ergo pater in filio, ut filius glorificetur in patre:& facit filius in patre,ut pater glorificetur in filio,quoniam unũ sunt pater & filius.

De eo quod dicit, Si diligitis me, mandata mea seruate, usque ad id quod ait,Vos autem cognoscetis eum,quia apud uos manebit & in uobis erit.

Tractatus LXXIIII.

AVDIuimus fratres cum euangelium legeretur dominum dicentem, *Si diligitis me,*mãdata mea seruate.Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis,ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis quẽ mundus nõ potest accipere,quia nõ uidet eum,nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit & in uobis erit.) Multa sunt quæ in istis paucis uerbis domini requirantur. Sed multum est ad nos uel omnia quæ hic quærenda sunt quærere, uel omnia quæ hic quærimus inuenire. Veruntamen quantum nobis dominus donare dignatur,pro nostra & uestra capacitate quid dicere debeamus, & quid audire debeatis, attendentes per nos charissimi,quod possumus sumite,& ab illo quod non possumus poscite.Spiritum paracletum Christus promisit apostolis, quo autem modo promiserit,aduertamus.*Si diligitis me,*inquit,*mandata mea seruate,* & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis,ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis. Hic est utique in trinitate spiritus sanctus, quem patri & filio consubstantialem & coæternum fides catholica confitetur: ipse
Rom.5 est de quo dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctũ D
qui datus est nobis:quomodo ergo dominus dicit,*Si diligitis me,*mandata mea seruate, & ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit uobis, cum hoc dicat de spiritusancto, quẽ nisi habeamus,nec diligere deum possumus, nec eius mandata seruare? Quomodo diligimus ut eum accipiamus,quem nisi habeamus,diligere non ualemus? Aut quomodo mandata seruabimus ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, mandata seruare non possumus? An forte præcedit in nobis charitas, qua diligimus Christum, ut diligẽdo Christum eiusq; mandata faciendo, mereamur accipere spiritumsanctum, ut charitas non Christi, quæ iam præcesserat, sed dei patris diffundatur in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis? Peruersa est ista sententia,qui enim se filium diligere credit, & patrem non diligit, profecto nec filium diligit, sed quod sibi ipse confinxit: deinde apostolica uox
1.Cor.12 est,Nemo dicit dominus Iesus nisi in spiritusancto. Et quis dominum Iesum, nisi qui eum diligit dicit? Si eo modo dicit quo Apostolus intelligi uoluit, multi enim uoce dicunt, cor-
ad Titum 1 de autem & factis negant, sicut de talibus ait, Confitentur enim se nosse deum, factis autem negant. Si negatur factis,proculdubio etiam dicitur ficte. Nemo itaq; dicit dominus Iesus,animo, uerbo, facto, corde, ore, opere: nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritusancto,& nemo sic dicit,nisi qui diligit. Iam itaque apostoli dicebant dominus Iesus,& si eo modo dicebant,ut non ficte dicerent,ore confitentes,corde & factis negantes. Prorsus si uere citer hoc dicebãt,proculdubio diligebãt. Quomodo igitur diligebant,nisi in spiritusancto? Et tamen eis prius imperatur ut diligant eum,& eius mandata conseruent, ut accipiant spiritumsanctum,quem nisi haberent, profecto diligere & mandata seruare non possent. Restat ergo ut intelligamus spiritumsanctum habere qui diligit, & habendo mereri ut plus habeat,& plus habendo plus diligat. Iam itaque habebant spiritum discipuli,quem dominus promittebat,sine quo eum dominum non dicebant,nec tamen eum adhuc habebant, sicut eum dominus promittebat.Et habebant ergo,& non habebant, qui quantum habendus

A dus fuerat, nondum habebant. Habebant itaq; minus,dandus erat eis amplius, habebant occulte,accepturi fuerant manifeste, quia & hoc ad maius donum sancti spiritus pertinebat, ut eis innotesceret quod habebant: de quo munere loquens Apostolus ait, Nos *1.Cor.2* autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est,ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: nam & ipsam manifestam impertionem spiritussancti non semel, sed bis numero dominus egit. Mox enim ut resurrexit à mortuis insufflans ait, Accipite *Ioan.20* spiritumsanctum. Nunquid igitur quia tunc dedit, ideo non misit etiam postea quem promisit? Aut non idem ipse est spiritussanctus,qui & tunc est insufflatus ex ipso, & postea ab ipso missus è cœlo? Quapropter cur ipsa quæ facta est euidenter donatio eius, bis facta fuerit,alia quæstio est: fortassis enim propter duo præcepta dilectionis, hoc est proximi & dei,commendaretur ad spiritumsanctum pertinere dilectio, hæc eius gemina est in manifestatione facta donatio.Et si alia causa quærenda est, non nunc eius inquisitione in longio- *1.sen.dis.17.c.*
rem quàm oportet modum sermo iste mittendus est,dum tamen constet sine spiritusancto *ut antẽ certius*
Christum nos diligere,& mandata eius seruare non posse, & id nos posse atque agere tanto minus,quanto illum percipimus minus:tanto autem amplius,quanto illum percipimus amplius. Proinde non solum non habenti, uerumetiam habenti non incassum promittitur,non habenti quidem,ut habeatur, habenti autem, ut amplius habeatur, nam nisi ab alio minus,ab alio amplius haberetur,sanctus Helisæus sancto Heliæ non diceret,Spiritus *4.Reg.2*
qui est in te,duplex sit in me: quando autem ait Ioannes Baptista, Non enim ad mensu- *Ioan.3*
ram dat deus spiritum, de ipso dei filio loquebatur,cui non est datus spiritus ad mẽsuram, quia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Neque enim sine gratia spiritussancti est mediator dei & hominum homo Christus Iesus, nam & ipse dicit de se fuisse propheti- *Esaiæ.61*
cum illud impletum,Spiritus domini super me,propter quod unxit me, euangelizare pau-
peribus misit me. Quòd enim est unigenitus,æqualis patri,nõ est gratiæ,sed naturæ: quòd
B autem in unitatem personæ unigeniti assumptus est homo,gratiæ est non naturæ,confiten te euangelio atque dicente, Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gra- *Luc.2*
tia dei erat in illo.Cæteris autem ad mensuram datur,& datus additur,donec unicuiq; pro
modo suæ perfectionis propria mensura compleatur: unde & monet Apostolus nõ plus *Roma.12*
sapere quàm oportet sapere,sed sapere ad temperantiam, unicuique sicut deus partitus est mensuram fidei. Neq; enim ipse diuiditur spiritus, sed dona per spiritum:nam diuisiones donationum sunt,idem autem spiritus:quod uero ait, Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis.)Ostẽdit & seipsum esse paracletum.Paracletus enim latine dicitur aduocatus: & dictum est de Christo, Aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustũ. *1.Ioan.2*
Sic autem mundum dixit non posse accipere spiritumsanctum,sicut etiam dictum est,Pru
dentia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest, uelut si dica- *Roma.8*
mus,iniustitia iustitia esse non potest. Mundum quippe ait hoc loco,mundi significans dilectores, quæ dilectio non est à patre. Et ideo dilectioni huius mundi, de qua satagimus, ut minuatur & consumatur in nobis, contraria est dilectio dei, quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Mundus ergo eum accipere non potest,quia non uidet eum,neq; scit eum.) Nõ enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio,per quos uideri spiritussanctus nisi inuisibiliter non potest. Vos autem,inquit,cognoscetis eum,quia apud uos manebit,& in uobis erit.) Erit in eis ut maneat, non manebit ut sit: prius est enim esse alicubi, quàm manere. Sed ne putarent quod dictum est, apud uos manebit, ita dictum quemadmodum apud hominem hospes uisibiliter manere consueuit, exposuit quid dixerit, apud uos manebit, cum adiunxit & dixit, in uobis. Ergo inuisibiliter uidetur, nec si non sit in uobis, potest esse in uobis eius scientia. Sic enim à uobis uidetur in nobis, id est, nostra conscientia: nam faciem uidemus alterius, nostram uidere non possumus: conscientiam uero nostram uidemus, alterius non uidemus. Sed conscientia nunquam est nisi in nobis: spiritus autem sanctus potest

esse etiã sine nobis. Datur quippe ut sit & in nobis, sed uideri & sciri quemadmodũ uidendus & sciendus est, non potest à nobis, si non sit in nobis. C

De eo quod dicit, Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos, usque ad id quod ait, Et qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Tractatus LXXV.

POST promissionem spiritussancti, ne quisquam putaret quod ita eũ dominus daturus fuerit uelut pro seipso, ut non & ipse cum eis esset futurus, adiecit atq; ait, Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos.) Orphani pupilli sunt: illud enim Græcum eiusdem rei nomen est, hoc Latinũ: nam & in psalmo ubi le
psal. 9 gimus, Pupillo tu eris adiutor, Græcus habet orphano. Quãuis ergo nos filius dei suo patri adoptauerit filios, & eundem patrem nos uoluerit habere per gratiam, qui eius patet est per naturam, tamen etiam ipse circa nos paternum affectum quodammodo demõstrat cum dicit, Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos: hinc est quòd etiam sponsi filios
Matth. 9 nos appellat, ubi ait, Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus, & tunc ieiunabũt filij sponsi. Quis autem sponsus nisi dominus Christus? deinde sequitur & dicit, Adhuc modicum & mundus me iam non uidet.) Quid enim? Tunc cum uidebat mundus, quandoquidẽ mundi nomine uult intelligi eos de quibus superius locutus est, dicens de spiritusancto quem mundus accipere non potest, quia non uidet eum neq; cognoscit eum. Videbat eum planè mundus carneis oculis in carne conspicuum, non autem uidebat quod in carne uerbum latebat. Videbat hominem, non uidebat deum, uidebat indumentum, non uidebat indutũ. Sed quoniam cum post resurrectionem etiam ipsam carnem suam quam nõ solum uidendam, uerumetiam contrectandã suis uoluit demonstrare, non suis subtrahere: fortasse hinc intelligendum est esse dictum, Adhuc modicum & mundus me iam non uidet. Vos autẽ uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis.) Quid est, quia ego uiuo, & uos uiuetis? Cur de præsenti se dixit uiuere, illos autem de futuro esse uicturos, nisi quia uitam etiam carnis utique resurgentis qualis in ipso præcedebat, & illis est pollicitus secuturam? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio, præsentis posuit temporis uerbum propter significandam ceD
leritatem, illorum autem quoniam seculi differtur in finem, non ait uiuitis, sed uiuetis. Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, & nostram in seculi fine uenturam, duobus uerbis præsentis temporis & futuri, eleganter breuiterq; promisit. Quia ego, inquit, ui-
1. Cor. 15 uo & uos uiuetis, quia uiuit, ideo & nos uiuemus. Per hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, quoniam nemo ad mortem nisi per illũ, nemo ad uitã nisi per Christum. Quia nobis uiximus, mortui sumus: quia uiuit ipse, uiuemus nos. Mortui sumus illi, quãdo uiximus nobis: quia uero mortuus est ille pro nobis, & sibi uiuit & nobis: quia enim uiuit ille, & nos uiuemus: nam sicut per nos mortẽ habere potuimus, nõ sic & uitam per nos habere possumus. In illo die, inquit, uos cognoscetis, quia ego sum in patre, & uos in me, & ego in uobis.) In quo die, nisi de quo ait, & uos uiuetis? Tunc enim erit, ut possimus uidere quod credimus, nam & nunc est in nobis, & nos in illo: sed hoc nunc credimus, tunc etiã cognoscemus, quamuis & nunc credendo nouerimus, sed tunc contemplando noscemus. Quandiu enim sumus in corpore quale nunc est, id est corruptibili, quod aggrauat animã, peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus, non per speciẽ: tunc ergo per speciẽ quoniã uidebimus eũ sicuti est, nã si etiã nũc Christus in nobis nõ esset, nõ diceret Apos-
Rom. 8 tolus, Si autem Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiã. Quia uero & nos etiam nunc in illo sumus, satis ostendit ubi
Ioan. 15 dicit, Ego sum uitis, uos palmites. In illo ergo die quando uiuemus ea uita, qua mors absorbebitur, cognoscemus quia ipse in patre, & nos in ipso, & ipse in nobis, quia tunc perficietur hoc ipsum, quod & nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis & nos in ipso.

Qui habet, inquit, mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.) Qui habet in me-

A in memoria, & seruat in uita: qui habet in sermonibus, & seruat in moribus: qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat perseuerando, Ipse est, inquit, qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Et qui diligit me, inquit, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum.) Quid est diligam, tanquam tunc dilecturus sit, & nunc non diligat? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit, diligam eum, ad quod sequitur, & manifestabo ei meipsum. Diligam & manifestabo, id est, ad hoc diligam ut manifestem: nunc enim ad hoc dilexit, ut credamus, & mandatum fidei teneamus: tunc ad hoc diliget, ut uideamus, & ipsa uisione mercedem fidei capiamus: quia & nos nunc diligimus credendo quod non uidemus: tunc autem diligemus uidendo quod credimus.

De eo quod sequitur, Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine quid factũ est, quia nobis manifestaturus es teipsum & non mũdo, usq; ad id quod ait, Sermo quẽ auditis non est meus, sed eius qui misit me patris. Tract. LXXVI.

INTERrogantibus discipulis, & eis magistro respondente Iesu, etiam nos tanquam cum illis discimus, quando sanctum euangelium uel legimus uel audimus. Quia ergo dixerat dominus, Adhuc modicum & mundus me iam non uidet, uos autem uidebitis me. Interrogauit eum de hocipso Iudas, non ille traditor eius qui Iscariotes cognominatus est, sed cuius & epistola inter scripturas canonicas legitur, Domine, quid factum est quia nobis manifestaturus es teipsum, & non mundo?) Simus cum ipsis tanquam interrogantes discipuli, communemq; magistrum audiamus & nos. Iudas enim sanctus, non immundus, nec infectator domini, sed sectator, causam quæsiuit quare se non mundo, sed suis manifestaturus esset Iesus, quare adhuc modicum & mundus non uideret eum, ipsi autem uiderent eum. Respondit Iesus & dixit ei, Si
B quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.) Ecce exposita est causa, quare è suis manifestaturus est, nõ alienis, quos mundi nomine appellat, & ipsa est causa quòd hi diligant, illi non diligant: ipsa causa est de qua sacer insonat psal-
psal. 42 mus, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Qui enim diligunt, quia diligunt, eliguntur: qui uero non diligunt, si linguis hominum loquantur & angelorum, fiunt æramentum sonans & cymbalum tinniens, & si habuerint prophetiam, & scierint omnia sacramenta, & omnem scientiam, & habuerint omnem fidem ut montes transferant, nihil sunt: & si distribuerint omnem substantiam suam, & tradiderint corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Dilectio sanctos discernit à mundo, quæ facit unanimes habitare in domo, in qua domo pater & filius mansionem faciunt, qui donant & ipsam dilectionem, quibus donent in fine etiam ipsam suam manifestationem. De qua discipulus magistrum interrogabat, ut non solum illi qui tunc audiebant per os eius, sed etiam nos per euangelium eius hoc nosse possemus: quæsierat enim de Christi manifestatione, & audiuit de dilectione atq; mansione. Est ergo quædam dei manifestatio interior, quam prorsus impij non nouerunt, quibus dei patris & spiritussancti manifestatio nulla est: filij uero potuit esse, sed in carne, quæ nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest qualiscunque sit, sed ad modicum tempus, & hoc ad iudicium, non ad gaudium, ad supplicium, non ad præmium. Nunc est ergo ut intelligamus quantum aperire ille dignatur, quo modo dictum sit, Adhuc modicum & mundus me iam non uidet, uos autem uidebitis me. Verum est quidem, quod post paululùm etiam corpus suum in quo poterant eum & impij oculis uidere, oculis eorum fuerat subtracturus: quandoquidem post resurrectionem nemo eum uidit illorum, sed quoniam dictum est testantibus angelis, Sic ueniet quemad-
Act. 1 modum uidistis eum euntem in cœlum, nec aliud credimus quàm eum in eodem corpore ad iudicium uiuorum & mortuorum esse uenturum. Proculdubio tunc eũ uidebit mundus, quo

dus,quo nomine significati sunt à regno eius alieni: ac per hoc lõge melius intelligitur iam illud tempus significare uoluisse in eo quod ait, Adhuc modicum & mundus me iam non uidet,quando in fine seculi auferetur ab oculis damnatorum,ut illi eum de cætero uideant, apud quos diligentes eum,facit pater atq; ipse mansionem.Modicũ autem dixit,quia & id quod prolixum uidetur hominibus,breuissimum est ante oculos dei:de hoc quippe modi-
1.Ioan.2 co iste ipse Ioannes,Filioli,inquit,nouissima hora est. Ne quis porrò existimet patrem tan tummodo & filium sine spiritusancto apud dilectores suos facere mansionem, recolat quod superius de spiritusancto dictum est, Quem mundus non potest accipere,quia non uidet eum,nec scit eum:uos autem cognoscetis eum,quia apud uos manebit, & in uobis erit.Ecce facit in sanctis cum patre & filio sanctus etiam spiritus mansionem, intus utiq; tan quam deus in templo suo. Deus trinitas pater & filius & spiritussanctus ueniunt ad nos, dum uenimus ad eos: ueniunt subueniendo, uenimus obediendo: ueniunt illuminando, uenimus intuendo:ueniunt implendo,uenimus capiendo,ut sit nobis eorum non extraria uisio,sed interna,& in nobis eorum non transitoria mansio,sed æterna: sic mundo non se filius manifestat. Mundus enim dictus est hoc loco, de quibus continuo subiunxit atq; ait,

Qui non diligit me,sermones meos non seruat.)Hi sunt qui patrem & spiritumsanctum nunquam uident:filium autem non ut beatificentur, sed ut iudicentur,ad modicum uidẽt: nec ipsum in forma dei ubi est cum patre & spiritusancto pariter inuisibilis, sed in forma hominis, ubi esse uoluit mundo patiendo contemptibilis, iudicando terribilis: quod uero adiunxit, Et sermo quem audistis non est meus,sed eius qui misit me patris,) Non miremur, non paueamus, non est minor patre, sed non est nisi à patre:non est impar ipso, sed non est à seipso: neque enim mentitus est dicendo, Qui non diligit me, sermones meos non seruat, ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibi ipse est contrarius, ubi rursus dixit, Et sermo quem audistis non est meus? Aut quia secundum hominem non est suus? Et fortasse propter aliquã distinctionem, ubi suos dixit pluraliter dixit, hoc est sermones: D
ubi autem sermonem,hoc est uerbum, non suum dixit esse,sed patris, seipsum intelligi uoluit. In principio enim erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Non itaq; suum,sed patris est uerbum,quomodo nec sua imago,sed patris est,nec suus filius idẽ ipse,sed patris. Recte igitur tribuit autori quicquid fecit æqualis, à quo habet hocipsum, quòd illi est indifferenter æqualis.

De eo quod sequitur,Hæc locutus sum uobis apud uos manens, usque ad id quod ait, Pacem meam do uobis, non quomodo mundus dat ego do uobis.

Tractatus LXXVII.

IN præcedenti lectione sancti euangelij, quam sequitur ista quæ modo recitata est,dominus Iesus dixerat se &patrem ad dilectores suos esse uẽturos,& apud eos mansionem esse facturos. Iam uero & superius dixerat de spiritusancto, Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit,unde intelleximus in sanctis tanquam in templo suo simul manere trinitatem deum: nunc autem dicit, Hæc locutus sum uobis apud uos manens.) Illa itaq; mansio alia est quam promisit futuram,hæc uero alia quam præsentem esse testatur.Illa spiritalis est, atque intrinsecus mentibus redditur,hæc corporalis forinsecus oculis atque auribus exhibetur: illa in æternũ beatificat liberatos,hæc in tempore uisitat liberandos: secundum illam dominus à suis dilectoribus non recedit,secundum hanc it & redit. Hæc, inquit, locutus sum uobis, apud uos manens,utiq; præsentia corporali, qua cum illis uisibilis loquebatur. Paracletus autem, inquit,spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia,& commemorabit uobis omnia quæcunque dixero uobis.) Nunquid nam dicit filius, & docet spiritussanctus, ut dicente filio uerba capiamus, docente autem spiritusancto eadem uerba intelligamus? Quasi dicat filius sine spiritusancto, aut spiritussanctus doceat sine filio, aut uero non & filius doceat, & spiritusanctus dicat, & cum deus aliquid dicit &

A dicit & docet,trinitas ipsa dicat & doceat? sed quoniam trinitas est,oportebat eius singulas insinuare personas,easq; nos distincte audire,inseparabiliter intelligere. Audi patrem dicentem ubi legis,Dominus dixit ad me,filius meus es tu: audi & docentẽ ubi legis, Omnis psal.2
qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me:filium uero dicentẽ modo audisti: de se quippe Ioan.6
ait,Quæcunq; dixero uobis,Quem etsi docentem uis nosse,magistrum recole,Vnus est,in- Matth.23
quit,magister uester Christus. Spiritũ porrò sanctum quem modo audisti docentem ubi dictum est,Ipse uos docebit omnia:audi etiam dicentem, ubi legis in actibus Apostolorũ, Act.10
beato Petro dixisse spiritumsanctum,Vade cum illis,quia ego misi eos.Omnis igitur & dicit & docet trinitas: sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere utcunq; possit infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis,nunquam trinitas esse sciretur,si semper inseparabiliter diceretur:nam & cum dicimus patrẽ & filiũ & spiritumsanctũ, non eos utiq; dicimus simul,cũ ipsi non possint esse nisi simul.Quod uero addidit,commemorabit uobis,intelligere debemus etiam,quòd iubemur nõ obliuisci saluberrimos monitus ad gratiam pertinere,quam nobis cõmemorat spiritus Pacem,inquit,relinquo uobis,pacem meam do uobis.) hoc autem est quod legimus apud prophetam, Pacem super pacem,pacem nobis relinquit iturus,pacem suam nobis dabit in fine uenturus,pacẽ nobis relinquit in hoc seculo, pacem suam nobis dabit in futuro seculo, pacem nobis relinquit,in qua manẽtes hostem uincimus, pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus, pacem relinquit nobis, ut etiam hic inuicem dilígamus,pacem suam nobis dabit, ubi nunquam dissentire possimus,pacem relinquit nobis,ne de occultis nostris inuicem iudicemus, cum in hoc sumus mundo,pacem suam dabit nobis,cum manifestabit cogitationes cordis & tunc laus erit unicuiq; à deo. In illo tamen atq; ab illo nobis est pax,siue quam nobis relinquit iturus ad patrem,siue quam nobis dabit nos perducturus ad patrem. Quid autem nobis relinquit ascendens à nobis,nisi seipsum dum nõ recedit à nobis? Ipse est enim pax
B nostra,qui fecit utraq; unum.Pax ergo ipse nobis est,& cum credimus quia est,& cum uidemus eum sicut est: si enim quandiu sumus in corpore corruptibili quod aggrauat animam, cum per fidem ambulamus,non per speciem,non deserit peregrinantes à se,quanto magis cum ad ipsam speciẽ uenerimus,nos implebit ex se.Sed quid est quod ubi ait, Pacem relinquo uobis,non addidit meam:ubi uero ait,pacem do uobis,ibi dixit meam? Vtrum subaudiendum est meã,& ubi dictum non est,quia postea dictum est,potest referri ad utrunque etiam quod semel dictum est? An forte & hic aliquid latet quod petendum est & quærendum,& ad quod pulsantibus aperiendum? Quid si enim pacem suam eam uoluit intelligi qualem habet ipse? Pax uero ista quam nobis relinquit in hoc seculo, nostra est potius dicenda quàm ipsius.Ille quippe nihil repugnat in seipso,qui nullum habet omnino peccatũ: nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicamus, Dimitte nobis debita no- Mat.6
stra. Est ergo nobis pax aliqua, quoniam condelectamur legi dei secundum interiorem hominem,sed non est plena,quia uidemus aliam legem in membris nostris,repugnantẽ legi mentis nostræ. Itemq; inter nosipsos est nobis pax, qua inuicem nobis credimus quòd inuicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non uidemus, & quædam de nobis quæ non sunt in nobis,uel in melius inuicem, uel in deterius opinamur. Itaq; ista etiam si ab illo nobis relicta est,pax nostra est: nisi enim ab illo, non haberemus & talem,sed ipse non habet talem.Si tenuerimus usq; in finem qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini uerba etiam sic accipi posse, ut eiusdem domini sententiæ repetitio uideatur. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, id quod dixerat, pacem: hoc repetierit dicens, pacem meam, & quod dixerat, relinquo uobis: hoc repetierit dicens, do uobis. Vt uolet quisque accipiat, me tamen delectat, credo & uos fratres mei, delectet sic tenere istam pacem, ubi aduersarium concorditer uincamus, ut desideremus pacem, ubi aduersarium non habebimus. Quod uero domi-

dominus adiunxit atq; ait, Non quomodo mundus dat,ego do uobis.) Quid est aliud, C
nisi non quomodo homines dant, qui diligũt mundũ,ita do uobis? Qui propterea dant si
bi pacem, ut sine molestia litium atq; bellorum, nõ deo,sed amico suo mundo perfruãtur:
& quando iustis dant pacem,ut non eos persequantur,pax non potest esse uera,ubi nõ est
uera concordia,quia disiuncta sunt corda: quomodo enim consors dicitur, qui sortem iun
git:ita ille concors dicendus est,qui corda iungit. Nos ergo charissimi,quibus Christus pacẽ
relinquit,& pacem suam nobis dat,nõ sicut mundus,sed sicut ille per quem factus est mun
dus,ut concordes simus,iungamus inuicem corda,& cor unum sursum habeamus, ne cor
rumpatur in terra.

De eo quod dicit, Non turbetur cor uestrum neq; formidet. Audistis quia dixi uobis,uado & uenio ad uos,si diligeretis me,gauderetis utiq;,quia uado ad patrem,quia pater maior me est. Tractatus LXXVIII.

ACCEpimus fratres uerba domini dicentis ad discipulos suos, Non turbetur cor uestrũ,neq; formidet. Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me,gauderetis utiq;,quia uado ad patrem, quia pater maior me est.) Hinc ergo turbari & formidare poterat cor illorum quòd ibat ab eis,quã uis uenturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia: sed à quibus homo abscedebat, deus non recedebat, & idem ipse Christus homo & deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat: ibat per id quod uno loco erat,manebat per id quod ubiq; erat. Cur itaq; turbaretur & formidaret cor,quã do ita deserebat oculos,ut non desereret cor? Quamuis deus etiam qui nullo continetur lo co,discedat ab eorum cordibus,qui eum relinquunt moribus,nõ pedibus, & ueniat ad eos qui conuertuntur ad eum non facie,sed fide,& accedunt ad eum mente,non carne. Vt autẽ intelligerent secundum id quod homo erat eum dixisse: uado & uenio ad uos, adiecit atq; ait, Si diligeretis me,gauderetis utiq;,quia uado ad patrẽ,quia pater maior me est.) Per D
quod ergo filius non est æqualis patri,per hoc iturus erat ad patrem, à quo uenturus est ui uos & mortuos iudicaturus. Per illud autem in quo æqualis est gignenti unigenitus, nun quam recedit à patre, sed cum illo est ubiq; totus pari diuinitate, quam nullus continet lo cus. Cũ cm̃ in forma dei esset,sicut Apostolus loquitur, nõ rapinã arbitratus est esse æqua lis deo:quomodo enim rapina possit esse natura,quæ non erat usurpata,sed nata? Semet ipsum aũt exinaniuit,formã serui accipiẽs,non ergo amittẽs illã, sed accipiens istam,co mo do se exinaniẽs quo hic minor apparebat,quàm apud patrẽ manebat. Forma quippe serui accessit,nõ forma dei recessit:hæc est assumpta,non illa cõsumpta: propter hanc dicit, Pater maior me est:propter illam uero,Ego & pater unum sumus. Hoc attendat Arianus, & hac attentione sit sanus,ne contentione sit uanus,aut quod est peius,insanus. Hæc est enim for ma serui,in qua dei filius minor est,non patre solo,sed etiam spiritusancto,neq; id tantum sed etiam seipso, quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neq; enim homo Christus non dicitur filius dei,quod etiam sola caro eius in sepulchro meruit appellari:nam quid ali ud confitemur cum dicimus credere nos unigenitum dei filium, qui sub Pontio Pilato cru cifixus est & sepultus? Et quid eius sepulta est nisi caro sine anima? Ac per hoc cum credi mus in dei filium qui sepultus est, profecto filium dei dicimus & carnem quæ sola sepulta est. Ipse ergo Christus filius dei,æqualis patri in forma dei, quia semetipsum exinaniuit nõ formam dei amittens,sed formam serui accipiens,maior est & seipso,quia maior est forma dei quæ amissa non est,quàm serui quæ accepta est. Quid itaq; mirum,uel quid indignum, si secundum hanc formam serui loquens,ait dei filius,Pater maior me est: & secundum dei formam loquens,ait idem ipse dei filius,Ego & pater unum sumus. Vnum sunt secundum id quod deus erat uerbum: & maior est pater, secundum id quod uerbum caro factum est. Dicã etiam quod Ariani & Eunominiani negare nõ possunt, secundum hanc formam ser ui puer Christus etiam parentibus suis minor erat,quando paruulus maioribus,sicut scri-

ptum

A ptum est,subditus erat. Quid igitur hæretice,cum Christus deus sit & homo loquitur ut hò mo,& iam calumniaris deo? Ille in se naturam cõmendat humanam,tu in illo audes defor mare diuinam? Infidelis,ingrate,ideo ne tu minuis eum qui fecit te, quia dicit ille quid fa ctus sit propter te? Æqualis enim patri filius per quem factus est homo,ut minor esset pa tre factus est homo,quod nisi fieret,quid esset homo? Dicat planè dominus & magister no ster: Si diligeretis me,gauderetis utiq;,quia uado ad patrem,quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus uerba doctoris,non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agno scamus geminam substantiam Christi,diuinam scilicet qua æqualis est patri, humanã qua maior est pater. Vtrũq; autem simul,non duo sed unus est christus,ne sit quaternitas,nõ tri nitas deus: sicut enim unus est homo anima rationalis & caro,sic unus est Christus deus & homo: ac per hoc Christus est deus,anima rationalis & caro. Christũ in his omnibus, Chri stum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus,sed in forma serui. Idem in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus,sed in forma serui. Idem de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola: quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo uel tres, sed unus est Christus: ideo ergo dixit: Si diligeretis me,gauderetis utiq; quia uado ad patrem, quoniã naturæ humanæ gratulandũ est,eo q̃ sic assumpta est à uerbo unigenito,ut immortalis cõ stitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis,ut incorruptibilis puluis federet ad dexterã patris: hoc enim modo se iturum dixit ad patrem: nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat: sed hoc erat ire ad eum & recedere à nobis, mutare atq; immortale facere quod morta le suscepit ex nobis,& leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Quare non dehinc gaudeat,qui sic diligit Christum,ut & suam naturam iam immortalem gratuletur in Chri sto,atq; id se speret futurum esse per dominum Christum? Qui cum patre & spiritu sancto
B uiuit & regnat deus,per omnia secula seculorum amen. 3. sen. dist. 22. ca. hic quæritur


De eo quod dicit: Et nunc dixi uobis priusq̃ fiat,ut cum factũ fue rit credatis,usq; ad id quod ait: Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: Surgite eamus hinc: Tractatus LXXIX.

DOMINVS & saluator noster Iesus Christus, dixerat discipulis suis: Si diligere tis me,gauderetis utiq; quia uado ad patrẽ,q̃a pater maior me est. Quod ex for ma serui eũ dixisse,nõ ex forma dei in qua æqualis est patri,nouit fides quæ reli giosis est mentibus fixa,nõ à calumniosis & dementibus ficta: deinde subiũxit: Et nunc dixi uobis priusq̃ fiat,ut cum factum fuerit credatis.) Quid est hoc, cum magis homo credere debeat antecq̃ fiat id quod credendum est? Hæc est enim laus fidei, si quod creditur non uidetur: nam quid magnum est, si id creditur quod uidetur, secundũ illam eius dem domini sententiã, quando discipulum arguit dicens: Quia uidisti me credidisti, beati qui non uident & credunt? Et nescio utrum credere dicẽdus est quisq; quod uidet: nam ipsa fides in epistola quæ scribitur ad Hebræos, ita est definita: Est autem fides sperantium sub Heb. 11 stantia, & coniunctio rerum quæ non uidentur. Quapropter si fides est rerum quæ credun tur, eademq; fides earum rerum est quæ non uidentur, quid sibi uult quod dominus ait: Et nunc dixi uobis priusq̃ fiat, ut cum factum fuerit credatis? Nonne potius dicendum fuit, & nunc dixi uobis priusq̃ fiat ut credatis, quod cum factum fuerit uideatis? Nam & ille cui di ctum est: Quia uidisti, credidisti, non hoc credidit quod uidit, sed aliud uidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit deum: cernebat quippe atq; tangebat carnem uiuentem, quã uiderat morientem, & credebat deũ in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non uidebat, per hoc quod sensibus corporeis apparebat: sed & si dicũtur credi quæ uiden tur, sicut dicit unusquisq; oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ uidentur, agitur in nobis, ut ea credantur quæ non uidentur. Quocir ca dilectissimi, unde nunc mihi sermo est quod dominus ait: Et nũc dixi uobis priusq̃ fiat,

C ut cum

ut cum factum fuerit credatis,illud utiq; dicit,cum factum fuerit,q; cum uisuri erant post C
mortem uiuentem,& ad patrem ascendentem. Quo uiso illud fuerant crediturí, quòd ipse
esset Christus filius dei uiui,qui potuit hoc facere cum prædixisset,& prædicere antecp face
ret. Creditur autem hoc non fide noua,sed aucta,aut certe cum mortuus esset defecta,cum
resurrexisset refecta: neq; enim eum dei filium non & ante credebant,sed cũ in illo factũ es/
set quod ante prædixit,fides illa quæ tunc quando illis loquebatur fuit parua,& cum more/
retur penè iam nulla,& reuixit & creuit: deinde quid dicit? Iam nõ multa loquar uobiscũ:
uenit enim princeps mundi huius.) Quis nisi diabolus? Et in me non habet quicquam:)
nullum omnino scilicet peccatum: sic enim ostendit non creaturarum,sed peccatorum princi
pem diabolum,quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotienscunq; mundi nomen
in mala significatione ponit, nõ ostẽdit nisi mundi istius amatores: de quibus alibi scriptũ
Ioco,4 est: Quicunq; uoluerit amicus esse seculi huius,inimicus dei cõstituetur. Absit ergo ut sic in/
telligatur diabolus princeps mundi,tancp gerat uniuersi mundi,id est,cœli & terræ, atq; o/
mnium quæ in eis sunt principatum,de quali mundo dictum est,cum de Christo uerbo ser
Ioan,1 mo esset: Et mundus per eum factus est. Vniuersus itaq; mundus à summis cœlis usq; ad in
simam terram creatori est subditus,non desertori,redemptori,non interemptori,liberatori,
non captiuatori,doctori,non deceptori: quemadmodum autem sit intelligendus princeps
Eph.6 mundi diabolus,euidentius aperuit Paulus apostolus,qui cum dixisset: Non est nobis col/
luctatio aduersus carnem & sanguinem,id est,aduersus homines,subiecit atq; ait,sed aduer
sus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harum. Sequenti enim uerbo ex/
posuit quid dixisset,mundi,cum subiecit,tenebrarum harum,ne quispiam mũdi nomine intel/
ligeret uniuersam creaturam,cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. Tenebrarũ,
inquit,harum,id est,mundi istius amatorum,ex quibus tamen electi sunt,non per suũ me/
Eph.5 ritum,sed per dei gratiam,quibus dicit: Fuistis enim aliquando tenebræ,nunc autem lux in
dño. Omnes enim fuerunt sub rectoribus tenebrarum harũ,id est,hominũ impiorum, tan D
Col,1 cp tenebræ sub tenebris,sed gratias deo qui eruit nos,sicut dicit idem Apostolus,de potesta
te tenebrarum,& transtulit in regnum filij charitatis suæ: In quo princeps huius mundi,hoc
est,tenebrarum harum,non habebat quicquam,quia neq; cum peccato deus uenerat, nec
eius carnem de peccati propagine uirgo pepererat. Et tancp ei diceretur,cur ergo moreris si
non habes peccatum,cui debeatur mortis supplicium,continuo subiecit. Sed ut cognoscat
mundus,quia diligo patrẽ,& sicut mandatũ dedit mihi pater,sic facio: surgite eamus hinc.)
Discumbens enim discumbentibus loquebatur,eamus autem dixit: quo? nisi ad illum lo/
cum unde fuerat tradendus ad mortem,qui nullum habebat meritum mortis,sed habebat
Psal,68 ut moreretur mandatum patris, tancp ille de quo prædictũ erat: quæ non rapui,tunc exol/
uebam,mortem sine debito soluturus,& nos à morte debita redempturus. Rapuerat autẽ
Adam peccatũ,quãdo manũ in arborẽ præsumptione decceptus extendit,ut incõmunicabi/
le nomen incõcessæ diuinitatis inuaderet,quã filio dei natura cõtulerat, non rapina.

De eo quod dicit: Ego sum uitis uera,& pater meus agricola est,usq; ad id quod
ait: iam uos mundi estis ꝓpter sermonem quẽ locutus sum uobis: Trac. LXXX.

Cap,XV  STE locus euangelicus fratres,ubi se dicit dñs uitem,& discipulos suos palmi/
tes,secundum hoc dicit q; est caput ecclesiæ,nos quoq; membra eius, mediator
dei & hominum homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt uitis & pal/
mites. Propter quod cum esset deus,cuius naturæ non sumus,factus est homo,
ut in illo esset uitis humana natura,cuius & nos homines palmites esse possimus: quid ergo
est: Ego sum uitis uera.) Nunquid ut adderet uera,hoc ad eam uitem retulit,unde ista si/
militudo translata est? Sic enim dicitur uitis per similitudinem,non per proprietatem, quẽ/
admodũ dicitur ouis,agnus,leo,petra,lapis angularis,& cætera huiusmodi,quæ magis ipsa
sunt uera,ex quibus ducũtur istæ similitudines,nõ proprietates: sed cum dicit,ego sum uitis
Esaiæ 5 uera,ab illa se utiq; discernit cui dicitur: Quomodo conuersa es in amaritudinẽ uitis alienæ?

Nam

A Nam quo pacto est uitis uera,quæ expectata est ut faceret uuam,fecit autem pinas? Ego
sum,inquit,uitis uera: Et pater meus agricola est,omnem palmitem in me non ferentem
fructum, tollet eum,& omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.)
Nunquid unum sunt agricola & uitis? secundum hoc ergo uitis Christus, secundum quod
ait,pater maior me est: secundum autẽ id quod ait: Ego & pater unum sumus,& ipse agri/ Ioan,14
cola est,nec talis quales sunt qui extrinsecus operãdo exhibent ministerium, sed talis ut det Ioan,10
etiam intrinsecus incrementum: nam neq; qui plantat est aliquid,neque qui rigat, sed qui 1.Cor,3
incrementum dat deus: sed utiq; deus est Christus,quia deus erat uerbum,unde ipse & pa/
ter unum sunt,& si uerbum caro factum est quod non erat,manet quod erat: deniq; cum de
patre tancp de agricola dixisset,quòd infructuosos palmites tollat, fructuosos autem pur
get ut plus afferant fructum,continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens:
Iam uos,inquit,mundi estis propter sermonem quẽ locutus sum uobis.) Ecce & ipse mũ/
dator est palmitum,quod est agricolæ,nõ uitis officium,qui etiam palmites operarios suos
fecit: nam &si non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentum,sed nõ de
suo,quia sine me,inquit, nihil potestis facere: audi etiam ipsos confitentes: quid autem est
Apollo? quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis,& unicuiq; sicut dominus dedit:
ego plantaui,Apollo rigauit: & hoc ergo sicut unicuiq; dominus dedit,nõ itaq; de suo: iam
uero quod sequitur,sed deus incrementum dedit,non per illos,sed per seipsum facit. Exce/
dit hoc humanam humilitatem,excedit angelicam sublimitatem,nec omnino pertinet,nisi
ad agricolam trinitatem. Iam uos mundi estis,mundi scilicet atq; mundandi: neq; enim nisi
mundi essent,fructum ferre potuissent: & tamen omnem qui fert fructum purgat agricola,
ut fructum plus afferat: fert fructum, quia mundus est,atq; ut plus afferat,purgat adhuc.
Quis enim est in hac uita sic mundus,ut non sit magis magisq; mundandus? Vbi si dixeri/ 1.Ioan,1
mus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est: si autem
B confessi fuerimus peccata nostra,fidelis est & iustus qui dimittet nobis peccata, & mundet
nos ab omni iniquitate. Mundet itaq; mundos,hoc est,fructuosos,ut tanto sint fructuosio
res,quanto fuerint mundiores. Iam uos mundi estis propter uerbum quod locutus sum uo
bis. Quare non ait,mundi estis propter baptismum quo loti estis,sed ait, propter uerbum 1.q.1.ca. detrahe
quod locutus sum uobis,nisi quia & in aqua uerbum mũdat: detrahe uerbum, & quid est 4.sen.dis.3.c.2
aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum,& fit sacramentum, etiam ipsum tancp Ioan.15
uisibile uerbum: nam & hoc utiq; dixerat,quando pedes discipulis lauit: qui lotus est,nõ in/
diget nisi ut pedes lauet,sed & est mundus totus. Vnde ista tãta uirtus aquæ ut corpus tan
gat & cor abluat,nisi faciente uerbo? Non quia dicitur,sed quia creditur: nam & in ipso uer
bo,aliud est sonus transiens,aliud uirtus manens. Hoc est uerbum fidei quod prædicamus, Rom.10
ait Apostolus,quia si conuersus fueris in ore tuo,quia dominus est Iesus,& credideris in cor
de tuo quia deus illum suscitauit à mortuis,saluus eris,corde enim creditur ad iusticiã, ore
autem confessio fit ad salutem: unde in actibus apostolorum legimus: Fide mundans cor/ Act.15
da eorum: & in epistola sua beatus Petrus,Sic & uos,inquit,baptisma saluos facit,non car 1.Pet.3
nis depositio sordium,sed conscientiæ bonæ interrogatio,hoc est,uerbum fidei quod prædi
camus,quo sine dubio ut mundare possit,consecratur & baptismus. Christus quippe nobi/
scum uitis,cum patre agricola,dilexit ecclesiam,& seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolũ,
& uide quid adiungat: Vt eam sanctificaret,inquit,mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Eph.5
Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento,nisi adderetur in uerbo.
Hoc uerbum fidei tantum ualet in ecclesia dei,ut per ipsum credentem,offerentem,benedi/
centem,tingentem etiam tantillum mundet infantem,cuis nondum ualentem corde crede
re ad iusticiam,& ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per uerbum,de quo dominus ait:
Iam uos mundi estis propter uerbum quod locutus sum uobis.

De eo quod dicit: Manete in me & ego in uobis, usq; ad id quod ait: Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis: Tractatus LXXXI.

ITEM se dixit esse Iesus, & discipulos suos palmites, & agricolam patrem: unde iam pridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de seipso qui est uitis, & de suis palmitibus, hoc est, discipulis loqueretur: Manete, inquit, in me, & ego in uobis:) Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrūq; autem prodest non ipsi, sed illis: ita quippe in uite sunt palmites, ut uiti non conferant, sed inde accipiant unde uiuant: ita uero uitis est in palmitibus, ut uitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrūq;, non Christo: nam præciso palmite, potest de uiua radice alius pullulare: qui autem præcisus est, sine radice non potest uiuere: deniq; adiungit & dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis.) Magna gratiæ cōmendatio fratres mei, corda instruit humiliū, Rom.10 ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeant, qui ignorantes dei iusticiam & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes 2.Timoth.3 & ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes: Nonne huic resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, qui respondent & loquuntur iniquitatem dicētes: A deo habemus quòd homines sumus, à nobisipsis autem quòd iusti sumus? Quid dicitis, quid uosipsos decipitis, non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis per inania præsumptionis in profunda submersi? Nempe uox uestra est, quòd homo ex semetipso facit iusticiam, hoc est altum elationis uestræ, sed ueritas contradicit & dicit: Palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite. Ite nunc per abrupta, & non habentes ubi figamini, uentosa loquacitate iactamini. Hæc sunt inania præsumptionis uestræ: sed quid uos sequatur uidete, & si est in uobis ullus sensus horrete: qui enim à semet- D ipso se fructum existimat ferre, in uite non est: qui in uite non est, in Christo non est: qui in Christo non est, Christianus non est. Hæc sunt profunda submersionis uestræ, etiam atque etiam consyderate quid adhuc ueritas adiungat & dicat: Ego sum, inquit, uitis, uos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.) Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitem ferre, cum hæc dixisset, hic fert fructum multum, non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere. Siue ergo parum siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest, quia & si parum attulerit palmes, eum purgat agricola ut plus afferat: tamē nisi in uite manserit, & uixerit de radice, quātumlibet fructum à semetipso non potest ferre: quamuis autem Christus uitis non esset, nisi homo esset, tamen istam gratiam palmitibus non præberet, nisi etiam deus esset. Verū quia ita sine ista gratia non potest uiui, ut & mors in potestate sit liberi arbitrij: Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum & in ignem mittent & ardet.) Ligna itaq; uitis tanto sunt contemptibiliora si in uite non manserint, quanto gloriosiora si manserint: deniq; sicut de Ezech.15 his etiam per Ezechielem prophetā dominus dicit, præcisa nullis agricolarum usibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum de duobus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis: si in uite non est, in igne erit: ut ergo in igne non sit, in uite sit. Si manseritis in me, inquit, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis.) Manendo quippe in Christo, quid uelle possunt nisi quod cōuenit Christo? Quid uelle possunt manēdo in saluatore, nisi quod non est alienum à salute? Aliud quippe uolumus quia sumus in Christo, & aliud uolumus quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione nanq; huius seculi nobis aliquando subrepit, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit ut fiat nobis si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum uerba eius in nobis manent, quodcunq; uoluerimus petimus

A petimus, & fiet nobis, quia si petimus & non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent uerba eius quæ manent in nobis, sed quod habet infirmitas & cupiditas carnis quæ non est in eo, & in qua non manent uerba eius: nam utiq; ad uerba eius pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Ab huius orationis Matth.6 uerbis & sensibus non recedamus petitionibus nostris, & quicquid petierimus fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt uerba eius in nobis manere, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promisit: quando autem uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, non computatur palmes in uite, quia uitam non attrahit ex radice. Ad hanc differētiam ualet quod scriptum est: Et memoria retinentibus mādata eius ut faciant ea: multi enim me Psal.102 moria retinent, & contemnunt uel etiam derident & oppugnant ea. In his uerba Christi nō manent, quia tangunt & quodammodo non cohærent: & ideo illis non erūt in beneficium, sed in testimonium, & quia sic insunt eis ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis ut iudicentur ex eis.

De eo quod dicit: In hoc glorificatus est pater meus ut fructū plurimum afferatis, usque ad id quod ait: Sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione: Tractatus LXXXII

MAGIS magisq; saluator gratiam qua saluamur discipulis loquendo cōmendās: In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.) Siue glorificatus siue clarificatus dicatur, ex uno Græco uerbo utrūq; translatum est, quod est δοξάζειν. Doxa enim quæ Græce dicitur, Latine gloria est. Quod ideo cōmemorandum existimaui, quia dicit Apostolus: Si Abraam ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Hæc est ad deum Rom.4 gloria qua glorificatur non homo, sed deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex deo illi sit quod etiam bene operatur, quoniam palmes sicut iam superius dixi, non potest B ferre fructum à semetipso: si enim in hoc glorificatus est deus pater ut fructum plurimū afferamus, & efficiamur Christi discipuli, non hoc gloriæ nostræ tribuamus tanq; ex nobisipsis habeamus, eius est enim hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria: unde Matth.5 & alibi cum dixisset, Sic luceat lumen uestrū coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, ne à semetipsis putarent esse bona opera sua, mox addidit: & glorificent patrem uestrū qui in cœlis est. In hoc enim glorificatur pater ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli. A quo efficimur, nisi ab illo cuius misericordia præuenit nos? Ipsius Eph.2 enim figmentum sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Sicut dilexit me pater, inquit, & ego dilexi uos, manete in dilectione mea.) Ecce unde sunt nobis opera bona: nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? Vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Apertissime hoc in epistola sua idem iste euangelista dixit: Nos diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos: quod autem ait: Sicut dilexit me pater, & ego di- 1.Ioan.4 lexi uos, nō æqualitatē naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed gratiā qua mediator dei & hominū est homo Christus Iesus: mediator qppe monstrat cū dicit, sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos: nam pater utiq; diligit & nos, sed in ipso, quia in hoc glorificatur pater, ut fructū afferamus in uite, hoc est in filio, & efficiamur eius discipuli. Manete, inquit, in dilectione mea: quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si præcepta mea, inquit, seruaueritis, manebitis in dilectione mea.) Dilectio facit præcepta seruare, an præcepta seruata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat, quòd dilectio præcedit? Vnde enim præcepta seruet nō habet qui nō diligit: quod ergo ait, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, ostēdit nō unde dilectio generetur, sed unde monstretur: tanq; diceret, Nolite uos putare manere in dilectione mea, si nō seruaueritis præcepta mea: si em̄ seruaueritis, manebitis, hoc est, hinc apparebit quòd in dilectione mea manebitis, si præcepta mea seruaueritis. Nemo se fallat dicendo quòd eum diligat, si eius præcepta nō seruat: nam intantum eum diligimus, inquantum eius præcepta seruamus: inquantum autem minus

seruamus,minus diligimus:ꝙuis quod ait,manete in dilectione mea,nō apparet quā dixe/ C
rit dilectionē,utrū qua eū diligimus,an qua ipse diligit nos:sed ex uerbo superiore dinosci/
tur:dixerat quippe,& ego dilexi uos,cui uerbo cōtinuo subiūxit,manete in dilectione mea,
illa ergo qua dilexit eos.Quid est ergo,manete in dilectiōe mea,nisi manete in gratia mea?
Et quid est,si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea,nisi ex hoc scietis,ꝙ in
dilectione mea qua uos diligo manebitis,si præcepta mea seruabitis?Non ergo ut nos dili/
gat,prius eius præcepta seruamus,sed nisi nos diligat,præcepta eius seruare non possumus.
Hæc est gratia quæ humilibus patet,superbos latet:sed quid illud est quod adiungit: Si/
cut & ego patris mei præcepta seruaui,& maneo in eius dilectione?) Vtiꝙ etiam hic hāc di
lectionē patris intelligi uoluit,qua eū diligit pater:ita quippe dixerat,Sicut dilexit me pa/
ter,& ego dilexi uos,atꝙ his uerbis illa subiunxit:manete in dilectione mea, illa proculdu/
bio qua dilexi uos.Ergo quod ait etiā de patre,maneo in eius dilectione,illa scilicet accipien
da est,qua dilexit eū pater.Sed nunquid & hic gratia intelligenda est qua pater diligit filiū,
sicut etiam gratia est qua nos diligit filius,cum simus nos filij gratia,non natura,unigenitus
autem natura,non gratia?An hoc etiā in ipso filio ad hominē referendū est?Ita sanè: nam
dicendo,sicut dilexit me pater,& ego dilexi uos,gratiam mediatoris ostendit:Mediator aūt
dei & hominum,non inquantū deus,sed inquantū homo est Christus Iesus.Et ꝓfecto se/
Luc.2 cundū id ꝙ homo est,de illo legitur:Et Iesus ꝓficiebat sapiētia & ætate & gratia apud deū
& homines.Secundū hoc igitur recte possumus dicere,ꝙ cum ad naturam dei nō pertineat
natura humana,ad personam tamen unigeniti filij dei per gratiam pertinet humana natu/
ra.& tantā gratiam ut nulla sit maior,nulla prorsus æqualis:neꝙ enim illam susceptionem
hominis ulla merita præcesserunt,sed ab illa susceptione merita eius cuncta cœperunt.Ma/
net ergo filius in dilectiōe qua eū dilexit pater,& ideo seruat præcepta eius:qd est em̄ & ille
homo,nisi ꝙ deus susceptor est eius?Deus em̄ erat uerbū, unigenitus, gignenti coæternus,
sed ut mediator daret nobis,ꝓ ineffabilē gratiā uerbū caro factū est & habitauit in nobis. D

De eo quod dicit:hæc locutus sum uobis,ut gaudiū meum in uobis sit,&
gaudium uestrum impleatur,usꝙ ad id quod ait:Hoc est præceptum meū,
ut diligatis inuicem sicut dilexi uos: Tractatus LXXXIII.

AVDISTIS charissimi,dm̄m dicentem discipulis suis: Hæc locutus sum uobis
ut gaudium meū in uobis sit,& gaudium uestrū impleatur.) Quod est gaudiū
Christi in nobis,nisi quo dignatur gaudere de nobis?Et quod est gaudium no/
strum quod dicit implendū,nisi eius habere consortiū?Propter quod Petro di/
xerat:Si non lauero te,non habebis partem mecū. Gaudium ergo eius in nobis, gratia est
quā præstitit nobis,& ipse est gaudiū nostrū.Sed de hac ille etiam ex æternitate gaudebat,
quando nos elegit ante constitutionē mundi.Nec recte possumus dicere ꝙ gaudiū eius ple
nū nō erat:nō enim deus imperfecte aliquādo gaudebat,sed illud eius gaudiū in nobis nō
erat,quia nec nos in quibus esse posset iam eramus,nec quādo esse cœpimus,cū illo esse cœ/
pimus.In ipso aūt semper erat,qui nos suos futuros certissima suæ præscientiæ ueritate gau
debat.Proinde gaudiū iam ipse perfectū de nobis habebat,quando nos præsciendo & præ
destinando gaudebat:neꝙ enim ullus in illo eius gaudio motus esse poterat,ne forte nō fie
ret quod se facturū esse præsciebat:sed neꝙ cū id facere cœpit,quod se facturū esse præsciuit,
gaudiū eius quo beatus est creuit,alioquin beatior factus est,quia nos fecit. Absit hoc fra/
tres,dei beatitudo quia nec minor fuerat sine nobis,nec fit maior ex nobis.Gaudium igitur
eius de salute nostra,quod in illo semper fuit cū præsciuit & prædestinauit nos,cœpit esse in
nobis,quādo uocauit nos,& hoc gaudiū merito nostrū dicimus,quo & nos beati futuri su/
mus:sed hoc gaudiū nostrū crescit & proficit,& ad suā perfectionem perseuerando perten/
dit:ergo inchoatur in fide renascentium,implebitur in præmio resurgentium.Ecce unde di
ctum existimo,hæc locutus sum uobis ut gaudiū meū in uobis sit,& gaudiū uestrū impleа/
tur.In uobis sit meū,impleat uestrū:semper enim erat meū plenū,& anteꝙ uocaremini,cū
uocandi

A uocandi à me præsciremini:sed fit & in uobis,cū hoc efficiamini quod præsciui de uobis,im
pleatur aūt uestrū,quia beati eritis quod nondū estis,sicut creati estis qui nō fuistis. Hoc
est,inquit,præceptū meū,ut diligatis inuicē sicut dilexi uos.) Siue dicat præceptū, siue man
datum,ex uno uerbo Græco utrū ꝙ interpretat,quod est ἐντολή. Iam uero ista sentētiam &
ante dixerat,de qua me uobis ut potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim sic ait: Man/ Ioan.13
datum nouum do uobis,ut diligatis inuicem,sicut dilexi uos,ut & uos diligatis inuicem.
Huius itaꝙ mandati repetitio,cōmendatio est,nisi ꝙ ibi: mandatū,inquit,nouū do uobis,
hic autem:hoc est,inquit,mandatum meum.Ibi tanꝙ nō fuerit ante tale mandatū:hic,tan/
ꝙ non sit aliud eius mandatum:sed ibi dictum est nouū,ne in uetustate nostra perseuere/
mus:hic dictū est meum,ne contemnendū putemus.Quod autem hic ita dixit:hoc est man
datum meum,uelut non sit aliud,quid putamus fratres mei?Nunquid nam solum eius de
ista dilectione mandatū est,qua diligimus inuicem?Nōne est & aliud maius,ut diligamus
deū?Aut uero de sola nobis dilectione mandauit,ut alia nō inquiramus?Tria certe cōmen
dat Apostolus dicēs:Manent aūt fides,spes,charitas,tria hæc:maior autem horū charitas. 1.Cor.13
Et si in charitate,hoc est,in dilectione concluduntur duo illa præcepta, maior tamen dicta
est esse sola. De fide igitur nobis ꝙ multa mandata sunt,ꝙ multa de spe, quis potest cun/
cta colligere,quis enumerando sufficere?Sed intueamur quod ait idem Apostolus:Plenitu Rom.13
do legis charitas.Vbi ergo charitas est,quid est quod possit deesse?Vbi autē non est, quid 3.sen.dis.36
est quod possit prodesse?Dæmon credit,nec diligit:nemo diligit,qui nō credit.Frustra qui/ Iaco.2
dem,sed tamen potest sperare ueniam qui non diligit:nemo autem potest desperare qui di
ligit.Itaꝙ ubi dilectio est,ibi necessario fides & spes,& ubi dilectio proximi, ibi necessario
etiam dilectio dei:qui enim non diligit deum,quomodo diligit proximum tanꝙ seipsum,
quandoquidem non diligit & seipsum?Est quippe impius & iniquus:qui autem diligit ini/ Psal.10
quitatem,non planè diligit,sed odit animam suam.Hoc ergo præceptum dñi teneamus,ut
B nos inuicem diligamus,& quicquid aliud præcepit faciamus,quoniā quicquid est aliud,hic
habemus.Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione qua se inuicem diligunt homi/
nes sicut homines:nam ut discerneretur,adiunctum est,sicut dilexi uos.Vt quid enim dili/
git nos Christus,nisi ut regnare possimus cum Christo?Ad hoc ergo & nos inuicem diliga
mus,ut dilectionem nostram discernamus à cæteris,qui non ad hoc se inuicem diligūt,quia
nec diligunt:qui autem se propter habendum deum diligunt,ipsi se diligunt:ergo ut se dili/
gant,deum diligunt,non est hæc dilectio in omnibus hominibus:pauci se propterea dili/
gunt,ut sit deus omnia in omnibus.

De eo quod dicit:Maiorem hac dilectionem nemo habet,quàm ut animam
suam ponat quis pro amicis suis: Tractatus LXXXIIII.

PLenitudinem dilectionis qua nos inuicem diligere debemus fratres charissimi,
definiuit dñs dicens: Maiorem hac dilectionē nemo habet,ꝙ ut animā suā
ponat quis pro amicis suis.) Quia ergo superius dixerat:Hoc est mandatum
meum,ut diligatis inuicem,sicut dilexi uos:quibus uerbis addidit quod nūc au/
distis:maiorem hac dilectionē nemo habet,ꝙ ut animā suā ponat qs ꝓ amicis suis.Fit ex
hoc cōsequens, quod idē iste euangelista in epistola sua dicit:Vt quēadmodum Christus 1.Ioan.3
ꝓ nobis animā suā posuit,sic & nos debemus ꝓ fratribus animas ponere,diligētes utiꝙ in
uicē sicut ipse dilexit nos,q̄ ꝓ nobis animā suā posuit.Nimirū hoc est quod legit in Prouer Prouer.25
bijs Salomonis:Si sederis cœnare ad mēsam potētis cōsyderās intellige quæ apponūt tibi,
& sic mitte manū tuā,sciēs qa talia oportet præparare:nā quæ mēsa est potētis,nisi unde su/
mit corpus & sanguis eius,q animā suā posuit ꝓ nobis?Et qd est ad eā sedere, nisi hūiliter
accedere?Et qd est cōsyderare & intelligere q̄ apponūt tibi,nisi digne tātā gratiā cogitare?
Et qd est sic mittere manū,ut scias quia talia te oportet præparare,nisi qđ iam dixi,quia si/
cut ꝓ nobis Christus animā suā posuit,sic & nos debemus anias pro fratribus ponere?Sic
em̄ ait etiā apūs Petrus: Christus pro nobis passus est,relinquēs nobis exēplū,ut sequamur 1.Pet.2

ueſtigia eius:Hoc eſt,talia præparare,hoc beati martyres ardenti dilectione fecerunt, quo- C
rum ſi non inaniter memorias celebramus,atq; in conuiuio quo & ipſi ſaturati ſunt,ad mẽ-
ſam domini accedimus,oportet ut quemadmodũ ipſi,& nos talia præparemus.Ideo quip-
Pro martyribus non oratur pe ad ipſam menſam nõ ſic eos cõmemoramus,quemadmodũ alios qui in pace requieſcũt,
ut etiam pro eis oremus,ſed magis ut orent ipſi pro nobis,ut eorũ ueſtigijs adhæreamus,
quia impleuerunt ipſi charitatem,qua dominus dixit non poſſe eſſe maiorem. Talia enim
ſuis fratribus exhibuerunt,qualia de domini menſa pariter acceperunt:neq; hoc ita dictum
eſt,quaſi propterea domino Chriſto pares eſſe poſſimus,ſi pro illo uſq; ad ſanginem mar-
Ioan. 10 tyrium duxerimus.Ille poteſtatem habuit ponendi animam ſuam,& iterum ſumẽdi eam:
nos autem nec quantum uolumus,uiuimus,& morimur etiã ſi nolumus. Ille moriens mox
in ſe occidit mortem,nos eius morte liberamur à morte.Illius caro non uidit corruptionem,
noſtra poſt corruptionem,in fine ſeculi per illum induetur incorruptione.Ille nobis non in-
diguit ut nos ſaluos faceret,nos ſine illo nihil poſſumus facere.Ille ſe nobis palmitibus præ
buit uitem,nos habere præter illum non poſſumus uitam. Poſtremo &ſi fratres pro fratri-
bus moriantur,tamen in fraternorum peccatorum remiſſionẽ nullius ſanguis martyris ſun-
ditur,quod fecit ille pro nobis:neq; in hoc quid imitaremur,ſed quid gratularemur contu-
lit nobis.Quatenus ergo martyres pro fratribus ſanguinem ſuum fuderunt,hactenus talia
exhibuerunt,qualia de menſa dominica perceperunt.In cæteris autem quæ dixi, quamuis
nec omnia quæ dicere potui, martyr Chriſti longe impar eſt Chriſto.Quod ſi quiſquam
ſe,non dico potentiæ Chriſti,ſed innocentiæ comparabit,non dicam & aliena ſe putando
ſanare,ſed ſuum ſaltem nullum habere peccatum,etiam ſic auidior eſt quàm ratio ſalutis
expoſcit,multum eſt ad illum,non capit tantum.Quod & bene quidem iſta prouerbiorum
ſententia cõmonetur, quæ continuo ſubiungit atq; dicit,quòd ſi auidior es,noli concupi-
ſcere cibos eius,ſatius eſt enim ut nihil inde ſumas,quàm tibi plus quàm oportet aſſumas.
Hæc enim,inquit,uitam habent fallacem, hoc eſt, hypocryſim:dicendo enim ſe ſine pecca- D
to eſſe,iuſtum non poteſt exhibere,ſed fingere:ideo dictum eſt,hæc enim habent uitam fal
lacem. Vnus eſt ſolus,qui & carnem hominis habere,& peccatum potuit non habere.Meri
to quod ſequitur nobis præcipitur,ac tali uerbo atq; prouerbio humana infirmitas conue-
nitur,eiq; dicitur:Noli extendere te cum ſis pauper, cõtra diuitem.Dives enim qui nec hæ-
reditario nec ꝓprio unq; debito obnoxius,& ipſe iuſtus eſt,& alios iuſtificat Chriſtus.No
li contra eum te extendere,intantum pauper ut remiſſionis peccatorum appareas quotidia
nus in oratione mendicus.Tuo autem conſilio,inquit,abſtine te,unde niſi à præſumptione
fallaci? Ille quippe quia non tantum eſt homo,ſed etiam deus,ideo nuſq; reus:ſi enim di-
rexeris oculum tuum ad illum,nuſq; parebit.Oculum tuum,oculum uidelicet humanũ,quo
cernis humana,ſi direxeris ad illũ,nuſq; parebit,quia uideri nõ poteſt,quemadmodũ uide-
re te potes,parauit enim ſibi pennas ſicut aquilæ,& uadit in domum præpoſiti ſui,unde ad
nos utiq; uenit,nec tales qualis uenit inuenit.Diligamus ergo inuicem,ſicut & Chriſtus dile
xit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis.Maiorem quippe hac dilectionem nemo habet,
ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.Eumq; ſic imitemur pia obedientia,ut ei nos
cõparare nulla præſumamus audacia.

De eo quod dicit: Vos amici mei eſtis,ſi feceritis quæ præcipio uobis,uſq;
ad id quod ait:Iam nõ dicam uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat do-
minus eius: Tractatus LXXXV.

CVM dominus Ieſus cõmendaſſet charitatem,quã exhibuit nobis moriendo ꝓ
nobis,atq; dixiſſet:Maiorem hac dilectionẽ nemo habet,ut animã ſuã ponat
quis ꝓ amicis ſuis. Vos,inquit,amici mei eſtis,ſi feceritis quæ ego præcipio
uobis.)Magna dignatio,cum ſeruus bonus eſſe non poſſit,niſi præcepta domi-
ni ſui fecerit. Hinc amicos ſuos uoluit intelligi, unde ſerui boni poſſunt probari.Sed,ut
dixi,iſta dignatio eſt, ut dominus quos nouit ſeruos ſuos, dignetur dicere amicos ſuos:

nam

A nam ut ſciatis ad ſeruorum officium pertinere præcepta domini ſui facere,alio loco ſeruos
utiq; obiurgat dicens:quid autem uocatis me domine domine,& non facitis quæ dico? Cũ *Luc.6*
ergo dicitis,inquit,domine,iuſſa faciendo quid dicatis oſtẽdite.Nónne ſeruo obedienti ipſe
dicturus eſt:Euge ſerue bone,quia in paucis fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam, intra *Matth.25*
in gaudiũ domini tui? Poteſt igitur eſſe & ſeruus & amicus,qui ſeruus eſt bonus:ſed quod
ſequitur attendamus Iam non dicam uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dominus
eius.) Quomodo ergo intellecturi ſumus,& ſeruum & amicum eſſe ſeruum bonum,cum
dicat:Iam non dicam uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius? Ita nomẽ cõ-
ſtituit amici,ut auferat ſerui,non ut in uno utrunq; maneat,ſed ut alterum altero decedente
ſuccedat.Quid eſt hoc? Itá ne cum præcepta domini fecerimus,ſerui non erimus? Itá ne tũc
ſerui non erimus,quando boni ſerui fuerimus? Et quis contradicere poteſt ueritati quæ ait:
Iam non dicam uos ſeruos? Et cur hoc dixerit,docet:Quia ſeruus, inquit,neſcit quid faciat
dominus eius.Nunquid nam ſeruo bono & probato dominus eius non etiam ſecreta ſua
cõmittit? Quid eſt ergo quod ait:Seruus neſcit quid faciat dominus eius? Verum, eſto,ne-
ſcit quid faciat:nũquid neſcit etiam quid præcipiat? Nam & ſi hoc neſcit,quomodo ſeruit?
Aut quomodo ſeruus eſt,qui non ſeruit? Et tamen dominus loquitur: Vos amici mei eſtis,
ſi feceritis quæ ego præcipio uobis,iam non dicam uos ſeruos.O rem mirabilem,cum ſerui
re non poſſumus,niſi præcepta domini fecerimus,quomodo præcepta faciendo ſerui non
erimus? Si ſeruus non ero præcepta faciendo,& niſi præcepta fecero,ſeruire non potero,er-
go ſeruiendo ſeruus non ero.Intelligamus fratres intelligamus,& hoc in nobis dominus fa
ciat ut intelligamus,faciat etiam ut intellecta faciamus. Hoc autem ſi ſcimus, profecto ſci-
mus quod facit dominus,quia noſipſos tales non facit niſi dominus,& per hoc ad eius ami-
citiam pertinemus.Sicut enim duo ſunt timores,qui faciunt duo genera timentium,ſic duæ
ſunt ſeruitutes,quæ faciunt duo genera ſeruientium.Eſt timor quem perfecta charitas foras *1.Ioan.4*
B mittit,& eſt alius timor caſtus permanens in ſeculũ ſeculi.Illum timorem qui non eſt in cha *Pſal.18*
ritate,attendebat Apoſtolus cum dicebat:Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum *Rom.8*
in timore.Illum autem timorem caſtum attendebat cum dicebat:Noli altum ſapere,ſed ti- *Rom.11*
me.In illo timore quem foras charitas mittit,eſt etiam ſeruitus ſimul foras cum ipſo timo-
re mittenda:utrũq; enim iunxit Apoſtolus,hoc eſt ſeruitutem & timorem, dicendo:Non
enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.Ad hanc ſeruitutem ſeruum pertinentẽ
intuebatur & dominus dicens:Iam non dicam uos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat do
minus eius:non utiq; ille ſeruus pertinens ad timorem caſtum,cui dicitur:Euge ſerue bone,
intra in gaudium domini tui,ſed ille ſeruus pertinens ad timorem,foras à charitate mitten-
dus,de quo alibi dicit:Seruus non manet in domo in æternum,filius autem manet in æter- *Ioan.8*
num:quoniam itaq; dedit nobis poteſtatẽ filios dei fieri,ut non ſerui ſed filij ſimus,ut miro
quodam & ineffabili,ſed tamen uero modo ſerui,non ſerui eſſe poſſumus,ſerui ſcilicet timo
re caſto, ad quem pertinet ſeruus intrans in gaudium domini ſui,non ſerui autem timore
foras mittendo,ad quem pertinet ſeruus non manens in domo in æternũ. Vt autem tales
ſerui non ſerui ſimus,dñm facere ſcimus.Hoc autem ſeruus ille neſcit,qui neſcit quid faciat
dñs eius:& cũ aliquid boni facit,ſic extollitur quaſi hoc ipſe faciat,non dñs eius,& in ſe,non
in dño gloriatur,cũ ſe ipſe deceperit,quia ſic gloriatur quaſi nõ acceperit:nos aũt chariſſimi,
ut amici dñi eſſe poſſimus,quid noſter dñs faciat ſciamus,non ſolum enim homines,ucrũ-
etiam iuſtos ipſe facit nos,& non ipſi nos.Et ut hoc ſciamus,quis niſi ipſe facit? Non enim
ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritũ qui ex deo eſt,ut ſciamus quæ à deo donata
ſunt nobis.Ab ipſo quicquid boni eſt,donatur ut ſciatur.Ergo quia & hoc bonum eſt, ab
ipſo utiq; donatur,ut ſciatur à quo bonum omne donetur,ut omnino de omnibus bonis
qui gloriatur in dño glorietur.Quod uero ſequitur: Vos autem dixi amicos,quia omnia
quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis.) ita eſt profundum,ut nullo modo ſit iſto
ſermone coartandum,ſed in alium differendum.

De eo

De eo quod dicit: uos autem dixi amicos, usq; ad id quod ait: Et fructus ueſter maneat, ut quodcũque petieritis patrem in nomine meo det uobis: Tractatus LXXXVI

MERITO quæritur quomodo accipiendum ſit quod ait dominus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis.) Quis autem audeat affirmare uel credere ulluni hominum ſcire omnia quæcunq; à patre audiuit unigenitus filius, quando nec hoc quidem quiſq; capit, quomodo à patre audiat ullum uerbũ, cum ipſe ſit patris unicum uerbum? Quid eſt quod aliquãto poſt in hoc ipſo tamen ſermone, quem poſt cœnam ante paſſionẽ ad diſcipulos habuit, Multa, inquit, habeo uobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi ſumus oĩa eum nota feciſſe diſcipulis, quæcunq; audiuit à patre, cum propterea quædam multa nõ dicat, quia ſcit eos modo portare non poſſe? Sed nimirũ quod facturus eſt, feciſſe ſe dicit, qui ea quæ futura ſunt fecit: ſicut enim dicit per ꝓphetã: Foderunt manus meas & pedes meos, nec ait, foſſuri ſunt, uelut præterita dicens, & ea tamen futura prædicens: ita & hoc loco ait, omnia ſe nota feciſſe diſcipulis, quæ ſe nouit nota eſſe facturum in illa plenitudine ſcientiæ, de qua dicit Apoſtolus: Cum autem uenerit quod perfectum eſt, quod ex parte eſt euacuabitur. Ibi quippe dicit, nũc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum, & nũc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nam & ipſe Apoſtolus ſaluos nos dicit eſſe factos per lauacrum regenerationis, qui tamẽ alio loco: Spe, inquit, ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes: quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autẽ quod nõ uidemus, ſperamus, per patientiam expectamus: unde etiam eius coapoſtolus Petrus, In quem modo, inquit, non uidentes creditis, quem cum uideritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato, percipientes mercedem fidei, ſalutem animarum ueſtrarum: ſi ergo nũc tẽpus eſt fidei, ſalus autem animarum merces eſt fidei, quis dubitet in fide quæ per dilectionem operatur, peragendum diem ultimum, atq; in fine diei recipiendam eſſe mercedẽ, non ſolum redemptionem corporis noſtri, de qua dicit apoſtolus Paulus, uerumetiam ſalutem animarum noſtrarũ, de qua dicit apoſtolus Petrus? Vtriuſq; enim rei felicitas iſto tempore atq; in iſta mortalitate in ſpe potius habetur, quàm in re tenetur. Verũ hoc intereſt, quòd exterior noſter homo, id eſt, corpus adhuc corrumpitur: interior autem, id eſt, anima iam renouatur de die in diem. Itaq; ſicut immortalitatem carnis & ſalutem animarũ futuram expectamus, quamuis iam pignore accepto, ſalui facti eſſe dicamur: ita omniũ noticiam quæcunq; unigenitus audiuit à patre, futuram ſperare debemus, quamuis hoc iam ſe feciſſe dixerit Chriſtus: Nõ uos me elegiſtis, inquit, ſed ego uos elegi.) Hæc eſt illa ineffabilis gratia: quid enim eramus quando Chriſtum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui eum non eligit, quomodo diligit? Nunquid iam in nobis erat quod in pſalmo canitur: Elegi abiectus eſſe in domo domini, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum? Non utiq;. Quid ergo eramus niſi iniqui & perditi? Neq; enim iam credideramus in eum, ut eligeret nos: nam ſi iam credentes elegit, electos elegit, cur ergo diceret, non uos me elegiſtis, niſi quia miſericordia eius præuenit nos. Hic certe uacat uana illorum ratiocinatio, qui præſcientiã dei defendũt cõtra gratiã dei, & ideo dicũt nos electos ante mundi conſtitutionem, quia præſciuit nos deus futuros bonos, non ſeipſum nos facturum bonos: non hoc dicit qui dicit: Nõ uos me elegiſtis, quoniã ſi ꝓpterea nos elegiſſet, quia bonos futuros eſſe nos præſciuerat, ſimul etiã præſciſſet ꝙ eũ nos fuiſſemus prius electuri. Non enim aliter eſſe poſſemus boni, niſi forte dicendus eſt bonus qui nõ eligit bonũ. Quid ergo eligit in nõ bonis? Nõ enim electi ſunt quia boni fuerũt, qui boni nõ eſſent niſi electi eſſent: alioquin gratia iam nõ eſt gratia, ſi præceſſiſſe contẽdimus merita: hæc quippe electio gratia eſt, de qua dicit Apoſtolus: Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ ꝓ electionẽ gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt: unde ſubiungit, Si aũt gratia, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iã nõ eſt gratia. Audi ingrate, in-

Ioan. 16

Pſal. 21

1. Cor. 13

1. Pet. 1

Gal. 5

Pſal. 83

Rom. 11

te, ingrate audi: non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos. Non eſt ut dicas, ideo electus ſum, quia iam credebãs: ſi enim credebas in eũ, iam elegeras eum, ſed audi: nõ uos me elegiſtis: nõ eſt ut dicas, anteq; crederem, iam bona operabar, ideo electus ſum: quid enim eſt boni operis ante fidem, cum dicat Apoſtolus: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt? Quid ergo dicturi ſumus audiendo, nõ uos me elegiſtis, niſi quia mali eramus & electi ſumus, ut boni per gratiam nos eligentis eſſemus? Non eſt enim gratia, ſi præceſſerant merita. Eſt aũt gratia. Hæc igitur non inuenit, ſed effecit merita: & uidete chariſſimi, quemadmodum non eligat bonos, ſed quos elegit, faciat bonos. Ego, inquit, elegi uos: Et poſui uos, ut eatis & fructũ afferatis, & fructus ueſter maneat.) Nónne iſte eſt fructus de quo iã dixerat: ſine me nihil poteſtis facere? Elegit ergo & poſuit ut eamus & fructum afferamus: nullum itaq; fructum unde nos elegit habebamus. Vt eatis, inquit, & fructum afferatis. Imus ut afferamus, & ipſe eſt uia qua imus, in qua nos poſuit ut eamus. Proinde in omnibus miſericordia eius præuenit nos. Et fructus, inquit, ueſter maneat: Vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis.) Maneat ergo dilectio, ipſa eſt enim fructus noſter: quæ dilectio nunc eſt in deſiderio, nondum in ſaturitate, & ipſo deſiderio quodcunq; petierimus in nomine unigeniti filij dat nobis pater: quod autem accipere ſaluandis non expedit nobis, non exiſtimemus nos petere in nomine ſaluatoris, ſed hoc petimus in nomine ſaluatoris, quod pertinet ad orationem ſalutis.

Roma. 14

De eo quod dicit: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem, usq; ad id quod ait: Sed ego elegi uos de mũdo, propterea odit uos mundus: Tract. LXXXVII

IN lectione euangelica quæ hanc antecedit, dixerat dominus: nõ uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & poſui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat, ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis: de quibus uerbis iam nos quod dominus dedit, diſſeruiſſe meminiſtis. Hic autem dicit, ſequenti ſcilicet lectione, quam modo cum recitaretur, audiſtis. Hæc mando uobis, ut diligatis inuicẽ:) Ac per hoc intelligere debemus hunc eſſe fructum noſtrum de quo ait: Ego uos elegi ut eatis, & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat. Et quod adiunxit, ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis, tunc utiq; dabit nobis, ſi diligamus inuicem, cum & hoc ipſum ipſe dederit nobis, qui nos elegit nõ habentes fructum, quia nõ eum nos elegeramus, & poſuit nos ut fructum afferamus, hoc eſt, inuicem diligamus: quem fructum ſine illo afferre non poſſumus, ſicut palmites facere ſine uite nihil poſſunt. Charitas ergo eſt fructus noſter, quam definit Apoſtolus: de corde puro & conſcientia bona, & fide nõ ficta. Hac diligamus inuicem, hac diligamus deum, neq; enim uera dilectione diligeremus inuicem, niſi diligentes deum. Diligit enim unuſquiſq; ꝓximum ſuum tanq; ſeipſum ſi diligit deum: nam ſi nõ diligit deum, non diligit ſeipſum. In his enim duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ, hic eſt fructus noſter. De fructu itaq; nobis mandans, hæc mando, inquit, uobis, ut diligatis inuicẽ: unde & apoſtolus Paulus, cum contra opera carnis cõmendare fructum ſpiritus uellet, à capite hoc poſuit: Fructus, inquit, ſpiritus charitas eſt: ac deinde cætera tanquam ex iſto capite exorta & religata contexuit, quæ ſunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fideꝫ, manſuetudo, continentia, caſtitas. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem ueram niſi cum illo poteſt habere quem ueraciter diligit? Quis eſt longanimis in bono opere perſeueranter manendo, niſi ferueat diligendo? Quis eſt benignus, niſi diligat cui opitulatur? Quis bonus, niſi diligẽdo efficiatur? Quis ſalubriter fidelis, niſi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis utiliter manſuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpetur, niſi diligat unde honeſtatur? Merito itaque magiſter bonus dilectionem ſic ſæpe cõmendat, tanquam ſola præcipienda ſit, ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac aũt dilectione patienter debemus etiã mũ di odia

1. Timoth. 1

Gal. 5

di odia ſuſtinere:neceſſe eſt enim ut nos oderit,quos cernit nolle quod diligit:ſed plurimum C
nos de ſeipſo dominus conſolatur,qui cum dixiſſet:Hæc mando uobis ut diligatis inuicem,
adiecit atq; ait: Si mundus uos odit,ſcitote quoniã me priorem uobis odio habuit.) Cur
ergo ſe membrum ſupra uerticem extollit? Recuſas eſſe in corpore,ſi non uis odium mundi
ſuſtinere cum capite. Si de mundo,inquit,eſſetis,mundus quod ſuum erat diligeret.) Vni
uerſæ utiq; hoc dicit eccleſiæ,quam plerũq; etiam ipſam mundi nomine appellat,ſicut eſt il
2.Cor.5 lud: Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Itemq; illud:Non uenit filius homi-
Ioan.3 nis ut iudicet mundum,ſed ut ſaluetur mundus per ipſum:& in epiſtola ſua Ioãnes ait, Ad
4.Ioan.2 uocatum habemus ad patrem Ieſum Chriſtum iuſtum,& ipſe propitiator eſt peccatorum
noſtrorum,non tantum noſtrorum,ſed etiam totius mundi:totus ergo mũdus eccleſia eſt,
& q totus mũdus odit eccleſiam. Mũdus igitur odit mũdum,inimicus reconciliatũ,damna
tus ſaluatum,inquinatus mundatum:ſed iſte mundus quem deus in Chriſto recõciliat ſibi,
& per Chriſtum ſaluatur,& cui per Chriſtum peccatum omne donatur,de mundo electus
eſt inimico,damnato,contaminato. Ex eadem quippe maſſa quæ tota in Adam perijt,fiũt
uaſa miſericordiæ,in quibus eſt mundus pertinens ad reconciliationem,quam mũdus odit,
ex eadem maſſa,pertinens ad uaſa iræ,quæ perfecta ſunt ad perditionem:deniq; cum dixiſ
ſet:ſi de mundo eſſetis,mundus quod ſuum erat diligeret,continuo ſubiecit. Quia uero
de mundo non eſtis,ſed ego elegi uos de mundo,ꝓpterea odit uos mundus.) Ergo & ipſi
inde erant,unde ut non eſſent,electi ſunt inde,nõ meritis ſuis,quorũ nulla bona præceſſe-
rant opera,non natura,quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipſa radice uitiata,ſed gra
tuita,hoc eſt uera gratia:qui enim de mundo mundum elegit,fecit quod eligeret,non inue
nit,quia reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt:ſi autem gratia,inquit,iam non ex
operibus,alioquin gratia iam non eſt gratia:ſi autem quæratur quomodo ſe diligat mun-
dus perditionis,qui odit mundum redemptionis,diligit ſe utiq; falſa dilectione, non uera.
Proinde falsò ſe diligit,& uere odit:Qui enim diligit iniquitatem,odit animã ſuam:ſed dili D
gere ſe dicitur,quoniam iniquitatem qua iniquus eſt diligit:& rurſus odiſſe ſe dicitur,quo-
niam quod ei nocet,hoc diligit. Odit ergo in ſe naturam,diligit uitium: odit quod factus
eſt per dei bonitatem,diligit quod in eo factũ eſt per liberam uoluntatẽ. Vnde nos quoq;
illum diligere & ꝓhibemur, ſi recte intelligimus,& iubemur: prohibemur ſcilicet ubi nobis
Luc.6 dicitur,Nolite diligere mundum:iubemur autẽ,ubi nobis dicit̃,Diligite inimicos ueſtros.
Ipſi ſunt enim mundus qui nos odit. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipſe diligit
in ſeipſo.& iubemur diligere in illo quod ipſe odit in ſeipſo,dei ſcilicet opificium,& diuerſas
bonitatis ſuæ conſolationes. Vitium quippe in illo diligere prohibemur,iubemurq; dilige-
re naturam,cum ipſe in ſe diligat uitium,oderitq; naturam,ut nos eũ & diligamus & ode-
rimus recte,cum ſe ipſe diligat oderitq; peruerſe.

De eo quod dictum eſt:Mementote ſermonis mei quem ego dixi
uobis,uſq; ad id quod ait:Sed hæc omnia facient uobis propter no-
men meum,quia neſciunt eum qui miſit me: Tractatus LXXXVIII

Exhortans dominus ſeruos ſuos ad mundi odia perferenda patienter,nullum
eis maius & melius quàm de ſeipſo ꝓponit exẽplũ,quoniã ſicut dicit apoſtolus
1.Pet.2 Petrus:Chriſtus ꝓ nobis paſſus eſt relinquẽs nobis exẽplũ,ut ſeq̃mur ueſtigia
eius. Quod utiq; ſi facimus,ipſo adiuuante facimus q dixit:ſine me nihil pote-
ſtis facere:deniq; iam dixerat:Si odit uos mũdus,ſcitote quia me priorẽ uobis odio habuit,
& nũc in eo quod audiſtis cũ legeret̃ euangeliũ. Memẽtote,inquit,ſermonis mei,quẽ ego
dixi uobis:nõ eſt ſeruus maior domino ſuo:ſi me perſecuti ſunt,& uos perſequent̃:ſi ſermo-
nem meum ſeruauerunt,& ueſtrum ſeruabunt.) Dicendo autẽ,non eſt ſeruus maior domi
no ſuo,nónne euidenter oſtendit quemadmodum intelligere debeamus quod ſuperius di-
xerat:Iam non dico uos ſeruos:ecce enim eos ſeruos dicit,nunquid eſt aliud,Non eſt ſer-
uus maior domino ſuo,ſi me perſecuti ſunt, & uos perſequentur? Manifeſtum eſt igitur
illum

A illum ſeruum,qui non manet in domo in æternum,illũ pertinentẽ ad timorem,quem foras
charitas mittit,eſſe intelligendũ ubi dictũ eſt, Iam non dico uos ſeruos:hic autẽ ubi dicitur,
Non eſt ſeruus maior domino ſuo,ſi me perſecuti ſunt, & uos perſequẽtur,illum ſignificari
ſeruum pertinẽtem ad timorem caſtum,qui permanet in ſeculum ſeculi:hic enim ſeruus eſt
auditurus,Euge ſerue bone, intra in gaudium domini tui. Sed hæc, inquit, omnia facient Matth.25
uobis propter nomen meum,quia neſciunt eum qui miſit me.) Quæ omnia faciunt niſi quæ
dixit? odio habebunt ſcilicet & perſequentur,ſermonem q̃ contẽnent:quoniã ſi ſermonem
non ſeruarent eorum,nec tamen odiſſent eos,neq; perſequerentur,uel etiam ſi odiſſent,nec
tamen perſequerentur,non omnia facerent: hæc autẽ omnia facient uobis,inquit,propter
nomen meũ,quid eſt aliud dicere,q̃ me in uobis odio habebũt, me in uobis perſequentur,
& ſermonem ueſtrum quia meus eſt, ideo non ſeruabunt: hæc enim omnia facient uobis
propter nomen meum,non ueſtrum,ſed meum:tanto igitur miſeriores,qui propter hoc no
men iſta faciunt,quanto beatiores, qui propter hoc nomen iſta patiũtur,ſicut ipſe alio loco
dicit,Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam:hoc eſt enim propter me uel pro-
pter nomen meum,quia ſicut Apoſtolus docet,Factus eſt nobis ſapientia à deo,& iuſtitia, 1.Cor.1
& ſanctificatio,& redemptio,ut quemadmodũ ſcriptũ eſt, Qui gloriatur,in dño glorietur. Hiere.6
Faciũt quippe iſta mali malis,ſed nõ propter iuſtitiã,& ideo miſeri utiq;,& q faciunt,& qui
patiũtur:faciũt & mali bonis,ubi &ſi nõ faciunt iſti propter iuſtitiã,tñ illi propter iuſtitiam
patiuntur. Sed dicit aliq;,ſi mali quãdo perſequũtur bonos propter nomẽ Chriſti,propter
iuſtitiã boni patiũtur,profecto propter iuſtitiã hoc eis mali faciunt: quod ſi ita eſt,ergo &
quãdo boni malos propter iuſtitiã perſequũtur, propter iuſtitiã etiã mali patiũtur:ſi enim
poſſunt mali perſecutionẽ facere bonis propter nomẽ Chriſti,cur nõ poſſunt mali perſecu-
tionẽ pati à bonis propter nomen Chriſti? Et quid eſt propter nomen Chriſti,niſi propter
iuſtitiam? nam ſi nõ propter quod boni faciũt,propter hoc mali patiũtur,quia faciũt boni
B propter iuſtitiã, patiũtur mali propter iniuſtitiã:nec mali ergo propter hoc poſſunt facere,
propter quod boni patiũtur,quia faciũt mali propter iniuſtitiam,patiũtur boni propter iu
ſtitiã:quomodo ergo erit uerũ, hæc omnia faciẽt uobis propter nomen meũ,cũ illi nõ pro-
pter nomẽ Chriſti faciãt,id eſt,nõ propter iuſtitiã,ſed propter iniquitatẽ ſuã? Hæc quæſtio
ita ſoluitur,ſi eo modo intelligamus dictũ,hæc omnia faciẽt uobis propter nomen meũ,ut
totũ referatur ad iuſtos,tanq̃ dictũ ſit, hæc omnia patiemini ab eis propter nomen meũ,
ut hoc ſit,faciẽt uobis,quod eſt,patiemini ab eis:ſi aũt propter nomẽ meũ ſic accipitur tanq̃
diceret,propter nomen meũ quod in uobis oderũt, ita poteſt accipi,& propter iuſtitiã quã
in uobis oderũt: ac per hoc & boni cũ perſecutionẽ faciũt malis,poſſit recte dici & propter
iuſtitiam facere,quam diligẽdo perſequũtur malos,& propter iniquitatem quã oderunt in
ipſis malis:ita ergo & ipſi mali poſſunt dici pati,& propter iniquitatẽ quæ in illis punitur,&
propter iuſtitiã quæ in eorũ pœna exercetur. Itẽ quæri põt,ſi etiã mali faciunt perſecutionẽ
malis,ſicut impij reges & iudices, cũ eſſent perſecutores piorũ,utiq; & homicidas,& adulte
ros,& quoſq; maleficos,quos cõtra leges publicas feciſſe cognoſcerent,puniebãt:quomodo
intelligendũ eſt quod ait dñs,Si de mũdo eſſetis,mũdus quod ſuũ erat diligeret? Neq; em̃
quos punit diligit mundus, à quo uidemus ſupradicta ſcelerũ genera plerunq; puniri,niſi
quia mũdus eſt in eis,à quibus talia ſcelera uel puniũtur uel patiũtur:& mundus eſt in eis à
quibus talia ſcelera diliguntur:mundus itaq; ille qui intelligitur in malis atq; impijs,& odit
quod ſuũ eſt,ex ea parte hominũ qua ſceleratis nocet:& diligit quod ſuũ eſt ex ea parte ho
minũ,qua eiſdẽ ipſis ſceleratis fauet:Ergo hæc omnia faciẽt uobis propter nomen meũ,uel
ita dictum eſt,propter quod uos patimini,uel ita propter quod & ipſi faciũt,quia & hoc in
uobis dũ perſequuntur,oderũt:& addidit, Quia neſciũt eum qui miſit me.) Hoc ſecundũ Sap.6
eam ſcientiã dictũ intelligẽdum eſt,de qua & alibi ſcriptũ eſt,Scire autẽ te ſenſus eſt cõſum-
matus. Hac quippe ſcientia qua ſciunt patrem à quo miſſus eſt Chriſtus,nullo modo perſe
quuntur quos colligit Chriſtus,quia & ipſi cũ eis colliguntur à Chriſto.

D

De eo quod dicit, Si nō ueniſſem & locutus eis fuiſſem, uſq; ad id quod ait, Qui me odit, & patrem meum odit. Tractatus LXXXIX.

SVPERIVS dixerat dominus ad diſcipulos ſuos, Si me perſecuti ſunt, & uos perſequentur, ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabunt, ſed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia neſciūt eum qui miſit me. De quibus autē hoc dixerit ſi quæramus, inuenimus eum ad hæc uerba ueniſſe ab eo quod dixerat, Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio habuit: nunc uero quod addidit, Si nō ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent.) Iudæos oſtendit expreſſius: de his ergo & illa dicebat, nam hoc indicat uerborum ipſa contextio: de his ergo dicit, Si non ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, de quibus dicebat, Si me perſecuti ſunt, & uos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me: his enim uerbis & iſta ſubiungit, ſi nō ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Iudæi ergo perſecuti ſunt Chriſtum, quod euidentiſſime indicat euangelium, Iudæis locutus eſt Chriſtus, non alijs gentibus. In eis ergo uoluit intelligi mundum qui odit Chriſtum & diſcipulos eius, imò uero non eos ſolos, ſed hos quoq; ad eundem mundum pertinere monſtrauit. Quid eſt ergo, ſi non ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum nō haberent? Nunquid ſine peccato erant Iudæi, anteq̄ chriſtus ad eos in carne ueniſſet? Quis hoc uel ſtultiſſimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatum, nō omne peccatum, quaſi ſub generali nomine uult intelligi: hoc eſt enim peccatū quo tenentur cuncta peccata, quod unuſquiſq; ſi non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata: hoc eſt autē, quia non crediderunt in Chriſtum, qui propterea uenit ut credatur in eum, hoc peccatum, ſi non ueniſſet, nō utiq; haberent. Aduentus quippe eius quantum credentibus ſalutaris, tantum non credentibus exitialis factus eſt, tanq̄ & ipſe caput & princeps apoſtolorum, quod de ſe ipſi dixerunt exti
2.Cor.2 terit, Quibuſdam quidem odor uitæ in uitam, quibuſdā uero odor mortis in mortem: ſed quod adiunxit atq; ait, Nunc autem excuſationē non habent de peccato ſuo:) poteſt mouere quærentes, utrum hi ad quos non uenit Chriſtus, nec locutus eſt eis, habeāt excuſationem de peccato ſuo: ſi enim nō habent, cur hic dictum eſt, propterea iſtos non habere, quia uenit & locutus eſt eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant ut à pœnis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad hæc inquiſita pro meo captu, domino donāte reſpondeo, habere illos excuſationem, non de omni peccato ſuo, ſed de hoc peccato quo in Chriſtum non crediderunt, ad quos non uenit, & quibus non eſt locutus. Sed non in eo ſunt numero hi ad quos in diſcipulis uenit, & quibus per diſcipulos eſt locutus, quod & nūc facit: nam per eccleſiam ſuam uenit ad gentes, & per eccleſiam ſuam loquitur gentibus: ad hoc enim pertinet,
Matth.10 quod ait, Qui uos recipit me recipit, & qui uos ſpernit, me ſpernit. An uultis, inquit, apoſto-
2.Cor.13 lus Paulus, experimētum accipere eius, qui in me loquitur Chriſtus? Reſtat inquirere, utrū hi qui prius ēq̄ Chriſtus ueniret in eccleſiam ad gentes, & priuſq̄ euāgelium eius audirent, uitæ huius ſine præuenti ſunt ſeu præueniuntur, poſſunt habere hanc excuſationē? poſſunt
Rom.2 planè, ſed non ideo poſſunt effugere damnationem. Quicunq; enim ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quæ quidem Apoſtoli uerba, quoniam id quod ait, peribunt, terribilius ſonat, ēq̄ quod ait, iudicabuntur, non ſolum nihil adiuuare hanc excuſationem uidentur oſtendere, uerumetiā plus grauare: qui enim ſe quia nō audierunt excuſabunt, ſine lege peribunt. Sed utrum hi qui cum audierunt, contempſerunt, uel etiam reſtiterunt, nec tantū contradicendo, ſed & eos à quibus audierunt odijs perſequendo, in eis deputandi ſunt de quibus aliquid leuius uidetur ſonuiſſe quod dictum eſt, per legem iudicabuntur, merito quæritur: ſed ſi aliud eſt perire ſine lege, aliud iudicari per legem, & illud eſt grauius, hoc autem leuius, proculdubio non ſunt iſti in hac pœna leuiore ponendi, qui neq; in lege peccauerūt, ſed omnino legem Chriſti accipere noluerunt, & eam quantum ad ipſos attinet, omnino nullam eſſe uoluerunt. Illi autem peccant

A cant in lege, qui ſunt in lege, id eſt, qui eā ſuſcipiunt, eamq̄ ſanctam, & mādatum ſanctum & iuſtum & bonum fatētur, ſed infirmitate non implent, quod ab ea rectiſſime præcipi dubitare non poſſunt, hi ſunt qui aliquo modo forſitan poſſunt ab eorum qui ſine lege ſunt perditione diſcerni, ſi tamen quod Apoſtolus ait, per legem iudicabuntur, ſic accipiendū eſt tanq̄ dixerit, nō peribunt, quod mirum ſi ita eſt. Neq; enim de infidelibus & fidelibus erat ſermo ut hoc diceret, ſed de gentibus & Iudæis, qui certe utriq; niſi in eo ſaluatore ſaluētur, qui uenit quærere quod perierat, ad perditionē ſine dubio pertinebūt, quamuis dici poſſit, alios grauius, alios leuius perituros, id eſt, alios grauiores, alios leuiores pœnas in ſua perditione paſſuros. Ille enim perire deo dicitur, quiſquis ab illa beatitudine quā dat ſanctis ſuis, per ſupplicium ſeparatur. Tanta eſt autem ſuppliciorum, quanta diuerſitas peccatorū, quæ quomodo ſeſe habeat, altius indicat ſapiētia diuina, cēq̄ coniectura ſcrutatur aut effatur humana. Iſti certe ad quos uenit, & quibus locutus eſt Chriſtus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excuſationem, qua poſſint dicere, non uidimus, non audiuimus, ſiue non acceptaretur iſta excuſatio ab illo cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, ſiue acceptaretur, & ſi non ut ab omni damnatione liberarētur, certe ut aliquanto lenius damnarentur. Qui me odit, inquit, & patrem meum odit.) Hic nobis fortaſſe dicatur, Quis poteſt odiſſe quem neſcit? & utiq; anteq̄ diceret, Si non ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, dixerat diſcipulis ſuis, Hæc facient uobis, quia neſciunt eum qui miſit me. Quomodo ergo neſcierunt & oderunt: ſi enim non quod eſt ipſe, ſed neſcio quid aliud de illo opinātur, non utiq; ipſum, ſed illud inueniuntur odiſſe quod fingunt, aut errando potius ſuſpicātur, & tamen niſi poſſent homines odiſſe quod neſciūt, non ueritas utrunq; dixiſſet, q̄ eius patrem & neſciunt & oderunt. Sed quomodo id fieri poſſit ſi adiuuante domino per nos demonſtrari poteſt, quia hæc diſputatio eſt iam claudenda, nunc non poteſt.

De eo quod dicit, Qui me odit, & patrem meū odit. Tractatus XC.

B AVDISTIS dominum dicentem, Qui me odit & patrem meum odit:) qui ſuperius dixerat, Hæc facient uobis, quia neſciunt eum qui miſit me, non itaq; diſſimulanda naſcitur quæſtio, quomodo poſſint odiſſe quē neſciunt. Si enim deum non quod ipſe eſt, ſed neſcio quid aliud eum ſuſpicantur aut credunt, & hoc oderunt, utiq; nō ipſum oderunt, ſed quod ſua mendaci ſuſpicione, uel uana credulitate concipiunt: ſi autē quod eſt, hoc de illo ſentiunt, quomodo eum neſcire dicuntur? Et de hominibus quidē fieri poteſt, ut eos ſæpe quos nunq̄ uidimus, diligamus, ac per hoc nec illud econtrario impoſſibile eſt, ut eos quos nunq̄ uidimus oderimus. Fama quippe de aliquo ſermocinante ſeu bene ſeu male, fit nō immerito ut amemus uel oderimus ignotum. Sed ſi fama ſit uerax, quomodo eſt de quo uera didicimus dicēdus ignotus? An quia eius faciem non uidimus? Quam cum & ipſe non uideat, nulli tamen poteſt notior eſſe ēq̄ ſibi: non igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiuſq; noticia: ſed tūc nobis ad cognitionem patet, quando eius mores & uita non latent, alioquin nec ſeipſum noſſe quiſq̄ poteſt, qui uidere faciem ſuam non poteſt. Sed utiq; tanto certius ēq̄ notus eſt alijs ipſe ſe nouit, quanto certius interiore conſpectu poteſt uidere quod ſapit, uidere quod cupit, uidere quod uiuit: quæ cum aperiuntur & nobis, tunc uere fit cognitus nobis. Hæc itaq; quoniam plerunq; ad nos de abſentibus uel etiā mortuis, ſiue fama, ſiue litteris perferuntur, hinc fit ut ſæpe quos nunq̄ facie corporis uidimus, non tñ quos omnino neſcimus, uel oderimus homines uel amemus. Sed plerunq; in eis noſtra credulitas fallitur, quia nonnunq̄ & hiſtoria, & multo magis fama mētitur. Pertinet autē ad nos ne pernicioſa opinione fallamur, ut quia nō poſſumus hominum indagare conſcientiam, de ipſis rebus habeamus ueram certamq̄ ſententiam, hoc eſt, ut ſi ille uel ille homo utrum ſit impudicus pudicúsue neſcimus, oderimus tamen impudicitiam, & pudicitiā diligamus: & ſi illum uel illum iniuſtum eſſe iuſtúmue neſcimus, amemus tamen iuſtitiam, & iniuſtitiam deteſtemur, non quas nobiſipſis errando confingimus, ſed quas fideliter hanc appetendam, illamq̄ uitandam in dei ueritate conſpi-

cimus,ut cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus,quod deuitandum est deui C
tamus, ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquando,imò assidue non uera sen
timus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci ista non po/
1.Cor.10 test uita,ita ut Apostolus diceret,Tentatio uos non apprehendat nisi humana:quid enim
tam humanum,q̄ non posse inspicere cor humanum,& ideo non eius latebras perscrutari,
sed plerunq; aliud q̄ id quod ibi agitur suspicari? Quanq̄ & in his rerum tenebris huma/
narum,hoc est,cogitationum alienarum,&si suspiciones intelligere non possumus,quia ho
mines sumus,iudicia tamen,id est,definitas firmasq; sententias continere debemus,nec an
te tempus quicq̄ iudicare, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum,&
manifestet cogitationes cordis,& tunc laus erit unicuiq; à deo. Quando ergo nō erratur in
rebus,ut recta sit improbatio uitiorum, uirtutumq; probatio, profecto si erratur in homi/
nibus,uenialis est humana tentatio. Per has autē humanorum cordium tenebras,res mul/
tum miranda & multum dolenda contingit, ut cum nonnunq̄ quem iniustum putamus,
& tamen iustus est,& iustitiam in eo nesciētes,quem diligimus deuitemus,auersemur,à no/
stro prohibeamus accessu, communem cum illo uitam uictumq; habere nolimus, eumq;
etiā si disciplinæ imponendæ necessitas cogat,siue ne alijs noceat,siue ut fiat ipse correctior,
asperitate salubri persequamur, & hominem bonum tanq̄ malum affligamus,quem nesci/
entes amamus.Hoc fit si quis uerbi gratia cum sit pudicus,à nobis creditur impudicus:sine
dubio enim si pudicum diligo, hoc est ipse quod diligo, ergo etiam ipsum diligo & nescio:
&si impudicum odi, non ergo ipsum odi,quia nō est quod odi, & tamen dilecto meo cum
quo simul in charitate pudicitiæ habitat anima mea, facio ignarus iniuriam,non errans in
discretione uirtutum atq; uitiorū,sed in cordium tenebris humanorum. Proinde sicut fieri
potest ut homo bonus hominem bonum oderit nesciens,uel potius diligat nesciens,ipsum
enim diligit cum bonum diligit, quia id quod est ille,hoc iste diligit, oderit autem nesciens
non ipsum,sed quod putat esse ipsum:ita fieri potest ut etiam homo iniustus oderit homi/ D
nem iustum,& dum æstimat se sui similem iniustum diligere,nesciens diligat iustum,& ta/
men dum eum credit iniustum, diligit non ipsum,sed quod putat esse ipsum:quemadmo/
dum autem hominem,sic & deum. Deniq; si interrogarentur Iudæi,utrū diligerent deum,
quid se aliud q̄ diligere responderent,nec ex animo mentientes,sed errādo potius opinan/
tes.Quomodo enim diligerent patrem ueritatis, qui haberēt odio ueritatem? Nolūt enim
sua facta damnari, & hoc habet ueritas ut talia facta damnentur:tantū igitur oderunt ue/
ritatem,quantum oderunt suas pœnas quas talibus irrogat ueritas:nesciunt autē illam esse
ueritatem, quæ tales quales ipsi sunt damnat.Oderunt ergo quā nesciunt,& cum illam ode
runt,profecto & eum de quo nata est, nisi odisse non possunt: ac per hoc quia ueritatē qua
iudicante damnantur,de patre deo natam nesciunt,utiq; etiā ipsum & nesciunt & oderunt.
O miseros homines,qui cum esse uolunt mali,nolunt esse ueritatem qua damnantur mali:
nolunt enim eam esse quod est, cum ipsi debeant nullo modo esse quod sunt, ut ipsa ma/
nente mutentur,ne ipsa iudicante damnentur.

De eo quod dicit,Si opera nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent,nunc autem & uiderunt, & oderunt & me & patrem meum, sed ut im/ pleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

Tractatus XCI.

DIXERAT dominus,Qui me odit, & patrem meum odit. Vtiq; enim qui odit ueritatem, necesse est oderit & à quo ueritas nata est, unde iam quantum da/ tum est locuti sumus:deinde addidit unde nobis nunc loquendū est. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent.)Peccatū illud scilicet magnum, de quo superius ait, Si non uenissem & locutus eis fuissem,peccatum non haberent, hoc est peccatum,q; in eum loquētem & operantem non crediderunt, neq; enim nullum habebant peccatum, anteq̄ loqueretur eis & operaretur in eis.Sed hoc peccatum

quo

A quo in eum non crediderunt,ideo sic commemoratur, quia ipso peccato tenentur & cætera: hoc enim si non haberent, & in eum crederent,dimitterentur & cætera.Sed quid est hoc q; cum dixisset, Si opera non fecissem in eis, mox addidit, Quæ nemo alius fecit?) Nulla quippe in operibus Christi uidentur esse maiora q̄ suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas.Fecit hoc etiam Helias,fecit Helisæus,& cum in hac carne uiueret, & cum in suo monumento sepultus iaceret, nam quidam portātes mortuum,cum irruentibus hostibus eò refugissent, eumq; posuissent, continuo resurrexit.Fecit tamen ali/ qua Christus,quæ nemo alius fecit, q; quinq; milia hominum de quinq;, & quatuor milia de septē panibus pauit,q; super aquas ambulauit, & Petro ut hoc faceret præstitit, q; aquā mutauit in uinum,q; aperuit oculos cæci nati,& alia multa quæ commemorare lōgum est. Sed respōdetur nobis & alios fecisse quæ ipse non fecit, & quæ nemo alius fecit: quis enim nisi Moyses Ægyptios plagis tot tantisq; percussit,diuiso mari populum duxit,manna de cœlo esurientibus impetrauit, aquā de petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus naue populo transituro Iordanis fluenta diuisit, & currentem solem emissa ad deum oratione frenauit & fixit? Quis præter Samson propter suā sitim maxilla mortui asini exundāte satiatus est? Quis præter Heliam curru igneo in alta subuectus est? Quis præter Helisæum,quod pau/ loante commemoraui, sepulto suo cadauere, cadauer alterius reddidit uitæ? Quis præter Danielem inter ora inclusorum secū leonum esurientium uixit innocuus? Quis præter tres uiros,Ananiam,Azariam,Misaëlem,in flammis ardentibus & nō urentibus deambulauit illæsus? Prætereo cætera,quoniam hæc satis esse arbitror,quibus demonstretur & alios san ctos quædam opera mirāda fecisse,quæ nemo alius fecit.Sed qui tam multa uitia & malas ualetudines uexationesq; mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur anti/ quorum: ut enim taceamus quos iubendo sicut occurrebant, saluos singulos fecit,Marcus
B euangelista quodam loco,ait, Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum *Marci 1*
omnes male habentes,& dæmonia habentes,& erat omnis ciuitas ad ianuam congregata, & curauit multos qui uexabātur uarijs languoribus,& dæmonia multa eiiciebat.Id autem cum commemorasset Matthæus,etiā testimonium propheticum addidit,dicens, Vt adim/ *Matth.8*
pleretur quod dictum est per Esaiā prophetam dicētem, Ipse infirmitates nostras accepit, *Esaiæ 53*
& ægritudines portauit: item alio loco dicit Marcus, Et quocunq; loco introibat in uicos, *Marci 6*
uel in uillas,aut in ciuitates,in plateis ponebant infirmos,& deprecabantur eum ut uel fim/ briam uestimenti eius tangerent,& quotquot tangebant eum,salui fiebant:hæc nemo alius fecit in eis.Sic enim intelligendum est quod ait, in eis,non inter eos uel coram eis,sed pror/ sus in eis quia sanauit eos. Hæc quippe intelligi uoluit quæ non solum facerent admiratio/ nem,uerumetiam manifestam conferrēt salutem, pro quibus beneficijs utiq; amorem,non odium retribuere debuerunt. Omnia quidem cæterorum miracula superat, q; est natus ex uirgine,matrisq; integritatem solus potuit nec conceptus uiolare nec natus: sed hoc nec co/ ram eis factum est,nec in eis, ad cognoscendam quippe huius miraculi ueritatem,non com muni cum eis aspectu, sed discreto ab eis discipulatu apostoli peruenerunt,Iam uero illud quòd die tertia in carne in qua occisus fuerat, de sepulchro se reddidit uiuum,& nunquam deinde moriturus cum illa ascendit in cœlum, superat etiam cuncta quæ fecit: sed neq; hoc factum est in Iudæis,neq; coram eis:& nondum hoc fecerat quando dicebat,Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit,nimirum ergo sunt illa, quæ in corū ualetudinibus tan/ ta miracula salutis ostendit, quanta in illis antea nemo donauit:hæc enim uiderunt,& hoc eis exprobrans adiūgit & ait, Nunc autē & uiderunt & oderunt & me & patrem meum, *Psal.34*
sed ut impleretur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.)
Eorum legem dicit, non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam:sicut dicimus,Panem nostrum *Matth.6*
quotidianum:quem tamen à deo petimus, addendo,da nobis. Gratis autem odit,qui nul/ lum ex odio commodum quærit, uel incommodum fugit: sic oderunt dominum impij,sic diligunt iusti, hoc est gratis,ut alia præter illum non expectent bona, quoniam ipse erit in

omnibus omnia. Quisquis uero altius attenderit Christum dicentem, Si opera nō fecissem C
in eis quæ nemo alius fecit, sed hæc & si pater aut spiritussanctus fecit, quia totius trinitatis
una substantia est, inueniet ipsum fecisse, si quando quispiam dei homo tale aliquid fecit.
Potest quippe in seipso cuncta per ipsum, nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus
Psal.71 nanque cum patre & spiritusancto non sunt tres dij, sed unus deus: de quo scriptum est, Be
nedictus dominus deus Israël, qui facit mirabilia solus. Nemo ergo alius fecit quæcunque
opera in eis fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: hæc
autem ipse, non illis facientibus fecit.

De eo quod dicit, Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis à pa
tre spiritum ueritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, &
uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Tractatus XCII.

DOMINVS Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post cœnam pro
ximus passioni, tanq; iturus & relicturus eos præsentia corporali, cum omni
bus autem suis usq; in consummationem seculi futurus præsentia spiritali, ex
hortatus est eos ad perferendas persecutiones impiorum quos mūdi nomine
nuncupauit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, ut scirent se dei
gratia esse quod sunt, suis autem uitijs fuisse quod fuerunt: deinde persecutores & suos &
ipsorum Iudæos euidenter expressit, ut omnino appareret etiam ipsos mundi damnabili
appellatione conclusos, qui persequuntur sanctos. Cumq; de illis diceret q; ignorarent eū à
quo missus est, & tamen odissent & filium & patrem, hoc est, & eum qui missus est, & eum
à quo missus est, de quibus omnibus in alijs sermonibus iam disseruimus, ad hoc peruenit
ubi ait, ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gra
tis. Deinde tanquam consequenter adiunxit, unde modo disputare suscepimus. Cum au
tem uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis qui à patre pro D
cedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimoniū perhibebitis, quia ab initio me
cum estis.) Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat, nunc autem & uiderunt & oderunt &
me & patrem meum, sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio ha
buerunt me gratis: an quia paracletus quando uenit spiritus ueritatis, eos qui uiderunt &
oderunt, testimonio manifestiore conuicit? Imò uero etiam aliquos ex illis qui uiderunt &
adhuc oderant, ad fidem quæ per dilectionem operatur, sui manifestatione conuertit: hoc
ut intelligamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die pentecostes spiritussanctus in
centum uiginti homines cōgregatos, in quibus & apostoli omnes erant, qui illo adimpleti
cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stu
pefacti quandoquidem uiderunt loquēte Petro tam magnum atq; diuinum testimonium
perhiberi de Christo, ut ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisse & ui
uere probaretur, compuncti corde conuersi sunt, & tanti sanguinis tam impie atq; imma
niter fusi, indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quem fuderunt. Christi enim
sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum posset
delere quo fusus est: hoc ergo intuens dominus dicebat, Odio me habuerunt gratis. Cum
autem uenerit paracletus, ille testimonium perhibebit de me: tanq; diceret, odio me habue
runt, & occiderunt uidētes, sed tale de me paradetus testimonium perhibebit, ut eos faciat
in me credere nō uidētes, Et uos, inquit, testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecū estis.)
Perhibebit spūssanctus, perhibebitis & uos: qūia enim ab initio mecum estis, potestis præ
dicare quod nostis, quod ut modo non faciatis, illius spiritus plenitudo nondum adest uo
bis. Ille ergo testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, dabit enim
uobis fiduciā testimoniū perhibēdi charitas dei diffusa in cordibus uestris per spiritumsan
ctum qui dabitur uobis. Quæ utiq; Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillæ interroga
tione perterritus, non potuit uerum testimonium perhibere, sed contra suā pollicitationem
timore

A timore magno compulsus est ter negare: timor autem iste non est in charitate, sed perfecta
charitas foras mittit timorem. Denicq; ante passionem domini seruilis timor eius interroga
tus est à fœmina seruitutis, post resurrectionem uero domini liberalis eius amor ab ipso
principe libertatis, & ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur, ibi quem dilexerat negabat,
hic quem negauerat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat & angu
stus, donec eum roboraret & dilataret spiritussanctus. Qui posteaq; illi est abundantia gra
tiæ largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum
pectus accendit, atq; illa prius trepida quæ ueritatē suppresserant ora reserauit, ut cū omnes
in quos uenerat spiritussanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudæorum circum
stantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum præ cæteris promptius
emicaret, eiusq; interfectores de illius resurrectione confunderet: si quem delectat tam sua
uiter sanctū tale spectaculum intueri, actus apostolorum legat, ibi beatum Petrum quem
negantem doluerat, stupeat prædicantem. Ibi linguam illam uideat ad fiduciam à diffiden
tia, & ad libertatem à seruitute translatam, tot linguas inimicorum conuertere ad Christi
confessionem, quarum non ualendo unam ferre, uersa fuerat in negationem. Quid plura?
Tantus in illo fulgor gratiæ, tanta spiritussancti plenitudo apparebat, tanta de ore prædi
cantis preciosissimæ ueritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis aduersarios
interfectores Christi Iudæos faceret pro illo paratos mori, à quibus cum illo formidabat
occidi: hoc fecit spiritussanctus tunc missus, ante promissus: ista dominus magna atque mi
randa sua beneficia præuidebat, quando dicebat, Et uiderunt & oderunt & me & patrem
meum, ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gra
tis, cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à
patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me, & uos testimoniū perhibebitis: ille quippe
testimonium perhibens, & testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, & ini
micorum odium conuertit in amorem.

B De eo quod dicit, Hæc locutus sum uobis ut non scādalizemini, usq; ad id quod
ait, Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum reminiscamini, quia
ego dixi uobis.

Tractatus XCIII. Caput XVI

IN HIS quæ præcedunt hoc euangelij capitulum, dominus discipulos suos ad
inimicorum odia perferēda confirmans, suo quoq; reparauit exemplo, ut eum
imitando fierēt fortiores, addens & promittens eis, q; uenturus esset spiritussan
ctus qui de illo testimonium perhiberet, & adijciens q; & ipsi fierent testes eius,
hocutiq; in eis operāte spiritusancto: sic enim ait, Ille testimonium perhibebit de me, & uos
testimonium perhibebitis: utiq; quia ille perhibebit, etiam uos perhibebitis: ille in cordibus
uestris, uos in uocibus uestris, ille inspirando, uos sonādo, ut posset impleri, In omnē terram Psal.18
exiuit sonus eorum: parū quippe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi impleret spiritusan
cto: deniq; apostolus Petrus cū iam uerba eius audisset, ubi dixerat, Non est seruus maior Ioan.13
domino suo, si me persecuti sunt, & uos persequentur & hoc in illo iā uideret impleri, in quo
patientiam dñi sui si exemplū sufficeret debuit imitari, succubuit & negauit, nō utiq; ferens
quod illum ferre cernebat. Cū uero accepit donū spiritussancti, quē negauerat prædicauit,
& quē confiteri timuerat, non timuit profiteri. Prius enim exemplo quidē fuerat edoctus, ut
quod fieri cōuenerat nosset, sed nondū fuerat uirtute fultus, ut quod nouerat faceret, instru
ctus erat ut staret, sed non erat firmatus ne caderet: quod posteaq; per spititūsanctū factū
est, annunciauit usq; ad mortē, quē negauerat timens mortē: ideo dns in hoc cōsequenti ca
pitulo, de q nūc nobis loquendū est, Hæc, inquit, locutus sum uobis, ut nō scādalizemini.)
canitur quippe in psalmo, Pax multa diligentibus legē tuam dñe, & nō est illis scandalum. Psal.118
Merito itaq; promisso spiritusancto, quo in eis operāte fierēt testes eius, subiūxit, hæc locu
tus sum uobis, ut nō scādalizemini: cū enim charitas dei diffunditur in cordibus nostris per
spiritūsanctū qui datus est nobis, fit pax multa diligētibus legē dei, ut non sit illis scandalū:

al,absq; synagogis deinde quæ passuri essent,iam exprimens ait, †Extra synagogas facient uos.)Quid autem C
mali erat apostolis expelli de synagogis Iudaicis, quasi nõ inde fuerant se separaturi,etiam
si eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc uoluit denunciare,quia Iudæi Christum nõ fue-
rant recepturi,à quo isti non fuerant recessuri, & ideo futurum erat ut foras mitterẽtur cum
illo ab eis qui esse nollent in illo,hi qui esse non possent sine illo, nã profecto quia non erat
ullus alius populus dei q̃ illud semen Ahraæ, si agnoscerent & reciperent Christum, tanq̃
rami naturales in oliua permanerẽt,nec aliæ fierent ecclesiæ Christi,aliæ synagogæ Iudæo-
rum,eædem quippe essent, si in eodem esse uoluissent, quod quia noluerunt, quid restabat
nisi ut remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos qui non relinquerẽt Chri
stum? Accepto quippe spiritusancto, testes eius effecti,non utiq; ut tales essent,de quibus
Ioan.12 dicitur,Multi principes Iudæorum crediderunt in eum, sed propter metum Iudæorum ne
repellerentur de synagogis,non audebant confiteri eũ,dilexerunt enim gloriam hominum
magis q̃ dei.Crediderunt ergo in eum,sed non sic quomodo eos uolebat credere,qui dice-
Ioan.5 bat,Quomodo potestis credere,gloriam ab inuicem expectãtes,& gloriam quæ à solo deo
est non quærentes? Discipulis ergo sic in eum credentibus ut impleti spiritusancto, hoc est,
dono gratiæ dei,non sint de numero eorum qui ignorantes dei iustitiam,& suam uolentes
constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti,nec de illorum,de quibus dictum est,Dilexerunt
gloriam hominum magis q̃ dei: illa congruit prophetia quæ de ipsis inuenitur impleta,
Psal.88 Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die,& in tua
iustitia exaltabuntur,quoniam gloria uirtutis eorum tu es:merito eis dicitur,Extra synago
gas facient uos,illi scilicet, qui zelum dei habent, sed non secundũ scientiam: propter quod
ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere, eos expellunt qui non in sua,sed in
dei iustitia exaltabuntur, nec expulsi ab omnibus erubescunt,quoniã gloria uirtutis eorum
ipse est:deniq; cum hoc eis dixisset,adiecit, Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos,ar-
bitretur obsequium se præstare deo, & hæc facient uobis, quia non cognouerunt patrem D
neq; me.) hoc est, non cognouerunt deum nec eius filium, cui se in uobis occidendis præ-
stare arbitrantur obsequium: quæ uerba dominus ita subiunxit, tanquam ex hoc consola-
retur suos,qui de synagogis Iudaicis expellerentur:prænuncians enim quæ mala essent pro
eius testimonio perpessuri, extra synagogas, inquit, facient uos,nec ait,& uenit hora ut o-
mnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo.Quid ergo ait? Sed uenit ho
ra,quemadmodum diceret, si aliquid boni post ista mala prædiceret. Quid sibi ergo uult,
extra synagogas facient uos? Sed uenit hora, tanquam hoc dicturus fuisset. Separabunt
quidem illi uos, sed ego uos colligam: aut separabunt quidem illi uos, sed uenit hora læ-
titiæ uestræ: quid ergo ibi facit hoc uerbum, quod ait,sed uenit hora,quasi consolationem
eis promitteret post tribulationem, cum magis dicere debuisse uideatur indicatiuo modo,
& uenit hora? Sed non ait, & uenit, cum tribulationem super tribulationem, non conso-
lationem post tribulationem uenturam illis esse prædiceret.An forte sic eos illa de synago-
gis separatio fuerat turbatura, ut mori mallent, quàm in hac uita sine Iudæorum congre-
gationibus immorari? Absit ut sic turbarentur qui dei, non hominum gloriam require-
bant. Quid ergo est, extra synagogas facient uos, sed uenit hora, cum potius dicere de-
buisse uideatur, & uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præ-
stare deo? Neque enim saltem dictum est, sed uenit hora ut interficiant uos, quasi ut eis
mors pro consolatione illius separationis accideret: sed uenit hora, inquit, ut omnis qui
interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo. Prorsus non mihi uidetur aliud si-
gnificare uoluisse, nisi ut intelligerent atque gauderent tam multos se Christo acquisitu-
ros,cum de Iudæorum congregationibus pellerentur, ut eos quidem non sufficerent pelle-
re, sed non sinerent uiuere, ne omnes ad nomen Christi sua prædicatione conuerterent,&
ab obseruatione Iudaismi, tanquam diuinæ ueritatis auerterent. Hoc enim de Iudæis di-
ctum debemus accipere, de quibus dixerat, extra synagogas facient uos. Nam testes,
id est,

A id est,martyres Christi,etiam si occisi sunt à gentilibus,non tamen illi arbitrati sunt deo,sed
dijs suis falsis obsequium se præstare cum hæc facerẽt. Iudæorum autem omnis qui occidit
prædicatores Christi,deo se putauit præstare obsequium, credens q; desererent deũ Israël,
quicunq; conuerterentur ad Christum, ut enim & ipsum Christum occiderent, ista ratione
commoti sunt, nam eorum de hac re etiam uerba conscripta sunt, Videtis quia totus mun- Ioan.11
dus post eum abijt, si dimiserimus eum uiuere, uenient Romani,& tollent nobis & locum
& gentem:& quod Caiphas dixit,Expedit ut unus homo moriatur pro populo,& nõ tota
gens pereat.Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo, quibus dixerat,Si
me persecuti sunt, & uos persequentur, ut quemadmodum illum occidendo, deo se præsti-
tisse obsequium putauerunt, sic etiam illos:iste itaq; sensus est in his uerbis,Extra synago-
gas facient uos,sed nolite solitudinem formidare:separati quippe à congregatione eorum,
tam multos in nomine meo cõgregabitis,ut illi metuẽtes ne templum quod erat apud eos,
& omnia legis ueteris sacramenta deserantur,interficiant uos, sic fundentes sanguinem ue-
strum, ut deo se præstare arbitrentur obsequium: ecce est illud quod de his dixit Aposto- Rom.10
lus,Zelum dei habent,sed nõ secundũ scientiam,obsequium se putant præstare deo,interfi
ciendo famulos dei.O error horrendus,ità ne ut placeas deo,percũtis placẽtem deo,& tem
plum dei uiuum te feriente prosternitur,ne dei templum lapideum deferatur? ô execrabilis
cæcitas: sed ex parte in Israël facta est, ut plenitudo gentium intraret,ex parte,inquam,fa-
cta est,non ex toto.Nõ enim omnes,sed aliqui ex ramis fracti sunt,ut insereretur oleaster, Roma. 11.
nam spiritusancto implente discipulos Christi, cum linguis omnium gentium loquerẽtur,
cum per eos diuina miracula frequentarentur,& diuina eloquia spargerentur,etiam occisus
ita dilectus est Christus, ut eius discipuli expulsi à congregationibus Iudæorum, ex ipsis
quoq; Iudæis ingentem multitudinem congregarent, & nullam solitudinem formidarent.
Hinc ergo accensi cæteri reprobi & cæci, zelum dei habentes, sed non secundũ scientiam,&
B obsequium se præstare deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisis colligebat eos,
qui de his futuris antequam occideretur instruxerat eos,ne ignaros atq; imparatos animos
mala inopinata & improuisa,quamuis cito transitura turbarent,sed prænocognita & patiẽter
accepta,ad bona sempiterna perducerẽt. Hanc enim fuisse causam ut hæc eis prænunciaret,
etiam ipse demonstrauit adiungens, Sed hæc locutus sum uobis,ut cum uenerit hora eo-
rum reminiscamini, quia ego dixi uobis.) Hora eorum hora tenebrosa,hora nocturna:sed
in die mãdauit dominus misericordiam suam,& nocte declarauit,quando nox Iudæorum
separatum à se diem Christianorum nulla confusione fuscauit, & quando carnem occidere
potuit, fidem tenebrare non potuit.

De eo quod dicit,Hæc autem uobis ab initio non dixi,quia uobiscum eram,usq;
ad id quod ait,De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est.

Tractatus XCIIII.

QVM dominus Iesus prædixisset discipulis suis persecutiones quas passuri fue-
rant post eius abscessum, subiunxit atq; ait, Hæc autem uobis ab initio non
dixi,quia uobiscum eram:nunc autẽ uado ad eum qui me misit.)Vbi primum
uidendum est, utrum eis futuras non prædixerit ante passiones. Sed alij tres
euãgelistæ iatis eum prædixisse ista demõstrant,anteq; uentum esset ad cœnã,qua peracta
secundũ Ioannem ista locutus est,ubi ait, Hæc autem uobis ab initio non dixi,quia uobis-
cum eram.An forte hinc ista soluitur quæstio, quia & illi eum narrant passioni proximum
fuisse cum hæc diceret? Non ergo ab initio quando cũ illis erat,quia iam discessurus,iamq;
ad patrem perrecturus hæc dixit, & ideo etiã secundũ illos euãgelistas uerum est quod hic
dictum est,hæc autem uobis ab initio non dixi:sed quid agimus de fide euangelij secundũ
Matthæum, qui hæc eis à domino nõ solum cũ iam pascha esset cum discipulis cœnaturus
imminente passione, uerũ & ab initio denunciata esse commemorat,ubi primum nomina-
tim duodecim exprimũtur apostoli,& ad opera diuina mittũtur? Quid sibi ergo uult quod
hic ait,

hic ait,Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiſcum eram, niſi quia ea quæ hic dicit C
de ſpiritu ſancto,q̃ ſit uenturus ad eos & teſtimoniũ perhibiturus,quando mala illa paſſuri
ſunt? Hæc ab initio eis nõ dixit,quia cũ ipſis erat.Cõſolator ergo ille uel aduocatus,utrũq̃
enim interpretatur,quod eſt græce paracletus,Chriſto abſcedente fuerat neceſſarius,& ideo
de illo nõ dixerat ab initio quãdo cum illis erat, quia eius præſentia conſolabãtur.Abſceſſu
rus autem oportebat ut diceret illum eſſe uẽturum,per quem futurum erat, ut charitate diſ
fuſa in cordibus ſuis uerbum dei cũ fiducia prædicarent,& illo intrinſecus apud eos teſtimo
nium perhibẽte de Chriſto,ipſi quoq̃ teſtimonium perhiberent,neq̃ ſcãdalizarentur cum
inimici Iudæi abſq̃ ſynagogis facerent eos, & interficerent, arbitrantes obſequium ſe præ
ſtare deo,quoniã charitas omnia tolerat, quæ diffundenda erat in cordibus eorum per ſpi
ritumſancti donũ.Hinc ergo iſte totus ducitur ſenſus, quia facturus eos erat martyres ſuos,
id eſt,teſtes ſuos per ſpiritumſanctum, ut illo in eis operãte, perſecutionũ quæcunq̃ aſpera
tolerarent,nec frigeſcerent à charitate prædicãdi, illo diuino igne ſuccenſi.Hæc ergo,inquit,
locutus ſum uobis,ut cum uenerit hora eorum reminiſcamini quia ego dixi uobis:hæc ſcili
cet locutus ſum uobis,nõ tantum quia paſſuri eſtis iſta, ſed quia cum uenerit paracletus,ille
teſtimonium perhibebit de me,ne iſta timẽdo taceatis,unde fiet ut etiam uos teſtimonium
perhibeatis. Hæc autẽ uobis ab initio non dixi, quia uobiſcum eram, & ego uos cõſolabar
mea corporali præſentia exhibita humanis ſenſibus ueſtris,quam paruuli capere poteratis.

Nunc autem uado ad eum qui me miſit, & nemo,inquit,ex uobis interrogat me quò ua
dis?) Significat dominus Ieſus ſic ſe iturum ut nullus interrogaret, quod palãm fieri uiſu
corporis cernerent, nam ſuperius interrogauerunt eum diſcipuli quò eſſet iturus,& reſpon
derat eis ſe iturum quò ipſi tunc uenire non poſſent. Nunc uero ita ſe promittit iturum, ut
Act.1 nullus eorum quò uadit interroget. Nubes enim ſuſcepit eum quando aſcendit ab eis, &
euntem in cœlũ non uerbis quæſierunt,ſed oculis deduxerunt. Sed quia hæc locutus ſum
uobis,inquit,triſtitia implebit cor ueſtrum.) Videbat utiq̃ quid illa ſua uerba in eorũ cor
dibus agerent, ſpiritalem quippe nondum interius habentes conſolationem, quam per ſpi D
ritumſanctum fuerãt habituri,id quod exterius in Chriſto uidebant amittere metuebant,
& quia ſe amiſſuros eſſe illum uera denunciantem dubitare non poterant, contriſtabatur
humanus affectus,quia carnalis deſolabatur aſpectus. Nouerat autem ille quid eis potius
expediret, quia uiſus interior ipſe eſt utiq̃ melior,quo eos conſolaturus fuerat ſpirituſſan
ctus,non cernentium corporibus ingeſturus corpus humanum, ſed ſeipſum credentium
pectoribus infuſurus:deniq̃ adiũgit, Sed ego ueritatem dico uobis,expedit uobis ut ego
uadam,ſi enim non abiero,paracletus non ueniet ad uos,ſi autẽ abiero,mittam eũ ad uos.)
tanq̃ diceret,expedit uobis ut hæc forma ſeruí auferatur à uobis,caro quidem factum uer
bum habito in uobis, ſed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte contenti ſemper
infantes eſſe cupiatis,expedit uobis ut ego uadã, ſi enim nõ abiero,paracletus nõ ueniet ad
uos.Si alimenta tenera quibus uos alui,nõ ſubtraxero, ſolidũ cibũ non eſurietis,ſi carni car
naliter hæſeritis,capaces ſpiritus non eritis:nam quid eſt,ſi non abiero,paracletus nõ ueniet
ad uos,ſi autẽ abiero,mittam eum ad uos? Nũquid hic poſitus,cum non poterat mittere?
Quis hoc dixerit? Neq̃ enim ubi ille erat,iſte inde receſſerat,& ſic uenerat à patre,ut nõ ma
neret in patre. Poſtremo quomodo eum etiã hic conſtitutus nõ poterat mittere, quem ſci
mus ſuper eũ baptizatum ueniſſe atq̃ manſiſſe,imò uero à quo ſcimus eum nunq̃ ſepara
bilem fuiſſe? Quid eſt ergo,ſi non abiero,paracletus non ueniet ad uos,niſi non poteſtis ca
pere ſpiritum,quamdiu ſecundũ carnem perſiſtitis noſſe Chriſtũ? Vnde ille,inquit,qui iam
2.Cor.5 cœperat ſpiritũ:Etſi noueramus,inquit,ſecundũ carnem Chriſtũ,ſed nunciã non nouimus.
Etiã ipſam quippe carnẽ Chriſti non ſecundũ carnem nouit, qui uerbũ carnẽ factũ ſpirita
liter nouit. Hoc nimirũ ſignificare uoluit magiſter bonus dicẽdo,ſi enim nõ abiero,paracle
tus nõ ueniet ad uos:ſi aũt abiero,mittã eũ ad uos.Chriſto aũt diſcedẽte corporaliter,nõ ſo
lum ſpũſſanctus,ſed & pater & filius illis affuit ſpiritaliter,nã ſi ab eis ſic abſceſſit Chriſtus,
ut pro

A ut pro illo non cum illo in eis eſſet ſpirituſſanctus, ubi eſt eius promiſſio dicentis,Ecce ego Matth.28
uobiſcum ſum uſq̃ ad conſummationem ſeculi, & ueniemus ad eum ego & pater,& man
ſionem apud eum faciemus,cũ & ſpiritumſanctũ ita ſe promiſerit eſſe miſſurum,ut cum eis
eſſet in æternum, ac per hoc cum ex carnalibus uel animalibus eſſent ſpiritales futuri,profe
cto & patrem & filium & ſpiritumſanctum capacius fuerant habituri.In nullo ergo creden
dus eſt eſſe pater ſine filio & ſpiritu ſancto, aut ſine patre & filio ſpirituſſanctus, aut pater
& ſpirituſſanctus ſine filio, ſed ubi eorum quilibet unus, ibi trinitas deus unus.Oportebat
autem ita inſinuari trinitatem, ut quamuis nulla eſſet diuerſitas ſubſtantiarum, ſingillatim
tamen commẽdaretur diſtinctio perſonarũ,ubi eis qui recte intelligũt,nunq̃ uideri poteſt
ſeparatio naturarum:quod autẽ ſequitur, Et cum uenerit ille, arguet mũdum de peccato,
& de iuſtitia,& de iudicio:de peccato quidem, quia non crediderunt in me:de iuſtitia uero,
quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me:de iudicio autẽ,quia princeps huius mundi
iudicatus eſt.)Tanq̃ ſolũ ſit peccatum nõ credere in Chriſtum,& tanq̃ ipſa ſit iuſtitia non
uidere Chriſtum,& tanq̃ ipſum ſit iudicium, q̃ princeps huius mundi,hoc eſt diabolus,iu
dicatus eſt,ualde latebroſum eſt, nec iſto ſermone coartandum,ne fiat obſcurius breuitate,
ſed alio potius quantum dominus adiuuerit explicandum.

De eadem lectione. Tractatus XCV.

PROMITTENS dominus miſſurum ſe ſpiritumſanctum: Cum uenerit,in
quit,ille arguet mũdum de peccato,& de iuſtitia, & de iudicio.) Quid eſt hoc?
Nunquid nã dominus Chriſtus nõ arguit mundum de peccato,cũ ait,Si non Ioan.15
ueniſſem,& locutus eis fuiſſem, peccatum nõ haberent,nunc autem excuſatio
nem nõ habẽt de peccato ſuo? Sed ne qs forte dicat hoc ad Iudæos proprie pertinere,non
ad mundum:nónne alio loco inquit,Si de mundo eſſetis,mundus quod ſuũ erat diligeret?
Nunquid nõ arguit de iuſtitia,ubi ait,Pater iuſte,mundus te nõ cognouit? Nunquid non Ioan.17
B arguit de iudicio,ubi ſe ait ſiniſtris eſſe dicturum,Ite in ignem æternum,qui paratus eſt dia Matth.25
bolo & ãgelis eius? Et multa alia reperiũtur in ſancto euãgelio,ubi de his Chriſtus arguit
mundum:quid eſt ergo quod tanq̃ proprie tribuit hoc ſpiritui ſancto? An forte quia Chri
ſtus in Iudæorum gente tantũ locutus eſt, mundũ non uidetur arguiſſe,ut ille intelligatur
argui qui audit arguentem? Spiritus autẽ ſanctus in diſcipulis eius toto orbe diffuſis,non
unam gentem intelligitur arguiſſe, ſed mundũ:nam hoc illis ait aſcẽſurus in cœlũ,Non eſt Act.1
ueſtrũ noſſe tẽpora uel momenta,quæ pater poſuit in ſua poteſtate,ſed accipietis uirtutem
ſpirituſſancti ſuperueniẽtis in uos,& eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in tota Iudæa,& in
Samaria,& uſq̃ ad fines terræ, hoc eſt arguere mundũ. Sed quis audeat dicere q̃ per diſci
pulos Chriſti arguet mundũ ſpirituſſanctus, & nõ arguat ipſe Chriſtus,cũ clamet Apoſto
lus,An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Chriſtus? Quos itaq̃ arguit 2.Cor.13
ſpirituſſanctus,arguit utiq̃ & Chriſtus.Sed quantũ mihi uidetur,quia per ſpiritũſanctum
diffundenda erat charitas in cordibus eorũ,quæ foras mittit timorẽ,quo impediri poſſent,
ne arguere mundũ qui perſecutionibus fremebat auderẽt, propterea dixit,ille arguet mun
dum, tanq̃ diceret, ille diffundet in cordibus ueſtris charitatem, ſic enim timore depulſo,
arguendi habebitis libertatem.Sæpe autem diximus inſeparabilia opera eſſe trinitatis,ſed
ſingillatim commendendas fuiſſe perſonas, ut non ſolum ſine ſeparatione,uerumetiam ſi
ne confuſione & unitas intelligatur & trinitas:exponit deinde quid dixerit de peccato,& de
iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me.) hoc enim
peccatum quaſi ſolum ſit præ cæteris poſuit, quia hoc manente cætera detinentur,& hoc di
ſcedente cætera remittuntur. De iuſtitia uero, inquit, quia ad patrem uado, & iam non
uidebitis me.) Hic primo uidendum eſt,ſi recte quiſq̃ arguitur de peccato,quomodo recte
arguatur & de iuſtitia. Nunquid ſi arguendus eſt peccator propterea quia peccator eſt, ar
guendum putauit quiſquam & iuſtum,propterea quia iuſtus eſt? Abſit.Nam & ſi aliquan
do iuſtus arguitur, ideo recte arguitur, quia ſcriptum eſt, Non eſt iuſtus in terra,qui faciat
bonum

bonum & non peccet: quocirca etiã cum iustus arguitur de peccato, arguitur nõ de iustitia: C
Eccls. 7 quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum, Noli effici iustus multum, non est no-
tata iustitia sapientis, sed superbia præsumentis: qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit
iniustus: multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum, aut qui se putat nõ
gratia dei, sed sua uoluntate sufficiente effici iustum, nec recte uiuẽdo iustus est, sed potius
inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguẽdus est de iustitia,
nisi de iustitia credentium? Arguitur itaq; de peccato, quia in Christũ nõ credit, & arguitur
de iustitia eorum qui credunt: ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est uituperatio,
hoc & ipsa expositio satis indicat: uolens enim aperire quid dixerit, de iustitia uero, inquit,
quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: non ait, & iam non uidebunt me, de quibus
dixerat, quia non credunt in me, sed peccatum quid uocaret exponens, de illis locutus est,
dicens, quia non credunt in me: exponens autẽ quam dixerit iustitiam, de qua dixit, mũdus
arguitur, ad ipsos quibus loquebatur, se conuertit atq; ait, Quia ad patrẽ uado, & iam non
uidebitis me. Quapropter mũdus de peccato quidem suo, de iustitia uero arguitur aliena,
Ephes. 5 sicut arguuntur de lumine tenebræ; Omnia enim quæ arguuntur ait Apostolus, à lumine
manifestantur. Quantum enim malum sit eorum qui non credunt, non solum per seipsum,
uerumetiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista uox infidelium
esse consueuit, quomodo credimus quod nõ uidebimus? Ideo credentium iustitiã sic opor-
tuit definiri, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: beati enim qui non uident &
credunt. Nam & qui uiderunt Christum, nõ in eis laudata est fides eorum, quia credebant
quod uidebant, id est, filium hominis, sed quia credebant quod non uidebant, id est filium
dei. Cum uero & ipsa forma serui subtracta eorũ esset aspectibus, tum uero ex omni parte
Abacuc. 2 impletum est, Iustus ex fide uiuit: est enim fides, sicut in epistola quæ ad Hebræos est diffi-
nitur, sperandarum substantia, & conuictio rerum quæ nõ uidentur. Sed quid est, iam non
uidebitis me? non enim ait, ad patrem uado, & non uidebitis me, ut temporis interuallum D
quo non uidebatur, significasse intelligeretur, siue breue, siue longum, tamen utiq; termina-
tum: sed dicendo, iam nõ uidebitis me, uelut nunc̃ p de cætero uisuros eos Christum ueritas
prænunciauit? Hæc ne iustitia est nunc̃ p Christum uidere, & in eum tamen credere, cum
propterea laudetur fides ex qua iustus uiuit, quoniam credit quem modo non uidet Chri-
stum, se aliquando esse uisurum? Postremo secundũ hanc iustitiam, nũquid dicturi sumus
Paulum apostolum non fuisse iustum, confitẽtem se Christum uidisse post ascensionẽ eius
in cœlum, de quo utiq; iam tempore dixerat, iam non uidebitis me. Nunquid secundũ hãc
Act. 7 iustitiam iustus non erat gloriosissimus Stephanus, qui cum lapidaretur, ait, Ecce uideo cœ
lum apertum, & filium hominis stantem ad dexteram dei? Quid ergo est, Ad patrem ua-
do, & iam nõ uidebitis me, nisi quomodo sum, cum uobiscum sum? Tunc enim adhuc erat
mortalis in similitudine carnis peccati, qui esurire poterat atq; sitire, fatigari atq; dormire.
Hunc ergo Christum, id est, talem Christum cum transisset de hoc mundo ad patrem, non
2. Cor. 5 erant iam uisuri, & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit Apostolus, Etsi noueramus Christum
secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Erit itaque, inquit, uestra iustitia qua mun
dus arguetur, quia uado ad patrem, & iam non uidebitis me, quoniam in eum quem non
uidebitis credetis in me, & quando me uidebitis quod tunc ero, non uidebitis me quod
sum uobiscum modo, non uidebitis me humilem, sed excelsum: non uidebitis mortalem,
sed sempiternum: non uidebitis iudicandum, sed iudicaturum, & de hac fide uestra, id est,
iustitia uestra, arguet spiritussanctus incredulum mundum. Arguet etiam de iudicio,
Ioan. 14 quia princeps huius mundi iudicatus est.) Quis est iste, nisi de quo ait alio loco, Ecce uenit
princeps mundi, & in me nihil inuenit, id est, nihil iuris sui, nihil quod ad eum pertineat,
nullum scilicet omnino peccatum? Per hoc enim est diabolus princeps mundi, non enim
cœli & terræ & omniũ quæ in eis sunt est diabolus princeps, qua significatione intelligitur
mundus, ubi dictum est, Et mundus per eum factus est: sed mundi est diabolus princeps,
de quo

A de quo mũdo ibi cõtinuo subiungit atq; ait, Et mundus eũ non cognouit, hoc est homines
infideles, quibus toto orbe terrarum mundus est plenus: inter quos genuit fidelis mundus,
quem de mundo elegit, per quem factus est mundus, de quo ipse dicit, Non uenit filius ho Ioan. 3
minis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Mũdus eo iudicante damna-
tur, mundus eo subueniente saluatur, quoniam sicut arbor foliis & pomis, sicut area paleis
& frumentis, ita infidelibus & fidelibus plenus est mundus. Princeps est ergo mundi huius
hoc est, princeps tenebrarum harum, hoc est, infidelium, de quibus eruitur mundus de qui-
bus dicitur, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Princeps mundi huius Ephes. 5
de quo alibi dicit, Nunc princeps mundi huius missus est foras, utiq; iudicatus est, quoniã Ioan. 12
iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc itaq; iudicio quo princeps iudi-
catus est mundi, arguitur à spiritusancto mundus, quoniam cum suo principe iudicatur,
quem superbus atq; impius imitatur. Si enim deus, sicut dicit apostolus Petrus, peccãtibus 2. Petri. 2
angelis non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos
seruari, quomodo non à spiritusancto de hoc iudicio mundus arguitur, quando in spiritu-
sancto hæc loquitur apostolus? Credant itaq; homines in Christum, ne arguantur de pec
cato infidelitatis suæ, quo peccata omnia detinentur. Transeant in numerum fidelium, ne
arguantur de iustitia eorum, quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium,
ne cum mundi principe damnẽtur, quem iudicatum imitantur. Etenim ne sibi existimet par
ci superbia dura mortalium, de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Ab eo quod scriptum est, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis
portare modo, Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ue
ritatem. Tractatus XCVI.

B IN isto sancti euangelij capitulo, ubi dominus ait discipulis suis, Adhuc mul-
ta habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo,) Prius quærẽdum illud
occurrit, quomodo superius dixerit, Omnia quæ audiui à patre meo nota feci
uobis, & hic dicat, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare
modo. Verum illud quomodo dixerit, quod nondum fecerat tanquam fecerit, sicut ea quæ
futura sunt deum fecisse propheta testatur dicens, Qui fecit quæ futura sunt, iam cum ipsa
uerba tractaremus, ut potuimus, exposuimus. Nũc ergo quæ ista sint quæ apostoli portare
non poterant, uultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem,
quæ illi capere non ualebant? Ac per hoc nec à me expectanda sunt ut dicantur, quæ forte
non caperem, si mihi ab alio dicerentur, nec uos ea portare possetis, etiã si ego tantus essem,
ut à me ista quæ uobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest ut sint in uobis aliqui
ad ea capienda iam idonei, quæ alij capere nondum ualent, & si non omnia, de quibus ma-
gister ille deus dicebat, Adhuc multa habeo uobis dicere, tamen eorum fortasse nonnulla.
Sed quæ nam sint ista quæ ipse non dixit, temerarium est uelle præsumere & dicere: nam
& mori pro Christo nondum erant idonei tunc apostoli quibus dicebat, Non potestis me
sequi modo. Vnde primus eorum Petrus, qui hoc iam se posse præsumpserat, aliud exper-
tus est quàm putabat: & tamen postea & uiri & mulieres, pueri & puellæ, iuuenes & uirgi-
nes, senes cũ iunioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, & posse inuentæ sunt oues,
quod tunc quando ista dominus loquebatur, nondum poterant portare pastores. Nũquid
ergo debuit illis ouibus dici in illo tẽtationis articulo, quod certare usq; ad mortem pro ue
ritate oportebat, & pro Christi nomine uel doctrina sanguinem fundere, nunquid inquã
debuit eis dici, Quis uestrum audeat idoneum martyrio se putare, cui Petrus idoneus non-
dum fuerat, quando eum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaq; dixerit aliquis, nõ de-
bere dici populis Christianis audire cupiẽtibus, quæ sint de quibus dominus tunc dicebat,
Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo: si apostoli nondum po-
terant, multo minus uos potestis: quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondũ po-
terat Petrus, sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus, præ-
sertim

sertim iam misso spiritusancto,qui tunc nondum erat missus, de quo cõtinuo subiungit at- C
que ait, Cum aũt uenerit ille spiritus ueritatis,docebit uos omnẽ ueritatem.) Sic utiq; de-
monstrans illos ideo quæ habebat dicere,portare non posse, quia nondum ad eos uenerat
spiritussanctus.Ecce cõcedamus ut ita sit,multos ea modo portare posse iam misso spiritu-
sancto,quæ tunc eo nondũ misso,nõ poterant portare discipuli.Nunquid ideo scimus quæ
sint quæ dicere noluit,quæ tunc sciremus si ab eo dicta legeremus uel audiremus? Aliud est
enim scire,utrum à nobis uel à uobis portari possint,aliud autem scire quæ sint,siue portari
possint siue non possint. Quæ cum ipse tacuerit,quis nostrum dicat,ista uel illa sunt? aut si
dicere audeat,unde probat? Quis enim est tam uanus aut temerarius, qui cum dixerit etiã
uera quibus uoluerit quæ uoluerit,sine ullo testimonio diuino affirmet ea esse quæ tunc do-
minus dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat, & non maximam culpam temeritatis incur
rat,in quo nec prophetica nec apostolica excellit autoritas? Nam profecto si eorum aliquid
legissemus in libris canonica autoritate firmatis, qui post ascensionem domini scripti sunt,
parum fuerat hoc legisse,nisi illic id etiam legeretur hoc ex eis esse, quæ tũc dominus noluit
discipulis suis dicere,quia non poterant illa portare:tanquam si uerbi gratia, ego dicerem il
lud quod legimus in huius euangelij capite,In principio erat uerbum,& uerbum erat apud
deum,& deus erat uerbũ,hoc erat in principio apud deum,& alia quæ sequuntur,quoniam
postea scripta sunt, nec ea dominum Iesum dixisse narratũ est,cũ hic esset in carne,sed hæc
unus ex apostolis eius ipso ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit,ex his esse quæ noluit tũc
dominus dicere,quia ea discipuli portare non poterant, quis me audiat tam temere ista di-
centem? Si autem ubi hoc legimus, ibi hoc etiam legeremus, quis non tanto apostolo cre-
deret? Sed id quoq; mihi uidetur absurdissime dici,ea tunc non potuisse portare discipulos
quæ de inuisibilibus & altissimis rebus inuenimus in apostolicis litteris,quæ post modũ scri
ptæ sunt, nec ea dominũ quando cum illis uisibiliter erat,dixisse narratur, cur enim ea tunc
ferre non poterant,quæ nunc in eorum libris quis nõ legat,quis non ferat,etiã si non intelli- D
gat? Nonnulla quidẽ homines infideles in scripturis sanctis, & non intelligunt cum legunt
uel audiunt,& lecta uel audita ferre nõ possunt,sicut pagani, quòd per eũ qui crucifixus est
factus est mundus,sicut Iudæi, quòd filius dei sit, qui eo modo quo ipsi celebrant sabbatũ
soluit,sicut Sabelliani,quia trinitas est pater & filius & spiritussanctus,sicut Ariani, quia æ-
qualis est patri filius,& patri ac filio spiritussanctus,sicut Photiniani, quia nõ homo tantũ
similis nobis,sed etiã deus deo patri æqualis est Christus, sicut Manichæi, quòd Christus
Iesus per quẽ liberati sumus,nasci in carne & de carne dignatus est, & cæteri omnes peruer-
sarum ac diuersarũ sectarũ homines,utiq; ferre nõ possunt,quicquid in scripturis sanctis &
in fide catholica reperitur,quod cõtra eorũ proferatur errores, sicut nos ferre nõ possumus
sacrilegas eorũ uanitates & insanias mẽdaces.Quid est enim ferre non posse, nisi æquo ani
mo nõ habere? Sed omnia quæ post ascensionem domini canonica ueritate atq; autoritate
conscripta sunt,quis fidelis uel etiã catechumenus anteq; spiritũsanctũ baptizatus accipiat,
nõ æquo animo legit atq; audit,etiãsi nondũ sicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliqd
eorũ quæ post ascensionẽ domini scripta sunt,nõ possent ferre discipuli,etiã nondũ sibi miss
so spiritusancto,cũ omnia nũc ferãt catechumeni nondũ accepto spiritusancto:quia &si nõ
eis fideliũ sacramẽta produntur,nõ ideo fit quòd ea ferre nõ possunt,sed ut ab eis tanto ar-
dentius concupiscantur,quanto eis honorabilius occultantur. Quapropter charissimi, nõ à
nobis expectetis audire quæ tunc noluit dominus discipulis dicere,quia nondũ poterant il
la portare,sed potius in charitate proficite,quæ diffunditur in cordibus uestris per spiritum
sanctum,qui datus est uobis,ut spiritu feruẽtes & spiritalia diligentes,spiritalẽ lucem spirita
lemq; uocẽ,quã carnales & animales homines ferre nõ possunt,non aliquo signo corpora-
libus oculis apparente,nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente, sed interiore con
spectu & auditu nosse possitis.Non enim diligitur quod penitus ignoratur, sed cum diligi
tur quod ex quantulacunq; parte cognoscitur,ipsa efficitur dilectione, ut melius & plenius
cogno-

A cognoscatur.Si ergo in charitate proficiatis,quã diffundit in cordibus spiritussanctus,doce
bit uos omnẽ ueritatẽ,uel sicut alij codices habent,deducet uos in omni ueritate:unde dictũ
est,Deduc me dñe in uia tua,& ambulabo in ueritate tua.Sic fiat ut non à doctoribus exte *psal.85*
rioribus illa discatis,quæ noluit dominus tunc dicere,sed sitis omnes docibiles dei, ut eaipsa
quæ per lectiones atq; sermones extrinsecus adhibitos didicistis & credidistis de natura dei
non corporea,nec loco aliquo inclusa,nec per finita spacia locorũ quasi mole distẽta,sed ubi-
que tota & perfecta & infinita,sine nitoribus colorum,sine figuris lineamẽtorum,sine notis
litterarum,sine serie syllabarum,ipsa mente conspicere ac percipere ualeatis:ecce dixi aliquid
quod forte inde sit,& tamen accepistis,& non solum ferre non potuistis,uerumetiã libenter
audistis.Sed si ille magister interior, qui cũ adhuc discipulis exterius loqueretur ait, Adhuc
multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo, uellet nobis id quod de incorpo-
rea dei natura dixi,intrinsecus ita dicere,sicut sanctis angelis dicit,qui semper uidẽt faciẽ pa-
tris,nondum ea portare possemus:proinde quod ait, Docebit uos omnem ueritatẽ.) Vel
deducet uos in omni ueritate,non arbitror in hac uita in cuiusquã mente posse cõpleri: quis
enim uiuens in hoc corpore quod corrumpitur & aggrauat animam,possit omnẽ cognosce
re ueritatẽ,cum dicat Apostolus,Ex parte scimus.Sed quia per spiritumsanctũ fit,unde nũc *1.Cor.13*
pignus accepimus,ut ad ipsam quoq; plenitudinẽ ueniamus,de qua idem dicit Apostolus, *2.Cor.15*
Tunc autẽ facie ad faciẽ,& nunc scio ex parte, tunc autẽ cognoscã sicut & cognitus sum, non
quod in hac tãtũ uita,sed totũ quod usq; ad illã perfectionẽ futurũ est,nobis dominus pro
misit per charitatẽ spiritus dicens,Docebit uos omnẽ ueritatẽ, uel deducet uos in omni ueri
tate.Quæ cũ ita sint dilectissimi,moneo uos in charitate Christi,ut seductores caueatis im-
puros,& obscœnæ turpitudinis sectas, de quibus ait Apostolus, Quæ autem occulte fiunt *Ephe.5*
ab istis,turpe est & dicere,ne cum horrendas immunditias docere cœperint, quas humanæ
aures qualescunq; sint,portare non possunt,dicant ipsa esse quæ dominus ait, Adhuc mul-
B ta habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, & per spiritumsanctũ asserant fieri,
ut possint illa immunda & nefanda portari. Alia sunt mala quæ portare non potest qualis-
cunq; pudor humanus,& alia sunt bona quæ portare non potest paruus sensus humanus.
Ista fiunt in corporibus impudicis,illa remota sunt à corporibus uniuersis, hoc in pura car-
ne committitur,illud pura mente uix cernitur.Renouamini ergo spiritu mentis uestræ,&in *Roma.12*
telligite quæ sit uoluntas dei,quod bonum & beneplacitum & perfectum, ut in charitate ra
dicati & fundati,possitis comprehẽdere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo,
altitudo & profundum, cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut
impleamini in omnem plenitudinẽ dei.Isto enim modo uos docebit spiritussanctus omnẽ
ueritatem,cum magis magisq; diffundet in cordibus uestris charitatem.

De eadem lectione. Tractatus XCVII.

SPIRITUMsanctum quem promisit dominus se discipulis suis esse missurum,
qui eos doceret omnem ueritatem,quam tunc quãdo cum eis loquebatur por-
tare non poterant,de quo spiritusancto,sicut dicit Apostolus,nũc pignus acce- *2.Cor.1.& 5*
pimus,quo uerbo intelligeremus eius plenitudinem nobis in uita alia reseruari.Ipse ergo spiritussanctus & nũc docet fideles,quanta quisq; potest capere,& spiritalia co-
rum pectora desiderio maiore succendit,si quisq; in ea charitate proficiat, qua & diligit co-
gnita, & cognoscenda desideret, ita ut ea quoq; ipsa quæ nunc quomodocunq; cognoscit,
nondum se scire sciat,sicut scienda sunt in ea uita, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascendit.Quo sciendi modo,si nunc ea uellet interior magister dicere,id
est,nostræ menti aperire atq; monstrare,humana infirmitas portare non posset. Vnde me
uestra dilectio meminit iam locutum, cum sancti euangelij uerba tractaremus, ubi domi-
nus ait, Adhuc multa habeo uobis dicere,sed non potestis portare modo.)Non ut in his
domini uerbis nescio quæ secreta nimis abdita suspicemur, quæ cum dici à docente possint,
portari à discente non possint: sed eaipsa quæ doctrina religionis in quorumlibet hominũ

notícia legimus & ſcribimus,audímus & dícimus,ſi uellet eo modo nobis Chriſtus dícere,ſi cut ea dicit angelis ſanctis in ſeipſo unigenito uerbo,patri coæterno,quinam portare homi nes poſſent,etiã ſi iam eſſent ſpiritales, quales adhuc apoſtoli non fuerunt, quando iſta eis dominus dixit,qualesq; poſtea ueniẽte ſancto ſpiritu facti ſunt? Nã utiq; quicquid de crea tura ſciri poteſt,minus eſt ipſo creatore,qui ſummus & uerus & immutabilis eſt deus. Et qs eum tacet,ubi non à legentibus,diſputantibus,quærentibus,reſpondentibus, laudantibus, cantantibus,quoquo modo ſermocinantibus, poſtremo ab ipſis etiã blaſphemantibus no minatur? Et cũ eum nemo taceat,quis eſt qui eum ſicut intelligẽdus eſt capiat, cũ de oribus & auribus hominum non recedat,quis eſt cuius acies ad eum mentis accedat? Quis eſt qui eum trinitatẽ eſſe ſciſſet,niſi ipſe ſic innoteſcere uoluiſſet? Et quis hominũ iam iſtã ſileat tri nitatẽ,&tamen quis hominum ſicut angeli ſapiat trinitatẽ? Eaipſa ergo quæ de dei æternita te,ueritate,ſanctitate in promptu & palàm ſine ceſſatione dicũtur,ab alijs bene, ab alijs ma le intelliguntur, imò ab alijs intelliguntur, ab alijs non intelliguntur : qui enim male intelli git,non intelligit. Ab eiſipſis autẽ à quibus bene intelliguntur,ab alijs minus,ab alijs ampli us mẽtis uiuacitate cernũtur,& à nullo hominũ ſicut ab angelis capiũtur. In ipſa ergo mẽte, hoc eſt,in interiore homine quodãmodo creſcitur, nõ ſolũ ut ad cibũ à lacte tranſeatur, ue rumetiã ut amplius atq; amplius cibus ipſe ſumatur. Nõ aũt creſcitur ſpecioſa mole, ſed in telligẽtia luminoſa,quia & ipſe cibus intelligibilis lux eſt. Vt ergo creſcatis,eũq; capiatis,& quãto magis creſcitis,tãto magis magisq; capiatis, nõ ab eo doctore,qui ueſtris auribus ſo nat,hoc eſt forinſecus operãdo plãtat &rigat,ſed ab eo q dat incrementũ,petere ac ſperare debetis. Proinde ſicut præterito ſermone cõmonui, cauete,maxime q paruuli eſtis,& adhuc alimẽtis lacteis indigetis, ne hominibus ſub hac occaſione deceptis ac deceptoribus,qa dñs ait,Adhuc multa habeo uobis dícere,ſed non poteſtis portare modo,aurẽ curioſam præbe atis ad incognita ſciẽda,cũ mentes inualidas habeatis ad uera & falſa díjudicanda,maxime propter obſcœniſſimas turpitudines, quas docuit uanitas animas inſtabiles atq; carnales, ad hoc deo ſinente ut eius ubiq; ſint tremẽda iudicia, & in comparatione impuræ nequitiæ dulceſcat puriſſima diſciplina,atq; illi det honorem,timorem autẽ uel pudorẽ ſibi,qui in il la mala uel illo regente non cecidit,uel illo inde leuante ſurrexit. Cauete timendo & orãdo, ne irruatis in illud ænigma Salomonis, ubi mulier inſipiens & audax,inops panis effecta, Prouer. 9 conuocat prætereuntes dicens,Panes occultos libenter attingite,& aquæ furtiuæ dulcedinẽ. Hæc enim mulier uanitas eſt impiorum,cum ſint inſipientiſſimi,aliquid ſe ſcire opinantiũ, ſicut de iſta muliere dictum eſt,inops panis efficitur. Quæ cum ſit inops panis,promittit pa nes,id eſt,cum ſit ignara ueritatis,promittit ſcientiã ueritatis,occultos tamen panes promit tit,quos tamen dicit libenter attingi,& aquæ furtiuæ dulcedinẽ, ut ea ſcilicet libentius & dul cius audiantur & agantur,quæ palã in eccleſia dici credíq; prohibẽtur. Ipſa quippe occulta tione condiunt quodammodo nefarij doctores ſua uenena curioſis,ut ideo ſe exiſtimẽt ali quid diſcere magnum,quia merentur habere ſecretũ,& ſuauius hauriant inſipientiã, quam alʼs, audienti am putant ſcientiã, cuius prohibitã quodãmodo furantur† audaciã. Hinc & nefarios ritus ſuis hominibus,ſacrilega curioſitate deceptis uel decipiendis, magicarũ artiũ doctrina cõmen dat. Hinc illæ illicitæ diuinationes inſpectis pecudũ uiſceribus occiſorũ, aut uocibus & uo latibus auium,aut ſignis multiformibus dæmoniorũ,inſuſurrant auribus hominum peritu rorum per colloquia perditorum. Propter hæc illicita atq; punienda ſecreta,mulier illa non ſolum inſipiens,uerum audax etiã nuncupatur. Sed hæc nõ ſolũ à re ipſa, uerum & à nomi ne noſtræ religionis aliena ſunt,quandoquidẽ mulier hæc inſipiens & audax ſub Chriſtia no uocabulo tot ſceleſtas hæreſes condidit,tot nefandas fabulas finxit,utinam tales quales in theatris ſiue cantantur,ſiue ſaltantur,ſiue mimica ſcurrilitate ridentur, & non quaſdã ta les quales aduerſus deũ fingere potuiſſe, ſic illã doleamus inſipientiã, ut miremur audaciã. Omnes autẽ inſipientiſſimi hæretici,qui ſe Chriſtianos uocari uolunt,audacias figmento rum ſuorũ,quas maxime exhorret ſenſus humanus,hac occaſione euangelicæ ſententiæ co lorare

A lorare conantur,ubi dominus ait,Adhuc multa habeo uobis dicere,ſed non poteſtis porta re modo,quaſi hæc ipſa ſint quæ tunc diſcipuli portare non poterant,& ea docuerit ſpiritus ſanctus,quæ palã docere atq; prædicare quantalibet feratur audacia, ſpiritus erubeſcit im mundus, Hoc Apoſtolus in ſpiritu ſancto præuidẽs ait: erit enim tẽpus quo ſanã doctrinã 2. Tim. 4 nõ ſuſtinebũt, ſed ſecundũ deſideria ſua magiſtros ſibi coaceruabũt pruriẽtes auribus, & à ueritate quidẽ auditũ ſuũ auertentes, ad fabulas autẽ conuertentur: illa enim ſecreti furtiq; cõmemoratio quæ dicit,Panes occultos libenter attingite,& aquæ furtiuæ dulcedinẽ, pruri tum facit audiẽtibus in auribus ſpiritaliter fornicãtibus, ſicut pruritu quodã libidinis etiã in carne corrumpitur integritas caſtitatis. Audite itaq; Apoſtolũ talia præuidentẽ, & ea uitan da ſalubriter admonentẽ,Prophanas,inquit,uerborum nouitates deuita: multũ enim profi 2. Tim. 2 ciunt ad impietatem,& ſermo eorum ſicut cancer ſerpit. Et nõ ait uerborũ nouitates,ſed ad dit,prophanas: ſunt enim & doctrinæ religionis cõgruentes uerborũ nouitates, ſicut ipſum nomen Chriſtianorũ quando dici cœperat, ſicut ſcriptum eſt, In Antiochia enim primum Act. 11 poſt aſcenſionẽ domini appellati ſunt diſcipuli Chriſtiani,ſicut legitur in actibus apoſtolo rum, & xenodochia & monaſteria poſtea ſunt appellata nouis nominibus: res tamen ipſæ & ante nomina ſua erant,& religionis ueritate firmantur,quæ etiã contra improbos defen duntur. Aduerſus impietatẽ quoq; Arianorũ hæreticorum nouum nomen patris homouſi on condiderunt,ſed non rem nouã tali nomine ſignauerunt: hoc enim uocatur homouſion, quod eſt,ego & pater unum ſumus,unius uidelicet eiuſdemq; ſubſtantiæ. Nam ſi omnis no uitas prophana eſſet,nec à domino diceretur, Mandatũ nouum do uobis : nec teſtamentũ Ioan. 13 appellaretur nouũ,nec cantaret uniuerſa terra canticum nouum. Sed prophanæ ſunt uer borum nouitates,ubi dicit mulier inſipiens & audax,Panes occultos libenter attingite,& a Prouer. 9 quæ furtiuæ dulcedinem. Ab hac pollicitatione falſæ ſcientiæ prohibet etiã illo loco Apoſto lus ubi dicit,O Timothee,depoſitum cuſtodi,deuitãs prophanas uocum nouitates, & con 1. Tim. 6
B tradictiones falſi nominis ſcientiæ,quã quidã promittentes circa fidẽ exciderunt: nihil enim ſic amant iſti quàm ſcientiã promittere,& fidem rerum †uerarum quas credere paruuli præ alʼs, ueterum cipiuntur,uelut imperitiã deridere: dicit aliquis, Nihil ne ſpiritales uiri habent in doctrina, quod carnalibus taceant,& ſpiritalibus eloquantur? Si reſpondero,non habent, continuo mihi dicetur ex epiſtola ad Corinthios apoſtoli Pauli,Non potui uobis loqui quaſi ſpirita 1. Cor. 3 libus,ſed quaſi carnalibus,quaſi paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi, nõ eſcã. nondum enim poteratis,ſed nec adhuc quidem poteſtis: adhuc enim eſtis carnales: & illud,Sapientiã 1. Cor. 2 loquimur inter perfectos: & illud,Spiritalibus ſpiritalia comparantes: animalis autẽ homo non percipit quæ ſunt ſpiritus dei,ſtultitia enim eſt illi. Hoc totũ quale ſit, ne rurſus propter hæc uerba Apoſtoli prophanis uocum nouitatibus ſecreta quærantur, & ea quæ debet ca ſtorum ſpiritus corpusq; uitare,dicatur carnalis ſuſtinere non poſſe, ſermone alio ſi domi nus donauerit diſputandum eſt,ut iam iſtum aliquando claudamus.

De eadem lectione. Tractatus XCVIII.

EX uerbis domini noſtri ubi dicit, Adhuc multa habeo uobis dicere,ſed non poteſtis portare modo.) Exortã difficilẽ quæſtionem me recolo diſtuliſſe,ut in de ocioſius tractaretur,quia illũ modus cõpetẽs cõpellebat finire ſermonẽ, nũc ergo quoniã tempus eſt promiſſa reddendi,pertractetur ut dominus ipſe do nauerit,qui cordi noſtro ut proponeretur ingeſſit. Hæc eſt autẽ quæſtio, utrũ ſpiritales ho mines habeant aliquid in doctrina, quod carnalibus taceant,& ſpiritalibus dicant. Quia ſi dixerimus,non habent: reſpondebitur nobis, Quid eſt ergo quod dicebat Apoſtolus ſcri bens ad Corinthios, Non potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, quaſi paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi non eſcã: nondũ enim poteratis,ſed nec adhuc qui dem poteſtis,adhuc enim eſtis carnales? Si autẽ dixerimus,habent,timendũ & cauẽdũ eſt, ne ſub hac occaſione in occultis nefaria doceãtur,& ſpiritaliũ nomine uelut ea quæ carnales capere non poſſunt,non ſolum excuſatione dealbanda,uerumetiã prædicatione laudanda

uideantur. Primũ ergo ſcire debet charitas ueſtra, quod ipſe Chriſtus crucifixus, quo uelut lacte paruulos aluiſſe ſe dicit Apoſtolus, ipſa uero caro eius, in qua facta eſt uera mors eius & uulnera uera confixi ſanguinisq; excuſſi, non eo modo à carnalibus quo ab ſpiritalibus cogitatur, & illis eſt lac, iſtis cibus eſt, quia etſi non audiunt amplius, intelligũt amplius. Nõ enim æqualiter mẽte percipitur, etiam quod in fide pariter ab utriſq; recipitur, ita fit ut prædicatus ab apoſtolis Chriſtus crucifixus, & Iudæis eſſet ſcandalum, & gentibus ſtultitia, & ipſis uocatis Iudæis & Græcis dei uirtus & dei ſapientia: ſed carnalibus paruulis id tantũ credendo tenentibus: ſpiritalibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanquam lacteus potus, iſtis tanquam ſolidus cibus, non quia hoc illi aliter in populis, iſti aliter in cubiculis cognouerunt, ſed quod eodem modo utriq; cũ palàm diceretur audiebant, pro ſuo modo quiq; capiebant. Cum enim Chriſtus propterea ſit crucifixus, ut in remiſſione peccatorum ſanguinem funderet, qua eius unigeniti paſſione diuina gratia commendatur, ut nemo in homine glorietur, quomodo intelligebant Chriſtum crucifixum qui
Gal. 6 adhuc dicebant, Ego ſum Pauli. Nunquid quomodo ipſe Paulus qui dicebat, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti? De ipſo itaq; Chriſto crucifixo, & ipſe cibum pro ſua capacitate ſumebat, & illos lacte pro eorum infirmitate nutriebat. Denicq; illa quæ ſcripſit ad Corinthios, aliter utiq; ab ipſis paruulis, aliter à capacioribus poſſe intelli-
1. Cor. 14 gi ſciẽs, ait, Si quis eſt inter uos propheta aut ſpiritalis, agnoſcat quæ ſcribo uobis, quia dñi eſt mandatum: ſi quis aũt ignorat ignorabitur, ſolidam profecto uoluit eſſe ſcientiam ſpiritalium, ubi non ſola fides accõmodaretur, ſed certa cognitio teneretur: ac per hoc illi eaipſa credebant, quæ ſpiritales inſuper agnoſcebant. Ignorabitur autem, ait, qui ignorat, quia nõdum ei reuelatum eſt, ut quod credit ſciat. Quod cum fit in hominis mẽte, ipſe dicitur agnoſci à deo, quia deus illum agnoſcentem facit, ſicut alibi ait, Nunc autem cognoſcentes deũ, imò cogniti à deo: neq; enim tunc cognouerat eos deus, præcognitos & electos ante mundi conſtitutionẽ, ſed tunc eos ſeipſum cognoſcere fecerat. Hoc igitur primitus cognito, quòd D
eaipſa quæ ſimul audiunt ſpiritales atq; carnales, pro ſuo modulo quiq; capiunt, illi ut paruuli, iſti ut maiores, illi ut lactis alimentum, iſti ut cibi ſolidamentum, nulla uidetur eſſe neceſſitas, ut aliqua ſecreta doctrinæ taceantur, & abſcondantur fidelibus paruulis, ſeorſum dicenda maioribus, hoc eſt intelligentioribus, & hoc ideo faciendum putetur, quia dixit Apo
1. Cor. 3 ſtolus, Non potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. Hoc ipſum emĩ quod non iudicauit ſe ſcire in eis niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum, ipſis non potuit loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, quia id ſicut ſpiritales capere nõ ualebant. Quicũq; autẽ ſpiritales inter eos erant, id eſt, quod illi tanquam carnales audiebant, ſpiritali ipſi intellectu capiebant, ut ſic intelligatur quod ait, Non potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, ac ſi diceret, non potuiſtis quaſi ſpiritales, ſed quaſi carnales capere quod loquebar. Animalis enim homo, id eſt, qui ſecundũ hominẽ ſapit, animalis dictus ab anima, carnalis à carne, quia ex anima & carne conſtat totus homo, non percipit quæ ſunt ſpiritus dei, id eſt, quid gratiæ credentibus crux conferat Chriſti, & putat hoc illa cruce actum eſſe tantũmodo, ut nobis uſq; ad mortẽ pro ueritate certãtibus imitandũ præberetur exemplum: nam ſi ſcirent huiuſmodi homines, qui nolũt eſſe niſi homines, quemadmodũ Chriſtus crucifixus factus ſit nobis ſapientia à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redẽptio, ut quẽ
Hiere. 9 admodum ſcriptũ eſt, Qui gloriatur, in domino glorietur, proculdubio non gloriarentur in
1. Cor. 1 hominc, nec carnaliter dicerent, Ego quidẽ ſum Pauli, ego aũt Apollo, ego uero Cephæ, ſed ſpiritaliter, ego ſum Chriſti. Verum illud adhuc quæſtionẽ facit, quod in epiſtola ad He-
Heb. 5 bræos legitur, Cum iam deberetis tempore ipſo eſſe doctores, iterum doctrina indigetis, quæ ſint elementa ſermonum dei, & facti eſtis opus habentes lacte, nõ ſolido cibo. Omnis enim qui lactet inexpertus eſt uerborum iuſtitiæ, infans eſt enim. Perfectorum eſt autem ſolidus cibus eorum, qui per habitum exercitatos habent ſenſus ad ſeparandum bonum à malo. Hic enim uidemus tanc̃ definitum eſſe quẽ perfectorum dicit ſolidũ cibũ: & hoc

eſſe

A eſſe illud quod ad Corinthios ſcriptum eſt, Sapientiam loquimur inter perfectos. Quos au- 1. Cor. 2
tem perfectos uoluerit hoc loco intelligi, ſubiecit atq; ait, qui per habitum exercitatos habent ſenſus, ad ſeparandum bonũ à malo. Hoc uero qui inualida & inexercitata mente nõ poſſunt, profecto niſi fidei quodã lacte teneãtur, & inuiſibilia quæ nõ uident, & inintelligibilia quæ nondũ intelligunt, credant, facile ad uanas & ſacrilegas fabulas promiſſione ſcientiæ ducuntur, ut & bonũ & malũ nõ niſi corporalibus imaginibus cogitent, & ipſum deum non niſi aliquod eſſe corpus exiſtiment, & malũ nõ niſi ſubſtantiã putare non poſſint, cũ ſit potius ab immutabili ſubſtantia mutabiliũ ſubſtantiarum quidã defectus, quas fecit ex nihilo ipſa immutabilis & ſumma ſubſtantia qui eſt deus. Quod profecto quiſquis non ſolum credit, uerumetiã exercitatis interioribus animi ſenſibus intelligit, percipit, nouit: nõ eſt iam metuendum ne ſeducatur ab eis qui malum putando eſſe ſubſtantiam quam non fecit deus, mutabilem ſubſtantiam faciunt ipſum deum, ſicut Manichæi, uel ſi quæ aliæ peſtes ita decipiũt, ſed mẽte adhuc paruulos, quos dicit apoſtolus carnales lacte nutriẽdos. Omnis de hac re ſermo, quo agitur ut nõ ſolum credatur, uerumetiã intelligatur, ſciatur̃q; quod dicitur, percipere talia non ualentibus oneroſus eſt, faciliusq; illos premit q̃ paſcit. Ex quo fit ut ſpiritales iſta carnalibus nõ omnino taceant propter catholicam fidẽ quæ omnibus prædicanda eſt, nec tamẽ ſic differant, ut uolentes ea perducere ad intelligentiã non capacem, facilius faſtidiri faciant in ueritate ſermonem, q̃ in ſermone percipi ueritatẽ. Propterea dicit
ſcribens ad Coloſſenſes, Etſi corpore abſens ſum, ſpiritu uobiſcum ſum, gaudens & uidens Col. 2
ordinationem ueſtram, & id quod deeſt fidei ueſtræ in Chriſto. Et ad Theſſalonicenſes,
Nocte ac die, inquit, abundantius orãtes, ut uideamus faciem ueſtram, & ſuppleamus quæ 1. Theſ. 3
deſunt fidei ueſtræ. Intelligendi ſunt utiq; ita primum catechizati, ut lacte alerentur, non ſolido cibo, cuius lactis ad Hebræos cõmemoratur ubertas eis, quos uolebat cibi ſoliditate iã
paſcere: propter quod ait, Ideoq; remittentes initĩ Chriſti uerbum, in conſummationem re Heb. 6
B ſpiciamus, non iterum facientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deum, lauacri doctrinæ, impoſitionis manuum, reſurrectionis etiam mortuorum, & iudicĩ æterni. Hæc eſt lactis ubertas, ſine quo non uiuunt, qui iam quidem ratione utuntur ut poſſint credere: ſed bonum à malo non credendo tantum, uerũetiam intelligendo quod pertinet ad ſolidũ cibũ, ſeparare non poſſunt. Quod autẽ in lactis cõmemoratione poſuit & doctrinã, ipſa eſt quæ per ſymbolũ traditẽ & orationẽ dominicã. Sed huic lacti abſit ut ſit contrarius cibus rerũ ſpiritualiũ firma intelligentia capiendus, qui Coloſſenſibus & Theſſalonicenſibus defuit, & ſupplendus fuit. Quando enim ſuppletur quod defuit, non improbatẽ quod fuit: nã & ipſis quæ ſumimus alimẽtis, uſq; adeo non eſt lacti cõtrarius ſolidus cibus, ut ipſe lacteſcat, quo poſſet eſſe aptus infantibus, ad quos per matris uel nutricis peruenit carnẽ: ſicut fecit etiã mater ipſa ſapientia, quæ cũ ſit in excelſis angelorũ ſolidus cibus, dignata eſt quodammodo lacteſcere paruulos, cum uerbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sed ipſe homo Chriſtus, qui uera carne, uera cruce, uera morte, uera reſurrectione, ſyncerũ lac dicitur paruulorum, cum bene ab ſpiritalibus capitur, inuenitur dominus angelorum. Proinde nec ſic paruuli ſunt lactandi, ut ſemper non intelligant deũ Chriſtum: nec ſic ablactandi, ut deſerant hominem Chriſtũ. Quod alio modo idipſum ita dici poteſt, nec ſic lactandi ſunt, ut creatorem nunc̃ intelligãt Chriſtum: nec ſic ablactandi, ut mediatorẽ unc̃ deſerant Chriſtum. In hoc quippe non conuenit huic rei ſimilitudo materni lactis & ſolidi cibi, ſed potius fundamenti, quia & puer quando ablactatur, ut ab alimentis infantiæ iam recedat, inter ſolidos cibos non repetit ubera quæ ſugebat: Chriſtus aũt crucifixus, & lac ſugentibus, & cibus eſt proficientibus. Fundamẽti uero ideo eſt aptior ſimilitudo, quia ut perficiatur quod ſtruitur, addit̃ ædificiũ, non ſubtrahitur fundamentũ. Quæ cũ ita ſint, ô quicunq; eſtis, qui ſine dubio multi eſtis paruuli in Chriſto, proficite ad ſolidũ cibũ mentis, nõ uẽtris, p̃ficite ad ſeparandũ bonũ à malo, & magis magisq; inhærete mediatori, p quẽ liberamini à malo, quod nõ eſt à uobis loco ſeparandũ, ſed in uobis potius eſt ſanandũ. Quiſ-

quis autẽ uobis dixerit, nolite credere uerum hominẽ Chriſtũ, aut non à uero deo corpus C
cuiuslibet hominis uel cuiuslibet animantis creatũ, aut non à uero deo uetus teſtamentum
datum, & ſi quid huiuſmodi: hæc enim uobis prius ideo non dicebantur, quando lacte nu
triebamini, quoniã ad uera capienda cor nondũ habebatis idoneũ, non uobis iſte cibũ præ-
parat ſed uenenũ. Propter quod beatus Apoſtolus eos alloquens qui ſibi iam uidebantur
Philip.3 eſſe perfecti, cum ſe imperfectum ipſe dixiſſet, Quicũq; ergo, inquit, perfecti ſumus, hoc ſa-
piamus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Et ne forte incurrerent in ſe-
ductores, qui eos uellent à fide auertere promittendo ſcientiã ueritatis, & hoc putarent eſſe
quod dixit Apoſtolus, id quoq; uobis deus reuelabit, continuo ſubiunxit, Veruntamen in
id quod peruenimus, in eo ambulemus. Si quid ergo intellexeris quod nõ ſit contra regulã
catholicæ fidei, ad quã uelut uiam, quæ te ducat ad patriã peruenisti, & ſic intellexeris, ut in-
de dubitare omnino non debeas, adde ædificium, noli tamen relinquere fundamentum. Sic
debent maiores docere aliquid paruulos, ut omniũ dominũ Chriſtũ, & ſeipſis longe maio-
res prophetas & apoſtolos non dicant aliquid fuiſſe mentitos. Nõ aũt ſolũ uaniloquos &
mentis ſeductores fabuloſa & falſa garrientes, & in eis uanitatibus uelut altam ſcientiã pro
mittentes contra regulam fidei quam catholicã ſuſcepiſtis, cauere debetis, uerumetiã ipſos
qui de ipſa diuinæ immutabilitate naturæ uel incorporea creatura ſiue creatore ueraciter di
ſputant, & quod dicunt omnino documentis atq; rationibus certiſſimis probant, & tamen
ab uno dei & hominũ mediatore conantur auertere, tanquã peſtẽ inſidioſiorẽ cæteris fugi-
Rom.1 te: tales enim ſunt de quibus dicit Apoſtolus, Quia cognoſcentes deũ, non ſicut deum glori
ficauerunt. Quid enim prodeſt habere intelligentiam uerã de immutabili bono, ei qui non
tenet per quem liberetur à malo? Propterea admonitio beatiſſimi Apoſtoli de ueſtris cor-
Gal.1 dibus non recedat, Si quis uobis euangelizauerit præter quàm quod accepiſtis, anathema
ſit. Nõ ait pluſq; accepiſtis, ſed præter quàm quod accepiſtis. Nã ſi illud diceret, ſibiipſi præ
iudicaret, qui cupiebat uenire ad Theſſalonicenſes, ut ſuppleret quæ illorum fidei defuerũt. D
Sed qui ſupplet, quod minus erat addit, nõ quod inerat tollit. Qui aũt prætergreditur regu
lam fidei, nõ accedit in uia, ſed recedit de uia, quod itaq; ait dominus, Adhuc multa habeo
uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, adiiciẽda illis fuerant quæ neſciebant, nõ quæ
didicerant euertenda. Et ille quidem, ſicut in priſtino ſermone iam expoſui, potuit hoc ita di
cere, quia illa ipſa quæ docuerat, ſi uellet eis ſic aperire, ut in illo concipiuntur ab angelis, hoc
infirmitas humana in qua adhuc erant, ferre non poſſet. Spiritalis autem homo quilibet po
teſt alterum hominẽ docere quod nouit, ſi proficiendo capaciorẽ faciat ſpirituſſanctus, in
quo & ipſe doctor aliquid amplius addiſcere potuit, ut ſint ambo docibiles deo, quanquã
& inter ipſos ſpiritales ſunt utiq; aliis alij capaciores atq; meliores, ita ut quidam illorum ad
ea peruenirent, quæ nõ licet homini loqui. Qua occaſione uani quidam apocalypſim Pauli
quam ſana non recipit eccleſia, neſcio quibus fabulis plenã, ſtultiſſima præſumptione finxe-
runt, dicentes hanc eſſe unde dixerat raptum ſe fuiſſe in tertium cœlũ, & illic audiſſe ineffa-
bilia uerba, quæ non licet homini loqui. Vtcunq; illorum tolerabilis eſſet audacia, ſi ſe au-
diſſe dixiſſet, quæ adhuc non licet homini loqui, cũ uero dixerit, quæ nõ licet homini loqui,
iſti qui ſunt q hæc audeãt impudẽter & infeliciter loqui? Sed iam iſtũ ſermonẽ hoc fine con
cludam, per quẽ uos eſſe cupio ſapientes quidem in bono, integros autem à malo.

De eo quod dixit, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet lo-
quetur. Tractatus XCIX.

QVID eſt quod dominus ait de ſpirituſancto, cum eum uenturum eſſe promit-
teret, & docturum diſcipulos eius omnem ueritatem, uel eos deducturum in o-
mni ueritate. Nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũq; audiet loquetur.)
Ioan.5 Simile eſt hoc ei quod de ſemetipſo dixit, Non poſſum à meipſo facere quic-
quam, ſicut audio iudico. Sed illud cum exponeremus, ſecundum hominem poſſe accipi
diximus, ut obedientiam ſuam qua factus eſt obediens uſq; ad mortẽ crucis, prænunciaſſe
filius

A filius uideretur & iudiciũ futurũ, quo uiuos & mortuos iudicabit, quia hoc per id facturus
eſt quod filius hominis eſt, propter quod dixit, Pater non iudicat quenquã, ſed omne iudi- Ioan.5
cium dedit filio, quia in iudicio non forma dei qua æqualis eſt patri, nec ab impijs uideri po
teſt, ſed forma hominis apparebit, qua minoratus eſt etiã modico minus ab angelis, quam
uis iam in claritate, non in priſtina ſit humilitate uenturus, conſpicuus tamen futurus & bo-
nis & malis: hinc ait & illud, Et poteſtatẽ dedit ei iudicium facere, quoniã filius hominis eſt.
In quibus uerbis eius manifeſtatur non eam formã præſentandã eſſe iudicio, in qua cũ eſ-
ſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed illam quam cum ſemetipſum exina
niſſet, accepit. Semetipſum enim exinaniuit formam ſerui accipiens, in qua uidetur etiã ad
faciendum iudicium obediẽtiam ſuam commendaſſe, cum dixit. Non poſſum facere à me-
ipſo quicquam, ſicut audio iudico. Adam nanq; per cuius unius hominis inobedientiam Roma.5
peccatores conſtituti ſunt multi, non ſicut audiuit iudicauit, quia quod audiuit præuarica-
tus eſt, & à ſemetipſo fecit malum quod fecit, quia non dei uoluntatem, ſed ſuam fecit. Iſte
autem per cuius unius hominis obedientiam iuſti conſtituuntur multi, non ſolum obediẽs
fuit uſq; ad mortem crucis, in qua eſt uiuus iudicatus à mortuis: ſed obedientẽ ſe futurum
promittens in ipſo quoq; iudicio, quo eſt de uiuis iudicaturus & mortuis, Non poſſum, in-
quit, à meipſo facere quicquã, ſicut audio iudico: ſed nũquid de ſpirituſancto quod dictum
eſt, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur, ſecundũ hominem uel
ſecundũ aſſumptionẽ cuiuſq; creaturæ dictũ eſſe audebimus opinari? Solus quippe in tri-
nitate filius formã ſerui accepit, quæ forma illi ad unitatẽ perſonæ coaptata eſt, id eſt, ut fili-
us dei & filius hominis unus ſit Ieſus Chriſtus, ne non trinitas, ſed quaternitas prædicetur,
quod abſit à nobis. Propter quã perſonã profecto unã ex duabus ſubſtantijs diuina huma
naq; conſtantẽ, aliquãdo ſecundũ id quod dominus eſt loquitur, ut eſt illud quod ait, Ego Ioan.10
& pater unum ſumus: aliquando ſecundũ id quod homo eſt, ſicuti eſt illud, Quoniã pater Ioan.14
B maior me eſt, ſecundũ quod accepimus eſſe ab eo dictũ, & hoc unde nunc diſputo, Nõ poſ-
ſum à meipſo facere quicq;, ſicut audio iudico. In perſona uero ſpirituſancti quomodo id
accipiamus quod ait, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur, cum
in ea nõ ſit alia diuinitatis, alia humanitatis, uel alterius creaturæ cuiuſcunq; ſubſtantia, ma
gna exoritur difficultas. Illud enim quòd ſicut columba ſpirituſanctus apparuit ſpecie cor-
porali, uiſio fuit ad horã facta atq; tranſacta: ſicut etiã quando ſuper diſcipulos uenit, uiſæ
ſunt illis linguæ diuiſæ uelut ignis, qui & inſedit ſuper unumquemq; eorum. Qui ergo dicit
columbã ad unitatẽ perſonæ ſpirituiſancto fuiſſe coniunctã, ut ex illa & deo, quia ſpiritus-
ſanctus deus eſt, una ſpirituſancti perſona conſtaret, & hoc etiã de illo igne cõpellitur dice
re, ut intelligat nihil horũ debere ſe dicere: iſta enim quæ de ſubſtãtia dei quoquo modo ut
opus erat ſignificãda, corporeis hominũ ſenſibus ſe intulerũt atq; trãſierunt, ad horã diuini
tus facta ſunt de creatura ſeruiẽte, nõ de ipſa dominãte natura, quæ in ſe manẽs quod uult
mouet, & quod uult immutabilis mutat. Sicut etiam uox illa de nube aures utiq; attigit cor
porales, eumq; ſenſum corporis qui uocatur auditus, nec tamen ullo modo credendum eſt
uerbum dei quod eſt unigenitus filius, quoniam uerbum dicitur, ſyllabis ſoniſq; finiri, quia
nec omnes ſimul ſonare poſſunt cum ſermo fit, ſed tanquam naſcentes morientibus ordine
ſuo ſoni quicunq; ſuccedunt, ut totum quod loquimur nouiſſima ſyllaba compleatur. Ab-
ſit ut ſic loquatur pater ad filium, hoc eſt, deus ad uerbum ſuum deum. Sed hoc eorum eſt
capere, quantum ab homine capi poteſt, ad quos non lac pertinet, ſed ſolidus cibus. Cũ igi
tur ſpirituſanctus nulla ſuſceptione hominis ſit homo factus, nulla ſuſceptione angeli ſit
angelus factus, nulla ſuſceptione cuiuſquam creaturæ creatura ſit factus, quomodo de illo
intelligendũ eſt quod dominus ait, Nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũq; audiet lo-
quet? Ardua quæſtio, nimis ardua, ipſe aſſit ſpiritus, ut ſaltẽ ſicut eã cogitare poſſumus, ſic
eloq; poſſimus, ac ſic ad intelligentiã ueſtrã pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaq;
noſſe debetis & intelligere poteſtis, credere autem, qui intelligere nondum poteſtis, in ea
ſubſtan-

ſubſtantia quæ deus eſt,non quaſi per corporis molẽ ſenſus locis proprijs diſtributos, ſicut C
in carne mortali quorumcꝙ animalium alibi eſt uiſus,alibi auditus, alibi guſtus, alibi olfactus, per totũ autẽ tactus. Abſit hoc credere in illa incorporea immutabilicꝙ natura: audire
Ephe.5 ergo ibi & uidere,idipſum eſt. Dicit᷑ & olfactus in deo,unde dicit Apoſtolus, Sicut & Chri
Gal.2 ſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis.Et guſtus intelligi poteſt ſecundũ quẽ deus & odit amaricantes, & nec frigidos nec cali
Ioan.4 dos,ſed tepidos euomit ex ore ſuo: & Ieſus Chriſtus dicit,Meus cibus eſt ut faciã uoluntã
Cant.2 tẽ eius qui me miſit:eſt etiã tactus ille diuinus, unde dicit ſponſa de ſpõſo, Sinistra eius ſub capite meo,&dextera eius cõplectitur me:nõ ſunt hæc in deo per diuerſa corporis loca:cum eñ dicitur ſcire,ibi ſunt omnia,& uidere,& audire,& olfacere, & guſtare, & tãgere, ſine ulla
alias,ſenſibus eius mutatione ſubſtantiæ,ſine ulla mole quæ in alia parte maior,in alia minor etiã int᷑ ſenibus puerili pectore cogitatur,quando deus ſic cogitatur. Nec mireris quod ineffabilis dei ſcientia,qua nouit omnia,per uarios humanæ locutionis modos, omniũ iſtorum corporalium ſenſuum nominibus nuncupatur,cum & ipſa mens noſtra, hoc eſt homo interior, cui uniformiter ſcienti per hos quinꝙ ueluti nuncios corporis diuerſa nunciantur, quando immutabilem ueritatem intelligit,eligit, diligit, & lumen uidet de quo dicitur, Erat lumen ue
Cant.1 rum, & uerbum audit de quo dicitur,In principio erat uerbum, & odorẽ capit de quo dici
pſal.35 tur,Poſt odorẽ unguentorũ tuorũ currimus,& fontẽ bibit,de quo dicitur,Apud te eſt fons
pſal.72 uitæ,& tactu fruitur,de quo dicitur,Mihi autẽ adhærere deo bonũ eſt:nec aliud atꝙ aliud, ſed una intelligẽtia tot ſenſuũ nominibus nuncupatur.Cũ ergo de ſpirituſancto dicit᷑, Nõ enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcũꝙ audiet loquet᷑,multo magis ibi ſimplex natura,ubi ueriſſime ſimplex eſt,uel intelligẽda eſt uel credẽda,quæ lõge lateꝙ naturã noſtræ mẽtis excedit.Mutabilis quippe eſt mens noſtra, quæ percipit diſcẽdo quod neſciebat,& amittit diſcẽdo quod ſciebat:& ueriſimilitudine fallitur,ut pro uero approbet falſum,& obſcuritate ſua quaſi quibuſdã tenebris impedit᷑ ne perueniat ad uerũ.Et ideo nõ eſt iſta ſubſtãtia ueriſſime ſimplex,cui nõ hoc eſt eſſe quod noſſe:poteſt eñ eſſe nec noſſe. Atqui illa diuina nõ D
poteſt, quia id quod habet eſt, ac per hoc non ſic habet ſcientiã, ut aliud illi ſit ſcientia qua ſcit,aliud eſſentia qua eſt,ſed utrũꝙ unũ eſt:nec utrunꝙ dicendũ eſt,quod ſimpliciter unũ eſt,ſicut habet pater uitã in ſemetipſo: nec aliud eſt ipſe quàm uita quæ in ipſo eſt, & dedit filio habere uitã in ſemetipſo,hoc eſt,genuit filiũ qui & ipſe uita eſſet.Sic itaꝙ debemus accipere quod de ſpirituſancto dictum eſt,Non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunꝙ audiet loquetur,ut intelligamus non cum eſſe à ſemetipſo.Pater quippe ſolus de alio non eſt, nam & filius de patre natus eſt, & ſpirituſanctus de patre procedit. Pater autem nec natus eſt de alio,nec procedit. Nec ideo ſanè aliqua diſparilitas in ſumma illa trinitate cogitationi occurrat humanæ:nam & filius ei de quo natus eſt,& ſpirituſanctus ei de quo procedit æqualis eſt.Quid autẽ illic interſit inter procedere & naſci,& longum eſt quærendo diſſerere, & temerariũ cum diſſerueris definire, quia hoc & menti utcunꝙ comprehẽdere, & ſi quid forte mens inde comprehẽderit,linguæ difficillimum eſt explicare,quantuslibet præſit doctor,quantuslibet adſit auditor.Non ergo loquetur à ſemetipſo,quia non eſt à ſemetipſo, ſed quæcunꝙ audiet loquetur, ab illo audiet à quo procedit. Audire illi ſcire eſt:ſcire uero eſſe, ſicut ſuperius diſputatum eſt. Quia ergo non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo à quo procedit, à quo illi eſt eſſentia,ab illo ſcientia, ab illo igitur audientia, à quo nihil eſt aliud quàm ſcientia: nec moueat, quod uerbum futuri temporis poſitum eſt, non enim dictum eſt, quæcunque audiuit,aut quæcunꝙ audit, ſed quæcunque audiet loquetur, illa quippe audientia ſempiterna eſt,quia ſempiterna eſt ſcientia.In eo autem quod ſempiternum eſt, ſine initio & ſine fine, cuiuslibet temporis uerbum ponatur, ſiue præteriti, ſiue præſentis, ſiue futuri, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura illa immutabilis & ineſtabilis non recipiat, fuit & erit, ſed tantum eſt: ipſa enim ueraciter eſt, quia mutari
Exod.3 non poteſt, & ideo illi tantum conuenerat dicere, Ego ſum qui ſum, & dices filijs Iſraël, qui eſt,

A qui eſt, miſit me ad uos,tamẽ propter mutabilitatem temporum in quibus uerſatur noſtra mortalitas & noſtra mutabilitas,non mendaciter dicimus,& fuit & erit & eſt.Fuit in præteritis ſeculis,eſt in præſentibus,erit in futuris.Fuit,quia nunquã defuit:erit,quia nunc᷒ deerit: eſt,quia ſemper eſt.Necꝙ enim uelut qui iam non ſit cum præteritis occidit,aut cũ præſentibus uelut qui nõ maneat labitur,aut cũ futuris uelut qui nõ fuerat orietur.Proinde cũ ſecundum uolumina temporum locutio humana uariatur, qui per nulla deeſſe potuit aut poteſt aut poterit tẽpora,uera de illo dicũtur cuiuslibet tẽporis uerba.Semper itaꝙ audit ſpirituſ ſanctus,quia ſemper ſcit.Ergo & ſciuit,& ſcit,& ſciet,ac per hoc & audiuit,& audit,& audiet, quia ſicut iam diximus,hoc eſt illi audire quod ſcire,& ſcire illi hoc eſt quod eſſe.Ab illo igitur audiuit,audit,& audiet à quo eſt,ab illo eſt à quo procedit. Hic aliquis forſitan quærat, utrum & à filio procedat ſpirituſſanctus:filius enim ſolius patris eſt filius,& pater ſolius filij eſt pater,ſpiritus aũt ſanctus non eſt unius eorum ſpiritus,ſed amborum. Habes ipſum dominum dicentem,Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ueſtri qui loqui- *Matth.10*
tur in uobis: habes & Apoſtolum, Miſit deus,inquit,ſpiritum filij ſui in corda ueſtra,nun- *Gal.4*
quid duo ſunt,alius patris,alius filij? Abſit. Vnũ enim corpus,ait,cum ſignificaret eccleſiã, moxꝙ addidit,& unus ſpiritus. Et uide quomodo illic impleat trinitatẽ. Sicut uocati eſtis, inquit,in una ſpe uocationis ueſtræ, unus dominus,hic uticꝙ Chriſtum intelligi uoluit. Reſtat ut etiam patrem nominet: ſequitur ergo, Vna fides,unũ baptiſma, unus deus & pater omniũ,qui ſuper omnes,& per omnia,& in omnibus nobis. Cum ergo ſicut unus pater,& unus dominus,id eſt filius,ita ſit & unus ſpiritus,profecto amborũ eſt,ſicut ipſe Chriſtus Ieſus dixit, Spiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis:& dicit Apoſtolus, Miſit deus ſpiritũ *Gal.4*
filij ſui in corda ueſtra: habes & alio loco eundẽ Apoſtolũ dicentẽ,Si autẽ ſpiritus eius qui *Rom.8*
ſuſcitauit Ieſum à mortuis,habitat in uobis. Hic uticꝙ ſpiritũ patris intelligi uoluit, de quo tamen alio loco dicit,Quiſquis autẽ ſpiritũ Chriſti non habet,hicnõ eſt eius. Et multa alia
B ſunt teſtimonia,quibus hoc euidẽter oſtẽditur,& patris & filij ipſum eſſe ſpiritũ,qui in trinitate dicitur ſpirituſſanctus. Nec ob aliud exiſtimo ipſum uocari proprie ſpiritũ,cũ etiã ſi de ſingulis interrogemur,nõ poſſimus niſi patrẽ & filiũ ſpiritũ dicere,quoniã ſpiritus eſt deus, id eſt, non corpus eſt deus,ſed ſpiritus: quod ergo cõmuniter uocantur & ſinguli,hoc proprie uocari oportuit eũ qui nõ eſt unus eorũ,ſed in quo cõmunitas apparet amborũ.Cur ergo nõ credamus quod etiã de filio procedat ſpirituſſanctus,cum filij quoꝙ ipſe ſit ſpiritus? Si enim non ab eo procederet, non poſt reſurrectionem ſe repræſentans diſcipulis ſuis inſufflans diceret,Accipite ſpiritũſanctũ:quid enim aliud ſignificauit illa inſufflatio,niſi quòd procedat ſpirituſſanctus & de ipſo? Ad hoc pertinet etiam illud quod de muliere quæ fluxum ſanguinis patiebatur,ait, Tetigit me aliquis,ego enim ſenſi de me uirtutem exiſſe: nã *Luc.8*
uirtutis nomine appellari etiã ſpiritumſanctũ,& eo loco clarum eſt,ubi angelus dicenti Ma
riæ, Quomodo fiet iſtud,quoniã uirũ non cognoſco,reſpondit,Spirituſanctus ſuperueni- *Lucæ 1*
et in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.Et ipſe dominus promittẽs eũ diſcipulis,ait,Vos *Lucæ 24*
ſedete in ciuitate quoaduſꝙ induamini uirtute ex alto:& iterũ, Accipietis,inquit,uirtutẽ ſpi- *Act.1*
rituſancti ſuperuenientẽ in uos,& eritis mihi teſtes:de hac uirtute credẽdus eſt dicere euangeliſta, Virtus de illo exibat,& ſanabat omnes. Si ergo & de patre & filio procedit ſpiritus ſanctus, cur filius dixit, de patre procedit? cur putas niſi quẽadmodũ ad eũ ſolet referre & quod ipſius eſt,de quo & ipſe eſt? unde illud eſt quod ait,Mea doctrina nõ eſt mea,ſed eius *Ioan.7*
qui miſit me.Si igitur intelligatur hic eius doctrina,quã tamẽ dixit nõ ſuã,ſed patris, quãto magis illic intelligẽdus eſt & de ipſo procedere ſpirituſſanctus, ubi ſic ait,de patre procedit, ut nõ diceret, de me nõ procedit? à quo aũt habet filius ut ſit deus,eſt eñ de deo deus,ab illo habet utiꝙ,ut etiã de illo ꝓcedat ſpirituſſanctus,ac per hoc ſpirituſſanctus ut etiã de filio procedat,ſicut procedit de patre,ab ipſo habet patre. Hic utcũꝙ etiã illud intelligit᷑,quantũ à talibus quales nos ſumus intelligi poteſt, cur nõ dicat᷑ natus eſſe, ſed potius procedere ſpirituſſanctus,qm̃ ſi & ipſe filius diceret᷑,amborũ utiꝙ filius diceret᷑,ꝙ abſurdiſſimũ eſt:filius

quippe

quippe nullus est duorum nisi patris & matris, amborum utiq; filius diceretur. Absit autem C
ut inter deum patrem & deum filium tale aliquid suspicemur, quia nec filius hominis simul & ex patre & ex matre procedit, sed cum in matre procedit ex patre, non tunc procedit & ex matre: & cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroq; procedit, quamuis hoc filio pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoq; procedat: neq; enim possumus dicere quod non sit uita spiritus sanctus, cum uita sit pater, uita sit filius, ac per hoc sicut pater cum habeat uitam in semetipso, dedit & filio habere uitam in semetipso, sic ei dedit uitam procedere de illo, sicut procedit & de seipso. Sequuntur autem uerba domini dicentis, Et quæ uentura sunt annũciabit uobis, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Omnia quæcunq; habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.) Sed quia ista iam prolixa sunt, in alium sunt differenda sermonem.

De eadem lectione. Tractatus C.

CVM promitteret dominus uenturum spiritum sanctum, docebit uos, inquit, omnem ueritatem, uel quod in nõnullis codicibus legitur, deducet uos in omnem ueritate: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur. De quibus euangelicis uerbis iam quod donauit dominus disputauimus: nũc ea quæ sequuntur attẽdite, Et quæ uentura sunt, inquit, annũciabit uobis.) Neq; enim hic, quoniam planum est immorandum: nihil enim habet quæstionis, cuius à nobis expositio flagitetur: sed quod adiungit, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.) non negligenter est transeundum, quod enim ait, Ille me clarificabit, potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, spiritalesq; faciendo, declarauit eis quomodo filius patri esset æqualis, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominem sicut homines cogitabant. Vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti, & D
timore depulso annunciauerunt hominibus Christum, ac sic fama eius diffusa est in toto orbe terrarum, ut sic dixerit, Ille me clarificabit, tanquam diceret, ille uobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in spiritu sancto, hoc eun-
Matth.10 dem spiritum dixit esse facturum: quale est etiam illud, Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Verbum quippe græcum quod est δοξάσει, alius clarificabit, alius glorificabit, Latini interpretes in sua quisq; translatione posuerunt, quoniam ipsa quæ græce dicitur δόξα, unde dictum est uerbum δοξάσει, & claritas interpretatur & gloria. Gloria nanq; fit quisq; clarus, & claritate gloriosus, ac per hoc quod utroq; uerbo significatur, idipsum est. Sicut autẽ definierunt antiqui latinæ linguæ clarissimi autores, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Quæ cum est in hoc mundo facta de Christo, non Christo credenda est magnum aliquid contulisse, sed mundo. Bonum enim laudare, non laudato sed laudantibus prodest. Est autem etiam falsa gloria, quando laudantes errore falluntur, siue in rebus, siue in hominibus, siue in utrisq;. Nam in rebus fallun
tur, quando putant id bonum esse quod malum est: in hominibus autem, quando putant eum bonum esse qui malus est. In utrisq; uero, quando & id quod est uitium, uirtus putatur, & ipse qui propter hoc laudatur, non habet quod putatur, siue sit bonus, siue sit malus. Donare quippe res suas histrionibus, uitium est immane, non uirtus. Et scitis de talibus q̃
psal.9 sit frequens fama cum laude, quia sicut scriptum est, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Hi laudatores non fallũtur in hominibus, sed in rebus: malum est enim, quod bonum esse credunt. Illi autem qui hoc malo largitionis uitiosi sunt, tales utiq; sunt quales eos hi qui laudant, non suspicantur esse, sed cernunt. Porrò si se quisquam iustum fingat & non sit, sed totum quicquid coram hominibus laudabiliter agere uidetur, non agat propter deum, hoc est propter ueram iustitiam, sed solum quærat & diligat ab ho-

A ab hominibus gloriam. Illi autem apud quos frequens est eius fama cum laude, nõ cum put
tent nisi propter deum laudabiliter uiuere, non falluntur in re, sed fallũtur in homine: quod enim bonum esse credunt est bonum, sed quem bonum esse credunt, non est bonus. Quod si putetur, uerbi gratia, bonum artium peritia magicarum, & dum quisq; patriam liberasse eisdem quas omnino nescit artibus creditur, ac frequentem cum laude famã quæ gloria desinita est apud homines impios, cõsequatur, errant in utroq; qui laudant, & in re scilicet, quia id quod malum est bonum putant, & in homine, quia non est quod putant, quapropter falsa est in his tribus generibus gloria. Cum aũt de aliquo per deum & propter deũ iusto, hoc est, ueraciter iusto causa ipsius iusticiæ frequens est fama cum laude, uera quidem gloria est, non tamen ea credendum est beatificari iustum, sed laudantibus gratulandum est, quia recte iudicant, & diligunt iustum. Quanto magis ergo dominus Christus, nõ sibi sed eis profuit gloria sua, quibus profuit morte sua: sed non est uera eius apud hæreticos gloria, apud quos tamen frequentem famam uidetur habere cum laude. Non est hæc uera gloria, quia in utroq; falluntur: nam & bonum putant esse quod bonum non est, & Christũ putant esse quod Christus non est. Vnigenitum enim filium æqualem non esse gignenti, nõ est bonũ: unigenitum dei filium hominem tantum esse non deum, non est bonum: ueritatis carnem non esse ueram carnem, non est bonum. Horum trium quæ dixi, primum sentiunt Ariani, secũdum Photiniani, tertium Manichæi: sed quia & eorum nihil est bonum, & Christus nihil est eorum, in utroq; falluntur, nec dant ueram gloriã Christo, cuius apud eos esse uideat cum laude frequens fama de Christo: & omnes prorsus hæretici, quos cõmemorare nimis longum est, qui de Christo non recte sentiunt, ideo errant, quia & de bonis rebus ac malis non uerum sentiunt. Pagani etiam quoniã sunt Christi plurimi laudatores, & ipsi in utroq; falluntur, qui non secundum ueritatem dei, sed potius secundum suam suspicionem dicunt eum fuisse hominẽ magum. Christianos quippe uelut imperitos uituperãt, Christũ aũt ue-
B lut magum laudant, ac sic produnt quod amant: Christum uero non amant, quoniã quod non erat Christus, hoc amant. Ideo in utroq; falluntur, quia & magũ esse malum est, & magus non fuit Christus, quia bonus est. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum est, qui Christum uituperant atq; blasphemant, quia de gloria eius loquimur qua est glorificatus in mundo, non enim glorificauit spiritus sanctus uera gloria nisi in ecclesia sancta catholica, alibi enim, id est, uel apud hæreticos, uel apud quosdam paganos, uera eius in terris gloria non potest esse, & ubi uidetur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo eius glo-
ria in ecclesia catholica, sicut à propheta cantatur: Exaltare super cœlos deus, & super omnẽ Psal.107
terram gloria tua. Quia itaq; post eius exaltationem uenturus erat spiritus sanctus & eum glorificaturus, hoc facer psalmus, hoc ipse unigenitus promisit futurum, quod uidemus impletũ: quod aũt ait: De meo accipiet, & annunciabit uobis:) catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus: non enim propterea sicut quidam hæretici putauerunt, minor est filio spiritus sanctus, & quasi filius accipiat à patre, & spiritus sanctus à filio, quibusdam gradibus naturarum. Absit hoc credere, absit hoc dicere, absit à Christianis cordibus cogitare: deniq; cõtinuo soluit ipse quæstionẽ, & cur hoc dixerit, explanauit. Omnia, inquit, quæ cũq; habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annũciabit uobis.) Quid uultis amplius? Ergo à patre accipit spiritus sanctus, unde accipit filius, quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritus sanctus: qui autem de nullo natus sit, de nullo procedit, pater solus est: quomodo autẽ dixerit unigenitus filius, omnia quæcunq; habet pater mea sunt, quia utiq; non sic quemadmodum dictum est illi filio unigenito, sed ex
duobus maiori: Tu mecum es semper, & omnia mea tua sunt, eo loco si dominus uoluerit, Luc.15
diligenti consyderatione tractabitur, ubi dicit unigenitus patri, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, ut hic iste sermo claudatur, quoniam quæ sequuntur aliud poscunt quo discernatur exordium.

De eo quod dicit:Modicum & iam non uidebitis me,& iterum mo C
dicum & uidebitis me,quia uado ad patrẽ,uſq; ad id:Et in illo die me
non interrogabitis quicquam: Tractatus CI.

HAEC domini uerba ubi ait:Modicum & iam nõ uidebitis me,& iterum modicũ & uidebitis me,quia uado ad patrem:) ita obſcura erant diſcipulis,antecꝙ id quod dicit impletum eſſet,ut quærẽtes inter ſe quid eſſet quod diceret,omnino ſe fatererentur neſcire:ſequitur enim euangelium: Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem:Quid eſt hoc quod dicit nobis,Modicum & non uidebitis me,& iterũ modicum & uidebitis me,quia uado ad patrem? Dicebant ergo:quid eſt hoc quod dicit,modicum? Neſcimus quid loquitur.) Hoc enim eſt quod eos mouebat,quia dixit,modicum & non uidebitis me,& iterũ modicum & uidebitis me. Nam in præcedentibus quia non dixerat,modicum,ſed dixit,ad patrem uado,& iam non uidebitis me,tancꝙ aperte illis uiſus eſt locutus,nec inter ſe de hoc aliquid quæſierũt:nunc ergo quod illis tunc obſcurũ fuit,& mox manifeſtum eſt,iam nobis utiq; manifeſtatum eſt:poſt paululum enim paſſus eſt,& nõ uiderunt eum,rurſus poſt paululum reſurrexit,& uiderũt eum:illud autem quod ait,Iam nõ uidebitis me,quia iſto uerbo,id eſt iam,intelligi uoluit,q; eum ulterius non uiderent,ibi expoſuimus quomodo accipiendum ſit ubi dixit:de iuſticia arguet mũdum ſpiritus ſanctus, quia ad patrem uado,& iam non uidebitis me,quia ſcilicet mortalem Chriſtum ulterius nõ uiderunt. Cognouit autẽ Ieſus (ſicut in ſequenti euangeliſta dicit)quia uolebant eum interrogare,& dixit eis:de hoc quæritis inter uos,quia dixi modicum & nõ uidebitis me, & iterum modicũ & uidebitis me. Amen amẽ dico uobis,quia plorabitis & flebitis uos,mũdus autem gaudebit,uos aũt contriſtabimini,ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudiũ.) Et hoc ſic accipi poteſt,quia contriſtati ſunt diſcipuli de morte domini,& confeſtim de reſurrectione lætati:mundus autẽ quo nomine ſignificati ſunt inimici,à quibus Chriſtus occiſus eſt,tunc utiq; lætati ſunt occiſo Chriſto,quando ſunt diſcipuli contriſtati:mundi quippe nomine, malicia D poteſt mundi huius intelligi,id eſt,hominum mundi huius amicorum:unde Iacobus apoſtolus in epiſtola ſua dicit:Quicunq; uoluerit amicus eſſe huius ſeculi,inimicus dei conſtituitur:quibus inimicitijs dei factum eſt,ut nec eius unigenito parceretur:deinde ſubiungit & dicit: Mulier cum parturit,triſticiam habet,quia uenit hora eius:cum autem peperit puerũ, iam non meminit preſſuræ propter gaudium,quia natus eſt homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem triſticiam habetis. Iterum autem uenio ad uos, & gaudebit cor ueſtrum,& gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis.) Nec iſta ſimilitudo ad intelligendum uidetur eſſe difficilis,quoniam comparatio eius in promptu eſt,eodem ipſo exponente cur dicta ſit. Parturitio quippe triſticiæ,partus autem gaudio comparatur,quod tunc maius eſſe conſueuit,quando non puella,ſed puer naſcitur:quod uero ait,gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis,quia gaudium ipſorum ipſe Ieſus ſignificatus eſt,quod & ait Apoſtolus: Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur,& mors ei ultra non dominabit. Hucuſq; in iſto euãgelij capitulo unde hodie diſputauimus,uelut facili intellectui oĩa cucurrerũt,acrior neceſſario eſt in his quæ ſequuntur intentio:quid eſt enim quod ait: Et in illo die me non rogabitis quicꝙ? Hoc uerbum quod eſt rogare,non ſolum petere, uerumetiam interrogare ſignificat:& Græcum euangelium unde hoc translatum eſt,tale habet uerbũ quod utrũq; poſſit intelligi,ut hæc ambiguitas nec inde ſoluatur,cꝙcꝙ &ſi ſolueretur,non ideo nulla quæſtio remaneret. Dominũ etenim Chriſtũ poſtcꝙ reſurrexit, & interrogatum legimus & rogatum:nam interrogatus eſt à diſcipulis aſcenſurus in cœlũ,quãdo præſentaret,& quando regnũ eſſet Iſraël:cũ uero iã eſſet in cœlo,rogatus eſt à Stephano,ut ſpiritũ eius acciperet:& quis audeat uel cogitare uel dicere,in cœlo ſedentem Chriſtũ rogandum nõ eſſe,& in terra manentem rogatũ fuiſſe:rogandũ non eſſe immortalẽ,rogari debuiſſe mortalẽ? Immo chariſſimi rogemus eũ,ut nodũ quæſtionis huius ipſe diſſoluat,lucendo in cordibus noſtris ad uidenda quæ dicit:puto enim quod ait:Iterum autem uidebo uos,& gaudebit cor ueſtrum,
& gaudiũ

A & gaudium ueſtrũ nemo tollet à uobis,non ad illud tempus eſſe referendum quo reſurrexit,eiſcꝙ ſuam carnẽ cernendã tangendamcꝙ monſtrauit,ſed potius ad illud unde iam dixerat:Qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo me ipſum illi. Ioan.14
Iam quippe reſurrexerat,iã ſe illis in carne monſtrauerat,iam ſedebat ad dexteram patris, quando dicebat idem ipſe apoſtolus Ioannes,cuius eſt hoc euangelium,in epiſtola ſua:Dilectiſſimi,nunc filij dei ſumus,& nondũ manifeſtũ eſt quid erimus:ſcimus quia cũ manifeſtum fuerit,ſimiles ei erimus,quoniã uidebimus eum ſicuti eſt. Iſta uiſio non uitæ huius eſt, ſed futuræ,non tẽporalis,ſed æternæ. Hæc eſt autem uita æterna,dicente ipſa uita,ut cognoſcant te,inquit,unũ uerum deũ,& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. De hac uiſione & cognitiõe dicit Apſus: Videmus nũc per ſpeculũ in ænigmate,tũc autẽ facie ad faciẽ:nũc ſcio ex parte, 1.Cor.13
tũc aũt cognoſcã ſicut & cognitus ſum:nunc totius laboris ſui fructũ eccleſia parturit gemendo,nũc paritura lætando:nũc parturit deſiderando,tũc paritura cernendo:nũc parturit orãdo,tũc paritura laudãdo,& ideo maſculũ,qm̃ ad iſtũ fructũ contẽplatiõis cũcta officia referũtur actionis:ſolus eſt em̃ liber,quoniã ꝓpter ſe appetit̃,& nõ refertur ad aliud,huic ſeruit actio:ad hunc enim refertur qcquid bene agitur,quia ꝓpter hunc agitur,ipſe autẽ non ꝓpter aliud,ſed propter ſemetipſum tenetur & habetur. Ibi enim finis qui ſufficit nobis,æternus igitur erit:neq; enim nobis ſufficit finis,niſi cuius nullus eſt finis. Hoc inſpiratũ erat Philippo quando dicebat:Dñe oſtende nobis patrem,& ſufficit nobis. In qua oſtenſione ſe ꝓ- Ioan.14
miſit & filius dicens:non credis quia ego in patre,& pater in me eſt? De hoc itaq; quod ſufficit nobis,rectiſſime audimus,gaudium ueſtrũ nemo tollet à uobis,de his etiam quæ ſupertius dicta ſunt,melius exiſtimo intelligi:Modicum & iam non uidebitis me,& iterum modicum & uidebitis me. Modicum eſt enim hoc totum ſpacium quod præſens peruolat ſeculũ: 1.Ioan.2
unde dicit idem ipſe euangeliſta in epiſtola ſua:nouiſſima hora eſt:ideo nanq; addidit, quia uado ad patrem,quod ad priorem ſententiam referendum eſt,ubi ait:modicũ & iam
B nõ uidebitis me,non ad poſteriorẽ ubi ait,& iterũ modicum & uidebitis me. Eundo quippe ad patrẽ,facturus erat ut eũ nõ uiderent:ac per hoc non ideo dictũ eſt,quia fuerat moriturus,& donec reſurgeret,ab eorũ conſpectibus receſſurus,ſed q; eſſet iturus ad patrem:quod fecit poſteaꝙ reſurrexit,& cum eis quadraginta dies conuerſatus aſcendit in cœlum:illis ergo ait:Modicum & iam non uidebitis me,qui cum corporaliter tunc uidebant quando iturus erat ad patrẽ,& eum deinceps mortalẽ uiſuri non erant,qualẽ cum iſta loqueretur uidebant:quod uero addidit,& iterum modicũ & uidebitis me, uniuerſæ promiſit eccleſiæ, ſicut uniuerſæ promiſit eccleſiæ:Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Non tar- Matth.28
dat dñs promiſſum,modicum & uidebimus eum,ubi iam nihil rogemus, nihil interrogemus,quia nihil deſiderandũ remanebit,nihil quærendum latebit. Hoc modicum longũ nobis uidetur,quoniam adhuc agitur,cum finitũ fuerit,tunc ſentiemus cꝙ modicũ fuerit:nõ ergo ſit gaudiũ noſtrũ quale habet mundus,de quo dictum eſt:mũdus autem gaudebit,nec tamen in huius deſiderij parturitione ſine gaudio triſtes ſimus,ſed ſicut ait Apoſtolus: Spe Rom.12
gaudentes,in tribulatione patientes,quia & ipſa parturiens cui cõparati ſumus,plus gaudet de mox futura prole,cꝙ triſtis eſt de præſenti labore. Sed huius ſermonis iſte ſit finis:habẽt enim quæſtionem moleſtiſſimam quæ ſequuntur,nec breuitate coartanda ſunt,ut poſſint cõmodius,ſi dominus uoluerit,explicari.

De eo quod dicit:Amen amen dico uobis:Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis,uſq; ad id quod ait:Exiui à patre & ueni in mundum: iterum relinquo mundũ,& uado ad patrem: Tractatus CII.

DOMINI uerba nũc iſta tractanda ſunt: Amen amẽ dico uobis,ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis.) Iam dictũ eſt in ſuperioribus huius dñici ſermonis partibus,propter eos qui nõnulla petũt à patre in Chriſti nomine nec accipiũt,nõ petit̃ in nomine ſaluatoris quicqd petit̃ cõtra rationẽ ſalutis:nõ em̃ ſonum litterarũ ac ſyllabarũ,ſed quod ſonus ipſe ſignificat,& quod eo ſono recte ac ueraci-

ter intelligitur,hoc accipiendus est dicere cum dicit,in nomine meo:unde qui hoc sentit de C
Christo quod nō est de unico dei filio sentiendū,nō petit in eius nomine,etiā si nō taceat lit
teris ac syllabis Christū,quoniā in eius nomine petit,quē cogitat cū petit:qui uero quod est
de illo sentiendū sentit,ipse in eius nomine petit,& accipit quod petit,si nō cōtra suā salutem
sempiternam petit:accipit aūt quādo debet accipere,quædam enim nō negant̄,sed ut con
gruo dentur tēpore differunt̄. Ita sanè intelligendū est quod ait,dabit uobis,ut ea beneficia
significata sciantur his uerbis,quæ ad eos qui petūt proprie pertinent.Exaudiuntur quippe
omnes sancti pro seipsis,nō aūt pro omnibus exaudiunt̄ uel amicis uel inimicis suis,uel qui
buslibet alijs,quia nō utcunq; dictū est dabit,sed dabit uobis. Vsq; modo,inquit,nō pe
tistis quicq̄ in nomine meo:Petite & accipietis,ut gaudiū uestrū sit plenum.) Hoc quod di
cit gaudiū plenum,profecto nō carnale,sed spiritale gaudiū est,& quando tantū erit,ut ali
quid ei iam non sit addēdum,proculdubio tunc erit plenū. Quicqd ergo petitur quod perti
neat ad hoc gaudium consequendū,hoc est in nomine Christi petendū,si diuinam intelligi
mus gratiam,si uere beatam poscimus uitam:quicquid autem aliud petitur,nihil petitur,nō
Gal.6 quia nulla omnino res est,sed quia in tantæ rei cōparatione quicquid aliud concupiscitur,ni
hil est:neq; enim prorsus nulla res est homo,de quo ait Apostolus:Qui se putat aliquid esse
cum nihil sit. In comparatione quippe spiritalis hominis,qui scit gratia dei se esse quod est,
quisquis uana præsumit,nihil est.Sic ergo etiam recte intelligi potest:Amen amen dico uo
bis,si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis,ut hoc quod ait,si quid nō quodli
bet intelligat̄,sed aliquid quod in beatæ uitæ cōparatiōe nō nihil sit.Et quod sequitur,usq;
modo nō petistis quicq̄ in nomine meo,duobus modis intelligi potest,uel quia nō in no
mine meo petistis,quod nomē nō sicut cognoscendū est cognouistis,uel nō petistis quicq̄,
quoniā in cōparatione rei quam petere debuistis,pro nihilo habendū est quod petistis.Vt
igit̄ in eius nomine nō nihil,sed gaudiū plenū petant,quoniā si aliquid aliud petunt,idē ali
quid nihil est,exhortat̄ dicens:Petite & accipietis, ut gaudiū uestrum sit plenū,id est,hoc in D
nomine meo petite,ut gaudiū uestrū sit plenū,& accipietis.Isto enim bono in petendo per
seuerantes,sanctos suos nequaq̄ misericordia diuina fraudauit. Hæc,inquit,in prouerbijs
locutus sum uobis,uenit hora,cum iam nō in prouerbijs loquar uobis,sed palàm de patre
meo annunciabo uobis.) Posset dicere hanc de qua loquit̄ horam,futurū oportere seculū
1. Cor.13 intelligi,ubi uidebimus palàm quod beatus Paulus dicit,facie ad faciē,ut quod ait: Hæc in
,puerbijs locutus sum uobis,hoc sit,quod ab eodē Apostolo dictū est,uidemus nūc per spe
culū in ænigmate.Annunciabo aūt uobis quia per filiū pater uidebitur,iuxta illud quod ali
bi ait:Neq; patrē quis cognoscit nisi filius,& cui uoluerit filius reuelare:sed istum sensum ui
detur impedire quod sequit̄: Illo die in nomine meo petetis.) In futuro enim seculo cum
peruenerimus ad regnū,ubi similes ei erimus,quoniā uidebimus eum sicuti est,quid petituri
Psal.6 sumus quādo satiabit̄ in bonis desideriū nostrū? Vnde & alio psalmo legitur:Satiabor cū
manifestabit̄ gloria tua. Petitio nāq; alicuius est indigentiæ,quæ ibi nulla erit ubi hæc satie
tas erit.Relinquit̄ itaq; quātū sapere ualeo,ut intelligat̄ Iesus discipulos suos de carnalibus
uel animalibus se spiritales promisisse facturū,q̄uis nondū tales quales erimus,quādo spi
1. Cor.2 ritale etiam corpus habebimus, sed qualis erat qui dicebat: Sapientiam loquimur inter
pfectos,& nō potui uobis loqui quasi spititalibus,sed quasi carnalibus.Et non spiritū huius
mundi accepimus,sed spiritū qui ex deo est,ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis quæ &
loquimur,nō in sapiētiæ hūanæ doctis uerbis,sed docti spū à spiritalibus spiritalia cōparan
tes:animalis aūt homo nō percipit quæ sunt spūs dei.Non itaq; pcipiens quæ sunt spūs dei
homo animalis sic audit quæcūq; audit de dei natura,ut aliud q̄ corpus cogitare nō possit,
quālibet amplissimū uel immēsum,quālibet lucidū ac speciosum,corpus tamē,ideo prouer
bia illi sunt quæcūq; dicta sapiētiæ de incorporea immutabilicq; substātia,nō q, ea tanq̄ ,p
uerbia deputat,sed quia sic cogitat,quomodo q ,puerbia solent audire neq; intelligere. Cū
uero spiritalis cœperit oīa drjudicare,ipse aūt à nemine drjudicari,etiam si in hac uita ad

huc

A hunc uelut per speculū ex parte perspicit,tamē nō ullo corporis sensu,nō ulla imaginaria co
gitatione quæ capit aut fingit qualicunq; similitudine corporum,sed mentis certissima intel
ligentia deum intelligit nō corpus esse sed spiritū.Ita palàm de patre annunciante filio,ut
eiusdē substantiæ conspiciatur & ipse qui annunciat,tunc in eius nomine petunt qui petunt,
quando in sono eius nominis non aliud q̄ res ipsa est,quæ hoc nomine uocatur,intelligūt,
nec animi uanitate uel infirmitate cōfingunt tanq̄ in alio loco patrē,in alio filium ante pa
trem stantem,& pro nobis rogantem,spacia sua quæq; amborum occupantibus molibus,
& uerbum ad eum cuius est uerbum,facere uerba pro nobis, interuallo interposito inter os
loquentis & auriculas audientis,& alia talia quæ sibi animales, ijdēq̄ carnales in cordibus
fabricant.Quicquid enim tale spiritalibus de deo cogitantibus ex corporum consuetudine
occurrit, negando atque respuendo tanq̄ importunas muscas, ab interioribus oculis abi
gunt,& synceritati eius lucis acquiescunt,qua teste ac iudice has ipsas imagines corporū suis
internis aspectibus intuentes,falsas omnino esse conuincunt. Hi possunt utcunq; cogitare
dñm nostrum Iesum Christum inquantum homo est,pro nobis interpellare patrē,inquan
tum autē deus est,& nos exaudire cum patre,quod eū significasse arbitror ubi ait, Et nō
dico uobis,quia ego rogabo patrē de uobis.) Ad hoc quippe intuendum quomodo nō ro
gat patrē filius,sed simul exaudiunt rogantes pater & filius,non nisi spiritalis oculus mentis
ascendit. Ipse enim pater,inquit,amat uos,quia uos me amastis.) Ideo amat ille quia nos
amamus,an potius quia ille amat ideo nos amamus? Ex epistola sua euāgelista idem ipse
respondeat:Nos diligimus, inquit,quia prior ipse dilexit nos:hinc ergo factum est ut dili- 1.Ioan.4
geremus,quia dilecti sumus.Prorsus donum dei est diligere deum,quoniā ipse ut diligeret̄
dedit,qui nō dilectus dilexit.Displicentes amati sumus,ut esset in nobis unde placeremus:
non enim amaremus filium,nisi amaremus & patrem.Amat nos pater,quia nos amamus
filium,cum à patre & filio acceperimus,ut & patrem & filium amemus:diffūdit enim chari
B tatē in cordibus nostris amborum spiritus,per quem spiritum & patrē amamus & filium,&
quē spiritum amamus cū patre & filio.Amorem itaq; nostrū pium quo colimus deū, fecit
deus,& uidit quia bonū est:ideo qppe amauit ipse quod fecit,sed in nobis nō faceret quod
amaret,nisi anteq̄ id faceret nos amaret. Et credidistis,inquit,quia à deo exiui:exiui à pa
tre & ueni in mundū:iterum relinquo mundum & uado ad patrē.) Planè credidimus,neq;
enim propterea debet incredibile uideri,quia sic ad mundū ueniens,exijt à patre ut nō dese
reret patrem,& sic uadit ad patrē relicto mundo,ut non deserat mundū.Exijt enim à patre,
quia de patre est, & in mundū uenit,quia mūdo suū corpus ostēdit quod de uirgine assum
psit.Reliquit mundū corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione,nec mun
dum deseruit præsentiæ gubernatione.

De eo quod dicit:Dicūt ei discipuli eius:Ecce palàm loqueris,& prouerbiū nullū
dicis,usq; ad id quod ait:sed cōfidite,ego uici mundū: Tractatus CIII.

QVALES erant discipuli Christi quando cum eis ante passionē loquebatur ma
gna cū paruis,sed sic oportebat ut magna dicerent̄ & paruis,quia nondū accepto
spū sancto quemadmodū eū post eius resurrectionē uel ipso insufflante,uel desu
per ueniente acceperūt,humana magis q̄ diuina sapiebāt,multis indicijs per totū euāgeliū
declaratur:unde & hoc est quod in ista lectione dixerūt:ait enim euangelista. Dicūt disci
puli eius:ecce nūc palàm loqueris,& prouerbiū nullū dicis,nūc scimus quia nosti oīa,& nō
opus est tibi ut quis te interroget:in hoc credimus quia à deo existi.) Ipse dñs paulo ante di
xerat:hæc in prouerbijs locutus sum uobis,uenit hora cū iam non in prouerbijs loquar uo
bis:quomodo ergo isti dicunt,ecce nunc palàm loqueris,& prouerbiū nullū dicis? Nūquid
hora iam uenerat,qua nō iam in prouerbijs se ,pmiserat locuturū? Prorsus q, nondū illa ho
ra uenisset,cōtinuatio uerborū eius ostendit,quæ ita sese habet:hæc, inquit,in ,puerbijs locu
tus sum uobis,uenit hora cū iā nō in ,puerbijs loquar uobis,sed palàm de patre meo annū
ciabo uobis,illo die in nomine meo petetis.Et non dico uobis,quia ego rogabo patrem de
uobis.Ipse enim pater amat uos,quia uos me amastis,& credidistis quia à deo exiui. Exiui

à patre,& ueni in mundum:iterũ relinquo mundũ,& uado ad patrẽ.Cũ per hæc omnia uer C
ba adhuc illam promittat horam qua non iam in prouerbijs loquetur,ſed palàm de patre
annunciabit eis,in qua hora dicit eos in ſuo nomine petituros,nec ſe patrẽ de illis rogaturũ,
eo ꝙ ipſe pater amat eos,quia & ipſi amauerunt Chriſtum,& crediderunt ꝙ à patre exierit
& uenerit in mundũ,iterũ relicturus mundũ & iturus ad patrẽ.Cũ ergo adhuc promittatur
hora illa in qua ſine prouerbijs locuturus eſt,cur iſti dicunt:Ecce nũc palàm loqueris & pro
uerbium nullũ dicis,niſi quia illa quæ ſcit ipſe nõ intelligentibus eſſe prouerbia,illi uſq; adeo
non intelligunt,ut nec ſaltẽ nõ ſe intelligere intelligant? Paruuli enim erãt & nondũ ſpirita
liter dijudicabãt,quæ de rebus non ad corpus,ſed ad ſpiritũ pertinentibus audiebãt:deniq;
de ipſa eorũ ætate adhuc ſecũdũ interiorẽ hominẽ parua & infirma eos admonẽs: Reſpõ
dit eis Ieſus:Modo creditis:Ecce uenit hora,& iam uenit ut diſpergamini unuſquiſq; in pro
pria,& me ſolum relinquatis.Et non ſum ſolus,quia pater mecũ eſt.) Pauloante dixerat.re
linquo mundũ & uado ad patrem,nunc dicit,pater mecũ eſt.Quis uadit ad eum,qui cũ illo
eſt? Sed hoc intelligenti eſt uerbum,nõ intelligenti prouerbium,ſic tamen quomodo à pat
uulis non intelligitur,& utcunq; ſugitur,& eis etiã ſi nõ præbet,quia nõdum eum capiunt,ſo
lidũ cibũ,ſaltẽ lacteũ nõ denegat alimentũ.Ex hoc alimẽto eſt,ꝙ ſciebant eũ noſſe omnia,
nec opus ei eſſe ut eũ quis interroget:quod quidẽ cur dixerit,quæri poteſt.Videt̃ em̃ potius
fuiſſe dicendũ,nõ opus eſt tibi ut quẽq; interroges,nõ ut qs te interroget:dixerũt quippe,ſci
mus quia noſti omnia,& utiq; q nouit omnia,magis à neſcientibus interrogari ſolet,ut interro
gantes audiant quod uolunt ab eo qui nouit omnia,non ipſe interroget tanq; uolens aliqd
ſcire qui nouit omnia.Quid ſibi ergo uult ꝙ ei quẽ ſciebant noſſe omnia,cum dicere debuiſ
ſe uideantur,non opus eſt tibi ut quenq; interroges,dicendũ potius putauerunt, non opus
eſt tibi ut quis te interroget? Quid ꝙ utrũq; legimus factũ,& interrogaſſe ſcilicet dñm,& in
terrogatum fuiſſe? Sed hoc cito ſoluitur,quia hoc nõ ei,ſed illis potius opus erat quos inter
rogabat,uel à quibus interrogabat̃.Neq; enim aliquos ille interrogabat,ut ab eis aliquid D
diſceret,ſed eos potius ut doceret.Qui interrogabãt eũ,uolentes ab eo aliquid diſcere,illis ꝓ
fecto id opus erat,ut ſcirent aliqua ab illo qui nouerat omnia.Nimirum ergo propterea ei
opus nõ erat ut eum quis interrogaret,quẽadmodum nos quãdo interrogamur ab eis qui
uolunt aliquid à nobis ſcire,ex ipſis interrogationibus eorũ cognoſcimus quid uelint diſce
re.Opus eſt ergo nobis ab eis interrogari,quos docere aliquid uolumus,ut inquiſitiones co
rum quibus reſpondendũ eſt nouerimus.Illi autẽ ne id quidẽ opus erat qui omnia nouerat,
nec opus habebat quod ab eo qſq; ſcire uellet,per eius interrogationẽ cognoſcere,quia pri
uſq; interrogaretur,interrogatoris nouerat uoluntatẽ:ſed ideo ſe patiebatur interrogari,ut
uel eis qui tunc aderant,uel qui hæc ſiue dicta fuerant audituri,ſiue ſcripta lecturi,quales eſ
ſent à quibus interrogabatur oſtenderet,eoq; modo noſſemus,uel quibus nõ circũueniret
fraudibus,uel quibus apud eũ proficeretur acceſſibus.Prævidere aũt cogitationes hominũ,
& ideo nõ opus habere ut eũ quis interrogaret,magnũ deo nõ erat,ſed magnum paruulis
erat qui ei dicebant:in hoc credimus quia à deo exiſti.Multo aũt maius erat ad quod intelli
gendũ eos uolebat extendi & creſcere,ꝙ cũ illi dixiſſent uerũq; dixiſſent,à deo exiſti,ait ille,
pater mecũ eſt,ne ſic à patre filiũ cogitarent exiſſe,ut putarent etiã receſſiſſe:deinde ſermo
nem iſtum magnũ prolixumq; cõcludens: Hæc,inquit,locutus ſum uobis,ut in me pacem
habeatis:in mundo preſſurã habebitis,ſed confidite,ego uici mundũ.) Illud initiũ fuerat ha
bitura iſta preſſura,de quo ſuperius ut eos oſtenderet paruulos,quibus adhuc nõ intelligen
tibus,& aliud pro alio ſentientibus,prouerbia quodãmodo eſſent,quæ cũ magna & diuina
dixiſſet,ait:modo creditis:Ecce uenit hora & iam uenit,ut diſpergamini unuſquiſq; in pro
pria.Ecce initiũ preſſuræ,ſed nõ eo modo perſeueraturæ.Quod enim adiũxit,& me ſolũ re
linquatis,nõ uult eos tales eſſe in conſequenti preſſura,quã poſt eius aſcenſionẽ in mundo
fuerant habituri,ut relinquant eũ,ſed ut in illo pacẽ habeant permanentes in eo.Non enim
quando comprehenſus eſt tantummodo carne ſua eius carnem,uerumetiam mente reliqué
runt fidem.Ad hoc pertinet quod ait,modo creditis:ecce uenit hora ut diſpergamini unuſ
quiſq;

A quiſq; in propria,& me ſolum relinquatis:tanq; diceret,tunc ita perturbabimini,ut etiam
quod modo creditis relinquatis.Venerunt enim ad tantam deſperationem,& ſuæ priſtinæ
fidei,ut ita dixerim,mortẽ,quanta apparuit in illo Cleopha,qui poſt eius reſurrectionẽ cũ
illo ſe loqui neſciens,& quid ei cõtigerit narrans:Nos,inquit,ſperabamus ꝙ ipſe fuerat redẽ Luc.24
pturus Iſraël.Ecce quomodo eũ reliquerant deſerendo etiam ipſam fidem qua in eum ante
crediderant.In ea uero preſſura quã poſt eius glorificationẽ accepto ſpiritu ſancto pertule
runt,non eum reliquerunt,& q̃uis fugerent de ciuitate in ciuitatem,ab ipſo non refugerũt,
ſed ut habentes preſſuram in mundo,in illo pacẽ tenerent,nõ ab ipſo refugerunt,ſed ipſum
potius refugium habuerunt,dato quippe illis ſpiritu ſancto,factum eſt in eis quod nũc di
ctum eſt eis:Confidite,quia ego uici mundum.Confiderunt & uicerunt:in quo niſi in illo?
Non enim uicíſſet ille mundum,ſi eius membra uinceret mundus:unde ait Apoſtolus:Gra Rom.7
tias deo,qui dat nobis uictoriam,continuoq; ſubiecit:per dominum noſtrum Ieſum Chri
ſtum,qui dixerat ſuis:confidite,ego uici mundum.

De eo quod ſequitur:Hæc locutus eſt Ieſus,& ſubleuatis oculis in cœlũ dixit:Pa
ter uenit hora clarifica filiũ tuum,ut & filius tuus clarificet te: Tract. CIII.

ANTE iſta quæ nunc ſumus adiuuante domino tractaturi,dixerat Ieſus:Hæc Cap.XVII
locutus ſum uobis,ut in me pacem habeatis:quæ nõ recentiora paulo ſuperius
ab eo dicta,ſed omnia debemus accipere,ſiue quæcunq; illis locutus eſt,ex quo
eos cœpit habere diſcipulos,ſiue certe ex quo poſt cœnam exorſus eſt hunc ad
mirabilem prolixumq; ſermonem.Talem quippe cõmemorauit cauſam,cur eis ſit locutus,
ut ad eum finem rectiſſime referantur uel omnia quæ locutus eſt eis,uel ea maxime quæ di
xit iam pro eis moriturus,tanq; uerba nouiſſima,poſteaq; de conuiuio ſancto ille qui eum
fuerat traditurus,egreſſus eſt.Hanc ergo cõmendauit cauſam ſermonis ſui,ut in illo pacem
B haberent,propter quod totum agitur quòd Chriſtiani ſumus.Hæc enim pax finem tempo
ris non habebit,& omnis piæ noſtræ intentionis actionisq; finis ipſa erit.Propter hanc ſa
cramentis eius imbuimur,propter hanc mirabilibus eius operibus & ſermonibus erudi
mur,propter hanc ſpiritum eius pignus accepimus,propter hanc credimus in eum & ſpera
mus,& eius amore quantum donat accendimur.Hac pace in preſſuris omnibus conſola
mur,hac à preſſuris omnibus liberamur,propter hanc omnem tribulationem fortiter ſuſti
nemus,ut in hac feliciter ſine ulla tribulatione regnemus.Merito ad eam clauſit uerba,quæ
parum intelligentibus diſcipulis erant prouerbia,intellecturis ea quãdo eis dediſſet promiſ
ſum ſpiritum ſanctum,de quo ſuperius ait:Hæc locutus ſum uobis,apud uos manens.Pa Ioan.14
racletus aũt ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo,ille uos docebit omnia,&
ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis.Hæc nimirũ futura fuerat illa hora,qua ſe
promiſerat non iam in prouerbijs loꝗturum,ſed palàm de patre annunciaturum.Eadem
quippe ipſius uerba reuelante ſpiritu ſancto,intelligentibus iam non erant futura prouer
bia.Neque enim loquente in eorum cordibus ſpiritu ſancto, taciturus erat unigenitus fi
lius,qui dixit in ea hora palàm ſe illis de patre annunciaturum,quod eis utiq; iam intelligẽ
tibus non eſſet prouerbium:ſed hoc quoq; ipſum quomodo ſimul loquantur in ſuorum
ſpiritalium cordibus & dei filius & ſpiritus ſanctus,immo ipſa trinitas, quæ inſeparabiliter
operatur,intelligentibus eſt uerbum,non intelligentibus autem prouerbium.Cum ergo di
xiſſet propter quid omnia ſit locutus,ut in illo ſcilicet pacem haberent,in mundo habentes
preſſuram,exhortatusq; fuiſſet ut confiderent,quia ipſe uicit mundũ,eo qui erat ad illos ſer
monem finito,deinde ad patrem uerba direxit,& orare iam cœpit:ſic enim euãgeliſta ſequi
tur dicens: Hæc locutus eſt Ieſus,& ſubleuatis oculis in cœlum dixit: Pater, uenit hora,
clarifica filium tuum.) Poterat dominus noſter unigenitus & coæternus patri,in forma ſer
ui & ex forma ſerui ſi hoc opus eſſet orare ſilentio:ſed ita ſe patri exhibere uoluit precato
rem,ut meminiſſet noſtrum ſe eſſe doctorem.Proinde eam quam fecit orationem pro no
bis, notam fecit & nobis, quoniam tanti magiſtri non ſolum apud ipſos ſermocinatio,

ſed etiam ipſius prò ipſis ad patrẽ oratio, diſcipulorũ eſt ædificatio, & ſi illorũ qui hæc dicta C
aderant audituri, profecto & noſtra qui fueramus cõſcripta lecturi. Quapropter hoc quod
ait: Pater uenit hora, clarifica filium tuũ, oſtendit omne tẽpus, & quid & quando faceret uel
fieri ſineret, ab illo eſſe diſpoſitũ qui tẽpori ſubditus nõ eſt, quoniã quæ futura erant per ſin/
gula tẽpora in dei ſapientia cauſas efficientes habent, in qua nulla ſunt tẽpora. Nõ ergo cre
datur hæc hora fato urgente ueniſſe, ſed deo potiùs ordinãte, nec ea ſyderea neceſſitas Chri
ſti cõnexuit paſſionẽ, abſit enim ut ſydera mori cogerent ſyderũ conditorẽ. Nõ itaq; Chri/
ſtum tẽpus ut moreretur impegit, ſed tẽpus Chriſtus quo moreret elegit, qui etiam tẽpus
quo de uirgine natus eſt cũ patre conſtituit, de quo ſine tẽpore natus eſt, ſecundum quã ue/
Gal.4 tam ſanam q; doctrinã etiã Paulus apoſtolus: Cum autẽ uenit, inquit, plenitudo tẽporis, mi
Eſa.49 ſit deus filiũ ſuum: & deus per prophetã: Tẽpore ait, accepto exaudiui te, & in die ſalutis ad
2. Cor.6 iuui te: & rurſus Apoſtolus: Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Dicit ergo: Pa
ter uenit hora, qui cum patre diſpoſuit omnes horas, tanq; dicẽs: pater, quã propter homi/
nes & apud homines ad me clarificandũ ſimul cõſtituimus, uenit hora, clarifica filium tuũ,
ut & filius tuus clarificet te. Clarificatũ à patre filiũ nõnulli accipiunt in hoc q; ei non peper/
cit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum: ſed ſi paſſione clarificatus dicitur, quãto magis re/
ſurrectione: nam in paſſione magis eius humilitas q; claritas cõmendatur. Apoſtolo atte/
Phil.2 ſtante qui dicit: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortem autẽ cru
cis: deinde ſequitur, & de eius clarificatione iam dicit: Propter quod & deus illũ exaltauit, &
donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœ
leſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dñs Ieſus Chriſtus in
gloria eſt dei patris. Hæc eſt glorificatio dñi noſtri Ieſu Chriſti, quæ ab eius reſurrectione
ſumpſit exordiũ. Humilitas ergo eius incipit in ſermone apoſtoli, ab eo loco ubi ait: Semet/
ipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & peruenit uſq; ad mortem crucis: claritas uero
eius incipit ab eo loco ubi ait: Propter quod & deus exaltauit eũ, & peruenit quod in gloria D
eſt dei patris: nam & ipſum nomẽ, ſi inſpiciant codices Græci, ex qua lingua epiſtolæ apo/
ſtolicæ translatæ ſunt in Latinum, quod hic legitur gloria, ibi legitur δόξα. Vnde uerbum de/
riuatum eſt in Græco ut diceretur δόξασον quod interpres Latinus ait clarifica, cũ poſſet etiã
glorifica dicere, quod tantũdem ualet. Et ideo poſſet etiam in Apoſtoli epiſtola, ubi eſt glo
ria, claritas poni, quod ſi fieret, tantundẽ ualeret. Vt autem nõ recedatur à uerborum ſonis,
quẽadmodũ à claritate clarificatio, ſic à gloria glorificatio deriuat. Vt ergo mediator dei &
hominum homo Chriſtus Ieſus reſurrectione clarificaretur uel glorificaretur, prius humilia
tus eſt paſſione: non enim à mortuis reſurrexiſſet, ſi mortuus non fuiſſet. Humilitas clarita/
tis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium, ſed hoc factũ eſt in forma ſerui. In forma
uero dei ſemper fuit, ſemper erit: claritas enim non fuit quaſi iam non ſit, nec erit quaſi non
dum ſit, ſed ſine initio, ſine fine ſemper eſt claritas. Quod ergo ait: Pater, uenit hora, clarifica
filium tuum, ſic intelligendum eſt tanq; dixerit: uenit hora ſeminandæ humilitatis, fructum
non differas claritatis: ſed quid ſibi uult quod ſequitur: Vt filius tuus clarificet te? Nun
quid etiam deus pater pertulit humilitatẽ carnis ſiue paſſionis, ex qua illũ clarificari opor/
teret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius, cuius claritas ſempiterna, nec ex forma
ſerui potuit uideri minor, nec in diuina perſona potuit eſſe amplior? Sed iſtam quæſtionẽ
in hunc ſermonem nolo coartare, aut hinc eum facere longiorem.

De eo quod dicit: Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, uſq; ad id, clarifica/
te quam habui priuſq; mundus fieret apud te: Tractatus CV.

GLorificatum à patre filium ſecundũ formam ſerui, quam pater ſuſcitauit à mor
tuis, & ad ſuam dexteram collocauit, res ipſa indicat, & nullus ambigit Chriſtia
nus: ſed quoniam non tantum dixit: Pater clarifica filium tuum, ſed addidit
etiam: Vt filius tuus clarificet te:) merito quæriẽ quomodo patrẽ clarificaue/
rit filius, cum ſempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec auge/
ri potuerit in ſua perfectione diuina, ſed in ſeipſa claritas patris nec minui nec auge/
ri poteſt

A ri poteſt. Apud homines aũt ꝓculdubio minor erat, quãdo in Iudæa tantũmodo deus no/
tus erat: nondũ à ſolis ortu uſq; ad occaſum laudabant pueri nomen dñi. Hoc aũt quia per
euangeliũ Chriſti factum eſt, ut per filiũ pater innoteſceret gentibus, profecto patrẽ clarifi/
cauit & filius: ſi autẽ tãtummodo mortuus fuiſſet filius, nec reſurrexiſſet, proculdubio nec à
patre clarificatus eſſet, nec patrem clarificaſſet: nunc autẽ reſurrectione clarificatus à patre, re
ſurrectionis ſuæ prædicatione clarificat patrẽ. Hoc quippe aperit ordo ipſe uerborũ: Clarifi/
ca, inquit, filium tuũ, ut filius tuus clarificet te, tanq; diceret, reſuſcita me ut innoteſcas toto or
bi per me: deinde magis magisq; pandens quomodo clarificet patrẽ filius: Sicut dediſti,
inquit, ei poteſtatẽ omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis uitam æternã.) Omnẽ car/
nẽ dixit oẽm hominẽ, à parte totũ ſignificans, quẽadmodum rurſus à parte ſuperiore ſignifi
catus eſt homo totus, ubi ait Apſus: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Rom.13
Quid enim dixit omnis anima, niſi omnis homo? Et hoc aũt q; poteſtas Chriſto à patre da
ta eſt omnis carnis, ſecundũ hominẽ intelligendũ eſt: nam ſecundũ deũ omnia per ipſum fa
cta ſunt, & in ipſo cõdita ſunt omnia in cœlo & in terra, uiſibilia & inuiſibilia: ſicut ergo de/
diſti ei poteſtatẽ, inquit, omnis carnis, ita te glorificet filius tuus, id eſt, notum te faciat omni
carni quã dediſti ei: ſic enim dediſti ut omne quod dediſti ei, det eis uitã æternã. Hæc eſt
aũt, inquit, uita æterna ut cognoſcãt te ſolũ uerũ deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ.) Ordo
uerborũ eſt, ut & te quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ cognoſcant ſolum uerũ deum, conſequenter
enim & ſpũs ſanctus intelligit, quia ſpũs eſt patris & filij, tanq; charitas ſubſtantialis & cõ
ſubſtantialis amborũ, quoniã nõ duo dij pater & filius, nec tres dij pater & filius & ſpũs ſan
ctus, ſed ipſa trinitas unus ſolus uerus deus: nec idẽ tamẽ pater q; filius, nec idẽ filius q; pater,
nec idẽ ſpũs ſanctus q; pater & filius, qm tres ſunt pater & filius & ſpũs ſanctus, ſed ipſa tri/
nitas unus eſt deus: ſi ergo eo modo te glorificat filius ſicut dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis,
& ſicut dediſti, ut oĩne quod dediſti ei det eis uitam æternã, & hæc eſt uita æterna, ut cogno/
B ſcant te, ſic te igit filius glorificet, ut omnibus quos dediſti ei te cognitũ faciat. Porrò ſi cogni
tio dei eſt uita æterna, tãto magis uiuere tendimus, quãto magis in hac cognitiõe ꝓficimus.
Nõ aũt moriemur in uita æterna, tunc ergo dei cognitio pfecta erit, quãdo nulla mors erit.
Summa dei tunc clarificatio, quia ſũma gloria, quæ Græce dicit δόξα. Vnde dictũ δόξασον,
quod Latini quidã interpretati ſunt clarifica, quidã glorifica. A ueteribus aũt gloria qua glo
rioſi homines dicunt, ita eſt diffinita: Gloria eſt frequẽs de aliq; fama cũ laude. At ſi homo Gloria quid ſit
laudat, cũ famæ credit, quomodo deus laudabit qñ ipſe uidebit? Propter quod ſcriptũ eſt:
Beati q; habitãt in domo tua, in ſeca ſeculorũ laudabũt te. Ibi erit dei ſine fine laudatio, ubi Pſal.83
erit dei plena cognitio, & quia plena cognitio, ideo ſũma clarificatio uel glorificatio: ſed pri/
us hic clarificat deus, dũ annunciatus hominibus innoteſcit, & per fidẽ credentiũ prædicat.
Propter quod dicit: Ego te clarificaui ſup terrã, opus cõſummaui quod dediſti mihi ut fa
ciam.) Nõ ait, iuſſiſti, ſed dediſti, ubi cõmẽdatur euidẽs gratia: quid enim habet quod nõ ac
cepit etiã in unigenito humana natura? An nõ accepit ut nihil mali, ſed bona faceret oĩa,
qñ in unitatẽ perſonæ ſuſcepta eſt à uerbo, ꝑ quod facta ſunt oĩa? Sed quomodo cõſum
mauit opus quod accepit ut faciat, cum reſtet adhuc paſſionis experimentum, ubi martyri/
bus ſuis maxime præbuit quod ſequerẽtur exemplũ, unde apoſtolus Petrus: Chriſtus paſ 1.Pet.2
ſus eſt pro nobis relinquens nobis exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius, niſi quia cõſũmaſ/
ſe dicit, quod ſe cõſummaturũ eſſe certiſſime nouit? Sicut longe ante in prophetia præteriti
tẽporis uſus eſt uerbis, quãdo poſt annos plurimos futurũ erat quod dicebat. Foderunt, in/ Pſal.21
quit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea: nõ ait, fodient & dinu/
merabunt. Et in hoc ipſo euãgelio: Omnia, inquit, quæ audiui à patre meo nota feci uobis,
qbus ait poſtea: Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Qui eĩ
certis & immutabilibus cauſis oĩa futura prædeſtinauit, quod facturus eſt fecit: nam & ꝑ
prophetã dictũ de illo eſt, qui fecit quæ futura ſunt. Secundũ hoc etiã, quod ſequitur dicit:
Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quam habui priuſq; mundus
eſſet

esset apud te.) Nam & supra dixerat:Pater uenit hora,clarifica filiũ tuũ,ut filius tũus clarifi C
cet te.In quo uerborũ ordine ostenderat prius à patre clarificandũ filiũ,ut patrẽ clarificaret & filius:modo aũt dixit:Ego te clarificaui sup terrã,opus cõsummaui quod dediſti mihi ut faciam,& nũc clarifica me,tancp̃ prior ipse patrẽ clarificauerit,à quo deinde ut clarificetur ex poscit.Ergo intelligendũ est utroq; uerbo superius usum,secundũ id quod futurũ erat, eoq; ordine qđ futurũ erat:clarifica filiũ ut te clarificet filius:modo uero usum fuisse uerbo præteriti tẽporis de re futura ubi ait:Ego te clarificaui super terrã,opus cõsummaui quod dediſti mihi ut faciam:deinde dicendo:& nunc clarifica me tu pater apud temetipsum,quasi posterius esset clarificandus à patre,quem prius ipse clarificauerat,quid ostendit nisi superius ubi ait:Ego te clarificaui super terram,ita locutũ se fuisse tancp̃ fecisset quod facturus esset: hic autem popoſciſſe ut pater faceret,per quod illud filius facturus esset,id est,ut pater clarificaret filiũ,per quã filij clarificationẽ etiam filius clarificaturus esset patrem.Deniq; si de re quæ futura erat ponamus etiã futuri tẽporis uerbũ,ubi pro tpe futuro posuit ipse præteritũ, nulla sententiæ remanebit obscuritas,ueluti si dixisset:Ego te clarificabo super terram,opus cõsummabo quod dediſti mihi ut faciam,& nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. Nempe ita planũ est sicut illud ubi ait:Clarifica filiũ tuum,ut filius tuus clarificet te,& ipsa est omnino sententia,nisi quia & hic dictus est ciusdem clarificationis modus,ibi autem tacitus,tancp̃ illud isto exponeretur eis quos poterat permouere,quomodo pater filiũ,& maxime quomodo patrem clarificaret & filius.Dicendo enim clarificari à se patrẽ super terrã, se autem à patre apud eundem patrem,modũ profecto utriusq; clarificationis ostẽdit.Ipse quippe patrem clarificauit super terram,eum gentibus prædicando:pater uero ipsum apud semetipsum ad suam dexteram collocando:sed ideo postea de clarificãdo patre ubi ait:Ego te clarificaui,uerbũ præteriti tẽporis ponere maluit,ut monstraret in prædestinatiõe iam factum,& pro iam facto habendũ,quod certissime fuerat futurũ,id est,ut à patre apud patrẽ glorificatus,patrẽ super terram glorificaret & filius:sed hanc prædestinationẽ in sua clarifi D
catione manifestius aperuit,qua eũ clarificauit pater,in eo quod adiunxit: Claritate quã habui priusq; mũdus esset apud te.) ordo uerborũ est,quã habui apud te priusq; mũdus esset.Ad hoc ualet quod ait:& nunc clarifica me,hoc est,sicut tunc ita & nunc:sicut tunc prædestinatione,ita & nunc perfectione,fac in mundo quod apud te iam fuerat ante mũdum, fac in suo tempore quod ante omnia tẽpora statuisti.Hoc quidã sic intelligendũ putarunt, tancp̃ natura humana quæ suscepta est à uerbo,conuerteretur in uerbũ,& homo mutaret in deum,immo si diligentius quod opinati sunt cogitemus,homo periret in deo:non enim quisq; ex ista mutatione hominis uel duplicari dei uerbũ dicturus est uel augeri,ut aut duo sint quod unũ fuit,aut amplius sit quod minus fuit.Porrò si natura humana in uerbũ mutata atq; conuersa,uerbum dei quantũ erat & quod erat hoc erit,ubi est homo si non perit? Sed ad hanc opinionẽ quam ueritati prorsus nõ uideo conuenire,nihil nos urget,si filio dicente:Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priusq; mũdus esset apud te,intelligamus prædestinationẽ claritatis humanæ quæ in illo est naturæ, ex mortali immortalis apud patrem futuræ,& hoc iam prædestinando factũ fuisse anteq; mundus esset,quod in mundo etiam suo tempore fieret.Si enim de nobis dixit Apostolus:sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,cur abhorrere putatur à uero,si tũc pater caput nostrũ glorificauit,quando nos in ipso ut membra eius essemus elegit? Sic enim nos elegit quomodo ipse clarificatus,quia priusq; mundus esset,nec nos eramus,nec ipse mediator dei & hominũ homo Christus Iesus.Sed ille qui per ipsum inquantũ uerbum eius est,etiã quæ futura sunt fecit,& uocat ea quæ nõ sunt tancp̃ sint,pfecto secũdũ id q; mediator dei & hominũ homo est ante mũdi cõstitutionẽ,pro nobis deus pater glorificauit ipsum,si tũc elegit etiã nos in ipso:quid enim dicit Apſus:scimus aũt qm̃ diligẽtibus deũ omnia cooperant in bonũ,his qui secundũ ,pposituũ uocati sunt:quos enim præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij eius ut sit primogenitus in multis fratribus: quos aũt prædestinauit,illos & uocauit

A & uocauit,nisi forte ipsum prædestinatum dicere formidabimus,quia de nobis tantũ ut effi ciamur conformes imaginis eius,hoc dixisse uidetur Apostolus? Quasi uero quisq; regulã fidei fideliter intuens,filium dei negaturus est prædestinatũ,qui eũ negare hominẽ non potest.Recte quippe dicitur non prædestinatus secundum id quod est uerbum dei,deus apud deũ,ut quid enim prædestinaretur,cũ iam esset quod erat sine initio,sine termino sempiternus? Illud enim prædestinatũ erat quod nondũ erat,ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tẽpora prædestinatũ erat ut fieret.Quisquis igitur dei filiũ prædestinatũ negat,hunc eundẽ filiũ hominis negat.Sed propter cõtentiosos etiam hinc audiamus Apostolũ in suarũ exordio litterarũ:nam & in prima epistolarum eius quæ est ad Romanos,& ipsius epistolæ principiũ est,ubi legitur:Paulus seruus Iesu Christi,uocatus apostolus,segre Rom.1
gatus in euangeliũ dei,quod ante promiserat per ,pphetas suos in scripturis sanctis de filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ,qui prædestinatus est filius dei in uirtute secũdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ:secundũ hanc ergo prædestinationẽ etiã clarificatus est antecp̃ mũdus esset,ut esset claritas eius ex resurrectiõe mortuorũ apud patrẽ,ad cuius dexterã sedet.Cũ ergo uideret illius prædestinatæ suæ clarificationis uenisse iam tempus,ut & nũc fieret in redditione quod fuerat in prædestinatione iam factũ,orauit dicens:& nũc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priusq; mũdus esset apud te:tancp̃ diceret,claritatẽ quã habui apud te,id est, illã claritatẽ quam habui apud te in prædestinatiõe tua,iam tẽpus est ut apud te habeam etiã uiuens in dextera tua:sed quoniam nos diu tenuit huius discussio quæstionis,alio quæ sequuntur sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit:Manifestaui nomen tuum hominibus, usq; ad id:Et crediderunt quia tu me misisti: Tractatus CVI.

B DE his uerbis dñi,sicut ipse donauerit,sermone isto disputaturi sumus quæ ita se habent: Manifestaui nomẽ tuum hominibus quos dediſti mihi de mũdo.) Quod si de his tantũ dicit discipulis cũ quibus cœnauit,& ad quos antecp̃ orare inciperet tam multa locutus est, nõ pertinet hoc ad illã clarificationẽ,siue ut alij interpretati sunt, glorificationẽ,de qua superius loquebatur,qua filius clarificat uel glorificat patrem:quanta est enim uel qualis gloria,duodecim uel undecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait:manifestaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mũdo,omnes hic intelligi uoluit,etiam qui in eũ fuerant crediturí, ad eius magnam quæ futura erat ex omnibus gentibus ecclesiã pertinẽtibus,de qua in psalmo canitur:In ecclesia magna Psal.21
confitebor tibi,est planè ista clarificatio qua filius clarificat patrem,cum eius nomen notum facit omnibus gentibus,& tam multis generationibus hominum:& tale est hoc quod ait,manifestaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi de mũdo,quale illud quod paulo ante dixerat:Ego te clarificaui super terram,pro tempore futuro & illic & hic præteritum ponẽs,sicut qui sciret prædestinatũ esse ut id fieret,& ideo fecisse dicẽs se,quod erat sine ulla dubitatione facturus:sed de illis qui iam erant discipuli eius,nõ de omnibus qui in illũ fuerant crediturí eũ dixisse quod dixit:manifestaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi de mundo,ea quæ sequunt credibilius esse demonstrãt:cũ enim hoc dixisset,adiũxit: Tui erãt,& mihi eos dediſti,& sermonẽ tuũ seruauerũt:nũc cognouerũt,quia omnia quæ dediſti mihi abs te sunt,quia uerba quæ dediſti mihi,dedi eis,& ipsi acceperũt & cognouerũt uere quia à te exiui,& crediderũt quia tu me misisti.) Quãcp̃ & hæc oĩa de futuris omnibus fidelibus dici potuerũt specie perfecta,cũ adhuc essent futura,sed ut de his solis quos tũc habebat discipulis hæc loqui intelligatur, illud magis urget quod paulopost ait:Cum essem cũ eis,ego seruabam eos in nomine tuo,quos dediſti mihi custodiui,& nemo ex his periit nisi filius perditionis, ut scriptura adimpleatur, Iudam significans qui tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero apostolorum solus periit:deinde subiungit, nunc autem ad te uenio,unde manifestum est eum de corporali sua dixisse præsentia:cum essem cum eis ego

eis,ego ſeruabam eos,ueluti iam cum eis ea præſentia non eſſet.Eo modo enim ſignificare C
uoluit aſcenſionem ſuam mox futuram,de qua dixit:Nunc autem ad te uenio,iturus utiq;
ad dexteram patris,unde uenturus eſt ad uiuos & mortuos iudicandos præſentia itidem
corporali,ſecundum fidei regulam ſanamq; doctrinã:nam præſentia ſpiritali cum eis erat
utiq; uenturus poſt aſcenſionem ſuam,& cum tota eccleſia ſua in hoc mundo uſq; in con-
ſummatione ſeculi.Non itaq; recte intelliguntur de quibus dixerit:cum eſſem cum eis,ego
ſeruabam illos,niſi hi quos in ſe credentes ſeruare iam cœperat præſentia corporali,& quos
relicturus fuerat abſentia corporali,ut eos cum patre ſeruaret præſentia ſpiritali: poſt uero
adiungit & cæteros ſuos,ubi dicit:non pro his autem rogo tantum,ſed & pro his qui credi-
turi ſunt per uerbũ eorũ in me.Vbi manifeſtius oſtendit,q; non de omnibus ad eum perti-
nentibus ſuperius loqueretur,ab eo loco ubi ait:Manifeſtaui nomẽ tuum hominibus quos
dediſti mihi,ſed de his tantum qui eum cum illa diceret audiebant.Ab ipſo itaq; orationis
eius exordio ubi ſubleuatis oculis in cœlũ dixit,Pater,uenit hora,clarifica filium tuũ,ut,filius
tuus clarificet te,uſq; ad illud quod paulopoſt ait:Et nunc clarifica me tu pater apud temet-
ipſum claritate quam habui priuſq; mundus eſſet apud te,omẽs ſuos uolebat intelligi,qui-
bus notum faciendo patrem clarificat eum.Cũ enim dixiſſet,ut filius tuus clarificet te,mox
quemadmodum id fieret,demonſtrauit dicens:Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut
omne quod dediſti ei,det eis uitam æternam,hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolũ ue-
rum deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum.Non enim poteſt cognitione hominum clarifi
cari pater, niſi & ille cognoſcatur per quem glorificatur, id eſt, per quem populus innote-
ſcit.Hæc eſt glorificatio patris quæ nõ circa ſolos illos apoſtolos facta eſt,ſed circa omnes
homines fit,quibus in ſuis membris caput eſt Chriſtus:neq; enim de ſolis apoſtolis poteſt
intelligi:Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut omne quod dediſti ei det eis uitã æter-
nam, ſed utiq; de omnibus quibus in eum credentibus uita æterna datur.Iam nunc ergo ui
deamus quid de illis à quibus tunc audiebatur,diſcipulis ſuis dicat:Manifeſtaui,inquit,no- D
men tuum hominibus quos dediſti mihi.Non ergo nouerant dei nomẽ cum eſſent Iudæi?
Pſal. 75 Et ubi eſt quod legitur,notus in Iudæa deus,in Iſraël magnum nomen eius?Ergo manife-
ſtaui nomen tuum hominibus iſtis quos dediſti mihi de mundo,qui me audiunt hoc dicẽ-
tem,non illud nomen tuum quo uocaris deus,ſed illud quo uocaris pater meus, quod no-
men manifeſtari ſine ipſius filij manifeſtatione non poſſet:nam quòd deus dicitur,uniuerſæ
creaturæ & omnibus gentibus anteq; in Chriſtum crederent,non omni modo eſſe potuit
hoc nomen ignotum.Hæc eſt enim uis ueræ diuinitatis, ut creaturæ rationali iam ratione
utenti,non omnino ac penitus poſſit abſcondi.Exceptis enim paucis in quibus natura ni-
mium deprauata eſt,uniuerſum genus humanum deum mundi huius fatetur autorem.In
hoc ergo q; fecit hunc mundum cœlo terraq; conſpicuũ,& anteq; imbuerentur in fide Chri
ſti,notus omnibus gentibus deus.In hoc autem q; non eſt in iniurijs ſuis, & cum dijs falſis
colendus,notus in Iudæa deus:in hoc uero q; pater eſt huius Chriſti per quem tollit pecca-
ta mundi,hoc nomen eius prius occultum omnibus,nunc manifeſtauit eis quos dedit ei pa-
ter ipſe de mundo:ſed quomodo manifeſtauit ſi nondum uenit hora,de qua ſuperius dixe-
rat,quòd ueniret hora cum iam non in prouerbijs,inquit,loquar uobis,ſed palàm de patre
meo annunciabo uobis? An uero annunciatio manifeſta putabitur in prouerbijs? Cur er-
go dictũ eſt,palàm annunciabo uobis,niſi quia in prouerbijs non eſt palàm.Quod aũt nõ
in prouerbijs occultatur,ſed uerbis manifeſtatur,proculdubio palàm dicitur:quomodo er-
go manifeſtauit quod nondum palàm dixit.Proinde ſic intelligendum eſt,pro tempore fu
Ioan.15 turo præteritum poſitum,quemadmodum illud:Omnia quæ audiui à patre meo nota feci
uobis:quod nondum fecerat,ſed loquebatur quaſi feciſſet, quod immobiliter eſſe præfixũ
ſciebat ut faceret:quid eſt autem: Quos dediſti mihi de mundo.) Dictũ eſt enim de illis,
quòd non eſſent de mundo,ſed hoc illis regeneratio præſtitit,non generatio:quid eſt etiam
quod ſequitur: Tui erant,& mihi eos dediſti?) An aliquando erant patris, quando non
erant

A erant unigeniti filij eius, & habuit aliquando pater aliquid ſine filio? Abſit. Veruntamen
habuit aliquid aliquando deus filius, quod nondum habuit idem ipſe homo filius, quia
nondũ erat homo factus ex matre,quando tamen habebat uniuerſa cũ patre.Quapropter
quod dixit,tui erant,non inde ſe ſeparauit deus filius, ſine quo nihil unq; pater habuit,ſed
ſolet ei tribuere omne quod poteſt,à quo eſt ipſe qui poteſt:à quo enim habet ut ſit,ab illo
habet ut poſſit,& ſimul utrunq; ſemper habuit,quia nunq; fuit,& nõ potuit:quocirca quic-
quid potuit pater, ſemper cum illo filius potuit, quoniam ille qui nunq; fuit & non potuit,
nunquam ſine patre fuit,nunquam ſine illo pater fuit, ac per hoc ſicut pater æternus omni-
potens, ita filius coæternus omnipotens, id enim potius uerbum è uerbo interpretamur,ſi
proprie uolumus dicere,quod à græcis dicitur παντοκράτως quod noſtri non ſic interpretan-
tur,ut omnipotens dicerent,cũ ſit παντοκράτως omnitenens,niſi tantundem ualere ſentirent.
Quid ergo unquã habere potuit æternus omnitenens,quod non ſimul habuerit coæternus
omnitenens? quod utiq; ait, Et mihi eos dediſti,hominem ſe accepiſſe hanc poteſtatem ut
eos haberet oſtẽdit,quoniã qui ſemper omnipotens fuit,nõ ſemper homo fuit.Quãobrem
cum patri potius tribuiſſe uideatur, ut ab eo illos acceperit, quoniã ex ipſo eſt quicquid eſt
de quo eſt,etiã ipſe ſibi eos dedit,hoc eſt,cũ patre deus Chriſtus homini Chriſto,quod cum
patre nõ eſt,homines dedit:deniq; qui hoc loco dicit, Tui erãt,& mihi eos dediſti,iã ſupius
eiſdẽ diſcipulis dixerat,Ego uos de mũdo elegi:conteratur hic cogitatio carnalis atq; diſpe- *Ioan.15*
rerat:de mundo ſibi à patre dicit filios datos homines, quibus alio loco dicit, ego uos elegi
de mũdo.Quos deus filius de mũdo elegit cũ patre,idẽ ipſe homo filius de mũdo eos acce-
pit à patre:nõ enim pater illos filio dediſſet,niſi elegiſſet:ac per hoc filius ſicut non inde ſepa
rauit patrẽ,quãdo dixit,ego uos de mũdo elegi,quoniã ſimul eos elegit & pater:ſic nõ inde
ſeparauit & ſe,qñ dixit,tui erãt,quia & ipſius filij pariter erãt:nũc autẽ homo idẽ ipſe filius
accepit eos qui non erant ipſius,quia & formã ſerui accepit deus idẽ quæ non erat ipſius,ſe-
B quitur ac dicit, Et ſermonẽ tuum ſeruauerunt,nunc cognouerunt quia omnia quæ dediſti
mihi abs te ſunt.) id eſt,cognouerunt quia abs te ſunt:ſimul enim pater dedit omnia,cũ ge-
nuit qui haberet omnia. Quia uerba,inquit,quæ dediſti mihi dedi eis,& ipſi acceperunt,)
id eſt,intellexerunt atq; tenuerunt: tunc enim uerbum accipitur, quando mente percipitur.
Et cognouerũt,inquit,uere quia à te exiui,& crediderunt quia tu me miſiſti:) & hic ſubau-
diendum eſt, uere: q; enim dixit, cognouerunt uere, exponere uoluit adiungendo, & cre-
diderunt:hoc itaq; crediderunt uere,quod cognouerunt uere,id eſt enim à te exiui,quod eſt
tu me miſiſti.Cum ergo dixiſſet,cognouerunt uere, ne quiſquam putaret iſtã cognitionem
tanq; per ſpeciem factam non per fidem,exponendo addidit,& crediderũt,ut ſubaudiamus
uere, & intelligamus hoc dictum eſſe, cognouerunt uere,quod eſt crediderunt uere, non eo
modo quem ſignificauit paulo ante,cum dixit,modo creditis. Venit hora & iam uenit,ut di
ſpergamini unuſquiſq; in propria,& me ſolum relinquatis.Sed crediderunt uere,id eſt quo-
modo credendũ eſt, inconcuſſe,firme,ſtabiliter,fortiter,non iam in propria redituri,& Chri
ſtum relicturi.Adhuc ergo diſcipuli non erant tales quales eos dicit uerbis præteriti tempo-
ris,quaſi iam non eſſent,prænuncians quales futuri eſſent,accepto ſcilicet ſpirituſancto, qui
eos ſicut promiſſum eſt,doceret omnia,quem priuſquam acciperent quomodo ſeruauerunt
eius ſermonem,quod de illis quaſi fecerint dixit,quando primus eorum ter eum negauit, cũ
ex ore eius audiſſet quid futurũ eſſet homini qui eũ coram hominibus negauiſſet? Dedit
ergo eis uerba ſicut dixit,quæ dedit ei pater:ſed quando illa nõ foris in auribus,ſed intus in
cordibus ſpiritaliter acceperũt,tunc uere acceperunt, quia tunc uere cognouerũt,uere autem
cognouerunt,quia uere crediderunt:ipſi aut ẽ filio quomodo pater ea uerba dederit, quibus
uerbis homo poterit explicare? Facilior ſanè quæſtio uidetur, ſi ſecundum id q; filius eſt ho
minis,accepiſſe à patre illa uerba credatur, quanq; natus ex uirgine quãdo & quomodo ea
didicerit,quis enarrabit,quando etiã ipſam quæ de uirgine facta eſt, generationẽ eius quis
enarrabit? Si uero ſecundum id q; eſt de patre genitus patriq; coæternus, accepiſſe à patre

G iſta

iſta uerba cogitatur, nihil ibi temporis cogitetur, quaſi prius fuerit qui ea nõ habuerit, atq; C
ut haberet, quæ nõ habebat acceperit, quoniã quicquid deus pater deo filio dedit, gignẽdo
dedit, ita enim dedit filio pater, ſine quibus filius eſſe non poſſet, ſicut ei dedit ut eſſet: nam
quomodo aliter uerbo uerba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam quæ
ſequuntur, alio ſunt expectanda ſermone.

De eo quod dicit, Ego pro eis rogo, nõ pro mũdo rogo: uſq; ad id, Et hæc loquor
in mundo ut habeant gaudium meũ impletũ in ſemetipſis. Tractatus CVII.

CVM de his quos iam diſcipulos habebat dominus loqueretur ad patrẽ, inter
alia etiã dixit hoc, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro his quos
dediſti mihi.) Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt ſecundũ concupiſcen-
tiam mũdi, & nõ ſunt in ea ſorte gratiæ ut ab illo eligãtur ex mundo: nõ itaq;
pro mũdo, ſed pro his quos ei pater dedit, rogare ſe dicit. Per hoc enim q̃ eos illi pater iam
dedit, factum eſt ut non pertineant ad eum mundum pro quo nõ rogat: deinde ſubiungit,
Quia tui ſunt.) Neq; enim quia pater eos filio dedit, amiſit ipſe quos dedit, cum adhuc fi
lius ſequatur & dicat, Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt.) Vbi ſatis apparet quomo
do unigeniti filij ſint omnia quæ ſunt patris, per hoc utiq; q̃ etiam ipſe deus eſt, & de patre
Luc.15 patri eſt natus æqualis, nõ quomodo dictũ eſt uni ex duobus filijs, maiori ſcilicet, Tu ſemp
mecum es, & omnia mea tua ſunt. Illud enim dictũ eſt de his omnibus creaturis, quæ infra
creaturam rationalem ſunt, quæ utiq; ſubduntur eccleſiæ, in qua uniuerſa eccleſia & illi duo
intelligũtur filij maior & minor, cũ omnibus angelis ſanctis, q̃bus erimus æquales in regno
Chriſti & dei: hoc autẽ ita dictum eſt, Et mea omnia tua ſunt, & tua mea, ut hic ſit etiã ipſa
creatura rationalis, quæ nõ niſi deo ſubditur, ut ei quæ infra illã ſunt cuncta ſubdãtur. Hæc
ergo cũ ſit dei patris, nõ ſimul eſſet & filij, niſi patri eſſet æqualis: de ipſa quippe aiebat, cum
diceret, Non pro mũdo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi quia tui ſunt, & mea omnia tua
ſunt, & tua mea: nec fas eſt ut ſancti de quibus hæc locutus eſt cuiuſq; ſint, niſi eius à quo D
creati & ſanctificati ſunt: ac per hoc & omnia quæ ipſorũ ſunt, neceſſe eſt ut eius ſint cuius
& ipſi ſunt: ergo cũ & patris & filij ſint, æquales eos eſſe demõſtrat quorum æqualiter ſunt:
illud autẽ quod ait cũ de ſpiritu ſancto loqueretur, Omnia quæ habet pater mea ſunt, pro-
pterea dixi, quia de meo accipiet & annũciabit uobis, de his dixit quæ ad ipſam patris perti
nent diuinitatẽ, in quibus illi eſt æqualis, omnia quæ habet habendo: neq; enim ſpiritus ſan
ctus de creatura quæ patri eſt ſubdita & filio, fuerat accepturus quod ait, de meo accipiet,
ſed utiq; de patre de quo procedit ſpiritus, de quo eſt natus & filius. Et clarificatus ſum,
inquit, in eis.) Nunc ſuã clarificationẽ tanq̃ facta ſit dicit, cũ adhuc eſſet futura, ſuperius aũt
à patre poſcebat ut fieret. Sed utrũ ipſa ſit clarificatio, de qua dixerat, & nunc clarifica me tu
pater apud temetipſum claritate quã habui priuſq̃ mundus eſſet apud te, utiq; requirendũ
eſt: ſi enim apud te, quomodo in eis? An cũ hoc ipſum innoteſcit eis, ac per ipſos omnibus
qui credunt eis teſtibus ſuis? Poſſumus planè intelligere ſic dixiſſe dominũ de apoſtolis q̃
clarificatus ſit in eis: dicẽdo enim eſſe iam factũ, oſtendit iã fuiſſe prædeſtinatum, & certũ ha
beri uoluit quod eſſet futurum. Et iam, inquit, nõ ſum in mũdo, & hi in mũdo ſunt.) Si ho
ram prorſus illã qua loquebatur attẽdas, utriq; adhuc in mundo erãt, & ipſe ſcilicet, & illi de
quibus hæc dicebat: non enim ſecundũ profectũ cordis & uitæ id accipere poſſumus uel de-
bemus, ut illi propterea adhuc eſſe dicãtur in hoc mũdo q̃ mũdana adhuc ſapiãt, ille autem
iam nõ eſſe in mundo ſapiẽdo diuina. Poſitũ eſt hic enim uerbũ unum, quod nos ita intelli
gere omnino nõ ſinat, quia non ait, & nõ ſum in mundo, ſed iam nõ ſum in mũdo, per hoc
oſtendens fuiſſe ſe in mundo, iam nõ eſſe. Nunquid ergo fas eſt ut eũ credamus aliquando
mũdana ſapuiſſe, & ab hoc errore liberatũ iam illa nõ ſapere? Quis tã impio ſenſu ſe indue
rit? Reſtat igitur ut ſecundũ id quod ipſe etiã in mũdo prius erat, in mũdo ſe dixerit iã non
eſſe, profecto præſentia corporali mũdo ſcilicet abſentiam ſuã iam cito futurã, illorũ autem
tardius, per hoc oſtendẽs, q̃ ſe iã nõ hic eſſe, illos aũt hic eſſe dixit, cũ & ipſe hic & illi adhuc
eſſent.

A eſſent. Sic enim locutus eſt homo cõgruens hominibus, ut mos loquẽdi ſeſe habet & huma
nus uſus. An nõ quotidie dicimus, iã nõ eſt, de aliquo quantocius abituro? Et maxime hoc
de morituris ſolet dici, quanq̃ & ipſe dñs tanq̃ præuidẽs, quid lecturos mouere poſſet, ad-
iecit, Et ego ad te uenio:) ſic exponens quodãmodo cur dixerit, iam nõ ſum in mũdo: com
mẽdat ergo eos patri, quos corporali abſentia relicturus eſt, dicens, Pater ſancte, ſerua eos
in nomine tuo quos dediſti mihi.) nẽpe ſicut homo deũ rogat pro diſcipulis ſuis quos ãcce
pit à deo: ſed attẽde quod ſequitur, Vt ſint, inquit, unũ ſicut & nos.) nõ ait, ut nobiſcũ ſint
unum, aut ut ſimus unũ ipſi & nos, ſicut unũ ſumus nos, ſed ait, ut ſint unũ ſicut & nos: ipſi
utiq; in natura ſua ſint unũ, ſicut & nos in noſtra unũ ſumus: quod proculdubio uerũ nõ di
ceret, niſi ſecundũ hoc diceret, q̃ eiuſdẽ naturæ deus eſt cuius & pater, ſecundũ q̃ alibi dixit,
ego & pater unũ ſumus, nõ ſecundũ id q̃ etiã homo eſt, nã ſecundũ hoc, pater maior me eſt
dixit. Sed qm̃ una eademq̃ perſona eſt deus & homo, intelligimus hominẽ in eo quod ro-
gat: intelligimus autẽ deum in eo q̃ unũ ſunt, & ipſe & ille quẽ rogat: ſed eſt adhuc in conſe-
quẽtibus locus, ubi de hac re diligẽtius diſputãdum eſt, hic autẽ ſequitur, Cũ eſſem cũ eis,
ego ſeruabã eos in nomine tuo.) Me, inqt, ueniẽte ad te, ſerua eos in nomine tuo, in quo eos
quando cũ eis eram, & ipſe ſeruabã. In nomine patris ſeruabat diſcipulos ſuos filius homo,
cum eis humana præſentia conſtitutus, ſed etiã pater in nomine filij ſeruat, quos in nomine
filij petẽtes exaudiebat: his quippe idẽ filius dixerat, Amen amen dico uobis, ſi quid petie- Ioan.15
ritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere, uelut ui
ciſſim nos ſeruẽt pater & filius, amborũ in nobis cuſtodiẽdis alternãte cuſtodia, quaſi ſucce-
dat alius quãdo diſceſſerit alius: ſimul enim nos cuſtodiũt pater & filius & ſpiritus ſanctus,
qui eſt unus uerus beatus deus. Sed ſcriptura nos nõ leuat niſi deſcẽdat ad nos, ſicut uerbũ
caro factũ deſcendit ut leuaret, nõ cecidit ut iaceret. Si deſcendentẽ cognouimus, cũ leuante
ſurgamus, & intelligamus cum ita loquitur, perſonas eum diſtinguere, nõ ſeparare naturas.
B Quando ergo ſeruabat diſcipulos ſuos filius præſentia corporali, non expectabat pater ad
cuſtodiendũ ſuccedere filio diſcedẽte, ſed eos ambo ſeruabãt potẽtia ſpiritali: & quando ab
eis abſtulit filius præſentiã corporalẽ, tenuit cũ patre cuſtodiã ſpiritalẽ, quia & cuſtodiẽdos
quando filius homo accepit, cuſtodiæ paternæ nõ eos abſtulit, & cũ pater filio cuſtodiẽdos
dedit, nõ dedit ſine ipſo cui dedit, ſed dedit homini filio, nõ ſine deo eodem ipſo utiq; filio:
ſequitur ergo filius & dicit, Quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo ex his perijt niſi filius
perditionis, ut ſcriptura impleatur.) Filius perditionis dictus eſt traditor Chriſti perditioni
prædeſtinatus, ſecundũ ſcripturã quæ de illo in pſalmo cẽteſimooctauo maxime ꝓphetat.
Nunc autẽ, inquit, ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudiũ meum imple-
tum in ſemetipſis.) Ecce in mũdo ſe loqui dicit, qui pauloante dixerat, iam nõ ſum in mũdo;
quod cur dixerit ibi expoſuimus, imò ipſum id expoſuiſſe docuimus: ergo & quia nondum
abierat, hic adhuc erat, & quia mox fuerat abiturus, hic quodammõ iã nõ erat. Quod ſit aũt
hoc gaudiũ de quo ait, ut habeãt gaudiũ meũ impletũ in ſemetipſis, iã ſuperius expreſſum
eſt, ubi ait, ut ſint unũ ſicut & nos: hoc gaudium ſuũ, id eſt, à ſe in eos collatũ, in eis dicit im-
plendum, propter quod locutum ſe dixit in mundo. Hæc eſt pax illa & beatitudo in futurõ
ſeculo, propter quã conſequendã temperanter & iuſte & pie uiuendũ eſt in hoc ſeculo.

De eo quod dicit, Ego dedi eis ſermonẽ tuum, & mundus eos odio habuit, uſq;
ad id, Vt ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. Tractatus CVIII.

LOQVENS adhuc dominus ad patrem, & orãs pro diſcipulis ſuis, dicit, Ego
dedi eis ſermonẽ tuum, & mũdus eos odio habuit.) Nondũ id experti fuerant
paſſionibus ſuis quæ illos poſtea ſunt ſecutæ: ſed more ſuo dicit iſtã, uerbis
præteriti tẽporis futura prænũcians: deinde cauſam ſubiũgiẽs, cur eos oderit mũ-
dus: Quia nõ ſunt, inquit, de mũdo, ſicut & ego nõ ſum de mundo.) Hoc eis regeneratione
collatũ eſt, nã generatione dẽ mũdo erant, propter quod iam eis dixerat, Ego uos de mũdo
elegi. Donatũ eſt ergo eis, ut ſicut ipſe, nec ipſi eſſent de mũdo, eos ipſo liberante de mũdo.

Ipſe autē de mūdo nunc̄ꝫ fuit,quia etiā ſecundū formā ſerui de ſpiritu ſancto ipſe natus eſt, C
de quo illi renati:nam ſi propterea illi iam nō de mundo,quia renati ſunt de ſpiritu ſancto,
propterea ille nunc̄ꝫ de mūdo, quia natus eſt de ſpiritu ſancto. Nō rogo,inquit,ut tollas
eos de mūdo,ſed ut ſerues eos à malo.) Adhuc enim neceſſariū habebant,quamuis iā non
eſſent de mundo,eſſe tamen in mundo:repetit eandē ſententiam, De mundo,inquit,non
ſunt,ſicut & ego non ſum de mundo,ſanctifica eos in ueritate.) Sic enim ſeruātur ex malo,
quod ſuperius orauit ut fieret.Quæri autē poteſt quomodo de mundo iam nō erant,ſi ſan
ctificati in ueritate nōdum erant? aut ſi iam erant, cur poſcat ut ſint? An quia & in ueritate
ſanctificati,in eadē proficiūt ſanctitate, fiunt̄ꝫ ſanctiores? Nec̄ꝫ hoc ſine adiutorio gratiæ
dei,ſed illo eorum ſanctificante profectum, qui ſanctificauit inceptum:unde & Apoſtolus
Philip.1 dicit,Qui in uobis opus bonum cœpit, perficiet uſq̄ in diē Chriſti Ieſu. Sanctificātur itaq̄
in ueritate hæredes teſtamenti noui, cuius ueritatis umbræ fuerunt ſanctificationes ueteris
teſtamenti,& cū ſanctificātur in ueritate, utiq̄ ſanctificantur in Chriſto,qui ueraciter dixit,
Ioan.14 Ego ſum uia, ueritas, & uita : item quando ait,Veritas liberabit uos:paulopoſt exponens
Ioan.8 quid dixerit,Si uos,inquit,filius liberauerit, tunc uere liberi eritis,ut oſtenderet hoc ſe prius
dixiſſe ueritatem quod poſtmodū filium : quid ergo aliud ex hoc loco dixit,Sanctifica eos
in ueritate,niſi ſanctifica eos in me? Denic̄ꝫ ſequitur, & hoc apertius inſinuare non deſinit,
Sermo,inquit,tuus ueritas eſt.) Quid aliud dixit,c̄ꝫ ego ueritas ſum,Græcū quippe euan
gelium λόγος habet, quod etiā ibi legitur,ubi dictum eſt, In principio erat uerbum,& uer
bum erat apud deum, & deus erat uerbum.Et utiq̄ uerbum ipſum nouimus unigenitū dei
filium,quod caro factū eſt, & habitauit in nobis : unde & hic poni potuit, & in quibuſdam
codicibus poſitum eſt,Verbum tuū ueritas eſt:ſicut in quibuſdā codicibus etiā ibi ſcriptum
eſt,In principio erat ſermo:in Græco aūt ſine ulla uarietate & ibi & hic λόγος eſt.Sāctificat
itaq̄ pater in ueritate,id eſt,in uerbo ſuo,in unigenito ſuo ſuos hæredes ciuſc̄ꝫ cohæredes:
ſed nunc adhuc de apoſtolis loquitur, nam ſecutus adiungit, Sicut me miſiſti in mūdum, D
& ego miſi eos in mundum.) Quos miſit niſi apoſtolos ſuos? Nam & ipſum nomen apo
ſtolorum, quoniā Græcum eſt, nihil niſi miſſos ſignificat in latino. Miſit ergo deus filium
ſuum nō in carne peccati,ſed in ſimilitudinem carnis peccati:& miſit filius eius eos quos na
tos in carne peccati, ſanctificauit à lege peccati:ſed quoniā per hoc ꝙ mediator dei & homi
num homo Chriſtus Ieſus factus eſt caput eccleſiæ,illi membra ſunt eius:ideo ait quod ſe
quitur, Et pro eis ego ſanctifico meipſum.) Quid eſt enim, & pro eis ego ſanctifico me
ipſum,niſi eos in meipſo ſanctifico,cum & ipſi ſint ego? Quoniā de quibus hoc ait, ut dixi,
membra ſunt eius, & unus eſt Chriſtus caput & corpus:docente Apoſtolo atq̄ dicente de
Gal.3 ſemine Abraæ,Si autem uos Chriſti, ergo ſemen Abraæ eſtis.Cum dixiſſet ſuperius,non
dicit in ſeminibus tanc̄ꝫ in multis,ſed tanc̄ in uno,& ſemini tuo quod eſt Chriſtus.Si ergo
ſemen Abraæ,hoc eſt Chriſtus,quid aliud dictū eſt quibus dictum eſt,ergo ſemen Abraæ
Col.1 eſtis,niſi ergo Chriſti eſtis? Inde eſt quod alio loco idē ipſe Apoſtolus ait,Nunc gaudeo in
paſſionibus pro uobis,& adimplebo ea quæ deſunt preſſurarum Chriſti in carne mea:non
dixit,preſſurarum mearum,ſed Chriſti,quia membrum erat Chriſti, & in perſecutionibus
ſuis quales Chriſtū in ſuo toto corpore pati oportebat, etiā ipſe preſſuras eius pro ſua por
tione adimplebat:quod ut etiam hoc loco certum ſit,attende ſequentia:cum enim dixiſſet,
& pro eis ego ſanctifico meipſum,ut intelligeremus hoc eū dixiſſe,ꝙ eos ſanctificaret in ſe:
ipſe mox addidit, Vt ſint & ipſi ſanctificati in ueritate.)Quod quid eſt aliud,c̄ꝫ in me ſe
cundū id ꝙ ueritas eſt uerbum illud in principio deus,in quo & ipſe filius hominis ſanctifi
catus eſt ab initio creationis ſuæ,quādo uerbū factum eſt caro, quia una perſona facta eſt
uerbū & homo:tūc ergo ſanctificauit in ſe,hoc eſt,ſe hominem in ſe uerbo:ſed quia unus eſt
Chriſtus uerbum & homo ſanctificans hominem in uerbo, propter ſua uero membra,&
pro eis,inquit ego,id eſt, ꝙ proſit etiam ipſis, quia & ipſi ſunt ego,ſicut profuit mihi in me,
quia homo ſum ſine ipſis,& ego ſanctifico meipſum, hoc eſt,ipſos in me, tanc̄ꝫ meipſum
ſanctifico

A ſanctifico ego,quoniā in me etiā ipſi ſunt ego,ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate.Quid eſt
& ipſi,niſi quēadmodū ego in ueritate,quod ipſe ſum ego? Deinde iā nō ſolū de apoſtolis,
ſed etiā de ſuis cæteris mēbris incipit dicere,quod donāte ipſo alio ſermone tractādum eſt.

De eo quod dicit, Non pro his autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri
ſunt per uerbum eorum in me. Tractatus CIX.

DOMINVS Ieſus iam ſua propinquāte paſſione,cū oraſſet pro diſcipulis ſuis,
quos & apoſtolos nominauit, cum quibus cœnauerat ultimā cœnam, de qua
traditor eius per buccellam manifeſtatus exierat, & cū quibus poſt eius egreſ
ſum anteq̄ pro eis oraret,multa iam fuerat locutus, adiungit & cæteros qui in
eum fuerāt credituri,& ait ad patrem, Non pro his autē rogo tantū,) id eſt,pro diſcipulis
qui cum illo tunc erant, ſed & pro eis,inquit,qui crediturī ſunt per uerbum eorum in me.)
ubi omnes ſuos intelligi uoluit , non ſolum qui tunc erant in carne,ſed etiā qui futuri erant.
Quotquot enim poſtea crediderunt in eum, per uerbum apoſtolorum ſine dubio credide
runt,& donec ueniat crediturī ſunt:ipſis enim dixerat, Et uos teſtimoniū perhibebitis,quia Ioan.15
ab initio mecum eſtis:& per eos euāgelium manifeſtatum eſt & anteq̄ ſcriberetur : & utiq̄
quiſquis in Chriſtum credit,euangelio credit. Non itaq̄ hīj tantum intelligendi ſunt quos
ait in ſe crediturōs per uerbum eorum,qui ipſos cum in carne uiuerent apoſtolos audierūt,
ſed & poſt obitum eorum & nos longe poſt nati,per uerbum eorū credimus in Chriſtum,
quoniā ipſi qui cum illo tunc fuerunt,quod ab illo audierunt,cæteris prædicauerunt,atq̄ ita
per uerbum eorum ut etiā nos crederemus, ad nos uſq̄ peruenit, ubicunq̄ eſt eius eccleſia,
& peruēturum eſt ad poſteros quicunq̄ ubicunq̄ poſtea in eum crediturī ſunt.Poteſt itaq̄
uideri Ieſus in hac oratione nō oraſſe pro quibuſdā ſuis, niſi diligenter ſcrutemur in eadem
oratione uerba eius.Si enim pro eis prius orauit,ſicut iam oſtendimus,qui cū illo tunc erāt,
poſtea uero etiam pro eis qui per uerbum eorum in illum fuerant crediturī,poteſt dici non
B oraſſe pro illis qui neq̄ tunc erant cum illo quando iſta dicebat, neq̄ per uerbum eorum
poſtea,ſed in eū ſiue per ipſos,ſiue quomodolibet,tñ ante crediderant.Nūquid enim cū illo
tunc erat Nathanaël? Nunquid Ioſeph ille ab Arimathia, qui corpus eius à Pilato petijt,
quem iam diſcipulū eius fuiſſe iſte ipſe Ioannes euāgeliſta teſtatur? Nūquid Maria mater
eius & aliæ fœminæ, quas eius diſcipulas in euāgelio iam tunc fuiſſe didicimus? Nunquid
cum illo tunc erant de quibus ſæpe dicit idē Ioannes euangeliſta,multi crediderūt in eum?
Nam unde erat multitudo illa eorum qui cum ramis partim præcedebāt,partim ſequeban
tur inſidentem iumento,dicentes,Benedictus qui uenit in nomine domini:& cum eis pueri,
de quibus ipſe ait fuiſſe prædictum, Ex ore infantiū & lactētium perfeciſti laudem? Vnde Pſal.8
quingenti fratres quibus ſimul poſt reſurrectionem nō apparuiſſet,niſi in eū ante crediſſent? Vnde illi centū & nouem,qui cū iſtis undecim centum & uiginti erant, quando ſimul
congregati poſt eius aſcenſum expectauerunt & acceperunt promiſſum ſpiritum ſanctum?
Vnde erāt iſti omnes,niſi ex illis de quibus dictū eſt,multi crediderunt in eum? Non ergo
pro eis tunc ſaluator orauit, quoniā pro eis orauit qui cum illo tūc erant, & pro aliīs qui per
uerbum eorum in eum nō iam crediderant, ſed fuerant crediturī. Iſti autē nec cum illo tunc
erant,& in eum iā ante crediderant. Omitto dicere de Symeone ſene,qui in infantulum cre
didit,de Anna prophetiſſa, de Zacharia & Eliſabeth, qui eum prophetauerunt anteq̄ de
uirgine naſceretur, de filio eorum Ioanne præcurſore eius,amico ſpōſi,qui eum & in ſpiritu
ſancto agnouit, & abſentem prædicauit, & aliīs agnoſcendum cum præſens eſſet oſtendit:
Hos omitto, quoniam reſponderi poteſt orandum pro talibus mortuis nō fuiſſe,qui cum
magnis ſuis meritis hinc abierant, & recepti quieſcebant:hoc enim & de antiquis iuſtis ſimi
liter reſpōdetur. Quis enim eorum à damnatione totius maſſæ perditionis, quæ per unum
hominem facta eſt , ſaluus eſſe potuiſſet, niſi in unū mediatorem dei & hominum in carne
uenturum reuelante ſpiritu ſancto credidiſſet? Sed nunquid ei pro apoſtolis orādum fuit,
& pro tam multis qui in hac uita adhuc erāt,nec cum illo tūc erant,& ante iam crediderant,

orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur, q; nondum in eum sic credi C
derant quomodo in se ipse credi uolebat, quandoquidem & ipse Petrus, cui confitenti & di
Matth.16 centi, Tu es Christus filius dei uiui, tam magnum testimoniũ perhibuerat: magis eum mo
ri nolebat, q̃ mortuum resurrecturũ esse credebat, unde mox ab eo appellatus est satanas.
Fideliores itaq; reperiuntur qui defuncti iam fuerant, & resurrecturum Christum reuelante
spiritu non utiq; dubitabant, q̃ illi qui cum credidissent ipsum redẽpturum Israël, uisa eius
morte spem totam quam de illo habuerant perdiderunt. Nihil itaq; melius credimus, q̃
post eius resurrectionem impertito spiritusancto edoctis & confirmatis apostolis, eisq; in
ecclesia primitus doctoribus constitutis, per eorum uerbum sic alios credidisse quemadmo
dum in Christum credi oportebat, id est, ut fidem resurrectionis eius tenerent, ac per hoc &
illos omnes qui iam in eum credidisse uidebãtur, ad eorũ numerum pertinuisse pro quibus
orabat, dicens, Non pro his autẽ rogo tantum, sed & pro eis qui crediturí sunt per uerbum
eorum in me. Sed restat nobis ad istam quæstionem adhuc soluendam beatus apostolus
Paulus, & latro ille crudelis in scelere, fidelis in cruce. Paulus quippe apostolus nõ ab homi
nibus neq; per hominem, sed per Iesum Christum se dicit factũ apostolum, & de ipso suo
Gal.3 euangelio loquens ait, Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelatio
nem Iesu Christi: quomodo igitur erat in eis de quibus dictũ est, crediturí sunt per uerbum
eorum in me? Latro uero ille tunc credidit, quãdo in ipsis doctoribus fides quæ fuerat qua
liscunq; defecit: nec ipse itaq; per eorum uerbũ credidit in Christum Iesum, sed tamen sic cre
didit, ut quem uiderat crucifixum, confiteretur nõ solum resurrecturum, ucrumetiã regnatu
rum dicendo, Memẽto mei cũ ueneris in regnum tuum. Proinde relinquitur, ut si dominus
Iesus hac oratione pro suis omnibus quicunq; in hac uita, quæ tentatio est super terram, uel
tunc erant uel futuri erãt, orasse credẽdus est: sic intelligamus quod dictum est, per uerbum
eorum, ut ipsum uerbum eorũ, uerbũ fidei quod prædicauerunt in mũdo hoc, significatum
esse credamus. Dictum autẽ esse uerbum eorum, quoniã ab ipsis est primitus ac præcipue D
prædicatum: iam enim ab ipsis prædicabatur in terra, quãdo per reuelationem Iesu Christi
ipsum uerbum eorũ Paulus accepit: unde & cõtulit cũ eis euangeliũ, ne forte inuacuũ cucur
risset aut curreret, & dextras ei dederũt, quia & in illo, quamuis nõ per eos illi datum, tamen
uerbum suũ quod iam prædicabãt, & in quo fundati fuerãt, inuenerũt. De quo uerbo resur
1.Cor.15 rectionis Christi idem dicit Apostolus, Siue ego siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis:
Rom.10 & iterũ, Hoc est, inquit, uerbũ fidei quod prædicamus, quia si cõfessus fueris in ore tuo, quia
dñs est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris: & in
actibus apostolorum hoc legitur, q; in Christo deus definierit fidẽ omnibus, suscitans eum
à mortuis. Hoc uerbũ fidei quia principaliter ac primitus per apostolos qui ei cohæserant
prædicatum est, ideo uerbum eorum dictũ est: neq; enim propterea non est uerbũ dei, quia
dictum est uerbũ eorum, cũ dicat idẽ Apostolus Thessalonicẽses excepisse à se, nõ ut uerbũ
hominum, sed sicut est, inquit, uere uerbũ dei: ideo ergo dei, quia deus id donauit: eorũ uero
uerbũ dictum est, quia hoc prædicandũ illis deus primitus ac præcipue cõmendauit, ac per
hoc etiam ille latro in sua fide uerbum eorum habebat, quod eorum propterea dictũ erat,
quoniã prædicandũ ad eorum officiũ primitus ac præcipue pertinebat. Deniq; cũ murmur
factũ esset de ministerio mensarũ à uiduis Græcorũ, anteq̃ Paulus credidisset in Christũ,
Act.6 responderunt apostoli qui dño ante cohæserant, Non est bonũ nos relinquere uerbũ dei,
& ministrare mensis. Tunc ordinandos diaconos prouiderũt, ne ipsi à prædicãdi uerbi aũo
carentur officio, unde merito dictũ est uerbum eorũ quod est uerbũ fidei, per quod omnes
in Christum undecunq; id audierint crediderũt, uel auditurí & crediturí sunt: ergo illa ora
tione pro omnibus quos redemit, siue tunc in carne uiuentes, siue postea futuros redem
ptor noster orauit, cum rogans pro apostolis qui cum illo tunc erant, adiunxit etiam illos
qui per eorum uerbum in eum fuerant crediturí. Quid autem adiunctis illis deinde dicat,
alia est disputatione tractandum.

A De eo quod dicit, Vt omnes unum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, usq;
ad id, Et dilexisti eos sicut & me dilexisti. Tractatus CX

VM dominus Iesus orasset pro discipulis suis, quos tunc secum habebat, atq; adiunxisset suos alios, dicens, Nõ pro his autẽ rogo tantum, sed & pro eis qui crediturí sunt per uerbũ eorũ in me, uelut quæreremus, quid uel quare pro illis rogaret, continuo subintulit, dicens, Vt omnes unum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.) Et superius cũ adhuc pro solis discipulis quos secum habebat, oraret, Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos: hoc ergo nũc etiã & pro nobis rogauit, quod tunc pro illis, ut omnes, hoc est, & nos & illi unum simus. Vbi diligenter aduertendum est, non dixisse dominum ut omnes unũ simus, sed ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, subintelligitur, unum sumus: quod apertius dicitur postea, & id prius dixerat de discipulis qui cũ illo erãt, ut sint unum sicut & nos. Quãobrem ita est pater in filio & filius in patre, ut unũ sint, quia unius substantiæ sunt. Nos uero esse quidẽ in eis possumus, unum tamen cum eis esse non possumus, quia unius substantiæ nos & ipsi non sumus, inquantum filius cũ patre deus est: nam inquantum homo est, eiusdẽ substantiæ est cuius & nos sumus: sed nunc illud potius uoluit commẽdare, quod alio loco ait, Ego & pater unum sumus, ubi eandẽ patris & suam Ioan.10
significauit esse naturam: ac per hoc & cum in nobis sunt pater & filius uel etiã spiritussanctus, nõ debemus eos putare naturæ unius esse nobiscum. Sic itaq; sunt in nobis, uel nos in illis, ut illi unum sint in natura sua, nos unũ in nostra: sunt quippe ipsi in nobis, tanq̃ deus in templo suo: sumus autẽ nos in illo, tanq̃ creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset, ut & ipsi in nobis unum sint, adiunxit, Vt mundus credat quia tu me misisti.) Quid est hoc? Nunquid nam tunc crediturus est mundus, quando in patre & filio unum omnes erimus? Nónne ista est pax illa perpetua, & potius fidei merces q̃ fides? Vnum enim erimus, non
B ut credamus, sed quia credidimus. Sed &si in hac uita propter ipsam communem fidem, omnes qui unum credimus unum sumus: iuxta illud Apostoli, Omnes enim uos unũ estis Gal.3
in Christo Iesu, etiã si non credamus, sed quia credidimus unũ sumus: quid est ergo, omnes unum sint, ut mundus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neq; enim alij sunt qui unum erunt, & alius est mũdus propterea crediturus, quia illi unum erunt, cum procul dubio de his dicat, ut omnes unum sint, de quibus dixerat, non pro his tantum rogo, sed & pro eis qui crediturí sunt per uerbum eorũ in me, cõtinuo subiungẽs, ut omnes unũ sint. Isti autẽ omnes quid est nisi mũdus, non hostilis utiq; sed fidelis? nã ecce qui dixerat, Non pro
mundo rogo, pro mũdo rogat ut credat: quoniã est mundus de quo scriptũ est, Ne cũ mun 1.Cor.11
do damnemur, pro isto mundo non rogat, neq; enim quò sit prædestinatus ignorat: & est
mundus de quo scriptũ est, Nõ enim uenit filius hominis ut iudicet mundũ, sed ut saluetur Ioan.3
mũdus per ipsum: unde & Apostolus, Deus, inquit, erat in Christo, mundũ recõcilians sibi: 2.Cor.5
pro isto mundo rogat, dicens, Vt mũdus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidẽ mun
dus recõciliatur deo, cũ credit in Christũ qui est missus à deo. Quomodo ergo intellecturi
sumus, quod ait, Vt & ipsi in nobis unũ sint, ut credat mundus quia tu me misisti, nisi quia
non in eo causam posuit ut credat mũdus quia illi unum sunt, tanq̃ ideo credat mũdus, q;
eos esse unũ uidet, cũ ipse mũdus sint omnes qui credẽdo unũ fiunt: sed orãdo dixit, ut mun
dus credat, sicut orãdo dixit, ut omnes unum sint. Orando dixit, ut & ipsi in nobis unũ sint:
hoc est enim omnes unũ sint, quod est mũdus credat, quoniã credẽdo unum fiunt, perfecte
unum, qui cũ natura essent unũ, dissentiẽdo ab uno nõ erant unũ. Deniq; si uerbũ quod ait
rogo, tertio subaudiamus, uel potius q; planius fiat ubiq; ponamus, erit huius expositio sen
tentiæ manifestior, rogo ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, rogo ut & ipsi
in nobis unũ sint, rogo ut mundus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit quod di
xit in nobis, ut q; unũ efficimur fidelissima charitate, gratiæ dei nouerimus tribuẽdum esse,
nõ nobis, sicut Apostolus cũ dixisset, Fuistis aliquãdo tenebræ, nũc aũt lux, inquit, & ne sibi Ephes.5

hoc tribuerent,adiecit,in domino. Deinde ſaluator noſter rogãdo patrẽ,ſe hominẽ demon C
ſtrabat,nũc demõſtrans & ſeipſum,quoniã cum patre deus eſt facere quod rogat: Et ego,
inquit, claritatem quã dediſti mihi dedi illis.) Quam claritatẽ,niſi immortalitatem,quã na/
tura humana in illo fuerat acceptura? Nã nec ipſe adhuc acceperat eã,ſed more ſuo propter
immobilitatẽ prædeſtinationis,præteriti tẽporis uerbis futura ſignificat,quod nunc clariſi/
candus,hoc eſt ſuſcitãdus à patre, & ipſe ſit nos ad eã claritatẽ ſuſcitaturus in fine:ſimile eſt
Ioan.5 hoc ei,quod alibi dicit, Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuifi/
cat.Et quos? niſi eoſdẽ quos pater:quæcunq; enim pater facit, nõ alia ſed hæc & filius facit,
nec aliter,ſed ſimiliter facit:ac per hoc ſuſcitauit & ſeipſum etiã ipſe:nã unde eſt,Soluite tem
Ioan.2 plum hoc,inquit,& in triduo reſuſcitabo illud? Proinde immortalitatis claritatẽ, quam ſibi
à patre datã dicit, etiã ſe ſibi dediſſe intelligẽdus eſt, &ſi nõ dicit:ideo quippe ſæpius ſolum
patrem facere dicit quod & ipſe facit cum patre, ut quicquid eſt,ei tribuat de quo eſt: ſed &
aliquando etiã tacito patre ſe dicit facere quod ipſe facit cũ patre, ut intelligamus ita filium
non eſſe à patris opere ſeparandũ, quãdo ſe tacito patre dicit aliquid operari,quẽadmodũ
nec pater ab opere filij ſeparatur,qñ ipſo tacito filius operari dicitur,quod nihilominus pa/
riter operãtur.Cũ ergo tacet filius in opere patris operationem ſuã, humilitatẽ commẽdat
ut ſit nobis ſalubrior: cũ uero uiciſſim in opere ſuo tacet operationẽ patris,parilitatẽ ſuam
cõmẽdat,ne credatur inferior:iſto modo igitur & hoc loco nec ſe facit alienũ à patris opere,
quamuis dixerit,claritatem quã dediſti mihi,quia & ipſe dedit eam ſibi:nec patrẽ facit alie/
num ab opere ſuo,quamuis dixerit,dedi eis,quia & pater illã dedit eis.Inſeparabilia nanq;
ſunt opera, non ſolũ patris & filij,uerumetiã ſpiritusſancti:ſicut autẽ ex eo q̃ patrẽ pro ſuis
omnibus rogauit,hoc fieri uoluit ut omnes unũ ſint, ita ex hoc etiã ſuo beneficio quod ait,
claritatẽ quã dediſti mihi dedi eis,id fieri nihilominus uoluit:nã cõtinuo ſubiũxit, Vt ſint
unum,ſicut & nos unũ ſumus:) deinde addidit, Ego in eis & tu in me,ut ſint conſummati
in unum.)Vbi ſe mediatorẽ inter deũ & hominẽ breuiter intimauit:neq; enim ita dictũ eſt D
Ioan.14 tanq̃ pater nõ ſit in nobis,aut nos in patre non ſimus,cũ & alio loco dixerit, Veniemus ad
eum & manſionẽ apud eũ faciemus:& hic pauloante nõ dixerit,ego in eis & tu in me,quod
dixit modo,aut ipſi in me & ego in te,ſed tu in me & ego in te,& ipſi in nobis:quod nũc ait,
ego in eis & tu in me,ita dictum eſt ex perſona mediatoris:ſicut illud quod Apoſtolus ait,
1.Cor.3 Vos Chriſti, Chriſtus uero dei:quod uero addidit,ut ſint cõſummati in unum,oſtendit eò
perduci reccõciliationem quæ fit per meditatorẽ,ut perfecta beatitudine,cui iam nihil poſſit
adiici,perfruamur:unde id quod ſequitur, Vt cognoſcat mũdus quia tu me miſiſti.) Non
ſic accipiẽdum puto,tanq̃ iterum dixerit,ut credat mũdus:aliqñ enim & cognoſcere pro eo
quod eſt credere ponitur,ut eſt quod ait aliquanto ſuperius,Et cognouerunt uere quia à te
exiui,& crediderunt quia tu me miſiſti:hoc dixit poſterius, crediderunt,quod prius dixerat
cognouerunt.Sed hic quandoquidem de conſummatione loquitur,talis eſt intelligenda co
gnitio,qualis erit per ſpeciem, nõ qualis nunc eſt per fidem:nam uidetur ordo eſſe ſeruatus
in eo quod pauloante dixit, ut credat mundus: hic autem, ut cognoſcat mundus. Ibi enim
quamuis dixerit, ut omnes unum ſint,& in nobis unum ſint,non ait tamen,ſint cõſummati
in unum,atq; ita ſubnexuit,ut credat mũdus quia tu me miſiſti: hic uero,ut ſint,inquit,con
ſummati in unum,ac deinde nõ addidit, ut credat mũdus, ſed ut cognoſcat mũdus quia tu
me miſiſti.Quamdiu enim credimus quod non uidemus,nondum ſumus ita conſummati,
quemadmodũ erimus cum meruerimus uidere quod credimus.Rectiſſime igitur ibi ait,ut
credat mundus: hic ut cognoſcat mundus,tamen & ibi & hic,quia tu miſiſti,ut nouerimus
quãtũ pertinet ad patris & filij inſeparabilẽ charitatẽ, hoc nos modo credere, quò tẽdimus
credẽdo cognoſcere:ſi autẽ diceret,ut cognoſcant quia tu me miſiſti,tantundẽ ualeret quan/
tum hoc quod ait,ut cognoſcat mundus:ipſi ſunt enim mundus, non permanens inimicus,
qualis eſt mundus dãnationi prædeſtinatus,ſed ex inimico amicus effectus,propter quem
deus erat in Chriſto mundũ reconcilians ſibi:ideo dixit,ego in eis & tu in me:tanq̃ diceret,

ego

A ego in eis ad quos miſiſti me,& tu in me,mundũ reccõcilians tibi per me:propterea ſequitur
etiam illud quod ait, Et dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti.) In illo quippe nos pater diligit,
quia in ipſo nos elegit ante conſtitutionem mundi: qui enim diligit unigenitum,profecto
diligit & membra eius quæ adoptauit in eum & per eum: nec ideo pares ſumus unigenito
filio per quẽ creati & reconciliati ſumus,quia dictum eſt,dilexiſti eos ſicut & me, neq; enim
ſemper æqualitatem ſignificat,qui dicit,ſicut illud ita & illud, ſed aliquando tãtum,quia eſt
illud,eſt & illud,aut quia eſt illud,ut ſit & illud.Quis enim dixerit eo prorſus modo in mun
dum à Chriſto apoſtolos miſſos,quomodo eſt ipſe miſſus à patre? Vt enim alias taccam
differentias, quas cõmemorare longũ eſt, miſſi ſunt certe illi cũ iam homines eſſent,miſſus
eſt autem ipſe ut homo eſſet,& tamen ſuperius ait,Sicut me miſiſti in mũdum,& ego miſi
eos in mundum: tanq̃ diceret,quia miſiſti me, miſi eos:ita & hoc loco,dilexiſti eos,inquit,
ſicut & me dilexiſti:quod aliud nihil eſt,q̃ dilexiſti eos,quia & me dilexiſti.Nõ enim mem
bra filij nõ diligeret qui diligit filium,aut alia cauſa eſt diligendi membra eius, niſi quia di/
ligit eum, ſed diligit filium ſecundũ diuinitatem,quia genuit illũ æqualem ſibi: diligit eum
etiam ſecundũ id q̃ homo eſt, quia ipſum unigenitum uerbum caro factum eſt,& propter
uerbum eſt ei chara uerbi caro.Nos autẽ diligit, quoniã ſumus eius membra quẽ diligit,&
hoc cũ eſſemus,propter hoc nos dilexit anteq̃ eſſemus.Quapropter incomprehẽſibilis eſt
dilectio qua diligit deus, neq; mutabilis: non enim ex quo ei reconciliati ſumus per ſangui
nem filij eius nos cœpit diligere,ſed ante mundi cõſtitutionem dilexit nos,ut cũ eius unige/
nito etiam nos filij eius eſſemus,priuſq̃ omnino aliquid eſſemus.Quòd ergo reccõciliati ſu/
mus deo per mortem filij eius,non ſic accipiatur quaſi ideo nos reconcilia/
uerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, ſicut reccõciliatur inimicus inimico, ut de/
inde ſint amici,& inuicem diligant qui oderant inuicem,ſed iam nos diligẽti reconciliati ſu/
mus ei,cum quo propter peccatum inimicitias habebamus:quod utrũ uerum dicam,atteſtẽ
B tur Apoſtolus,Commendat,inquit,dilectionẽ ſuam deus in nobis, quoniã cum adhuc pec Rom.5
catores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Habebat itaq; ille erga nos charitatem,
etiã cum inimicitias aduerſum eũ exercẽtes operaremur iniquitatem, & tamen ei ueriſſime
dictum eſt,Odiſti domine omnes qui operãtur iniquitatẽ. Proinde miro & diuino modo, Pſal.5
& quando nos oderat,diligebat: oderat enim nos, quales ipſe nõ fecerat,& quia iniquitas
noſtra opus eius non omni ex parte conſumpſerat,nouerat ſimul in unoquoq; noſtrum &
odiſſe quod feceramus, & amare quod fecerat: & hoc quidẽ in omnibus intelligi poteſt de
illo cui ueraciter dicitur, Nihil odiſti eorũ quæ feciſti:nõ enim quodcunq; odiſſet eſſe uolu/ Sap.11
iſſet,aut omnino eſſet quod omnipotẽs eſſe noluiſſet,niſi & in eo quod odit,eſſet etiã quod
amaret. Merito quippe odit, & uelut à regula ſuæ artis alienũ improbat uitiũ,amat tamen
ſuum etiã in uitioſis uel ſanationis beneficiũ, uel damnationis iudiciũ:ita & deus nihil odit
eorũ quæ fecit,naturarũ enim,nõ uitiorũ conditor mala quæ odit ipſe non fecit,& de malis
eiſdẽ uel ſanando ea per miſericordiã,uel ordinãdo per iudicium, bona ſunt ipſa quæ fecit.
Cum igitur eorũ quæ fecit nihil oderit, quis digne eloqui poſſit quantum diligat membra
unigeniti ſui,& quanto amplius ipſum unigenitũ in quo condita ſunt omnia uiſibilia & in/
uiſibilia,quæ in ſuis generibus ordinata ordinatiſſime diligit? Mẽbra quippe unigeniti,ad
angelorum ſanctorũ æqualitatem gratiæ ſuæ largitate perducit, unigenitus autẽ cũ ſit dñs
omnium,proculdubio eſt dñs angelorum:natura qua deus eſt, nõ angelis,ſed patri potius
æqualis:gratia uero qua homo eſt,quomõ nõ excedit excellentiã cuiuſlibet angeli,cũ ſit una
perſona carnis & uerbi? Quanq̃ non deſint qui etiã nos angelis præferãt,quia pro nobis,
inquiũt,nõ pro angelis mortuus eſt Chriſtus,id qd eſt aliud q̃ de impietate uelle gloriari?
Etenim Chriſtus,ſicut ait Apoſtolus,iuxta tẽpus pro impijs mortuus eſt.Hic ergo nõ meritũ
noſtrũ,ſed dei miſericordia cõmẽdatur:nã quale eſt ideo ſe uelle laudari,quia uitio ſuo tam
deteſtabiliter ægrotauit,ut nõ poſſit aliter q̃ medici morte ſanari? Non eſt hæc noſtrorum
gloria meritorũ,ſed medicina morborũ.An ideo nos præferimus angelis,quia cũ & angeli

peccauerint;

peccauerint,nihil eis tale ut sanarentur impensum est, quasi aliquid eis uel pauum fuerit im C
pensum & nobis amplius? Quod &si factum esset,adhuc quæri posset, utrū ideo fuisset fa
ctum q̄ steteramus excellētius, an q̄ desperatius iacebamus? Cū uero nouerimus bonorū
omnium creatorem reparandis angelis malis nihil gratiæ contulisse,cur nō potius intelligi
mus, q̄ tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa,quanto erat natura sublimior? Tanto
enim minus q̄s nos peccare debuerunt,quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autē in offen
dendo creatorem tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt,quanto beneficentius
sunt creati:nec eis satis fuit desertores esse illius,nisi & nostri fierēt decceptores. Hoc itaq̄ no/
bis magnum bonum cōferet qui dilexit nos sicut dilexit Christum, ut propter ipsum cuius
membra nos esse uoluit,æquales angelis sanctis simus,quibus & natura inferiores cōditi su
mus,& peccato indigniores facti,qui eorum fieri qualescunq̄ socij deberemus.

De eo quod dicit, Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecū,
usq̄ ad id, Vt dilectio qua dilexisti me,in ipsis sit,& ego in ipsis. Tract. CXI.

IN MAGNAM spem dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non
possit. Audite & estote in spe gaudentes,propter quod uita ista non amāda sed
toleranda sit,ut esse possitis in eius tribulatione patientes. Audite,inquā, & quò
spes uestra leuetur attendite. Christus Iesus dicit filius dei unigenitus, qui patri
coæternus & æqualis est dicit, qui propter nos homo factus est, sed sicut omnis homo
mendax non factus est,dicit,uia,uita, ueritas dicit,qui mundum uicit,de his quibus uicit di
cit,Audite,credite, sperate, desiderate quod dicit. Pater,inquit,quos dedisti mihi,uolo ut
ubi ego sum & illi sint mecū.) Qui sunt isti quos ait à patre datos sibi? nónne illi de quibus
alio loco dicit, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? Iam quomodo ea
quæ fieri dicit à patre, faciat & ipse cū patre, si quid in hoc euangelio proficimus,nouimus.
Ipsi sunt ergo quos à patre accepit, quos & ipse elegit de mundo,atq̄ elegit,ut iam nō sint
de mūdo,sicut nō est & ipse de mūdo, & sint tamen etiā ipsi mūdus credens & cognoscēs,q̄ D
Christus à deo patre sit missus,ut mūdus ex mūdo liberaretur,ne mūdus deo recōciliādus
cum mūdo inimicissimo damnaretur:sic enim ait in huius orationis exordio, Dedisti ei po
testatem omnis carnis, id est, omnis hominis, ut omne quod dedisti ei,det eis uitā æternā,
ubi ostendit potestatem se quidē omnis hominis accepisse,ut liberet quos uoluerit,damnet
quos uoluerit,q̄ uiuos & mortuos iudicabit, sed eos sibi esse datos, q̄bus omnibus det uitā
æternā:sic enim ait,ut omne quod dedisti ei,det eis uitā æternā. Proinde nō ei dati sunt,qui/
bus uitā non dabit æternam,quāuis & ipsorū potestas data sit,cui potestas data est omnis
carnis, id est, omnis hominis:ita mūdus recōciliatus ex inimico liberabitur mūdo,cū in illo
exegerit potestatē suā,ut cū in mortē mittat æternā:hunc autē facit suū, cui uitā donat æter
nam. Quapropter omnibus prorsus ouibus suis bonus pastor, omnibus membris suis ma
gnū caput promisit hoc præmiū,ut ubi ipse est & nos cū illo simus:nec poterit nisi fieri quod
omnipotēti patri se uelle dixit omnipotēs filius:ibi est enim & spūssanctus pariter æternus,
pariter deus,spūs unus duorū & substātia uoluntatis amborū:nā illud quod dixisse legitur
propinquāte passione, Verū nō quod ego uolo, sed quod tu uis pater:quasi alia patris,alia
filij sit uoluntas aut fuerit,sonus est nostræ infirmitatis, quāuis fidelis quāuis in se caput no
strū trāsfigurauit,quādo etiā peccata nostra portauit:unā uero esse patris & filij uoluntatē,
quorū etiā spiritus unus est,quo adiūcto cognoscimus trinitatē,&si intelligere nōdum per/
mittit infirmitas,credat pietas. Sed qm̄ quibus promiserit,& q̄s firma sit ipsa promissio,pro
sermonis breuitate iā diximus,hocip̄m quantū ualemus,qd sit q̄d dignatus est promittere
uideamus. Quos dedisti mihi,inqt,uolo ut ubi ego sum,& ipsi sint mecū:quantū attinet ad
creaturā in q̄ factus est ex semine Dauid secūdū carnē, nec ipse adhuc erat ubi futurus erat;
sed eo modo dicere potuit,ubi ego sum,quo intelligeremus q̄ cito fuerat ascēsurus in cœlū,
ut iā ibi esse se diceret ubi erat mox futurus:potuit & illo mō quo ante iā dixerat loquēs ad
Nicodemū, Nemo ascēdit ad cœlū nisi q̄ descēdit de cœlo filius hōis q̄ est in cœlo; nā & ibi
noū

A non dixit,erit,sed est,propter unitatem personæ,in qua & deus homo est,& homo deus:in
cœlo ergo nos futuros esse promisit,illa enim forma serui leuata est quā sumpsit ex uirgine,
& ad patris dexterā collocata,propter spem tāti huius boni & Apostolus ait, Deus aūt qui Ephes.2
diues est in misericordia propter multā charitatē qua dilexit nos, & cū essemus mortui pec
catis,conuiuificauit nos in Christo,cuius gratia sumus salui facti,& simul excitauit & simul
sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu:hoc ergo pōt intelligi dixisse dñm, ut ubi ego sum
& illi sint mecū:& ipse quidē de se dixit q̄ ibi iā esset:de nobis autē uelle se dixit,ut essemus
ibi cū illo,nō q̄ iam essemus ostēdit: Apostolus autē quod dominus uelle se dixit ut fieret,
tanq̄ factum fuerit est locutus:nō enim ait,excitaturus est nos, & in cœlestibus sedere factu
rus,sed excitauit,& sedere in cœlestibus fecit,quia nō inaniter sed fideliter iā deputat factū,
quod futurum esse non dubitat. Quod uero attinet ad formā dei in qua æqualis est patri,si
secundū eam uelimus intelligere quod dictū est,uolo ut ubi ego sum,& illi sint mecū,absce/
dat ab animo omnis imaginum corporaliū cogitatio, quicquid menti occurrerit longum,
latū,crassum, qualibet luce corporea coloratum, per quælibet locorum spacia uel finita uel
infinita diffusum. Ab his omnibus quantū potest aciem suæ cōtemplationis uel intētionis
auertat,& nō inquiratur æqualis patri filius ubi sit,quoniā nemo inuenit ubi non sit,sed qui
uult quærere,quærat potius ut cum illo sit, nō ubiq̄ sicut ille, sed ubicunq̄ esse potuerit:qui
em̄ homini pœnaliter pēdēti,& salubriter cōfitēti ait, Hodie mecū eris in paradiso,secundū Luc.23
id q̄ homo erat,anima eius ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulchro:secundū au
tem id q̄ deus erat, utiq̄ & in paradiso erat, & ideo latronis anima à pristinis facinoribus
absoluta,& illius munere iam beata,quamuis ubiq̄ sicut ille esse nō poterat,tamen etiā ipso
die cū illo in paradiso poterat,unde ille qui ubiq̄ semp̄ est non recesserat:propterea nimirū
non ei satis fuit dicere,uolo ut ubi ego sum & illi sint,sed addidit,mecū:esse enim cū illo ma
gnum bonum est,nā & miseri esse possunt ubi est ille,quoniā quicunq̄ ubicunq̄ fuerint,est
B & ille,sed beati soli sunt cū illo, quia beati esse nō poterunt nisi ex illo. An non deo ueraciter
dictum est, Si ascēdero in cœlū, tu ibi es,& si descendero ad infernum,ades? Aut uero Chri Psal.138
stus nō est dei sapiētia,quæ attingit ubiq̄ propter suam mundiciam? Sed lux lucet in tene/
bris,nec eā tenebræ comprehēdunt: ac per hoc ut de re uisibili quāuis longe dissimili quale/
cunq̄ sumamus exēplum,sicut cæcus etiā si ibi sit ubi lux est,nō est tm̄ ipse cū luce,sed absens
est à præsente:ita infidelis atq̄ impius, aut etiā si fidelis & pius,nondū tamen ad intuēdum
lumen sapientiæ idoneus, etiā si esse nusq̄ possit ubi nō sit Christus,nō est tamen ipse cum
Christo duntaxat per speciem: nā hominē pie fidelem, non est dubitādum cū Christo esse
per fidem:propter quod dicit, Qui non est mecū aduersum me est:sed cū patri deo dicebat, Matth.12
Quos dedisti mihi,uolo ut ubi ego sum,& ipsi sint mecum,de specie illa omnino dicebat in
qua uidebimus eū sicuti est. Nemo serenissimum sensum nubilosa cōtradictione perturbet,
consequentia perhibeāt testimoniū præcedētibus uerbis:nempe cū dixisset,uolo ut ubi ego
sum,& ipsi sint mecū:continuo secutus adiūxit, Vt uideāt claritatē meā quā dedisti mihi,
quia dilexisti me ante constitutionē mūdi.)ut uideāt dixit,nō ut credāt:fidei merces est ista
nō fides:si enim fides ad Hebræos in epistola recte definita est, cōuictio rerū quæ nō uiden
tur, cur nō merces fidei definiatur uisio rerū quæ creditæ sperabantur? Cū uiderimus enim
claritatē quam dedit pater filio, etiā si eā dici hoc loco intelligamus,nō quam pater æquali
filio gignens eū dedit,sed quā facto homini filio dedit ei post mortē crucis,quando ergo ui
debimus illā filij claritatē,profecto tunc fiet iudiciū uiuorū atq̄ mortuorū:tūc tollet impius
ut nō uideat claritatē dei,quam nisi illā qua deus est? Beati enim mundo corde,quoniā ipsi Matth.5
deum uidebunt:nec mundo corde sunt impij,propterea nō uidebunt,tunc ibunt ipsi in sup
plicium æternum:sic enim tolletur impius ne uideat claritatem dei,iusti autē ibunt in uitam
æternam. Et quæ est uita æterna? Vt cognoscant,inquit,te solum uerum deum,& quem mi Ioan.17
sisti Iesum Christum:non utiq̄ sicut eum cognouerunt, qui licet non mundi corde, tamen
in forma serui clarificata iudicantem uidere potuerunt: sed sicut cognoscēdus est à mundis
corde

corde ſolus uerus deus,cum patre & ſpũſancto filius,quia ipſa trinitas eſt ſolus uerus deus, C
ſi ergo ſecundum id q̃ filius dei deus eſt patri coæqualis atq; coæternus,accipiamus hoc dictum,uolo ut ubi ego ſum & ipſi ſint mecum,in patre cum Chriſto erimus, ſed ille ſicut ille, nos ſicut nos,ubicunq; corpore fuerimus:ſi enim loca dicenda ſunt,& quibus non corpora continentur,& locus eſt cuiq; rei ubi eſt, locus Chriſti æternus ubi ſemper eſt,ipſe pater eſt, & locus patris filius eſt, quia ego,inquit, in patre,& pater in me eſt: & in hac oratione,ſicut tu pater, inquit, in me & ego in te, & locus interea noſter ipſi ſunt, quia ſequitur, ut & ipſi in nobis unũ ſint:& nos locus dei ſumus,quoniã templum eius ſumus, ſicut orat pro nobis
Pſal.75 qui mortuus eſt pro nobis, uiuitq; pro nobis, ut in ipſis unũ ſimus, quia factus eſt in pace locus eius,& habitatio eius in Sion,quæ nos ſumus. Sed quis idoneus loca iſta,uel quæ ſũt in locis iſtis ſine ſpacioſis capacitatibus,& ſine corporeis molibus cogitare? Nõ parũ tamen proficitur, ſi ſaltẽ quicquid tale oculo cordis occurrit,negatur, reſpuitur,improbatur.Et lux quædam in qua iſta negãda,reſpuenda,improbãda cernũtur, ſicut potuerit cogitatur,& q̃ ſit certa cognoſcitur & amatur,ut inde ſurgatur,atq; ad interiora tendatur.Quæ cum penetrare mens inualida, & minus q̃ illa ſunt pura nequiuerit, non ſine amoris gemitu & deſiderij lachrymis inde pellatur,& patienter ferat quamdiu fide mũdetur,atq; ut illic habitare ualeat,ſanctis moribus præparetur.Quomodo ergo nõ erimus cũ Chriſto ubi eſt, quãdo in patre cũ illo erimus in quo eſt? Neq; hinc Apoſtolus nobis,quamuis nondũ rem tenen
Col.3 tibus,ſed tamen ſpem gerentibus tacuit:ait enim,Si ſurrexiſtis cũ Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite,ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedẽs,quæ ſurſum ſunt ſapite,nõ quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis,inquit, & uita ueſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in deo:ecce interim fide ac ſpe uita noſtra ubi Chriſtus eſt,cũ illo eſt,quia cũ Chriſto in deo eſt:ecce uelut iam factum eſt quod orauit ut fieret,dicens,uolo ut ubi ego ſum & ipſi ſint mecum:ſed nunc per fidem, quando autem fiet per ſpeciem? Cum Chriſtus, inquit, apparuerit uita ueſtra,tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria.Tunc apparebimus quod tunc erimus,quia tunc apparebit D
non inaniter nos id credidiſſe ac ſperaſſe anteq̃ eſſemus:faciat hoc filius,qui cum dixiſſet, ut uideant claritatem meã quam dediſti mihi,continuo ſubiunxit, Quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mundi.) In illo enim dilexit & nos ante conſtitutionẽ mundi,& tunc prædeſtinauit quod in fine facturus eſt mũdi. Pater,inquit,iuſte,mundus te nõ cognouit:) quia iuſtus es,ideo te nõ cognouit. Mundus quippe ille damnationi prædeſtinatus merito non cognouit:mũdus uero quẽ Chriſtus reconciliauit ſibi,nõ merito, ſed gratia cognouit.Quid eſt enim eum cognoſcere,niſi uitam æternam, quã mundo damnato utiq; non dedit,reconciliato dedit? Propterea itaq; mundus te nõ cognouit qui iuſtus es,nec & meritis eius ut te cognoſceret tribuiſti:& propterea mundus reconciliatus cognouit quia miſericors es,& ut cognoſceret non eius merito,ſed gratia ſubueniſti:denique ſequitur, Ego autem te cognoui.) Ipſe fons gratiæ eſt deus natura, homo autem de ſpiritu ſancto & uirgine ineffabili gratia: denique propter ipſum,quia gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum. Et hi cognouerunt,inquit,quia tu me miſiſti.) Ipſe eſt mũdus reconciliatus:ſed quia tu me miſiſti, ideo cognouerunt, ergo gratia cognouerunt. Et notum feci eis, inquit,nomen tuum,& notum faciam.)notum feci per fidem,notũ faciam per ſpeciem:notũ feci cum fine peregrinantibus, notum faciam ſine fine regnantibus. Vt dilectio,inquit,quã dilexiſti me in ipſis ſit,& ego in ipſis.)Non eſt uſitata locutio,dilectio quam dilexiſti me in ipſis ſit,& ego in ipſis,uſitate quippe diceretur,dilectio qua dilexiſti me:de græco quidẽ iſta tranſlata eſt,ſed ſunt ſimiles & latinæ, ſicut dicimus, fidelem ſeruitutem ſeruiuit,ſtrennuam militiam militauit, cum dici debuiſſe uideatur, fideli ſeruitute ſeruiuit,ſtrennua militia militauit.Qualis aũt iſta locutio
2.Timoth.4 eſt,dilectio quam dilexiſti me, tali & Apoſtolus uſus eſt, Bonum certamen certaui,nõ ait, bono certamine,quod uſitatius etiã rectiusq; diceretur. Quomodo autẽ dilectio qua dilexit pater filiũ,eſt & in nobis,niſi quia mẽbra eius ſumus, & in illo diligimur cũ ipſe diligitur totus, id eſt, caput & corpus? Ideo ſubiunxit, & ego in ipſis,tanq̃ diceret,quoniã ego ſum in ipſis.

A in ipſis.Aliter enim eſt in nobis tanq̃ in templo ſuo,aliter autẽ quia & nos ipſe ſumus,cum ſecundũ id q̃ ut caput noſtrum eſſet,homo factus eſt,corpus eius ſumus.Finita eſt ſaluatoris oratio,incipit paſſio:ergo & iſte ſermo finiatur,ut de paſſione quod ipſe donauerit,aliꝭ ſermonibus diſputetur.

De eo quod dicit,Hæc cum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedron, ubi erat hortus, uſq; ad id, Et miniſtri Iudæorũ comprehenderunt Ieſum,& ligauerunt eum. Tractatus CXII.

SERMINATO magno prolixoq; ſermone, quẽ poſt cœnã dominus fundẽdo pro nobis proximus ſanguini ad diſcipulos habuit qui cũ illo tũc erãt,adiuncta oratione quã direxit ad patrẽ,deinceps eius paſſionẽ Ioãnes euãgeliſta ſic exorſus eſt, Hæc cũ dixiſſet Ieſus,egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedron, ubi *Caput XVIII*
erat hortus,in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius.Sciebat aũt & Iudas qui tradebat eũ locũ, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis.) Hoc quod narrat ingreſſum domi nũ cũ diſcipulis ſuis in hortũ,non continuo factũ eſt,cũ eius illa finita eſſet oratio,de cuius uerbis ait,Hæc cũ dixiſſet Ieſus,ſed alia quædã ſunt interpoſita quæ ab iſto prætermiſſa,apud alios euangeliſtas leguntur,ſicut apud hunc inueniuntur multa,quæ illi ſimiliter in ſua narratione tacuerũt.Quomodo autẽ inter ſe omnes cõueniant,ne ueritati quæ per aliũ promitur,ab alio repugnetur,quiſquis noſſe deſiderat,nõ in his ſermonibus, ſed in aliꝭ laborioſis litteris quærat,nec ſtando & audiẽdo,ſed potius ſedendo & legendo, uel legenti aurem mentẽq; intentiſſimã præbẽdo illa condiſcat.Credat tamen anteq̃ ſciat, ſiue id etiã ſcire in hac uita poſſit, ſiue per aliqua impedimenta non poſſit, nihil ab aliquo euangeliſta eſſe cõſcriptũ,quantũ ad hos attinet quos in autoritatẽ canonicã recepit eccleſia, quod uel ipſius uel alterius non minus ueraci narrationi poſſit eſſe contrarium. Nunc itaq; huius beati Ioãnis narrationẽ quã ſuſcepimus tractandã, ſine aliorũ cõparatione uideamus, in eis quæ
B manifeſta ſunt non immorantes,ut hoc ubi opus eſt,cauſa poſcente faciamus. Nõ ergo ſic accipiamus quod ait,Hæc cũ dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedron,ubi erat hortus,in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius, tanquã continuo poſt illa uerba in illũ hortũ fuerit ingreſſus,ſed ad hoc ualeat quod dictũ eſt,hæc cũ dixiſſet Ieſus, ut non cũ ante opinemur ingreſſum,quàm illa uerba finiret Sciebat autẽ,inquit, & Iudas qui tradebat eum locũ.) Ordo uerborũ eſt,ſciebat locũ qui tradebat eũ, quia frequẽter,inquit,Ieſus conuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis.) Ibi ergo lupus ouina pelle contectus,& inter oues alto patrisfamiliãs conſilio toleratus didicit, ubi ad tempus exiguũ diſpergeret gregẽ, inſidijs appetendo paſtorẽ. Iudas ergo,inquit,cum accepiſſet cohortẽ, & à principibus & Phariſæis miniſtros,uenit illuc cũ laternis & facibus & armis.)Cohors non Iudæorũ,ſed militum fuit,à præſide itaq; intelligatur accepta,tanq̃ ad tenendũ reũ,ſeruato ordine legitimæ potestatis,ut nullus tenẽtibus auderet obſiſtere,quanq̃ & manus tanta fuerit cõgregata,& ſic armata ueniebat,ut uel terreret uel etiã repugnaret, ſi quiſq̃ Chriſtũ defendere auderet. Ita quippe eius abſcondebatur poteſtas & oſtendebatur infirmitas,ut hæc inimicis neceſſaria *atas,obtende* uiderentur aduerſus eum,in quẽ nihil ualuiſſet, niſi quod ipſe uoluiſſet, bene utens bonus *batur* malis, & faciens bona de malis,ad faciendos bonos ex malis,& diſcernendos à malis. Ieſus itaq;,ſicut euangeliſta ſecutus adiungit,ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum,proceſſit &dicit eis,Quid quæritis? Reſpõderunt ei,Ieſum Nazarenũ. Dicit eis Ieſus,Ego ſum. Stabat autẽ & Iudas qui tradidit eũ cũ ipſis. Vt ergo dicit eis ego ſum,abierunt retrorſum & eciderũt in terrã.) Vbi nunc militũ cohors,& miniſtri principum & Phariſæorũ? ubi terror & munimen armatorũ? Nempe una uox dicentis,ego ſum,tantã turbã odijs ferocẽ, armiſq; terribilẽ ſine telo ullo percuſſit,repulit,ſtrauit.Deus enim latebat in carne, & ſempiternus dies ita mẽbris occultabatur humanis, ut laternis & facibus quæreretur occidendus à tenebris,Ego ſum dicit,& impios deiecit.Quid iudicaturus faciet,qui iudicãdus hoc fecit? Quid regnaturus poterit,qui moriturus hoc potuit? Et nunc ubiq; per euãgelium,ego ſum

dicit Christus,& à Iudæis expectatur Antichristus,ut retro redeant,& in terrā cadant,quo C
niā deserentes cœlestia,terrena desiderant. Certe ad cōprehendendum Iesum persecutores
cum traditore uenerunt,quē quærebant inuenerunt. Audierunt,ego sum,quare non cō pre
henderunt,sed abierunt retro & ceciderunt,nisi quia hoc uoluit,qui potuit quicquid uoluit?
Verū si nunquā se ab eis permitteret apprehendi,non quidē illi facerent, propter quod ue
nerant,sed nec ipse faceret propter quod uenerat. Eum quippe illi occidendum quærebāt sæ
uiendo,sed quærebat nos & ipse moriendo. Proinde quia tenere uolentibus, nec ualētibus,
ostendit potestatem suam, iam teneant eum, ut faciat de nescientibus uoluntatem suam.
Iterum ergo eos interrogauit, Quid quæritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum. Re
spondit Iesus, Dixi uobis, quia ego sum, si ergo me quæritis, sinite hos abire, ut adimplere
tur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quenquam.) Si me, inquit,
quæritis, sinite hos abire. Inimicos uidet, & hoc faciunt quod iubet, sinunt eos abire, quos
non uult perire. Nunquid autē non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerētur per
deret eos, nisi quia nondum sic in eum credebant, quomodo credunt quicunq; non pereūt.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit seruum principis, & abscidit
eius auriculā dextram. Erat autē nomen seruo Malchus.) Solus hic euangelista etiā nomen
Luce 22 huius serui expressit, sicut Lucas solus, quòd eius auriculā dominus tetigerit & sanauerit eā.
Malchus autē interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro domino amputata & à domi
no sanata significat, nisi auditum amputata uetustate renouatum, ut sit in nouitate spiritus,
& non in uetustate litteræ? Quod cui præstitum fuerit à Christo, quis dubitet regnaturum
esse cum Christo? Quod autem seruus dictus est, & hoc ad illam pertinet uetustatem, quæ
in seruitutē generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Factum
tamen Petri dominus improbauit, & progredi ultra prohibuit dicens, Mitte gladium tu
um in uaginā, Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibā illum?) In suo quippe facto
aliàs faciendum ille discipulus magistrum defendere uoluit, non quod† significatum est cogitauit. Et ille igi D
tur ad patientiā cōmonendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autem à
Roma.8 patre sibi dicit datū calicē passionis, profecto illud est quod ait Apostolus, Si deus pro no
bis, quis contra nos, qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum?
Ephe.5 Verum autor calicis huius est etiā ipse qui bibit: unde idē Apostolus iterum dicit, Christus
dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationē & hostiā deo in odorem suauitatis.

Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt
eum.) Cōprehenderunt ad quē non accesserunt, quoniam dies ille, illi uero tenebræ perman
psal.53 serunt, nec audierunt, Accedite ad eum & illuminamini. Si enim sic accederent, non eum ma
nibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum il
lo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt, & ligauerunt eum à quo solui
potius uelle debuerunt, & erant fortassis in eis qui tunc imposuerunt Christo uincula sua,
psal.115 atq; ab eo post ea liberati dixerunt, Dirupisti uincula mea. Hæc hodie satis sint, tractabun
tur deo uolente sermone alio quæ sequuntur.

De eo quod dicit, Et adduxerunt eum ad Annā primū, usq; ad id, Iterū ergo
negauit eum Petrus, & statim gallus cantauit. Tractatus CXIII.

POSTEAquam persecutores tradente Iuda cōprehensum dominū ligauerunt,
qui dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, & cui pater non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit eū, ut intelligatur Iudas nō laudabilis utilitate tra
ditionis huius, sed sceleris uoluntate damnabilis, Adduxerunt eum, sicut Ioan
nes euangelista narrat, ad Annā primū,) nec tacet causam, cur ita factum sit. Erat enim, in
quit, socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiphas, qui consilium
Matth.26 dedit Iudæis, quia expedit unū hominē mori pro populo.) merito & Matthæus cū id bre
uius narrare uoluisset, eum ad Caiphā ductum fuisse cōmemorat, quia & ad Annam prius
ideo ductus est, quòd socer eius fuerit, ubi intelligēdū est hoc cundū Caiphā fieri uoluisse.

Sequeba/

A Sequebatur autem, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.) Quisnam iste sit di
scipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur: solet autē se idem Ioannes significare
ita & addere, quem diligebat Iesus: fortassis ergo & hic ipse est, quisquis tamen sit, sequētia
uideamus. Discipulus autē ille, inquit, erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium
pontificis. Petrus autē stabat ad ostium foris. Exijt ergo alius discipulus qui erat notus pon
tifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum: dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu
ex discipulis es hominis istius? Dicit iste, Non sum.) Ecce colūna firmissima ad unius auræ
impulsum tota contremuit: ubi est illa promittentis audacia, & de se plurimū præsumentis,
ubi sunt uerba illa, quando ait, Quare non possum te sequi modo, animam meā pro te po
nam? Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro dño anima ponitur,
ut hoc ne fiat, uox ancillulæ formidetur? Sed quid mirum si deus uera prædixit, homo au
tem falsa præsumpsit? Sanè in ista quæ iam cœpta est negatione apostoli Petri, debemus
aduertere, nō solum ab eo negari Christum, qui dicit eum nō esse Christū, sed ab illo etiam 11.q.3.c.nōso
qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, discipulum meum te lum abnegat
negabis, sed me negabis: negauit ergo ipsum, cū se negauit eius esse discipulū. Quid autem
aliud isto modo q̄ se negauit esse Christianum? Quamuis enim discipuli Christi nondum
appellarentur hoc nomine, post ascensionem quippe eius in Antiochia primum cœperunt
appellari discipuli Christiani, iā tamen erat res ipsa illo postea uocabulo nuncupanda. iam
erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc cōmune nomen, sicut cōmunem
etiā fidem ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negauit esse discipulū, ipsam rem
negauit, cuius nomen est uocari Christianum. Quàm multi postea, non dico senes & anus,
in quibus huius uitæ societas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere,
nec solū iuuētus utriusq; sexus, de qua ætate cōuenienter uidetur exigi fortitudo, sed etiam
pueri puellæq; potuerunt, & innumerabilis societas sanctorū martyrum in regnū cœlorum
B fortiter & uiolēter intrauit, quod tunc iste nō potuit, qui claues regni eius accepit: ecce unde
dictum est, Sinite hos abire, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit,
ut impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenq̄. Vtiq;
enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud q̄ periret? Stabant autem serui & mi
nistri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se.) non hyems erat, & tamen frigus erat,
quale solet etiā æquinoctio uerno aliquādo contingere. Erat autē cū eis & Petrus stans &
calefaciēs se. Pōtifex ergo interrogauit Iesum de discipulis eius & de doctrina eius. Respon
dit eis Iesus, Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo
quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interro
ga eos qui audierūt quid locutus sim ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego.) Nō prætereun quæstio
da nascitur quæstio, quomodo dixerit dñs Iesus, ego palàm locutus sum mūdo: & maxime
illud quod ait, in occulto locutus sum nihil. Nónne in hocipso recentiore sermone quē post
cœnam discipulis est locutus, ait illis, Hæc in prouerbijs locutus sum uobis, uenit hora cum
iam non in prouerbijs loquar uobis, sed palàm de patre meo annunciabo uobis? Si ergo
ipsis coniunctioribus discipulis suis non loquebatur palàm, sed horā promittebat quando
palàm fuerat locuturus, quomodo palàm locutus est mūdo? Deinde illisipsis sicut aliorum
quoq; euangelistarū testatur autoritas, in eorum comparatione qui discipuli eius nō erant,
multo utiq; manifestius loquebatur, quando cū solis erat remotus à turbis, tunc enim eis
& parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo, in occulto locutus
sum nihil? Sed intelligendum est ita eum dixisse, palàm locutus sum mundo: ac si dixisset, Responsio
multi me audierunt. Ipsum autē palàm modo quodam erat palàm, modo autē quodā non
erat palàm, Palàm quippe erat, quia multi audiebāt, & rursum nō erat palàm, quia nō intel
ligebāt, & quod seorsum discipulis loquebatur, nō in occulto utiq; loquebatur. Quis nanq;
in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, cum scriptum sit, In ore duorum uel
triū testiū stabit omne uerbū, præsertim si hoc loquit̄ paucis, quod per eos uult innotescere

Matth.10 & multis,ſicut ipſe dominus ait illis quos adhuc paucos habebat, Quod dico uobis in tene/ C
bris,dicite in lumine,& quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta.Ergo & hoc ipſum quod
ab ipſo dici uidebatur occulte,quodammodo non dicebatur in occulto,quia non ita diceba
tur,ut ab eis quibus dictum fuerat taceretur,ſed ita potius ut uſq; quaq; prædicaretur.Sic er
go dici poteſt aliquid & palàm ſimul & non palàm, uel in occulto ſimul & non in occulto,
quomodo dictũ eſt,ut uidentes uideant,& non uideant. Quomodo enim uideant,niſi quia
palã,non in occulto? Et quomodo idẽ ipſi rurſus non uideant,niſi quia nõ palã,ſed in occul/
to? Ea tamen ipſa quæ audierant & non intellexerant, talia erant ut non poſſent iuſte ac ue
raciter criminari: & quotieſcunq; interrogando tentarunt, ut inuenirent unde & accuſarent
eum,ſic eis reſpondit,ut omnes eorum retunderentur doli,& calumniæ fruſtrarentur: ideo
dicebat,quid me interrogas,interroga eos qui audierũt quid locutus ſim ipſis, ecce hi ſciunt
quid dixerim ego. Hæc autem cum dixiſſet,unus aſſiſtens miniſtrorũ, dedit alapam Ieſu
dicens,Sic reſpondes pontifici? Reſpõdit ei Ieſus,Si male locutus ſum,teſtimonium perhi/
be de malo,ſi autẽ bene,quid me cædis? Quid iſta reſponſione uerius,manſuetius,iuſtius?
pſal.44 Eius eſt enim de quo prophetica uox præceſſerat,Intende proſpere,procede & regna, pro/
pter ueritatem & manſuetudinem & iuſtitiã. Si cogitemus quis acceperit alapã,nónne uelle
mus eum qui percuſſit,aut cœleſti igne conſumi,aut terra dehiſcente ſorberi,aut correptum
dæmonio uolutari,aut aliqua huiuſmodi qualibet pœna,uel etiã graviore puniri? Quid em
horũ per potentiã iubere non potuiſſet per quẽ factus eſt mundus, niſi patientiam nos do
cere maluiſſet qua uincitur mundus? Forte hic dicit aliquis, cur non fecit quod ipſe præce/
Matth.5 pit? Percutienti enim non ſic reſpondere,ſed maxillã debuit alterã prabere. Quid quod &
ueraciter,manſucte iuſteq; reſpondit,& nõ ſolum alteram maxillam iterum percuſſuro, ſed
totum corpus figendũ præparauit in ligno:& hinc potius demonſtrauit,quod demonſtran
dũ fuit,ſua ſcilicet magna illa præcepta patientiæ non oſtentatione corporis,ſed cordis præ
paratione facienda:fieri enim poteſt ut alterã maxillam uiſibiliter præbeat homo & iratus. D
Quanto ergo melius & reſpondet uera placatus,& ad uera perferenda graviora tranquillo
animo ſit paratus? Beatus eſt em qui in omnibus quæ iniuſta pro iuſtitia patitur, poteſt ue
pſal.56 raciter dicere,Paratum cor meũ deus,paratũ cor meum. Hinc ſit quippe quod ſequitur,can
tabo & pſalmum dicã domino. Quod Paulus & Barnabas etiã in uinculis duriſſimis face/
re potuerunt. Sed ad narrationis euangelicæ ſequentia redeamus. Et miſit eum Annas li/
gatum ad Caipham pontificẽ.) Ad illũ enim ſicut Matthæus dicit ab initio ducebatur, quo
niam ipſe erat illius anni princeps ſacerdotũ: alternos quippe intelligendi ſunt agere ſole/
re annos ambo põtifices,id eſt, principes ſacerdotũ, qui erãt illo tẽpore Annas & Caiphas,
quos & Lucas euangeliſta cõmemorat, narrans quo tempore cœperit dominus à præcur/
Luce 3 ſore Ioanne prædicare regnũ cœlorũ & congregare diſcipulos:ſic em dicit,Sub principibus
ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt uerbũ domini ſuper Ioannẽ Zachariæ filiũ in de
ſerto,&c. Proinde iſti ambo pontifices uiciſſim ſuos annos agebant. Et erat tunc annus Cai
Matth.26 phæ quando paſſus eſt Chriſtus. Ideo ſecundum Matthæũ cum cõprehenſus eſſet, ad eum
ductus eſt,ſed prius ad Annã ſecundũ Ioannẽ uenerunt cum illo,nõ quia collega, ſed quia
ſocer eius erat. Et credendũ eſt ſecundũ uoluntatẽ Caiphæ id eſſe factũ, uel etiã domus eo/
rum ita fuiſſe poſitas,ut non deberet Annas à tranſeuntibus præteriri. Sed cũ dixiſſet euan
geliſta quòd eum ligatum miſerit Annas ad Caiphã,reuerſus eſt ad locum narrationis ubi
reliquerat Petrũ,ut explicaret quod in domo Annæ de trina eius negatione cõtigerat. Erat
autẽ,inquit,Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe.) Hoc recapitulat quod ante iam dixerat:
deinde quæ ſecuta ſunt iũgit. Dixerũt ergo ei,Nũquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit
ille & dixit,Nõ ſum.) Iam ſemel negauerat ad ancillæ uocẽ,& ecce iterũ eodẽ timore perter/
ritus negauit. Deinde ut tertia negatio perficeretur, & uerbũ domini prædictũ impleretur,

Dicit ei unus ex ſeruis pontificis,cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculã, Nõne ego
te uidi in horto cum illo? Iterũ ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit.) Ecce medici

completa

A cõpleta eſt prædictio,ægroti cõuicta præſumptio:nõ enim factũ eſt quod iſte dixerat,Ani/
mã meã pro te ponã:ſed factum eſt quod ille prædixerat,Ter me negabis. Sed trina Petri
negatione cõpleta,iam & iſte ſermo cõpleatur,ut deinceps quæ de domino apud Pontium
Pilatum præſidem geſta ſunt,ab alio conſyderemus exordio.

Ab eo quod dicit,Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem
mane, uſq; ad id quod ait, Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit,ſignificans qua
morte eſſet moriturus. Tractatus CXIIII.

VAE cum domino uel de domino noſtro Ieſu Chriſto apud Pontiũ Pilatum
præſidẽ geſta ſunt,quantũ Ioannes euangeliſta indicat,deinde uideamus. Re/
dit enim ad locũ narrationis ſuæ ubi eam reliquerat,ut explicaret Petri negatio
nem. Iam quippe dixerat, Et miſit eum Annas ligatum ad Caiphã pontificem,
atq; inde regreſſus euangeliſta ubi dimiſerat Petrũ calefacientẽ ſe ad ignẽ in atrio,poſteaq;
totã eius negationẽ quæ ter facta eſt terminauit,iterũ percurrit ad ordinẽ hiſtoriæ. Adou
cunt ergo Ieſum,inquit,à Caipha in prætoriũ.) Ad Caiphã quippe ab Anna collega & ſo/
cero eius dixerat miſſum:ſed ſi ad Caiphã,cur in prætoriũ? Quod nihil aliud uult intelligi,
quàm ubi præſes Pilatus habitabat. Aut igit aliqua urgẽte cauſa de domo Annæ,quò ad
audiendũ Ieſum ambo cõuenerant,Caiphas perrexerat ad prætoriũ præſidis,& ſocero ſuo
Ieſum reliquerat audiendũ:aut in domo Caiphæ prætoriũ Pilatus acceperat,& tãta domus
erat,ut ſeorſum habitantẽ dominũ ſuũ,ſeorſum iudicẽ ferret. Erat aũt mane,& ipſi,)id eſt
qui ducebant Ieſum, nõ introierunt in prætoriũ,)hoc eſt in eam partẽ domus quã Pilatus
tenebat,ſi ipſa erat domus Caiphæ. Cur autẽ nõ introierunt in prætoriũ,exponẽs cauſam,

Vt nõ cõtaminarẽtur,ingt,ſed ut mãducarẽt paſcha.) Dies em agi cœperãt azymorũ,q/
bus diebus cõtaminatio illis erat in alienigenæ habitaculũ intrare. O impia & ſtulta cæcitas,
habitaculo uidelicet cõtaminarent alieno,& nõ cõtaminarẽtur ſcelere proprio? Alienigenæ
B iudicis prætorio cõtaminari timebãt,& fratris innocẽtis ſanguinẽ fũdere nõ timebãt,ut hoc
ſolũ interim dicã,ubi rea malorũ cõſciẽtia tenebãtur. Nã quod etiã dñs erat,qui eorũ impie
tate ducebatur ad mortẽ,& uitæ dator occidebatur,nõ eorũ conſcientiæ, ſed ignorantiæ de
putetur. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quam accuſationẽ affertis aduerſus ho
minẽ hunc? Reſponderunt & dixerunt ei,Si nõ eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus
eũ.) Interrogentur atq; reſpondeant ab immundis ſpiritibus liberati,ſanati languidi,leproſi
mundati,ſurdi audientes,muti loquentes,cæci uidentes,mortui reſurgentes,& quod omnia
ſuperat,ſtulti ſapientes,utrũ ſit malefactor Ieſus. Sed iſta dicebant,de quibus per prophetã
iam ipſe prædixerat,Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite pſal.34
eũ uos,& ſecundũ legẽ ueſtrã iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi,Nobis nõ licet interfice De pœn. diſ. 1
re quenquã.) Quid eſt quod loquitur inſana crudelitas? An non interficiebant quem interfi c. periculoſe
ciendum offerebant? an forte crux non interficit? Sic deſipiunt qui non ſectantur, ſed inſe/
ctantur ſapientiã. Quid eſt autẽ, nobis nõ licet interficere quenquã? Si malefactor eſt,cur
nõ licet? nónne lex eis præcepit,ne malefactoribus,præſertim qualẽ iſtũ putabant, à ſuo deo
ſeductoribus parcãt? Sed intelligendum eſt eos dixiſſe,nõ ſibi licere interficere quencq;,pro/
pter diei feſti ſanctitatẽ, quẽ celebrare iam cœperant, propter quẽ de ingreſſu etiã prætorij
cõtaminari metuebant. Itá ne obduruiſtis falſi Iſraëlitæ? itá ne omnẽ ſenſum nimia malitia
perdidiſtis,ut ideo uos à ſanguine innocentis impollutos eſſe credatis,quia eum fundendũ
alteri tradidiſtis? Nunquid & Pilatus illũ qui poteſtati eius à uobis ingeritur occidendus,
ſuis eſt manibus occiſurus? Si non eũ uoluiſtis occidi,ſi non inſidiati eſtis, ſi non uobis tra/
dendũ pecunia cõparaſtis,ſi non cõprehendiſtis,uinxiſtis,adduxiſtis,odiſtis,ſi non occiden
dum manibus obtuliſtis,uocibus popoſciſtis,non eum à uobis interfectũ eſſe iactate. Si au
tem illis omnibus ueſtris præcedentibus factis,etiã crucifige crucifige clamaſtis,audite quid
contra uos propheta clamat,Filij hominũ dentes eorũ arma & ſagittæ,& lingua eorum ma pſal.56
chæra acuta. Ecce quibus armis,quibus ſagittis,qua machæra iuſtũ interfeciſtis,quando uo

bis interficere quenquã non licere dixistis. Hinc est quod ad cõprehendendum Iesum, cũ sa- C
cerdotum non uenissent principes, sed missent, Lucas tamen euangelista in eodem narra-
Luc.22 tionis suæ loco ait, Dixit autem, inquit, Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotũ,
& magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronẽ existis, &c. Sicut ergo principes sacerdo-
tum non per seipsos, sed per eos quos miserant ad comprehendendum Iesum, quid aliud
quàm ipsi in suæ iussionis potestate uenerunt: sic omnes qui crucifigendũ Iesum impijs uo-
cibus clamauerunt, non quidẽ per seipsos eum, sed tamen ipsi per illũ, qui eorũ clamore ad
hoc nefas impulsus est, occiderũt: quod uero Ioannes euangelista subiungit, Vt sermo Ie-
su impleretur quẽ dixit, significans qua morte esset moriturus.) Si mortẽ crucis hic uelimus
accipere, tanquã ideo dixerint Iudæi, Nobis nõ licet interficere quenquã, quia interfici aliud
est, aliud crucifigi, non uideo quomodo id possit consequenter intelligi, cum hoc ad Pilati
uerba responderint, quibus eis dixerat, Accipite eum uos, & secundũ legẽ uestrã iudicate eũ:
nunquid ergo eũ non poterant accipere, & ipsi eũ crucifigere, si per tale genus supplicij inter
fectionẽ cuiuscp uitare cupiebant? Quis autẽ non uideat quàm sit absurdũ eis licere quen-
quam crucifigere, quibus non licet quenquam interficere? Quid quod ipse dominus ean-
dem mortem suam, id est, mortem crucis, etiam interfectionem uocat, sicut legimus apud
Mar.10 Marcum ubi ait, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sa
cerdotum & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, &
conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget? Nimi-
rum ergo ista dicendo significauit dominus qua esset morte moriturus, non quod hic
mortem crucis uellet intelligi, sed quod eum Iudæi fuissent gentibus tradituri, hoc est, Ro-
manis: nam Pilatus Romanus erat, eumcp in Iudæam Romani præsidem miserant. Vt er
go iste sermo Iesu impleretur, id est, ut eum sibi traditum gentes interficerẽt, quod Iesus fu-
turum esse prædixerat, ideo Pilatus qui iudex Romanus erat, cum uellet eũ reddere Iudæis
ut secundum legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes, Nobis nõ licet D
interficere quenquam. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte prædixit, ut eum à
Iudæis traditũ interficerẽt gẽtes, minore scelere quàm Iudæi, qui se isto modo ab eius inter
fectione uelut alienos facere uoluerũt, nõ ut eorũ innocẽtia, sed ut demẽtia monstraretur.

De eo quod dicit, Introiuit ergo iterũ in prætoriũ Pilatus, & uocauit Iesum, us
que ad id quod ait, Erat autem Barrabas latro. Tractatus CXV.

QVID Pilatus dixerit Christo, quidúe Pilato ille respõderit, isto sermone consy-
derandum atcp tractandum est: cum enim dictum esset Iudæis, Accipite eum
uos, & secundum legem uestram iudicate eum, atcp illi respondissent, nobis non
licet occidere quenquam. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uoca
uit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Et respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij
tibi dixerunt de me?) Sciebat utiq; dominus, & quod ipse interrogauit, & quid ille respon-
surus fuit: sed tamen dici uoluit, non ut ipse sciret, sed ut scriberetur, quod nos uoluit ut scire-
mus. Respondit ei Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderũt
te mihi, quid feciſti? Respondit Iesus, Regnum meum nõ est de hoc mundo: si ex hoc mun
do esset regnum meum, ministri mei decertarent, ut non traderer Iudæis, nunc autẽ regnũ
meum non est hinc.) Hoc est quod bonus magister scire nos uoluit: sed prius nobis demon
stranda fuerat uana hominum de regno eius opinio siue gentium, siue Iudæorum, à qui-
bus id Pilatus audierat, quasi propterea morte fuisset plectendus, quod illicitum affectaue
rit regnum, uel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes, & uidelicet cauendum erat,
ne eius regnum siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum. Poterat autem dominus quod
ait, Regnum meum non est de hoc mundo &c. ad primã interrogationem præsidis respon
dere ubi ei dixit, Tu es rex Iudæorum? sed eum uicissim interrogãs, utrum hoc à semetipso
diceret, an audisset ab alijs, illo respondente ostendere uoluit hoc sibi apud illum fuisse à Iu
dæis uelut crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum quas ipse nouerat,
quoniam

A quoniam uanæ sunt, eisq; post responsionem Pilati, etiam Iudæis & gentibus opportuni-
us aptiusq; respondens, Regnum meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti Pi-
lato continuo respondisset, non etiam Iudæis, sed solis gentibus hoc de se opinantibus re-
spondisse uideretur. Nunc uero quoniam respondit Pilatus, nunquid ego Iudæus sum?
Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? abstulit à se suspicionem qua pos-
sit putari à semetipso dixisse quòd Iesum regẽ dixerat esse Iudæorũ, id se à Iudæis audisse
demonstrans. Deinde dicẽdo, quid feciſti, satis ostẽdit illud ei pro crimine obiectũ: tanquã
diceret, si regẽ te negas, quid feciſti ut tradereris mihi? Quasi mirũ nõ esset, si puniẽdus iudi-
ci traderetur, qui se diceret regẽ. Si autẽ hoc nõ diceret, quærẽdũ ab illo esset, quid aliud for
te feciſſet, unde tradi iudici dignus esset. Audite ergo Iudæi & gentes, audi circũcisio, audi
præputiũ, audite omnia regna terrena, nõ impedio dominationẽ uestrã in hoc mundo, re- matg: 2
gnũ meũ nõ est de hoc mundo. Nolite metuere metu uanissimo, quo Herodes ille maior cũ
Christus natus nunciaretur, expauit, & tot infantes ut ad eum mors perueniret, occidit, ti-
mendo magis quàm irascendo crudelior. Regnũ, inquit, meũ non est de hoc mundo. Quid
uultis amplius? Venite ad regnũ quod nõ est de hoc mundo: uenite credẽdo, & nolite sæui
re metuẽdo. Dicit quidẽ prophetia de deo patre, Ego autẽ constitutus sum rex ab eo, super- psal.2
Sion montẽ sanctũ eius: sed Sion illa & mons ille nõ est de hoc mũdo: quod est enim eius
regnum nisi credentes in eum, quibus dicit, De mundo non estis, sicut & ego non sum de Ioan.8
mundo? quãuis eos esse uellet in mundo, propter quod de illis dixit ad patrem, Non rogo Ioan.17
ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Vnde & hic non ait, regnum meum non
est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo: & cum hoc probaret dicens, si ex hoc mun-
do esset regnum meum, ministri mei decertarent, ut non traderer Iudæis, non ait, nunc au-
tem regnum meum non est hic, sed non est hinc. Hic est enim regnum eius usque in finem matg: 13
seculi, habens inter se commixta zizania usq; ad messem, messis enim finis est seculi, quan-
B do messores uenient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, quod utiq; nõ
fieret, si regnum eius non esset hic: sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Re-
gno suo quippe dicit, De mundo non estis, sed ego uos elegi de mundo. Erant ergo de mũ- Ioan.15
do, quando regnum eius nõ erant, sed ad mundi principẽ pertinebant. De mundo est ergo de mundo esse quid sit?
quicquid hominũ à uero quidẽ deo creatũ, sed ex Adam uitiata atq; damnata stirpe gene-
ratũ est. Factum est autem regnum non iam de mundo, quicquid inde in Christo regenera
tum est. Sic enim nos deus eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij charita Col.1
tis suæ: de quo regno dicit, Regnũ meũ nõ est de hoc mundo, uel regnũ meum nõ est hinc.

Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego.) Non
quia regem se timuit confiteri, sed tu dicis, ita libratum est, ut neq; se regem neget: rex est eñ
cuius regnum non est de hoc mundo: neq; regẽ talẽ se esse fateatur, cuius regnum putetur
esse de hoc mundo: talem quippe ille sentiebat qui dixerat, Ergo rex es tu? Cui responsum
est, tu dicis, quia rex sum ego: dictum est enim, tu dicis, ac si dictum esset, carnalis carnali-
ter dicis. Deinde ait, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium
perhibeam ueritati.) Nõ est producenda huius pronominis syllaba quod ait, in hoc natus
sum, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, ad hanc rem
natus sum, uel ad hoc natus sum, sicut ait, ad hoc ueni in mundum. In Græco nanque e-
uangelio nihil est huius locutionis ambiguum, unde manifestum est eum temporalem na
tiuitatem suam hic commemorasse qua incarnatus uenit in mundum, non illam sine initio
qua deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est, propter
hoc natum, & ad hoc uenisse in mundum, utique nascendo de uirgine, ut testimonium per-
hibeat ueritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit atque ait, Omnis qui est ex ue- audire vocem dei quid sit?
ritate, audit meam uocẽ.) Audit utique interioribus auribus, id est, obaudit meæ uoci, quod
tantundem ualeret si diceret, credit mihi. Cum itaq; Christus testimonium perhibeat ue-
ritati, profecto testimonium perhibet sibi: eius quippe uox est, Ego sum ueritas: & dixit alio

Ioan.8 quoq; loco,Ego teſtimoniū perhibeo de me:quod uero ait,Omnis qui eſt ex ueritate,audit C
meā uocē,gratiā cōmendauit quæ ſecundū propoſitū uocat:de quo propoſito dicit Apoſto
Rom.8 lus,Scimus quoniā diligentibus deū omnia cooperantur in bonū, his qui ſecundū propoſi
tū dei uocati ſunt,propoſitū ſcilicet uocantis,non uocatorū:quod alibi apertius ita poſitum
2.Tim.1 eſt,Conlabora euangelio ſecundū uirtutē dei ſaluos nos facientis & uocantis uocatione ſua
ſancta,non ſecundū opera noſtra,ſed ſecundū ſuū propoſitū & gratiā: nam ſi naturā cogi
temus in qua creati ſumus,cum omnes ueritas creauerit, quis non eſt ex ueritate? Sed non
omnes ſunt quibus ut audiant ueritatem,hoc eſt,ut obediant ueritati & credant in ueritatē,
ex ipſa ueritate præſtatur,nullis proculdubio præcedētibus meritis,ne gratia non ſit gratia.
Si enim dixiſſet,Omnis qui audit meam uocē ex ueritate eſt, ideo dictus ex ueritate puta
retur,quia obtēperat ueritati:non autē hoc ait,ſed ait,Omnis qui eſt ex ueritate, audit meā
uocem: ac per hoc nō ideo eſt ex ueritate,quia eius audit uocem:ſed ideo audit, quia ex ue
ritate eſt,id eſt,quia hoc illi donū ex ueritate collatū eſt.Quod quid eſt aliud quàm donan
te Chriſto credit in Chriſtum? Dixit ei Pilatus,Quid eſt ueritas?)Nec expectauit audire
reſponſum. Sed cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos,& dixit eis, Ego nullam inue
nio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in paſcha, uultis
ergo dimittam uobis regem Iudæorum?) Credo cum dixiſſet Pilatus, quid eſt ueritas, in
mentem illi uenisſe continuo conſuetudinem Iudæorum qua ſolebat eis dimitti unus in pa
ſcha,& ideo non expectauit ut reſponderet ei Ieſus quid eſſet ueritas,ne mora fieret cum re
coluiſſet morem quo poſſet eis per paſcha dimitti,quod eum ualde uoluiſſe manifeſtū eſt.
Auelli tamen ex eius corde non potuit Ieſum regē eſſe Iudæorū, tanquam hoc ſibi ſicut in
titulo ipſa ueritas fixerit,de qua quid eſſet interrogauit. Sed hoc audito, Clamauerunt
rurſum omnes dicentes,Non hunc,ſed Barrabā.Erat autē Barrabas latro.)Non reprehen
dimus ô Iudæi quod per paſcha liberatis nocentē,ſed q; occidiſtis innocentē:quod tamē ni
ſi fieret,uerū paſcha nō fieret:ſed umbra ueritatis à Iudæis errantibus tenebatur,& mirabili D
diſpenſatione diuinæ ſapiētiæ per homines fallaces eiuſdē umbræ ueritas implebatur,qui a
ut uerum paſcha fieret,Chriſtus uelut ouis immolabatur.Hinc ea ſequuntur quæ iniurioſa
Chriſto Pilatus & cohors eius ingeſſit,ſed alia diſputatione tractanda ſunt.

De eo quod dicit,Tunc ergo apprehēdit Pilatus Ieſum & flagellauit,uſq; ad
id quod ait,Suſceperunt autem Ieſum,& eduxerunt eum. Tractatus CXVI.

Cap.XIX

VM Iudæi clamaſſent,non Ieſum ſibi à Pilato dimitti uelle per paſcha,ſed Bar
rabā latronē,non ſaluatorē,ſed interfectorē,non datorē uitæ,ſed ademptorē.
Tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit.)Hoc Pilatus non ob aliud feciſ
ſe credendus eſt,niſi ut eius iniurijs Iudæi ſatiati ſufficere ſibi exiſtimarēt,& uſq;
ad eius mortem Iudæi ſæuire deſiſterēt. Ad hoc pertinet quod idē præſes cohortē ſuā etiam
permiſit facere quæ ſequūtur,aut fortaſſis & iuſſit,quāuis hoc euangeliſta tacuerit: dixit eñ
quid deinde fecerint milites,Pilatū tamen id iuſſiſſe non dixit. Et milites,inquit,plectētes
coronā de ſpinis,impoſuerunt capiti eius,& ueſte purpurea circundederunt eū, & ueniebāt
ad eū,&dicebant,Aue rex Iudæorū,Et dabant ei alapas.)Sic implebantur quæ de ſe prædi
xerat Chriſtus: ſic martyres informabantur ad omnia quæ perſecutores libuiſſet facere per
ferenda: ſic pauliſper occultata tremēda potētia, cōmendabatur prius imitanda patientia:
ſic regnū quod de hoc mundo nō erat,ſuperbū mundū nō atrocitate pugnandi,ſed patien
di humilitate uincebat: ſic illud granū multiplicandū ſeminabatur horribili contumelia, ut
mirabili pullularet in gloria. Exijt iterū Pilatus foras &dicit eis,Ecce adduco eū foras,ut co
gnoſcatis,qa in eo nullā cauſam inuenio.Exijt ergo Ieſus portās ſpineā coronā &purpureū
ueſtimētū,&dicit eis,Ecce homo.)Hic apparet nō ignorāte Pilato hæc à militibus facta,ſiue
iuſſerit ea ſiue pmiſerit,illa ſcilicet cauſa quā ſupra diximus,ut hæc eius ludibria inimici libē
tiſſime biberēt,& ulterius ſanguinē nō ſitirēt. Egrediť ad eos Ieſus portās ſpineā coronā &
purpureū ueſtimentū,nō clarus imperio,ſed plenus opprobrio:& dicit eis,Ecce homo,Si re
gi inuide

A gi inuidetis,iam parcite quia deiectum uidetis.Flagellatus eſt,ſpinis coronatus eſt,ludibrio
ſa ueſte amictus eſt,amaris conuicijs illuſus eſt,alapis cæſus eſt, feruet ignominia, frigeſcat
inuidia,ſed non frigeſcit,inardeſcit potius & increſcit. Cum ergo uidiſſent eum pontifices
& miniſtri clamabant dicentes,Crucifige,crucifige eum. Dicit eis Pilatus, accipite eum uos
& crucifigite,ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſpōderunt ei Iudæi,Nos legem habe
mus,& ſecundum legem debet mori,quia filium dei ſe fecit.)Ecce altera maior inuidia. Par
ua quippe illa uidebatur,uelut affectatæ illicito auſu regiæ poteſtatis, & tamen neutrum ſi
bi Ieſus mendaciter uſurpauit,ſed utrunq; uerum eſt,& unigenitus dei filius eſt,& rex ab eo
conſtitutus ſuper Sion montē ſanctum eius,& utrunq; nunc demonſtraret, niſi quāto erat
potentior,tanto mallet eſſe patientior. Cum ergo audiſſet Pilatus hoc uerbum,magis ti
muit,& ingreſſus eſt prætorium iterum,& dicit ad Ieſum,Vnde es tu? Ieſus autem reſpon
ſum non dedit ei.) Hoc ſilētium domini noſtri Ieſu Chriſti nō ſemel factū, collatis omniū
euāgeliſtarū narrationibus reperitur,& apud principes ſacerdotū, & apud Herodē,quò eū
ſicut Lucas indicat miſerat Pilatus audiendum,& apud ipſum Pilatum,ut non fruſtra de il
lo prophetia præceſſerit, Sicut agnus corā tondēte ſe ſine uoce,ſic non aperuit os ſuum, tūc Eſaie 53
utiq; quando interrogantibus non reſpondit. Quamuis enim quibuſdam interrogationi
bus ſæpe reſponderit, tamen propter illa in quibus noluit reſpondere, ad hoc data eſt de a bimilitudo de agno
gno ſimilitudo,ut in ſuo ſilentio non reus ſed innocēs haberetur.Cum ergo iudicaretur ubi
cunq; non aperuit os ſuum,ſicut agnus non aperuit,id eſt,non ſicut male ſibi cōſcius qui de
peccatis conuincebatur ſuis,ſed ſicut manſuetus qui pro peccatis immolabatur alienis. Di
cit ergo ei Pilatus,Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te,& poteſta
tem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus,Non haberes aduerſum me poteſtatem ullam,ni
ſi tibi datū eſſet deſuper,propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet.) Ecce reſpon
dit,& tamen ubicunq; non reſpondit,non ſicut reus ſiue doloſus, ſed ſicut agnus,hoc eſt,ſi
cut ſimplex atq; innocens non aperuit os ſuum.Proinde ubi non reſpondebat,ſicut ouis ſi
B lebat:ubi reſpondebat,ſicut paſtor docebat. Diſcamus ergo quod dixit,quod & per Apo
ſtolum docuit,quia non eſt poteſtas niſi à deo. Et quia plus peccat qui poteſtati innocentē Roma.13
occidendum liuore tradit, quàm poteſtas ipſa ſi cum timore alterius maioris poteſtatis oc
cidit. Talem quippe Pilato deus dederat poteſtatē,ut etiā eſſet ſub Cæſaris poteſtate.Qua
propter non haberes,inquit,aduerſum me poteſtatem ullām,id eſt,quantulamcūq; habes,
niſi hocipſum quidē tibi eſſet datū deſuper. Sed quoniā ſcio quantū ſit, nō enim tantū eſt,
ut tibi omnimodo liberū ſit, propterea qui tradidit me tibi,maius peccatū habet. Ille quip
pe me tuæ poteſtati tradidit inuidendo,tu uero eandē poteſtatem in me exercituras es me
tuendo.Nec timendo quidem,præſertim innocentē homo hominē debet occidere, inuidus
homicida malus eſt, ſed tamen id zelando facere multo magis malū eſt,quàm timendo. Et
ideo non ait uerax magiſter,qui me tradidit tibi,ipſe habet peccatū,tanq; ille non haberet,
ſed ait,maius habet peccatū,ut etiā ſe habere intelligeret: neq; eñ propterea illud nullū eſt,
quia hoc maius eſt. Exinde quærebat Pilatus dimittere eū.) Quid eſt hoc quod dictū eſt,
exinde? Quaſi antea nō quærebat? Lege ſuperiora, & inuenies iamdudū eū quærere dimit
tere Ieſum.Exinde itaq; intelligendum eſt propter hoc,id eſt,ex hac cauſa,ne haberet pecca
tum occidendo innocentē ſibi traditū,quāuis minus peccans quàm Iudæi qui eū illi tradide
rāt occidendū.Exinde ergo,id eſt,ideo ne hoc peccatū faceret,nō nunc primū, ſed ab initio
quærebat eū dimittere. Iudæi aūt clamabāt dicētes,Si hūc dimittis,nō es amicus Cæſaris.
Omnis eñ qui ſe regē facit,cōtradicit Cæſari.) Maiorē timorē ſe ingerere putauerūt Pilato
terrendo de Cæſare ut occideret Chriſtū, q̄ ſuperius ubi dixerūt,Nos legē habemus,& ſe
cūdū legē debet mori,qa filiū dei ſe fecit.Eorū legē quippe ille nō timuit ut occideret:ſed ma
gis filiū dei timuit ne occideret. Nūc uero nō ſic potuit contēnere Cæſarē autorē poteſtatis
ſuæ,quēadmodū legē gentis alienæ.Adhuc tñ euāgeliſta ſequiť & dicit, Pilatus aūt cū au
diſſet hos ſermones,adduxit foras Ieſum,& ſedit pro tribunali,in loco q dicit Lithoſtrotos,
Hebraice

Hebraice autem Gabatha. Erat autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta.) Qua hora ſit C
Mar.15 dominus crucifixus, propter euangeliſtæ alterius teſtimonium, qui dixit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, quoniam magna diſceptatio ſolet oboriri, cum ad ipſum locum ubi crucifixus narratur uentum fuerit, ut potuerimus, ſi dominus uoluerit, diſſeremus. Cum ergo pro tribunali ſediſſet Pilatus, Dicit Iudæis, Ecce rex ueſter. Illi autem clamabant, Tolle tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem ueſtrum crucifigam?) Adhuc terrorem quem de Cæſare ingeſſerant, ſuperare conatur, de ignominia eorum uolens eos frangere dicendo, Regem ueſtrum crucifigam, quos de ignominia Chriſti mitigare non potuit, ſed timore mox uincitur. Reſponderunt enim Pontifices, Non habemus regem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.) Apertiſſime quippe cõtra Cæſarem uenire uideretur, ſi regem ſe non habere niſi Cæſarem profitẽtibus, alium regem uellet ingerere dimittendo impunitum, quem propter hos auſus ei tradiderant occidendũ. Tradidit ergo eis illum ut crucifigeretur: ſed nunquid aliud & ante cupiebat quando dicebat, Accipite eum uos, & crucifigite: uel etiam ſuperius, accipite eum uos, & ſecundum legẽ ueſtram iudicate eum? Cur autem illi tantopere noluerunt, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, & omni modo inſtantes, ut non ab eis, ſed à præſide occideretur, & ideo eũ occidendum accipere recuſantes, ſi nunc eum accipiunt occidendum? Aut ſi hoc non fit, cur dictũ eſt, tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur? An aliquid intereſt? planè intereſt, non eſt enim dictum, Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigerent eum, ſed ut crucifigeretur, id eſt, ut iudicio ac poteſtate præſidis crucifigeretur, ſed ideo illis traditum dixit euangeliſta, ut eos crimine implicatos à quo alieni eſſe conabantur, oſtenderet. Non enim faceret hoc Pilatus, niſi ut id quod eos cupere cernebat, impleret: quod autem ſequitur, Suſceperunt autem Ieſum & eduxerũt.) Poteſt ad milites iam referri apparitores præſidis: nam poſtea euidẽtius dicitur, Milites ergo cum crucifixiſſent eum, quamuis euangeliſta etiam ſi totum Iudæis tribuit, merito facit. Ipſi enim ſuſceperunt quodui adiſſime flagitauerũt, & ipſi D
fecerunt quicquid ut fieret extorſerunt. Sed hæc ſequentia alio ſermone tractanda ſunt.

De eo quod dicit, Et baiulans ſibi crucẽ, exĳt in eum qui dicitur Caluariæ locum, uſq; ad id quod ait. Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi ſcripſi. Tra. CXVII.

IVDICante atq; damnãte Pilato pro tribunali dominum Ieſum Chriſtum hora quaſi ſexta, Suſceperunt & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem, exĳt in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraice autem Golgotha, ubi crucifixerunt
Mar.15 eum.) Quid eſt ergo quod Marcus euangeliſta dicit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, niſi quia hora tertia crucifixus eſt dominus linguis Iudæorum, hora ſexta manibus militum, ut intelligamus horam quintã iam fuiſſe tranſactam, & aliquid de ſexta cœptum quando ſedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta eſt à Ioanne hora quaſi ſexta. Et cum duceretur ut in ligno cum duobus latronibus configeretur, & iuxta eius crucem gererentur quæ geſta narrantur, hora ſexta integra compleretur, ex qua hora uſq; ad nonã ſole obſcurato, tenebras factas trium euangeliſtarum, Matthæi, Marci & Lucæ conteſtatur autoritas. Sed quoniam Iudæi facinus interfecti Chriſti à ſe in Romanos, id eſt, in Pilatum & eius milites transferre conati ſunt, propterea Marcus ſuppreſſa ea hora qua Chriſtus à militibus crucifixus eſt, quæ agi ſexta iam cœperat, tertiam potius horam eſſe recordatus expreſſit, qua hora intelliguntur apud Pilatum clamare potuiſſe, Crucifige, crucifige, ut non illi tantum reperiantur crucifixiſſe Ieſum, id eſt, milites qui eum ligno ſexta hora ſuſpenderunt, uerumetiam Iudæi, qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Eſt & alia huius ſolutio quæſtionis, ut non hic accipiatur hora ſexta diei, quia nec Ioannes ait, Erat autem hora diei quaſi ſexta, ſed ait, Erat autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta. Paraſceue autem latine præparatio eſt: ſed iſto uerbo Græco libentius utuntur Iudæi in huiuſmodi obſeruationibus, etiam qui magis latine quàm græce loquuntur. Erat autem præparatio paſchæ. Pa-
1. Cor.5 ſcha uero noſtrum, ſicut dicit Apoſtolus, immolatus eſt Chriſtus. Cuius paſchæ præparationẽ,

A tionem ſi ab hora noctis nona computemus, tunc enim uidentur principes ſacerdotũ pronunciaſſe immolationẽ domini, dicẽtes, Reus eſt mortis, cum adhuc in domo pontificis au Matth.26
diretur, unde cõgruenter accipitur inde cœpiſſe præparationẽ ueri paſchæ, cuius umbra erat paſcha Iudæorum, id eſt, immolationis Chriſti, ex quo à ſacerdotibus pronunciatus eſt immolandus, profecto ab ea noctis hora quæ tunc nona fuiſſe cõſtitur, uſq; ad horã diei tertiam qua crucifixum eſſe Chriſtum Marcus euangeliſta teſtatur, ſex horæ ſunt, tres nocturnæ & tres diurnæ. Vnde in hac paraſceue paſchæ, id eſt præparatione immolationis Chriſti, quæ ab hora noctis nona cœperat, quaſi ſexta agebatur hora, id eſt, peracta quinta iam ſexta currere cœperat, quando Pilatus tribunal aſcendit: adhuc eĩm erat ipſa præparatio quæ ab hora noctis nona cœperat, donec fieret quæ præparabatur Chriſti immolatio, quæ facta eſt hora tertia ſecundũ Marcũ, nõ præparationis, ſed diei, eadẽq; ſexta non diei ſed præparationis, ſex utiq; horis à noctis nona uſq; ad diei tertiã cõputatis. Harũ duarũ ſolutionum iſtius difficilis quæſtionis eligat quiſq; quã uolet. Melius aũt quid eligat iudicabit, qui de cõſenſu euãgeliſtarũ quæ operoſiſſime diſputata ſunt legerit. Quod & ſi aliæ ſolutiones li.3. de cõſenſu
eius potuerint inueniri, cumulatius euangelicæ ueritatis cõſtantia defenditur aduerſus calu euangeliſt. c.13
mnias infidelis atq; impiæ uanitatis. Nũc ad narrationẽ Ioannis euangeliſtæ poſt iſta breuiter tractata redeamus. Suſceperunt autẽ, inquit, Ieſum & eduxerunt, & baiulans ſibi crucẽ exĳt in eũ qui dicitur Caluariæ locũ, Hebraice Golgotha ubi crucifixerunt eũ. Ibat ergo ad locũ ubi fuerat crucifigẽdus, portans crucẽ ſuã Ieſus. Grande ſpectaculũ, ſed ſi ſpectat impietas, grande ludibriũ: ſi pietas, grande myſteriũ. Si ſpectet impietas, grande ignominiæ documentũ: ſi pietas, grande fidei munimentũ. Si ſpectet impietas, ridet regẽ pro uirga regni lignũ ſui portare ſupplicĳ: ſi pietas, uidet regẽ baiulanté lignum ad ſemetipſum figendum, quod fixurus fuerat etiã in frontibus regũ, in eo ſpernendus oculis impiorũ, in quo erãt gloriatura corda ſanctorũ: dicturo enim Paulo, Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce domini no Gal.6
B ſtri Ieſu Chriſti, ipſam crucẽ ſuã ſuo geſtãs humero cõmẽdabat, & lucernæ arſuræ quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat. Baiulans ergo ſibi crucem, exĳt in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraice Golgotha, ubi eum crucifixerunt, Et cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum.) Iſti duo latrones erant, ſicut aliorum euangeliſtarũ narratione didicimus, cum quibus crucifixus & inter quos fixus eſt Chriſtus: de quo præmiſſa dixerat prophetia, Et inter iniquos deputatus eſt. Scripſit autem & titulum Pilatus, & Eſaiæ 53
poſuit ſuper crucem: erat autem ſcriptum, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatẽ erat locus ubi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebraice, Græce & Latine, rex Iudæorũ. Hæ quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in dei lege gloriantes, Græca propter gentium ſapientes, Latina propter Romanos, multis ac penè omnibus iam tunc gentibus imperantes. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorũ, Noli ſcribere rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorũ. Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi.) O ineffabilem uim diuinæ operationis, etiã in cordibus ignorantiũ. Nõne occulta uox quædã Pilato intus quodã, ſi dici poteſt, clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in pſalmorũ litteris prophetatũ eſt? Ne corrũpas tituli inſcriptionẽ, ecce tituli inſcriptionẽ nõ corrumpit, quod ſcripſit ſcripſit. Sed etiã Põtifices qui hoc corrũpi uolebant, quid dicebant? Noli ſcribere, inquiunt, rex Iudæorũ, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorũ. Quid loquimini inſani, quid fieri cõtradicitis, quod mutare nullo pacto poteſtis? Nũquid enim propterea nõ erit uerũ, quia Ieſus ait, rex ſum Iudæorũ? Si corrũpi nõ poteſt quod Pilatus ſcripſit, corrũpi poteſt quod ueritas dixit, ſed Iudæorũ tantũ rex eſt Chriſtus, an & gentiũ? imò & gentiũ: cũ enim dixiſſet in prophetia, Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ eius, prædicans præceptũ eius, pſal.2
ne propter montẽ Sion ſolis Iudæis eũ regẽ quiſq; diceret cõſtitutũ, cõtinuo ſubiunxit, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vnde & ipſe iam per os proprium loquens

Ioan.10 quens apud Iudæos,Habeo,inquit,alias oues quæ nō sunt de hoc ouili,oportet me & ipsas C
adducere,& uocem meam audient,& fiet unus grex & unus pastor. Cur ergo magnum uo
lumus intelligi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat, rex Iudæorum, si rex est
Christus & gentium? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ, non olea
particeps facta est amaritudinis oleastri: nam in eo quod de Christo ueraciter scriptum est
in titulo rex Iudæorum,qui sunt intelligendi Iudæi nisi semen Abraæ filij promissionis,qui
sunt etiam filij dei? quoniam non qui filij carnis, ait Apostolus, hi filij dei, sed qui filij pro/
Gal.3 missionis deputantur in semine.Et gentes erant quibus dicebat,Si autem uos Christi, ergo
Abraæ semen estis,secundum promissionem hæredes. Rex ergo Iudæorum Christus, sed
Iudæorum circumcisione cordis,spiritu non littera. Quorum laus non ex hominibus sed ex
deo est, pertinentium ad Hierusalem liberam matrem nostram æternam in cœlis, Saram
spiritalem, ancillam & filiam eius de domo libertatis eijcientem. Ideo enim Pilatus quod
scripsit scripsit,quia dominus quod dixit dixit.

De eo quod dicit,Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta
eius,usq; ad id quod ait,Et in uestem meā miserunt sortē. Tractatus CXVIII.

IAm quæ gesta sunt iuxta crucem domini,cum iam crucifixus esset,isto quantum
dominus adiuuat sermone tractemus. Milites ergo cum crucifixissent eum,
acceperunt uestimenta eius & fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partem,
& tunicam.Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixe
runt ergo ad inuicem,Non scindamus eam,sed sortiamur de illa cuius sit,ut scriptura imple
Psal.21 atur dicens,Partiti sunt uestimenta mea sibi,& in uestem meam miserunt sortem,) Factum
est quod uoluerunt Iudæi,non ipsi sed milites qui parebant Pilato,iudicante ipso crucifixe
runt Iesum:& tamen si uoluntates, si insidias, si operam,si traditionem, postremo si extor/
quentes clamores eorum cogitemus,magis utiq; Iudæi crucifixerunt Iesum. Sed de partiti/
one & sortione uestimentorum eius non est prætereunter loquendum. Quamuis enim o/ D
mnes euangelistæ quatuor huius rei meminerint, cæteri tamen breuius quàm Ioannes, sed
Matth.27 clause illi,iste uero apertissime:nam Matthæus ait,Postquam autem crucifixerunt eum,di/
Mar.15 uiserunt uestimenta eius sortem mittentes. Marcus, Et crucifigentes eum diuiserunt uesti/
Luc.23 menta eius,mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Lucas, Diuidentes uero uestimen
ta eius,miserunt sortes. Ioannes autem & quot partes de uestimentis eius fecerint dixit, id
est quatuor,ut singulas tollerent. Vnde apparet quatuor fuisse milites,qui in eo crucifigēdo
præsidi parucrunt:manifeste quippe ait.Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt ue
stimenta eius,& fecerunt quatuor partes,unicuiq; militi partem, & tunicam subaudiēdum
est acceperunt,ut iste sit sensus,acceperunt uestimenta eius & fecerunt quatuor partes, uni/
cuiq; militi partem,acceperunt & tunicam. Et sic locutus est, ut de cæteris uestimentis nullā
sortem missam esse uideamus,sed de tunica quam simul cum cæteris acceperunt,sed non si/
militer diuiserunt:de hac enim sequitur exponens. Erat autem tunica inconsutilis,desuper
contexta per totum.) Cur autem de illa sorte miserunt narrans, Dixerunt,inquit,ergo ad
inuicem,Non scindamus eam,sed sortiamur de illa cuius sit.) Apparet itaq; in alijs uestibus
æquales eos habuisse partes,ut sortiri necesse non fuerit:in illa uero una non eos habere po
tuisse singulas partes nisi scinderetur,& pannos eius inutiliter tollerent,quod ne facerent ad
unum eam peruenire sortitione maluerunt.Huius euangelistæ narrationi cōsonat etiā pro/
pheticum testimonium,quod & ipse continuo subiungens, Vt scriptura,inquit,impleretur dicens,Partiti sunt uestimenta mea sibi,& in uestem meam miserunt sortem.) Nō enim ait,sortiti,sed partiti sunt,nec ait,sortientes partiti sunt,sed in cæteris uestimentis sortem o/mnino non nominans, postea dixit,& in uestem meam miserunt sortem,propter illam re/liquam tunicam. De qua re dicam, quod ipse donauerit, cum prius eam quæ oboriri po/test tanquam euangelistæ inter se discrepent,calumniam propulsauero, demonstrans nullius cæterorum uerba narrationi Ioannis esse contraria:Matthæus enim dicendo,Diuiserunt uestimen/

A uestimenta eius sortem mittentes,ad totam diuisionem uestimentorum uoluit intelligi etiā
illam tunicam pertinere,de qua sortem miserunt,quia utiq; omnes uestes diuidendo in qui
bus & illa fuit,de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam quod ait Lucas: Diuidentes uestimenta Luc.23
eius miserunt sortes:diuidentes enim uenerunt ad tunicam,de qua facta est sortitio,ut in/
ter eos uniuersa uestimentorum eius diuisio compleretur.Quid autem interest utrum dica/
tur,diuidentes miserunt sortes,quod ait Lucas:an diuiserūt sortem mittentes,quod ait Mat
thæus,nisi q̄ Lucas dicendo sortes,pluralē pro singulari numero posuit,quæ locutio in scri/
pturis sanctis insolita non est,cuius nōnulli codices sortem reperiantur habere,non sortes?
Marcus itaq; solus uidetur aliquam intulisse quæstionem:dicendo enim:Mittentes sortem Marci.15
super eis q̄s quid tolleret,tanq̄ super oīnibus uestimētis,nō super sola tunica sors missa sit,
locutus uidetur:sed hic etiam breuitas obscuritatem facit:sic enim dictum est,mittentes sor/
tem super eis,ac si diceretur,mittentes sortem cum diuiderent,quod & factum est. Omniū
quippe uestimentorum eius diuisio completa non esset,nisi forte claruisset,quis etiam illam
tunicam tolleret,ut sic contentio diuidentium finiretur,uel nulla potius oriretur. Quod ergo
ait:quis quid tolleret,quandoquidem hoc sorti deputatur,nō ad omnia quæ diuisa sunt ue/
stimenta referendum est:sors enim missa est quis illam tunicam tolleret, de qua quoniam
narrare prætermisit qualis fuerit,& quemadmodum æqualibus factis partibus sola reman
serit,quæne conscinderetur,ueniret in sortem,pro eo positum est quod ait,quis quid tolle/
ret,id est,quis eam tolleret,tanq̄ si totū ita diceretur,diuiserunt uestimenta eius, mittentes
sortem super eis,quis tunicam quæ partibus æqualibus superfuerat tolleret. Quærat forte quid pertinet vestimentorum
aliquis,quid significet in tot partes uestimentorū facta diuisio,& de tunica illa sortitio. Qua diuisio?
dripartita uestis domini Iesu Christi,quadripartitam figurauit eius ecclesiam,toto scilicet q
quatuor partibus cōstat,terrarum orbe diffusam,& omnibus eiusdem partibus æqualiter,
id est,concorditer distributam.Propter quod alibi dicit missurum se angelos suos, ut colli- Matth. 13.
B gant electos eius à quatuor uentis:quod quid est,nisi à quatuor partibus mundi,oriente,oc
cidente,aquilone & meridie? Tunica uero illa sortita,omnium partium significat unitatem, Tunica vero inconsutilis.
quæ charitatis uinculo continetur.De charitate autem locuturus Apostolus:Supereminen 1.Cor.13
tiorem,inquit,uiam uobis demonstro:& alio loco ait,Cognoscere etiam supereminentem Eph.3
scientiæ charitatem Christi.Item q̄ alibi:Super omnia autem hæc habete charitatem, quæ Col.3
est uinculum perfectionis.Si ergo charitas & supereminentiorem habet uiam,& superemi
net scientiæ,& super omnia præcepta est,merito uestis qua significatur,desuper cōtexta per/
hibetur.Inconsutilis autem,ne aliquando dissuatur,& ad unum peruenit,quia in unū oīes
colligit,sicut in apostolis cum esset etiam ipse numerus duodenarius,id est, quadripartitus
in ternos,& omnes essent interrogati,solus Petrus respondit:Tu es Christus filius dei uiui,
& ei dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum,tanq̄ ligandi & soluendi solus acceperit pote Matth.16
statem,cum & illud unus pro omnibus dixerit,& hoc cum omnibus tanq̄ personam gerēs
ipsius unitatis acceperit.Ideo unus pro omnibus,quia unitas est in omnibus. Vnde & hic
cum dixisset,desuper contexta,addidit,per totum,quod si referamus ad id quod significat,
nemo eius est expers qui pertinere ad totum inueniatur,à quo toto sicut Græca indicat lin/
gua,catholica uocatur ecclesia.In sorte autem quid nisi dei gratia cōmendata est? Sic quip/
pe in uno ad omnes peruenit,cum sors quoq; omnibus placuit,quia & dei gratia in unitate
ad omnes peruenit,& cum sors mittitur,non personæ uel cuiusq; meritis, sed occulto iudi/
cio dei ceditur.Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit,quia per malos facta
sunt,non scilicet per eos qui Christum secuti,sed qui sunt persecuti.Quid enim de ipsa cruce
dicturi sumus,quæ certe similiter ab inimicis atq; impijs Christo facta & impacta est? Et ta
men ea significari recte intelligitur quod ait Apostolus:Quæ sit latitudo,longitudo & alti/ Eph.3
tudo,& profundum.Lata est quippe in transuerso ligno,quò extendūt pendentes manus,
& significat opera bona in latitudine charitatis:longa est à trāsuerso ligno usq; ad terram,
ubi dorsum pedesq; figuntur,& significat perseuerantiam in longitudine temporis usq; in

finem. Alta est in cacumine, quod per transuersum lignum sursum uersum excedit, & significat supernum finem quò cuncta opera referuntur, quoniam cuncta quæ latitudine ac longitudine bene ac perseueranter fiunt, propter altitudinem diuinorum facienda sunt præmiorum. Profunda est in ea parte qua in terram figitur, ibi quippe & occulta est, nec uideri potest, sed cuncta eius apparentia & eminentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ dei quæ comprehendi ac diiudicari non potest, uniuersa procedunt. Sed & si
Gal. 5 crux Christi hoc solum significet quod ait Apostolus: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ passionibus & concupiscentijs, cẽ magnum bonum est: Nec tamẽ facit hoc nisi concupiscens aduersus carnem spiritus bonus, cũ illam crucem Christi fecerit inimicus, id est, spũs malus. Postremo quid est quod omnes nouerunt signũ Christi, nisi crux Christi: Quod signũ nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerantur, siue oleo quo chrismate unguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorũ rite perficit. Quomodo ergo per id quod male faciũt, nihil boni significat, quãdo per crucẽ Christi quã fecerunt mali, in celebratione sacramentorũ eius bonũ nobis omne signatur: Sed hæc hactenus, quæ autem sequuntur, aliâs, ut deus opitulabitur, differenda uidebimus.

De eo quod dicit: Et milites quidem hæc fecerunt, usq; ad id quod ait:
Et inclinato capite tradidit spiritum: Tractatus CXIX.

CRVCIFIXO domino posteaq; diuisio uestimentorum eius etiam sorte missa completa est, quæ deinde narrat Ioannes euangelista uideamus. Et milites quidem, inquit, hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.) Hæc ni
Ioan. 2 mirum est illa hora, de qua Iesus aquam conuersurus in uinum, dixerat matri: Quid mihi & D tibi est mulier, nondum uenit hora mea? Hanc itaq; horam prædixerat quæ tunc nondum uenerat, in qua deberet agnosci à matre moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis sed infirmitatis matrẽ uelut incognitam repellabat: nũc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo, affectu cõmendabat humano: tũc enim qui Mariam creauerat, innotescebat in uirtute: nunc uero quod Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis igitur insinuatur locus, facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruit præceptor bonus, ut à filijs pijs impendatur cura parentibus, tanq; lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis.
1. Timoth. 5 Ex hac sana doctrina didicerat Paulus apostolus quod docebat quãdo dicebat: Si quis autem suis & maxime domesticis non prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuiq; domesticum, quàm parentes filijs, aut parentibus filij? Huius itaq; salubrimi præcepti ipse magister sanctorum de seipso constituebat exemplum, quando nõ ut famulæ deus quam creauerat & regebat, sed ut matri homo de qua creatus fuerat & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filiũ prouidebat: nam cur hoc fecerit, quod sequit indicat: ait enim euangelista: Ex illa hora accepit eam discipulus in sua:) De seipso dicẽs. Sic quippe cõmemorare solet q; eum diligebat Iesus, qui utiq; omnes, sed ipsum præ cæteris & familiarius diligebat, ita ut in conuiuio super pectus suum discumbere faceret, credo ut istius euangelij quod per eum fuerat prædicaturus, diuinam excellentiam hoc modo altius cõmendaret. Sed in quæ sua Ioãnes matrẽ domini accepit? Neq; enim nõ ex eis erat q
Matth. 19 dixerunt ei: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: sed ibi quoq; audierat, Quicunq; ista dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus cẽtupliciter plura cẽ dimiserat, in quæ susceperat eius matrem qui hæc illi donauerat? Sed in ea societate beatus Ioannes receperat centuplum, ubi nemo dicebat aliquid suum, sed erant illis omnia cõmunia, sicut in apostolorum actibus scriptum est. Sic enim apostoli erant q̃si nihil

A nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodo ergo matrem magistri & domini sui discipulus & famulus accepit in sua, ubi aliquid suum nemo dicebat? An quia paulopost in eodem libro legitur: Quotquot enim possessores prædiorum uel domorum erant, uendentes Act. 4
afferebant precia eorum, & ponebant ad pedes apostolorum, distribuebatur autẽ unicuiq; prout cuiq; opus erat, intelligendum est sic distributũ fuisse huic discipulo quod opus erat, ut illic etiam beatæ Mariæ tanq; matris eius portio poneretur? Magisq; sic debemus accipere quod dictum est: Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua, ut ad eius curã quicquid ei esset necessarium pertineret. Suscepit ergo eam in sua, non prædia quæ nulla propria possidebat, sed officia quæ propria dispensatione exequenda curabat: deinde subiungit. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut cõsummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum: illi autẽ spongiam plenam accto hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est, & inclinato capite, emisit spiritum.) Quis potest quæ fecit ita disponere, quomodo disposuit homo iste qui passus est? Sed homo mediator dei & hominum, homo de quo prædictum legit: Et homo est, & quis cognoscet eum? Quomodo homines per quos hæc fiebant, uidebant hominem, sed non agnoscebant deum. Homo nanq; apparebat qui deus latebat: patiebatur hæc omnia qui apparebat, & idem ipse disponebat hæc omnia qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia quæ oportebat ut fierent anteq; acciperet acetum & traderet
Psal. 68 spiritum, atq; ut hoc etiam consummaretur quod scriptura prædixerat: & in siti mea potauerunt me aceto: Sitio, inquit, tanq; diceret, hoc minus fecistis, date quod estis. Iudæi quippe ipsi erant acetum degenerantes à uino patriarcharum & prophetarum, & tanq; de pleno uase, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes uelut spongiam, cauernosis quodammodo atq; tortuosis latibulis fraudulẽtum. Hysopum autem cui circũposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilita-
B tem congruenter accipimus, quam circumdederunt, & se circũuenisse putauerunt. Vnde est illud in psalmo: Asperges me hysopo, & mundabor. Christi nanq; humilitate mundamur, Psal. 50
quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens usq; ad mortem crucis, non utiq; sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est in nostram mundationem fuisset effusus. Nec
mouear quomodo spongia ori eius potuit admoueri, qui in cruce fuerat exaltatus à terra: sicut enim apud alios euãgelistas legitur quod hic prætermisit, in arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem uero scriptura significatur, quæ implebatur hoc facto: sicut enim lingua dicitur uel Græca uel Latina, uel alia quælibet sonum significans qui lingua promitur: sic arundo dici potest littera quæ arundine scribitur, sed sonos significantis uocis humanæ usitatissime dicimus linguas: scripturas uero arundinem dici quo minus est usitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat: qui patiebatur autem non solum quid fieret, sed & cur fieret sciebat, uerumetiam de malefacientibus bene ipse faciebat. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est:)
Quid nisi quod prophetia tanto ante tempore prædixerat? Deinde quia nihil remanserat, quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tanquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, peractis omnibus quæ ut peragerentur expectabat, inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit quando uoluerit, sicut Iesus mortuus est quando uoluit? Quis ita uestem deponit quando uoluerit, sicut se carne exuit quando uoluit? Quis ita cum uoluerit abit, quomodo cum uoluit obijt? Quanta speranda uel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis?

De eo quod dicit: Iudæi ergo quoniam paraſceue erat ut non remanerent in C
cruce corpora ſabbato, uſq; ad id quod ait: Nondum enim ſciebant ſcripturam,
quia oportuit eum à mortuis reſurgere: Tractatus CXX.

POſteaquam dominus Ieſus peractis omnibus quæ ante ſuam mortem peragi oportere præſciebat, quando uoluit tradidit ſpiritum, quæ deinde ſecuta ſunt, euangeliſta narrante uideamus. Iudæi ergo, inquit, quoniam paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ille ſabbati, rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur.) Non crura tollerentur, ſed hi quibus ideo frangebantur ut morerentur, & auferrẽtur de ligno, ne pendentes in crucibus, magnum diem feſtum ſui diurni cruciatus horrore fœdarent. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua.) Vigilanti uerbo euangeliſta uſus eſt, ut non diceret, latus eius percuſſit aut uulnerauit, aut quid aliud, ſed aperuit, ut illic quodammodo uitæ oſtiũ panderetur, unde ſacramenta eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad uitam quæ uera uita eſt non intratur. Ille ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum:
Gen.6 aqua illa ſalutare temperat poculum, hæc & lauacrum præſtat & potum. Hoc prænunciabat q; Noë in latere arcæ oſtium facere iuſſus eſt, qua intrarent animalia quæ non erant di-
Gen.2 luuio peritura, quibus præfigurabatur eccleſia. Propter hoc prima mulier facta eſt de latere uiri dormientis, & appellata eſt uita materq; uiuorum. Magnum quippe ſignificauit bonũ ante magnum præuaricationis malum. In habitu iacentis & dormientis hic ſecundus Adã inclinato capite in cruce dormiuit, & unde ei formaretur coniunx, quod de latere dormiẽtis effluxit. O mors unde mortui reuiuiſcunt? quid iſto ſanguine mundius? Quid uulnere iſto ſalubrius? Et qui uidit, inquit, teſtimonium perhibuit, & uerum eſt teſtimoniũ eius, & ille ſcit quia uera dicit, ut & uos credatis.) Non dixit, ut & uos ſciatis, ſed ut credatis: ſcit enim q D
uidit, cuius credat teſtimonio qui non uidit: magis autem ad fidem credere pertinet quàm uidere: nam quid eſt aliud credere, q̃ fidem accommodare? Facta ſunt enim hæc, inquit, ut
Exod.12 ſcriptura impleretur: Os non cõminuetis ex eo: & iterum alia ſcriptura dicit: Videbũt in quẽ
Zach.12 transfixerunt.) Duo teſtimonia de ſcripturis reddidit ſingulis rebus, quas factas fuiſſe narrauit: nam quia dixerat, ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura, ad hoc pertinet teſtimonium: Os non cõminuetis ex eo: quod præceptum eſt eis qui celebrare paſcha iuſſi ſunt ouis immolatione, in ueteri lege quæ dominicæ paſſiõis umbra præceſſerat, unde paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, de quo & Eſaias
Eſa.53 propheta prædixerat: Sicut ouis ad immolandum ductus eſt. Item quia ſubiunxerat dicẽs, ſed unus militum lancea latus eius aperuit, ad hoc pertinet alterum teſtimonium: Videbũt in quem transfixerunt, ubi promiſſus eſt Chriſtus, in ea qua crucifixus eſt carne uenturus.

Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia, eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus qui uenerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centum.) Non ita diſtinguendũ eſt ut dicamus, primum ferens mixturam myrrhæ, ſed ut quod dictum eſt primũ, ad ſuperiorẽ ſenſum
Ioan.3 pertineat: Venerat enim Nicodemus ad Ieſum nocte primũ, quod idem Ioannes in prioribus euangelij ſui partibus manifeſtat. Hic ergo intelligendũ eſt ad Ieſum, non tunc ſolum, ſed tunc primum ueniſſe Nicodemum, ueniſſe autem poſtea ut fieret audiendo diſcipulus, quod certe modo in reuelatione corporis beatiſſimi Stephani ferè omnibus gentibus declaratur. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.) Non mihi uidetur euangeliſta fruſtra dicere uoluiſſe, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire: ita quippe, niſi fallor, admonuit in huiuſmodi officijs quæ mortuis exhibẽtur, morem cuiuſq; gentis eſſe ſeruandum. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt hortus, & in horto

A horto monumentum nouum, in quo nondum quiſq̃ poſitus erat:) Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illũ, nemo poſt illũ cõceptus eſt: ita in hoc monumento nemo ante illũ, nemo poſt illum ſepultus eſt. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumẽtum poſuerunt Ieſum.) Acceleratã uult intelligi ſepulturam, ne adueſperaſceret, quando iam ꝓpter paraſceuen, quã cœnam puram Iudæi latine uſitatius apud nos uocãt, facere tale aliquid non licebat. Vna autem ſabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc Caput XX
tenebræ eſſent ad monumentum, & uidit lapidem ſublatum à monumento.) Vna ſabbati eſt, quem iam diem dominicum propter domini reſurrectionem mos Chriſtianus appellat, quem Matthæus ſolus in euãgeliſtis primam ſabbati nominauit. Cucurrit ergo & ue- Matth.28
nit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem diligebat Ieſus, & dicit eis: Tulerũt dominũ de monumento, & neſcio ubi poſuerunt eum.) Nonnulli codices etiam Græci habent, tulerunt dominũ meum, quod uideri dictum poteſt propenſiore charitatis uel famulatus affectu, ſed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus, non inuenimus.

Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentũ.) Aduertenda hic & cõmendanda eſt recapitulatio, quomodo reditum eſt ad id quod fuerat prætermiſſum, & tanq̃ ſi hoc ſequeretur adiunctum eſt. Cum enim iam dixiſſet, uenerunt ad monumentum, regreſſus eſt ut narraret quomodo uenerunt, atq; ait: Currebant autem duo ſimul &c. Vbi oſtendit quod præcurrẽs ad monumentũ prior uenerit alius ille diſcipulus, quẽ ſeipſum ſignificat, ſed tanq̃ de alio more ſanctæ ſcripturæ cuncta narrat. Et cũ ſe inclinaſſet, inquit, uidit poſita linteamina, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & uidit linteamina poſita & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in unum locum.) Putamúſne nihil iſta ſignificant? Nequaq̃ hoc putauerim, ſed ad alia feſtinamus, in
B quibus immorari quæſtionis uel obſcuritatis alicuius neceſſitate cõpellimur: nam iſta quæ per ſeipſa manifeſta ſunt, quid ſingula etiam ſignificẽt, quærere ſanctæ quidem delitiæ ſunt, ſed ocioſorum, quod non ſumus nos. Tunc ergo introijt & ille diſcipulus, qui uenerat primus ad monumentum.) Prior uenit, & poſterior intrauit. Neq; hoc utiq; uacat, ſed mihi ad iſta non uacat. Et uidit, inquit, & credidit.) Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Ioannem credidiſſe, quòd Ieſus reſurrexerit, ſed quod ſequitur, hoc non indicat. Quid ſibi enim uult, quòd ſtatim adiunxit: Nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oportebat eum à mortuis reſurgere.) Non ergo eum credidit reſurrexiſſe, quem neſciebat oportere reſurgere. Quid ergo uidit, quid credidit? Vidit ſcilicet mane monumentum, & credidit quod dixerat mulier eum de monumento eſſe ſublatum. Nondũ enim ſciebant ſcripturam, quia oportereꝫ eũ à mortuis reſurgere: & ideo quando id ab ipſo domino audiebant, q̃uis apertiſſime diceretur conſuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebãt, & aliquid aliud eum ſignificare credebant. Sed ea quæ ſequuntur, in ſermonem alium differamus.

De eo quod dicit: Abierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſcipuli, uſq; ad id:
Beati qui non uiderunt & crediderunt: Tractatus CXXI.

SVBLATVM eſſe dominum de monumento, diſcipulis eius Petro & Ioanni nunciauerat Maria Magdalene. Quò illi uenientes, inuenerunt ſola linteamina quibus corpus fuerat inuolutum. Et quid aliud credere potuerunt niſi quod illa dixerat, & quod etiam ipſa crediderat? Abierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſcipuli:) Id eſt, ubi habitabant, & unde ad monumentum cucurrerant. Maria autẽ ſtabat ad monumentum foris plorans.) Viris enim recedẽtibus, infirmiorem ſexũ in eodẽ loco fortior figebat affectus, & oculi qui dominum quæſierant & non inuenerant, lachrymis iam uacabant, amplius dolentes quòd fuerat de monumento ſublatus, quàm quòd fuerat in ligno occiſus, quoniam magiſtri tanti cuius eis uita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaq; ad monumentum iam dolor iſte mulierem. Cũ ergo fleret, incli-

clinauit se & prospexit in monumentũ.) Cur hoc fecerit nescio,non eñ nesciebat nõ ibi esse C
iam quem quærebat,quandoquidẽ inde sublatum discipulis ipsa nunciauerat,& illi ad mo-
numentum uenerant,& non solum intuendo,sed etiam intrando corpus dñi quæsierant,nec
inuenerant.Quid sibi ergo uult,q̃ ista cum fleret,rursum in monumentũ inclinata prospe-
xit? Vtrum q̃ nimium dolebat,nec suis nec illorũ oculis facile putabat esse credẽdum.an po
tius diuino instinctu in animo eius effectum est ut prospiceret? Prospexit enim, Et uidit
duos angelos in albis sedentes,unum ad caput,& unum ad pedes,ubi positũ fuerat corpus
Iesu.) Quid est q̃ unus ad caput,& ad pedes alter sedebat? An quoniam qui Græce ange-
li dicuntur,Latine sunt nunciꝫ,isto modo Christi euangelium uelut à capite usq̃ ad pedes,
ab initio usq̃ in finem significabant esse nunciandum? Dicunt ei illi:Mulier quid ploras?
Dicit eis:quia tulerunt dominũ meum,& nescio ubi posuerunt eum.) Angeli lachrymas ,p
hibebant,ubi quid aliud q̃ futurum quodammodo gaudium nunciabant? Ita enim dixe-
runt:quid ploras? Ac si dicerent,noli plorare.At illa eos putans interrogasse nescientes,cau
sas prodidit lachrymarum. Quia tulerunt,inquit,dominũ meum.) Dominũ suum uo-
cans corpus exanime domini sui,à toto partem significans,sicut oẽs cõfitemur Iesum Chri-
stum filium dei unicum dominũ nostrum,quod utiq̃ simul est & uerbũ & anima & caro:
crucifixum tamen & sepultũ,cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio,inquit,ubi posuerunt
eum.) Hæc erat causa maior doloris,quia nesciebat quò iret ad cõsolandum dolorem.Sed
hora iam uenerat,ut id quod nunciatum quodammodo fuerat ab angelis flere prohibenti
bus,gaudium succederet fletibus. Deniq̃ cum hæc dixisset,conuersa est retrorsum,& ui-
dit Iesum stantem,& non sciebat quia Iesus est:Dicit ei Iesus:Mulier quid ploras? Quem
quæris? Illa existimãs quia hortulanus esset,dicit ei:Domine,si tu sustulisti eum,dicito mi
hi ubi posuisti eum,& ego eum tollam:Dicit ei Iesus,Maria.Conuersa illa dicit ei: Rabbo-
ni,quod dicitur magister.) Nemo calumnietur mulieri quòd hortulanum dixerit domi-
num,& Iesum magistrum.Ibi enim rogabat,hic agnoscebat.Ibi honorabat hominẽ à quo D
beneficium postulabat,hic recolebat doctorem à quo discernere humana & diuina disce-
bat.Appellabat dominum cuius ancilla non erat,ut per eum ueniret ad dominum cuius an
cilla erat.Aliter ergo dominum dixit,sustulerunt dominum meum:aliter autem,domine si
tu sustulisti eũ:nam & prophetæ appellauerunt dominos eos qui homines erant,sed aliter
Psal.85 illum de quo scriptum est,Dominus nomen ei.Sed ista mulier quæ iam fuerat conuersa re-
trorsum ut uideret Iesum,quando eum putauit esse hortulanum,& cum illo utiq̃ loqueba-
tur, quomodo rursus conuersa dicitur, ut ei diceret,rabboni, nisi quia tunc con uersa cor-
pore quod non erat putauit: nunc corde conuersa,quod erat agnouit? Dicit ei Iesus:
Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum:uade autem ad fratres me-
os & dic eis,Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum ue-
strum.) Est in his uerbis quod breuiter quidem, sed tamen attentius pertractare de-
bemus.Iesus quippe mulierem quæ illum magistrum agnouit & appellauit,cum hæc ei re-
sponderet, fidem docebat, & hortulanus ille in eius corde,tanquam in horto suo granum
synapis seminabat.Quid est ergo:noli me tangere? Et tanc̃ huius prohibitionis causa quæ
reretur adiunxit:nõdum enim ascendi ad patrem meum.Quid est hoc,si stans in terra non
tangitur,sedens in cœlo quomodo ab hominibus tangetur? Qui certe antec̃ ascenderet,di
Luc.24 scipulis se tangendum obtulit dicens, sicut Lucas euangelista testatur: Palpate & uidete,
quia spũs carnẽ & ossa non habet,sicut me uidetis habere:uel quando dixit discipulo Tho
mæ:Infer digitum tuum huc,& uide manus meas,& affer manum tuam, & mitte in latus
meum.Quis autem tam sit absurdus,ut dicat eum à discipulis quidem antec̃ ad patrem
ascendisset,uoluisse se tangi,à mulieribus autem noluisse,nisi cum ascendisset ad patrẽ? Sed
nec sic qui uellet,desipere sineretur. Leguntur enim etiam fœminæ post resurrectionem an-
Matth.28 tec̃ ad patrẽ ascendisset,tetigisse Iesum,in quibus erat etiã ipsa Maria Magdalene narran-
te Matthæo,quòd occurrerit illis Iesus dicens:Auete.Illæ autem accesserunt,inquit,& tenue-
runt

A runt pedes eius,& adorauerunt eum.Hoc à Ioanne prætermissum est,sed à Matthæo uerũ
dictum est:Restat ergo ut aliquod in his uerbis lateat sacramẽtum,quod siue inueniamus,
siue inuenire minime ualeamus,inesse tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic
dictum est,noli me tangere,nondum enim ascẽdi ad patrem meum,ut in illa fœmina figu-
raret ecclesia de gentibus quæ in Christum non credidit,nisi cũ ascẽdit ad patrẽ:aut sic in se
credi uoluit Iesus,hoc est,sic se spiritaliter tangi,quòd ipse & pater unum sunt. Eius quippe
intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem,qui sic in eo profecerit ut patri agnoscat
æqualem:aliter non recte tangitur,id est,aliter nõ recte in eum creditur.Poterat autem sic
credere Maria,ut eum putaret imparem patri,quod utiq̃ prohibetur cũ ei dicitur:Noli me
tangere,id est,noli in me sic credere quemadmodum adhuc sapis.Noli tuum sensum huc-
usq̃ pertendere quod pro te factus sum,nec transire illud per quod facta es.Quomodo eñ
non carnaliter adhuc in eum credebat,quem sicut hominem flebat? Nondum enim ascen-
di,inquit, ad patrem meum.Ibi me tanges,quando me credideris patri non imparem deũ.
Vade autem ad fratres meos & dic eis:ascendo ad patrem meum & patrem uestrum:non Vade Dic fratribus meis.
ait,patrem nostrum:aliter ergo meum,aliter uestrum:natura meum,gratia uestrũ. Et deũ
meum & deũ uestrum:neq̃ hic dixit,deũ nostrum, ergo & hic aliter meũ,aliter uestrũ:deũ
meum sub quo & ego homo sum:deũ uestrum,inter quos & ipsum mediator sum. Ve-
nit Maria Magdalene annuncians discipulis,quia uidi dominum,& hæc dixit mihi.Cum
esset ergo sero die illa una sabbatorum,& fores essent clausæ,ubi erant discipuli congregati
propter metum Iudæorum,uenit Iesus & stetit in medio,& dixit eis,Pax uobis:& cum hoc
dixisset,ostendit eis manus & latus.) Claui enim manus fixerant,lancea latus eius aperue-
rat,ubi ad dubitantium corda sananda,uulnerum sunt seruata uestigia.Moli autem corpo
ris ubi diuinitas erat,ostia clausa nõ obstiterunt.Ille quippe non eis apertis intrare potuit,
quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domi
B no.Dixit ergo eis iterum:Pax uobis.) Iteratio confirmatio est, ipse quippe dat per prophe
tam promissam pacem super pacem. Sicut misit me pater,inquit, & ego mitto uos.)
Æqualem patri filium nouimus,sed hic uerba mediatoris agnoscimus.Medium quippe se
ostendit dicendo:ille me,& ego uos. Hæc autem cum dixisset,insufflauit & dixit eis:Acci-
pite spiritũ sanctũ.) Insufflando significauit spiritũ sanctum non patris solius esse spiritũ,
sed & suum. Quorum remiseritis,inquit,peccata remittuntur eis,& quorum retinueritis, 4.sen.dis.18.c.nec ideo
retenta sunt.) Ecclesiæ charitas quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris,
participum suorum peccata dimittit:eorum autem qui non sunt eius participes tenet, ideo
posteaq̃ dixit:Accipite spiritum sanctum,hoc continuo de peccatorum remissione ac detẽ-
tione subiecit: Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus,non erat cum eis,
quando uenit Iesus.Dixerunt ergo ei alij discipuli:Vidimus dominum.Ille autem dixit eis:
Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum,& mittam digitum meum in locum clauo-
rum,& mittam manum meam in latus eius non credam.Et post dies octo,iterum erant di-
scipuli eius intus,& Thomas cum eis.Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & di-
xit eis,Pax uobis:deinde dicit Thomæ,Infer digitum tuum huc,& uide manus meas, & af
fer manum tuam,& mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit
Thomas & dixit:Dominus meus & deus meus.) Videbat tangebatq̃ hominem,& con-
fitebatur deum,quem non uidebat neque tangebat.Sed per hoc quod uidebat atque tan-
gebat,illud iã remota dubitatione credebat. Dicit ei Iesus,quia uidisti me,credidisti.) Nõ
ait tetigisti me,sed uidisti me,quoniã generalis quodãmodo sensus est uisus:nam & p alios
quatuor sensus nominari solet,uelut cũ dicimus,audi & uide q̃ bene sonet.olfac & uide q̃
bene oleat, gusta & uide quàm bene sapiat,tange & uide q̃ bene caleat. Vbiq̃ sonuit uide,
cum uisus proprie non negetur ad oculos pertinere. Vnde & hic ipse dominus: Infer,inquit,
digitum tuum huc , & uide manus meas: quid aliud ait,quàm tange & uide? Nec tamen
oculos ille habebat in digito.Ergo siue intuendo siue etiã tangendo,quia uidisti me, inquit,

credidisti,cꝫuis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere,cum se offerret ille tangen- C
dum,non enim scriptum est,& tetigit Thomas:sed siue aspiciendo tantum,siue etiam tan-
gendo uiderit & crediderit,illud quod sequitur,magis gentium fidem prædicat atcꝫ cõmen
dat. Beati qui non uiderunt & crediderunt.) Præteriti temporis usus est uerbis, tanquã
ille qui quod erat futurum,in sua nouerat prædestinatione iam factum:sed iam sermo iste à
prolixitate cohibendus est.Donabit dñs,ut de his quæ restant,aliâs disputemus.

De eo quod dicit:Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspe-
ctu discipulorũ suorum,usqꝫ ad id quod ait:Ascendit Simon Petrus,
traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta-
tribus,& cum tanti essent,non est scissum rete: Tractatus CXXII.

POST narrationem rei gestæ, in qua Thomas discipulis oblatis sibi tangen-
dis in Christi carne uulnerum locis,uidit quod credere nolebat, & credidit, in-
terponit hæc euangelista Ioannes & dicit: Multa quidem & alia signa fecit
Iesus in conspectu discipulorum suorum quæ non sunt scripta in libro hoc.Hæc
autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus filius dei,& ut credentes uitam habea-
tis in nomine eius.) Hoc capitulum uelut libri huius indicat finem:sed narratur hic deinde
quemadmodum se manifestauerit dominus ad mare Tyberiadis,& in captura piscium cõ
mendauerit ecclesiæ sacramentum,qualis futura est ultima resurrectio mortuorum.Ad hoc
itaqꝫ cõmendandum ualere arbitror,quòd tanꝫ finis interpositus est libri,quod esset etiã
secuturæ narrationis quasi præmium,quod ei quodammodo faceret eminẽtiorem locum:
Caput XXI quæ narratio incipit ita: Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis,mani-
festauit autem sic.Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicit̃ didymus,& Nathanaël
qui erat à Galilæa,& filij Zebedæi,& alij ex discipulis eius duo.Dicit eis Simon Petrus:Va
do piscari:dicunt ei:Venimus & nos tecum.) Quæri solet de hac piscatione discipulorum,
cur redierint Petrus & filij Zebedæi ad id quod fuerunt priusꝫ à domino uocarentur, erãt D
Matth.4 enim piscatores quando eis dixit:Venite post me,& faciam uos fieri piscatores hominum.
Tunc enim quippe illi secuti sunt,ut magisterio eius relictis omnibus adhærerẽt,intantum
Matth.19 ut cum ab eo dimes ille tristis abscederet cui ipse dixerat:Vade,uende quæ habes & da pau-
peribus,& habebis thesaurum in cœlo,& ueni sequere me,diceret ei Petrus:Ecce nos dimisi-
mus omnia,& secuti sumus te.Quid est ergo quòd nũc quasi apostolatu relicto fiũt quod
Luc.9 fuerunt,& quod dimiserant repetunt,tanꝫ obliti quod audierant:Nemo mittens manum
super aratrum,& respiciens retro,aptus est regno cœlorum? Quod si fecissent defuncto Iesu
priusꝫ resurrexisset à mortuis,quod quidem non poterant,quoniã dies quo crucifixus est,
totus eos tenebat attonitos,usqꝫ ad eius sepulturã,quæ ante uesperã facta est. Sequẽs autẽ
dies erat sabbati,quando eis morẽ patriũ seruantibus,operari utiqꝫ nõ licebat.Tertio uero
die dñs resurrexit,cosqꝫ reuocauit ad spem quã de illo nõ habere iam cœperãt:tamen si tũc
fecissent,putaremus eos illa quæ animos eorũ occupauerat desperatione fecisse: nunc uero
post eũ sibi de sepulchro redditum uiuũ,post oblatã suis oculis & manibus,non solum ui-
dendam,uerumetiam tangendam atqꝫ palpandã rediuiuæ carnis euidentissimã ueritatem,
post inspecta uulnerũ loca,usqꝫ ad apostoli Thomæ confessionẽ,qui se aliter crediturũ non
esse prædixerat,post acceptũ eius insufflatione spiritũ sanctũ, post uerba in suas aures eius
ore prolata,Sicut misit me pater,& ego mitto uos,quorũ remiseritis peccata remittunt̃ eis,
& quorum retinueritis,retenta sunt,subito fiunt sicut fuerũt,nõ hominũ sed piscium piscato
res.His ergo quos hoc mouet respondendũ est,nõ eos fuisse ꝓhibitos arte sua licita scilicet
atqꝫ concessa uictum necessarium quærere,sui apostolatus integritate seruata, si quãdo un-
de uiuerent aliud non haberent:nisi forte quispiam putare audebit aut dicere, apostolum
Paulũ non pertinuisse ad eorũ perfectionẽ,qui relictis omnibus Christũ secuti sunt,quoniã
ne quenꝫ eorum grauaret quibus euangelium prædicabat,suũ uictũ suis manibus trãsige-
bat,ubi magis impletum est quod ait:Plus omnibus illis laboraui:& adiunxit:Non autem
ego,

A ego,sed gratia dei mecũ,ut hoc quoqꝫ appareat dei gratiæ deputandum,quod & animo &
corpore poterat usqꝫadeo plus illis omnibus laborare,ut neqꝫ cessaret ab euãgelio prædicã-
do,neqꝫ tamen ex euangelio sicut illi sustentaret hanc uitam,cũ id per tot gentes in quibus
Christi nomẽ fuerat prophetatũ,multo latius atqꝫ fertilius seminaret. Vbi ostendit ex euã-
gelio uiuendi,hoc est uictum habendi,non necessitatẽ apostolis impositam, sed potestatẽ
datam.Quã potestatem cõmemorat idem Apostolus dicens:Si nos uobis spiritalia semi- 1.Cor.9
nauimus,magnum est si uestra carnalia metamus? Si alij potestatis uestræ particeps sunt,
non magis nos? Sed non sumus,inquit,usi hac potestate.Et paulopost:Qui altario seruiũt,
inquit,altario compartiuntur:sic & dñs ordinauit his qui euangelium annunciant de euan-
gelio uiuere:ego autem nullo horum usus sum.Satis igitur apertũ est,non imperatum,sed
in potestate apostolis positum,ut aliunde nõ uiuerent nisi ex euãgelio,& ab eis quibus euã
gelium prædicando spiritalia seminabant,carnalia meterent,hoc est,carnis huius sustenta-
culum sumerent,& tanꝫ milites Christi,stipendium debitum acciperent,sicut à prouinciali
bus Christi:unde idem ipse miles egregius paulo superius de hac re dixerat: Quis militat
suis stipendijs unqꝫ? Quod tamen ipse faciebat,quia plus illis omnibus laborauit.Si ergo 1.Cor.15
beatus Paulus ut ea potestate quam profecto cũ cæteris euãgelij prædicatoribus habebat,
non cũ cæteris uteretur,sed suo stipendio militaret,ne gentes à nomine Christi penitus alie-
nas doctrina eius quasi uenalis offenderet,aliter educatus,artem quam non nouerat didi-
cit,ut dum suis manibus transigitur doctor,nullus grauaretur auditor: quanto magis bea-
tus Petrus qui iam piscator fuerat,quod nouerat fecit,si ad præsens illud tempus aliud un-
de uiueret non inuenit.Sed respondebit quispiam:Et cur non inuenit,cum dominus promi
serit dicens:Quærite primum regnũ dei & iusticiam eius,& hæc omnia apponentur uobis. Matth.6
Prorsus etiam sic dñs quod promisit impleuit:nam quis alius pisces qui caperẽtur apposuit,
qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriã qua cõpellerent̃ ire piscatũ,nisi dispos
tum uolens exhibere miraculũ,ut simul & prædicatores euangelij sui pasceret,& ipsum euã
B gelium tanto sacramẽto quod erat de numero piscium,cõmendaturus augeret? De qua re
etiam nos quod ipse apposuerit,dicere iam debemus.Dicit ergo Simon Petrus:Vado pi-
scari.Dicunt ei qui cum illo erant:uenimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderũt in na-
uim,& illa nocte nihil prendiderunt.Mane autem iam facto stetit Iesus in litore,non tamẽ
cognouerunt discipuli quia Iesus est.Dicit ergo eis Iesus:Pueri,nunquid pulmentarium ha
betis? Responderunt,non.Dicit eis:Mittite in dexteram nauigij rete,& inuenietis. Miserũt
ergo,& iam non ualebant illud trahere à multitudine piscium.Dicit ergo discipulus ille quẽ
diligebat Iesus,Petro:dñs est.Simon Petrus cũ audisset quia dominus est, tunica succinxit
se,erat enim nudus,& misit se in mare.Alij autem discipuli nauigio uenerunt.Nõ enim lon
ge erant à terra,sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.Vt ergo descenderunt in
terram,uiderunt prunas positas,& piscem superpositum,& panem.Dicit eis Iesus: Afferte
de piscibus quos prendidistis nunc.Ascendit Simon Petrus,& traxit rete in terram plenum
magnis piscibus,centum quinquaginta tribus.Et cum tanti essent,nõ est scissum rete.) Hoc
est magnum sacramẽtum in magno Ioannis euangelio,& ut uehementius cõmendaretur,
loco ultimo scriptum.Quòd ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatione,Petrus & Tho
mas,& Nathanaël,& duo filij Zebedæi,& alij discipuli eius duo, quorum nomina tacen-
tur,isti suo septenario numero finem significant temporis:uniuersum quippe septem die-
bus uoluitur tempus.Ad hoc pertinet quòd mane facto Iesus stetit in litore, quia etiam li-
tus finis est maris,& ideo finem significat seculi.Eundem finem seculi ostendit,& quòd Pe-
trus rete traxit in terram,hoc est in litus.Quod ipse dominus aperuit,ubi alio quodam lo-
co de sagena in mare missa similitudinem dedit,& eam trahunt,inquit, ad litus. Quod li-
tus quid esset,exponens ait:Sic erit in consummatione seculi.Sed illa uerbi est, non rei ge-
stæ parabola.Re autẽ gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit,ita dominus alia
piscatione significauit ecclesiam qualiter nũc sit.Quòd autem illud fecit in initio prædicatio-
nis suæ

nis ſuæ,hoc uero poſt reſurrectionem ſuam,hinc oſtendit illam capturam piſciũ, bonos & C
malos ſignificare,quos nunc habet eccleſia:iſtam uero tantũmodo bonos,quos habebit in
æternum,cõpleta in fine huius ſeculi reſurrectione mortuorũ:deniq; ibi Ieſus non ſicut hic
Luc.5 in litore ſtabat,quando iuſſit piſces capi:ſed aſcendẽs in unam nauim quæ erat Simonis,ro
gauit eum ut à terra reduceret puſillum,& in ea ſedens docebat turbas. Vt ceſſauit autẽ lo
qui,dixit ad Simonem:Duc in altum,& laxate retia ueſtra in capturam.Et illic quod captũ
eſt piſcium in nauiculis fuit,non ſicut hic rete extraxerunt in terram.His ſignis & ſi qua alia
poterunt reperiri,ibi eccleſia in hoc ſeculo,hic uero in fine ſeculi figurata eſt:ideo illud ante,
hoc autem poſt reſurrectionem dñi factum eſt,quia ibi nos Chriſtus ſignificauit uocatos,
hic reſuſcitatos. Ibi retia non mittuntur in dexterã,ne ſolos ſignificent bonos,nec in ſiniſtrã,
ne ſolos malos,ſed indifferenter,laxate,inquit,retia ueſtra in capturam,ut permixtos intelli
gamus bonos & malos:hic autẽ,inquit,mittite in dexteram nauigñ rete,ut ſignificaret eos
qui ſtabant ad dexteram ſolos bonos. Ibi rete propter ſignificãda ſchiſmata rumpebatur:
hic uero quoniam tunc in illa ſumma pace ſanctorum nulla erunt ſchiſmata, pertinuit ad
euangeliſtam dicere,& cum tanti eſſent,id eſt,tam magni,non eſt ſciſſum rete, tanq; illud
reſpiceret ubi ſciſſum eſt,& in illius mali comparatione cõmendaret hoc bonum. Ibi capta
eſt multitudo piſcium tanta,ut impleta duo nauigia mergerentur,id eſt, in ſubmerſionem
premerentur:non enim merſa ſunt,ſed tamen periclitata. Vnde enim exiſtunt in eccleſia tan
ta quæ gemimus,niſi cum tantæ multitudini obſiſti non poteſt,quæ ad ſubmergendam ꝓ
pemodum diſciplinam intrat,cum moribus ſuis à ſanctorum itinere penitus alienis? Hic au
tem miſerunt rete in dexteram partem,& iam non ualebant illud trahere præ multitudine
piſcium. Quid eſt,iam non ualebant illud trahere,niſi quia illi qui pertinent ad reſurrectio
nem uitæ,id eſt,ad dexteram,& intra Chriſtiani nominis retia defunguntur,non niſi in lito
re, id eſt, in fine ſeculi cum reſurrexerint,apparebunt? Ideo non ualuerunt ſic trahere retia
ut in nauem refunderent quos ceperant piſces,ſicut de illis omnibus factum eſt,quibus rete D
diruptum,& nauiculæ preſſæ ſunt. Habet autem iſtos dextros eccleſia poſt finem uitæ hu
ius in ſomno pacis,uelut in profundo latentes,donec ad litus rete perueniat quò trahebã
tur,quaſi à cubitis ducentis. Quòd autem illic duabus nauiculis propter circũciſionẽ & præ
putium,hoc iſto loco ducentis cubitis exiſtimo figuratum,propter utriuſq; generis electos,
& circumciſionis & præputij,tanquam centum ad centum,quia in ſumma centenarij nume
rus ad dexteram tranſit. Poſtremo in illa piſcatione numerus piſcium non exprimitur, tan
Pſal.39 q̃ illud ibi fiat quod prædictum eſt per prophetam:Annunciaui & locutus ſum,multiplica
ti ſunt ſup numerũ. Hic uero nõ ſunt aliq ſuper numerũ,ſed certus eſt numerus centũ quin
quagintatres:cuius numeri ratio dño adiuuante reddenda eſt:ſi enim numerũ cõſtituamus
qui legem ſignificet,quid erũt niſi decem? Decalogum quippe legis,id eſt,decem notiſſima
illa præcepta digito dei duabus lapideis tabulis primũ fuiſſe cõſcripta,certiſſimũ nobis eſt.
Sed lex quando nõ adiuuat gratia præuaricatores facit,& tantũmodo in littera eſt. Propter
2. Cor.3 hoc enim maxime ait Apoſtolus:Littera occidit,ſpũs aũt uiuificat. Accedat ergo ad litterã
ſpũs,ne occidat littera quẽ non uiuificat ſpiritus,ſed ut operemur præcepta legis,nõ uiribus
noſtris,ſed munere ſaluatoris. Cum autem accedit ad legem grãtia,id eſt,ad litteram ſpiri
tus,quodammodo denario numero additur ſeptenarius. Iſto quippe numero,id eſt, ſepte
nario,ſignificari ſpiritum ſanctum aduertenda litterarum ſacrarum documenta teſtantur.
Nempe enim ſanctitas uel ſanctificatio ad ſanctũ ꝓprie pertinet ſpiritũ:unde cum & pater
ſpũs ſit,& filius ſpiritus ſit,quoniã deus ſpiritus eſt,& pater ſanctus,& filius ſanctus ſit,pro
prio tamẽ nomine amborũ ſpũs uocat ſpũs ſanctus. Vbi ergo primũ in lege ſonuit ſancti
ficatio,niſi in die ſeptimo? Non enim ſanctificauit deus diem primũ in quo fecit lucem,aut
ſecundũ in quo firmamẽtũ,aut tertiũ in quo diſcreuit mare à terra,& terra herbam lignũq;
produxit,aut quartum in quo ſydera ſunt creata,aut quintũ in quo animalia quæ in aquis
uiuunt & in aẽre uolitant,aut ſextum,in quo terreſtris anima uiua & ipſe homo:ſed ſancti
ficauit

A ficauit diem ſeptimum,in quo requieuit ab operibus ſuis. Cõuenienter igit̃ ſeptenatio nu
mero ſignificatur ſpũs ſanctus. Eſaias etiã propheta:Requieſcet,inquit,in eo ſpũs dei, eũq; Eſa.11
deinceps cõmendans opere uel numero ſeptenario:Spũs,inquit,ſapientiæ & intellectus,ſpi
ritus conſilij & fortitudinis,ſpũs ſcientiæ & pietatis,impleuit illũ ſpiritus timoris dei. Quid
in Apocalypſi? Nónne ſeptem ſpũs dei dicũtur,cum ſit unus atq; idẽ ſpiritus,diuidens pro Apoc.5
pria unicuiq; prout uult. Sed operatio ſeptenaria unius ſpũs ſic appellata eſt ab eodem ſpi
ritu,qui ſcribenti affuit ut ſeptem ſpũs dicerẽtur. Cum itaq; legis denario ſpũs ſanctus per
ſeptenarium numerũ accedit,fiunt decem & ſeptem,qui numerus ab uno uſq; ad ſeipſum
cõputatis omnibus creſcens,ad centũ quinquagintatres peruenit. Ad unũ enim ſi adijcias
duo,fiunt utiq; tres,his ſi adijcias tres & quatuor,fiunt decem:deinde ſi adijcias omnes nu
meros qui ſequũtur uſq; ad decem & ſeptem,ad ſupradictũ numerum ſumma perducitur,
id eſt,ſi ad decem,quò ab uno uſq; ad quatuor peruueneras, addas quinq; fiunt quindecim.
His addas ſex,& fiunt uigintiunum,his addas ſeptẽ,& fiunt uigintiocto,his addas octo, &
nouemdecem,& fiunt quinquagintaquinq;:his addas undecim & duodecim & tredecim,
& fiunt nonagintaunum:his rurſum quatuordecim & quindecim & ſedecim,& fiunt centũ
triginta ſex:huic numero adde illum qui reſtat de quo agitur,id eſt,decem & ſeptem, & pi
ſcium numerus ille complebit̃. Nõ ergo tantũmodo centum quinquagintatres ſancti ad ui
tam reſurrecturi ſignificant̃ æternam,ſed milia ſanctorũ ad gratiam ſpũs pertinentiũ, qua
gratia cũ lege dei tanq; cũ aduerſario cõcordat̃,ut uiuificãte ſpũ littera nõ occidat:ſed quod
per litteram iubetur,ſpiritu adiuante cõpleatur,& ſi quid minus fit,remittatur. Omnes ergo
ad iſtam gratiã pertinentes,hoc numero figurãtur,hoc eſt,figurati ſignificãtur. Qui nume
rus ter habet etiam quinquagenariũ numerũ,& inſuper ipſa tria propter myſterium trinita
tis. Quinquagenarius aũt multiplicatis ſeptem per ſeptẽ, & unius adiectione cõpletur:nam
ſepties ſeptem fiunt quadragintanouem. Vnus autem additur,ut eo ſignificet̃ unum eſſe,q
B per ſeptem ꝓpter operationẽ ſeptenariam demonſtratur:& nouimus ſpiritũ ſanctum poſt
aſcenſionẽ dñi quinquageſimo die miſſum,quẽ diſcipuli iuſſi ſunt expectare ꝓmiſſum. Nõ
igitur fruſtra dicti ſunt hi piſces,& tot & tanti,id eſt,& centũ quinquagintatres,& magni:ſic
enim ſcriptum eſt:Et traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centũ quinquagintatri
bus. Cum enim dixiſſet dñs:Non ueni ſoluere legem ſed implere, daturus utiq; ſpiritũ per Matth.5
quem lex poſſet impleri,tanq; ſeptẽ additurus ad decem,pauciſſimis uerbis interpoſitis ait:
Qui ergo ſoluerit unũ de mandatis iſtis minimis,& docuerit ſic homines,minimus uocabi
tur in regno cœlorũ:qui autem fecerit & docuerit,magnus uocabitur in regno cœlorũ:iſte
ergo poterit pertinere ad numerũ piſcium magnorum. Minimus autem ille qui ſoluit factis
quod docet uerbis,in tali eccleſia poteſt eſſe, qualem ſignificat piſciũ prima illa captura,ha
bentem bonos & malos,quia & ipſa dicitur regnum cœlorũ,propter quod ait:Simile eſt re Matth.13
gnum cœlorũ ſagenæ miſſæ in mare,& ex oñi genere piſcium cõgreganti. Vbi uult intelli
gi etiam bonos & malos,quos dicit in litore,id eſt,fine ſeculi ſeparandos:deniq; ut oſtende
ret iſtos minimos reprobos eſſe qui docent bona loquendo,quæ ſoluunt male uiuẽdo, nec
quaſi minimos in uita æterna futuros,ſed omnino ibi non futuros, cum dixiſſet minimus
uocabitur in regno cœlorum,continuo ſubiecit:Dico enim uobis,quia niſi abundauerit iu
ſtitia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum,nõ intrabitis in regnum cœlórũ. Iſti ſunt
certe ſcribæ & phariſæi,qui cathedram Moyſi ſedent,& de quibus ait:Quæ dicũt facite,quæ Matth.23
autem faciunt,facere nolite:dicunt enim & non faciunt,docent ſermonibus quod ſoluũt mo
ribus. Cõſequens eſt ergo,ut qui minimus eſt in regno cœlorũ qualis nũc eſt eccleſia,nõ in
tret in regnum cœlorũ,qualis tunc erit eccleſia,quoniã docendo quod ſoluit,ad eorum ſocie
tatem qui faciunt quod docent non pertinebit. Et ideo non erit in numero piſcium magno
rũ,quoniam qui fecerit & docuerit,magnus uocabitur in regno cœlorũ. Et quia hic magnus
erat,ideo ibi erit ubi minimus ille non erit,uſq; adeo quippe ibi magni erũt,ut q minor ibi
eſt,maior ſit eo quo hic nemo maior eſt:ſed tñ q hic magni ſũt,id eſt,q in regno cœlorũ ubi
ſagena

ſagena congregat bonos & malos,faciunt bona quæ docent,ipſi erunt in illa regni cœlorũ æternitate maiores,quos iſti ad dexteram & ad reſurrectionem uitæ pertinẽtes indicant piſces.Sequitur de prandio domini cum iſtis ſeptem diſcipulis,& de his quæ poſt prandium locutus eſt,ac de ipſius euangelij termino,ut deus quod donauerit diſſeramus,ſed hoc non eſt iſto ſermone coartandum. C

De eo quod dicit eis Ieſus: Venite prandete,uſq; ad id quod ait: Hoc autẽ dixit,ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum: Tractatus CXXIII.

IN eo quod tertio dominus poſt reſurrectionem manifeſtauit ſe diſcipulis ſuis, beati Ioannis apoſtoli euangelium terminatur: in quo iam pertractauimus ut ualuimus partem priorem,uſq; ad eum locum ubi narratum eſt captos fuiſſe piſces centum quinquagintatres à diſcipulis quibus ſe demonſtrauit,& cum magni eſſent,retia non eſſe rupta: deinde quæ ſequuntur conſyderanda ſunt,& quantum adiuuat dominus ſicut res poſtulare uidebitur diſſerenda. Peracta quippe illa piſcatione, Dicit eis Ieſus: Venite prandete. Et nemo audebat diſcumbẽtium interrogare eum,tu quis es, ſcientes quia dominus eſt.) Si ergo ſciebant,quid opus erat ut interrogarent? Si autem nõ opus erat,quare dictum eſt,non audebant,quaſi opus eſſet,ſed timore aliquo nõ auderẽt? Senſus ergo hic eſt,tanta erat euidentia ueritatis qua Ieſus illis diſcipulis apparebat, ut eorum non ſolum negare,ſed nec dubitare quidem ullus auderet,quoniã ſi quiſq; dubitaret, utiq; interrogare deberet: ſic ergo dictum eſt,nemo audebat eum interrogare,tu quis es, ac ſi diceretur,nemo audebat dubitare q; ipſe eſſet. Et uenit Ieſus & accepit panẽ,& dat eis, & piſcem ſimiliter.) Ecce dictum eſt etiam quid pranderent,de quo prandio aliquid ſuaue ac ſalubre dicemus & nos,ſi paſcat & nos. Superius narratum eſt q; iſti diſcipuli quando deſcenderunt in terram,uiderunt prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitum,& panem. Vbi non eſt intelligendum etiam ſuperpoſitum panem fuiſſe prunis,ſed tantum ſubaudiendum uiderunt. Quod uerbum ſi repetamus eo loco ubi ſubaudiendum eſt,ita totum dici poteſt: uiderunt prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitum,& uiderunt panem. Vel ita potius,uiderunt prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitum,uiderunt & panem. Iubente etiam domino attulerunt & de piſcibus quos ipſi ceperant, quod eos feciſſe, q̃uis à narrante Ioanne nõ eſſet expreſſum,tamen dominum fuiſſe non tacitum eſt,ait enim: Afferte de piſcibus quos prendiſtis nunc. Et utiq; iubente illo eos non feciſſe quis credat? Hinc ergo fecit prandium dominus illis ſeptem diſcipulis ſuis,de piſce ſcilicet quem prunis ſuperpoſitum uiderant,huic adiungens ex illis quos ceperant,& de pane quem nihilominus eos uidiſſe narratum eſt. Piſcis aſſus Chriſtus eſt paſſus. Ipſe eſt & panis uiuus qui de cœlo deſcendit: huic incorporatæ eccleſia ad participandam beatitudinem ſempiternam,propter quod dictũ eſt: Afferte de piſcibus quos prendiſtis nunc,ut omnes qui hanc ſpem gerimus,per illum ſeptenariũ numerum diſcipulorum,per quem poteſt hoc loco noſtra uniuerſitas intelligi figurata, tanto ſacramento nos cõmunicare noſſemus,& eidem beatitudini ſociari. Hoc domini prandium eſt cum diſcipulis ſuis,ad quod Ioannes euangelium ſuũ cum haberet de Chriſto alia multa quæ diceret magna,ut exiſtimo,ex rerum magnarum contemplatione cõcludit. Hic enim eccleſia qualis in ſolis bonis futura eſt,ſignificatur per capturam centum quinquagintatriũ piſcium,& eis qui hæc credunt,ſperant,diligunt,participatio tãtæ beatitudinis per hoc prandium demonſtratur. Hoc iam tertio,inquit,manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis cum ſurrexiſſet à mortuis.) Quod non ad ipſas demonſtrationes,ſed ad dies referre debemus,id eſt,primo die cum reſurrexit,& poſt dies octo quãdo diſcipulus Thomas uidit & credidit, & hodie quando hoc de piſcibus fecit. Poſt quot autem dies id fecerit,dictum non eſt: nam ipſo primo die non eſt uiſus ſemel,ſicut euangeliſtarum omnium teſtimonia collata demõſtrant: ſed ſicut dictum eſt,ſecundum dies numerandæ ſunt manifeſtationes eius,ut iſta ſit tertia. Prima quippe habenda eſt,eademq; una propter unum diem,quotiẽſcunq; ſe & quibuſcunq; die illo quo reſurrexerit oſtendit: ſecunda poſt dies octo,& hæc tertia, & deinde quotiens D

Ioan.6

A quotiens uoluit uſq; ad diem quadrageſimum quo aſcendit in cœlum,quamuis non ſcripta ſint omnia. Cũ ergo prandiſſent,dicit Simoni Petro,Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei,Etiam domine,tu ſcis quia amo te. Dicit ei,Paſce agnos meos. Dicit ei iterũ,Simon Ioannis diligis me? Ait illi,Etiã domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei,Paſce agnos meos. Dicit ei tertio,Simon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertio,amas me, & dicit ei,Domine tu omnia ſcis,tu ſcis quia amo te. Dicit ei,Paſce oues meas. Amen amen dico tibi,cum eſſes iunior,cingebas te & ambulabas ubi uolebas,cum autem ſenueris,extendes manus tuas,& alius te cinget,& ducet quò tu non uis. Hoc autem dixit,ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum.) Hunc inuenit exitũ ille negator & amator,præſumẽdo elatus,negãdo proſtratus,flendo purgatus,confitẽdo probatus,patiẽdo coronatus,hunc inuenit exitum, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur,cũ quo ſe moriturũ peruerſa feſtinatione promiſerat,faciat eius reſurrectione firmatus,quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim oportebat ut prius Chriſtus pro Petri ſalute,deinde Petrus pro Chriſti prædicatione moreretur. Præpoſterum fuit quod audere cœperat humana temeritas, cum iſtum diſpoſuiſſet ordinẽ ueritas: Animam ſuã ſe poſiturum pro Chriſto Petrus putabat, pro liberatore liberandus, cum Chriſtus ueniſſet animam ſuã poſiturus pro ſuis omnibus, in quibus erat & Petrus. Quod ecce iã factum eſt: nunc iam firmitas cordis ad ſuſcipiẽdam mortem pro nomine domini uera ipſo donante ſumatur,non falſa nobis errãtibus præſumatur. Nunc eſt ut uitæ huius nõ metuamus interitũ,quia reſurgẽte domino uitæ alterius præceſſit exemplum: nunc eſt Petre ut mortẽ non timeas, quia uiuit quẽ mortuũ dolebas, & quem pro nobis mori carnali amore prohibebas. Auſus es præuenire doctorem,formidaſti eius perſecutorem,iam precio pro te fuſo,nunc eſt ut ſequaris redemptorẽ,& ſequaris omnino uſq; ad mortem crucis. Verba eius audiſti,quem iam ueracem probaſti: paſſurum te ipſe prædixerat, qui te prædixerat negaturum. Sed prius dominus quod ſciebat interro-

B gat,nec ſemel ſed iterum ac tertio, uttũ Petrus eum diligat,nec aliud totiens audit à Petro q̃ ſe diligi: nec aliud totiens commẽdat Petro, q̃ ſuas oues paſci. Redditur negationi trinæ trina cõfeſſio,ne minus amori lingua ſeruiat q̃ timori,& plus uocis elicuiſſe uideatur moris imminens q̃ uita præſens. Sit amoris officium, paſcere dominicum gregem,ſi fuit timoris indicium,negare paſtorem. Qui hoc animo paſcũt oues Chriſti,ut ſuas uelint eſſe,nõ Chriſti,ſe conuincuntur amare,non Chriſtum,uel gloriandi,uel dominandi,uel acquirendi cupiditate,non obediendi & ſubueniendi & deo placendi charitate. Contra hos ergo uigilat totiens inculcata iſta uox Chriſti, quos Apoſtolus gemit ſua quærere, non quæ Ieſu Chriſti. Nam quid eſt aliud,diligis me, paſce oues meas, q̃ ſi diceretur, ſi me diligis,non te,paſcere cogita ſed oues meas,& ſicut meas paſce,nõ ſicut tuas,gloriã meam in eis quære,non tuam, dominium meum,non tuum,lucra mea,nõ tua,ne ſis in eorũ ſocietate qui pertinent ad tempora periculoſa ſeipſos amãtes,& cætera quæ huic malorum initio connectuntur: cũ enim diciſſet Apoſtolus, Erunt enim homines ſeipſos amantes: ſecutus adiunxit, Amatores pecuniæ,elati,ſuperbi,blaſphemi,parentibus nõ obediẽtes,ingrati,ſceleſti,itreligioſi,ſine affectione,detractores,incontinentes,immites,ſine benignitate, proditores,procaces,cæcati,uoluptatum amatores magis q̃ dei, habẽtes ſpeciem pietatis,uirtutem autẽ eius abnegantes. Hæc omnia mala ab eo uelut fonte manantia, quod primũ poſuit ſeipſos amãtes. Merito dicitur Petro, diligis me,& reſpondet amo te, eiq; refertur, paſce agnos meos,& hoc iterum, hoc tertio: ubi etiã demõſtratur unum atq; idem eſſe amorem & dilectionem: nam etiam dominus nouiſſime non ait, diligis me, ſed amas me. Non ergo nos ſed ipſum amemus,& in paſcendis ouibus eius ea quæ ſunt eius, nõ ea quæ ſunt noſtra quæramus. Neſcio enim quo inexplicabili modo quiſquis ſeipſum, non deum amat: & quiſquis deum non ſeipſum amat,ipſe ſe amat: qui enim non poteſt uiuere de ſe,moritur utiq; amando ſe: non ergo ſe amat,qui ne uiuat ſe amat. Cũ uero ille diligitur de quo uiuitur, nõ ſe diligendo magis diligit,qui propterea ſe nõ diligit, ut eũ diligat de quo uiuit. Non ſint ergo ſeipſos amãtes qui

2. Timoth. 3

paſcunt oues Chriſti, nec tanꝯ ſuas, ſed tanꝯ ipſius eas paſcant: & uelint ex illis ſua lucra C
conquirere, ſicut amatores pecuniæ, uel eis dominari, ſicut elati, uel gloriari de honoribus
quos ab eis ſumũt, ſicut ſuperbi, uel intantũ progredi ut etiã hæreſes faciãt, ſicut blaſphemi,
nec cedant ſanctis patribus, ſicut parentibus nõ obedientes, & eis qui illos corrigere uolũt,
mala pro bonis reddant, ſicut ingrati, interficiant animas & ſuas & alienas, ſicut ſceleſti, ma-
terna eccleſiæ uiſcera diſſipent, ſicut irreligioſi, nõ compatiãtur infirmis, ſicut ſine affectione,
famam ſanctorum maculare conẽtur, ſicut detractores, cupiditates peſſimas nõ refrenent,
ſicut incõtinentes, exerceãt lites, ſicut immites, neſciant ſubuenire, ſicut ſine benignitate, indi-
cent inimicis piorum quæ occultanda cognouerant, ſicut proditores, humanã uerecundiam
inuerecũda exagitatione perturbent, ſicut procaces, nõ intelligant neq; quæ loquũtur, neq;
de quibus affirmãt, ſicut cæcati, lætícias carnales ſpiritalibus gaudíjs anteponant, ſicut uolu
ptatum amatores magis q̃ dei. Hæc enim atq; huiuſmodi uitia, ſiue uni homini accedant
omnia, ſiue his alia, illis alia dominentur, ex illa radice quodammodo pullulant, cũ ſint ho-
mines ſeipſos amãtes. Quod uitiũ maxime cauendũ eſt eis qui paſcunt oues Chriſti, ne ſua
quærãt, ſed quæ Ieſu Chriſti, & in uſus cupiditatum ſuarũ conferant, pro quibus ſanguis fu
ſus eſt Chriſti. Cuius amor in eo qui paſcit oues eius, in tam magnum debet ſpiritalem cre-
ſcere ardorem, ut uincat etiã mortis naturalem timorem quo mori nolumus, & quãdo cum
Chriſto uiuere uolumus. Nam & apoſtolus Paulus dicit ſe habere concupiſcentiã diſſolui
& eſſe cum Chriſto, ingemiſcit tamen grauatus, & nõ uult ſpoliari ſed ſuperueſtiri, ut abſor
beatur mortale à uita. Et huic dominus dilectori ſuo, Cũ ſenueris, inquit, extẽdes manus
tuas, & alius te cinget, & ducet te quò tu non uis. Hoc autẽ ei dixit, ſignificans qua morte cla
rificaturus eſſet deum.) Extẽdes, inquit, manus tuas, hoc eſt crucifigeris. Ad hoc autẽ ut ue
nias, alius te cinget, & ducet non quò uis, ſed quò nõ uis, prius dixit q̃ fieret, & deinde quo-
modo fieret. Nõ enim crucifixus, ſed utiq; crucifigẽdus quò nollet eſt ductus: nã crucifixus
non quò nolebat abíjt, ſed potius quò uolebat: ſolutus quippe à corpore uolebat eſſe cum D
Chriſto, ſed ſi fieri poſſet, præter mortis moleſtiã uitã cõcupiſcebat æternã: ad quam mole-
ſtiam nolens ductus eſt, ſed ab ea uolẽs eductus eſt: nolens ad eam uenit, ſed uolens eam
uicit, & reliquit hũc infirmitatis affectũ quo nemo uult mori, uſqueadeo naturalem, ut eum
beato Petro nec ſenectus auferre potuerit, cui dictũ eſt, Cum ſenueris, duceris quò non uis.
Matth. 26 Propter nos cõſolandos etiã in ſe figurauit ipſe ſaluator, dicens, Pater ſi fieri poteſt, trãſeat
à me calix iſte: qui utiq; mori uenerat, nec habebat mortis neceſſitatem ſed uolũtatem, pote
ſtate poſiturus animã ſuã, & rurſus eam poteſtate ſumpturus. Sed moleſtia quantacunq;
ſit mortis, debet eã uincere uis amoris, quo amatur ille qui cum ſit uita noſtra, etiã mortem
uoluit perferre pro nobis: nã ſi nulla eſſet mortis uel parua moleſtia, non eſſet tam magna
martyrũ gloria. Sed ſi paſtor bonus qui poſuit animã ſuã pro ouibus ſuis, ex ipſis ouibus
tam multos ſibi martyres fecit: quanto magis debent uſq; ad mortẽ pro ueritate certare, &
uſq; ad ſanguinẽ aduerſus peccatũ, quibus oues ipſas paſcẽdas, hoc eſt, docẽdas regẽdasq;
committit? Ac per hoc præcedẽte paſſionis eius exemplo, quis nõ uideat magis debere imi
tando paſtori hærere paſtores, ſi eum multæ etiam imitatæ ſunt oues, ſub quo paſtore uno
in grege uno & paſtores ipſi ſunt oues. Omnes quippe fecit ſuas oues, pro quibus eſt omni-
bus paſſus, quia & ipſe ut pro omnibus pateretur, ouis eſt factus.

De eo quod dicit, Et cum hoc dixiſſet, dicit ei, ſequere me, uſq; in finem.

Tractatus CXXIIII.

NON PARVA quæſtio eſt, cur apoſtolo Petro quando ſe tertio manifeſtauit
diſcipulis, dixerit Ieſus, Sequere me: de apoſtolo autem Ioanne, Sic eum uolo
manere donec ueniam, quid ad te? Huic quæſtioni quantũ dominus ipſe do-
nauerit, ſiue pertractãdæ, ſiue ſoluendæ, ſermonem nouiſſimum huius operis
impendimus. Cũ ergo prænunciaſſet dominus Petro, qua morte clarificaturus eſſet deum,
dicit ei, Sequere me. Cõuerſus Petrus uidit illũ diſcipulum quẽ diligebat Ieſus, ſequentem,
qui

A qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit, Domine, quis eſt qui tradet te? Hũc ergo
cum uidiſſet Petrus, dicit Ieſu, Domine, hic autẽ quid? Dicit ei Ieſus, Sic eum uolo manere
donec ueniam, quid ad te? Tu me ſequere. Exíjt ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipu-
lus ille nõ moritur: & nõ dixit ei Ieſus, non moritur, ſed ſic eum uolo manere donec ueniam,
quid ad te?) Ecce quouſq; in hoc euangelio extenditur quæſtio, quæ ſua profunditate non
mediocriter mentem ſcrutantis exercet. Cur enim dicitur Petro, ſequere me, nec dicitur cæte
ris qui ſimul aderãt? Et profecto eum ſicut magiſtrum diſcipuli ſequebantur. Sed ſi ad paſ-
ſionem intelligẽdum eſt, nunquid ſolus pro Chriſtiana ueritate paſſus eſt Petrus? Nónne
ibi erat in illis ſeptem alius filius Zebedæi frater Ioannis, qui poſt eius aſcenſionem ab He-
rode manifeſtatur occiſus? Verũ aliquis dixerit, quoniã Iacobus non erat crucifixus, merito
dictum eſt Petro, ſequere me, qui non ſolum mortem, ſed etiã mortem crucis ſicut Chriſtus
expertus eſt. Sit hoc, ſi nihil aliud quod ſit cõueniẽtius potuerit inueniri. Cur ergo de Ioãne
dictum eſt, ſic eum uolo manere donec ueniam quid ad te? & repetitum eſt, tu me ſequere?
Tanꝯ ille ideo non ſequeretur, quoniã eum manere uoluit donec ueniat, Quis facile aliud
dictũ eſſe credat, q̃ quod fratres crediderãt qui tũc aderant, eo q̃ ſcilicet nõ eſſet diſcipulus
ille moriturus, ſed donec Ieſus ueniret, iſte maneret in uita? Sed hanc opinionẽ Ioãnes ipſe
abſtulit, non hoc dixiſſe dñm aperta contradictione declarans. Cur enim ſubiungeret, non
dixit Ieſus, nõ moritur, niſi ne hominũ cordibus quod falſum fuerat inhæreret? Sed cui pla
cet, adhuc reſiſtat & dicat uerum eſſe quod ait Ioannes, non dixiſſe dominum q̃ diſcipulus
ille nõ moritur, ſed hoc tamen ſignificatum eſſe talibus uerbis qualia eum dixiſſe narrauit,
& aſſerat apoſtolum Ioannem uiuere, atq; in illo ſepulchro eius quod eſt apud Epheſum,
dormire eum potius q̃ mortuum iacere contendat. Aſſumat in argumentum, q̃ illic terra
ſenſim ſcatere, & quaſi ebullire perhibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri, ſiue conſtanter, ſiue
pertinaciter aſſeueret. Non enim poſſunt deeſſe qui credant, ſi nõ deſunt qui etiã Moyſen
B aſſerant uiuere, quia ſcriptum eſt: eius ſepulchrum nõ inueniri, & apparuit cum domino in
monte ubi & Helias fuit, quem mortuum legimus nõ eſſe ſed raptum: quaſi Moyſi corpus
non potuerit alicubi ſic abſcondi, ut prorſus homines lateret ubi eſſet, atq; inde ad horam
diuinitus excitari, quãdo cũ Chriſto Helias & ipſe ſunt uiſi: ſicut ad horã multa ſanctorum
corpora ſurrexerunt, quando paſſus eſt Chriſtus, & poſt eius reſurrectionem apparuerunt
multis in ſancta, ſicut ſcriptum eſt, ciuitate. Sed tamen ut dicere cœperam, ſi quidã Moyſen
mortuum negant, quẽ ſcriptura ipſa, licet ſepulchrum eius nuſq; inueniri legimus, mortuum
tñ eſſe ſine ulla ambiguitate teſtatur: quanto magis Ioannes ex iſtorũ occaſione uerborum
ubi dominus ait, ſic eũ uolo manere donec uenio, creditur uiuus dormire ſub terra? Quem
tradunt etiam, quod in quibuſdã ſcripturis quamuis apocryphis reperitur, quãdo ſibi fieri
iuſſit ſepulchrũ, incolumem fuiſſe præſentẽ, eoq; effoſſo & diligẽtiſſime præparato, ibi cum
ſe tanꝯ in lectulo collocaſſe, ſtatimq; eum eſſe defunctum. Vt autẽ iſti putant qui hæc uer
ba domini ſic intelligunt, non defunctũ, ſed defuncto ſimilem cubaſſe, & cũ mortuus puta-
retur, ſepultum fuiſſe dormientem, & donec Chriſtus ueniat ſic manere, ſuamq; uitam ſca-
turigine puluueris indicare, qui puluis creditur ut ab imo ad ſuperficiẽ tumuli aſcendat, flatu
quieſcentis impelli, huic opinioni ſuperuacaneum exiſtimo reluctari. Viderunt enim qui lo
cum ſciunt, utrũ hoc ibi faciat uel patiatur terra quod dicitur, quia & reuera non à leuibus
hominibus id audiuimus. Interim credamus opinioni quã certis documentis refellere non
ualemus, ne rurſus aliud quod à nobis quæratur exurgat: cur ſuper humanũ mortuũ ipſa
humus quodãmodo uiuere ac ſpirare uideatur? Sed nunquid hinc tanta ſoluitur quæſtio,
ſi magno miraculo, qualia poteſt facere omnipotens, tamdiu uiuum corpus in ſopore ſub
terra eſt, donec ueniat terminus ſeculi? Quinimò fit amplior & difficilior, cur diſcipulo Ieſus
quẽ diligebat præ cæteris, intantũ ut ſuper pectus eius diſcumbere mereretur, pro magno
munere longũ in corpore donauerit ſomnũ, cũ beatũ Petrũ per ingentẽ martyrij gloriam,
ab onere ipſius corporis ſoluerit, eiq; conceſſerit quod apoſtolus Paulus ſe concupiſſe dixit

& ſcripſit diſſolui & eſſe cũ Chriſto? Si autẽ quod magis creditur, ideo ſanctus Ioannes ait, C
non dixiſſe dominum, nõ moritur, ne illis uerbis quæ dixit, hoc uoluiſſe intelligi putaretur,
corpusq́ eius in ſepulchro eius exanime ſicut aliorum mortuorum iacet, reſtat ut ſi uere ibi
ſit quod ſparſit fama de terra, quæ ſubinde ablata ſuccreſcit, aut ideo fiat ut eo modo com-
mendetur preciosa mors eius, quã nequaq́ commendat martyrium, nõ enim eum pro fide
Chriſti perſecutor occidit, aut propter aliquid aliud quod nos latet, manet tamen quæſtio,
cur dixerit dominus de homine morituro, ſic eũ uolo manere donec ueniam. Illud etiam in
his duobus apoſtolis Petro & Ioanne quẽ non moueat ad quærendum, cur Ioannem plus
dilexerit dominus, cũ ipſum dominũ plus dilexerit Petrus? Vbicunq́ enim ſe cõmemorat
Ioãnes, ut nomine ſuo tacito ipſe poſſet intelligi, hoc addit q́ eũ diligebat Ieſus, quaſi ſolũ
diligeret, ut hoc ſigno diſcerneretur à cæteris, quos utiq́ omnes diligebat. Quid ergo niſi
amplius ſe dilectũ cũ hoc diceret, uolebat intelligi, quod abſit ut mendaciter diceret? Quod
autem maius dare potuit Ieſus maioris erga eũ ſuæ dilectionis indicium, q́ ut homo cum
cæteris cõdiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis, ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ipſius ſal-
uatoris? Porrò q́ apoſtolus Petrus plus aliis dilexit Chriſtum, poſſunt quidẽ documenta
multa proferri, ſed ut longe in alia nõ eamus, in ipſius tertiæ manifeſtationis domini paulo
ſuperiore lectione quæ iſtam præcedit, ſatis euidenter apparet, ubi interrogans eum, dixit,
diligis me plus his? Quod utiq́ ſciebat, & tamẽ interrogabat, ut etiã nos qui legimus euan-
gelium, amorẽ Petri erga dominũ, & illo interrogante & iſto reſpondente noſſemus. Quòd
autẽ in eo quod reſpondit Petrus, amo te, nõ addidit, plus his, hoc reſpõdit quod de ſeipſo
ſciebat. Non enim quãtum ab alio quolibet diligeretur ſcire poterat, qui cor alterius uidere
non poterat. Sed tamen ſuperioribus uerbis dicendo, Etiã domine, tu ſcis quia amo te, ſatis
& ipſe declarauit ſcientẽ dominum interrogaſſe quod interrogauit. Sciebat igitur dñs non
ſolum q́ diligeret, uerumetiam q́ plus illis eum diligeret Petrus, & tamen ſi proponamus
quærẽtes, quis duorũ ſit melior, utrũ qui plus an qui minus diligit Chriſtum, quis dubitabit D
reſpondere, eum qui plus diligit eſſe meliorem? Item ſi proponamus quis duorũ ſit melior,
utrum quẽ minus, aut quẽ plus diligit Chriſtus? Eũ qui plus diligitur à Chriſto, meliorem
proculdubio reſpondebimus. In illa ergo comparatione quã prius poſui, Petrus Ioanni: in
hac uero altera, Ioannes anteponitur Petro: proinde tertiã ſic proponimus, Quis eſt duorũ
diſcipulorũ melior, qui minus q́ cõdiſcipulus eius diligit Chriſtum, & plus q́ cõdiſcipulus
eius diligitur à Chriſto, an ille quẽ minus q́ condiſcipulum eius diligit Chriſtus, cum plus
ipſe q́ ſuus condiſcipulus diligat Chriſtum? Hic planè cunctatur reſpõſio, & augetur quæ-
ſtio. Quantum autẽ ipſe ſapio, meliorem qui plus diligit Chriſtum, feliciorem uero quem
plus diligit Chriſtus, facile reſponderem, ſi iuſtitiam liberatoris noſtri minus eum diligẽtis
à quo plus diligitur, & eũ plus à quo minus diligitur, quẽadmodũ defenderẽ, præuiderem.
Aggrediar igitur in eius manifeſta miſericordia, cuius eſt occulta iuſtitia, de ſoluenda quæ-
ſtione tam ingenti pro uiribus quas ipſe donauerit diſputare: hucuſq́ enim poſita eſt,
non expoſita. Exponendæ uero eius hoc ſit exordium, ut meminerimus in hoc corruptibili
corpore quod aggrauat animã, uita nos miſera uiuere. Sed quia iam redempti per media-
torem ſumus, & ſpiritum ſanctum pignus accepimus, beatam uitam in ſpe habemus, & ſi re
ipſa nondum tenemus: ſpes autẽ quæ uidetur non eſt ſpes: quod enim uidet quis, quid ſpe-
rat? Si autem quod nõ uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. In malis autẽ quæ
quiſq́ patitur, non in bonis quibus fruitur, opus eſt patientia: hanc itaq́ uitam de qua ſcri-
Iob.7 ptum eſt, Nunquid nõ tentatio eſt uita humana ſuper terram? in qua quotidie clamamus
Matth.6 ad dominum, Libera nos à malo: cogitur homo tolerare etiã remiſſis peccatis, quamuis ut
in eam ueniret miſeriam, primũ fuerit cauſa peccatum: productior eſt enim pœna q́ culpa,
ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna: ac per hoc uel ad demonſtrationem
debitæ miſeriæ, uel ad emendationem labilis uitæ, uel ad exercitationem neceſſariæ patien
tiæ, temporaliter hominẽ detinet pœna, etiã quẽ iam ad damnationẽ ſempiternã reum nõ
detinet

A detinet culpa. Hæc eſt iſtorũ dierum, quos in hac mortalitate agimus malos, quamuis in ea
diligamus uidere dies bonos, flenda quidẽ ſed non reprehendenda conditio: uenit enim de
ira dei iuſta, de qua ſcriptura loquẽs, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis uitæ: & plenus *Iob 14*
iræ, cum ira dei nõ ſit ut hominis, id eſt, perturbatio concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſup-
plicij cõſtitutio. In hac ira ſua deus nõ contĩnẽs, ſicut ſcriptum eſt, miſerationes ſuas, præter
alia ſolatia miſerorũ quæ generi humano præbere non ceſſat, in plenitudinẽ temporis quo
ipſe ſciebat hoc eſſe faciendum, miſit filium ſuũ unigenitum per quẽ creauit uniuerſa, ut ma
nens deus fieret homo, & eſſet mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, in quẽ cre-
dentes per lauacrum regenerationis ſoluto reatu omniũ peccatorum, & originalis uidelicet
quod generatio trahit, cõtra quam maxime regeneratio eſt inſtituta, & cæterorũ quæ male
agendo contracta ſunt, liberarentur à damnatione perpetua, & uiuerẽt in fide & ſpe & cha
ritate, peregrinãtes in hoc ſeculo, atq́ in eius tentationibus laborioſis & periculoſis, conſola
tionibus autẽ dei & corporalibus & ſpiritalibus ambularent ad conſpectũ eius, uiã tenentes
quod eis factus eſt Chriſtus. Et quia in ipſa quoq́ uia ambulãtes nõ ſunt ſine peccatis, quæ
de huius uitæ infirmitate ſurrepunt, dedit eleemoſynarũ remedia ſalutaria, quibus eorum
adiuuaretur oratio, ubi eos dicere docuit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti- *Matth.6*
mus debitoribus noſtris. Hoc agit eccleſia ſpe beata in hac uita erumnoſa, cuius eccleſiæ Pe
trus apoſtolus propter apoſtolatus ſui primatũ gerebat figurata generalitate perſonam.
Quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Chriſtianus,
abundantiore gratia unus idemq́ primus apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt, Tibi dabo *Matth.16*
claues regni cœlorũ: & quodcunq́ ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis: & quodcunq́
ſolueris ſuper terrã, erit ſolutũ & in cœlis: uniuerſam ſignificabat eccleſiã, quæ in hoc ſeculo
diuerſis tentationibus uelut imbribus, fluminibus, tempeſtatibusq́ quatitur, & non cadit,
quoniam fundata eſt ſuper petram, unde & Petrus nomen accepit: nõ enim à Petro petra,
B ſed Petrus à petra, ſicut nõ Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto uocatur: ideo
quippe ait dñs, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es
Chriſtus filius dei uiui. Super hanc ergo, inquit, petrã quam cõfeſſus es, ædificabo eccleſiam
meam. Petra enim erat Chriſtus, ſuper quod fundamẽtum etiã ipſe ædificatus eſt Petrus.
Fundamentũ quippe aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chri- *1. Cor.3*
ſtus Ieſus. Eccleſia ergo quæ fundatur in Chriſto, claues ab eo regni cœlorũ accepit in Petro,
id eſt, poteſtatẽ ligandi ſoluendiq́ peccata, quod enim eſt per proprietatẽ in Chriſto eccle
ſia, hoc eſt per ſignificationẽ Petrus in petra: qua ſignificatione intelligitur Chriſtus petra,
Petrus eccleſia. Hæc igitur eccleſia quã ſignificabat Petrus, quamdiu degit in malis, amãdo
& ſequẽdo Chriſtũ liberatur à malis. Magis autẽ ſequitur in eis qui certãt pro ueritate uſq́
ad mortem: ſed uniuerſitati dicitur, ſequere me, pro qua uniuerſitate paſſus eſt Chriſtus: de
quo dicit idẽ Petrus, Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplũ, ut ſequamur *1. Pet.2*
ueſtigia eius: ecce propter quod ei dictũ eſt, Sequere me. Eſt autẽ alia uita immortalis, quæ
nõ eſt in malis, ibi facie ad faciẽ uidebimus, quod hic per ſpeculum & in ænigmate uidetur,
quando multũ in conſpiciẽda ueritate proficitur. Duas itaq́ uitas ſibi diuinitus prædicatas
& commẽdatas nouit eccleſia, quarũ eſt una in fide, altera in ſpecie: una in tẽpore peregrina
tionis, altera in æternitate manſionis: una in labore, altera in requie: una in uia, altera in pa-
tria: una in opere actionis, altera in mercede cõtemplationis: una declinat à malo & facit bo
num, altera nullũ habet à quo declinet malũ, & magnũ habet quo perfruatur bono: una cũ
hoſte pugnat, altera ſine hoſte regnat: una fortis eſt in aduerſis, altera nihil ſentit aduerſi:
una carnales libidines frenat, altera ſpiritalibus delectationibus uacat: una eſt uincẽdi cura
ſollicita, altera uictoriæ pace ſecura: una in tẽtationibus adiuuatur, altera ſine ulla tẽtatione
in ipſo adiutore lætatur: una ſubuenit indigẽti, altera ibi eſt ubi nullũ inuenit indigentem:
una aliena peccata ut ſua ſibi ignoſcãtur ignoſcit, altera nec patitur quod ignoſcat, nec facit
quod ſibi poſcat ignoſci: una flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tãta plenitudine

gratiæ carot omni malo,ut ſine ulla tentatione ſuperbiæ cohæreat ſummo bono:una bona C
& mala diſcernit,altera quæ ſola bona ſunt cernit: ergo una bona eſt,ſed adhuc miſera,alte
ra melior & beata:iſta ſignificata eſt per apoſtolū Petrum,illa per Ioānem: tota hic agitur
iſta uſq; in huius ſeculi finem,& illic inuenit finem, differtur illa complēda poſt huius ſeculi
finem,ſed in futuro ſeculo nō habet finē:ideo dicitur huic,Sequere me:de illo autē,Sic eum
uolo manere donec ueniam,quid ad te? tu me ſequere:quid enim eſt hoc? Quantum ſapio,
quantum capio,quid eſt hoc,niſi tu me ſequere,per imitationem perferēdo tēporalia mala:
ille maneat,donec ſempiterna uenio redditurus bona? quod apertius ita dici poteſt, Perfe/
cta me ſequatur actio, informata meæ paſſionis exemplo:inchoata uero contemplatio ma
neat donec ueniā,perficienda cū uenero. Sequitur enim Chriſtū peruenies uſq; ad mortem
plenitudo patiētiæ,manet autē donec ueniat Chriſtus,tunc manifeſtāda plenitudo ſciētiæ.
Hic quippe tolerātur mala huius mūdi in terra morientiū, ibi uidebūtur bona dñi in terra
uiuētium:quod enim ait, Sic eū uolo manere donec ueniam:) nō ſic intelligendū eſt quaſi
dixerit,remanere uel permanere,ſed expectare,quoniā quod per eum ſignificatur,non utiq;
nunc,ſed cū uenerit Chriſtus implebitur. Quid aūt per hunc ſignificatur,cui dictū eſt, Tu
me ſequere:)niſi nunc agatur,non peruenietur ad illud quod expectatur. In hac autē actiua
uita quāto magis Chriſtū diligimus, tanto facilius liberamur à malo. At ipſe nos minus di
ligit quales nunc ſumus,& hinc ideo liberat,ne ſemper tales ſimus. Ibi uero amplius nos di
ligit,quoniam quod ei diſpliceat, & quod à nobis auferat nō habebimus:nec ob aliud nos
hic diligit,niſi ut ſanet & transferat ab his quæ nō diligit. Hic ergo minus ubi nō uult rema
neamus, ibi amplius quò uult trāſeamus, & unde nō uult pereamus. Amet ergo eū Petrus,
ut ab iſta mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes, ut in illa immortalitate ſeruemur.
Sed iſta ratione illud oſtēditur, cur amplius Ioānem q̄ Petrum amauerit Chriſtus,nō cur
amplius Petrus q̄ Ioannes amauerit Chriſtū. Neq; enim ſi plus nos diligit Chriſtus in fu/
turo ſeculo, ubi cū illo ſine fine uiuemus, q̄ in iſto unde eruimur, ut illic ſemper ſimus,pro/ D
pterea nos tunc eum minus dilecturi ſumus quando meliores erimus,cū meliores utiq; niſi
amplius eū diligendo nullo modo eſſe poſſumus. Cur ergo Ioannes minus eū diligebat q̄
Petrus,ſi eam uitā ſignificabat in qua eſt multo amplius diligendus, niſi quia propterea di
ctum eſt,uolo eū manere,id eſt, expectare donec ueniā,quoniā & ipſum amorem qui tunc
multo amplior erit nondū habemus,ſed futurū expectamus,ut cū ipſe uenerit habeamus?
1. Ioan. 3 nam ſicut in epiſtola ſua idē dicit Ioānes apoſtolus, Nondū apparuit quod erimus,ſcimus
quoniā cū apparuerit ſimiles ei erimus, quoniā uidebimus eū ſicuti eſt. Tunc ergo amplius
quod uidemus,diligemus. Ipſe aūt dñs illā quæ futura eſt uitā noſtrā, qualis in nobis futu/
ra ſit ſciens,prædeſtinatione plus amat,ut ad eā nos amando perducat. Quocirca quoniam
uniuerſæ uiæ dñi miſericordia & ueritas,miſeriā noſtrā præſentē nouimus quia ſentimus:&
ideo miſericordiā domini quā nobis de miſeria liberādis exhiberi uolumus,plus amamus,
eamq̄ quotidie maxime pro peccatorū remiſſione poſcimus & habemus. Hoc per Petrum
ſignificatū eſt,plus amantem,ſed minus amatū,quia minus nos amat Chriſtus miſeros q̄
beatos. Veritatis aūt contemplationem qualis tunc futura eſt,minus amamus quia nondū
nouimus nec habemus: hæc ergo per Ioānē ſignificata eſt minus amantem,atq; ideo & ad
ipſam & ad eius in nobis amorē qualis ei debetur implendū,donec ueniat dñs & expectan
tem:ſed plus amatū,quia id quod per illū figuratū eſt,hoc efficit beatū. Nemo tñ iſtos inſi/
gnes apoſtolos ſeparet,& in eo quod ſignificabat Petrus ambo erāt,& in eo quod ſignifica
bat Ioānes,ambo futuri erāt:ſignificando ſequebatur iſte,manebat ille:credēdo autē ambo
mala præſentia huius miſeriæ tolerabāt:ambo futura bona illius beatitudinis expectabāt,
nec ipſi ſoli, ſed uniuerſa hoc facit ſancta eccleſia ſponſa Chriſti ab iſtis tētationibus erucn
da, in illa felicitate ſeruāda. Quas duas uitas Petrus & Ioānes figurauerūt ſinguli ſingulas:
uerū & in hac tēporaliter ambulauerunt ambo per fidē,& illa in æternū fruētur ambo per
ſpeciem. Omnibus igitur ſanctis ad Chriſti corpus inſeparabiliter pertinentibus, propter

huius

A huius uitæ proceloſiſſimæ gubernaculū,ad ligāda & ſoluēda peccata claues regni cœlorum
primus apoſtolorū Petrus accepit, eiſdēq̄ omnibus ſanctis propter uitæ illius ſecretiſſimæ
quietiſſimū ſinū,ſuper pectus Chriſti Ioānes euāgeliſta diſcubuit,quoniā nec iſte ſolus,ſed
uniuerſa eccleſia ligat ſoluitq̄ peccata:nec ille in principio uerbū deū apud deū,& cætera de
Chriſti diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate atq; unitate ſublimia, quæ in illo regno
facie ad faciē cōtemplāda,nūc autē donec ueniat dñs in ſpeculo atq; in ænigmate cōtuenda
ſunt,quæ prædicādo ructaret,de fonte dñici pectoris ſolus bibit,ſed ipſe dñs ipſum euange
lium pro ſua cuiuſq; capacitate omnibus ſuis bibendū toto terrarū orbe diffundit. Sūt qui
ſenſerint, & hi quidē non cōtemptibiles ſacri eloquij tractatores,à Chriſto Ioānē apoſtolū
propterea plus amatū,q̄ neq; uxorē duxerit,& ab ineunte puericia caſtiſſimus uixerit. Hoc
quidē in ſcripturis canonicis nō euidēter apparet,ueruntamen id quoq; multū adiuuat con
gruentiā huiuſce ſentētiæ,q̄ illa uita per eū ſignificata eſt ubi nō erūt nuptiæ. Hic eſt diſci
pulus ille q teſtimoniū phibet de his,& ſcripſit hæc,& ſcimus quia uerū eſt teſtimoniū eius.
Sunt aūt,inquit,& alia multa quæ fecit Ieſus,quæ ſi ſcribātur per ſingula,nec ipſum arbitror
mundū capere eos qui ſcribēdi ſunt libros.)Non ſpacio locorū credendū eſt mundū capere
nō poſſe,quæ in eo ſcribi quomodo poſſent,ſi ſcripta nō ferret? Sed capacitate legentiū com
prehendi fortaſſe nō poſſent, quāuis ſalua rerū fide, plerunq; uerba excedere uideātur fidē,
quod nō fit qñ aliquid quod erat obſcurum uel dubiū,cauſa & ratione reddita exponitur:
ſed qñ id quod apertū eſt uel augetur uel extenuatur,nec tñ à tramite ſignificādæ ueritatis
erratur,qm̄ ſic uerba rē quæ indicatur excedūt,ut uolūtas loquētis nec fallētis appareat,qui
nouit quouſq; credatur,à quo ultra q̄ credēdū eſt,uel minuitur loquēdo aliqd uel augetur.
Hūc loquēdi modū græco ſermone,nō ſolū græcarū,uerūetiā latinarū litterarū magiſtri Hy
perbolen uocāt:qui modus, ſicut hoc loco, ita in nōnullis alijs diuinis litteris inuenit, ut eſt, Pſal. 72 & 97
Poſuerūt in cœlū os ſuū:&, Verticē capilli perambulantiū in delictis ſuis,& multa huiuſce/
B modi quæ ſcripturis ſanctis non deſunt,ſicut alij tropi,hoc eſt locutionum modi,de quibus
operoſius diſputarē, niſi euāgeliſta termināte euāgeliū ſuū etiā ipſe cōpellerer meum termi
nare ſermonem.

Enarrationum in Ioannem finis.

D. AVRELII AVGVSTINI

EXPOSITIO IN EPISTOLAM BEATI IOANNIS.



EMINIT ſanctitas ueſtra euangelium ſecundū Ioannem ex or
dine lectionum nos ſolere tractare. Sed quia nunc interpoſita eſt
ſolennitas ſanctorū dierum, quibus certas ex euāgelio lectiones
oportet in eccleſia recitari,quæ ita ſunt annuæ ut aliæ eſſe nō poſ/
ſint,ordo ille quē ſuſceperamus,neceſſitate paululum intermiſſus
eſt, non omiſſus. Cum autē cogitarem quid ſecundū hilaritatem
præſentium dierum per hāc hebdomadā uobiſcum de ſcripturis
agerem, quantū dominus donare dignatur, quod poſſet in iſtis
ſeptem uel octo diebus finiri,occurrit mihi epiſtola beati Ioānis,
ut cuius euāgelium paululū intermiſimus, eius epiſtolā tractādo ab eo nō recedamus:præ/
ſertim quia in ipſa epiſtola ſatis dulci omnibus quibus ſanū eſt palatū cordis,ubi ſapiat pa
nis dei,& ſatis memorabili in ſancta eccleſia dei,maxime charitas cōmendatur. Locuturus
eſt multa,& propè omnia de charitate. Qui habet in ſe unde audiat,neceſſe eſt gaudeat ad
quod audit:ſic enim illi erit lectio iſta,tanq̄ oleū in flāma. Si eſt ibi quod nutriatur,nutritur
& creſcit & permanet. Item quibuſdā ſic eſſe debet tanq̄ flamma ad fomitem,ut ſi non arde
bat, accedente ſermone accendatur. In quibuſdam enim nutritur quod eſt: in quibuſdam
accenditur ſi deeſt,ut omnes in una charitate gaudeamus. Vbi autē charitas,ibi pax,& ubi
humilitas,ibi charitas. Iam ipſum audiamus, & ad eius uerbū quæ dominus ſuggerit, etiā
uobis ut bene intelligatis, loquamur.

De eo quod Ioannes dicit, Quod erat ab initio, quod audiuimus & quod uidimus & manus noſtræ tractauerunt de uerbo uitæ, uſq; ad id, Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius. Tractatus 1.

QVOD erat ab initio, quod audiuimus, & quod uidimus, & manus noſtræ tractauerũt de uerbo uitæ.) Quis eſt qui manibus tractet uerbũ, niſi quia uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis? Hoc aũt uerbum quod caro factum eſt, ut manibus tractaretur, cœpit eſſe caro ex uirgine Maria, ſed nõ tunc cœpit uerbum, quia quod erat ab initio dixit. Videte ſi non atteſtatur epiſtola ſua euãgelio ſuo, ubi modo audiſtis, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum? Forte de uerbo uitæ ſic quiſq; accipiat, quaſi locutionem quandã de Chriſto, nõ ipſum corpus Chriſti quod manibus tractatum eſt, uide quid ſequatur, Et ipſa uita manifeſtata eſt.) Chriſtus uero uerbum uitæ: & unde ergo manifeſtata eſt? Erat enim ab initio, ſed nõ erat manifeſtata hominibus: manifeſtata autẽ erat angelis uidẽtibus, & tanq; pane ſuo cibãtibus: ſed quid ait ſcri
Pſal.77 ptura? Panẽ angelorum mãducauit homo: ergo manifeſtata eſt ipſa uita in carne, quia in manifeſtatione poſita eſt, ut res quæ ſolo corde uideri poteſt, uideretur & oculis, ut corda ſanaret. Solo enim corde uidetur uerbum, caro autẽ & oculis corporalibus uidetur: erat unde uideremus carnem, ſed nõ erat unde uideremus uerbũ: factum eſt uerbũ caro quam uidere poſſemus, ut ſanaretur in nobis unde uerbum uideremus. Et uidimus, inquit, & teſtes ſumus.) Forte aliqui fratrum neſciũt, qui græce nõ norunt quid ſint teſtes, græce & uſitatũ nomen eſt omnibus & religioſum: quos enim teſtes latine dicimus, græce martyres ſunt. Quis autẽ non audiuit martyres? Aut in cuius ore Chriſtiani nõ quotidie habitat nomen martyrum? Atq; utinam ſic habitet & in corde, ut paſſiones martyrum imitemur, nõ eos calcibus perſequamur: ergo hoc dixit, uidimus & teſtes ſumus, audiuimus & martyres ſumus. Teſtimoniũ enim dicẽdo ex eo quod uiderũt, & teſtimoniũ dicẽdo ex eo quod audierunt ab his D
qui uiderũt, cũ diſpliceret ipſum teſtimoniũ hominibus aduerſus quos dicebatur, paſſi ſunt omnia quæ paſſi ſunt martyres. Teſtes dei paſſi ſunt, deus teſtes habere uoluit homines, ut & homines habeant teſtẽ deum: Vidimus, inquit, & teſtes ſumus. Vbi uiderunt? In manifeſtatione. Quid eſt in manifeſtatione? in ſole, id eſt, in hac luce. Vnde autẽ potuit uideri in
Pſal.18 ſole qui fecit ſolẽ, niſi quia in ſole poſuit tabernaculum ſuũ, & ipſe tanq; ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo, exultauit ut gigas ad currẽdam uiã? Ille ante ſolẽ qui fecit ſolẽ, ille ante luciferum, ante omnia ſydera, ante omnes angelos, uerus creator, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ut uideretur oculis carneis qui ſolem uident, ipſum tabernaculũ ſuum in ſole poſuit, id eſt, carnem ſuã in manifeſtatione huius lucis oſtẽdit: & illius ſpõſi thalamus fuit uterus uirginis, quia in illo utero uirginali coniũcti ſunt duo, ſpõſus &
Gen.2 ſponſa. Spõſus uerbũ, & ſponſa caro: quia ſic ſcriptũ eſt, Et erunt duo in carne una: & dñs in
Matth.19 euãgelio, Igitur iam nõ duo, ſed una caro: & Eſaias optime meminit unum eſſe ipſos duos:
Eſa.1 loquitur enim ex perſona Chriſti, & dicit, Sicut ſpõſo impoſuit mihi mitrã, & ſicut ſpõſam ornauit me ornamẽto: unus uidetur loqui, & ſpõſum ſe fecit & ſpõſam ſe fecit, quia nõ duo ſed una caro. Quia uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis, illi carni adiũgitur eccleſia, & fit Chriſtus totus, caput & corpus. Et teſtes, inquit, ſumus, & annũciamus uobis uitã æternam, quæ erat apud patrem, & manifeſtata eſt in nobis.) hoc eſt, manifeſtata eſt inter nos. Quid apertius diceretur q̃ manifeſtata eſt in nobis? Quæ ergo uidimus & audiuimus, nunciamus uobis: intẽdat charitas ueſtra, Quæ ergo uidimus & audiuimus nũciamus uobis.) Illi uiderũt ipſum dominũ præſentẽ in carne, & audierũt uerba ex ore dñi, & annũciauerũt nobis. Et nos ergo audiuimus, ſed nõ uidimus: minus ergo ſumus felices q̃ illi qui audierũt & uiderunt? & quomodo adiungit, Vt & uos ſocietatẽ habeatis nobiſcum.) Illi uiderunt, nos nõ uidimus, & tamen ſocij ſumus, quia fidẽ communẽ tenemus: nã quidã uidendo non credidit, & palpare uoluit, & ſic credere: & ait, Nõ credã niſi digitos meos miſero in locũ clauorum

A uorum, & cicatrices eius tetigero. Et præbuit ſe ex tẽpore palpãdum manibus hominũ, qui ſemper ſe præbet uidendũ aſpectibus angelorum: & palpauit ille diſcipulus & exclamauit, Dñs meus & deus meus: quia tetigit hominẽ, cõfeſſus eſt deũ. Et dñs cõſolãs nos qui ipſum iam in cœlo ſedentẽ manu cõtrectare nõ poſſumus, ſed fide cõtingere, ait illi, Quia uidiſti & credidiſti, beati qui nõ uiderũt & credũt, nos deſcripti ſumus, nos deſignati ſumus: fiat ergo in nobis beatitudo quam dñs prædixit futurã: firme teneamus quod non uidemus, quia illi nunciãt qui uiderũt: ut & uos, inquit, ſocietatẽ habeatis nobiſcũ. Et quid magnũ, ſocietatem habere cũ hominibus? Noli cõtemnere, uide quid addat, Et ſocietas noſtra ſit cũ deo patre & Ieſu Chriſto filio eius: hæc, inquit, ſcribimus uobis, ut gaudiũ ueſtrũ ſit plenũ.) Plenũ gaudiũ dicit in ipſa ſocietate, in ipſa charitate, in ipſa unitate. Et hæc, inquit, eſt annũciatio quã audiuimus ab eo & annũciamus uobis.) Quid eſt hoc? Ipſi uiderũt, cõtrectauerũt manibus uerbũ uitæ, ab initio erat, ad tẽpus uiſibilis & palpabilis factus eſt unicus filius dei. Ad quã rem uenit, uel quid nobis nouũ nunciauit, quid docere uoluit, quare fecit hoc quod fecit, ut uerbũ caro fieret, ut deus ſuper omnia indigna ab hominibus pateretur, ut alapas eorũ ſuſtineret de manibus quas ipſe formauit? Quid uoluit docere, quid uoluit oſtendere, quid uoluit annũciare? Audiamus, nã ſine fructu præcepti auditio rei geſtæ, quia natus eſt Chriſtus, & quia paſſus eſt Chriſtus, auocamentũ mentis & nõ firmamentũ. Quid magnũ audis, quo fructu audias? Vide, quid uoluit docere, quid annũciare? audi, Quia deus lux eſt, inquit, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ.) Adhuc lucẽ quidẽ nominauit, ſed obſcura ſunt uerba. Bonũ eſt nobis ut ipſa lux quã nominauit, illuſtret corda noſtra, & uideamus q̃d dixit, hoc eſt quod annũciamus, quia deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. Quis enim auderet dicere, quia in deo ſũt tenebræ? aut quid eſt ipſa lux, aut q̃d ſunt tenebræ? Ne forte talia dicat quæ ad oculos iſtos noſtros pertineãt: deus lux eſt. Ait neſcio quis, & ſol lux eſt, & luna lux eſt, & lucerna lux eſt, aliq̃d debet eſſe lõge his maius, longeq; præſtãtius, lõge ſuperemi
B nentius: quantũ deus à creatura, quantũ cõditor à cõditione, quantũ ſapiẽtia ab eo quod factũ eſt p ſapientiã, lõge ultra omnia debet eſſe lux iſta: & forte uicini ci erimus, ſi quæ ſit lux iſta cognouerimus, & ad eã nos applicauerimus ut ex ipa illuminemur, quia in nobis tenebræ ſumus, & ab illa illuminati poſſumus eſſe lux, & nõ cõfundi de illa, quia de nobis cõfundimur. Quis eſt q̃ de ſe cõfunditur? q̃ ſe cognoſcit peccatorẽ. Quis de illa nõ confunditur? q̃ ab illa illuminatur. Quid eſt ab illa illuminari? q̃ iã uidet ſe peccatis tenebrari, & cupit ab illa illuminari, accedit ad illã: unde & dicit pſalmus, Accedite ad eũ & illuminamini, & uultus ue
Pſal.33 ſtri nõ erubeſcẽt. Sed nõ erubeſces de illa, ſi q̃n tibi te fœdũ oſtẽderit, diſpliceat tibi fœditas tua, ut percipias pulchritudinẽ illius: hoc eſt q̃d uult docere, & fortaſſe præpropere illud nos dicimus, ipſe hoc manifeſtat in cõſequẽtibus. Memẽto in principio ſermonis noſtri, quia epiſtola iſta charitatẽ commẽdat, Deus lux eſt, inq̃t, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ: & q̃d ſupius dixerat? ut ſocietatẽ habeatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cũ patre & filio eius Ieſu Chriſto. Porrò ſi deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ, & ſocietatẽ cũ illo habere debemus, & à nobis pellẽdæ ſunt tenebræ, ut fiat in nobis lux, nã tenebræ cũ luce ſocietatẽ habere nõ poſſunt: ideo uide quid ſequat, Quod ſi dixerimus q̃, ſocietatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur.) habes & apoſtolũ Paulũ dicẽtẽ, Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? 2. Cor. 6
Dicis te ſocietatẽ habere cũ deo, & in tenebris ambulas, & deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſũt ullæ, quõ ergo eſt ſocietas luci ad tenebras? Iã ergo dicat ſibi homo, Quid faciã? Vndero lux? In peccatis & in iniq̃tatibus uiuo, q̃ſi ſubrepit quædã deſperatio & triſtitia. Salus nulla eſt niſi in ſocietate dei. Deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. Peccata aũt tenebræ ſunt, ſicut dicit Apoſtolus diabolũ & angelos eius rectores tenebrarũ harũ eſſe: non diceret rectores tenebrarũ, niſi diceret, rectores peccatorũ, dominatores iniquorũ. Quid ergo faciemus fratres mei? Societas cum deo habẽda eſt, alia ſpes uitæ æternæ nulla eſt: deus aũt lux eſt, & tenebræ in eo ſunt ullæ: iniq̃tates aũt tenebræ ſunt, iniq̃tatibus premimur, ne ſocietatẽ cũ deo habere poſſimus. Quæ ergo ſpes? Nónne promiſerã me aliq̃d locuturũ iſtis diebus

quod

quod gaudium faciat? Quod si non exhibeo,tristicia est ista,Deus lux est,& tenebræ in eo C
non sunt ullæ: peccata tenebræ sunt,quid erit nobis? Audiamus ne forte consoletur,erigat,
det spem,ne deficiamus in uia.Currimus enim, & ad patriã currimus,& si nos peruenturos
desperamus,ipsa desperatione deficimus:ille autẽ qui nos uult peruenire,ut conseruet in pa
tria,pascet in uia: audiamus ergo, Quod si dixerimus quia societatẽ habemus cũ eo,& in
tenebris ambulamus,mẽtimur,& nõ facimus ueritatem.)Non dicamus quia societatẽ cum
illo habemus, si in tenebris ambulamus. Quod si in lumine ambulamus, sicut & ipse est
in lumine, societatem cum eo habemus, cum inuicem in lumine ambulamus,sicut & ipse est
in lumine,ut possimus societatẽ habere cũ illo.) Quid facimus de peccatis? audi quid sequi
tur, Et sanguis Iesu Christi filij eius purgabit nos ab omni delicto,) Magnã securitatem
dedit deus, merito pascha celebramus, ubi fusus est sanguis dñi, quo purgamur ab omni
delicto.Simus securi,cautionem cõtra nos diabolus seruitutis tenebat,sed sanguine Christi
deleta est:sanguis,inquit,filij eius purgabit nos ab omni delicto,quid est ab omni delicto?
attendite,ecce iam in nomine Christi per sanguinem crucis domini,quẽ nunc cõfessi sunt isti
qui appellantur infantes, mundata sunt omnia peccata ipsorum:ueteres intrauerũt,& noui
exierunt.Quid est,ueteres intrauerunt,noui exierunt? Senes intrauerunt,infantes exierunt.
Senectus enim ueternosa,uetusta uita:infantia autẽ, regenerationis noua uita.Sed quid fa
cimus? Præterita peccata donata sunt,nõ tantum ipsis,sed & nobis.Et post donationem &
abolitionem omnium peccatorum uiuendo in hoc seculo inter tentationes,quædam forte
contracta sunt, ideo quod potest homo faciat: ipse confiteatur quod est,ut ab illo curetur
qui semper est quod est: ipse enim semper erat & est, nos non eramus & sumus:uide enim
quid dicat, Quòd si dixerimus quia peccatũ non habemus,nosmetipsos seducimus,& ue
ritas in nobis nõ est.) Ergo si te cõfessus fueris peccatorem,est in te ueritas,nam ipsa ueritas
lux est.Nondũ perfecte splẽduit uita tua,quia insunt peccata tua,sed tamen iam illuminari
cœpisti,quia inest cõfessio peccatorũ: uide enim quid sequatur, Quòd si confessi fuerimus D
delicta nostra, fidelis est & iustus, ut dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni
iniquitate.) Non tantũ præterita, sed & si qua forte cõtraximus ex hac uita,quia nõ potest
homo quamdiu carnem portat nõ habere uel leuia peccata:sed ista leuia quæ dicimus,noli
contemnere:si cõtemnis,quando appendis? Expauesce quando numeras:leuia multa faciũt
unum grande.Multæ guttæ implent flumen:multa grana faciũt massam. Et quæ spes est?
Ante omnia confessio:nec quisq; se dicat iustũ,& ante oculos dei qui uidet quod est,erigat
ceruicem suã homo qui nõ erat & est:ante omnia ergo cõfessio,deinde dilectio:quia de cha
1.Pet.4 ritate quidẽ dictum est, Charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ. Iam uideamus si ipsam
charitatẽ commẽdat propter surrepẽtia delicta, quia sola charitas extinguit delicta,superbia
extinguit charitatẽ. Humilitas ergo roborat charitatẽ,charitas extinguit delicta:humilitas
pertinet ad cõfessionem,qua confitemur nos peccatores:ipsa est humilitas,non ut dicamus
illud lingua,quasi propter arrogantiã,ne displiceamus hominibus si nos iustos dixerimus:
Faciunt hoc impij & insani,scio quidẽ quia iustus sum,sed qd dicturus sum ante homines?
Si me iustũ dixero,quis ferat,quis toleret? Apud deũ nota sit iustitia mea,ego tñ dicam me
peccatorẽ,nõ quia sum, sed ne arrogãtia odiosus inueniar. Dic hominibus quid es,dic deo
quis es:quia si nõ dixeris deo quod es,damnat deus quod in te inueniet:nõ uis ut ille dam
Psal.50 net,tu damna:uis ut ille ignoscat,tu agnosce,ut possis deo dicere,Auerte faciẽ tuam à pecca
tis meis: dic illi etiã illa uerba in ipso psalmo,Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco.Quòd
si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis delicta nostra, &
purget nos ex omni iniquitate. Quòd si dixerimus quia nõ peccauimus,mendacẽ facimus
eum,& uerbũ eius nõ erit in nobis.) Si dixeris,nõ peccaui,illũ facis mendacẽ,cũ & uis facere
Psal.115 ueracẽ. Vnde fieri põt ut deus mẽdax sit,& homo uerax,cũ cõtradicat scriptura, Omnis ho
mo mẽdax,& deus solus uerax? ergo deus p seipm uerax,tu p deũ uerax, nã per te mẽdax.
Et ne forte impunitatẽ uideretur dedisse peccatis,quia dixit,Fidelis est & iustus qui mundet
nos

A nos ab omni iniquitate, & dicerent iam sibi homines, Peccemus, etiã securi faciamus quod
uolumus,purgat nos Christus,fidelis est & iustus,purgat nos ab omni iniquitate:tollit tibi
malam securitatẽ,& inserit utilem timorẽ. Male uis esse securus, sollicitus esto, fidelis enim
est & iustus,ut dimittat nobis delicta nostra,si semper tibi displiceas,& muteris donec per
ficiaris:ideo quid sequitur? Filioli mei hæc scribo uobis ut non peccetis.) Sed forte surripit Cap.II
de uita humana peccatum,quid ergo fiet? Iam desperatio erit:audi, Si quis,inquit,pecca
uerit,aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro pec
catis nostris) Ille est ergo aduocatus, da operã tu ne peccesis:si de infirmitate uitæ surrepserit
peccatum,continuo uide,continuo displiceat, cõtinuo damna,& cũ damnaueris,securus ad
iudicem uenies:ibi habes aduocatũ, noli timere, ne perdas causam cõfessionis tuæ. Si enim
aliquando in hac uita committit se homo disertæ linguæ & non perit, committis te uerbo
& periturus es? Clama,aduocatum habemus apud patrem. Videte ipsum Ioãnem seruan Ioan.1
tem humilitatem,certe uir iustus erat & magnus,qui de pectore domini mysteriorũ secreta
bibebat:ille ille qui bibendo de pectore domini diuinitatem ructauit, In principio erat uer
bum,& uerbum erat apud deum:ille talis uir non dixit, aduocatum habetis apud patrem:
sed si quis peccauerit, aduocatum,inquit,habemus:non dixit,habetis,nec me habetis dixit,
nec ipsum Christum habetis dixit,sed & Christum posuit,non se;& habemus dixit,nõ ha
betis.Maluit se ponere in numero peccatorũ ut haberet aduocatum Christum,cẽp; poneret
se pro Christo aduocatum,& inueniri inter damnãdos superbos.Fratres,Iesum Christum
iustum ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propitiatio est peccatorũ nostrorum.
Hoc qui tenuit, hæresim non fecit, hoc qui tenuit, schisma non fecit: unde enim facta sunt
schismata? Cum dicũt homines,nos iusti sumus:cũ dicunt homines,nos sanctificamus im
mundos,nos iustificamus impios,nos petimus, nos impetramus:Ioannes autẽ quid dixit?
Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum:sed dicet
B aliquis,Ergo sancti non petunt pro nobis? ergo episcopi uel præpositi non petunt pro po
pulo? sed attendite scripturas & uidete,quia & præpositi commẽdant se populo:nam Apo
stolus dicit plebi,Orãtes simul & pro nobis:orat Apostolus pro plebe,orat plebs pro Apo Col.4
stolo:oramus pro uobis fratres, sed & uos orate pro nobis:inuicem pro se omnia membra
orent, caput pro omnibus interpellet.Propterea non mirum quia sequitur & hic,& claudit
ora diuidentibus ecclesiam dei: quia dixit, Iesum Christum iustum habemus aduocatum,
& ipse propitiatio est peccatorum nostrorum, propter illos qui se diuisuri erant & dicturi,
Ecce hic est Christus,ecce illic, & uellent ostendere eum in parte qui emit totum & possedit Matth.24
totum:continuo secutus est, Non tantum nostrorum, sed & totius mundi.) Quid est hoc
fratres? Certe inuenimus in campis saltuum,inuenimus ecclesiam in omnibus gẽtibus.Ecce Psal.131
Christus propitiatio est peccatorũ nostrorũ,non tantũ nostrorum,sed & totius mũdi.Ecce
habes ecclesiã per totũ mundum, noli sequi falsos iustificatores & ueros præcipitatores,in
illo mõte esto qui impleuit orbẽ terrarũ, quia Christus propitiatio est peccatorũ nostrorũ,
non tantũ nostrorũ, sed & totius mũdi quẽ suo sanguine comparauit. Et in hoc,inquit,co
gnoscimus eũ,si mãdata eius seruauerimus.) Quæ mandata? Qui dicit quia cognouit eũ;
& mãdata eius nõ seruat,mẽdax est, & in hoc ueritas nõ est.) Sed adhuc quæris, quæ man
data? Qui autẽ,inquit,seruauerit uerbũ eius,uere in hoc perfecta est dilectio dei.) Videa
mus ne ipsum mãdatum dilectio dei uocetur.Quærebamus enim,quæ mandata,& ait,qui
autẽ seruauerit uerbũ eius,uere in hoc perfecta est dilectio dei:attende euangeliũ,si non est
hoc mandatũ,Mandatũ,inquit,nouũ do uobis, ut uos inuicem diligatis. In hoc cognosci
mus quia in ipso sumus,si in illo perfecti fuerimus.) Perfectos in dilectione uocat: quæ est
perfectio dilectionis? Et inimicos diligere,& ad hoc diligere, ut sint fratres; non enim dile
ctio nostra carnalis esse debet:optare alicui salutẽ temporalẽ, bonũ est,sed & si desit,anima
tuta sit:si optas alicui amico tuo uitã,bene facis:gaudes de morte inimici,male facis.Sed for
te & amico tuo uita illa quã optas inutilis est,& inimico tuo mors de qua gaudes utilis fuit.

Incertum

Incertum est utrum alicui sit utilis uita ista an inutilis,uita uero quæ est apud deum,sine du C
bio utilis est.Sic dilige inimicos tuos ut fratres optes,sic dilige inimicos ut in societatẽ tuam
Luc.23 uocentur:sic enim dilexit ille qui in cruce pendens,ait, Pater ignosce illis,quia nesciunt quid
faciunt: neq; enim dixit,pater,uiuãt isti multo tempore,me quidẽ occidunt,sed ipsi uiuant:
sed quid ait? ignosce illis,quia nesciũt quid faciunt:mortem sempiternam ab eis expellebat
prece misericordissima, & potentia præstantissima: multi ex eis crediderunt,& dimissus est
eis fusus sanguis Christi: primo fuderunt cum sæuirent,biberunt cũ crediderunt:in hoc co
gnoscimus quia in ipso sumus,si in ipso perfecti fuerimus. De ipsa perfectione diligẽdorũ
Matth.5 inimicorum dominus admonens,ait,Estote ergo perfecti,sicut & pater uester cœlestis perfe
ctus est. Qui ergo dicit se in ipso manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare.)
Quomodo fratres? Quid nos monet? Qui dicit se in ipso manere, id est in Christo, debet
sicut ipse ambulauit & ipse ambulare: forte hoc nos monet,ut ambulemus in mari? Absit:
hoc ergo,ut ambulemus in uia iustitiæ.In qua uia? Iam commemoraui:Fixus in cruce erat,
& in ipsa uia ambulabat ipsa uia charitatis, pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt.Si
ergo didiceris orare pro inimicis tuis,ambulas uiam domini. Dilectissimi,nõ mandatum
nouum scribo uobis,sed mandatum uetus quod habebatis ab initio.) Quod mandatũ ue
tus dixit? Quod habebatis,inquit, ab initio:ideo ergo uetus,quia iã illud audistis:alioquin
Ioan.13 contrarius erit domino,ubi ait, Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis:sed
mandatum uetus quare? non quia ad ueterem hominem pertinet:sed quare? quod habe
batis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis:) ideo ergo uetus,quia iã au
distis:& idipsum nouum ostendit,dicens, Iterum mandatum nouum scribo uobis.) Non
alterum,sed idemipsum quod dixi uetus, id est & nouum.Quare? Quod est uerũ in ipso
& in uobis.) Nam quare uetus audistis? quia iam illud noueratis. Quare autem nouum?
Quia tenebræ transierunt,& lux uera iam lucet.) Ecce unde nouum:quia tenebræ ad uete
Cor.3 rem hominem,lux uero ad nouũ hominem pertinet: quid dixit apostolus Paulus? Exuite D
Ephes.5 uos ueterẽ hominem, & induite nouum: & iterum quid dicit? Fuistis aliquando tenebræ,
nunc autẽ lux in domino. Qui dicit se esse in lumine.) modo manifestat totũ quod dixi.
Qui dicit se esse in lumine,& fratrem suũ odit,in tenebris est usq; adhuc.) Eia fratres mei,
quãdiu dicamus uobis,diligite inimicos? Videte quod peius est,ne adhuc fratres oderitis:
si fratres solum amaretis,nõdum essetis perfecti:si autẽ fratres oditis,quid estis? Vbi estis?
Respiciat unusquisq; cor suum, non teneat odium contra fratrem pro aliquo uerbo duro,
pro contentione terræ,ne fiat terra:quisquis enim odit fratrem suum,nõ dicat quia in lumi
ne ambulat:quid dixi? non dicat quia in Christo ambulat:qui dicit se esse in luce,& odit fra
trem suum,in tenebris est usq; adhuc.Nescio quis enim ex pagano factus est Christianus,
intendite,ecce tenebræ erat quando paganus erat,modo iã Christianus factus est:deo gra
tias,omnes gratulãtur:recitatur Apostolus gratulans, Fuistis enim aliquãdo tenebræ,nunc
autẽ lux in domino.Adorabat idola,adorat deum:adorabat quẽ fecit, adorat qui eũ fecit.
Mutatus est,deo gratias,omnes gratulantur Christiani.Quare? quia iam adorator patris
& filij & spiritussancti, etiam detestator dæmoniorum & idolorum est:adhuc iste Ioannes
sollicitus est,multis gratulantibus adhuc suspectus est,Fratres,maternam sollicitudinem li
benter amplectamur: non sine causa mater sollicita est de nobis,cum alij gaudent:matrem
dico charitatem,ipsa enim habitat in corde Ioãnis, cum ista diceret,quare, nisi quia aliquid
timet in nobis? Et cũ iam nobis homines gratulentur,quid est quod timet? Qui dicit se esse
in lumine: quid est hoc? iam dicit se esse Christianum,& fratrem suum odit,in tenebris est
usq; adhuc:quod exponere non est, sed quod gaudere si non fiat, aut quod plangere si fiat.
Qui diligit fratrem suum,in lumine manet, & scandalum in eo nõ est.) Obsecro per Chri
stum,pascit nos Christus,refecturi sumus corpora in nomine Christi,& aliquãtum refecta
sunt,& reficiẽda sunt, mens nostra pascatur, non quia diu dicturus sum dico,nam ecce iam
finitur lectio: sed ne forte ex tædio minus attente audiatur quod maxime necessarium est,

qui

A qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est.Qui sunt qui patiun
tur scandalum aut faciunt? Qui scandalizantur in Christo & in ecclesia:qui in Christo scan
dalizantur,tanquam à sole uruntur:qui in ecclesia, tanquam à luna. Dicit autem psalmus,
Per diem sol non uret te,neq; luna per noctem,id est,si tenueris charitatem, nec in Christo psal.120
scandalum patieris,nec in ecclesia,nec Christum relinques,nec ecclesiam:qui enim ecclesiam
relinquit,quomodo est in Christo,qui in mẽbris Christi nõ est? quomodo est in Christo,
qui in corpore Christi nõ est? Illi ergo patiũtur scandalũ, qui relinquũt aut Christũ,aut ec
clesiã. Vnde intelligimus qa inde dixit psalmus,Per diẽ sol nõ uret te,neq; luna per noctẽ?
quia ipsam uisionẽ scandalũ uult intelligi. Primo ipsam similitudinem attende, quomodo
qui uritur dicit,non tolero,non fero,& subducit se: sic qui quædam non ferunt in ecclesia, &
subtrahunt se uel nomini Christi uel ecclesiæ,scandalum patiuntur. Videte quomodo pas
si sunt scandalum tanquam à sole illi carnales,quibus prædicabat carnem suam Christus &
dicebat,Qui non manducauerit carnem filij hominis & biberit eius sanguinem,non habe- Ioan.6
bit in se uitam.Septuaginta fermè homines dixerunt, Durus est hic sermo, & recesserũt ab
eo, & remanserunt duodecim. Omnes illos ussit sol & recesserunt, non ualentes ferre uim
uerbi:remanserunt ergo duodecim.Et ne forte putarẽt homines,quia ipsi præstant deo cre
dendo in Christum,& non ab ipso illis præstatur beneficium,cum duodecim remansissent,
ait illis dominus,Nunquid & uos uultis ire? Vt noueritis, quia uobis necessarius ego sum,
non uos mihi.Illi autem quos non usserat sol,responderunt uoce Petri, Domine, uerbum
uitæ æternæ habes, quò ibimus? Quos autem utit ecclesia tanquam luna per noctem, qui
schismata fecerunt,audi ipsum uerbum positum in Apostolo, Quis infirmatur & ego non 2.Cor.11
infirmor? quis scandalizatur & ego nõ uror? Quomodo ergo non est scandalum in eo qui
diligit fratrem? Quia qui diligit fratrem,tolerat omnia propter unitatẽ,quia in unitate cha
ritatis est fraterna dilectio. Offendit te nescio quis,siue malus,siue ut tu putas malus,siue ut
B tu fingis malus,& deseris tot bonos,qualis dilectio est fraterna? Qualis apparuit in istis,cũ
accusant Afros,deseruerunt orbem terrarum: nunquid in orbe terrarum sancti non erant?
Aut inauditi à uobis damnari potuerũt? Sed ô si diligeretis fratres, scandalum in uobis nõ
esset: audi psalmum quid dicat,Pax multa diligentibus legem tuam,& non est illis scanda- psal.118
lum.Pacem multam dixit eis qui diligunt legem dei,& ideo non eis esse scandalum. Illi er
go qui scandalum patiuntur,pacem perdunt.Et quos dixit non pati scandalum,aut non fa
cere? Diligentes legem dei:ergo in charitate positi sunt:sed dicit aliquis,Legem dei dixit di
ligentibus:non fratres,audi quid dominus dicat,Mandatum nouum do uobis,ut uos inui- Ioan.13
cem diligatis.Quid est lex nisi mandatum? quomodo autem non patiuntur scandalum nisi
dum sufferunt inuicem? sicut Paulus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes ser- Ephe.4
uare unitatem spiritus in uinculo pacis. Et quia ipsa est lex Christi,eundem audi Apostolũ
commendantem ipsam legem,Inuicem,inquit,onera uestra portate,& sic adimplebitis legẽ Gal.6
Christi. Nam qui odit fratrem suum in tenebris est,& in tenebris ambulat, & nescit quò
eat.)Magna res fratres,attendite rogamus uos. Qui odit fratrem suum in tenebris am
bulat,& nescit quò eat,quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.)Quid tam cæcũ,quàm
isti qui oderunt fratres? Nam ut noueritis quia cæci sunt, in montem offenderunt: eadem
dico,ne uobis excidant.Nónne lapis iste qui præcisus est de monte sine manibus, Christus
est de regno Iudæorum sine opere maritali? Nónne ille lapis confregit omnia regna terra
rum,id est,omnes dominationes idolorum & dæmoniorum? Nõne ille lapis creuit, & fa
ctus est mons magnus, & impleuit uniuersum orbem terrarum? Nunquid digito ostendi
mus istum montem, quomodo ostenditur hominibus noua luna? Verbi gratia, quando
uolunt homines uidere lunam nouam,dicunt,Ecce luna,ecce ubi est.Et si sunt ibi qui nõ ua
leant intendere aciem,& dicant,ubi? Intẽditur illis digitus ut uideant: aliquando dum eru
bescunt ne cæci putentur,dicunt se uidisse quod non uiderunt. Nunquid sic ostendimus ec
clesiam fratres mei? nónne aperta est? nõne manifesta? nõne obtinuit omnes gentes? nón

L ne impletur

ne impletur quod ante tot annos promiſſum eſt Abraæ,in ſemine eius benedici omnes gẽ C
tes? Vni fideli promiſſum eſt,in milibus fideliũ mundus impletus eſt. Ecce mons implens
uniuerſam faciẽ terræ: ecce ciuitas de qua dictũ eſt, Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſuper mon
tẽ conſtituta, Illi offendunt in montẽ:& cũ eis dicitur,Aſcendite,non eſt mons dicunt, & fa
cilius illuc faciẽ impingunt,quàm illic habitaculum quærunt. Eſaias heſterna die lectus eſt,
Eſaiæ 2 quiſquis ueſtrum uigilabat, nõ oculis tantũ,nec aure corporis, ſed aure cordis aduertit, Erit
in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domus domini,paratus in cacumine montiũ. Quid
tam manifeſtũ quàm mons? Sed ſunt & montes ignoti, quia in una parte terrarum poſiti
ſunt. Quis ueſtrũ nouit Olympum montẽ? quomodo ibi qui habitãt, Giddabã noſtrũ nõ
nouerunt. In partibus ſunt iſti montes: ille autẽ mons non ſic,quia impleuit uniuerſam faciẽ
terræ:& de illo dicit,Paratus in cacumine montium. Mons eſt ſuper cacumina omniũ mon
tium. Et congregabuntur,inquit,ad eum omnes gentes. Quis errat in hoc monte? quis fran
git faciẽ offendẽdo in illũ? quis ignorat ciuitatẽ ſuper montẽ conſtitutã? Sed nolite mirari,
quia ignoratur ab iſtis qui oderunt fratres, quia in tenebris ambulãt, & neſciunt quò eunt,
quia tenebræ excæcauerunt oculos eorũ: montẽ nõ uident,nolo mireris, oculos non habẽt.
Vnde oculos non habent? quia tenebræ excæcauerunt eos. Vnde probamus? quia fratres
oderunt,quia cum offenduntur in Afris,ſeparant ſe ab orbe terrarum,quia non tolerãt pro
pace Chriſti quos infamant,& tolerant pro parte Donati quos damnant.

De eo quod Ioannes dicit,Scribo uobis filioli, quia remittuntur uobis pecca
ta per nomẽ eius,uſq; ad id,Et mundus tranſiet & deſideria eius. Qui aũt fecerit
uoluntatem dei manet in æternum,ſicut & ipſe manet in æternũ. Tractatus II.

OMNIA quæ leguntur in ſcripturis ſanctis,ad inſtructionẽ & ſalutẽ noſtram in
tente oportet audire. Maxime tamen memoriæ cõmendanda ſunt,quæ aduer
ſus hæreticos ualẽt plurimũ,quorũ inſidiæ infirmiores quoſq; & negligẽtiores
circumuenire non ceſſant. Mementote dominũ noſtrũ & ſaluatorẽ Ieſum Chri D
ſtum,& mortuũ eſſe pro nobis & reſurrexiſſe: mortuũ ſcilicet propter delicta noſtra,reſurre
Luce 24 xiſſe propter iuſtificationẽ noſtrã. Sicut modo audiſtis, quia diſcipulorũ duorũ quos inue
nit in uia,tenebantur oculi ne eum agnoſcerent,inuenit eos deſperantes de redẽptione quæ
erat in Chriſto,& exiſtimantes iam illũ paſſum,& mortuũ fuiſſe ſicut hominẽ, nec tanq; fi
lium dei putãtes ſemper uiuere,& in carne ita mortuũ ut non reuiuiſceret,ſed tanquã unum
ex prophetis,ſicut uerba eorũ pauloante qui intẽti eratis,audiſtis. Tunc aperuit illis ſcriptu
ras,incipiens à Moyſe, per omnes prophetas oſtendens eis omnia quæ paſſus erat prædi
cta fuiſſe,ne illi magis mouerentur,ſi reſurrexiſſet dominus, & magis ei non crederent,ſi de
illo iſta ante dicta non eſſent. Firmitas enim fidei in eo eſt, quia omnia quæ euenerunt in
Chriſto,prædicta ſunt. Diſcipuli ergo eum nõ agnouerunt, niſi in fractione panis. Et uere
qui non ſibi iudiciũ manducat & bibit,in fractione panis Chriſtũ agnoſcit. Poſtea & illi un
decim putabant ſe ſpiritũ uidere,præbuit ſe palpandũ,qui ſe præbuit crucifigendum: cruci
figendum inimicis,palpandũ amicis: medicus tamen omniũ,& illorũ impietatis,& iſtorum
incredulitatis. Nam quod audiſtis cũ actus apoſtolorũ legerentur,quot milia crediderunt
ex interfectoribus Chriſti,ſi crediderunt poſtea qui occiderunt, non erant crediturí qui pau
lulum dubitabant? Et ipſos tamen, quod maxime debetis animaduertere, & memoriæ ue
ſtræ mandare, quia contra inſidioſos errores deus uoluit ponere firmamentũ in ſcripturis,
contra quas nullus audet loqui,qui quoquo modo ſe uult uideri Chriſtianũ. Cũ ſe palpan
dum præbuiſſet,non illis ſuffecit,niſi de ſcripturis cõfirmaret cor credentiũ: proſpiciebat eñ
nos futuros. In quo palpemus nos non habemus,& quod legamus habemus. Si enim pro
pterea illi crediderunt,quia tenuerunt & palpauerũt,nos quid facimus? Iam Chriſtus aſcen
dit in cœlum,non eſt uenturus niſi in fine,ut iudicet de uiuis & mortuis. Vnde crediturí ſu
mus,niſi unde & ipſos palpantes uoluit confirmare? Aperuit enim illis ſcripturas, & oſten
dit eis quia oportebat pati Chriſtũ, & impleri omnia quæ de illo ſcripta ſunt in lege Moy
ſi &

A ſi & prophetis & pſalmis,omnẽ ueterem ſcripturã circumplexus eſt. Quicquid illarũ ſcriptu
rarum eſt,Chriſtum ſonat,ſed ſi aures inueniat: & aperuit eis ſenſum,ut intelligerẽt ſcriptu
ras. Vnde & nobis hoc orandum eſt,ut ipſe ſenſum noſtrũ aperiat. Quid autẽ oſtendit do
minus ſcriptum de ſe in lege Moyſi & prophetis & pſalmis? quid oſtendit? Ipſe dicat. Bre
uiter hoc euangeliſta poſuit,ut nos noſcamus, quid in tãta latitudine ſcripturarũ credere &
intelligere debeamus. Certe multæ ſunt paginæ & multi libri, hoc habent omnes quod di
xit dominus breuiter diſcipulis ſuis. Quid eſt hoc? Quia oportebat pati Chriſtũ,& reſurge
re tertia die. Habes iam de ſpõſo,quia oportebat Chriſtum pati & reſurgere: cõmendatus
eſt nobis ſponſus,de ſponſa uideamus quid dicat,ut tu cũ cognoueris ſpõſum & ſponſam,
non ſine cauſa ad nuptias uenias. Celebratio enim nuptiarũ omnis celebratio: eccleſiæ enim
nuptiæ celebrantur. Ducturus eſt uxorẽ filius regis,& ipſe filius regis rex,& qui frequentãt,
ipſi ſunt ſponſa. Non quomodo in nuptijs carnalibus alij frequẽtant nuptias,& alia nubit:
in eccleſia qui frequentant, ſi bene frequẽtant,ſponſa fiunt: omnis enim eccleſia ſponſa Chri
ſti eſt,cuius principiũ & primitiæ caro Chriſti eſt,ibi iuncta eſt ſponſa ſponſo in carne. Me
rito carnẽ ipſam cum cõmendaret,panẽ fregit,& merito in fractione panis aperti ſunt ocu
li diſcipulorũ,& agnouerũt eũ. Quid ergo dixit dominus ſcriptũ eſſe de ſe in lege & prophe
tis & pſalmis? quia oportebat pati Chriſtũ: ſi non adderet,& reſurgere, recte illi plangerẽt,
quorũ oculi tenebantur: ſed & reſurgere prædictũ eſt. Et ut quid hoc? quare hoc oportebat
pati Chriſtũ & reſurgere? Propter illũ pſalmũ quẽ uobis maxime cõmendauimus quarta
ſabbati ſtatione prima nouiſſimæ hebdomadis. Quare oportebat Chriſtum pati & reſur
gere? propter pſalmum, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuerſi fines Pſal. 21
terræ, & adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentium. Nam ut noueritis, quia
oportebat pati Chriſtum & reſurgere, & hic quid addidit, ut poſt cõmendationem ſpon
ſi commendaret & ſponſam? Et prædicari,inquit,in nomine eius pœnitentiam & remiſſio Act. 1
B nem peccatorum per omnes gentes,incipientes ab Hieruſalem. Audiſtis fratres,tenete: ne
mo dubitat de eccleſia, quia per omnes gentes eſt: nemo dubitat, quia ab Hieruſalem cœ
pit,& omnes gentes impleuit. Agnoſcimus agrum ubi uitis plantata eſt, cũ aũt creuerit, nõ
agnoſcimus quia totũ occupauit. Vnde cœpit? ab Hieruſalẽ. Quò peruenit? ad omnes gen
tes: paucæ remanſerunt, omnes tenebat. Interea cum omnes tenet, aliqua ſarmenta inutilia
uiſa ſunt agricolæ præcidenda,& fecerunt hæreſes & ſchiſmata. Non uos inducant præciſa
ut præcidamini,hortamini magis quæ præciſa ſunt,ut iterũ inſerantur. Manifeſtũ eſt enim
Chriſtum paſſum reſurrexiſſe,aſcendiſſe in cœlũ: manifeſtũ eſt & eccleſiæ,quia prædicatur
in nomine eius pœnitentia & remiſſio peccatorũ in omnes gentes. Vnde cœpit? ab Hieru
ſalẽ. Audi ſtultus uanus,& quid amplius dicturus ſum? quàm cæcos qui tam magnũ mon
tem non uident,qui contra lucernã oculos in candelabro poſitã claudunt? Cum eis dicimus
ſi Chriſtiani catholici eſtis,cõmunicate illis eccleſijs,unde euangeliũ toto orbe diffunditur. Il
li Hieruſalẽ cõmunicate quando dicimus, Reſpondent nobis,non cõmunicamus illi ciuitati
ubi occiſus eſt rex noſter,ubi occiſus eſt dominus noſter,quaſi oderint ciuitatem ubi occiſus
eſt dominus noſter. Occiderunt Iudæi quem inuenerunt in terra, exufflant illi qui ſedet in
cœlo. Qui ſunt peiores,qui contempſerunt quia hominẽ putabant,an qui ſacramenta eius
exufflant,quẽ iam dominũ cõfitentur? Sed oderunt uidelicet ciuitatẽ, in qua dominus ipſo
rum occiſus eſt. Pij homines & miſericordes,multũ dolẽt occiſum eſſe Chriſtum, & occidũt
in hominibus Chriſtum. Et ille dilexit illam ciuitatem,& miſertus eſt eius. Inde dixit incipe
re prædicationẽ ſuam,incipiens ab Hieruſalẽ. Ille ibi principium fecit prædicationis nomi
nis ſui,& tu exhorreſcis cõmunicationem illius ciuitatis? Non eſt mirũ ſi præciſus odiſti ra
dicem. Quid ait ille diſcipulis ſuis? Eſtote ſedentes in ciuitate, quia ego mitto promiſſionem
meã in uos. Ecce quam ciuitatem oderunt, forte amarent, ſi Iudæi interfectores Chriſti in il
la habitarent. Manifeſtum eſt enim omnes interfectores Chriſti,id eſt, Iudæos expulſos eſ
ſe de illa ciuitate. Quæ habebat ſæuientes in Chriſtum, habet adorantes Chriſtum, propte

rea illam iſti oderunt,quia Chriſtiani in illa ſunt.Ibi uoluit ſedere diſcipulos ſuos,& ibi illis
mittere ſpiritumſanctũ.Vbi inchoat eccleſia niſi ubi uenit de cœlo ſpirituſſanctus, & imple
uit uno loco ſedentes centum uiginti? Duodenarius ille numerus decuplatus erat. Sedebãt
centum uiginti homines, & uenit ſpirituſſanctus,& implcuit totũ locũ, & factus eſt ſonus,
quaſi ferretur flatus uehemens,& linguæ diuiſæ ſunt uelut ignis. Audiſtis actus apoſtolo-
rum hodie,ibi lecta eſt ipſa lectio,cœperunt linguis loqui quomodo ſpirituſſanctus dabat
eis pronunciare.Et omnes qui aderant illic,de diuerſis gẽtibus uenientes Iudæi, agnoſcebat
unuſquiſq; linguam ſuã, & mirabantur illos idiotas & imperitos ſubito didiciſſe, non unã
aut linguas duas,ſed omniũ omnino gentium.Vbi ergo iam omnes linguæ ſonabant, o-
mnes linguæ creditura oſtendebantur.Iſti autẽ qui multũ amant Chriſtũ, & ideo nolunt
cõmunicare ciuitati quæ interfecit Chriſtũ,ſic honorant Chriſtũ,ut dicant illũ remanſiſſe ad
duas linguas,Latinã & Punicã,id eſt,Afram.Solas duas linguas tenet Chriſtus? Iſtæ enim
duæ linguæ ſolæ ſunt in parte Donati,plus non habent. Euigilemus fratres,uideamus poti
us donum ſpirituſſancti,& credamus antedictis de illo, & uideamus impleta eſſe quæ ante
pſal.18 dicta ſunt in pſalmo,Non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum non audiantur uoces eo-
rum.Et ne forte & ipſæ linguæ uenerint ad unum locum, & non potius donum Chriſti ue-
nerit ad omnes linguas,audi quid ſequitur, In omnẽ terrã exiit ſonus eorũ,& in fines orbis
terræ uerba eorum.Quare hoc? quia in ſole poſuit tabernaculum ſuum, id eſt,in manifeſto
tabernaculum eius,caro eius,tabernaculum eius,eccleſia eius in ſole repoſita eſt:nõ eſt in no
cte,ſed in die.Sed quare illi non agnoſcunt? Redite ad lectionem,qua heri finis factus eſt,
& uidete quare non agnoſcunt. Qui odit fratrem ſuum,in tenebris ambulat, & neſcit quò
eat,quoniã tenebræ excæcaucrunt oculos eius.Nos ergo ſequentia uideamus,& non ſimus
in tenebris.Vnde nõ erimus in tenebris? Dei amemus fratres.Vnde probatur? Quia ama
mus fraternitatem,quia non ſcindimus unitatem,quia tenemus charitatem. Scribo uobis
filioli,quia remittuntur uobis peccata per nomen eius.)Ideo filioli,quia dimiſſis peccatis na
ſcimini. Sed per cuius nomen remittuntur peccata? nunquid Auguſtini? ergo nec per no-
men Donati. Videtis quis Auguſtinus, aut quis Donatus? Nec per nomen Pauli,nec per
nomen Petri.Nam diuidentibus ſibi eccleſiam,& partes facere de unitate cupientibus, par-
turiens paruulos mater charitas, in Apoſtolo exponit uiſcera ſua, conſcindit quodammo-
do uerbis ubera ſua,plorat filios quos uidet efferri, reuocat ad unum nomen eos qui mul-
1.Cor.1 ta nomina ſibi facere uolebant,repellit ab amore ſuo ut Chriſtus ametur,& dicit,Nunquid
Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Quid dicit, nolo mei
ſitis, ſed mecum ſitis. Mecum eſtote, omnes illius ſumus qui pro nobis mortuus eſt, qui
pro nobis crucifixus eſt: unde & hic, dimittuntur uobis peccata per nomen eius, non per
hominis alicuius. Et ſcribo uobis patres.) Quare primo filij? Quia remittuntur uobis pec
cata per nomen eius,& regeneramini in nouam uitam,ideo filij.Patres quare? Quia co-
gnouiſtis eum qui à principio eſt.)Principium enim ad paternitatem pertinet.Nouus Chri
ſtus in carne,ſed antiquus in diuinitate. Quàm antiquus putamus? quot annorum? Pu-
tamús ne maior quàm mater ſua? Maior planè quàm mater ſua: omnia enim per ipſum
facta ſunt.Si omnia,& ipſam matrem antiquus fecit, de qua naſceretur nouus. Putamús
ne ante matrem ſolam,& ante auos matris? ante quos auos matris ipſius? Abraam: & do-
Ioan.8 minus dicit,Ante Abraam ego ſum. Ante Abraam dicimus. Cœlum & terra anteq; eſſet
homo,facta ſunt, ante ipſa fuit dominus, imò eſt: optime enim non ait, ante Abraã ego
fui,ſed ante Abraã ego ſum.Quod enim dicitur,quia fuit,non eſt:& quod dicitur quia erit
nondum eſt:ille non nouit niſi eſſe.Secundum quod deus eſt,eſſe nouit,fuiſſe & futurus eſ-
ſe non nouit.Dies eſt ibi unus,ſed ſempiternus: non ponunt illum diem in medio, heſter-
nus & craſtinus, heſterno enim die finito,incipiens hodiernus,uenturo craſtino finitur.Ille
unus dies ibi eſt,ſine tenebris,ſine nocte,ſine menſura,ſine horis. Quod uis illum dic: ſi uis
pſal.101 dies eſt,ſi uis annus eſt,ſi uis anni ſunt.Dictum eſt de ipſo,Et anni tui non deficient. Quo-
modo

A modo autem dictus eſt dies,quando dictum eſt domino, Ego hodie genui te? Ab æterno pſal.2
patre genitus,ex æternitate genitus:nullo initio,nullo fine, nullo ſpacio latitudinis, quia eſt
quod eſt,quia ipſe eſt qui eſt.Et nomen ſuũ dixit Moyſi:dices eis,Qui eſt miſit me ad uos. Exo.3
Quid ergo? ante Abraã? quid ante Noë? quid ante Adã? Audi ſcripturã, Ante luciferũ ge pſal.109
nui te.Poſtremo ante cœlũ & terrã.Quare? Quia omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo fa
ctum eſt nihil,ideo patres agnoſcite:patres enim fiunt agnoſcẽdo quod eſt ab initio. Scri
bo uobis iuuenes.)Filij ſunt,patres ſunt,iuuenes ſunt:filij,quia naſcuntur:patres, quia prin-
cipium agnoſcũt.Iuuenes quare? Quia uiciſtis malignũ.)In filijs natiuitas,in patribus an
tiquitas,in iuuenibus fortitudo.Si malignus à iuuenibus uincitur,pugnat nobiſcũ:pugnat,
ſed non expugnat.Quare? quia nos ſumus fortes.An quia ille eſt fortis in nobis, qui inter
manus perſequentium infirmus inuentus eſt? Ille nos fortes fecit,qui perſequentibus nõ re-
ſtitit: crucifixus eſt enim ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute dei. Scribo uobis pueri,quia
cognouiſtis patrem.Scribo uobis patres.) Cõmendat & repetit. Quia cognouiſtis eum
qui à principio eſt.)Memẽtote uos patres eſſe.Si obliuiſcimini eum qui à principio eſt,per-
didiſtis paternitatem. Scribo uobis iuuenes.)Etiam atq; etiam conſyderate,quia iuuenes
eſtis.Pugnate ut uincatis:uincite ut coronemini:humiles eſtote ne cadatis in pugna. Scri-
bo uobis iuuenes,quia fortes eſtis,& uerbum dei in uobis manet, quia uiciſtis malignum.)
Hæc omnia fratres,quia cognouimus id quod à principio eſt,quia fortes ſumus,quia cogno
uimus patrẽ:omnia iſta quaſi cognitionẽ cõmendant,charitatẽ cõmendãt. Si cognouimus,
amemus:nam cognitio ſine charitate non ſaluos facit. Scientia inflat, charitas ædificat. Si
confiteri uultis & non amare,incipitis dæmonibus ſimiles eſſe.Confitebantur dæmones fi-
lium dei,& dicebant,Quid nobis & tibi? & repellebantur. Confitemini & amplectimini:illi
enim timebant de iniquitatibus ſuis,uos amate dimiſſorem iniquitatũ ueſtrarum.Sed quo
modo poterimus amare deũ, ſi amamus mundũ? Si amamus mundũ,ſeparat nos à chari-
B tate dei.Duo ſunt amores,mundi & dei Si mundi amor habitat, non eſt quà intret amor
dei: recedat amor mundi,& habitet dei,melior accipiat locũ.Amabas mundum,noli ama-
re mundũ.Cum exhauſeris cor tuum amore terreno,hauries amorem diuinũ,& incipit ha-
bitare iam charitas,de qua nihil mali poteſt procedere: audite ergo uerba purgãtis modo.
Quaſi agrum inuenit corda hominum:ſed quomodo inuenit? Si ſyluam inuenit,extirpat:
ſi agrum purgatum inuenit,plantat:plãtare ibi uult arborem charitatẽ. Et quam ſyluã uult
extirpare? amorem mũdi. Audi extirpationem ſyluæ. Nolite diligere mundum.)hoc eñ
ſequitur, Neq; ea quæ ſunt in mundo. Si quis dilexerit mundũ,dilectio patris non eſt in
eo.)Audiſtis,quia ſi quis dilexerit mundum, dilectio patris non eſt in eo. Ne quis dicat in
corde ſuo falſum eſſe hoc. Fratres,deus dicit per apoſtolum: ſpirituſſanctus locutus eſt,ni-
hil uerius,Si quis dilexerit mundum,dilectio patris non eſt in ipſo. Vis habere dilectionẽ
patris ut ſis cohæres filij,noli diligere mundum, exclude malum amorem mundi,ut implea
ris amore dei.Vas es,ſed adhuc plenum es:funde quod habes,ut accipias quod non habes.
Certe iam renati ſunt ex aqua & ſpirituſancto fratres noſtri: & nos ante aliquot annos re-
nati ſumus ex aqua & ſpirituſancto.Bonum eſt nobis,non diligamus mundum,ne rema-
neant in nobis ſacramenta ad damnationem,non firmamenta ad ſalutem. Firmamentum
ſalutis eſt habere radicem charitatis,habere uirtutem pietatis,nõ formam ſolam.Bona for
ma, ſancta forma: ſed quid ualet forma, ſi non habeat radicem? Sarmentum præciſum,
nónne in ignem mittitur? Habe formam,ſed in radice.Quomodo autem radicamini,ut nõ
eradicemini? Tenendo charitatem, ſicut dicit Apoſtolus, In charitate radicati & fundati. Epheſ.3
Quomodo ibi radicatur charitas inter tanta ſyluoſa amoris mundi? Extirpate ſyluas,ma-
gnum ſemen poſituri eſtis: non ſit in agro quod ſuffocet ſemen. Hæc ſunt uerba extirpan-
tia quæ dixi,Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo ſunt,ſi quis dilexerit mundũ,
non eſt charitas patris in eo. Quia omne quod in mundo eſt,deſiderium eſt carnis,& de-
ſiderium oculorum,& ambitio ſeculi.)Tria dixit Quæ nõ ſunt à patre,ſed ex mundo. Et

mundus transiet & desideria eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in æternum, si- C.
cut & ipse manet in æternum.) Quid uis? Vtrum amare temporalia, & transire cum tempo-
re, an mundum nõ amare, & in æternum uiuere? Rerũ temporalium fluuius trahit, sed tan-
quam circa fluuium arbor nata est, dominus noster Iesus Christus assumpsit carnem & re-
surrexit, ascendit in cœlum. Voluit se quodammodo circa fluuium temporum plantare: ra-
peris in præceps, tene lignum: uoluit te amor mundi, tene Christum. Propter te factus est
temporalis, ut tu fias æternus: quia & ille sic factus est temporalis, ut maneret æternus. Ac-
cessit illi aliquid ex tempore, non decessit ex æternitate. Tu autem temporalis natus es, & per
peccatum temporalis factus es, tu factus temporalis per peccatum: ille factus temporalis
per misericordiam dimittendi peccata. Quantum interest cum duo sunt in carcere inter reũ
& uisitatorem eius? homo enim aliquando uenit ad amicum suum, & intrat uisitare eum, &
ambo in carcere uidentur: sed multum distant & distincti sunt. Illum causa premit, illum
humanitas adduxit: sic in ista mortalitate nos reatu tenebamur, ille misericordia descendit.
Intrauit ad captiuum redemptor, non oppressor. Dominus pro nobis sanguinem fudit, re-
demit nos, mutauit spem nostram. Adhuc portamus mortalitatem carnis, & de futura im-
mortalitate præsumimus: & in mari fluctuamus, sed ancoram spei in terra iam fiximus: sed
non diligamus mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, quæ enim in mundo sunt, desideri-
um carnis est, & desiderium oculorũ, & ambitio seculi: tria sunt ista, ne quis forte dicat, Quæ
in mundo sunt deus fecit, id est, cœlũ & terram, mare, solẽ, lunam, stellas, omnia ornamenta
cœlorũ. Quæ sunt ornamenta maris? omnia repẽtia. Quæ terræ? Animalia, arbores, uolati
lia: ista sunt in mundo, deus illa fecit. Quare ergo nõ amem quod deus fecit? Spiritus dei sit
in te ut uideas quia hæc omnia bona sunt, Sed uæ tibi si amaueris condita, & deserueris cõ-
ditorem. Pulchra tibi sunt, sed quanto est pulchrior qui ista formauit? Intendat charitas ue
stra: similitudinibus enim potestis instrui, ne subrepat uos satanas dicẽs, quod solet dicere,
Bene sit uobis in creatura dei, quare illa fecit, nisi ut bene uobis esset? Et inebriantur & pere- D
unt, & obliuiscuntur creatorem suũ, dum non temperanter, sed cupide utuntur creatis, crea-
Rom. 1 tor contemnitur: de talibus dicit Apostolus, Coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm
creatori, qui est benedictus in secula. Non te prohibet deus amare ista, sed non diligere ad
beatitudinem, sed approbare & laudare ut ames creatorem. Quemadmodũ fratres si spon
sus fecerit sponsæ suæ anulum, & illa acceptum anulum plus diligeret quàm sponsum qui il
li fecit anulum, nónne in ipso dono sponsi adultera anima deprehenderetur, quamuis hoc
amaret quod dedit sponsus? Certe hoc amaret, quod dedit sponsus: tamen si diceret, Suf-
ficit mihi anulus iste, iam illius faciem nolo uidere, qualis esset? quis non detestaretur hanc
amentiam? quis non adulterum animum conuinceret? amas aurum pro uiro, amas anu-
lum pro sponso. Si hoc est in te, ut ames anulum pro sponso, & nolis uidere sponsum
tuum, ad hoc tibi arram dedit, ut non te oppignoraret, sed auerteret: ad hoc utique ar-
ram dat sponsus, ut in arra sua ipse ametur: ergo dedit tibi deus omnia ista, ama illum qui
fecit ista. Plus est quod tibi uult dare, id est, seipsum qui ista fecit. Si autem amaueris hæc,
quamuis illa deus fecerit, & neglexeris creatorem & amaueris mundum, amittis creatorem,
qui fecit mundum. Mundus enim appellatur non solum ista fabrica quã fecit deus, cœlũ &
terra, mare, uisibilia & inuisibilia, sed habitatores mundi mundus uocantur, quomodo do-
mus uocantur & parietes & inhabitantes. Et aliquando laudamus domum, & uituperamus
inhabitantes: dicimus enim, Bona domus, quia marmorata est & pulchre laquecata: & aliter
dicimus, Bona domus, nemo ibi patitur iniuriam, nullæ rapinæ, nullæ oppressiones ibi fi-
unt, modo non parietes laudamus, sed inhabitatores: domus tamen uocatur, siue illa, si-
ue ista. Omnes enim dilectores mundi, quia dilectione inhabitant mundum, sicut cœ-
lum quorum sursum est cor, & ambulãt carne in terra. Omnes ergo dilectores mundi, mun
dus uocantur. Ipsi non habent nisi ista tria, desiderium carnis, desiderium oculorum, & am-
bitionem seculi. Desiderant enim manducare, bibere, uti uoluptatibus istis. Nunquid nõ est
in his

A in his modus? Aut quando dicitur, nolite ista diligere: hoc dicitur, ut non manducetis, non
bibatis, aut filios non procreetis? Non hoc dicitur: sed sit modus propter creatorem, ut non
uos illigent ista dilectione, ne ad fruendum hoc ametis, quod ad utendum habere debetis.
Non autem probamini, nisi quando uobis proponuntur duo, hoc aut illud. Iustitiam uis,
an lucra? Non habeo unde uiuam, non habeo unde manducem, non habeo unde bibam.
Sed quid si non potes habere ista nisi per iniquitatem? Nõne melius amas quod nõ amit-
tis, quàm quod iniquitatem committis? Lucrum auri uides, damnum fidei non uides? Hoc
ergo ait dominus, Desiderium carnis est, id est, desiderium earum rerum quæ pertinẽt ad
carnem, sicut cibus & cõcubitus, & cætera huiusmodi. Et desiderium oculorum, desiderium
oculorum dicit omnem curiositatem. Iam quàm late patet curiositas ipsa in spectaculis, in
theatris, in sacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficijs, ipsa est curiositas. Aliquan-
do tentat etiam seruos dei, ut uelint quasi miraculum facere, tentare utrũ exaudiat illos de-
us. In miraculis curiositas est, hoc est, desiderium oculorum, non est à patre. Si dedit deus
fac. Obtulit enim ut facias: non enim qui non fecerunt, ad regnum dei non pertinebunt.
Cum gauderent apostoli quia dæmonia eis subiecta erant, quid eis dixit dominus? No-
lite in hoc gaudere, sed gaudete quoniam nomina uestra scripta sunt in cœlo. Inde uo- Luc. 10
luit gaudere apostolos, unde gaudes & tu. Væ tibi enim, si nomen tuum non est scri-
ptum in cœlo. Nunquid uæ tibi si non ambulaueris in mari? Nunquid uæ tibi, si non
excluseris dæmonia? Si accepisti hæc unde facias, utere humiliter, non superbe. Nam
& de quibusdam pseudoprophetis dicit dominus, quia facturi sunt signa & prodi-
gia. Ergo non sit ambitio seculi: ambitio seculi superbia est, iactare se uult in honoribus:
magnus tibi uidetur homo, siue de diuitijs, siue de aliqua potentia. Tria sunt ista, & ni-
hil inuenies unde tentetur cupiditas humana, nisi aut desiderio carnis, aut desiderio ocu-
lorum, aut ambitione seculi. Per ista tria tentatus est dominus à diabolo. Desiderio carnis
B tentatus est quando dictum est ei, Si filius dei es, dic lapidibus istis ut panes fiant, quando Matth. 4
esuriuit post ieiunium. Sed quomodo repulit tentationem, & docuit pugnare militem? At-
tendite quid illi ait, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Tentatus est ex
desiderio oculorum de miraculo, quando ei dixit, Mitte te deorsum: scriptum est, Angelis
suis mandauit de te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Ille restitit tentatori: si
enim faceret miraculum, non uideretur nisi aut cessisse aut curiositate fecisse: fecit enim quan
do uoluit tanquam deus, sed tanquam infirmos curans: nam si tunc faceret, quasi tantũmo
do miraculum uelle facere putaretur. Sed ne hoc homines sentirẽt, attende quid respondit:
& quando tibi talis tentatio euenerit, dic illud & tu, Redi post me saranas: scriptum est enim,
Nõ tentabis dominũ deũ tuũ, id est, si hoc fecero, tentabo deũ. Hoc dixit, quod te uoluit di-
cere, quando tibi suggerit inimicus: qualis homo, qualis Christianus? Modo uel unum mi-
raculũ feci sti, aut orationibus tuis mortui surrexerunt, aut febricitãtes sanasti? Si uere esses
alicuius momenti, faceres aliquod miraculum: responde & dic, scriptum est, Non tentabis
dominum deum tuum: non ergo tentabo deum, quasi tunc pertineam ad deum si fecero
miraculum, & non pertineam si non fecero. Et ubi sunt uerba eius, Gaudete quia nomina
uestra scripta sunt in cœlo? De ambitione seculi quomodo tentatus est dominus, quando
eleuauit eum in excelsum & dixit ei. Hæc omnia regna tibi dabo, si prostratus adoraueris
me? De elatione regni terreni uoluit tentare regem seculorum: sed dominus qui fecit cœlũ
& terram, diabolum calcabat. Quid magnum à domino diabolũ uinci? Quid ergo respon-
dit diabolo, nisi quod te docuit ut respondeas, Scriptum est, dominum deum tuum adora-
bis, & illi soli seruies? Tenentes ista, non habebitis concupiscentiam mundi. Non habendo
concupiscentiam mundi, non uos subiugabit nec desiderium carnis, nec desiderium oculo-
rum, nec ambitio seculi, & facitis locum charitati uenienti ut diligatis deum, quia si fuerit
ibi dilectio mundi, non ibi erit dilectio dei. Tenete potius dilectionem dei, ut quomodo
deus est æternus, sic & uos maneatis in æternum: quia talis est quisque, qualis eius dilectio
est. Terram

est. Terram diligis, terra eris. Deum diligis: quid dicam, deus eris? Non audeo dicere ex me, C
Psal. 81 scripturas audiamus, Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Si ergo uultis esse dij & filij altissimi, nolite diligere mundum, nec ea quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, nō est charitas patris in illo, quia omnia quæ sunt in mundo, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi, quæ non est ex patre, sed ex mundo, id est, ab hominibus & dilectoribus mundi. Et mundus transiet, & desideria eius transeunt. Qui autem facit uoluntatē dei, manet in æternum, sicut & deus manet in æternum.

De eo quod Ioannes dicit, Pueri nouissima hora est, usque ad id, Et non habetis necessitatem, ut aliquis uos doceat, quia unctio ipsius docet uos de omnibus.

Tractatus III.

DVERI nouissima hora est.) In hac lectione pueros alloquitur ut festinēt crescere, quia nouissima hora est. Ætas corporis nō est in uoluntate. Ira nullus secundum carnē crescit quando uult, sicut nullus quādo uult nascitur. Vbi autem natiuitas in uoluntate est, & incrementū in uoluntate est, nemo ex aqua & spiritu nascitur nisi uolens, ergo si uult crescit: si nō uult decrescit. Quid est crescere? proficere. Quid est decrescere? deficere. Quisquis nouit natū esse se, ut audiat quia puer est & infans, auide inhiet uberibus matris, & cito crescit. Est autē mater, ecclesia: & ubera eius duo testamēta scripturarū diuinarum, hinc sugatur lac omnium sacramentorū temporaliter pro æterna salute nostra gestorū, ut nutritus atq; roboratus perueniat ad māducandū cibum, quod est, in principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Lac nostrū Christus humilis est, cibus noster, idē ipse Christus æqualis patri. Lacte te nutrit ut pane pascat: nam cor-
de cōtingere Iesum spiritaliter, hoc est cognoscere, quia æqualis est patri. Propterea &
Ioan. 20 Mariam prohibebat se tangere, & dicebat ei, Noli me tangere, nondū enim ascendi ad patrem meū. Quid est hoc? Discipulis se palpandū præbuit, & Mariæ contactū uitauit: nónne ipse est qui dubitanti discipulo dixit, Mitte digitos tuos & palpa cicatrices? nunquid iam ad pa- D
trem ascenderat. Quare ergo Mariā prohibet & dicit, Noli me tangere, nondū enim ascēdi ad patrē meū? An hoc dicturi sumus quod à uiris se tangi nō timuit, & à mulieribus se tangi timuit? Contactus illius omnē carnē mundat. Quibus primo uoluit manifestari, ab his se timuit contrectari? Nōne uiris resurrectio eius per fœminas nunciata est, ut contraria arte serpens uinceretur? quia enim ille mortē primo homini per fœminā nunciauit, & uiris uita per fœminā nunciata est: quare ergo se tangi noluit, nisi quia contactū illum spiritalem intelligi uoluit? Contactus spiritalis de corde mundo. Ille contingit de corde mundo Christū qui eum intelligit patri coæqualē & coæternum: qui autē nondum intelligit diuinitatē Christi, usq; ad carnem uenit, usq; ad diuinitatē non uenit. Quid autē magnū est usq; illuc attingere, usq; quo persecutores qui crucifixerunt. Illud est magnum intelligere, uerbū deū apud deum in principio, per quod facta sunt omnia, qualē se cognosci uolebat quādo ait Philip-
Ioan. 14 po, Tanto tēpore uobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe qui uidet me, uidet & patrem. Sed ne quis piget sit ad proficiendū, audiat, Pueri, nouissima hora est, Proficite, currite, crescite, nouissima hora est. Ipsa nouissima hora diuturna est, tamen nouissima hora est: horā enim pro tempore posuit nouissimo, quia in nouissimis temporibus ueniet dominus noster Iesus Christus: sed dicturi sunt aliqui, Quomodo nouissimū tempus, quomodo nouissima hora, certe prius uenit antichristus, & tunc ueniet dies iudicij? Vidit Ioannes cogitationes istas, ne quasi securi fierent, & ideo non esse horam nouissimam putarent, quod uenturus esset antichristus, ait illis, Et sicut audistis quòd antichristus sit uenturus, nunc antichristi multi facti sunt.) Nunquid posset habere multos antichristos, quàm hora nouissima? Quos antichristos, sequitur & exponit. Vnde cognouimus quod nouissima sit hora?) Vnde? Quia antichristi multi facti sunt. Ex nobis exierunt.) Videte antichristos, ex nobis exierunt: ergo plangimus damnum? Audi consolationem. Sed non erant ex nobis.) Omnes hæretici, omnes schismatici ex nobis

A ex nobis exierunt, id est ex ecclesia exeunt: sed non exirent si ex nobis essent, antequàm exirent ergo, non erant ex nobis. Si antequàm exirent non erant ex nobis, multi intus sunt, nō exierunt, & tamen antichristi sunt: audemus hoc dicere? ut quid? Nisi unusquisq; cum intus est nō sit antichristus. Describeturus eū antichristos & designaturus est, & uidebimus eos. Nunc interrogare debet unusquisq; cōscientiā suam, an sit antichristus: latine enim antichristus contrarius est Christo. Non quomodo nonnulli intelligunt antichristum ideo dictū, quod ante Christum uenturus sit, id est, post eum uenturus sit Christus. Nō sic dicitur, non sic scribitur, sed antichristus, id est contrarius Christo. Iam quis sit contrarius Christo, nunc aduertetis ipso exponente, & intelligetis non posse exire foras nisi antichristos. Eos autem qui non sunt Christo cōtrarij, foras exire nullo modo posse: qui eū non est Christo cōtrarius, in corpore ipsius hæret, & membrū cōputat. Nunq; sibi sunt mēbra cōtraria, corporis integritas uniuersis mēbris constat: & quid de concordia membrorū dicit Apostolus, Si pa- 1. Cor. 12
titur unum membrū, cōpatiuntur omnia mēbra: & si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Si ergo in glorificatione membri cætera mēbra congaudent, & in passione omnia mēbra patiuntur, concordia mēbrorum nō habet antichristum. Et qui sunt intus, certe sunt in corpore domini nostri Iesu Christi, quādoquidē adhuc curatur corpus ipsius, & sanitas perfecta non erit nisi in resurrectione mortuorum. Sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali, quando euomūtur, tunc releuatur corpus: sic & mali quando exeunt, tunc ecclesia releuatur. Et dicit quando eos euomit atq; proiecit corpus: ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me. Quid est, nō erāt ex me? Non de carne mea præcisi sunt, sed pectus mihi premebāt cū inessent, ex nobis exierunt, sed nolite tristes esse, non erant ex nobis. Vnde probas? Quod si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum.) Hinc ergo uideat charitas uestra, quia multi qui nō sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacramēta, accipiunt nobiscum baptismum, accipiunt nobiscū quod norūt fideles accipere, benedictionem, eucharistiam, & quicquid in sacramentis sanctis est. Ipsius altaris cōmunicationem ac
B cipiunt nobiscum, & nō sunt ex nobis: tentatio probat quia non sunt ex nobis. Quando illis tentatio uenerit, uelut occasione uenti uolant foras, quia grana nō erant. Omnes autem tunc uolabunt (quod sæpe dicendū est) cū area dominica cœperit uentilari in die iudicij. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Nā uultis nosse charissimi, quod certissime dicatur hoc, ut qui forte exierunt & redeūt non sunt antichristi, non sunt cōtrarij Christo, sed de uoluntate sua unusquisq; aut antichristus, aut in Christo est, aut in mēbris sunt uiuis, aut in humoribus malis. Qui se in melius cō mutat, in corpore membrū est: qui autē in malicia permanet, humor malus est, & quando exierit, releuabuntur qui premebantur. Ex nobis exierunt, sed nō erant ex nobis, quod si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscū. Sed ut manifestarentur, quod non omnes erāt ex nobis.) Ideo addidit ut manifestarentur, quia & intus cū sunt, nō ex nobis sunt, nō tamē manifesti sunt, exeundo manifestātur. Et uos unctionē habetis à sancto, ut ipsi uobis manifesti sitis.) Vnctio spiritalis ipse spiritussanctus est, cuius sacramentū est in unctiōe uisibili. Hanc unctionē Christi qui habent, dicit omnes cognoscere malos & bonos, nec opus esse ut doceantur, quia ipsa unctio docet. Scribo uobis, non quod nesciretis ueritatē, sed quia nostis eā, & quia omne mēdaciū nō est ex ueritate.) Ecce admoniti sumus quomodo cognoscamus antichristū. Quid est Christus? ueritas: ipse dixit, Ego sum ueritas. Omne aūt men- Ioan. 14
daciū nō est ex ueritate, omnes igitur qui mentiuntur, nō sunt ex Christo. Nō dixit quoddā mendaciū ex ueritate, & quoddā mēdaciū nō ex ueritate. Sententiā attēde, ne uos palpetis, ne uobis adulemini, ne uos decipiatis, ne uos illudatis, omne mēdaciū nō est ex ueritate. Videamus ergo quomodo antichristi mentiuntur, quia nō est unū genus mendacij. Quis est mēdax, nisi is qui negat quod Iesus nō sit Christus?) Aliā significationē habet Iesus, aliā habet Christus. Cum sit unum, Iesus Christus saluator noster, Iesus tamen propriū nomen illi, quomodo Moyses ꝓprio nomine appellatus est, quō Helias, quō Abraā: sic tanq; proprium

prium nomen habet dominus noſter Ieſus. Chriſtus autē ſacramēti nomen eſt, quomodo C
ſi dicatur propheta, quomodo ſi dicatur ſacerdos: ſic Chriſtus commendatur unus, in quo
eſt redēptio totius populi Iſraël. Iſte Chriſtus ſperabatur uenturus à populo Iudæorū, &
quia humilis uenit, non eſt agnitus, quia lapis paruus erat, offenderunt in illū & fracti ſunt.
Daniel.2 Sed creuit lapis, & factus eſt mons magnus: & quid ait ſcriptura? Quicunq; offenderit in la
Luc.20 pidem iſtum conquaſſabitur, & ſuper quem uenerit lapis iſte, conteret eum. Diſcernenda
ſunt uerba, offendentem dixit conquaſſari: ſuper quem autem uenerit conteri. Primo quia
humilis uenit, offenderunt in illum homines: quia excelſus uenturus eſt ad iudicium, ſuper
quem uenerit conteret eum. Sed illum non conteret uenturus, quem non quaſſauit cum
uenit. Qui in humilem non offendit, non formidabit excelſum. Breuiter audiſtis, qui in hu-
milē non offendit, nō formidabit excelſum: omnibus enim malis lapis offenſionis eſt Chri
ſtus, quicquid dicit Chriſtus, amarū eſt illis. Etenim audite & uidete, omnes certe qui exeūt
de eccleſia, & ab unitate eccleſiæ præciduntur, antichriſti ſunt: nemo dubitat, ipſe enim deſi-
gnauit, Ex nobis exierunt, ſed nō erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent uti-
que nobiſcum. Quicunq; ergo nō manēt nobiſcū, ſed exeunt ex nobis, manifeſtū eſt quòd
antichriſti ſunt. Et quomodo probantur antichriſti? ex mendacio. Et quis eſt mendax, niſi
qui negat quoniā Ieſus eſt Chriſtus? Interrogemus hæreticos. Quē inuenis hæreticū, qui ne
gat, quia Ieſus nō eſt Chriſtus? Videat charitas ueſtra magnū ſacramentū, attēdite quid in
ſpirauerit nobis deus, & quid inſinuare nobis uelit. Ecce exierūt à nobis, & facti ſunt Dona-
tiſtæ. Interrogemus eos utrum Ieſus ſit Chriſtus, ſtatim cōfitentur quia Ieſus Chriſtus eſt.
Si ergo ille eſt antichriſtus, qui negat Ieſum eſſe Chriſtum, nec nos poſſunt illi dicere anti-
chriſtos, nec nos illos, quia & nos confitemur & illi. Si ergo nec illi nos dicunt, nec nos illos,
ergo nec illi à nobis exierūt, nec nos ab ipſis. Si ergo nō à nobis exiuimus, in unitate ſumus.
Si in unitate ſumus, quid faciunt in hac ciuitate duo altaria? quid faciunt diuiſæ domus, di-
uiſa coniugia? Quid facit cōmunis lectus, & diuiſus Chriſtus? Admonet nos, uult nos fate- D
ri quod uerum eſt. An ipſi à nobis exierunt, aut nos ab ipſis? ſed abſit ut nos ab ipſis: habe
pſal.2 mus enim teſtamentū dominicæ hæreditatis, recitamus, & ibi nos inuenimus, Dabo tibi
gentes hæreditatē tuā, & poſſeſſionē tuā terminos terræ. Tenemus hæreditatē Chriſti, illi
eam nō tenent, nō cōmunicant orbi terrarū, non cōmunicant uniuerſitati redēptæ ſanguine
domini. Habemus ipſum dominū reſurgentē à mortuis, qui ſe dubitātibus manibus diſci-
pulorū præbuit palpandū. Et cū adhuc illi dubitarent, ait illis, Oportebat Chriſtū pati, & re
ſurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitētiā & remiſſionē peccatorū. Vbi? quà?
quibus? Per omnes gentes, incipientes ab Hieruſalem: ſecuri ſumus de unitate hæreditatis.
Quiſquis huic hæreditati non cōmunicat, foras exīit. Sed nō cōtriſtemur, ex nobis exierūt,
ſed non erant ex nobis nā ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcū. Si ergo ex nobis
exierunt, antichriſti ſunt: ſi antichriſti ſunt, mendaces ſunt: ſi mendaces ſunt, negant Ieſum
eſſe Chriſtum. Iterum redimus ad difficultatem quæſtionis: ſingulos interroga, confitentur
Ieſum eſſe Chriſtum. Coartat nos anguſtus intellectus in hac epiſtola: uidetis certe quæſtio
nem. Hæc quæſtio & nos & ipſos turbat, ſi non intelligatur. Aut nos ſumus antichriſti, aut
illi ſunt antichriſti. Illi nos antichriſtos uocant, & dicunt quod exiuimus ab eis, nos illos ſi-
militer: ſed deſignauit hæc epiſtola antichriſtos, Quicunque negat quod Ieſus non ſit Chri
ſtus, ipſe eſt antichriſtus. Iam ergo quæramus, quis neget, & non attendamus ad linguam,
ſed ad facta: ſi enim omnes interrogentur, omnes uno ore confitentur Ieſum eſſe Chriſtū.
Quieſcat paululum lingua, uitam interroga. Si inueneritis hoc, ſi ipſa ſcriptura nobis dixe-
rit, quia negatio eorum nō tantum lingua fit, ſed & factis. Certe inuenimus multos antichri
ſtos, qui ore confitentur Chriſtum, & moribus diſſentiunt à Chriſto. Vbi inuenimus hoc
ad Titum 1 in ſcriptura? Paulū audi apoſtolū de talibus cum loqueretur, ait, Cōfitentur enim ſe noſ-
ſe deum, factis autem negant. Inuenimus & ipſos antichriſtos, quiſquis factis negat Chri-
ſtum, antichriſtus eſt. Nō audio quid ſonet, ſed uideo quid uiuat: opera loquūtur, & uerba

requirimus

A requirimus? Quis enim malus non bene uult loqui? ſed quid dicit de talibus dominus? Hy Matth.12
pocritæ, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Voces ueſtras ad aures meas affer-
tis, ego cogitationes ueſtras inſpicio, uoluntatē ibi malam uideo, & falſos fructus oſtēditis.
Noui quid inde colligā, non colligo de tribulis ficus, non colligo de ſpinis uuas. Vnaquæq; Mat.7
enim arbor à fructu cognoſcitur. Magis mendax eſt antichriſtus qui ore profitetur Ieſum
eſſe Chriſtum, & factis negat, ideo mendax, aliud loquitur, aliud agit. Iam ergo fratres, ſi fa
cta interroganda ſunt, non ſolum multos inuenimus antichriſtos foras exiſſe, ſed multos
nondum manifeſtos quòd foras exierint. Quotquot enim habet eccleſia periuros, fraudato
res, adulteros, ebrioſos, fœneratores, mangones, & omnia quæ numerare non poſſumus, ſi
contraria ſunt doctrinæ Chriſti, contraria ſunt uerbo dei. Verbum autem dei Chriſtus
eſt: quicquid contrārium eſt uerbo dei, in antichriſto eſt. Antichriſtus enim contrarius eſt
Chriſto. Et uultis noſſe quàm aperte reſiſtant iſti Chriſto, aliquando eueniat ut aliquid
mali faciant, & incipiant corripi, quia Chriſtum non audent blaſphemare, miniſtros eius
blaſphemant à quibus corripiuntur. Si autem oſtenderis illis, quia Chriſti uerba dicis, non
uerba tua, conantur quantum poſſunt ut te conuincant uerba tua dicere, non uerba Chri-
ſti. Si autē manifeſtū fuerit, quia uerba Chriſti dicis, eunt & in Chriſtū, incipiūt reprehende
re Chriſtū. Quomodo, inquiūt, & quare tales nos fecit? Nōne dicūt hoc quotidie homines
conuicti de factis ſuis? Praua uoluntate peruerſi artificē accuſant. Clamat ille artifex de cœ
lo, quia ipſe nos fecit, qui nos refecit: quid te feci? Ego hominē, non auaritiā: ego hominē fe-
ci, non latrociniū: ego hominē feci, non adulteriū. Audiſtis quia laudant me opera mea. Ex
ore triū puerorū ipſe hymnus erat qui ab ignibus defendebat, laudant opera domini do-
minū, laudant cœli, terra, mare: laudant omnia quæ ſunt in cœlo. Laudant angeli, laudāt ſtel Daniel.3
læ, laudant luminaria, laudat quicquid natat, quicquid uolat, quicquid ambulat, quicquid re
pit: laudant iſta omnia dominū. Nunquid audiſtis quia laudat dominū auaritia? nunquid
B audiſtis, quia laudat dominū ebrioſitas? quia laudat luxuria, laudat nugacitas? Quicquid
ibi non audis laudē dare domino, non fecit dominus. Corrige quod tu feciſti, ut ſaluetur
quod in te deus fecit. Si autē non uis, & amas & amplecteris peccata tua, contrarius es Chri
ſto. Intus ſis, foris ſis, antichriſtus es: intus ſis, foris ſis, palea es. Sed quare foris nō es? Quia
occaſionē uenti nō inueniſti. Iam iſta manifeſta ſunt fratres, ne quis dicat, Chriſtū nō colo,
ſed deū colo patrē ipſius. Omnis qui negat filiū, nec filiū nec patrē habet: & qui cōfitetur fi
lium, & filiū & patrē habet.) Vos grana alloquitur, & qui palea erant, audiant, grana fiant.
Vnuſquiſq; conſyderans conſcientiā ſuam, ſi mundi amator eſt, mutetur: fiat amator Chri
ſti, ne ſit antichriſtus. Si quis ei dixerit quod antichriſtus ſit, iraſcitur, iniuriam ſibi factam
putat, forteſſis inſcriptionē minatur. Si audiat à litigante quod antichriſtus ſit, dicit ei Chri-
ſtus, Patiens eſto, ſi falſum audiſti, gaude mecum, quia & ego falſa ab antichriſtis audio.
Si autem uerum audiſti, conueni conſcientiam tuā, & ſi audire times, eſſe plus time. Ergo
uos quod ab initio audiſtis, in uobis maneat. Quòd ſi in uobis manſerit quod ab initio au
diſtis, & uos in filio & patre manebitis.) Hæc eſt illa pollicitatio quā ipſe pollicitus eſt nobis.
Forte enim mercedē quæreres & diceres, Ecce in me quod ab initio audiui cuſtodio, obtem-
pero: pericula, labores, tentationes pro iſta manſione ſuſtineo, quo fructu, qua mercede?
Quid mihi poſtea dabit, quia in hoc ſeculo me uideo laborare inter tentationes? Non ui-
deo hic requiem eſſe aliquam, mortalitas ipſa aggrauat animam, & corpus quod corrumpi
tur premit ad inferiora, ſed tolero omnia, ut illud quod ab initio audiui, maneat in me, & di
cam deo meo, Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Ad quam ergo pſal.16
mercedem? Audi & noli deficere. Si deficiebas in laboribus, promiſſa mercede fortis eſto.
Quis eſt qui operetur in uinea, & recedat illi de corde quod accepturus eſt? Fac illum obli-
tum mercedem ſuam, deficiunt manus. Memoria promiſſæ mercedis perſeuerantem fa-
cit in opere: & homo promiſit qui te poteſt fallere. Quanto fortior eſſe debes in a-
gro dei, quando promiſit ueritas, cui nec ſuccedi poteſt, nec mori, nec fallere poteſt eum

cui pro

cui promissum est? Et quid est promissum? uideamus quid promisit. Aurum est, quod hic multum amant homines, an argentum? An possessiones, ad quas fundunt homines aurum, quamuis multum ament aurum? An amœna prædia, amplæ domus, multa mancipia, animalia numerosa? Non est hæc merces quædam ad quam nos hortatur, ut in labore duremus. Quid dicitur merces ista? Vita æterna: audistis & gauisi exclamastis, amate quod audistis, & liberamini à laboribus uestris in requiē uitæ æternæ. Ecce quid promittit deus? Vitam æternam. Ecce quid minatur deus? Ignem æternum. Quid illis ad dexteram constitutis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Ad sinistram quid? Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Illud nondum amas, uel hoc time: mementote ergo fratres mei, quia uitam æternam nobis promisit. Hæc est, inquit, pollicitatio quam ipse pollicitus est nobis uita æterna. Hæc scribo uobis de his qui uos seducūt.) Nemo uos seducat ad mortem, promissionem uitæ æternæ desiderate. Quid potest mūdus promittere? Quicqd libet promittat, fortassis in crastino morituro promittit. Et qua fronte ad illum qui manet in æternum exiturus es? Sed quid minatur mihi potens homo, ut aliquid mali faciam? quid minatur? carceres, catenas, ignes, tormenta, bestias, nunquid ignē æternū? Exhorresce quod minatur omnipotēs, ama quod pollicetur omnipotens, & uilescit omnis mundus, siue promittens, siue terrens. Hæc scribo uobis de his qui uos seducunt. Vt sciatis quia unctionem habetis, & unctio quam accepimus ab eo, permaneat in nobis.) Vnctionis sacramentum est, uirtus ipsa inuisibilis, unctio inuisibilis spiritussanctus, unctio inuisibilis, charitas illa est, quæ in quocunq; fuerit tanq̄ radix illi erit, quāuis ardēte sole arescere non potest. Omne quod radicatum est, nutritur calore solis, nō exarescit. Et nō habetis necessitatem ut aliquis uos doceat, quia unctio ipsius docet uos de omnibus.) Quid ergo nos facimus fratres, qa docemus uos? Si unctio eius docet nos de omnibus, quasi nos sine causa laboramus. Et ut quid tantum clamamus? Dimittamus uos unctioni illius, ut doceat uos unctio ipsius. Sed modo mihi facio quæstionem, & illi ipsi apostolo facio, dignetur audire paruulum quærentem à se, ipsi Ioanni dico, Vnctionem habebāt quibus loquebaris? Tu dixisti, quia unctio ipsius docet uos de omnibus, ut quid talem epistolam fecisti? quid illos tu docebas? quid instruebas? quid ædificabas? Iam hic uidete magnum sacramentum fratres, sonus uerborum nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare quenquā hominē aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum uocis nostræ, si non sit intus qui doceat, inanis fit strepitus noster. Adeo fratres uultis nosse, nunquid nō sermonem istum omnes audistis? Quām multi hinc indocti exituri sunt: quantū ad me pertinet, omnibus locutus sum, sed quibus unctio illa intus non loquitur, quos spiritussanctus intus non docet, indocti redeunt. Magisteria forinsecus, adiutoria quædā sunt & admonitiones, cathedram in cœlo habet qui corda docet, propterea ait & ipse in euangelio, Nolite uobis dicere magistrum in terra: unus est ergo magister Christus. Ipse uobis ergo intus loquitur, quando nemo hominum illic est. Quia etsi aliquis est à latere tuo, nullus est in corde tuo: & non sit ullus in corde tuo, Christus sit in corde tuo, unctio ipsius sit in corde, ne sit in solitudine cor sitiēs, & nō habens fontes quibus irrigetur. Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius unctio non est, forinsecus inaniter perstrepunt uerba. Sic sunt ista fratres quæ forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem, forinsecus operatur, adhibet aquam & diligentiam culturæ. Quælibet forinsecus adhibeat, nunquid poma formar? Nunquid nuditatem lignorum uestit umbra foliorum? nunquid tale aliquid intrinsecus agit? sed quis agit hoc? Audite agricolam Apostolum, & uidete quid sumus, & audite magistrum interiorem. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hoc ergo uobis dicimus, siue plantemus, siue rigemus, loquendo non sumus aliquid, sed ille qui incrementum dat deus, id est, unctio illius docet uos de omnibus.

Matth.23

1.Cor.3

De

A De eo quod Ioannes dicit: Et uerax est, & nō est mendax: sicut docuit uos permanere in ipsa. Et nunc filioli, permanete in eo, ut cum manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu eius ut non confundamur ab eo in aduentu eius, usq; ad id: In hoc manifestatus est filius dei, ut soluat opera diabolī:

Tractatus IIII.

MEMINISTIS fratres hesternā lectionē ad hoc terminatam, quia non habetis necessitatem ut quis doceat uos, sed ipsa unctio docet uos de omnibus. Hoc autem sicut uos recordari certus sum, sic exposuimus uobis, quia nos qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij, adhibentes culturam forinsecus ad arborem: sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare: ille autem qui uos creauit & redemit & uocauit per fidem, & spiritum suum habitās in uobis, nisi loquatur uobis intus, sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiunt, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis quibus intus loquitur deus. Illis autē intus loquitur, qui ei locum præbent: illi autem deo locum præbent, qui diabolo locū non præbent. Habitare enim uult diabolus corda hominum, & loqui ibi omnia quæ ualent ad seductionē: sed quid ait dñs Iesus? Princeps huius mundi missus est foras: unde missus est? Nunquid extra cœlum & terram? nunquid extra fabricam mūdi? Non: sed extra corda credentium foras misso inuasore, habitat redemptor, quia ipse redemit qui creauit: & diabolus iam forinsecus oppugnat, non uincit illum qui intus possidet. Forinsecus autem oppugnat, immittendo uarias tentationes: sed ille non consentit cui deus intus loquitur, & unctio quā audit, docet. Et uerax est,) inquit: eadem unctio, id est, ipse spiritus domini qui docet homines, mentiri non potest: Et non est mendax: sicut docuit uos permanere in ipsa. Et nunc filioli permanete in eo, ut cum manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu eius, ut non confundamur ab eo in aduentu eius.) Videte fratres, credimus in Iesum quem

B non uidimus, annunciauerunt eū qui uiderunt, qui contrectauerunt, qui uerbū ex ore ipsius audierunt, & ut persuaderent generi humano, ab illo missi sunt, non à seipsis ire ausi sunt. Et quò missi sunt? Audistis cum euangelium legeretur: Ite prædicate euangelium uniuersæ creaturæ quæ sub cœlo est. Vbiq; ergo discipuli missi sunt attestantibus signis & prodigijs, ut crederetur illis, quia ea dicebant quæ uiderant. Credimus in eum quem nō uidimus, & uenturum eum expectamus. Quicunq; illum fide expectant, cum uenerit gaudebunt: qui sine fide sunt cum uenerit, quod nunc non uident, erubescent. Et confusio illa non erit unius diei & transiet, quomodo solent confundi qui inueniūtur in aliqua culpa, & eis insultatur ab hominibus. Confusio illa traducet cōfusos ad sinistram, ut audiant: Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Maneamus ergo in uerbis eius, ne confundamur cū uenerit, ipse enim dicit in euangelio eis qui in eum crediderant, Si permāseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis. Et quasi dicerent, quo fructu? Et cognoscetis, inquit, ueritatem, & ueritas liberabit uos: Modo enim salus nostra in spe, nōdum in re: nondū tenemus iam quod promissum est, sed uenturum speramus: fidelis autem est qui promisit, non te fallet, tantum noli deficere, sed expecta promissorem: non enim nouit fallere ueritas, tu noli esse mendax, ut aliud profitearis, aliud agas. Tu serua fidem, & seruat ille pollicitationem: si autem non tu seruaueris fidem, tu te fraudasti, non ille qui promisit. Si scitis quia iustus est, scitote quia omnis qui facit iusticiam ex ipso est natus.) Iusticia modo nostra ex fide, iusticia perfecta non est nisi in angelis: & uix in angelis si deo comparentur: tamen si qua perfecta iusticia animarum & spirituum est quos deus creauit, in angelis sanctis, iustis, bonis, nullo lapsu auersis, nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione uerbi dei, & nihil aliud dulce habētibus nisi à quo creati sunt, in ipsis perfecta iusticia est, in nobis aūt ex fide cœpit esse secundum spiritum. Audistis cum psalmus legeretur: Incipite domino in confessione. Incipite, inquit. Initium iusticiæ nostræ confessio peccatorum. Cœpisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iusticiam, perficietur autem in te quando nihil aliud

Marci.16

Matth.25

Ioan.8

Psal.146

facere delectabitur,quando absorbebitur mors in uictoria,quando nulla concupiscentia ti C
tillabit, quãdo non erit lucta cum carne & sanguine,quando erit corona uictoriæ & trium-
phus de inimico,tunc erit perfecta iusticia.Modo adhuc pugnamus,si pugnamus,in stadio
sumus.Ferimus & ferimur,sed qui uincat expectatur.Ille autem uincit,qui & quod ferit, de
uitibus suis nõ præsumit,sed de protectore suo.Solus diabolus aduersum nos pugnat,nos
cum deo simus,& diabolum uincimus:nam si tu solus cum diabolo pugnaueris,uinceris.Ex
ercitatus est hostis:quot palmarum? Considerate quò deiecerit ut mortales nasceremur
primo,ipsam originem nostram de paradiso.Quid ergo faciendũ est,quia ipse exercitatus
est? Inuocetur omnipotens aduersus exercitatum diabolũ.Habitet in te qui non potest uin
ci,& securus uinces cum qui uincere solet:sed quos,nisi in quibus nõ habitat deus? Nam ut
noueritis fratres,contempsit Adam in paradiso positus præceptum dei,& erexit ceruicem,
ueluti in potestate sua esse cupiẽs, & nolens subdi uolũtati dei,& lapsus est ab illa immorta-
litate,ab illa beatitudine.Homo autem quidam iam exercitatus natus mortalis,cũ sederet
Iob.2 in stercore putris uermibus diabolum uicit:ipse Adam,& in Iob ipse,quia de genere ipsius
Iob.Ergo Adam uictus in paradiso,uicit in stercore:in paradiso cum esset,audiuit persua-
sionem mulieris quam illi immiserat diabolus,in stercore aũt cum esset,ait Euæ:tanc̃p una
ex insipientibus mulieribus locuta es.Ibi aurem apposuit,hic responsum dedit:cum esset
lætus,audiuit:cũ esset flagellatus,uicit.Ideo uidete quid sequitur fratres in epistola ista:quia
hoc nobis cõmendat,ut diabolum quidẽ uincamus,sed nõ ex nobis:si scitis quia iustus est,
ait,scitote quia omnis qui facit iusticiam,ex ipso est natus,ex deo,ex Christo.Et quia dixit,
Cap.III ex ipso est natus,hortat̃ nos.Iaã ergo quia nati ex illo sumus,pfecti sumus,audite. Ecce
qualem dilectionem dedit nobis pater ut filij dei uocemur & simus.) Nam qui uocãtur &
non sunt,quid illis prodest nomen ubi res non est? Quàm multi uocãtur medici qui cura-
re non norunt? Quàm multi uocãtur uigiles,qui tota nocte dormiunt? Sic multi uocantur
Christiani,& in rebus nõ inueniuntur,quia hoc quod uocantur nõ sunt,id est,in uita,in mo D
ribus,in fide,in spe & charitate.Hoc autem quod audistis fratres: ecce qualẽ dilectionem de-
dit nobis pater,ut filij dei uocemur & simus. Propter hoc mũdus nõ cognoscit nos, quia
non cognouit eum,& nos nõ cognoscit mundus.) Totus mundus Christianus est, & totus
mundus impius.Per totum enim mundũ impĩj,& per totum mundũ pĩj,illi illos non co-
gnoscunt.Quomodo putamus quia non cognoscunt? Insultant bene uiuentibus, attendi-
te & uidete,quia forte sunt & inter uos.Vnusquisq; uestrũ qui iam pie uiuit,qui contemnit
secularia,qui non uult ire ad spectacula,qui non uult se inebriare quasi soleniter,& quod est
grauius,accedente patrocinio sanctorum dierum fieri immundus, qui ista facere noluerit,
quomodo ei insultarur ab his qui faciunt? Nunquid insultaretur ei si agnosceretur? Quare
aũt non agnoscitur? Mundus eum non agnoscit.Quid est mundus? Illi habitatores mun-
di.quomodo dicitur domus habitatores eius.Iam ista sæpe dicta sunt,& non ea uobiscum
hodie repetimus.Iam cum auditis mundũ in mala significatione,nõ intelligatis nisi dilecto
res mundi,quia per dilectionẽ inhabitant,& per quod inhabitant,nomẽ habere meruerũt.
Propter hoc mundus non cognouit nos,quia nõ cognouit eum.Ambulabat & ipse dñs Ie
sus Christus in carne:erat deus,latebat in infirmitate.Et unde nõ est cognitus? Quia omia
peccata arguebat in hominibus.Illi amando delectationes peccatorũ non agnoscebãt deũ:
amando quod febris suadebat, iniuriã medico faciebant.Quid ergo,nos iam nati sumus
ex ipso? Sed quia in spe sumus: Dilectissimi,inquit,nunc filij dei sumus.) Iam nũc? Quid
est ergo quod expectamus,si iam filij dei sumus? Et nondũ,inquit,manifestum est quod
erimus.) Quid autem erimus aliud c̃p filij dei? Audi quid sequitur. Scimus quia cum ap
paruerit,similes ei erimus,quoniã uidebimus eum sicuti est.) Intelligat charitas uestra.Ma
gna res:scimus quia cum apparuerit,similes ei erimus,quoniã uidebimus eum sicuti est,iam
illud attendite quid uocatur,est.Nostis quid uocatur,est? Quid uocatur,& non solum uoca-
tur,sed uere est,incõmutabilis est,semper manet,mutari nescit,nulla ex parte corrumpitur,
nec

A nec proficit quia perfectum est:nec deficit quia perfectum est: & quid est hoc,In principio Ioan.1
erat uerbum. Et quid est hoc? Qui cum in forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse Phil.2
se æqualem deo.Hoc modo Christum in forma dei,uerbum dei,unicum patri,æqualem pa
tri,non possunt uidere mali.Secundum id uero quòd uerbum caro factum est, potuerũt &
mali,quia in die iudicij uidebunt & mali,quia sic ueniet iudicaturus quomodo uenit iudicã-
dus.In ipsa forma homo, sed deus: nam maledictus omnis qui spem suam ponit in homi-
ne:Homo uenit,& ut iudicet.Et si non uidebitur,quid est quod scriptũ est: Videbunt in quẽ Ioan.19
transfixerunt? De impijs enim dictum est,quia uidebunt & confundentur.Quomodo non
uidebunt impĩj,quando alios ponet ad dexteram,alios ad sinistram? Ad sinistram positis
dicet,Ite in ignem æternum: ad dexteram positis dicet,Venite benedicti patris mei,percipi Matth.25
te regnum. Videbunt,sed formam serui: formam dei non uidebunt. Quare? Quia impĩj
sunt:& ipse dominus dicit, Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebunt. Ergo uisuri Matth.5
sumus quandam uisionẽ fratres,quam nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis
ascendit. Visionem quandam,uisionem præcellentem omnes pulchritudines terrenas, auri,
argenti,nemorum atq; camporum,pulchritudinẽ maris & aëris,pulchritudinem solis & lu-
næ,stellarum,angelorum,omnia superantem,quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo
erimus,quando uidebimus quod nobis promissum est? Similes ei erimus,quoniam uidebi-
mus cum sicuti est.Quomodo potuit,lingua sonuit,cætera corde cogitentur: quid enim &
ipse Ioannes dixit ad comparationem rei quæ est,uel à nobis dici potest hominibus longe
imparibus meritis ipsius? Redeamus ergo ad illam unctionem quæ intus docet,& loqui nõ
possumus,& quia modo uidere non potestis,officium uestrum in desiderio sit. Tota uita
Christiani boni,sanctum desiderium est.Quod autem desideras nõdum uides,sed deside-
rando capax efficeris,ut cum uenerit quod uideas implearis. Sicuti enim si uelles implere
aliquem sinum,& nosti c̃p magnum est quod dabitur,extendis sinum uel facci uel utris uel
B alicuius rei,nosti quantum missurus es,& uides quia angustus est sinus, extendendo facis
capaciorem:sic deus differendo extendit desiderium,desiderando extendit animum, exten-
dendo facit capacem.Desideremus ergo fratres,quia implendi sumus.Videte Paulum ex- Phil.3
tendentem sinum,ut posset capere quod uenturum est,ait:Nõ quia iam acceperim, aut iam
perfectus sim fratres,ego me non arbitror comprehendisse.Quid ergo agis in hac uita,si nõ
dum apprehendisti? Vnum autem,quæ retro oblitus,in ea quæ ante sunt extentus,secundũ
intentionem sequor ad palmam supernæ uocationis.Extentum se dixit,& secundum inten-
tionem sequi se dixit:minorẽ se sentiebat ad capiendum quod oculus non uidit,nec auris au
diuit,nec in cor hominis ascendit.Hæc est uita nostra,ut desiderando exerceamur. Tantum
autem nos exercet sanctum desiderium,quãtum desideria nostra amputauerimus ab amo
re seculi.Iam diximus,aliquando exinani,quod implendum est:bono implendus es, funde
malũ:puta quia melle te uult implere deus,si aceto plenus es,ubi mel pones? Fundendũ est
quod portat uas,mundandũ est ipsum uas.Mutandum est,& si cũ labore,cũ tritura,ut fiat
aptum cuidam rei.Mel dicamus,aurum dicamus,uinum dicamus,quicquid dicamus quod
dici non potest,quicquid uolumus dicere,deus uocat̃.Et quid diximus deus,quid diximus?
Duæ istæ syllabæ sunt totum quod expectamus.Quicquid ergo dicere ualuimus,infra est:
extendamus nos in eum,ut cum uenerit,impleat. Similes ei erimus, quoniam uidebimus
eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in ipso est.) Videte quia in spe nos posuit.
Videtis quemadmodum nos congruit apostolo Paulo,coapostolo suo,Spe salui facti su- Rom.8
mus.Spes aũt quæ uidetur non est spes:quod enim uidet quis,quid sperat? Si eũ quod nõ
uidemus speramus,per patientiã expectamus.Ipsa patiẽtia exercet desideriũ:mane tu,nam
manet ille,& perseuera in ambulando,ut peruenias quia quò tendis, non migrabit, uidete.
Et omnis qui habet spem hanc in ipso,castificat semetipsum,sicut & ipse castus est.) Vi-
dete quemadmodum nõ abstulit liberum arbitrium,ut diceret castificat semetipsum.Quis
nos castificat nisi deus? Sed deus te nolentem non castificat.Ergo quòd adiungis uolunta-

tem tuã,deo castificas teipsum.Castificas te,non de te,sed de illo qui uenit ut habitet in te. C
Tñ quia agis ibi aliquid uolũtate,ideo & tibi aliqd tributũ est:ideo aũt tibi tributũ est,ut di
Psal.26 cas sicut in psalmo:Adiutor meus esto,ne derelinquas me.Si dicis,adiutor meus esto,aliqd agis:nam si nihil agis,quomodo ille adiuuat? Omnis em̃ qui facit peccatũ,& iniquitatẽ facit.)Nemo,enim dicat,aliud est peccatũ,atq; aliud iniquitas:nemo dicat, ego peccator homo sum,sed iniquus non sum:omnis qui facit peccatum,& iniquitatem facit. Peccatũ iniquitas est.) Quid ergo facimus de peccatis nostris & iniquitatibus? Audi quid dicit: Et scitis quia ille manifestatus est,ut peccatum auferat,& peccatum in ipso non est.) In quo nõ est peccatum,ipse uenit auferre peccatum:nam si esset in illo peccatum,auferẽdum esset illi, non ipse auferret. Omnis qui in ipso manet,non peccat.) Inquantum in ipso manet,intantum non peccat Omnis qui peccat,non uidit eum,neq; cognouit eum.) Non est mirum:non enim uidimus,sed uisuri sumus.Non eum cognouimus,sed cogniturí sumus.Credimus in eum quem non cognouimus? An forte ex fide cognouimus & specie non cognouimus? Magna est ista quæstio:Omnis qui peccat non uidit eum,nec cognouit eum.Nondum cognouimus,sed in fide & uidemus & cognoscimus:si enim nondum uidet fides,quare dicimur illuminati? Est illuminatio per fidẽ,& illuminatio per speciem.Modo cum peregrinamur,per fidem ambulamus,nõdum per speciem.Ergo & iusticia nostra per fidem est, & non per speciem.Erit perfecta nostra iusticia cum uidebimus per speciem,modo non re-
Rom.1 linquamus eam iusticiam quæ est ex fide,quoniam iustus ex fide uiuit,sicut ait Apostolus: Omnis qui manet in ipso non peccat:nam omnis qui peccat non uidit eum, neq; cognouit eum.Nõ credidit iste qui peccat? Si autem credidit,quantum ad fidem eius pertinet nõ peccat. Filioli,nemo uos seducat:qui facit iusticiam iustus est,sicut & ille iustus est.) Nũquid quando audimus,quia iusti sumus,sicut æquales nos debemus putare deo? Debetis scire quid est,sicut.Iamdudum enim dixit:Castificat semetipsum,sicut ipse castus est. Iam ergo patet,æqualis est castitas nostra castitati dei,& iusticia nostra iusticiæ dei? Quis hoc dicat? D
Sed,sicut,non semper in æqualitate dici solet: quomodo, uerbi gratia: Visa basilica ista ampla,si uelit facere aliquis minorem,sed tamen proportione ad mensuras eius, ut uerbi gratia,si lata est simplum,& longa duplum,faciat & ille latam simplum, & longam duplum,uidetur sic fecisse sicut est ista:sed ista habet,uerbi gratia,centum cubitos,illa triginta,& sicut est,& impar est. Videtis quia non semper,sicut,ad parilitatem & æqualitatem refertur, uerbi gratia:uidete quantum sit inter faciem hominis & imaginẽ de speculo.Facies in imagine, facies in corpore,imago in imitatione,corpus in ueritate:& quid dicimus? Nam sicut hic oculi,ita & ibi:sicut hic aures,ita & ibi. Dispar est res,sed,sicut ad similitudinem dicitur.Habemus ergo & nos imaginem dei,sed non illam quam habet filius æqualis patri:tamen & nos pro modo nostro si non sicut ille essemus, ex nulla parte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut & ipse castus est:sed ille castus æternitate, nos casti fide.Iusti sumus sicut & ipse iustus est:sed ipse in ipsa incommutabili perpetuitate,nos iusti credendo in quem non uidemus,ut aliquando uideamus.Et cum perfecta fuerit iusticia nostra, cum facti æquales angelis fuerimus,nec tunc illi æquabimur:quanto ergo modo ab illo longe est, quando nec tunc par erit? Qui facit peccatũ,de diabolo est,quia ab initio diabolus peccat.) De diabolo est,nostis quid dicat? Imitando diabolum:nam neminem fecit diabolus, neminem genuit,neminem creauit.Sed quicunq; fuerit imitatus diabolum,quasi de illo natus fit filius diaboli imitando,non proprie nascendo.Quomodo es filius Abraæ? Nunquid Abraam te genuit? Quomodo Iudæi filij Abraæ? Non imitantes fidem Abraæ,facti sunt filij diaboli. De carne Abraam nati sunt,& fidem Abraæ nõ sunt imitati.Si ergo qui inde nati sunt,exhæredati sunt,quia non sunt imitati:tu qui non de illo natus es,efficeris filius,& sic eris filius imitando: & si diabolum fueris imitatus,quia ille superbus extitit & impius aduersus deũ, eris filius diaboli,diabolum imitando,nõ quia ipse creauit te,aut genuit te. In hoc manifestatus est filius dei.) Eia fratres,omnes peccatores ex diabolo nati sunt,inquantum peccatores

A catores.Adam à deo factus est,sed quando cõsensit diabolo,ex diabolo natus est.Et tales omnes genuit qualis erat,cum ipsa concupiscentia nati sumus.Et anteq; nos de uita nostra addamus,de illa damnatione nascimur:nam si cum illo peccato non nascimur,quid est quòd cum infantibus ad baptismum curritur ut soluantur? Ergo duas natiuitates attendite fratres,Adã & Christũ.Duo sunt homines,sed unus ipsorũ homo homo,alter homo deus.Per hominem hominem peccatores sumus,per hominẽ deum iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortem,ista natiuitas erexit ad uitam:natiuitas illa trahit secum peccatũ,natiuitas ista liberat à peccato:ideo enim uenit Christus homo,ut solueret peccata hominũ.

In hoc manifestatus est filius dei,ut soluat opera diaboli.) Cætera cõmendo charitati uestræ,ne uos grauem:ipsa enim quæstio est,in qua soluenda laboramus, quia peccatores nos dicimus:si enim quis dixerit se esse sine peccato,mendax est.Et in ipsius epistola Ioannis inuenimus:Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus.Meminisse enim debetis priorum,si dixerimus quia peccatum nõ habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.Et rursus in cõsequentibus audis:qui natus est ex deo,nõ peccat, quia qui facit peccatum non uidet eum,neq; cognouit eum:omnis qui facit peccatum de diabolo est,ex deo non est peccatum.Iterum terret nos,quomodo nati sumus ex deo,& quomodo nos fatemur peccatores? An dicturi sumus,quia de deo nati non sumus? Et quid faciũt ista sacramenta in infantibus? Quid dixit Ioannes:qui natus est ex deo,non peccat:ipse Ioannes iterum dixit,si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & ueritas in nobis non est? Magna quæstio & angusta:& ad hanc soluendam utinam intentam fecerim charitatem uestram:in nomine domini cras quod inde dederit differemus.

De eo quod Ioannes dicit:Omnis qui natus est ex deo, nõ facit pecB catũ,quia semẽ eius in ipso manet,& nõ potest peccare,quia ex deo natus est,usq; ad id:Filioli non diligamus uerbo tantum & lingua, sed opere & ueritate: Tractatus V

INTENTE audite obsecro uos,quia res non minima uersatur in medio:& non dubito qui hesterno die intenti affuistis,quòd & hodie intentius cõueniatis: est enim non parua quæstio,quomodo dicat in ista epistola, qui natus est ex deo nõ peccat:& quomodo in eadem epistola superius dixit:Si dixerimus,quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.Quid facturus est quẽ uterq; sermo ex eadem epistola in medio coartauit? Si se confessus fuerit peccatorem, timet ne dicatur illi, non ergo ex deo natus es,quia scriptum est,qui natus ex deo, non peccat:si autem dixerit se iustum,& nõ habere peccatum,accipit ex alia parte plagam ex ipsa epistola:Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.Positus ergo in medio,quid dicat & quid confiteatur,aut quid profiteatur non inuenit. Profiteri se esse sine peccato periculosum est,& nõ solum periculosum,sed etiã mendosum. Nosipsos,inquit, seducimus,& ueritas in nobis non est,si dixerimus quia peccatum nõ habemus:sed utinam non haberes & diceres, uerum enim diceres,nec in ueritate promenda, ullum iniquitatis uel uestigium formidares:sed ideo malefacis si dicis,quia mendacium dicis.Veritas,inquit,in nobis non est,si dixerimus quia peccatum non habemus:non ait, non habuimus,ne forte de præterita uita dictum uideretur.Habuit peccatum homo iste,sed ex quo natus est ex deo,cœpit non habere:si ita esset,nulla nos angustaret quæstio,diceremus enim,fuimus peccatores,sed modo iustificati sumus:habuimus peccatum,sed modo nõ habemus:non hoc ait,sed quid ait? Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.Post aliquantum rursus:qui natus est ex deo,inquit, non peccat.Nunquid Ioannes ipse non erat natus ex deo? Si Ioannes non erat natus ex deo, de quo audistis,quia supra pectus domini recubuit,aliquis sibi audet promittere generationem factam in se,quam ille habere nõ meruit,qui super pectus domini recumbere meruit,

quem dominus plus quàm cæteros diligebat,ipsum de spiritu nõ genuerat? Attendite nũc C
uerba ista. Adhuc angustias nostras cõmendo,ut per intentionem uestram quæ oratio est,
& pro nobis & pro uobis dilatet deus,& det exitum ne aliquis in uerbo eius inueniat occa
sionem perditionis suæ,quod uerbum non est prædictum & conscriptum,nisi ad medici
nam & salutem. Omnis,inquit,qui facit peccatum & iniquitatẽ facit:ne forte discernas,pec
catum iniquitas est:ne dicas peccator sum,sed iniquus non sum, peccatum iniquitas est. Et
scitis quia in hoc ille manifestatus est,ut peccata auferat,& peccatum in illo non est:& quid
prodest nobis quia uenit sine peccato? Omnis qui non peccat in ipso manet, & omnis qui
peccat,non uidit eum,neq; cognouit eum. Filioli,nemo uos seducat:qui facit iusticiã iustus
est,sicut & ille iustus est. Iam ista diximus,quia secundũ quandã similitudinem,non secun
dum æqualitatem dici solet,qui facit peccatũ de diabolo est,quia ab initio diabolus peccat.
Et hoc diximus,quia neminem creauit diabolus,neq; genuit,sed imitatores eius ex illo na
scuntur. In hoc manifestatus est filius dei,ut soluat opera diaboli. Ergo ut soluat peccata,ue
nit ille qui non habet peccatũ:deinde sequitur: Omnis qui natus est ex deo non facit pec
catum,quia semen eius in ipso manet:& non potest peccare,quia ex deo natus est.) Forti
ter instrinxit: fortassis secundum quoddam peccatum dixit,non peccat,non secundũ ome
peccatum. Vt quid ait:qui natus est ex deo,non peccat? Certum quoddam peccatum intelli
gas,quod non potest admittere homo qui ex deo natus est. Et tale peccatum est illud,ut si
quisquam illud admiserit,confirmet cætera:si quis autem hoc non admiserit, soluet cætera.
Ioan.13 Quod est hoc peccatum? Facere contra mandatum:quod est mandatum? Mandatum no
uum do uobis,ut uos inuicem diligatis. Intendite,hoc mãdatum Christi dilectio uocatur.
Per hanc dilectionem peccata soluuntur. Hæc si non teneatur,& graue peccatum est,& ra
dix omnium peccatorum. Intendite fratres,protulimus aliquid,in quo bene intelligentibus
soluta est quæstio. Sed nunquid cum celeribus tãtum ambulamus uiam? Et qui tardius
ambulant,non sunt relinquendi. Versemus hoc quibus possumus uerbis,ut ad omnes per D
ueniat Puto enim fratres,quia omnis homo solicitus est pro anima sua,qui non sine causa
intrat ecclesiam,qui non temporalia quærit in ecclesia,qui non propterea intrat ut transigat
negocia secularia,sed ideo intrat,ut aliquid sibi æternum promissum teneat quò perueniat.
Necesse est ergo cogitet,quemadmodum ambulet in uia,ne remaneat,ne retro eat,ne aber
ret,ne claudicando non perueniat. Qui ergo sollicitus est,tardus non sit,uelox sit,non rece
dat de uia. Hoc ergo dixi,quia qui natus est ex deo non peccat. Fortassis secundum quod
dam peccatum uoluit intelligi:nam erit aliter contrarium illi loco,Si dixerimus quia pecca
tum non habemus nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est. Sic ergo forte potest sol
ui quæstio. Est quoddam peccatum quod non potest admittere ille qui natus est ex deo,&
quo non admisso soluuntur cætera,quo admisso confirmãtur cætera. Quod est hoc pecca
tum? Facere contra mandatum Christi,contra testamentum nouum. Quod est mãdatum
nouum? Mandatum nouum do uobis,ut uos inuicem diligatis:qui facit contra charitatem
& contra dilectionem fraternam,non audet gloriari & dicere natũ se esse ex deo:qui autem
in dilectione fraterna constitutus est,certa sunt peccata quæ nõ potest admittere,& hoc ma
xime ne oderit fratrem. Et quid de cæteris peccatis facit,unde dictum est:Si dixerimus quia
peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est? Audiat securitatẽ
1.Pet.4 de alio loco scripturæ: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Charitatem ergo cõ
mendamus,charitatem cõmendat hæc epistola. Post resurrectionem dominus quid aliud
Ioan.21 interrogauit Petrum: Amas me? Et parum fuit semel interrogare,& iterũ nihil aliud, & ter
tio nihil aliud. Cum iam tertio ille tædio afficeretur,quasi non sibi crediderit,quomodo qui
nesciret quid in illo ageretur,tamen & primo & secundo & tertio hoc interrgauit. Ter nega
uit timor,ter confessus est amor. Et ecce amat Petrus dñm. Quid præstaturus dño? Nõ em̃
Psal.115 & ipse non turbatus est in ipso psalmo: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retri
buit mihi? Qui enim dicebat hæc in psalmo,attendebat quanta sibi essent præstita à dño,
& quæ-

A & quærebat quid retribueret dño,& nõ inueniebat:qcquid eĩ retribuere uolueris,ab ipso
accepisti quod reddas. Et quid inuenit quod retribuat? Quod ut diximus fratres,ab ipso ac
ceperat,hoc inuenit quod retribueret. Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuoca
bo:quis enim illi dederat calicem salutarem,nisi ille cui uolebat retribuere? Accipere autẽ ca
licem salutarem,& inuocare nomen dñi,hoc est satiari charitate,& ita satiari ut non solum
non oderis fratrem,perfecta charitas est,sed ut paratus sis mori pro fratre. Hanc ipse dñs in
se exhibuit,mortuus pro oĩbus,orans pro eis à quibus crucifigebat̃,& dicens:Pater igno Luc.23
sce illis,quia nesciunt quid faciunt:sed si solus hoc fecit,non erat magister,si discipulos nõ ha
bebat. Secuti discipuli hoc fecerunt: lapidabatur Stephanus,& genuflexo ait:Domine, ne Act.7
statuas illis hoc delictum. Amabat à quibus occidebatur,quia & pro ipsis moriebatur. Au
dis apostolum Paulum:Et ipse,inquit,impendar pro animabus uestris. Inter illos enim erat 2.Cor.12
pro quibus Stephanus deprecabatur, quando eorum manibus moriebatur. Perfecta ergo
charitas hæc est: si quis tantam habuerit charitatem,ut paratus sit pro fratribus etiam mo
ri,perfecta est in illo charitas. Sed nunquid mox ut nascitur,iam prorsus perfecta est? Vt
perficiatur,nascitur:cum fuerit nata,nutritur:cum fuerit nutrita,roboratur:cum fuerit robo
rata,perficitur:cum ad perfectionem uenerit,quid dicit? Mihi uiuere Christus est,& mori lu Phil.1
crum. Optabam dissolui & esse Christo,multo magis optimum,manere in carne necessa
rium propter uos. Propter eos uolebat uiuere,pro quibus paratus erat mori. Et ut noueri
tis quia ipsa est perfecta charitas,quã non uiolat,& in qua non peccat qui natus est ex deo,
hoc dñs dicit Petro:Petre amas me? Et ille,Amo. Non dixit, si amas me, obsequere mihi.
Quando enim erat dominus in carne mortali,esuriuit,sitiuit. Eo tempore quo esuriebat &
sitiebat,susceptus est hospitio,ministrarunt illi qui habuerũt de substãtia sua:sicut legimus
in euãgelio:Suscepit eum Zachæus,saluus factus est à morbo,suscepto medico. Quo mor Luc.19
bo? Auariciæ:erat enim ditissimus & princeps publicanorum. Attendite sanatum à morbo
B auariciæ,Dimidium,inquit,bonorum meorum do pauperibus,& si cui aliquid tuli,quadru
plum reddam. Ideo seruauit alterum dimidium,non quo frueretur,sed unde debita solue
ret. Suscepit ergo tunc medicum hospitio,quia erat infirmitas carnis in dño, cui hoc obse
quiũ præberent homines:& hoc, quia uoluit præstare obsequẽtibus,obsequentibus enim
proderat,nõ illi. Cui enim angeli ministrabãt,horũ obsequiũ requireret? Nec Helias seruus 3.Reg.17
illius hoc necessariũ habebat aliquando,cui panem & carnẽ per coruum mittebat,& tamen
ut uidua religiosa beneditceret̃,mittitur seruus dei, pascitur à uidua quẽ deus in secreto pa
scebat. Verũtamen c̃p c̃p de his seruis dei sibi præstent,qui eorum indigentiam cõsyderant,
propter illam mercedem à dño in euangelio positam manifestissime,Qui suscipit iustũ in Matth.10
nomine iusti,mercedem iusti accipiet:qui suscipit prophetam in nomine ꝓphetæ, mercedẽ
prophetæ accipiet:& qui dederit calicem aquæ frigidæ uni ex his minimis tantũ in nomine
discipuli,amen dico uobis,non perdet mercedem suam. Quãuis ergo sibi præstent qui hæc
faciunt,tamen nec poterat præberi ascensuro in cœlum. Quid illi poterat retribuere Petrus
qui amabat illum? Audi,Pasce oues meas,id est,fac pro fratribus quod pro te feci. Omnes
sanguine meo redemi,nolite dubitare mori pro ueritatis confessione,ut cæteri uos imiten
tur:sed hæc ut diximus fratres,perfecta charitas est,qui natus est ex deo habet illã. Intẽdat
charitas uestra,uidete quid dicam. Ecce accipit sacramentum natiuitatis homo. Baptiza
tus sacramentum habet,& magnum sacramentum,diuinum,sanctum,ineffabile. Consyde
ra quale,ut nouum hominem faciat,dimissionem omnium peccatorum. Attendat tamen
in cor,si perfectum est ibi,quod factum est in corpore:uideat si habeat charitatem,& tunc
dicat, natus sum ex deo. Si autem non habet,characterem quidem impositum habet,
sed desertor uagatur:habeat charitatem,aliter non se dicat natum ex deo. Sed habeo, in
quit,sacramentũ, audi Apostolum: Si sciam omnia sacramenta,& habeam omnẽ fidẽ, ita 2.Cor.13
ut montes transferam,charitatẽ autẽ non habeam,nihil sum. Hoc si meministis,cõmenda

uimus,cum iſtam epiſtolam inciperemus,nihil in ea nobis ſic cõmendari,quomodo charita C
tem.Et ſi uidetur alia & alia dicere,illò facit reditum,& ad ipſam charitatem omnia uult re/
ferre quæcunq; dixerit. Videamus ſi & hic hoc facit:attendite.Omnis qui natus eſt ex deo,
non facit peccatũ.Quærimus quod peccatũ,quia ſi omne intellexeris,contrarius eris illi lo/
co:Si dixerimus quia peccatum non habemus,noſmetipſos ſeducimus,& ueritas in nobis
non eſt.Ergo dicat quod peccatum,doceat nos,ne forte ego temere dixi peccatum hoc eſſe
uiolationẽ charitatis.Quia ſicut ſupra dixit,qui odit fratrem ſuũ in tenebris eſt, & in tene/
bris ambulat,& neſcit quò eat,quia tenebræ excæcauerunt oculos eius.Sed forte aliquid di/
xit in poſterioribus,& non nominauit charitatem,uidete quia circuitus ille uerborum hunc
habet finem,hunc habet exitum. Omnis qui natus eſt ex deo,nõ peccat,quia ſemen eius
1.Cor.4 in ipſo manet.) Semen dei,id eſt,uerbum dei:unde dicit Apoſtolus,Per euangelium ego
uos genui. Et non poteſt peccare,quia ex deo natus eſt.) Dic adhuc.Videamus in quo
non poteſt peccare. In hoc manifeſtati ſunt filij dei & filij diaboli:Omnis qui non eſt iu/
ſtus,non eſt à deo,& qui non diligit fratrem ſuum.) Certe iam manifeſtum eſt unde dicat,
& qui non diligit fratrem ſuum.Dilectio ergo ſola diſcernit inter filios dei & filios diabo/
li.Signent ſe oẽs ſigno crucis Chriſti:Reſpondeant omnes,Amen.Cantent omnes alleluia:
Baptizentur omnes,intrent omnes eccleſias,faciant parietes baſilicarum,non diſcernunt filij
dei à filijs diaboli niſi in charitate.Qui habent charitatem,nati ſunt ex deo:qui non ,non
ſunt nati ex deo.Magnum iudicium,magna diſcretio.Quicquid uis habe,hoc ſolum nõ ha
beas,nihil tibi prodeſt:alia ſi non habeas,hoc habe,& impleſti legem.Qui enim diligit al/
Rom.13 terum,legem impleuit,ait Apoſtolus:&, plenitudo legis charitas.Puto iſtam margaritam
Matth.13 eſſe illam.Homo negociator deſcribitur in euãgelio,qui inuenit unam margaritam,& uen
didit omnia quæ habebat & emit eam:hæc eſt margarita precioſa charitas,ſine qua nihil ti
bi prodeſt quodcũq; habueris.Quam ſi ſolam habeas,ſufficiat tibi.Modo cum fide uides,
tunc cum ſpecie uidebis:ſi enim amamus cum non uidemus,quomodo amplectemur cum D
uiderimus? Sed ubi nos debemus exercere? In amore fraterno:potes mihi dicere,non uidi
deũ,nũquid potes mihi dicere,nõ uidi hominẽ? Dilige fratrẽ.Si em̃ fratrẽ quẽ uides dilexe/
ris,ſimul uidebis & deum,quia uides ipſam charitatem,& intus inhabitat deus.Qui nõ eſt
iuſtus,non eſt ex deo,& qui non diligit fratrem ſuum. Quia hæc eſt annunciatio.) Vide
quomodo confirmat. Quia hæc eſt annunciatio quam audiuimus ab initio ut diligamus
inuicem.) Manifeſtauit nobis inde ſe dicere,contra hoc mandatum quiſquis facit,in pecca
Gen.4 to illo eſt ſcelerato,in quod incidunt qui non naſcunt ex deo. Non ſicut Cain qui ex mali/
gno erat,occidit fratrem ſuum:& cuius rei gratia occidit? Quia opera eius maligna fuerũt,
fratris uero eius iuſta.) Ergo ubi eſt inuidia,amor fraternus eſſe non poteſt. Intendat cha/
ritas ueſtra, qui inuidet non amat:peccatum diaboli eſt in illo,quia & diabolus inuiden/
do deiecit:cecidit enim,& inuidit ſtanti,non ideo uoluit deijcere ut ipſe ſtaret,ſed ne ſolus ca
deret.Tenete in animo ex hoc quod ſubieci,inuidiã non poſſe eſſe in charitate.Habes aper
1.Cor.13 te cum laudaretur ipſa charitas:Charitas non æmulatur.Non fuit charitas in Cain,& niſi
eſſet charitas in Abel,non acciperet deus ſacrificium eius.Cum enim ambo obtuliſſent, ille
de fructibus terræ,ille de fœtibus ouium:quid putatis fratres,quia deus fructus terræ negle
xit,& fœtus ouiũ dilexit? Nõ intendit deus ad munus,ſed in corde uidit:& quẽ uidit cũ cha/
ritate offerre,ipſius ſacrificiũ reſpexit:quẽ uidit cũ inuidia offerre ab ipſius ſacrificio oculos
auertit.Opera ergo bona Abel,non dicit niſi charitatẽ: opera uero mala Cain,nõ dicit niſi
odiũ fraternũ.Parũ eſt,quia odit fratrẽ ſuũ & inuidit operibus bonis,qa imitari noluit,ne
care uoluit.Et hinc apparuit quia filius erat diaboli,& ille hinc apparuit iuſtus dei.Hinc er/
go diſcernunt homines fratres mei:nemo attẽdat linguas,ſed facta.Cor ſi non bene faciat
pro fratribus ſuis,oſtẽdit qd in ſe habeat: tentationibus ꝓbant homines. Nolite mirari
fratres ſi mundus uos odit.) Nunquid ſæpe uobis dicendum eſt,quid eſt mũdus? Nõ cœ/
lum,non

A lum,nõ terra,nec iſta opera quæ deus fecit,ſed dilectores mundi.Iſta ſæpe dicendo quibuſ
dam oneroſus ſum:ſed uſq; adeo non fruſtra dico,ut aliqui interrogentur an dixerim,& nõ
reſpondeant.Ergo uel inculcando hæreat aliquid in cordibus audiẽtium.Quid eſt mũdus?
mũdus eſt,quãdo in malo ponitur,dilectores mũdi:mundus quando in laude ponit,cœlũ
& terra eſt,& quæ in his opera dei:unde dicitur, & mundus per eum factus eſt. Item mun/
dus plenitudo terræ,ſicut dixit ipſe Ioannes:Non ſolum autem noſtrorum propitiatio pec/
catorum eſt,ſed & totius mundi.Mundi dicit,omnium fidelium per orbem ſparſorũ:mun/
dus autem in malo,amatores mundi ſunt:qui amant mundum,fratres amare nõ poſſunt.
Si odit nos mundus: Nos ſcimus.) Quid nos ſcimus? Quia tranſiuimus de morte
ad uitam.) Vnde ſcitis? Quia diligimus fratres.) Nemo interroget hominẽ:redeat unuſ/
quiſq; ad cor ſuum,ſi ibi inuenerit charitatem fraternam,ſecurus ſit,quia tranſijt à morte
ad uitam,iam in dextera eſt.Non attendat quia modo gloria eius occulta eſt, cum uenerit
dominus,tunc apparebit gloria:uiget enim,ſed adhuc in hyeme:uiget radix,ſed quaſi ari/
di ſunt rami.Intus eſt medulla quæ uiget,intus ſunt folia arborum,intus fructus, ſed æſta/
tem expectant.Ergo nos ſcimus quia tranſiuimus de morte ad uitam, quia diligimus fra/
tres. Qui non diligit,manet in morte.) Ne putetis fratres leue eſſe odiſſe. Odiſſe, an di/
ligere? Audi quid ſequit. Omnis qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt.) Iam ergo ſi contẽne/
bat quiſq; odium fraternum,nunquid & homicidium in corde ſuo contempturus eſt? Non
mouit manum ad occidendum hominem,homicida iam tenetur à domino. Viuit ille, &
iſte iam interfector iudicatur.Omnis qui odit fratrem ſuum,homicida eſt. Et ſcitis quia
omnis homicida non habet uitam æternam in ſemetipſo manentem.In hoc cognoſcimus
dilectionem.) Perfectionem dilectionis dicit ,perfectionem illam quam cõmendauimus.
In hoc cognoſcimus dilectionem: Quia ille pro nobis animam ſuam poſuit,& nos debe/
mus animam pro fratribus ponere.) Ecce unde ueniebat,Petre amas me, paſce oues me/ Ioan.21
B as:nam ut noueritis fratres,quia ſic ab eo paſci uolebat oues ſuas,ut animam ſuam pro oui
bus poneret,hoc illi continuo dixit: Cum iuuenis eſſes,præcingebas te,& ibas quò uolebas:
cum autem fueris ſenior,alius te præcinget,& tollet te quò tu non uis. Hoc autem dixit,ait
euangeliſta,ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum.Et cui dixerat, paſce oues meas,
doceret eum ponere animam pro ouibus ſuis.Vnde incipit charitas fratres? Modicum at/
tendite quo perficiatur.Audiſtis ipſum finem & modum:ipſum & dominus in euangelio
cõmendauit:Maiorem charitatem nemo habet,ait,quàm ut animam ſuam ponat quis
pro amicis ſuis.Perfectionem ergo eius oſtendit in euangelio,& hic cõmendata eſt eius per
fectio:ſed interrogatis uos,& dicitis nobis,quando poſſum habere iſtam charitatem? No/
li cito de te deſperare,forte nata eſt,ſed nondum perfecta eſt,nutri eam ne offocetur:ſed di
cturus es mihi,& unde noui? Quod enim perficiatur audiuimus,unde incipiat audiamus:
ſequitur & dicit: Qui autem habuerit facultates mundi,& uiderit fratrem ſuum eſurien/
tem,& clauſerit uiſcera ſua ab eo,quomodo poterit dilectio dei manere in eo?) Ecce unde
incipit charitas:ſi nõdum es idoneus mori pro fratre,iam idoneus eſto dare de tuis faculta/
tibus fratri.Iam percutiat uiſcera tua charitas,ut non de iactantia facias,ſed de intimo adi/
pe miſericordiæ,ut conſyderes illum in egeſtate poſitum.Si enim ſuperflua non potes da
re fratri tuo,animã tuam potes dare ꝓ fratre? Iacet pecunia in ſinu tuo,quã tibi fures poſ/
ſunt auferre:& ſi illam non auferent fures,moriendo illam deſeres,etiam ſi te illa uiuentem
non deſerat.Quid inde facturus es? Eſurit frater tuus,in neceſſitate poſitus eſt, fortaſſis ſu/
ſpenditur,à creditore anguſtatur. Non habet ipſe, habes tu, frater eſt, ſimul empti eſtis,
unum eſt precium ueſtrum,ambo ſanguine Chriſti redempti eſtis: uide ſi miſereris,ſi ha/
bes facultates mundi. Quid ad me pertinet,forte dicis? Ego daturus ſum pecuniam meã,
ne ille moleſtiam patiatur? Si hoc tibi reſponderit cor tuũ,dilectio patris non in te manet.
Si dilectio patris nõ in te manet,nõ es natus ex deo,quomodo te gloriaris eſſe Chriſtia/
num?

num? Nomen habes,& factum non habes:si autem nomen secutum fuerit opus,dicat te q̃s C
quam paganum,tu factis ostende Christianum:nam si factis non ostendis Christianum,
omnes te Christianum uocent,quid tibi prodest nomen,ubi res non inuenitur? Qui autem
habuerit facultates mundi,& uiderit fratrem suũ egentem,& clauserit uiscera sua ab eo, quo
modo potest dilectio dei manere in eo? Et sequitur. Filioli,non diligamus uerbo tantum
& lingua,sed opere & ueritate.) Puto manifestum esse uobis magnum & necessarium secre
tum & sacramentum,fratres mei:quid ualet charitas? Omnis scriptura cõmendat. Sed ne
scio si alicubi amplius quàm in ista epistola cõmendatur. Rogamus uos & obsecramus in
domino,ut & illa quæ audistis,memoria teneatis,& ad ea quæ dicenda sunt donec finiatur
ipsa epistola,intenti ueniatis,intenti audiatis. Aperite autem corda ad semina bona:extirpa
te spinas,ne offocetur in uobis quod seminatur,sed potius crescat seges,& gaudeat agrico
la,& horreum uobis præparet tanc̃p frumentis,non ignem tanc̃p paleis.

De eo quod Ioannes dicit: Et in hoc cognoscimus quia ex ueritate sumus, &
coram ipso persuademus cordi nostro,quia si male senserit cor nostrũ, maior est
deus corde nostro,& nouit omnia,usq; ad id: In hoc cognoscit̃ spiritus dei: Oms
spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne ueniss̃e,ex deo est. Et omnis spi
ritus qui nõ cõfitetur Iesum Christum in carne ueniss̃e,nõ est ex deo:& hic est an
tichristus de quo audistis,quod uenturus sit,& nunc in ipso mũdo est: Trac. VI.

SI meministis fratres hesternum nos clausisse sermonem ad istam sententiam,
quæ sine dubio manere debuit & debet in corde uestro,quia ipsam nouissimã
audistis: Filioli,non diligamus uerbo tãtum & lingua,sed opere & ueritate: de
inde sequitur: Et in hoc cognoscimus quia ex ueritate sumus,& coram ipso
persuademus cordi nostro,quia si male senserit cor nostrum,maior est deus corde nostro &
nouit omnia.) Dixerat:non diligamus uerbo tantum & lingua,sed opere & ueritate: Quæ D
ritur à nobis,in quo opere & in qua ueritate agnoscitur qui diligit deum uel qui diligit fra
trem suũ. Iam superius dixerat quousq; charitas perficiatur,quod & dominus in euangelio
Ioan.15 ait: Maiorem hac nemo habet charitatem, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis
suis. Et iste hoc dixerat:sicut ille animam suam pro nobis posuit,debemus & nos animam
pro fratribus ponere. Hæc est perfectio charitatis,& maior omnino nõ poterit inueniri:sed
quia non in omnibus perfecta est,& desperare nõ debet & in quo perfecta nõ est,si iam na
ta est qua perficiatur,& utiq; si nata est,nutrienda est,& quibusdam suis nutrimẽtis ad per
fectionem propriam producenda. Quæsiuimus inchoationem charitatis unde incipiat, &
ibi continuo inuenimus:si quis habet facultatem mundi,& uiderit fratrem suum egentem,
& clauserit uiscera sua aduersus eũ,quomodo dilectio patris manet in eo? Ergo incipit ista
charitas fratres,ut de suis superfluis tribuat egenti in angustijs aliqbus cõstituto:ex eo quod
sibi abundat secundum tempus à tribulatione temporali liberat fratrem. Hinc exordium
est charitatis. Hanc ita cœptam si uerbo dei & spe futuræ uitæ nutrieris, peruenies ad illam
perfectionem,ut paratus sis animam tuam ponere pro fratribus tuis:sed quia multa talia
fiunt ab his qui alia quærunt,& qui fratres non amant, reuocemur ad testimonium con
scientiæ. Vnde probamus quia talia multa fiunt ab his qui fratres non amant? Quàm mul
ti se in hæresibus & schismatibus martyres dicunt? Videntur sibi animam ponere pro fra
tribus suis:si pro fratribus animam ponerent,non se ab uniuersa fraternitate separarent.
Item quàm multi sunt qui iactantiæ causa multa tribuunt, multa donant, & non ibi
quærunt nisi laudem humanam & gloriam popularem, plenam uentis, nulla stabilita
te solidatam. Quia ergo sunt tales, ubi probanda erit charitas fraterna? Quia uoluit il
lam probari, & ait admonens: Filioli, non diligamus uerbo tantum & lingua, sed ope
re & ueritate. Quærimus in quo opere, in qua ueritate? Potest esse manifestius opus
c̃p tri/

A c̃p tribuere pauperibus? Multi hoc iactantia faciunt,nõ dilectione. Potest esse malus opus
quàm mori pro fratribus? Et hoc multi uolunt putari facere iactantia nominis comparan
di,non uisceribus dilectionis. Restat ut ille diligat fratrem,qui ante deum ubi solus uidet,
cordi suo persuadet,& interrogat cor suum an uere propter fratrũ dilectionem hoc faciat,
& perhibet illi testimonium oculus qui penetrat cor,quo homo attendere non potest. Ideo
Paulus apostolus quia paratus erat mori pro fratribus dicebat: Ipse impendar pro anima/ 2.Cor.12
bus uestris,tamen quia deus uidebat in corde ipsius,non homines quibus loquebatur, ait
illis: Mihi autem minimũ est ut à uobis iudicer,aut ab humano die. Et ostendit etiam ipse 1.Cor.4
quodam loco,quia solent ista fieri inani iactantia,non firmamento charitatis: ait enim cum
de ipsius charitatis cõmendatione loqueretur, Si distribuero omnia mea pauperibus,& tra 1.Cor.13
didero corpus meum ut ardeam,charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Po
test enim quisquam hoc facere sine charitate? Potest: nam qui non habent charitatem, diui
ferunt unitatem. Quærite ibi,& uidebitis multos multa tribuere pauperibus: uidebitis alios
paratos ad suscipiendam mortem,ita ut desistente persecutore,seipsos præcipitent. Isti sine
dubio sine charitate hoc faciunt. Reuocemur ergo ad conscientiam,de qua dicit Apostolus: 2.Cor.1
Nam gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ. Reuocemur ergo ad conscien
tiam,de qua item dicit: Opus autem suum probet unusquisq;,& tunc in semetipso tantum Gal.6
gloriam habebit,& non in altero. Opus ergo suum probet unusquisq; nostrum, utrum de
uena charitatis emaneat,utrum de radice dilectionis rami bonorum operũ pullulẽt. Opus
autem suum probet unusquisq; ait,& tunc in semetipso gloriam habebit,& non in altero:
non quando illi perhibet testimonium lingua aliena,sed quando perhibet cõscientia pro
pria. Hoc ergo hic cõmendat. In hoc cognouimus quia ex ueritate sumus,quando opere &
ueritate,non uerbis tantum & lingua diligimus:& coram ipso persuademus cordi nostro.
Quid est coram ipso? Vbi ipse uidet: unde ipse dns in euangelio: Cauete,inquit, facere iu Matth.6
B sticiam uestram coram hominibus,ut uideamini ab eis:alioquin mercedem non habebitis
apud patrem uestrum qui in cœlis est:& quid est, Nesciat sinistra tua quid faciat dexte
ra tua,nisi quia dextera tua pura conscientia est,sinistra mundi cupiditas? Multi per cupidi
tatem mundi multa mira faciunt,sinistra operatur,non dextra. Dextera debet operari,& ne
sciente sinistra,ut nec misceat se cupiditas seculi,quando aliquid boni de dilectione opera
mur. Et ubi hoc cognoscimus? Ante deum es,interroga cor tuum,uide quid feceris, & quid
ibi appetisti,salutem tuam an laudem humanam uentosam: intus uide,nam homo iudica
re non potest,quem uidere non potest. Si persuademus cordi nostro, coram illo persua
deamus:quia si male sentiat cor nostrum,id est,accusat nos intus, quia non eo animo faci
mus quo faciendum sit,maior est deus corde nostro,& nouit omnia. Cor tuum abscondis
ab homine,à deo absconde si potes. Quomodo abscondis ab eo,cui dictum est à peccatore
quodã timente & confitẽte: Quò ibo à spiritu tuo,& à facie tua quò fugiam? Quærebat quà Psal.138
fugeret & euaderet iudicium dei,& non inueniebat. Vbi enim non est deus? Si ascẽndero,
inquit,in cœlum ibi es:si descendero ad infernum ades. Quò iturus est? Quò fugiet? Vis
audire consilium,si uis ab illo fugere,ad ipsum fuge. Ad ipsum fuge confitendo, non ab
ipso latendo:latere enim non potes,sed confiteri potes. Dic illi: Refugium meum es tu, & Psal.31
nutriatur in te dilectio,quæ sola perducit ad uitam: Perhibeat tibi testimonium conscientia
tua,quia ex deo est. Si ex deo est,noli illam uelle ante homines ponere,quia nec laudes ho
minum te leuant in cœlum,nec uituperationes inde te deponunt. Ille uideat qui coronat,ille
sit testis quo uidente coronaris:maior est deus corde tuo, & nouit omnia. Dilectissimi,
& si cor male non senserit,fiduciam habemus ad deum.) Quid est,cor non male senserit?
Verum nobis responderit,quia diligimus,& germana dilectio est in nobis, non ficta, sed
syncera,salutem fraternam quærens,nullum emolumentum expectans à fratre,nisi salutem
ipsius. Fiduciam habemus ad deum,& quicquid postulauerimus,accipiemus ab eo,quia
mandata eius seruamus.) Ideo nõ in cõspectu hominũ,sed ubi ipse deus uidet in corde. Fi
duciam

duciam ergo habemus ad deũ,& quicqd poſtulauerimus ab eo,accipiemus.Sed qui? Qui C
Ioan.15 mandata eius ſeruamus.Quæ ſunt mandata eius? Nunquid ſemper repetendum eſt? Man
datum nouum do uobis,ut uos inuicem diligatis.Ipſam charitatem loquitur,ipſam cõmen
dat.Quiſquis ergo habuerit charitatem fraternam,& coram deo habuerit, ubi deus uidet,
corꝫ eius interrogatum ſub iuſto examine,non ei aliud reſponderit,cꝫ germanam ibi eſſe
radicem charitatis,unde boni fructus exiſtant,habet fiduciam apud deum,& quicquid po
ſtulauerit ab eo accipiet,quia mandata eius ſeruat.Incurrit quæſtio quædam, quia non ille
aut ille homo,aut tu aut ego,qui ſi petiero aliquid à domino deo noſtro,& non accepero,fa
cile de me poteſt dicere unuſquiſq;:non habet charitatem,& de quolibet homine huius tẽ
poris facile dici poteſt.Et ſentiat quis quod uult homo de homine,maiorẽ quæſtionẽ nõ fa
ciunt,niſi illi uiri quos ſanctos conſtat fuiſſe cum ſcriberent,& modo eſſe cum deo. Quis ha
2.Cor.6 bet charitatem,ſi eam Paulus non habebat qui dicebat:Os noſtrum patet ad uos ô Corin
thij,cor noſtrum dilatatum eſt,non anguſtamini in nobis:qui dicebat,Impendar pro|ani
mabus ueſtris,& tanta gratia in illo erat,ut manifeſtaret eum habere charitatem? Inueni
mus eum tamen petiſſe & non accepiſſe.Quid dicimus fratres? Quæſtio eſt:intẽti eſtote ad
deum,magna & iſta quæſtio eſt,quomodo de peccato ubi dictum eſt:qui natus eſt ex deo
non peccat.Inuenimus hoc eſſe peccatum uiolare charitatem,& hoc proprie deſignatũ eſſe
in hoc loco.Sic & nunc quærimus quid dixerit,ſi enim uerba attendis,planè uidetur:ſi exẽ
pla,obſcurum eſt.Verbis his nihil eſt planius: & quicquid poſtulauerimus accipiemus ab
eo,quia mandata eius ſeruamus. Et quæ placent illi in conſpectu eius facimus.) Quicqd
poſtulauerimus ait,accipiemus ab eo.Anguſtauit uehementer,quia & ibi anguſtaret ſi dice
ret omne peccatum:ſed ideo inuenimus locum exponẽdi quia de certo peccato dixit,nõ de
omni,ſed de quodã peccato,quod omnis qui ex deo natus eſt nõ facit.Et inuenimus ipſum
quoddam peccatum uiolationem eſſe charitatis.Et habemus exemplum de euangelio ma
Ioan.15 nifeſtũ quando ait dominus:Si non ueniſſem,peccatum non haberent.Quid ergo? Ad in D
nocentes Iudæos uenerat quia ſic loquitur? Ergo ſi ipſe non ueniret,peccatum non habe
rent? Præſentia ergo medici fecit ægrum,febrem nõ abſtulit? Quis hoc uel demens dicat? Il
le non uenit niſi curare & ſanare ægrotos:Quare ergo dixit:ſi non ueniſſem peccatum non
haberent,niſi quia certum quoddam peccatũ uoluit intelligi? Quoddam enim peccatũ non
haberent Iudæi.Quod peccatum? Quòd in eum non crediderunt,cꝫ præſentem cõtempſe
runt.Sicut ergo ibi peccatum dixit,& non eſt conſequens ut omne peccatum intelligamus,
ſed certum peccatum:ſic & hic,non omne peccatum,ne contrarius ſit illi loco ubi ait:Si dixe
rimus quia peccatum non habemus,noſmetipſos ſeducimus,& ueritas in nobis non eſt:ſed
certum quoddam peccatum,id eſt, uiolationem charitatis.Hic autem plus nos conſtrinxit.
Si petierimus dixit,ſi nos non accuſauerit cor noſtrũ & renunciauerit in conſpectu dei, quia
uera dilectio eſt in nobis,quicquid poſtulauerimus ab eo accipiemus.Iam ergo dixi charita
ti ueſtræ fratres,nemo attendat ad nos.Quid enim ſumus nos? Aut quid eſtis uos? Quid
niſi eccleſia dei,quæ nota eſt oĩbus? Et ſi illi placet,in illa ſumus:& qui dilectiõe in illa ma
nemus,ibi perſeueremus,ſi uolumus oſtendere dilectionem quam habemus.Verũtamen
de apoſtolo Paulo quid mali ſenſuri ſumus? Ipſe non diligebat fratres? Apud ipſum non
erat teſtimonium conſcientiæ eius in conſpectu dei? Nõ erat in Paulo radix illa charitatis,
unde omnes boni fructus procedebant? Quis hoc niſi demẽs dixerit? Vbi ergo inuenimus
2.Cor.12 petiſſe Apoſtolum & non accepiſſe? Ait ipſe:In magnitudine reuelationum ne extollar,da
tus eſt mihi ſtimulus carnis angelus ſatanæ qui me colaphizet,propter quod ter dominum
rogaui ut auferretur à me,& dixit mihi,Sufficit tibi gratia mea:nam uirtus in infirmitate p
ficitur.Ecce non eſt exauditus ut auferretur ab illo angelus ſatanæ:ſed quare? Quia non ei p
derat.Ergo exauditus eſt ad ſalutem,qui nõ eſt exauditus ad uoluntatem.Nouerit magnũ
ſacramentum charitas ueſtra,quod ideo cõmendauimus uobis,ne excidat uobis in tentatio
nibus ueſtris.Sancti ad ſalutem per omnia exaudiuntur: ſemper exaudiuntur ad ſalutem

æternam

A æternam:ipſam deſyderant, quia ſecundũ hanc ſemper exaudiuntur:ſed diſcernamus exau
ditiones dei.Inuenimus enim quoſdã non exauditos ad uolũtatem,exauditos ad ſalutem:
& rurſus quoſdam inuenimus exauditos ad uoluntatem,& nõ exauditos ad ſalutem.Hoc
diſcernite,hoc tenete.Exemplum eius qui nõ eſt exauditus ad uolũtatem,ſed exauditus ad
ſalutem:audi apoſtolum Paulum, nam ipſam exauditionem ad ſalutem oſtendit illi deus,
Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur.Rogaſti,clamaſti,ter clamaſti, 2.Cor.12
ipſum ſemel quod clamaſti audiui, non auerti aures meas à te, noui quid faciam: tu uis au
ferre medicamentum quo ureris, ego noui infirmitatem qua grauaris:ergo iſte ad ſalutem
exauditus eſt,ad uoluntatem nõ eſt exauditus. Quos inuenimus exauditos ad uolũtatem,
non exauditos ad ſalutem? Inuenimus putamus aliquẽ,neq; aliquem impium exauditum
à deo ad uoluntatẽ, non exauditum ad ſalutem? Si alicuius hominis exemplum poſuero,
forte dicturus es mihi,Tu illum dicis iniquum,nam iuſtus erat:ſi iuſtus nõ eſſet,à deo non
exaudiretur.Talẽ propoſiturus ſum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitet:diabo
lus ipſe petĳt Iob & accepit: nónne & hic de diabolo audiſtis, Quia qui facit peccatum ex Iob 1
diabolo eſt? Nõ quia ille creauit, ſed quia iſte imitatur.Nónne de illo dictũ eſt,In ueritate Ioan.8
non ſtetit? Nónne ipſe eſt antiquus ille ſerpẽs,qui per fœminam uenenum primo homini Gen.3
propinauit? Qui ad ipſum Iob fœminam propterea ſeruauit,per quam maritus non con
ſolaretur, ſed tentaretur. Ipſe diabolus petĳt ſanctum uirum tentandum, & accepit.Petĳt
Apoſtolus ut auferretur ab eo ſtimulus carnis,& nõ accepit: ſed Apoſtolus magis exaudi
tus eſt cꝫ diabolus. Apoſtolus enim exauditus eſt ad ſalutem,& ſi non ad uolũtatem.Dia
bolus exauditus eſt ad uoluntatem,ſed ad damnationem: ideo enim conceſſus eſt iſte ten
tandus,ut eo probato eſſet ille cruciandus.Sed hæc fratres nõ tantum in ueteribus libris in
uenimus,& in euangelio inuenimus. Petierunt dæmones à domino cum eos excluderet ab
homine,ut ire permitterentur in porcos. Nónne his poſſet dicere dominus,ut nec illuc acce
B derent? Non enim ſi nollet, rebellaturi erant cõtra regem cœli & terræ, certi tamen myſte
rĳ gratia & certa diſpenſatione dimiſit dæmones ire in porcos, ut oſtenderet diabolum in
eis dominari qui uitam porcorum gerunt.Dæmones ergo exauditi ſunt,Apoſtolus nõ ex
auditur. An potius quod uerius eſt dicimus, imò Apoſtolus exauditus eſt:dæmones non
ſunt exauditi.Illorum uoluntas facta eſt,huius ſanitas perfecta eſt.Secundũ hoc intelligere
debemus,quia deus &ſi uoluntati noſtræ nõ dat, ſaluti dat.Quid ſi enim hoc petieris quod
tibi obeſt,& medicus nouit quia obeſt tibi,non enim te exaudiat medicus,quando forte tu
frigidam aquam petis:& ſi prodeſt,ſtatim dat,ſi non prodeſt, non dat:nõ exaudiuit,an po
tius ad ſanitatem exaudiuit, quia uoluntati contradixit? Sit ergo in uobis charitas fratres,
ſit in uobis,& ſecuri eſtote:& quando non uobis datur quod petitis,exaudimini,ſed nõ ſci
tis. Multi dati ſunt in manus ſuas malo ſuo, de quibus dicit Apoſtolus, Tradidit eos deus Rom.1
in deſideria cordis eorum.Petit aliquis magnam pecuniam,accipit malo ſuo:quando illam
non habebat,parum timebat:habere illam cœpit,præda factus eſt potẽtiori.Nónne malo
ſuo exauditus eſt, qui uoluit habere unde à latrone quæreretur,quẽ pauperem nemo quæ
rebat? Diſcite rogare deum, ut medico cõmittatis,quod ipſe nouit faciat. Tu morbum con
fitearis,ille medicamẽtum adhibeat. Tu tantũ charitatem tene, nã ſi ille ſecare te uult,urere
te uult:tu ſi clamas & non exaudiris in uſtione & tribulatione, nouit ille quouſq; putre eſt.
Tu iam uis reuocet manus,& ille uulneris ſinum attendit,ſcit quouſq; perueniat,non te ex
audit ad uoluntatem, ſed exaudit ad ſalutem.Certi eſtote fratres mei, quia quod ait Apo
ſtolus uerũ eſt, Quid enim oremus, ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro Rom.8
nobis gemitibus inenarrabilibus,quia ipſe interpellat pro ſanctis.Quid eſt,ipſe ſpiritus in
terpellat pro ſanctis, niſi ipſa charitas quæ in te per ſpiritũ facta eſt? ideo enim dicit idem
Apoſtolus, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt Rom.5
nobis:charitas ipſa gemit, charitas ipſa orat:contra hanc aures claudere nõ nouit qui illam
dedit:ſecurus eſto, charitas roget,& ibi ſunt aures dei:nõ fit quod uis,ſed fit quod tibi expe

N dit:

dit:ergo quicquid poſtulauerimus,nunquid accipiemus ab eo? Iam dixi,ſi ad ſalutem intel C
ligas,nulla quæſtio eſt: ſi non ad ſalutem, quæſtio eſt magna, quæ te calumniatorem facit
Paulo apoſtolo, Quicquid poſtulauerimus accipiemus ab eo,quia mãdata eius ſeruamus,
& quæ placẽt illi in cõſpectu eius facimus:in cõſpectu eius,intus ubi uidet.Et quæ illa man/
data ſunt? Hoc eſt,inquit, mandatum illius ut credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti,
& diligamus inuicem.) Videtis quia hoc eſt mandatũ:uidetis quia contra hoc mandatum
qui facit,peccatũ facit, quo caret omnis qui natus eſt ex deo. Sicut dedit nobis mãdatum
ut diligamus inuicem,& qui ſeruauerit mandatũ eius.) Videtis quia nihil aliud nobis præ/
cipitur,niſi ut diligamus inuicem. Et qui ſeruauerit mãdatum eius,in ipſo manebit,& ipſe
in eo:& in hoc cognoſcimus quia manet in nobis de ſpiritu quem dedit nobis.)Nónne ma
nifeſtũ eſt,quia hoc agit ſpirituſſanctus in homine,ut ſit in illo dilectio & charitas? Nónne
Rom,5 manifeſtum eſt quod ait Apoſtolus, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiri/
tumſanctum qui datus eſt nobis? De charitate enim loquebatur & dicebat,quia in conſpe
ctu dei debemus interrogare cor noſtrum. Quòd ſi non male ſenſerit cor noſtrum,id eſt,ſi
confiteatur quia de dilectione fratris fit quicquid fit,in bono opere fit.Acceſſit etiã quod de
mandato cum diceret, hoc ait, hoc eſt mãdatum eius,ut credamus in nomine filij eius Ieſu
Chriſti,& diligamus inuicem:& qui facit mandatum eius, in ipſo manet,& ille in eo.In hoc
cognoſcimus quia manet in nobis,de ſpiritu quem dedit nobis. Si enim inueneris te habe/
re charitatẽ,habes ſpiritum dei ad intelligendum:ualde enim neceſſaria res eſt.Primis tem/
poribus cadebat ſuper credẽtes ſpirituſſanctus,& loquebantur linguis quas nõ didicerant,
quomodo ſpiritus dabat eis pronunciare.Signa erãt tempore opportuno,oportebat enim
ita ſignificari in omnibus linguis ſpiritumſanctum, quia euãgelium dei per omnes linguas
curſurum erat toto orbe terrarum:ſignificatum eſt illud & tranſijt. Nũquid modo quibus
imponitur manus ut accipiant ſpiritumſanctum,hoc expectatur ut linguis loquantur? Aut
quando impoſuimus manum iſtis infantibus,attendit unuſquiſq; ueſtrum utrũ linguis lo/ D
querentur? Et cum uideret eos linguis non loqui,ita peruerſo corde aliquis ueſtrum fuit ut
diceret:non acceperunt iſti ſpiritumſanctum,nã ſi accepiſſent,linguis loquerentur quemad/
modum tunc factum eſt? Si ergo per hæc miracula non fiat modo teſtimoniũ præſentiæ
ſpirituſſancti, unde fit, unde cognoſcit quiſq; accepiſſe ſpiritũſanctum? Interroget cor ſuũ
ſi diligit fratrem,manet ſpiritus dei in illo:uideat, probet ſeipſum coram oculis dei:uideat ſi
eſt in illo dilectio pacis unitatis,dilectio eccleſiæ toto terrarum orbe diffuſæ.Non attendat
eum ſolum diligere fratrem quem attendit ante ſe: multos enim non uidemus fratres no/
ſtros, & in unitate ſpiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiſcum non ſunt? In uno
corpore ſumus,unum caput habemus in cœlo.Fratres,oculi noſtri non ſe uident,quaſi non
ſe norunt,an in charitate compaginis corporalis norunt ſe? Nam,ut nouerit,quia in con/
iunctione charitatis ſe nouerunt,quando ambo patent, nõ licet ut aliquid attendat dexter,
quod non attendat ſiniſter.Dirige radium dextrum ſine altero ſi potes,ſimul coëunt,ſimul
dirigunt,intẽtio una eſt,loca diuerſa ſunt.Si ergo omnis qui tecum diligit deum, unã inten
tionem tecum habet,nolo attẽdere quia corpore in loco ſeparatus eſt, aciem cordis ſimul fi
xiſtis in lumine ueritatis. Ergo ſi uis noſſe quia accepiſti ſpiritumſanctũ,interroga cor tuũ,
ne forte cũ ſacramẽtum habes, uirtutem ſacramẽti nõ habeas, Interroga cor tuum,ſi eſt ibi
dilectio fratris ſecurus eſto. Non poteſt eſſe dilectio ſine ſpiritu dei, quia Paulus clamat,
cap.IIII Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ qui datus eſt nobis. Dile/
ctiſſimi, nolite omni ſpiritui credere.) quia dixerat,in hoc cognoſcimus quia manet in no/
bis, de ſpiritu quẽ dedit nobis:unde autẽ cognoſcitur ipſe ſpiritus,attendite, Dilectiſſimi,
nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt.) Quis eſt q probat ſpiritus?
Difficilem rem nobis propoſuit fratres mei:bonum eſt nobis ut dicat ipſe unde diſcerna/
mus,dicturus eſt ne formidetis, ſed primo uidete, attẽdite. Videte hinc exprimi illud,unde
uani hæretici calumniantur:attendite,uidete quid ait, Dilectiſſimi, nolite omni ſpiritui cre/
dere,

A dere,ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. Spũſſanctus nomine aquæ appellatus eſt in euan/
gelio,domino clamãte & dicẽte,Si quis ſitit,ueniat ad me & bibat,qui credit in me,flumina Ioan.7
aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Euãgeliſta autem expoſuit unde diceret,ſecutus enim ait,
Hoc autem dicebat de ſpiritu quẽ accepturi erant qui in eũ erant crediturí:quare nõ multos
baptizabat dominus.Sed quod ſequitur attendite,Spíritus autem nõdum erat datus,quia
Ieſus nondum fuerat glorificatus. Quia ergo illi baptiſmum habebãt,& ſpiritumſanctum
nondum acceperant,quem die pentecoſtes miſit dominus de cœlo,ut daretur ſpíritus,expe
ctabatur glorificatio domini. Et anteq̃ clarificaretur, & anteq̃ mitteret eum, inuitabat ta/
men homines,ut ſe præpararent ad accipiendam aquam,de qua dixit,qui ſitit,ueniat & bi/
bat,& qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluẽt de uentre eius.Quid eſt illa aqua? Nemo
me interroget, euangelium interroga, hoc autẽ dicebat,ait, de ſpiritu quem accepturi erant
hi qui in eũ erãt crediturí.Aliud eſt ergo aqua ſacramẽti,aliud aqua quæ ſignificat ſpiritum
dei.Aqua ſacramenti uiſibilis eſt,aqua ſpíritus inuiſibilis eſt:iſta abluit corpus, & ſignificat
quod fit in anima,per illũ ſpiritũ ipſa anima mũdatur & ſaginatur.Ipſe eſt ſpíritus dei,quẽ
non poſſunt habere hæretici,& quicunq; ſe ab eccleſia præcidũt.Et quicunq; nõ aperte præ/
ciduntur,ſed per iniquitatẽ præciſi ſunt,& intus tanq̃ palea uoluũtur,& grana nõ ſunt,non
habent iſtũ ſpíritum.Iſte ſpíritus nomine aquæ à dño ſignificatus eſt,& audiuimus ab hac
epiſtola,Nolite omni ſpiritui credere : atteſtãtur illa uerba Salomonis,Ab aqua aliena ab/ Prouerb.5
ſtinete.Quid eſt aqua? Spíritus.Nunquid ſemper aqua ſpiritũ ſignificat? non ſemper.Qui/
buſdam locis ſpiritũ ſignificat, quibuſdã locis baptiſmũ ſignificat, quibuſdã locis populos
ſignificat,quibuſdã locis conſiliũ ſignificat.Habes quodã loco dictum,Fons uitæ conſiliũm Prouerb.16
poſſidentibus eum:ergo per diuerſa loca ſcripturarũ nomen aquæ diuerſa ſignificat. Nunc
tamen in nomine aquæ ſpiritumſanctũ audiſtis,non ex interpretatione noſtra,ſed ex euan
gelica,ubi ait, Hoc autẽ dicebat de ſpiritu quẽ erant accepturi hi qui in eum erant crediturí.
B Si ergo aquæ nomine ſignificatur ſpirituſſanctus , & dicit nobis epiſtola ſua , nolite omni
ſpiritui credere,ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt,intelligamus inde dictũ eſſe,ab aqua alie
na abſtinete,& de fonte alieno ne biberis.Quid eſt de fonte alieno ne biberis? Spiritui alie
no ne credideris , Reſtat ergo examen unde probetur quia ſpiritus dei eſt. Poſuit quidẽm
ſignum,& hoc fortaſſe difficile. Videamus tamen,ad illam charitatem redituri ſumus.Ipſa
eſt quæ nos docet , quia ipſa eſt unctio:tamen hic quid ait? Probate ſpiritus ſi ex deo ſunt.
Quia multi pſeudoprophetæ exierunt in iſtum mundum.) Iam ibi ſunt omnes hæretici
& omnes ſchiſmatici.Quomodo ergo probabo ſpiritum? ſequitur, In hoc cognoſcitur ſpi
ritus dei.) Erigite aures cordis:laborabamus & dicebamus,Quis nouit? quis diſcernit? ecce
dicturus eſt ſignum, In hoc cognoſcitur ſpiritus dei, omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum
Chriſtum in carne ueniſſe ex deo eſt. Et omnis ſpiritus qui nõ confitetur Ieſum Chriſtum
in carne ueniſſe,nõ eſt ex deo.Et hic eſt antichriſtus,de quo audiſtis q̃ uenturus ſit,& nunc
in iſto mundo eſt.) Quaſi eriguntur aures ad diſcernendos ſpiritus, & tale quiddam audi/
uimus unde nihilominus non diſcernamus:quid enim ait,Omnis ſpíritus qui confitetur Ie
ſum Chriſtum in carne ueniſſe , ex deo eſt ? quia confitentur Ieſum Chriſtum in carne ue/
niſſe.Iam hic crigunt ſe forte aduerſum nos & dicunt,uos non habetis ſpíritum ex deo,ſed
& nos confitemur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe : iſte autẽ illos negauit ſpíritum dei ha/
bere, qui non confitentur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe. Quære ab Arianis,confitentur
Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe.Quære ab Eunomianis,confitẽtur Ieſum Chriſtum in car
ne ueniſſe.Quære à Macedonianis,confitentur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe.Interroga
Cataphrygas,confitentur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe. Interroga Nouatianos,confi/
tentur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe:omnes ergo iſtæ hæreſes ſpíritum dei habent,non
ergo pſeudoprophetæ ſunt? nulla eſt ergo ibi deceptio , nulla ſeductio? Certe antichriſti
ſunt, qui ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Quid ergo facimus,unde diſcernimus?
Intendite,eamus ſimul corde, & pulſemus. Vigilat ipſa charitas, quia ibi pulſatura eſt,ipſa

apertura, modo intelligetis in nomine domini nostri Iesu Christi: iam superius audistis, C
quia dictū est, Qui negat Iesum Christum in carne uenisse, hic est antichristus. Et ibi quæsi
uimus, quis neget, quia nec nos negamus, nec illi negant. Et inuenimus quosdam factis ne-
Ad Titum 1 gare, & adhibuimus testimonium de Apostolo, qui ait, Confitētur enim se nosse deum, fa
ctis autem negant. Sic ergo & modo quæramus in factis, non lingua, quis est spiritus qui
nō est ex deo, qui negat Iesum Christum in carne uenisse: & quis est spiritus qui est ex deo,
qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse? Eia fratres, opera attendamus, non strepi
tum linguæ. Quæramus quare uenerit in carne Christus, & inueniemus qui eum negant in
carne uenisse. Nam si linguis attendas, multas hæreses auditurus es cōfitentes Christum in
carne uenisse: sed conuincit illos ueritas. Quare uenit Christus in carne? Nónne deus erat?
Ioan. 1 Nónne de illo dictū est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat
uerbū? Nónne pascebat angelos, & ipse pascit angelos? Nónne sic uenit ut inde non disce
deret? Nónne sic ascendit ut nos non dimitteret? Quare uenit ergo in carne? Quia oporte
bat nobis ostendi spem resurrectionis. Deus erat, & in carne uenit: deus enim mori non
poterat, caro poterat, ideo ergo uenit in carne ut moreretur pro nobis. Quemadmodum
Ioan. 15 autem mortuus est pro nobis? Maiorem hac charitatem nemo habet, cp̄ ut animam suam
ponat pro amicis suis. Charitas ergo illum duxit ad carnem. Quisquis ergo non habet cha
ritatem, negat Christum in carne uenisse. Nunc iam interroga omnes hæreticos, Christus
uenit in carne? Venit, hoc credo, hoc profiteor. Imò hoc negas. Vnde nego? Audis quia hoc
dico, imò ego conuinco quia negas. Dicis uoce, negas corde, dicis uerbo, negas factis. Quo-
modo, inquis, nego factis? Quia ideo uenit in carne Christus ut moreretur pro nobis. Ideo
mortuus est pro nobis, quia charitatem multam docuit: Maiorem hac charitatem nemo
habet, cp̄ ut animam suam ponat pro amicis suis. Tu nō habes charitatem, quia pro hono
re tuo diuidis unitatem. Ergo hunc intelligite spiritum ex deo, pulsate, tangite uasa fictilia,
ne forte crepuerint & male resonēt. Videte si integre sonant, uidete si ibi est charitas. Tollis D
te ab unitate orbis terrarum, diuidis ecclesiam per schismata, dilanias corpus Christi. Ille
uenit in carne ut colligat, tu ideo clamas ut spargas. Ergo ipse est spiritus dei q̄ dicit Iesum
in carne uenisse: qui dicit non lingua, sed factis, qui dicit non sonando, sed amando. Ille au
tem non est spiritus dei qui negat Iesum in carne uenisse: negat & ipse non lingua, sed uita,
nō uerbis sed factis. Manifestum ergo unde agnoscamus fratres. Multi intus quasi intus,
nemo autem foris, nisi uere foris, adeo ut noueritis quia ad facta retulit. Et omnis spiritus
ait, qui soluit Christum nō est ex deo. Soluere factis intelligitur. Quid tibi ostēdit qui negat
quia dixit, soluit? Ille uenit colligere, tu uenis soluere. Distringere uis mēbra Christi. Quo-
modo nō negas Christum in carne uenisse, qui dirumpis ecclesiam quam ille cōgregauit?
Contra Christum ergo uenis, antichristus es. Intus sis, foris sis, antichristus es. Sed quando
intus es, lates: quādo foris es, manifestaris. Soluis Iesum, & negas eum in carne uenisse, non
Matth. 5 es ex deo: ideo dicit in euangelio, Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docue-
rit sic, minimus uocabitur in regno cœlorum. Quid est soluitur? Quid est docetur? Soluī-
tur factis, & docetur quasi uerbis. Qui prædicas non furandū, furaris? Soluit ergo in facto
qui furatur, & quasi docet sic, minimus uocabitur in regno cœlorum, id est, in ecclesia huius
Matth. 23 temporis: de illo dictum est, Quæ dicūt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Qui autem
fecerit, & sic docuerit, magnus uocabitur in regno cœlorum: ex eo quod dixit hic, fecerit: con
tra hoc ibi dixit, soluerit, id est, non fecerit, & docuerit sic: ille ergo soluit, qui nō facit. Quid
nos docet, nisi ut facta interrogemus, non uerba credamus? Obscuritas rerum multa nos
cogit dicere, maxime ut illud quod dominus reuelare dignatur, etiam ad tardiores fratres
perueniat, quia omnes Christi sanguine comparati sunt. Et uereor ne ipsa epistola istis
diebus sicut promiseram nō finiatur: sed quod domino placet, melius est seruare reliquias,
quàm onerare corda nimio cibo.

A De eo quod Ioannes dicit, Iam uos ex deo estis filioli & uicistis eum, quia maior
est qui est in uobis, cp̄ qui in hoc mundo, usq; ad id, Ita deus dilexit nos, debe-
mus & nos inuicem diligere. Tractatus VII

MVNDVS iste omnibus fidelibus quærentibus patriam sic est, quomodo fuit
eremus populo Israël. Errabant quidem adhuc, & patriam quærebāt, sed duce
domino errare non poterant, uia illis fuit uisio domini. Nam ubi per quadra-
ginta annos circumierunt, paucissimis mansionibus conficitur iter ipsum, &
notum est omnibus. Tardabantur, quia exercebantur, non quia deserebantur. Quod ergo
nobis promittit deus, ineffabilis dulcedo est, & bonum, sicut scriptura dicit, & sæpe nobis
commemorantibus audistis, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis 1. Cor. 2
ascendit. Laboribus autem temporalibus exercemur, & tentationibus uitæ præsentis erudi
mur. Sed si nō uultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem, fons est quem uoluit domi-
nus hic ponere, ne deficiamus in uia, & abundantius cum bibemus cum ad patriam ueneri
mus. Modò euāgelium lectū est, ut de ipsis uerbis quibus lectio terminata est dicam, quid
aliud nisi de charitate audistis? Quandoquidem pactum fecimus cum domino nostro in
oratione, ut si uolumus dimittat nobis peccata nostra, dimittamus & nos peccata quæ in
nobis fuerint commissa. Non autē dimittit nisi charitas: tolle charitatem de corde, odium
tenet, ignoscere non nouit. Sit ibi charitas, secura ignoscit quæ non angustatur. Epistola au-
tem ista tota quam suscepimus tractandam uobiscum, uidete si aliud aliquid commendat
cp̄ ipsam unā charitatem. Nec timendum est, ne sæpe dicendo in odium ueniat: quid enim
amatur, si charitas in odium uenit? Quia charitate fit, ut cætera bene amentur, ipsa quomo-
do amanda est? Res ergo quæ nuncp̄ debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Iam
uos, inquit, ex deo estis filioli, & uicistis eum.) Quem, nisi antichristum? superius enim dixe
rat, Omnis qui soluit Iesum Christum, & negat eum in carne uenisse, non est ex deo. Expo-
B suimus autē si meministis, quia omnes negant Iesum Christum in carne uenisse qui uiolāt
charitatem. Iesus enim non opus erat ut ueniret, nisi propter charitatem. Charitas enim no
bis illa commendatur, quàm & ipse in euangelio commendat. Maiorem hac dilectionem
nemo habet, cp̄ ut animā suā ponat pro amicis suis. Quomodo poterat filius dei animam
suam ponere pro nobis, nisi carne indueretur ubi mori posset? Quisquis uiolat charitatem
quodlibet dicat de lingua, uita ipsius negat Christū in carne uenisse, & iste est antichristus
ubicunq; fuerit, quocunq; intrauerit. Sed quid dicit eis qui ciues sunt illius patriæ cui suspi-
ramus? Vicistis eum. Et unde uicerūt? Quia maior est qui est in uobis, cp̄ qui in hoc mun
do.) Ne uictoriam suis uiribus tribuerent, & arrogantia superbiæ uincerentur: quencunq;
enim diabolus superbum fecerit, uincit, uolens eos seruare humilitatem, quid ait? Vicistis
eum. Iam omnis homo qui audit, uicistis, erigit caput, erigit ceruicē, laudari se uult. Noli te
extollere, uide quis in te uicit. Quare uicisti? Quia maior est qui est in nobis, cp̄ qui in hoc
mundo. Ergo humilis portā dominum tuū, esto iumētum sessoris tui. Bonū tibi est ut ipse
regat, & ipse ducat: nam si ipsum sessorem non habueris, ceruicem erigere potes, calces po-
tes mittere, sed uæ tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Hi
de mundo sunt.) Qui? Antichristi. Iam audistis qui sint. Et si nō estis, cognoscitis eos. Quis-
quis autem hoc est, non cognoscit. Hi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mun
dus eos audit.) Qui sunt qui de mūdo loquuntur? Attendite contra charitatē: ecce audistis
dominum dicentem, Si dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis & pater uester cœle- Matth. 6
stis peccata uestra: si autem non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.
Sententia est ueritatis, aut si non ueritas loquitur, contradic. Si Christianus es & in Chri-
stum credis, ipse dixit, Ego sum uēritas: sententia est ista, uera est, firma est. Iam audi homi Ioan. 14
nes de mundo loquētes, Et non te uindicaturus es? & dicturus est ille, quia fecit tibi, imò sen
tiat quia cum uiro rem habet. Quotidie dicuntur ista, de mundo loquuntur qui ista dicunt,
& mundus eos audit, nec dicūt ista nisi qui diligunt mundū, necp̄ audiuntur ista nisi ab his

qui diligunt mundum. Et qui diligit mundum, & negligit charitatem,audistis quia negat C
Iesum in carne uenisse. Aut si fecit illud in carne ipse dominus? Si cū expalmaretur,uoluit se uindicari? Si cū in cruce penderet,non dixit,Pater iguosce illis,quia nesciūt quid faciunt? Si autē ista qui potestatem habebat,tu quid minaris, quid sufflas in potestate aliena cōstitutus? Ille quia uoluit mortuus est,& nō minabatur,tu nescis quando moriaris & minaris?

Nos ex deo sumus.) Videamus quare? Videte si propter aliud cꝫ propter charitatē.Nos ex deo sumus. Qui nouit deū, audit nos:qui non est ex deo,non nos audit.Ex hoc cognoscimus spiritum ueritatis & erroris.) Quia qui audit nos,spiritum habet ueritatis:qui nō audit nos,spiritum habet erroris. Videamus quid monet, & audiamus eum potius in spiritu ueritatis monentem,non antichristos,non amatores mundi, non mundum.Si ex deo nati sumus:sequitur,supra uidete quid,nos ex deo sumus.Qui nouit deum audit nos,qui nō est ex deo,non nos audit: ex hoc cognoscitur spiritus ueritatis & erroris.Iam ergo intētos nos fecit, quia qui nouit deum ipse audit:qui autem non nouit,nō audit.Et hæc discretio est spiritus ueritatis & erroris. Videamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus.

Dilectissimi diligamus inuicem.) Quare? Quia homo monet. Et dilectio ex deo est.) Multum commendauit dilectionem, quia dixit ex deo est. Plus dicturus est,intendite,audiamus,modo dixit, Dilectio ex deo est, & omnis qui diligit, ex deo natus est,& cognouit deum:qui non diligit,nō nouit deum.) Quare? Quia deus dilectio est.)Quid amplius dici potuit fratres? Si nihil de laude dilectionis diceretur per omnes istas paginas huius epistolæ,si nihil omnino per cæteras paginas scripturarum,& hoc solum unum audiremus de uoce spiritus dei, quia deus dilectio est: iam uidete,quia facere cōtra dilectionem,facere contra deum est.Nemo dicat,in hominem pecco,ꝙ non diligo fratrem meum. Intēdite,& facile est peccatum in hominem,in deum solū nō peccem. Quomodo non peccas in deum, quando in dilectionem peccas? Deus dilectio est.Nūquid nos dicimus? Si nos diceremus, deus dilectio est , forte scandalizaretur aliquis ex nobis & diceret, quid dixit, quid uoluit D
dicere, quia deus dilectio est? Dedit dilectionem deus,donauit dilectionem deus. Ex deo est dilectio,deus dilectio est:ecce habetis fratres scripturas dei,canonica est ista epistola:per omnes gentes recitatur orbis terræ,autoritate tenetur, orbem terrarum ipsa ædificauit.Audis hic ab spiritu dei, deus dilectio est.Iam si audes, fac cōtra deum,& noli diligere fratrem tuum. Quomodo ergo iam dudum dilectio ex deo est, & modo ergo dilectio deus est? Etem̄ deus pater & filius & spiritussanctus.Filius deus ex deo,spiritussanctus deus ex deo: & hi tres unus deus,non tres dij.Si filius deus,& spiritussanctus deus, & ille diligit in quo habitat spiritussanctus,ergo dilectio deus est : sed deus,quia ex deo,utrunꝙ enim habes in epistola:& dilectio ex deo est, & dilectio deus est.De solo patre scriptura non nouit dicere, quia ex deo:cum aūt audis ex deo,aut filius intelligitur,aut spiritussanctus:quia uero dicit
Rom.5 Apostolus,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis,intelligamus in dilectione spiritumsanctum esse. Ipse enim spiritussanctus quē non
Prouerb.5 possunt accipere mali,ipse est ille fons,de quo dicit scriptura, Fons aquæ tuæ sit tibi proprius,& nemo alienus communicet tibi. Omnes enim qui non diligunt deum,alieni sunt,anti christi sunt.Et quamuis intrent basilicas, non possunt numerari inter filios dei:non ad illos pertinet fons ille uitæ. Et habere baptismū & malus esse potest,habere prophetiā & malus
1.Reg.19 esse potest.Inuenimus Saulem regē habuisse prophetiam,persequebatur sanctū Dauid,& impletus est spiritu prophetiæ , & prophetare cœpit. Accipere sacramentū corporis & san-
1.Cor.11 guinis domini,& malus esse potest:nā de talibus dictū est,Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi māducat & bibit.Habere nomen Christi,& malus esse potest,id est Christianus uocari,& malus esse potest:de quibus dictū est, Polluebāt nomen dei sui:ergo habere sacramenta ista omnia,& malus esse potest,habere autē charitatē & malus esse non potest: hoc est ergo propriū donū, ipse est singularis fons, ad hunc bibendū uos hortatur spiritus dei,ad se bibendū uos hortatur spiritus dei. In hoc manifestata est dilectio dei in nobis.)

Ecce

A Ecce ut diligamus deum,hortationem habemus.Possemus illum diligere,nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandum,non simus pigri ad redamandum:prior amauit nos, nec sic nos amamus: iniquos amauit, sed iniquitates soluit:iniquos amauit,sed non ad iniquitates cōgregauit:ægrotos amauit,sed sanandos uisitauit.Deus ergo dilectio est.In hoc manifestata est dilectio dei in nobis: Quia filium suū unigenitum misit in hūc mundum, ut uiuamus per ipsum.) Quomodo ipse dominus ait, Maiorem dilectionem nemo potest Ioan.15
habere,cꝫ ut animā suam ponat pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nos, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris unde probata est in nobis? Quia filium suum
Rom.8 unicum misit mori pro nobis:sic & Paulus apostolus dicit, Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum:quomodo nō & cum illo omnia nobis donauit? Ecce Christum tradidit pater,& tradidit Iudas:nunquid non quasi simile factum uidetur? Traditor Iudas,ergo traditor est & deus pater? Absit,inquis. Nō dico,sed Apostolus dicit,qui filio proprio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Et pater illū tradidit,& ipse
Gal.2 se tradidit:ait idē Apostolus,Qui me dilexit,& tradidit semetipsum pro me. Si pater tradidit filiū, & tradidit seipsum filius, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre,facta est traditio à filio,facta est traditio à Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit patrē tradentem filium,seipsum filiū tradentem,& Iudam discipulū tradētem magistrum suum? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, fecit aūt hoc Iudas in proditione. Videtis quia nō quid faciat homo consyderandū est, sed quo animo & uolūtate faciat. In eodē facto inuenimus deum patrem,in quo inuenimus Iudā,patrem benedicimus,Iudam detestamur.Quare patrem benedicimus,Iudam detestamur? Benedicimus charitatem,detestamur iniquitatem. Quantū enim præstitum est generi humano tradito Christo, nūquid hoc cogitauit Iudas ut traderet? Deus cogitauit salutem nostrā qua redempti sumus,Iudas cogitauit precium quo uendidit dominū: filius ipse cogitauit precium quod dedit pro nobis,Iudas cogitauit
B precium quod accepit ut uenderet. Diuersa ergo intentio diuersa facta fecit: cū sit una res, ex diuersis eam intētionibus si metiamur,unū amandum,alterū damnādum,unum glorificandum,alterum detestandū inuenimus.Tantum ualet charitas,uidete quia sola discernit, uidete quia facta hominū sola distinguit:hoc diximus in similibus factis.In diuersis factis, inuenimus fœuientem hominem factum de charitate, & blandum factum de iniquitate. Puerum cædit pater, & mango blāditur. Si duas res proponas,plagas & blandimēta,quis non eligat blandimenta,& fugiat plagas? Si personas attēdas,charitas cædit,blanditur iniquitas. Videte quid commēdamus,quia nō discernūtur facta hominum, nisi de radice charitatis:nā multa fieri possunt quæ speciem habent bonā, & nō procedunt de radice charitatis,habent enim & spinæ flores : quædā uero uidentur aspera , uidētur truculenta,sed fiunt
Deut.6 ad disciplinam dictante charitate. Semel ergo breue præceptum tibi præcipitur,Dilige,& quod uis fac: siue taceas,dilectione taceas : siue clames,dilectione clames: siue emendes,dilectione emendes : siue parcas,dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis,non potest de ista radice nisi bonum existere. In hoc est dilectio, in hoc manifestata est dilectio dei in nobis, quia deus filium suum misit unigenitum in hunc mundum,ut uiuamus per ipsum.

In hoc est dilectio,non quia nos dileximus , sed quia ipse dilexit nos.) Non illum dilexi-
mus prius, nam ad hoc nos dilexit,ut diligamus eum. Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris.) Litatorem , sacrificatorem. Sacrificauit pro peccatis nostris. Vbi inuenit hostiam? Vbi inuenit uictimam, quā puram uolebat offerre? Aliud non inuenit,seipsum obtulit. Ita deus dilexit nos,debemus & nos inuicem diligere.) Petre amas me? Et ille dixit, Amo. Pasce oues meas. Deum nemo uidit unquam, res est inuisibilis, non oculo, sed corde quærendus est. Sed quemadmodum si solem istum uidere uellemus, oculum corporis purgaremus unde uideri lux potest:uolētes uidere deum,oculum quo deus uideri potest purgemus.Et ubi est iste oculus? Audi euangelium,Beati mundo corde , quoniam ipsi Matth.5
deum uidebunt.Sed nemo sibi pro concupiscentia oculorum cogitet deum.Facit enim sibi

aut ingẽtem formã,aut magnitudinem aliquã inæſtimabilem,diſtẽdit per loca uelut lucem C
iſtam quã uidet his oculis, auget per campos quantũ poteſt,aut facit ſibi aliquẽ quaſi uenerabilis formæ ſenem.Nihil horũ cogites.Eſt quod cogites,ſi uis uidere deum,deus dilectio eſt.Qualem faciẽ habet dilectio? Qualem formã habet? Qualẽ ſtaturã habet? Quales pedes habet? Quales manus habet? Nemo poteſt dicere.Habet tamen pedes,nã ipſi ducunt ad eccleſiam:habet manus, nam ipſæ pauperi porrigũt:habet oculos,nam inde intelligitur
Pſal.40 ille qui eget : Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.Habet aures,de quibus dicit
Luc.8 dominus,Qui habet aures audiendi audiat. Nõ ſunt enim membra diſtincta per loca,ſed intellectu totũ ſimul uidet. Qui habes charitatem,habita & inhabitaberis, mane & manebitur in te.Quid enim fratres mei? Quis amat quod non uidet? Quare autẽ quãdo laudatur charitas,erigimini,acclamatis, laudatis? Quid uobis oſtendi? Aliquos colores protuli? Aurum & argentum propoſui? Gemmas de theſauris effudi? Quid tale oſtendi oculis ueſtris? Nunquid facies mea mutata eſt cum loquor? Carnem gero, ipſa forma ſum in qua præceſſi. In ipſa forma eſtis in qua ueniſtis, laudatur charitas & clamatis,certe nihil uidetis.Sed quomodo uobis placet quando laudatis,ſic uobis placeat ut in corde ſeruetis.Intendite enim quid dicã fratres,exhortor uos quantum dat dominus, ad magnum theſaurum. Si uobis oſtẽderetur aliquod uaſculũ anaglyptũ,inauratũ, operoſe factũ,& illiceret oculos ueſtros,& duceret in ſe intentionẽ cordis ueſtri, & placeret uobis manus artificis,& pondus argenti,& ſplendor metalli:nónne unuſquiſq; ueſtrum diceret,ô ſi haberẽ uaſculum iſtud? Et ſine cauſa diceretis, in poteſtate enim ueſtra nõ erat:aut ſi quiſq; uellet habere,cogitaret illud de domo aliena furari.Laudatur charitas uobis.Habete,poſſidete,nõ opus eſt ut furtum alicui faciatis,nõ opus eſt ut emere cogitetis, gratis conſtat,tenete eam,amplectimini eam, dulcius illa nihil eſt. Si cum cõmemoratur talis eſt, cũ habetur qualis eſt? Si qui forte uultis ſeruare charitatẽ fratres,ante omnia ne putetis abiectam & deſidioſam,nec quadam manſuetudine, imò non manſuetudine, ſed remiſſione & negligentia ſeruari charitatem. D
23.q.5.c,nõ putes Non ſic ſeruatur.Non putes tunc te amare ſeruum tuum,quando cũ non cædis:aut tunc te amare filium tuũ,quando ei nõ das diſciplinã:aut tunc te amare uicinũ tuum,quando eum non corripis : non eſt iſta charitas,ſed languor.Ferueat charitas ad corripiẽdum,ad emendandũ:ſi ſunt boni mores,delectent:ſi ſunt mali,emendentur,corrigantur.Noli in homine amare errorem,ſed hominẽ:hominem enim deus fecit, errorẽ ipſius homo fecit.Ama illud quod deus fecit,noli amare quod ipſe homo fecit.Cum illud amas,illud tollis : cũ illud diligis,illud emẽdas.Sed & ſi ſæuis aliquando propter correctionem dilectionis,propterea de colũba demonſtrata eſt charitas,quæ uenit ſuper dominũ.Species illa colũbæ in qua uenit ſpũſſanctus,in quo nobis charitas infunderetur. Quare hoc? Fel colũba non habet,tamen roſtro & pennis pro nido pugnat,ſine amaritudine ſæuit.Hoc facit & pater quando filium caſtigat, ſed ad diſciplinã caſtigat, ſicut dixi.Seductor ut uendat cũ amaritudine blãditur, pater ut corrigat,ſine felle caſtigat.Tales eſtote ad omnes.Videte fratres,magnũ documentum, magna regula, unuſquiſq; habet filios aut habere uult, aut ſi omnino decreuit filios non habere carnaliter,uel ſpiritaliter cupit habere.Quis eſt pater qui non corrigit filiũ ſuũ? Quis eſt cui non det diſciplinã pater? Et tamen ſæuire uidetur.Amor ſæuit,charitas ſæuit. Sæuit,quomodo? Sine felle more columbino,non coruino.Vnde uenit in mentem fratres mei dicere uobis, quia illi uiolatores charitatis ſchiſma fecerunt : quomodo oderant ipſam charitatẽ,ſic oderunt & columbã: ſed cõuincit illos colũba,procedit de cœlo,aperiũtur cœli,
Ioan.1 & manet ſup caput dñi.Vt quid hoc? ut audiat,Hic eſt qui baptizat. Recedite prædones, recedite inuaſores poſſeſſionis Chriſti. In poſſeſſionibus ueſtris, ubi dominari uultis, titulos potẽtis auſi eſtis infringere? Cognoſcit ille titulos ſuos,uendicat ſibi poſſeſſionem ſuam. Non delet titulos, ſed intrat & poſſidet:ſic ad catholicam uenienti,non deletur baptiſmus, ne titulus imperatoris deleatur.Sed qd fit in catholica? Agnoſcitur titulus,intrat poſſeſſor ſub titulis ſuis,quò intrabat prædo ſub titulis alienis.

A De eo quod Ioannes dicit, Deum nemo uidit unq;. Videte dilectiſſimi ſi diligamus inuicem, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis, uſq; ad id,Deus dilectio eſt, & qui manet in dilectione in deo manet,& deus in eo.

Tractatus VIII.

DILECTIO dulce uerbum eſt, ſed dulcius factum:ſemper de illa loqui nõ poſſumus.Multa enim agimus,& diuerſæ actiones diſtendunt nos,ut nõ uacet linguæ noſtræ ſemper de dilectione loqui, nam nihil melius ageret lingua noſtra. Sed de qua ſemper loqui non licet, ſemper eam cuſtodire licet, ſicut nunc quod cantauimus,alleluia:nunqd ſemper hoc facimus? Vix unius horæ nõ toto ſpacio,ſed parua particula cantamus alleluia, & uacamus ad aliud. Eſt autem alleluia, ſicut iam noſtis, laudate dominum.Qui deũ laudat lingua, non ſemper poteſt:qui moribus deum laudat,ſemper poteſt.Opera miſericordiæ,affectus charitatis, ſanctitas pietatis,incorruptio caſtitatis, modeſtia ſobrietatis,ſemper hæc tenẽda ſunt,ſiue cũ in publico ſumus,ſiue cũ in domo,ſiue ante homines,ſiue in cubiculo,ſiue loquẽtes,ſiue tacentes,ſiue aliquid agẽtes,ſiue cantantes, ſemper hæc tenenda ſunt,quia intus ſunt omnes iſtæ uirtutes quas nominaui.Quis aũt ſufficit omnes nominare? Quaſi exercitus eſt imperatoris, qui ſedet intus in mente tua.Quomodo enim imperator per exercitũ ſuũ agit quod ei placet,ſic dñs Ieſus Chriſtus incipiens habitare in interiore homine noſtro,id eſt,in mẽte per fidẽ,utitur iſtis uirtutibus quaſi miniſtris ſuis.Et per has uirtutes quæ uideri oculis nõ poſſunt, & tñ quod nominãtur,laudãtur: non autẽ laudarentur niſi amarẽtur, nõ amarẽtur niſi uiderẽtur:& ſi utiq; nõ amarẽtur niſi uiderentur,alio oculo uiderẽtur,id eſt,in interiore cordis aſpectu. Per has uirtutes inuiſibiles mouentur mẽbra uiſibiliter.Pedes ad ambulandũ.Sed quò? Quò mouerit bona uoluntas,quæ militat bono imperatori.Manus ad operandũ.Sed quid? Quod iuſſerit charitas, quæ inſpirata eſt intus à ſpirituſancto.Membra ergo uidẽtur cũ mouentur,qui iubet intus,
B non uidetur, & quos intus iubeat, propè ipſe ſolus nouit qui iubet, & ille intus cui iubetur. Nanq; fratres mei audiſtis cũ euangeliũ legeretur,certe ſi aurẽ ibi non tantũ corporis,ſed & corde habuiſtis. Quid ait? Cauete facere iuſtitiã ueſtrã coram hominibus ut uideamini ab *Matth.6* eis.Nunqd hoc uoluit dicere,ut quæcunq; bona facimus,abſcõdamus ab oculis hominũ,& timeamus uideri? Si times ſpectatores,nõ habebis imitatores.Debes ergo uideri, ſed non ad hoc debes facere ut uidearis, non ibi debet eſſe finis gaudij tui, non ibi terminus lætitiæ tuæ,ut putes te totum fructum conſecutum eſſe boni operis tui, cum uiſus fueris atq; laudatus. Nihil eſt hoc, contemne te cum laudaris:ille in te laudetur,qui per te operatur.Noli ergo ad laudẽ tuã operari quod bonũ agis, ſed ad laudẽ illius à quo habes ut bonũ agas. Abs te habes male agere,à deo habes bene agere. Contrà peruerſi homines uidete cp̃ præpoſteri ſint,quod faciũt bene,uolunt ſibi tribuere : ſi male faciant,deũ uolunt accuſare.Conuerte hoc diſtortum neſcio quid & præpoſterum, fac illud quodammodo capite deorſum, quod ſurſum, facias iuſum,quod deorſum facias ſurſum. † Iuſum uis facere deũ, & te ſurſum, *utitur & als iuſum pro deorſum* præcipitaris,non eleuaris : ille enim ſemper ſurſum eſt.Quid ergo? Tu bene,& deus male? Imò hoc dic ſi uis uerius dicere,Ego male, ille bene.Et quod ego bene,ab illo bene. Nam à me quicquid ego male.Iſta cõfeſſio firmat cor,& facit dilectionis fundamenta.Nã ſi opera noſtra abſcondere debemus bona, ne uideãtur ab hominibus,ubi eſt illa ſententia domini in eo ſermone quẽ habuit in monte,ubi hoc dixit,ibi & illud pauloante dixit,Luceãt opera *Matth.5* ueſtra bona coram hominibus? Et non ibi ceſſauit,non ibi finem fecit,ſed addidit,Et glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt:& Paulus quid ait? Eram autem ignotus facie eccleſijs Iudææ quæ in Chriſto ſunt. Tantum autem audientes erant, quia qui nos aliquando perſequebatur,nunc euangelizat fidem quam aliquando uaſtabat, & in me magnificabant deum. Videte quemadmodũ & ipſe quia ſic innotuit,finem nõ poſuerit in laudẽ ſuã,ſed in laudẽ dei. At quantũ ad ipſum pertinet,uaſtator eccleſiæ,perſecutor inuidus,malignus,ipſe cõfitetur,nõ nos cõuiciamur. Amat Paulus dici à nobis peccata ſua,ut glorificetur ille q talẽ

morbum

morbum ſanauit. Magnitudinẽ enim uulneris manus medici ſecuit & ſanauit. Vox illa de C
cœlo proſtrauit perſecutorẽ,& erexit prædicatorem:occidit Saulum,& uiuificauit Paulum.
Saul enim perſecutor erat ſancti uiri, inde nomen habebat iſte quãdo perſequebatur Chri
ſtianos:poſtea de Saulo factus eſt Paulus. Quid eſt Paulus? Modicus:ergo qñ Saulus,ſu
perbus,elatus:qñ Paulus, humilis, modicus:ideo ſic loquimur, paulopoſt uidebo te,id eſt,
1.Cor.15 poſt modicũ. Audi quia modicus factus eſt,Ego enim ſum minimus apoſtolorum.Et mihi
minimo omniũ ſanctorũ, dicit alio loco. Sic erat inter apoſtolos tanꝯ fimbria ueſtimenti:
ſed tetigit eccleſia gentiũ tanꝙ fluxũ patiẽs,& ſanata eſt.Ergo fratres hoc dixerim,hoc dico,
hoc ſi poſſem nõ tacerẽ: opera illa modo illa ſint in nobis,modo illa pro tẽpore,pro horis,
pro diebus.Nunqd ſemper loqui? nunquid ſemper tacere? nunqd ſemper reficere corpus?
nunquid ſemper ieiunare? nunquid ſemper panẽ dare egenti? nunqd ſemper nudũ ueſtire?
nunquid ſemper ægrotũ uiſitare? nunquid ſemper diſcordãtes cõcordare? nunquid ſemper
mortuos ſepelire? modo illud, modo illud.Inchoãtur iſta & ceſſant,ille autẽ imperator nec
inchoatur, nec ceſſare debet: charitas intus nõ intermittatur,officia charitatis pro tempore
exhibeãtur:charitas ergo ſicut ſcriptũ eſt,fraterna ꝓmaneat.Fortaſſis autẽ mouerit aliquos
ueſtrũ ex quo iſtã epiſtolam beati Ioannis tractamus uobis,quare nõ commendauerit ma
xime niſi fraternam charitatem? Qui diligit fratrẽ dicit, & præceptum nobis eſt datum,ut
diligamus inuicẽ.Aſſidue nominauit charitatẽ fraternã, dei charitatẽ, id eſt, qua debemus
diligere deum,non tam aſſidue nominauit, ſed tamen non omnino tacuit.De inimici uero
dilectione prorſus tacuit propè per totã iſtam epiſtolam.Cum uehemẽter nobis prædicet,
commendetq́ charitatem, non nobis dicit ut diligamus inimicos, ſed dicit nobis ut fratres
Matth.5 diligamus:modo uero cum euangelium legeretur, audiuimus,Si enim diligitis eos qui uos
diligunt,quã mercedẽ habebitis? Nõnne & publicani hoc faciũt? Quid eſt igitur ꝙ pro ma
gno nobis ad perfectionẽ quandã fraternam dilectionem commẽdat Ioannes apoſtolus,
dominus autẽ dicit, nõ nobis ſufficere ut fratres diligamus, ſed debere nos extẽdere ipſam D
dilectionẽ ut perueniamus ad inimicos? Qui uſq́ ad inimicos peruenit, nõ trãſibit fratres.
Neceſſe eſt, ſicut ignis,prius occupet proxima, & ſic ſe in longinquiora diſtendat. Propin
quior eſt tibi frater ꝯ neſcio quis homo.Rurſus tibi magis adhæret ille quẽ non noueras,
qui tibi tamen non aduerſatur, ꝯ inimicus qui etiã aduerſatur. Extende dilectionẽ in pro
ximos,nec uoces illam extẽſionem. Prope enim te diligis, qui eos diligis qui tibi adhærent.
Extende ad incognitos, qui tibi nihil mali fecerunt. Tranſcende & ipſos, perueni,ut diligas
inimicos: hoc certe dominus iubet.Quare iſte tacuit de dilectione inimici? Omnis dilectio
ſiue quæ carnalis dicitur, quæ non dilectio, ſed magis amor dici ſolet: dilectionis enim no
men magis ſolet in melioribus rebus dici, in melioribus rebus accipi, tamen omnis dilectio
fratres chariſſimi utiq́ beneuolẽtiam quandam habet erga eos qui diliguntur. Non enim
ſic debemus diligere homines, aut ſic poſſumus diligere uel amare: hoc enim etiam uerbo
Ioan.21 uſus eſt dominus, cum diceret, Petre amas me? Non ſic debemus amare homines,quo
modo audimus guloſos dicere,amo turdos.Quæris quare? Vt occidat & cõſumat,& ama
re ſe dicit, ad hoc illos amat ut non ſint, ad hoc amat ut perimat,& quicquid ad cibandum
amamus,ut illud conſumatur & nos reficiamur.Nunquid ſic amandi ſunt homines tanꝯ
conſumendi? Sed amicitia quadam beneuolẽtiæ,ut aliquando præſtemus quos amamus.
Quid ſi non ſit quod præſtemus? Sola beneuolentia ſufficit amanti. Non enim optare
debemus eſſe miſeros, ut poſſimus exercere opera miſericordiæ. Das panem eſurienti,ſed
melius nemo eſuriret & nulli dares. Veſtis nudũ,utinã omnes ueſtiti eſſent,& non eſſet iſta
neceſſitas.Sepelis mortuum,utinã ueniat aliquando illa hora ubi nemo moriatur.Concor
das litigantes,utinã aliquando ſit pax illa æterna Hieruſalẽ,ubi nemo diſcordat:hæc enim
omnia officia neceſſitatum ſunt. Tolle miſeros, ceſſabunt opera miſericordiæ. Opera miſe
ricordiæ ceſſabunt,nũquid ardor charitatis extinguitur? Germanius amabis felicem homi
nem cui nõ habes quod præſtes,purior ille amor erit,multoq́ ſyncerior.Nam ſi præſtiteris
miſero,

A miſero,fortaſſis extollere te cupis aduerſus eum,& eum tibi uis eſſe ſubiectũ,quia autor eſt
tui beneficij:ille indiguit, tu impertitus es,quaſi maior uideris quia tu præſtitiſti, ꝯ ille cui
præſtitum eſt: opta æqualem, ut ambo ſub uno ſitis cui nihil præſtari poteſt. Nam in hoc
exceſſit modum ſuperba anima, & quodãmodo auara fuit:quia radix omnium malorum
auaricia eſt: & item dictum eſt, Initium omnis peccati ſuperbia. Et quærimus aliquando 1.Timoth.6
quomodo ſibi concordẽt iſtæ duæ ſententiæ,Radix omniũ malorũ eſt auaricia:&,Initium
omnis peccati ſuperbia: ſi initiũ omnis peccati ſuperbia,radix omniũ malorũ ſuperbia eſt:
certe ſi radix omniũ malorum auaricia eſt, inuenimus & in ſuperbia auariciam eſſe:exceſſit
enim modũ homo.Quid eſt auarũ eſſe? Progredi ultra ꝯ ſufficit.Adam ſuperbia cecidit:
initiũ omnis peccati ſuperbia,inquit:Nũquid auaricia? Quid auarius illo cui deus ſufficere
non potuit? ergo fratres legimus quẽadmodũ factus ſit homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
dei:& quid de illo dixit deus? Et habeat poteſtatẽ piſciũ maris, & uolatiliũ cœli,& omniũ Gen.1
pecorum quæ repunt ſuper terram:nũquid dixit,habeat poteſtatẽ hominũ? Habeat pote
ſtatem,ait,dedit poteſtatẽ naturalem.Quorũ habeat poteſtatem? Piſciũ maris,uolatilium
cœli,& omniũ repẽtium quæ repunt ſuper terrã.Quare hæc eſt naturalis poteſtas hominis
in iſta? Quia homo ex deo habet poteſtatẽ,ex quo factus eſt ad imaginẽ dei,in intellectu,
in mente,in interiore homine,in eo ꝙ intelligit ueritatẽ, diſcernit iuſtitiã & iniuſtitiã,nouit
à quo factus eſt, põt intelligere creatorẽ ſuũ,laudare creatorẽ ſuũ.Habet hanc intelligentiã,
qui habet prudentiam:ideo multi cũ per cupiditates malas detererent in ſe imaginẽ dei,&
ipſam quodãmodo flammã intelligẽtiæ puerſitate morũ extinguerẽt,clamat illis ſcriptura,
Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus:hoc eſt dicere,præpoſui te equo Pſal.31
& mulo, te ad imaginẽ meã feci, poteſtatẽ tibi ſuper iſta dedi.Quare? Quia nõ habẽt feræ
rationalẽ mentẽ,tu autẽ rationali mente capis ueritatẽ, intelligis quod ſupra te eſt,ſubdere
ei qui ſupra te eſt,& infra te erũt illa quibus præpoſitus eſt.Quia uero per peccatum homo
B deſeruit eũ ſub quo eſſe debuit,ſubditus eſt eis ſupra quæ eſſe debuit. Intendite quid dicã,
deus,homo,pecora: uerbi gratia,ſupra te deus,infra te pecora.Agnoſce eũ qui ſupra te eſt,
ut agnoſcãt te quæ infra te ſunt:ideo ꝙ cum Daniel agnouiſſet ſupra ſe deũ,agnouerũt illũ
ſupra ſe leones.Si autẽ nõ agnoſcis illũ qui ſupra te eſt,ſuperiorẽ contẽnis,ſubderis inferiori,
propterea ſupbia Ægyptiorũ unde domata eſt? de ranis & muſcis.Poterat deus & leones
mittere,ſed aliquis magnus leone terrẽdus eſt. Quanto illi ſuperbiores,tanto de rebus con
temptibilibus & abiectis fracta eſt eorũ ceruix mala. Sed Danielẽ agnouerũt leones, quia
ille ſubditus deo erat. Quid martyres q ad beſtias pugnauerunt,& ferarũ morſibus laniati
ſũt,nõne erãt ſub deo? Serui dei tres uiri,& ſerui dei Machabæi.Agnouit ignis ſeruos dei
tres uiros quos nõ uſſit,quorũ nec ueſtimenta corrupit:nõ agnouit Machabæos? Agnouit
& Machabæos fratres, agnouit & iſtos. Sed opus erat quodã flagello permittẽte dño,qui
dixit in ſcriptura,Flagellat omnẽ filium quẽ recipit.Putatis enim fratres,quia ferrũ tranſuer Heb.12
beraret uiſcera dñi, niſi ipſe permitteret, aut hæreret in ligno,niſi ipſe uoluiſſet? Non eum
agnouit creatura? An exemplũ patiẽtiæ ꝓpoſuit fidelibus ſuis? Ideo deus quoſdã liberauit
uiſibiliter,quoſdã nõ liberauit uiſibiliter,omnes tamen ſpiritaliter liberauit,ſpiritaliter nemi
nem deſeruit. Viſibiliter quoſdã uiſus eſt deſeruiſſe, quoſdã uiſus eſt eripuiſſe: ideo quoſdã
eripuit,ne putes illũ non potuiſſe eripere,teſtimoniũ dedit quia poteſt:& ubi nõ facit,ſecre
tiorem intelligas uoluntatẽ,ne ſuſpiceris difficultatẽ.Sed qd fratres? Cũ euaſerimus omnes
iſtos mortalitatis laqueos,cũ tranſierint tẽpora tentationis,cũ ſeculum hoc decurrerit,& re
ceperimus illã ſtolam primã, immortalitatem illã quã peccãdo perdidimus, cũ corruptibile
hoc induerit incorruptionẽ,id eſt, cũ caro iſta induerit incorruptionẽ,& mortale hoc indue
rit immortalitatẽ,tunc eſſe perfectos filios dei,ubi nõ eſt opus tẽtari nec flagellari,agnoſcet
etiã omnis creatura,ſubdita nobis erũt omnia,ſi nos ſic ſubditi ſumus deo.Sic ergo deberet
eſſe Chriſtianus, ut nõ glorietur ſup alios homines. Dedit enim tibi deus eſſe ſup beſtias,
id eſt,meliorẽ eſſe ꝯ beſtias: hoc natura habes, ſemper melior eris ꝯ beſtia.Si uis melior
eſſe

esse cp̃ alius homo,inuidebis ei quãdo tibi esse uidebis æqualem. Debes uelle omnes homi C
nes æquales tibi: & si uiceris aliquem per prudentiam, optare debes ut sit & ipse prudens.
Quamdiu tardus est, discit à te, quamdiu indoctus est, indiget te, & tu uideris doctor, ille
autẽ discens:tu ergo superior quia doctor es,ille inferior quia discens,nisi illũ optes æqualẽ,
semper uis habere discentem:si autẽ uis semper habere discẽtem,inuidus eris doctor:si inui
dus doctor,quomodo eris doctor? Rogo te noli docere ipsam inuidentiã tuam:audi Apo
1.Cor.7 stolum dicentem de uisceribus charitatis, Vellem omnes homines esse sicut meipsum:quo
modo uolebat omnes æquales, ideo erat omnibus superior,quia charitate optabat omnes
æquales. Excessit ergo modũ homo,dũ auarior uoluit ut supra homines esset, qui supra pe
cora factus est,& ipsa est superbia:& uidete quanta opera facit superbia. Ponite in corde cp̃
similia faciat, & quasi paria charitati. Pascit esurientẽ charitas,pascit & superbia:charitas ut
deus laudetur,superbia ut ipsa laudetur:uestit nudũ charitas,uestit & superbia:ieiunat cha
ritas,ieiunat & superbia: sepelit mortuum charitas,sepelit & superbia. Omnia opera bona
quæ uult facere charitas & facit,cogitat cõtrà superbia, & quasi docet equos suos. Sed inte
rior charitas tollit locũ male agitatæ superbiæ,non male agitanti,sed male agitatæ. Væ ho
mini cuius auriga superbia est, necesse est enim ut præceps eat. Vt aũt non sit superbia quæ
agitat facta bona, quis nouit, quis uidet, ubi est hoc? Opera uidemus,pascit misericordia,
pascit & superbia: hospitem suscipit misericordia,hospitem suscipit & superbia: intercedit
pro paupere misericordia, intercedit & supbia. Quid est hoc? In operibus nõ discernimus:
audeo aliquid dicere,sed non ego,Paulus dixit,Moritur charitas,id est,homo habens cha
ritatem,confitetur nomen Christi,ducit martyrium,cõfitetur & superbia, ducit martyrium:
ille habet charitatem,ille non habet charitatem:sed audiat ab Apostolo ille qui non habet
1.Cor.13 charitatem, Si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meũ ut ardeam,
charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Ergo scriptura diuina intrò nos reuocat
à iactatione huius faciei forinsecus,& ab ista superficie quæ iactatur ante homines,reuocat D
nos intrò. Redi ad conscientiã tuã,ipsam interroga:noli attẽdere quod floret foris,sed quæ
radix est interna. Radicata est cupiditas,species potest esse bonorum factorum,uere operæ
bona esse nõ possunt:radicata est charitas,securus esto,nihil mali procedere potest. Blandi
tur supbia,sæuit amor:illa uestit,iste cædit: illa enim uestit ut placeat hominibus,iste cædit
ut corrigat disciplina. Accipitur magis plaga charitatis,cp̃ eleemosyna supbiæ. Redite ergo
intrò fratres,& in omnibus quæcunq; facitis,intuemini testẽ deum. Videte si ille uidet,quo
animo faciatis. Si cor uestrũ non uos accusat,quia iactantiæ causa facitis,bene securi estote.
Nolite autẽ timere quãdo facitis bene,ne uideat alter:time ne propterea facias ut tu laude
ris:nam uideat alter ut deus laudetur,si enim abscõdis ab oculis hominis,abscondis ab imi
tatione hominis. Duo sunt, eleemosynam facis, duo esuriunt,unus panem,alter iustitiam:
Matth.5 inter duos istos famelicos, quia dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,quoniam
ipsi saturabuntur. Inter duos istos famelicos,bonus operator constitutus est:si charitas de
illo operatur,ambos miseratur, ambobus uult subuenire:ille enim quærit quod manducet,
ille quærit quod imitetur:pascis istum, præbes te isti, ambobus dedisti eleemosynam:illum
fecisti gratulatorem de fame interfecta,hunc fecisti imitatorem de exemplo proposito. Mi
seramini ergo tanc̃p̃ misericordes, quia in eo etiam cp̃ diligitis inimicos,fratres diligitis. Ne
putetis Ioannem nihil de dilectione inimici præcepisse, quia de fraterna charitate non ta
cuit,fratres diligitis. Quomodo,inquis, fratres diligimus: quæro quare diligas inimicum?
Quare illum diligis? Vt sanus sit in hac uita. Quid si non illi expedit? Vt diues sit. Quid
si ipsis diuitijs excæcabitur? Vt uxorem ducat. Quid si amaram uitam inde patietur?
Vt filios habeat. Quid si mali erunt? Incerta sunt ergo ista quæ uideris optare inimico tuo,
quia diligis eum, incerta sunt. Opta illi ut habeat tecum uitam æternam, opta illi ut sit fra
ter tuus: si ergo hoc optas,diligendo inimicum ut sit frater tuus,& cum diligis,fratrem dili
gis:nõ enim amas in illo quod est,sed quod uis ut sit. Dixeram aliquando charitati uestræ,

ni fallor,

A ni fallor,robur est ligni positum ante oculos. Faber optimus uidet lignum nõ dolatum,de
sylua præcisum adamauit,nescio quid inde uult facere: non enim ad hoc amauit ut semper
sic maneat. In arte uidit quod futurum est,non in amore quod est, & amauit quod inde fa
cturus est, non illud quod est: sic nos & deus amauit peccatores. Nam dicimus,quia deus
amauit peccatores:ait enim, Non est opus sanis medicus,sed male habẽtibus. Nunquid ad Mat.9
hoc amauit peccatores,ut peccatores remaneremus? Quasi lignũ de sylua uidit nos faber,
& cogitauit ædificium quod inde facturus est, non syluam quod erat: sic & tu respicis ini
micum tuum aduersantem,sæuientem,mordentem uerbis,exasperantem contumelijs, inse
ctantem odijs:attendis ibi quia homo est, uides ista omnia quæ aduersa sunt,ab homine
facta,& uides in illo quòd à deo factus est. Quòd autem homo factus est,à deo factus est:
quòd autem te odit,ipse fecit:& quid dicis in animo tuo? domine propitius illi esto, dimit
te illi peccata,incute illi terrorem,muta illum:non amas in illo quod est, sed quod uis ut sit.
Ergo cum inimicũ amas,fratrem amas. Quapropter perfecta dilectio est in dilectione ini
mici, quia pfecta dilectio est in dilectione fraterna: & nemo dicat quia aliquid minus nos
monuit Ioannes apostolus,& plus nos monuit dominus Christus. Ioannes nos monuit ut
fratres diligamus, Christus nos admonuit ut etiam inimicos diligamus. Attende quare te,
monuit Christus ut diligas inimicos, nunquid ut semper remaneant inimici? Si ad hoc te
monuit ut inimici remaneant,odisti,non diligis. Attende quomodo ipse dilexit,id est, quia
nolebat ut sic remanerent sui persecutores. ait,Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt.
Quibus uoluit ignosci,mutari illos uoluit:quos uoluit mutari,ex inimicis fratres facere di
gnatus est,& uere sic fecit. Occisus est,sepultus est,resurrexit,in cœlum ascendit,spiritum san
ctum misit discipulis,cœpit in fiducia prædicari nomen ipsius,miracula faciebant in nomi
ne crucifixi & occisi. Viderunt illi interfectores domini,& qui sanguinem eius sæuiendo fu
derant,credendo biberunt. Hæc dixi fratres & longiuscule,quia uehementius commendan
B da fuit charitati uestræ ipsa charitas,id est,commendanda sibi erat. Si enim charitas nulla
est in uobis,nihil diximus:si autem est in uobis, tanquam oleum flammæ adiecimus, & in
quo non erat,forte uerbis accensus est. In alio creuit quod erat, in alio cœpit esse quod non
erat. Ad hoc ergo ista diximus,ne pigri sitis diligere inimicos. Sæuit in te homo, ille sæuit,
tu deprecare:ille odit,tu miserere. Febris animæ ipsius te odit,sanus erit,& gratias tibi agit.
Quomodo medici diligunt ægrotos? nunquid ægrotos diligunt? Si ægrotos diligunt,uo
lunt ut semper ægrotent? Ad hoc diligunt ægrotos,ne ægroti permaneant,sed ut ex ægro
tis sani fiant: & quanta plerunq; patiuntur à phreneticis,quales contumelias uerborum,ple
runq; & percutiũtur:persequitur ille febrem,ignoscit homini. Et quid dicam fratres? Amat
inimicum suum, immo odit inimicum suũ morbum,ipsum enim odit,& amat hominem à
quo percutitur,odit febrẽ. A quo enim percutitur? A morbo,ab ægrotatione,à febre. Illud
tollit quod illi aduersatur,ut remaneat illud unde gratuletur. Sic & tu,si odit te inimicus tuus,
& iniuste te odit,noueris quia cupiditas seculi in illo regnat, propterea te odit. Si odisti illũ
& tu,contra reddis malum pro bono. Vnum ægrotũ flebam qui te oderat: iam duos plan
go,si & tu odisti. Sed persequitur rem tuam,tollit tibi nescio quæq; habes in terra. Ideo illũ
odisti,quia angustias tibi facit in terra:noli pati angustias, migra in cœlum, sursum cor ibi
habebis ubi latitudo est,ut nullas angustias patiaris in spe uitæ æternæ. Attende quæ tibi
tollit,nec ipsa tibi tolleret nisi ille permitteret,qui flagellat omnem filium quẽ recipit. Quo
dammodo ferramentum dei est quo saneris,ipse inimicus tuus. Si nouit deus utile tibi esse
ut expoliet te,permittit illum: si nouit tibi utile esse ut uapules, permittit ille ut cædaris. De
illo curat,opta ut ille sanetur. Deum nemo uidit unquam.) Videte dilectissimi. Si dili
gamus inuicem, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis.) Incipe dili
gere,perficieris. Cœpisti diligere,cœpit in te deus habitare:ama eum qui in te cœpit habita
re,ut perfectius inhabitando faciat te perfectum. In hoc cognoscimus quia in ipso ma
nebimus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis.) Bene, deo gratias. Cognosci

mus,quia habitat in nobis.Et hoc unde cognoſcimus,quia cognoſcimus quia habitat in no C
bis? Quia hoc ipſe Ioannes dixit,quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Vnde ſcimus, quia de ſpi
ritu ſuo dedit nobis? hoc ipſum,quia de ſpiritu ſuo dedit tibi,unde cognoſcis? Interroga ui
ſcera tua:ſi plena ſunt charitate,habes ſpiritum dei. Vnde cognoſcimus,quia inde cognoſcis,
Rom.5 habitare in te ſpiritum dei? Paulum interroga apoſtolum, Quoniam charitas dei diffuſa
eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Et nos uidimus,& te
ſtes ſumus,quia pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi.)Securi eſtote qui ægrotatis, ta
lis medicus uenit: deſperabatis,magni erant morbi,inſanabilia erant uulnera,deſperata e
rat ægritudo,magnitudinem mali tui attendis,omnipotẽtiam medici non attendis? Tu de
ſperatus es,ſed ille omnipotẽs eſt,cuius teſtes iſti ſunt qui primo ſanati,& annunciãtes me
Rom.4.8 dicum,& ipſi tamen plus ſpe ſanati quàm re: nam ſicut dicit Apoſtolus, Spe enim ſalui fa
cti ſumus. Cœpimus ergo ſanari in fide, perficietur autem ſalus noſtra cũ corruptibile hoc
induerit incorruptionem,& mortale hoc induerit immortalitatem. Hæc ſpes eſt,nondũ res:
ſed qui gaudet in ſpe, tenebit & rem:qui autem ſpem non habet,ad rem non poterit perue
nire. Quicunq; confeſſus fuerit quod Ieſus ſit filius dei,deus in ipſo manet & ipſe in deo.)
Iam ſi à multis confeſſus fuerit, non dicamus uerbo ſed facto,non lingua,ſed facto:nã mul
ti confitentur uerbis,ſed factis negant. Et cognoſcimus & credimus,quia dilectionem ha
bet deus in nobis.)Et iterum unde cognouiſti? Deus dilectio eſt.)Iam dixit ſuperius,ecce
iterum dicit. Amplius tibi non potuit dilectio commendari, quàm ut diceretur deus: forte
munus dei contempturus eras.Et deum contemnis? Deus dilectio eſt. Et qui manet in di
lectione,in deo manet,& deus in eo.) Viciſſim ſe habitant,qui continet & qui cõtinetur.Ha
bitas in deo, ſed ut contineatis: habitat in te deus, ſed ut contineat ne cadas, ne forte ſic te
putes domum dei fieri,quomodo domus tua portat carnem tuam. Si ſubtrahat ſe domus
in qua es,cadis:ſi autem tu te ſubtrahas,non cadet. Deus integer eſt,cum eum deſeris: inte
ger,cum ad illum redieris.Tu ſanaris,non illi aliquid præſtabis, tu mundaris,tu reficeris, tu D
corrigeris.Ille medicamentum eſt nõ ſano,regula eſt prauo,lux eſt tenebrato, habitatio eſt
deſerto:omnia ergo tibi conferuntur. Vnde ne putes deo aliquid conferre quando uenis ad
eum,nec mancipium ſaltem.Ergo non habebit deus ſeruos, ſi tu nolueris, & omnes nolue
pſal.15 rint? Deus non indiget ſeruis,ſed ſerui deo:ideo dicit pſalmus, Dixi domino deus meus es
tu.Ipſe eſt uerus dominus:& quid ait? Quoniam bonorum meorum non eges. Tu eges bo
no ſerui tui,eget ſeruus bono tuo ut paſcas illum:eges & tu bono ſerui tui ut adiuuet te. Nõ
tibi potes aquam implere,non tibi potes coquere,nõ tibi potes ante equum currere, iumen
tum tuum non potes curare. Vides,quia indiges bono ſerui tui? obſequio illius indiges. Nõ
es ergo uerus dominus,quando indiges inferiore. Ille eſt uerus dominus, qui nihil à nobis
quærit,& uæ nobis ſi eum non quæramus.Nihil à nobis quærit,& quæſiuit nos, cũ eũ non
quæreremus. Ouis una errauerat,inuenit eã,gaudẽs in humeris ſuis reportauit.Et nunquid
ouis erat paſtori neceſſaria,& non oui potius paſtor neceſſarius erat? Quanto libentius de
charitate loquor, tanto minus uolo finiri epiſtolã iſtã: nulla eſt ardẽtior ad cõmendandam
charitatẽ.Nihil uobis dulcius prædicatur,nihil ſalubrius bibitur,ſed ſi bene uiuendo confir
metur in uobis munus dei. Ne ſitis ingrati tantæ gratiæ illius,qui cũ haberet unicũ,noluit il
lum eſſe unum:ſed ut fratres haberet,adoptauit illi, qui cum illo poſſiderent uitã æternam.

De eo quod Ioannes dicit, In hoc perfecta eſt dilectio in nobis, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo, uſque ad id, Et hoc mandatum habemus ab ipſo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem ſuum. Tractatus IX.

AEMINIT charitas ueſtra, ex epiſtola Ioannis apoſtoli ultimam partem reſti
tiſſe nobis tractandã & exponendam uobis quantum deus donat: huius ergo
debiti nos memores ſumus: exactionis autem uos memores eſſe debetis. Ea
dem quippe charitas quæ in ipſa epiſtola maxime & propè ſolà commenda
tur,&

A tur, & nos facit fideliſſimos debitores, & uos dulciſſimos exactores. Ideo dixi dulciſſimos exactores,quia ubi charitas non eſt,amarus exactor eſt:ubi autem charitas eſt,& qui exigit dulcis eſt,& à quo exigitur:& ſi aliquem laborem ſuſcipit,facit eundem laborem propè nul
lum & leuem ipſa charitas. Nónne uidemus etiam in mutis animantibus & irrationalibus ubi non ſpiritalis charitas,ſed carnalis & naturalis eſt, exigi tamen magno affectu de uberi bus matris lac à paruulis.Et quamuis ſugens impetum faciat in ubera,melius eſt tamẽ ma
tri quàm ſi non ſugat, nec exigat quod charitate debetur. Sæpe uidemus ubera uaccarum etiam grandiuſculis uitulis capite percuti,& propè ipſo impetu leuari matrum corpora, nec eas tamen calce repellere,ſed ſi deſit filius qui ſugat,mugitu prouocari ad ubera. Si ergo eſt in nobis illa charitas ſpiritalis, de qua Apoſtolus dicit, Factus ſum paruulus in medio ue 1.Theſ.2
ſtrum tanquam nutrix fouens filios,tunc uos diligimus quando exigitis: pigros non ama
mus,quia languentibus formidamus. Interceſſerunt autem ut intermitteremus textum hu ius epiſtolæ quædam pro diebus feſtis ſolennia lectionũ,quæ nõ potuerunt niſi legi, & ipſa tractari,Nunc ergo ad prætermiſſum ordinem redeamus,& quæ reſtant,intẽte accipiat cha ritas ueſtra.Neſcio utrum magnificentius nobis charitas commendari poſſit,quàm ut dice retur,Deus charitas eſt.Breuis laus,magna laus:breuis in ſermone,& magna intellectu: cũ cito dicitur,Deus dilectio eſt,& hoc breue eſt:ſi numeres,unum eſt:ſi appendas,quantũ eſt. Deus dilectio eſt? Et qui manet,inquit,in dilectione,in deo manet,& deus in illo manet.Sit tibi domus deus,eſto domus dei:mane in deo,& maneat. Maneat in te deus ut te cõtineat: manes in deo, ne cadas:quia ſic de charitate dicit Apoſtolus,Charitas nunquã cadit. Quo 1.Cor.13
modo cadit quem continet deus? In hoc perfecta eſt dilectio in nobis,ut fiduciam habea mus in die iudicij,quia ſicut ille eſt,& nos ſumus in hoc mundo.)Dicit quomodo ſe probet unuſquiſq;,quantum in illo profecerit charitas, uel potius quantum ipſe in charitate profe cerit.Nam ſi deus charitas eſt,nec proficit nec deficit deus: ſic dicitur proficere in te charitas,
B quia tu in eam proficis.Interroga ergo quantum in charitate profeceris, & quid tibi reſpon deat cor tuum,& noueris menſuram profectus tui: promiſit enim oſtendere nobis, in quo cognoſcamus eum,& ait,In hoc perfecta eſt in nobis dilectio:quære in quo? Vt fiduciã ha beamus in die iudicij, Quiſquis fiduciam habet in die iudicij, perfecta eſt in illo charitas. Quid eſt habere fiduciam in die iudicij? nõ timere ne ueniat dies iudicij. Sunt homines qui non credunt diem iudicij,iſti fiduciam non poſſunt habere in die, quem uenturam eſſe nõ credunt:prætermittamus iſtos, excitet illos deus ut uiuant. De mortuis ut quid loquimur? Non credunt futurum diem iudicij,nec timent nec deſiderant quod non credunt. Cœpit ali quis credere diem iudicij:ſi cœpit credere,cœpit & timere:ſed quia timet,adhuc nondum ha bet fiduciam in die iudicij,nondum eſt in illo perfecta charitas. Nunquid tamen deſperan dum eſt? In quo uides initium,cur deſperas finẽ? quod initium uideo inquies? ipſum timo rem:audi ſcripturam,Initium ſapientiæ timor domini. Cœpit ergo timere diem iudicij, ti Eccl.1
mẽdo corrigit ſe, uigilat aduerſus hoſtes ſuos,id eſt peccata ſua,incipit reuiuiſcere interius, & mortificare membra ſua quæ ſunt ſuper terram,ſicut Apoſtolus dicit, Mortificate mem Col.3
bra ueſtra quæ ſunt ſuper terram: ſpiritalia nequitiæ dicit membra ſuper terrã: nam ſequi
tur & exponit,Auaritiam,immunditiam,& cætera quæ illic exequitur.Quantum autẽ mor tificat iſte qui timere cœpit diem iudicij,membra ſua ſuper terram, tantum ſurgunt & cor roborantur membra cœleſtia.Membra autem cœleſtia,omnia opera bona.Surgẽtibus cœ leſtibus membris,cœpit deſiderare quod timebat:timebat enim ne ueniret Chriſtus, & in ueniret impium quem damnaret: deſiderat ut ueniat, quia inuenturus eſt quem coronet. Iam cum cœperit deſiderare uenientẽ Chriſtum caſta anima,quæ deſiderat amplexus ſpon ſi,renunciat adultero,fit uirgo interius ipſa fide,ſpe & charitate. Habet iam fiduciam in die iudicij,non cõtra ſe pugnat quando orat & dicit,Adueniat regnum tuum. Qui enim timet Matth.6
ne ueniat regnum dei, timet ne exaudiatur. Qui autem orat, quomodo orat qui timet ne exaudiatur? Qui autẽ orat cum fiducia, charitas optat iam ut ueniat. De ipſo deſiderio di

psal.6 cebat quidam in psalmo,Et tu domine usq; quo, conuertere domine & erue animam meã. C
Gemebat se differri. Sunt enim homines qui cum patientia moriuntur:sunt autem quidã
perfecti, qui cum patientia uiuunt: quid dixi? Qui adhuc desiderat istam uitam, quando
illi uenerit dies mortis,patienter tolerat mortem,luctatur aduersum se ut sequatur uolunta
tem dei, & hoc potius agit animo quod elegit deus,non quod elegit uoluntas humana, &
ex desiderio uitæ præsentis fit lucta cum morte,& adhibet patientiam & fortitudinem ut æ-
Phil.1 quo animo moriatur,iste patienter moritur. Qui autem desiderat,sicut dicit Apostolus,dis-
solui & esse cum Christo,non patienter moritur,sed patienter uiuit, delectabiliter moritur.
Vide Apostolum patienter uiuentem,id est,cum patientia hic non amare uitam,sed toleta
re. Dissolui,inquit,& esse cum Christo multo magis optimum, manere autem in carne ne-
cessarium propter uos. Ergo fratres date operam intus agere uobiscum,ut desideretis diem
iudicij,aliter non probatur perfecta charitas,nisi cum cœperit illa dies desiderari. Ille autem
eum desiderat,qui fiduciam habet in illo: ille autem fiduciam habet in illo,cuius conscientia
non trepidat in charitate perfecta atq; syncera. In hoc perfecta est dilectio eius in nobis, ut
fiduciam habeamus in die iudicij. Quare habebimus fiduciam? quia sicut ille est,& nos su-
mus in hoc mundo. Audisti causam fiduciæ tuæ, Quia sicut ille est, inquit,& nos sumus in
hoc mundo. Nónne uidetur aliquid impossibile dixisse, nunquid enim potest esse homo
sicut deus? Iam uobis exposui, quia non semper ad æqualitatem dicitur, sicut, sed dicitur ad
quandam similitudinem. Quomodo enim dicis, sicut aures habeo,ita & imago: nunquid
omnino sic? sed tamen dicis,sicut. Si ergo facti sumus ad imaginem dei,quare non sicut de-
us sumus? nõ ad æqualitatem,sed pro modo nostro. Vnde ergo nobis datur fiducia in die
iudicij? Quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo. Debemus ergo hoc referre ad ipsam
Matth.5 charitatem, & intelligere quid dictum sit. Dominus in euangelio dicit, Si diligitis eos qui
uos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? quid ergo ult
nos? Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros, & orate pro persequentibus & calu- D
mniantibus uos. Si ergo iubet nos diligere inimicos nostros, unde nobis dat exemplum?
De ipso deo: ait enim, Vt sitis filij patris uestri qui in cœlis est. Quomodo illud facit deus?
Diligit inimicos suos,qui facit solem suum oriri super bonos & malos,& pluit super iustos
& iniustos. Si ergo ad hanc perfectionem nos inuitat deus,ut diligamus inimicos nostros si
cut & ipse dilexit suos,ea nobis fiducia est in die iudicij,quia sicut ille est,&nos sumus in hoc
mundo: quia sicut ille diligit inimicos suos, faciendo solem suum oriri super bonos & ma-
los, & pluendo super iustos & iniustos, nos quia inimicis nostris non possumus præstare
temporalem solem & pluuiam, præstemus lachrymas cum pro illis oramus. Iam ergo de
ipsa fiducia uidete quid dicat. Vnde intelligitur perfecta charitas? Timor non est in chari
tate.) Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicij? Si perfecta in illo esset chari-
tas,non timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam,& non haberet quare ti
meret, imò haberet quare desideraret ut transeat iniquitas, & ueniat regnum dei: ergo ti-
mor non est in charitate. Sed in qua charitate? non in inchoata. In qua ergo? Sed perfe-
cta charitas foras mittit timorem.) Ergo incipiat timor,quia initium sapientiæ timor domi
ni. Cum autem cœperit charitas habitare,pellitur timor qui ei præparauit locum: quantum
enim illa crescit,ille decrescit:& quantum illa fit interior,timor pellitur foras. Maior charitas,
minor timor: minor charitas,maior timor. Si autem nullus timor, non est quà intret chari-
Concor.de pe. dif.2.sicut seta tas. Sicut uidemus per setam introduci linum,quando aliquid suitur: seta prius intrat,sed ni
si exeat,non succedit linũ: sic timor primo occupat mentẽ, non aũt ibi remanet timor, quia
ideo intrauit,ut introduceret charitatem. Iam facta securitate in animo,quale gaudium no-
bis est,uel in hoc,uel in futuro seculo? Et in hoc seculo quis nobis nocebit plenis charitate?
Roma.8. Videte quomodo exultet Apostolus de ipsa charitate. Quis nos,inquit, separabit à chari-
tate Christi? Tribulatio,an angustia,an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius?
1.Petri 3 Et Petrus dicit,Et quis uobis nocere poterit,si boni amatores fueritis? Timor non est in
dilectio ne

A dilectione,sed perfecta dilectio foras mittit timorem,quia timor tormentum habet.) Tor-
quet cor conscientia peccatorum, nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillet uel pun
gat. Ideo in psalmo de ipsa perfectione iustitiæ quid dicit? Conuertisti luctum meum in psal.29
gaudium mihi, concidisti saccum meum, & cinxisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, &
non compungar. Quid est,non compungar? Non sit quod stimulet conscientiam meam.
Stimulat timor,sed noli timere, intrat charitas quæ sanat quod uulnerat timor. Timor dei
sic uulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, & quasi uidetur uulnus au-
gere. Ecce putredo quando erat in corpore,minus erat uulnus,sed periculosum. Accedit fer
ramentum medici, minus dolebat illud uulnus, quàm dolet modo cum secatur, plus dolet
cum curatur, quàm si non curaretur: sed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam
doleat succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cica-
trix ferramenti medici. Talis est medicus ut nec cicatrices appareant,tu tantum subde te de-
xteræ ipsius. Nam si sine timore es, non poteris iustificari. Sententia dicta est de scripturis:
nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Opus est ergo ut intret timor primo, per
quem ueniat charitas,timor medicamentum,charitas sanitas, Qui autem timet,non est
perfectus in dilectione.) Quare? Quia timor tormentum habet, quomodo sectio medici
tormentum habet. Est autem alia sententia quæ uidetur huic esse contraria: si non habeat 1.sen.dist.24.
intellectorem: dicitur enim quodam loco in psalmo, Timor domini castus,permanens in se c.est autem
culum seculi. Æternum quendam timorem nobis ostendit,sed castum. Quòd ille æternum psal.18
nobis timorem ostendit, nunquid contradicit illi forte ista epistola, quæ dicit, Timor non
est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem? Interrogemus ambo eloquia
dei. Spiritus unus est, etsi codices duo,etsi ora duo, etsi linguæ duæ. Hoc enim dictum est
per Ioannem,illud dictum est per Dauid: sed nolite putare alium esse spiritum. Si unus fla
tus inflat duas tibias, non potest unus spiritus implere duo corda, agitare duas linguas?
B Sed si spiritu uno,id est,uno flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ spiri
tu dei dissonare possunt? Est ergo ibi quædam concordia,sed auditorem desiderat. Ecce in-
spirauit & impleuit duo corda,duo ora, mouit duas linguas spiritus dei. Et audiuimus ex
una lingua, Timor non est in charitate,sed perfecta charitas foras mittit timorem: audiui-
mus ex alia, Timor domini castus permanens in seculum seculi. Quid est hoc? quasi disso-
nant. Non. Excute aures,intende melodiam. Non sine causa hic addidit, castus: illic non ad
didit,nisi quia est timor alius qui dicitur castus: est autem alius qui nõ dicitur castus. Discer-
namus ergo istos duos timores,& intelligemus consonantiam tibiarum. Quomodo intel-
ligimus,uel quomodo discernimus? attendat charitas uestra. Sunt homines qui propterea
timent,ne mittantur in gehennam,ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno. Ipse est ti-
mor ille qui introducit charitatem, sed sic uenit ut exeat: si enim adhuc propter pœnam ti-
mes deum,nondum amas,quem sic times. Non bona desideras, sed mala caues: sed ex eo
quia mala caues,corrigis te,& incipis bona desiderare. Cum bona desiderare cœperis,erit in
te timor castus. Quis timor castus? ne amittas ipsa bona. Intendite, aliud est timere deum,
ne mittat te in gehennam cum diabolo: aliud est timere deum, ne recedat à te. Ille timor
quo times ne in ignem mittaris cum diabolo,nondum est castus: non enim uenit ex amore
dei,sed ex timore pœnæ. Cum autem times deum,ne deserat te præsentia eius,amplecteris
eum,ipso frui desideras. Non potest melius explanari quid interfit inter duos timores,unũ 3.sen.dist.34.c.
quem foras mittit charitas,alterum castum qui permanet in seculum seculi,nisi ponas duas non potest
maritatas,quarum unam ita constituas uolentem facere adulterium,delectari nequitia,sed
timere ne damnetur à marito. Timet maritum,sed quia adhuc amat nequitiam,ideo timet
maritum, huic non grata, sed onerosa est mariti præsentia. Et si forte uiuit nequiter, timet
maritum ne ueniat. Tales sunt qui timent ne ueniat dies iudicij. Fac alteram amare uirum,
debere illi castos amplexus,& nulla se adulterij immunditia maculari,optat præsentiam ui-

ri. Et quomodo discernũtur duo isti timores? Timet illa, timet & illa. Interroga, quasi unum C
tibi respondent. Respondeat illa, Times uirum? timeo. Interroga & illam si timeat uirum:
respondet, timeo. Vna uox est, sed diuersus animus: iam ergo interrogentur quare: illa di-
cit, Timeo uirum ne ueniat, Illa dicit, timeo uirum ne discedat. Illa dicit, timeo ne damner: il
la dicit, timeo ne deserar. Pone hoc in animo Christianorum, & inueniſti timorem quem fo
ras mittit charitas, & alium timorem castum permanentem in seculum seculi. Loquamur er
go huic primo quæ sic timet uirum, quomodo illa mulier quam delectat nequitia, timet eñ
uirũ ne damnet illam. Talibus enim primo loquimur, O anima quæ sic times deum ne da
mnet te deus, quomodo timet mulier quam delectat nequitia, timet uirum ne damnetur à
uiro, quomodo tibi displicet illa mulier, displice & tu tibi. Si forte habes uxorem, nunquid
uis ut sic timeat te uxor tua, ne damnetur abs te, ut delectet illam nequitia, sed pondere ti-
moris tui reprimatur, non damnatione iniquitatis? Castam eam uis ut te diligat, non ut te
timeat. Exhibe te talem deo, qualem uis habere uxorem. Et si nõdum habes, & habere uis,
talem uis habere. Et quid dicimus fratres? Illa mulier quæ ideo timet uirum ne damnetur à
uiro, forte non facit adulterium, ne aliquo modo perueniat ad uirum, & tollat illi lucem istã
temporalẽ. Potest autem uir ille & falli: homo est enim, sicut & illa quæ potest fallere. Timet
psal. 33 illa eum extra cuius oculos potest esse: tu non times semper faciem supra te uiri tui? Vultus
autem domini super facientes mala. Captat illa absentiam uiri sui, & incitatur forte delecta
tione adulterij, & dicit sibi tamen, non faciam: absens est quidem ille, sed difficile est ut non
ad illum quoquo modo perueniat. Temperat se ne perueniat ad hominem, qui potest &
nescire, qui potest & falli, qui potest bonam suspicari etiam malã, qui potest & castam suspi
cari quæ adultera est. Tu non times oculos eius quem fallere nemo potest? Tu non times
eius præsentiam, qui auerti à te non potest? Roga deum ut intueatur te, & auertat faciem
psal. 50 suam à peccatis tuis, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Sed unde mereris ut ille faciem
suam auertat à peccatis tuis, si tu non inde auertas faciem tuam à peccatis tuis? Ipsa enim D
uox dicit in psalmo, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum co-
ram me est semper. Tu agnosce, & ille ignoscit. Allocuti sumus eam quæ habet adhuc timo-
rem non permanentem in seculum seculi, sed quem charitas excludit & foras mittit. Allo-
quamur & illam quæ habet iam timorem castum permanentem in seculum seculi. Puta-
mus inuenimus illam, ut alloquamur illam? putas est in hoc populo? putas est in ista exe-
dra? putas est in hac terra? Non potest nisi esse, sed latet: hyems est, intus est uiriditas in ra-
dice, forte inuenimus & aures illius. Sed ubicunq; est illa anima, utinam illam inuenirem; &
non aures suas præberet mihi, sed ego meas aures illi. Illa me doceret aliquid potius quàm
à me disceret. Anima quædam sancta, ignea & desiderans regnum dei, hanc non ego allo-
quor, sed deus ipse & patienter uiuentem in hac terra ita consolatur. Iam uis ueniam, & ego
noui quoniam uis ut ueniam: noui qualis es, ut secura expectes aduentum meum. Noui
quia molestia est tibi, sed magis expecta, tolera: uenio & cito uenio. Sed amãti tardum est,
psal. 100 audi eam cantantem, tanq; liliũ de medio spinarũ: audi suspirantẽ & dicentẽ, Psallam & in-
telligam in uia immaculata, quando uenies ad me. Merito non timet, quia perfecta chari-
tas foras mittit timorẽ, & cum uenerit ad eius amplexũ timet. Sed securiter qui timet, cauet,
& obseruabit ab iniquitate sua, ne iterum peccet, non ne mittatur in ignem, sed ne ab illo de-
seratur. Et erit in illa, quid? Timor castus permanens in seculum seculi. Audiuimus duas ti-
bias consonantes. Ille de timore dicit, & ille de timore dicit: sed ille de timore quo timet ani-
ma ne damnetur, ille de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas
excludit, ille est timor permanens in seculũ seculi. Nos diligimus quia ipse prior nos dile-
xit.) Nã unde diligeremus, nisi ille prior diligeret nos? Diligendo amici facti sumus: sed ini
micos ille dilexit, ut amici efficeremus. Prior dilexit nos, & donauit nobis ut diligeremus eũ,
nondum diligebamus: diligendo pulchri efficimur. Quid facit homo deformis & distorta

facie

A facie, si amet pulchrã? Aut quid facit fœmina deformis & distorta & nigra si amet pulchrũ?
nunquid amando poterit esse pulchra? & nunquid & ille amando poterit esse formosus?
Amat pulchram, & quãdo se in speculo uidet, erubescit faciem suam leuare ad illam formo
sam quam amat. Quid facit ut pulcher sit? Expectat ut ueniat pulchritudo, imò expectãdo
senectus additur, & turpiorem facit. Non est ergo quid agere, non est quomodo illi des con
silium, nisi ut cõpescat se, & nõ audeat amare impar imparẽ: aut si forte amat, & ducere uxo-
rem optat, optet ut illa castitatem amet, nõ carnis faciẽ. Anima uero nostra, fratres mei, fœ-
da est per iniquitatem, amãdo deum pulchra efficitur. Qualis amor est qui reddat pulchrã
amantem? Deus autem semper pucher est, nunquam deformis, nunquam commutabilis.
Amauit nos prior qui semper est pulcher: & quales amauit, nisi fœdos & deformes? Non
ideo tamẽ ut fœdos dimitteret, sed ut mutaret, & ex deformi pulchrum faceret. Quomodo
erimus pulchri? amando eum qui semper est pulcher. Quantum in te crescit amor, tantum
crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est animæ pulchritudo: nos diligimus, quia ipse prior
dilexit nos: audi apostolum Paulum, Ostẽdit autẽ deus dilectionem suam in nobis, quo- Roma. 5
niam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustis,
pulcher pro fœdis. Quomodo inuenimus pulchrum Iesum? Speciosus forma præ filijs ho- psal. 44
minum, diffusa est gratia in labijs tuis: unde item uidete, unde sit pulcher. Speciosus forma
præ filijs hominũ, quia deus, quia in principio erat uerbũ; & uerbũ erat apud deũ, & deus e-
rat uerbũ. Quia uero carnẽ suscepit, id est, mortalitatẽ tuã, ut aptaret se tibi, cõgrueret tibi, &
excitaret te ad amandam intus pulchritudinẽ. Vnde ergo inuenimus quia fœdus & defor-
mis Iesus, sicut inuenimus quia pulcher & speciosus forma præ filijs hominum? Vnde inue
nimus quia & deformis? Esaiam interroga, Et uidimus eum, & non habebat speciem neq; Esaie 53
decorẽ. Illæ sunt duæ tibiæ diuerse sonantes, sed unus spiritus ambas inflat: hac dicitur, Spe
ciosus forma præ filijs hominum: hac dicitur in Esaia, Vidimus eum, & non habebat speciẽ
B neq; decorem. Vno spiritu implentur ambæ tibiæ, non dissonant. Noli aures auertere, ad-
hibe intellectum. Interrogemus Paulum apostolum, & exponat nobis consonantiam dua-
rum tibiarum: sonet nobis, Speciosus forma præ filijs hominum. Qui cum in forma dei es- Philip. 2
set, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Ecce speciosus forma præ filijs ho-
minum: sonet nobis etiam, Vidimus eum, & non habet speciem neque decorem, Semet-
ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habi-
tu inuentus ut homo. Non habebat speciem neque decorem, ut tibi daret speciem & deco-
rem. Quam speciem? quem decorem? dilectionem charitatis. Vt ames, curras: curris, a-
mas. Pulcher es iam, sed noli te attendere, ne perdas quod accepisti, illum attende à quo
factus es pulcher. Ideo sis pulcher ut ille te amet. Tu autem totam intentionem tuam
in illum dirige, ad illum curre, eius amplexus pete, ab illo time discedere, ut sit in te ti-
mor castus permanens in seculum seculi. Nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos.
Si quis dixerit, quoniam diligo deum.) Quẽ deum? quare diligimus? Quia ipse prior dile-
xit nos, & donauit nobis diligere. Dilexit impios ut faceret pios, dilexit iniustos ut face-
ret iustos, dilexit ægrotos ut faceret sanos. Ergo & nos diligimus, quia prior dilexit nos.
Interroga unumquenque, dicat tibi si diligat deum, Clamat, confitetur, diligo. Ipse
scit. Est aliud unde interrogetur. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum
oderit, mendax est. Vnde probas, quia mendax est? Audi. Qui enim non diligit fra-
trem suum quem uidet, deum quem non uidet quomodo potest diligere?) Quid er-
go, qui diligit fratrem, diligit deum? Necesse est ut diligat deum, necesse est ut dili-
gat ipsam dilectionem. Nunquid potest diligere fratrem, & non diligere ipsam dilectio-
nem? Necesse est ut diligat dilectionem. Quid ergo? Quia diligit dilectionem, ideo di-
ligit deum? Vtique ideo diligendo dilectionem, deum diligit. An oblitus es quod pau
loante dixisti, Deus dilectio est? Si deus dilectio, quisquis diligit dilectionẽ, deum diligit.

Dilige ergo fratrem,& ſecurus eſto.Non potes dicere,diligo deum, ſed non diligo fratrem. C
Quomodo mentiris ſi dicas,diligo deum, quando non diligis fratrẽ? Sic falleris ſi quando
dicis,diligo fratrem,putas quia non diligis deum? Neceſſe eſt ergo qui diligis fratrem,dili-
gas ipſam dilectionem : dilectio autem deus eſt.Neceſſe eſt ergo ut deum diligat,quiſquis
diligit fratrem.Si autem non diligis fratrem quem uides,deum quem non uides quomodo
potes diligere? quare non uidet deum? quia non habet ipſam dilectionem.Ideo non uidet
deum,quia non habet dilectionem: ideo non habet dilectionem , quia non diligit fratrem.
Propterea ergo non uidet deum,quia non habet dilectionem: nam ſi habeat dilectionem,
deum uidet,quia deus dilectio eſt.Et purgatur ille oculus magis magiſq; dilectione,ut ui-
deat illam incommutabilem ſubſtantiam,cuius præſentia ſemper gaudeat,qua perfruatur
in æternum coniunctus angelis. Sed currat modo, ut aliquando in patria lætetur . Non a-
met peregrinationem,non amet uiam.Totum amarum ſit,præter illum qui uocat , quouſ-
pſal.72 que inhæreamus illi,& dicamus quod dictum eſt in pſalmo,Perdidiſti omnes qui fornican
tur abs te.Et qui ſunt qui fornicantur? Qui diſcedunt & amant mundum.Tu autem quid?
ſequitur & dicit , Mihi autem inhærere deo bonum eſt . Totum bonum meum eſt deo in-
hærere gratis.Nam ſi interroges & dicas,quare inhæres deo,& dicat,ut donet mihi.Quid ti
bi donet? Cœlum ipſe fecit,terram ipſe fecit.Quid tibi donaturus eſt,iam hæres illi? Inueni
melius & donat tibi. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem uidet, deum quem non ui-
det quomodo poterit diligere? Et hoc mandatum habemus ab ipſo, ut qui diligit deum,
diligat & fratrem ſuum.)Magnifice dicebas,diligo deum,& odis fratrem.O homicida quo
modo diligis deum? Non audiſti ſuperius in ipſa epiſtola,Qui odit fratrem ſuum homici-
da eſt? Sed prorſus diligo deum, quamuis oderim fratrem meum . Prorſus non diligis de-
um,ſi odiſti fratrem.Et modo probo alio documento : ipſe dixit, Dedit nobis præceptum
ut diligamus inuicem:quomodo diligis eum cuius odiſti præceptum? Quis eſt qui dicat,di
ligo imperatorem,ſed odi leges eius? In hoc intelligit imperator ſi diligis eum, ſi obſeruen- D
tur leges eius per prouincias . Lex imperatoris quæ eſt? Mandatum nouum do uobis ut
uos inuicem diligatis.Dicis ergo te diligere Chriſtum,ſerua mandatum eius, & fratrem dili
ge.Si autem fratrem non diligis,quomodo eum diligis cuius mandatum contemnis? Fra-
tres ergo non ſatior loquendo de charitate in nomine Chriſti.Quantum & uos habetis hu
ius rei auaritiam,tantum ſperamus quia creſcit in nobis ipſa, & foras mittit timorem, ut re-
maneat ille timor caſtus permanens in ſeculum.Toleremus mundum,toleremus tribulati-
ones ipſius , toleremus ſcandala tentationum . Non recedamus à uia , teneamus unitatem
eccleſiæ,teneamus Chriſtum,teneamus charitatem. Non diuellamur à mẽbris ſponſæ ipſi-
us;non diuellamur à fide,ut gloriemur in præſentia ipſius, & ſecuri manebimus in eo . Mo-
do per fidem, tũc per ſpeciem,cuius tantas arras habemus donum ſpiritusſancti.

De eo quod Ioannes dicit, Omnis qui credit, quòd Ieſus ſit Chriſtus, ex deo
natus eſt,uſq; ad id,Hæc eſt enim dilectio dei,ut præcepta eius ſeruemus.

Tractatus X.

AEMINISSE uos credo qui affuiſtis heſterno die,ad quem locum in progreſ-
ſu huius epiſtolæ peruenerit noſtra tractatio, id eſt , Qui enim non diligit fra-
trẽ ſuũ quẽ uidet,deũ quẽ nõ uidet quomodo poteſt diligere? Et hoc manda-
tũ habemus ex ipſo , ut qui diligit deũ,diligat & fratrẽ ſuũ. Hucuſq; diſputatũ
Caput V erat.Quæ ſequuntur ergo ex ordine uideamus. Omnis qui credit quòd Ieſus ſit Chriſtus
ex deo natus eſt.) Quis eſt qui nõ credit q, Ieſus ſit Chriſtus? qui nõ ſic uiuit quomodo præ
cipit Chriſtus:multi eñ dicũt,Credo,ſed fides ſine operibus nõ ſaluat. Opus aũt fidei ipſa
Gal.5 dilectio eſt,dicente Paulo apoſtolo,Et fides quæ per dilectionẽ operatur.Opera quidẽ tua
præterita antequàm crederes,uel nulla erãt,uel ſi bona uidebãtur,inania erant. Si eñ nulla
erãt, ſic eras quaſi homo ſine pedibus,aut uexatis pedibus ambulare non ualens. Si autem
bona

A bona uidebantur antequàm crederes: currebas quidem, ſed præter uiam currendo errabas
potius quàm perueniebas.Eſt ergo nobis & currendũ,& in uia currendũ. Qui præter uiam
currit,inaniter currit, imò ad laborem currit . Tanto plus errat , quanto præter uiam currit.
Quæ eſt uia per quam currimus? Chriſtus dixit,Ego ſum uia . Quæ patria,quò currimus? Ioan.14
Chriſtus dixit,Ego ſum ueritas.Per illum curris,ad illum curris,in ipſo requieſcis.Sed ut cur
ramus per illum,extendit ſe uſq; ad nos,longe enim eramus,& longe peregrinabamur.Pa-
rum eſt, qui longe peregrinabamur, & languidi nos mouere non poteramus. Medicus ue-
nit ad ægrotos,uia porrecta eſt ad peregrinos . Saluemur ab ipſo, ambulemus per ipſum.
Hoc eſt credere quod Ieſus Chriſtus eſt,quomodo credunt Chriſtiani, qui non ſolum no-
mine Chriſtiani ſunt, ſed factis & uita : non quomodo credunt dæmones : nam & dæmo- Iaco.2
nes credunt & contremiſcunt:ſic dixit ſcriptura.Quid potuerunt dæmones plus credere q̃
ut dicerent,Scimus,qui ſis,tu es filius dei? Quod dixerunt dæmones,hoc dixit & Petrus, cũ
dominus quæreret,quis eſſet,quem illum dicerent homines : reſponderunt illi diſcipuli,Alij Matth.16
dicũt Ioannem Baptiſtam,alij Heliam,alij Hieremiam,aut unum ex prophetis:& ille,Vos
autem quem me eſſe dicitis? Reſpondit Petrus & ait,Tu es Chriſtus filius dei uiui : & audit
à domino . Beatus es Simon bar Iona , quia non reuelauit tibi caro & ſanguis , ſed pater
meus qui eſt in cœlis. Videte quæ laudes proſequuntur hanc fidem . Tu es Petrus, & ſuper
hanc petram ædificabo eccleſiam meam . Quid eſt,ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam? Super hanc fidẽ,ſuper id quod dictum eſt,Tu es filius dei uiui.Super hanc petram
inquit,fundabo eccleſiam meam.Magna laus:ergo dicit Petrus,Tu es Chriſtus filius dei ui
ui:dicunt & dæmones,Scimus qui ſis,tu es filius dei uiui,ſanctus dei:hoc Petrus,hoc & dæ-
mones: eadem uerba,non idem animus . Et unde conſtat, quia hoc Petrus cum dilectione
dicebat? Quia fides Chriſtiani cum dilectione eſt,dæmonis aũt ſine dilectione.Quomodo
ſine dilectione? Hoc dicebat Petrus ut Chriſtum amplecteretur,hoc dicebant dæmones ut
B Chriſtus ab eis recederet: nam antequàm dicerent, Scimus qui ſis, tu es filius dei, quid no-
bis & tibi eſt dixerunt, quid ueniſti ante tempus perdere nos? Aliud eſt ergo confiteri Chri
ſtum ut teneas Chriſtum:aliud confiteri Chriſtum ut repellas à te Chriſtum: ergo uidetis,
quia quomodo hic dicit, Qui credit,propria quædam fides eſt, non quomodo cum multis.
Itaq; fratres,nemo hæreticorum dicat uobis,Et nos credimus.Ideo enim de dæmonibus ex
emplum propoſui,ne gaudeatis ad uerba credentium, ſed exploretis facta uiuentium . Vi-
deamus ergo quid eſt credere in Chriſto,quid credere quia Ieſus ipſe eſt Chriſtus . Sequit,

Omnis qui credit quod Ieſus ſit Chriſtus,ex deo natus eſt.) Sed quid eſt credere illud?

Et omnis qui diligit qui genuit eum,diligit eum qui genitus eſt ab ipſo.)Statim fidei con
iunxit dilectionem,quia ſine dilectione fides inanis eſt. Cum dilectione fides Chriſtiani,ſi
ne dilectione fides dæmonis. Qui autem non credunt,peiores ſunt quàm dæmones,& tar-
diores quàm dæmones. Neſcio quis non uult credere in Chriſtum,adhuc ne dæmones imi
tatur . Iam credit in Chriſto,ſed odit Chriſtum,habet confeſſionem fidei in timore pœnæ,
non in amore coronæ:nam & illi puniri timebãt . Adde huic fidei dilectionem,ut fiat fides
qualem dicit apoſtolus Paulus,Fides quæ per dilectionem operatur. Inueniſti Chriſtianũ, Gal.5
inueniſti ciuem Hieruſalem,inueniſti ciuem angelorum , inueniſti in uia ſuſpirantem pere-
grinum,adiunge te illi,comes tuus eſt,curre cum illo,ſi tamen & tu hoc es . Omnis qui dili-
git qui genuit eum,diligit eũ qui genitus eſt ab ipſo. Quis genuit? Pater. Quis eſt genitus?
Filius. Quid ergo ait? Omnis qui diligit patrem,diligit filium. In hoc cognoſcimus,quia
diligimus filios dei.)Quid eſt hoc fratres? Pauloante de filio dei dicebat,nõ de filijs dei.Ec-
ce unus poſitus eſt Chriſtus contẽplandus nobis,& dictũ eſt nobis,Omnis qui credit quod
Ieſus ſit Chriſtus,eſt ex deo natus:& oĩs qui diligit q genuit eũ,id eſt patrẽ, diligit eũ q geni
tus eſt ex ipſo,id eſt,filiũ dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ: & ſequit,In hoc cognoſcimus qa dili-
gimus filios dei,quaſi dicturus eſſet,in hoc cognoſcimus qa diligimus filiũ dei.Filios dei di-
xit,q filiũ dei pauloãte dicebat, qa filij dei corpus ſunt unici filij dei, & cũ ille caput,nos mẽ-
bra

bra,unus est filius dei.Ergo qui diligit filios dei,filium dei diligit:& qui diligit filium dei,pa- C
trem diligit.Nec potest quisquam diligere patrem,nisi diligat filium:& qui diligit filium,di-
ligit filios dei,membra filij dei,& diligendo fit & ipse membrum,& fit per dilectionē in com
page corporis Christi, & erit unus Christus amans seipsum : cum se enim inuicem amant
membra,corpus se amat.Et si patitur unum membrum, compatiuntur omnia mēbra : & si
glorificatur unum membrum,congaudent omnia membra. Et quid secutus ait ? Vos autē
estis corpus Christi & membra. Dicebat pauloante de dilectione fraterna, & ait, Qui non
diligit fratrem quem uidet,deum quem non uidet quomodo poterit diligere? Si autem di-
ligis fratrem,forte fratrem diligis,& Christum non diligis, quomodo quando mēbra Chri
sti diligis? Cum ergo membra Christi diligis,Christum diligis : cum Christum diligis,filiū
dei diligis:cum filium dei diligis,& patrem diligis:non potest ergo separari dilectio.Elige ti
bi quid diligas,sequuntur & cætera.Dicas,deum solum diligo,deum patrem,mentiris.Si di
ligis,non solum diligis: sed si diligis patrem,diligis & filium.Ecce,inquit,diligo patrem,& di
ligo filium : sed hoc solum, patrem deum & filium deum dominum nostrum Iesum Chri-
stum,qui ascendit in cœlos,& sedet ad dexteram patris . Illud uerbum per quod facta sunt
omnia,& uerbum caro factum est,& habitauit in nobis,hoc solum diligo,mentiris: si enim
diligis caput,diligis & membra:si autem membra non diligis,nec caput diligis . Non expa-
Act.9 uescis uocem capitis de cœlo clamantem pro membris suis,Saule Saule quid me perseque-
ris? Persecutorem suum uocauit persecutorem membrorum suorum:dilectorem suum uo-
cauit dilectorem membrorum suorum. Iam quæ sunt membra eius nostis fratres , ipsa est
ecclesia dei. In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei,quia deum diligimus . Et quomo-
do non aliud sunt filij dei , aliud deus : sed qui deum diligit , præcepta eius diligit . Et quæ
Ioan.13 sunt præcepta dei? Mandatum nouum do uobis,ut uos inuicem diligatis . Nemo se excu-
set per aliam dilectionem, ad aliam dilectionē. Omnino sic se tenet ista dilectio, quomodo
ipsa compaginata est in unum,sic omnes qui ex illa pendent,unum facit,& quasi conflat il- D
los ignis.Aurum est,conflatur massa,& fit unum aliquid: sed nisi feruor charitatis accēdat,
ex multis in unū conflari non potest. Quia deum diligimus, inde cognoscimus quia diligi-
mus filios dei.Et unde cognoscimus , quia diligimus filios dei? Quia deum diligimus,&
præcepta eius facimus.)Suspiramus hic ex difficultate faciendi præceptum dei: audi quid se
quatur,Homo,qui laborabas amando auaritiam,cum labore amatur quod amas : sine la-
bore amatur deus.Auaritia iussura est labores, pericula, tribulationes, & obtemperaturus
es.Quo fine? Vt habeas unde impleas arcam,perdas securitatem.Securior forte eras ante-
quàm haberes,quàm cum habere cœpisti.Ecce quid tibi iussit auaritia.Implesti domum,ti-
mentur latrones:acquisisti aurum,perdidisti somnum.Ecce quid tibi iussit auaritia,fac, & fe
cisti.Quid tibi iubet deus? dilige me.Aurum diligis,quæsturus es aurum, & forte nō inuen
turus:quisquis me quærit,cu illo sum. Amaturus es honorē,& forte non peruenturus. Quis
me amauit,& nō ad me peruenit? dicit tibi deus,Patronū uis facere,aut amicū potentē,am
bis per aliū inferiorē.Me ama dicit tibi deus,non ad me ambitur per aliquē:ipse amor præ-
sentem me tibi fecit . Quid dulcius dilectione ista fratres ? non sine causa modo audistis in
psal.118 psalmo fratres,Narrauerūt mihi iniusti dilectiones suas,sed nō sicut lex tua domine.Quæ
est lex dei? mandatum dei.Quod est mandatum dei? nouum illud mandatum: quod ideo
nouum dicitur, quia innouat, Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis : au-
Gal.6 di quæ est lex dei, Apostolus dicit, Inuicem onera uestra portate , & sic adimplebitis le-
gem Christi. Ipsa est consummatio omnium operum nostrorum dilectio. Ibi est finis,pro
pter hoc currimus : ad illam currimus, cum uenerimus , requiescemus : audistis in psalmo ,
Omnis consummationis uidi finē.Quid uiderat iste putamus . Ascenderat in uerticē alicu-
ius altissimi montis acutissimi, & prospexerat & uiderat ambitū terræ & circulos orbis uni-
uersi:& ideo dixit,Omnis cōsummationis uidi finem? Si hoc laudabile,oculos carnis quæ-
ramus à dño tā acutos,ut aliquē excelsissimū montē qui est in terra requiramus,de cuius ca-
cumine

A cumine uideamus:omnis consummationis uidi finem? Noli ire longe:ecce dico tibi,Ascen-
de in montem,& uide finem.Christus mons est.Veni ad Christum, uides inde finē omnis
consummationis.Quis est iste finis ? Paulum interroga, Finis autem præcepti dei charitas, 1.Tim.1
de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta:alio loco, Plenitudo antem legis chari- Roma.3
tas.Quid tam finitum & terminatum quàm plenitudo ? Etenim fratres,finem posui lauda
biliter,nolite putare consumptionem,sed consummationem : aliter enim dicitur,Finiui pa-
nem,aliter finiui tunicam : finiui panem manducando, finiui tunicam texendo : & ibi finis
sonat,& illic finis sonat:sed tamen panis finitur ut consumatur, tunica finitur ut cōsumme-
tur: panis finitur ut non sit,tunica finitur ut perfecta sit:ergo sic audite finem,& quando le-
gitur psalmus,& auditis,In finem psalmus Dauid,Assidue auditis hoc in psalmis,& debe-
tis nosse quod audistis. Quid est in finem? Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni
credēti.Et quid est finis? Christus,quia Christus deus,& finis præcepti charitas, & deus cha
ritas,quia pater & filius & spiritussanctus unum sunt.Ibi tibi finis est,& alibi uia est:noli hæ
rere in uia,& non peruenire ad finem.Ad quicquid aliud ueneris, transi usquequo peruenias
ad finem.Quid est finis? Mihi autem adhærere deo bonum est . Adhæsisti deo,finisti uiā, psal.77
permanebis in patria.Intendite,pecuniā aliquis quærit,non sit ibi finis,transit tanq; peregri
nus.Quære ubi transeat,non ibi remaneat:si autem amas,per auaritiam implicatus es. Erit
tibi auaritia catena pedum,ultra progredi non potes:transi ergo & hoc,quære finem.Salu-
tem corporis quæris, adhuc noli ibi remanere . Quæ est enim ista salus corporis quæ mor-
te premitur,quæ ægritudine debilitatur,friuola,mortalis,fluxa ? Quære illam, ne impediat
forte morbida ualetudo opera tua bona: ergo nō est ibi finis, quia propter aliud quæritur.
Quicquid propter aliud quæritur,nō est ibi finis:quicquid propter se & gratis quæritur, ibi
est finis.Quæris honores,forte ad aliquid agendum quæris, ut peragas aliquid , ut placeas
deo,noli ipsum honorem amare,ne ibi remaneas.Quæris laudem ? Si dei quæris,bene fa-
cis:si tuam quæris,male facis,remanes in uia.Sed amaris & tu,laudaris & tu : noli gratulari
B quando in te laudaris,laudare in domino ut cantes,In domino laudabitur anima mea.Ser psal.33
monem aliquem bonum dicis,& laudatur sermo tuus,non laudatur quasi tuus , non est ibi
finis: si ibi ponis finem,finiris: sed non finiris quasi perficiaris , sed finiris ut consumaris : er-
go non laudetur sermo tuus quasi abs te, quasi tuus.Sed quomodo laudetur? quomodo di-
cit psalmus,In deo laudabo sermonem, in deo laudabo uerbū . Ex hoc fit ut fiat in te quod psal.55
sequitur, In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi homo : quando enim omnia tua in
deo laudantur,non timetur ne pereat laus tua,quia non deficit deus:ergo transi & ipsa. Vi-
dete fratres quanta transimus,in quibus non est finis.His utimur quasi in uia, quasi in man
sionibus stabulorum reficimur & transimus. Vbi ergo finis ? Dilectissimi,filij dei sumus,&
nondum apparuit quod erimus. Hoc dictum est in hac epistola : adhuc ergo in uia sumus,
adhuc quocunq; uenerimus transire debemus, usquequo perueniamus ad aliquem finē. Sci-
mus quia cum apparuerit,similes ei erimus,quoniam uidebimus eum sicuti est. Iste finis,ibi
perpetua laudatio , ibi semper alleluia sine defectu : ergo ipsum finem dixit in psalmo , O- psal.118
mnis consummationis uidi finem: & quasi diceretur illi,Quis est finis quem uidisti? Latum
mandatum tuum ualde . Ipse est finis , latitudo mandati . Latitudo mandati charitas est,
quia ubi est charitas , non sunt angustiæ . In ipsa latitudine erat Apostolus cum diceret,
Os nostrum patet ad uos ô Corinthij , cor nostrum dilatatum est , non angustamini 2.Cor.6
in nobis . Ideo ergo latum mandatum ualde. Quod est latum mandatum ? Manda- Ioan.13
tum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis . Charitas ergo non angustatur . Vis
non angustari in terra , in lato habita . Quicquid enim tibi fecerit homo , non te angu-
stet , quia illud diligis quod non nocet . Homo deum diligis , fraternitatem diligis , le-
gem dei diligis , ecclesiam dei diligis , sempiterna erit : laboras in terra , sed peruenis ad
fructum promissum , quis tibi tollit quod diligis ? Si nemo tibi tollit quod diligis , secu-
rus dormis, immo securus uigilas , ne dormiendo perdas quod diligis . Non enim frustra
dictum

Psal.12 dictum est,Illumina oculos meos,ne quando dormiã in morte. Qui claudunt oculos con/ C
tra charitatem,obdormiscunt in concupiscentijs delectationum carnalium.Euigila ergo,de
lectationes enim sunt,manducare,bibere,luxuriari,ludere,uenari: pompas istas uanas, o/
mnia mala sequuntur. Nunquid nescimus quia delectationes sunt? quis neget quia dele/
Psal.118 ctant? sed plus diligatur lex dei. Clama contra tales suasores, Narrauerunt mihi iniusti de/
lectationes,sed non sicut lex tua domine. Ista delectatio manet,nõ solũ manet quò uenias,
sed etiã reuocat fugiẽtẽ. Hæc est em̃ dilectio dei,ut præcepta eius seruemus.) Iã audistis, In
Matth.22 his duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ.Quomodo noluit te diuidere per multas
paginas? In his duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ. In qbus duobus præceptis?
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mẽte tua,
& diliges proximum tuum sicut teipsum,in his duobus præceptis tota lex pẽdet & prophe/
tæ.Ecce de quibus præceptis narrat tota ista epistola. Tenete ergo dilectionem,& securi esto
te.Quid times ne male facias alicui? Quis male facit ei quem diligit? Dilige,non potest fie/
ri nisi bene facias.Sed forte corripis? Amor hoc facit,non sæuitia:sed forte cædis? Ad disci/
plinam facis, quia amor ipsius dilectionis non te permittit negligere indisciplinatum, & fit
quodammodo quasi diuersus fructus & contrarius,ut aliquando odium blandiatur,& cha
ritas sæuiat. Nescio quis odit inimicum suum,& fingit illi amicitiam, uidet illum facere ali/
quid mali,laudat:uult eum esse præcipitem,uult cæcum ire per abrupta cupiditatum suarũ,
Psal.9 unde forte non redeat,laudat: quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: adhi/
bet illi unctionem adulationis suæ. Ecce odit & laudat. Alter uidet amicum suum tale ali/
quid facere,reuocat: si illum non audiat,profert uerba etiam castigationis,obiurgat,litigat,
aliquando uenitur ad hanc necessitatem ut litiget. Ecce odium blanditur, & charitas litigat.
Noli attendere uerba blandientis,& quasi sæuitiam obiurgantis: uenam inspice,radicẽ un/
de procedat quære. Ille blanditur ut decipiat, iste litigat ut corrigat, ergo non opus est fra/
tres,ut per nos distendatur cor uestrum, impetrate à deo ut diligatis inuicem. Omnes ho/ D.
mines etiam inimicos uestros diligatis,non quia sunt fratres, sed ut fratres sint. Vt semper
fraterno amore flagretis,siue in fratrem factum, siue in inimicum ut frater fiat diligẽdo,ubi
cunq; fratrẽ diligitis,amicũ diligitis:iam tecũ est, iã in unitate etiã catholica tibi coniunctus
est. Si bene uiuis,fratrẽ diligis factũ ex inimico: si diligis aliquẽ qui nõdũ credit in Christo,
aut si credidit Christo ut dæmones credũt, reprehẽdis uanitatẽ ipsius, tu diligis,fraterno a/
more dilige:nondũ est frater,sed ideo diligis ut sit frater. Ergo tota dilectio nostra fraterna
est erga Christianos,erga omnia membra eius. Disciplina charitatis fratres mei,robur,flo/
res,fructus,pulchritudo,amœnitas,pastus,potus,cibus,amplexus sine satietate est:si sic nos
delectat peregrinos,in patria quomodo gaudebimus? Curramus ergo fratres mei, curra/
mus & diligamus Christum. Quem Christum? Iesum Christum. Quis est iste? uerbũ dei.
Et quomodo uenit ad ægrotos? Verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Completũ
Luce 24 est ergo quod scriptura prædixit, Oportebat Christum pati,& resurgere tertia die à mor/
tuis. Corpus ipsius ubi iacet,membra ipsius laborãt. Vbi esse debes ut sub capite sis? Et præ
dicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes.incipien/
tes ab Hierusalẽ:ibi diffundatur charitas tua. Dicit Christus & psalmus, id est, spiritus dei.
Latum mandatum tuum ualde. Et nescio quis ponit in Africa fines charitatis. Extende cha/
ritatem per totum orbem,si uis Christum amare,quia membra Christi per orbem iacẽt. Si
amas partem,diuisus es:si diuisus es,in corpore non es: si in corpore non es, sub capite non
es. Quid prodest quia credis,& blasphemas? Adoras illum in capite, blasphemas in corpo
re? amat ille corpus suum. Si tu te præcidisti à corpore ipsius,caput non se præcidet à corpo
re suo. Sine causa me honoras,clamat tibi caput desuper,sine causa me honoras. Tanquam
si uelit tibi aliquis osculari caput,& calcare tibi pedes,forte caligis clauatis conteret pedes tu
os, uolens tibi tenere caput & osculari, nónne inter uerba honorantis, clamares & diceres,
quid facis homo? Calcas me, non diceres, calcas caput meum, quia caput honorabat,sed
plus

A plus clamaret caput pro mẽbris calcatis,q̃ pro se quia honorabatur. Nónne clamat ipsum
caput,Nolo honorem tuum,calcare me noli? Iam tu dicsi potes quare te calcaui,dic huic ca
piti,te osculari uolui, amplecti uolui. Sed non uides ô stulte, quia quod uis amplecti per
quandam compagem unitatis peruenit ad id quod calcas? Susum me honoras,iusum me
calcas. Plus dolet quod calcas,q̃ gaudet quod honoras: quia quod honoras,dolet pro eis
quos calcas. Quomodo clamat lingua? Dolet mihi:non dicit, dolet pedi meo,sed dolet mi
hi dicit. O lingua,quis te tetigit? quis percussit? quis stimulauit? quis pupugit? Nemo,sed
coniuncta sum eis quæ calcantur. Quomodo uis non doleam, quando non sum separata?
Dominus ergo noster Iesus Christus ideo ascendit in cœlum die quadragesima,commen/
dauit corpus suum quà habebat iacere, quia uidit multos honoraturos se quia ascendit in
cœlum, & uidit quia honor ipsorum inutilis est, si conculcant membra ipsius in terra. Et ne
quis erraret, & cum adorat caput in cœlo, calcaret pedes in terra, dixit ubi essent membra
ipsius. Ascẽsurus enim dixit uerba nouissima,post ipsa uerba nõ est locutus in terra. Ascen/
surum caput in cœlum, commendauit membra in terra & discessit. Iam non inuenis loqui
Christum in terra. Inuenis illum loqui, sed in cœlo, & de ipso cœlo. Quare? Quia membra
calcabantur in terra: persecutori enim Saulo dixit desuper,Saule Saule quid me perseque/ Act.9
ris? Ascẽdi in cœlum, sed adhuc in terra iacco. Hic ad dexterã patris sedeo,ibi adhuc esurio,
sitio,peregrinus sum. Quomodo ergo corpus commendauit in terra ascẽsurus? cum interro
garent illum discipuli,Domine,si hoc in tempore præsentaberis,& quando regnum Israël? Act.1
Respondit iturus. Nõ est uestrum scire tempus quod pater posuit in sua potestate, sed acci
pietis uirtutem spiritussancti superueniẽtem in uos,& eritis mihi testes. Videte quà diffun/
dat corpus suum,uidete ubi se calcari non uult. Eritis mihi testes in Hierusalem,& totam Iu
dæam,& Samariam,usq; in totam terram. Ecce quà iacco qui ascendo. Ascendo enim,quia
caput sum. Iacet adhuc corpus meum. Quà iacet? Per totã terram. Caue ne percutias,caue
B ne uioles,caue ne calces: nouissima uerba Christi sunt ista iturí in cœlum. Consyderate lan
guentem in lecto hominem in domo sua iacentem, & maceratum ægritudine,proximum
morti, anhelantem,iam animam quodámodo inter dentes habẽtem, qui forte sollicitus de
aliqua re chara sibi quã multum diligit, ueniat illi in mẽtem,& uocet hæredes suos & dicat,
Rogo uos facite hoc. Teneat quodãmodo uiolenter animam,ne ante exeat q̃ illa uerba fiat
mentur. Cum illa uerba nouissima dictauerit,efflat animã, tollitur cadauer in sepulchrum.
Hæredes ipsius quomodo meminerũt nouissima morientis? Quomodo si quis existat qui
dicat eis,Nolite facere:quid ergo illi dicant? Ergo non facio quod mihi pater meus efflans
animam nouissime mandauit,quod ultimum sonuit in aures meas proficiscente hinc patre
meo? Quæuis alia uerba ipsius aliter possum habere,nouissima uerba plus tenent. Non eũ
uidi amplius, non audiui loquentem. Fratres cogitate uisceribus Christianis,si hæredibus
sunt tã dulcia,tã grata, tã magni põderis uerba patris ituri in sepulchrũ,hæredibus Christi
qualia debent esse uerba nouissima, non redituri in sepulchrum, sed ascensuri in cœlum?
Nanq; ille qui uixit & mortuus est,rapitur ad alia loca anima ipsius,corpus ipsius ponitur
in terra,an fiant illa uerba,an non fiant,non ad eũ pertinet,tamen aliud agit,aliud patitur.
Aut in sinu Abraæ gaudet, aut in igne æterno aquæ modicum desiderans:in sepulchro au/
tem ipsius iacet cadauer sine sensu,& custodiũtur uerba nouissima morientis. Quid sibi spe
rant illi qui uerba nouissima sedentis in cœlo nõ custodiunt,uidente desuper an contemna/
tur,an non contemnatur: illius qui dixit, Saule Saule quid me persequeris? Qui seruat ad
iudicium quod uidet pati membra sua,& quid nos fecimus,inquiũt? Nos sumus passi,per/
secutionem non fecimus. Vos feciſtis ô miseri primo,quia diuisistis ecclesiam. Maior est ma
chera linguæ q̃ ferri. Superba fuit ancilla Saræ Agar, & afflicta est à domina sua propter
superbiam. Disciplina erat illa,nõ pœna,ideo cũ recessisset à domina sua,quid ei dixit ange Gen.16
lus? Reuertere ad dominam tuam. Sic ergo carnalis anima tanq̃ ancilla superba,si forte ali
quas molestias passa es propter disciplinam, quid insanis? Redi ad dominam tuam,tene


dominicam pacem. Ecce proferuntur euāgelia, legimus quà diffunditur ecclesia. Disputatur contrà, & dicitur nobis, traditores. Cuius rei traditores? Christus commēdat ecclesiā suam, & non credis, ego tibi crediturus sum maledicenti parentibus meis, uis ut credam tibi de traditoribus? Crede tu prius Christo. Quid est dignū, Christus deus est, tu homo? Cui prius debet credi? Christus ecclesiam suam toto orbe diffudit. Ego dico, contemne. Euangelium
Luc.24 loquitur, caue. Quid dicit euangelium? Oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitētiam, & remissionē peccatorum. Vbi remissio
Matth.16 peccatorum, ecclesia est. Quomodo ecclesia? Illi enim dictum est, Tibi dabo claues regni cœlorū, & quæ solueris in terra, soluta erunt & in cœlis: & quæ ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlis. Quà diffunditur ista remissio peccatorū? Per omnes gentes, incipiētes ab Hierusalem. Ecce crede Christo. Sed quia intelligis si credideris Christo, nō te habere quod dicas de traditoribus: tibi uis ut credā parētibus meis maledicēti, cū tu credas Christo præstāti.

Videtur deesse finis.

AD LECTOREM.

NON uidetur Augustini, quanquam opus lectu dignum. Sunt quædam humiliora quæ non annotasset Augustinus, & interdum in eadem pagina repetitur ijsdem uerbis eadem sentētia. Postremo qui cōuenit, ut de rebus tā obscuris tanta breuitate loqueretur apud populum? Videntur annotatiunculæ à studioso quopiam collectæ, quas aliquis uertit in homilias, assutis in initio ac fine uerbis aliquot frigidis, In medio nulla concionis appellatio.

EXPOSITIONIS IN APOCALYPSIM BEATI IOANNIS HOMILIA I.



IN LECTIONEM reuelationis beati Ioānis apostoli fratres charissimi animaduertimus, & secundū anagogen hoc domino largiente explanare curauimus, quia reuelatio Iesu Christi nostris auribus panditur, ut arcana cœlestia nostris cordibus manifestentur. Apocalypsis Iesu Christi quā dedit illi deus palàm facere seruis suis,) id est, manifestare: Quæ oportet fieri cito, significās,) hoc est ostendens, Seruo suo Ioanni.) Ioannes dei gratia interpretatur. Scribens septem ecclesijs, quæ sunt in Asia.) Asia elatio interpretatur, & genus humanum figuratur. Istæ septem ecclesiæ & septem candelabra, hoc solerter intuendum est, quia septiformis gratia est quæ data est à deo per Iesum Christum dominum nostrum nobis generi humano, qui credidimus, quia & ipse pollicitus est nobis mittere spiritum paracletum de cœlis, quē & apostolis misit qui in Asia esse uidebātur, hoc est, in elato mundo, ubi & septiformem gratiā septem ecclesijs nobis per seruum suū Ioannem donauit. Gratia uobis & pax multiplicetur à deo patre & à filio hominis:) id est Christo. Siue autē filius hominis, siue septem candelabra, siue septem stellæ, ecclesia intelligitur cum capite suo Christo: quòd autem ait, Inter mammillas zona aurea erat ille præcinctus,) Christum dominum præfigurabat. Duas mammillas, duo testamenta intellige, quæ de pectore domini saluatoris tanq̄ de perenni fonte accipiunt, unde Christianum populum nutriāt ad uitā æternam. Zona uero aurea, chorus est, siue multitudo sanctorum. Sicut enim de cingulo pectus stringitur, ita sanctorū multitudo Christo adhæret, & uelut duas mammillas duo testamenta complectitur, ut ex ipsis uelut de sanctis uberibus nutriantur. Caput, inquit, eius & capilli sicut lana alba & nix.) Capillos albos multitudinem albatorum, id est, neophytorum ex baptismo prodeuntium dicit. Lanam dixit, quia oues Christi sunt. Niuem dixit, quia sicut nix de cœlo ultro descendit, ita & gratia baptismi nullis præcedentibus

A tibus meritis uenit. Ipsi enim qui baptizātur Hierusalem sunt, quæ quotidie adinstar niuis de cœlo descēdit. Hierusalem, id est, ecclesia ideo descendere dicitur, quia de cœlo gratia, per quam & à peccatis liberatur, & Christo, id est, æterno capiti sponso cœlesti cōiungitur. Sicut econtrario bestia de abysso ascendere dicitur, id est, populus malus qui ex populo malo nascitur: nam sicut Hierusalem humiliter descendendo liberatur & exaltatur, ita bestia, id est, populus superbus arroganter ascendendo præcipitatur. Oculi eius uelut flamma ignis.) In oculis præcepta dei dicit, sicut scriptū est, Lucerna pedibus meis uerbū tuum. Et pedes *Psal.118* eius similes auricalcho clibani igniti uelut in fornace ignis.) In pedibus ignitis ecclesia intelligitur, quæ imminente die iudicij, nimietate pressurarum probanda, & igne examināda est. Et quia pes nouissima pars est, & pedes ignitos dixit esse, ideo in pedibus ecclesia nouissimi temporis intelligitur multis tribulationibus uelut aurū in fornace probanda. Quā rem qui bene cōsyderat, iam nunc ex multitudine iniquitatum fieri uidet. Ideo aurichalco similauit, quod ex ære & igne multo ac medicamine perducitur ad auri colorem: sic ecclesia per tribulationes & passiones purior redditur. In zona aurea accincta pectori, potest etiā scientia spiritalis ac purus sensus datus ecclesiæ intelligi. Gladium uero bis acutū de ore ipsius procedentem:) Iesum Christum esse significat, qui & nunc euāgelium bonū, & prius per Moysen legis noticiam uniuerso orbi protulit: & de quo Dauid similiter ait, Semel locutus est deus, *Psal.61* duo hæc audiui. Hæc ergo sunt duo testamenta, quæ pro captu temporis aut noua, aut uetera, aut gladius acutus dicuntur. Vox eius tanq̄ uox aquarū multarum.) Aquæ multæ, populi intelliguntur esse: in uoce, prædicatio apostolorum. Quòd autem supra dixit, pedes eius similes aurichalco, tanq̄ in fornace conflati possunt etiam apostoli intelligi, qui post passionem prædicauerunt uerbū eius. Per quos enim ambulat prædicatio, merito pedes nominantur: sicut propheta dixit, Quàm pulchri pedes euāgelizantium pacē: & illud, Adora- *Esaiæ 52* bimus in loco ubi steterunt pedes eius: quod autem dixit, Habebat in dextera sua stellas *psal.138* B septem:) ecclesiam intelligi uoluit. In dextera enim Christi est spiritalis ecclesia, cui ad dexteram positæ dicit, Venite benedicti patris mei. Septē enim stellæ ecclesia est. Diximus enim *Matth.25* quia spiritus septiformis uirtutis est ei datus à patre, sicut Petrus ad Iudæos de Christo ait, Dextrà igitur dei exaltatus, acceptum à patre spiritum effudit. Septem autē ecclesias quas *Act.2* uocat uocabulis suis, non ideo dicit, quia illæ solæ sunt ecclesiæ, sed quod dicit uni, omnibus hoc dicit. Deniq̄ siue in Asia, siue in toto orbe, septē ecclesias omnes esse, & unam esse catholicam: sicut ad Timotheum ait, Quomodo oportet te in domo dei conuersari, quæ est eccle- *1.Timoth.3* sia dei uiui: & in Esaia, septem mulieres quæ apprehendent uirum unum, septem ecclesias si- *Esa.4* gnificari intelligit, quæ & una est: uirū, Christum intelligimus: panē mulierum, spiritum sanctum qui nutrit in uitā æternam. Et ut uobis ea quæ dicta sunt tenacius inculcētur, breuem recapitulationem fieri uolumus. Septē ergo ecclesiæ, quibus sanctus Ioannes scribit, intelligitur una ecclesia catholica propter septiformē gratiā. Idem autē testis fidelis Christus est. Septem candelabra, ecclesia catholica est. In medio candelabrorum similis filio hominis, Christus est in medio ecclesiæ: q̄ autē ait, Cinctum super mammillas: per mammillas duo testamenta intelliguntur, quæ de pectore Christi lac spiritale accipiunt, ut populum Christianum in uitā æternam nutriāt. Zona uero aurea, chorus est siue multitudo sanctorum, qui iugiter lectioni & orationi insistētes, Christo adhærere probantur: iam ista charitati uestræ sufficiant. Quod audistis, sancta inter uos collocutione meditamini, donec quod reliquum est, donante domino audire possitis. Quod ipse præstare dignetur.

Homilia II.

FRATRES charissimi in cādelabro de quo cū Apocalypsis legeretur audistis, populus intelligitur: Quòd autē ait, Mouebo cādelabrum tuum,) hoc est, dispergam populum pro peccatis: Et pugnabo cum eis gladio oris mei:) id est proferam præcepta mea, per quæ arguātur peccata uel crimina sua. Quòd ergo dixit, Facies eius sicut sol lucet in uirtute sua:) est de aduētu uel præsentia Christi, quia

per faciem quiſq; manifeſtatur atq; cognoſcitur. Et de eccleſia poteſt hoc accipi, cui iſtã da C
Matth.13 ritatẽ Chriſtus promiſit, de qua dicit, Tunc fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno Chriſti. Stellã matutinam,) primã reſurrectionẽ dicit, quæ per gratiã baptiſmi fit. Stella matutina noctem fugat, & lucem annunciat, id eſt, peccatũ tollit & gratiam tribuit, ſi tamen accepta gratia bona opera ſequãtur. Sicut enim magnam arborẽ uirere & fructum nõ reddere nihil prodeſt, ſic nihil prodeſt Chriſtianũ dici, & Chriſtiana opera nõ habere: & ideo dicit, Cõſulo tibi à me emere aurũ conflatũ:) id eſt, contẽde ut pro nomine Chriſti aliquid patiaris. Et collyrio unge oculos tuos:) ut quod libenter per ſcripturas cognoſcis, opere impleas. Oſtium apertum eſſe in cœlo:) noui teſtamẽti prædicator uidit Ioãnes, & dicitur illi, Aſcẽde huc.) Quantum apertũ modo oſtenditur, tantũ clauſum fuiſſe ante hominibus manifeſtum eſt.

Solium poſitũ,) eſt ſedes iudicãtis, ſuper quẽ uidit ſimilitudinem iaſpidis & ſardij. Iaſpis aquæ colorẽ habet, & ſardius ignis. In his duobus lapidibus duo iudicia intelligũtur: unum quod iã per aquã factum eſt, aliud quod erit per ignẽ in conſummatione ſeculi. Poteſt hoc loco & uita ſeruorum dei intelligi, quia ad ſimilitudinẽ aquæ & ignis interdum in hac uita omnes ſancti habent proſpera & aduerſa, inter quæ patiuntur. Mare uitreum,) donũ baptiſmi eſt, quod ideo ante ſoliũ eſſe dicitur, quia ante aduẽtũ iudicij datur. Quòd uero poſt hoc ait, Habeo claues mortis & inferni,) hoc ideo dicit, quia qui credit & baptizatur, à morte & ab inferis liberatur. Et quia ipſa eccleſia, ſicut habet claues uitæ, ita & inferorũ: ipſi enim
Ioan.20 dictum eſt, Cui dimiſeritis peccata, dimittuntur: & cui retinueritis, retẽta ſunt: ubicunq; ponit in Apocalypſi angelũ hominis, ipſum hominem ſignificat, ſicut & eccleſiæ. Et angeli earum ibidem nõ debent intelligi, niſi aut epiſcopi aut præpoſiti eccleſiarum. Intantum angelorum nomine eccleſias catholicas uoluit intelligi, ut iubeat angelos pœnitẽtiam agere. Nõ enim angeli qui in cœlo ſunt indigent pœnitẽtia, ſed homines qui ſine peccato eſſe nõ poſſunt. Nã quia etiã angelus nuncius interpretatur, quicunq; aut epiſcopus aut presbyter aut etiã laicus de deo loquitur, & quoquo modo ad uitã æternam annũciat, merito angelus dei D
dicitur. Et tamen quia ſine peccato nemo eſſe poteſt, dicitur ei, id eſt homini, ut pœnitentiã agat, quia reuera qui bene cõſyderat ſe, agnoſcit q; nõ dicã laici, ſed etiã ſacerdotes una die eſſe nõ debent ſine pœnitentia, quia quomodo nullus dies eſt in quo homo poſſit eſſe ſine peccato, ſic nullo die debet eſſe ſine ſatisfactionis remedio. Septẽ autẽ candelabra, & unum candelabrum, ſeptiformem eccleſiã poſſumus intellígere: & ideo quicunq; ad ſeptẽ eccleſias loqui uidetur, ad unã eccleſiam loquitur toto orbe diffuſam, & quia in ſeptenario numero omnis plenitudo cõſiſtit. Angelos ergo eccleſiã dicit, in quibus duas partes, id eſt bonorum & malorum oſtẽdit: & propterea nõ ſolum laudat, ſed etiã increpat ut laus ad bonos, increpatio ad malos dirigatur: ſicut dñs in euãgelio, Omne præpoſitorũ corpus unũ ſeruũ dixit beatũ, & nequam quẽ ueniens dñs ipſe diuidet. Quomodo fieri poteſt ut unus ſeruus diuidatur, cũ diuiſus uiuere nõ poſſit? Sed unũ dicit totũ populum Chriſtianum, qui populus ſi totus bonus eſſet, nõ diuideretur: ſed quia non ſolũ habet bonos, ſed etiã malos, diuiden-
Matth.25 dus eſt: & boni audituri ſunt, Venite benedicti patris mei: raptores uero & adulteri qui miſericordiã nõ fecerũt, audituri ſunt. Diſcedite à me maledicti &c. Quod autẽ in Apocalypſi ſingulis dicitur eccleſijs, fratres chariſſimi, ſingulis hõibus cõuenit in una eccleſia conſtitutis.

Hæc dicit qui tenet ſeptẽ ſtellas in manu ſua:) hoc eſt, qui nos in manu, id eſt, poteſtate habet & gubernat. Qui ambulat in medio cãdelabrorũ aureorũ,) id eſt, in medio noſtri, quia cãdelabra illic populũ ſignificãt Chriſtianũ. Quòd aũt dicit, Mouebo cãdelabrũ tuũ de loco ſuo ſi nõ egeris pœnitentiã:) Videte quia nõ dixit, aufert, ſed mouet, quia cãdelabrũ ſignificat unũ populũ Chriſtianũ. Et ipſum candelabrũ moueri dicit, nõ auferri, & per hoc intelligitur q; in una eademq; eccleſia mouẽtur mali, confirmãtur boni, & quòd occulto, ſed tñ iuſto dei iudicio id q̃d tollitur malis, bonis augetur, ut adimpleat illud quod ſcriptũ eſt,
Matth.13,& 25 Qui habet dabitur ei, & ei q nõ habet, & q̃d uidetur habere auferet ab eo. Quòd aũt dicit, Vincẽti dabo mãducare de ligno uitæ,) id eſt, de fructu crucis: Quod eſt, inqt, in medio paradiſi

A paradiſi dei mei.) Paradiſum eccleſiã dicit: omnia enim in eius figura ſunt: nã q; dicit, Scio opera tua, & tribulationẽ & paupertatẽ, ſed diues es.) Omni eccleſiæ dicit, quæ ſpiritu pauꝑ eſt & omnia poſſidet: idẽ autẽ dicit, Habetis preſſurã dies decẽ.) Dies totũ tẽpus poſuit, quia denarius numerus pfectus eſt, in quo populus Chriſtianus, ſicut dicit Apoſtolus, per multas tribulationes intrat in regnũ cœlorũ: nã q; dicit angelo Pergami eccleſiæ: Scio ubi habitas, ubi eſt introitus ſatanæ:) omni eccleſiæ dicit in unius uocabulo, & quia ubiq; habitat ſatanas per corpus ſuũ. Corpus aũt ſatanæ ſunt ſupbi & mali: ſicut & corpus Chriſti humiles & boni. Vincenti dabo mãducare de manna abſcõdito:) id eſt, de pane qui de cœlo deſcẽdit. Cuius figura fuit mãna in eremo, quã, ſicut ipſe dñs dixit, multi mãducantes mortui ſunt: ſed & nũc quicunq; mãducat indigne, iudiciũ ſibi mãducat: idẽ panis eſt etiã lignũ uitæ. Poſſumus & per mãna immortalitatẽ accipere, Et dabo ei calculũ candidum:) id eſt, corpus per baptiſmũ candidũ. Et ſuper calculũ nomen nouũ ſcriptum,) id eſt notícia filij hominis. Quod nemo ſcit niſi qui accipit,) ſcilicet p reuelationẽ: & ideo de Iudæis dicitur, Si enim cognouiſſent, nunq; dñm gloriæ crucifixiſſent. Quod autẽ dicit angelo Thiatyræ 1.Cor.2
eccleſiæ, Habeo aduerſum te, quia permiſiſti mulieri Iezabel,) Dicit præpoſitis eccleſiarũ, qui luxurioſis & fornicãtibus, & aliud quodlibet male agẽtibus ſecuritatẽ diſciplinæ eccleſiaſticæ nõ imponunt. Et poteſt hoc etiã de hæreticis intelligi. Quæ dicit ſe propheten,) id eſt, Chriſtianã. Modo enim multæ hæreſes ſibi hoc nomine blãdiuntur. Nec cognouiſtis altitudinẽ ſatanæ:) id eſt, nõ reſpuiſtis doctrinã eius ſicut hæreſes. Non mitto ſuꝑ uos aliud pondus:) id eſt, ſupra id quod poteſtis ſuſtinere. Verũ quod habebas, tene donec ueniã, & qui uincit, & qui ſeruat opera mea uſq; ad finẽ, dabo ei gẽtes & paſcet eas in uirga ferrea, & ut uas figuli cõminuẽtur, ſicut & ego accepi à patre meo.) In Chriſto habet eccleſia hanc poteſtatẽ: ſicut dicit Apoſtolus, Cum illo omnia nobis donauit. Virgam ferream dicit propter iuſtitiæ rigorem, & de ipſa uirga corriguntur boni, confringuntur mali. Rom.8

B

Homilia III.



Modo fratres chariſſimi audiuimus beatũ Ioannẽ peccatorẽ hominẽ terribiliter increpantẽ: & ideo cũ ingẽti timore cõſyderemus, & cũ tremore timeamus quod dictũ eſt, Noui opa tua, quia nomẽ habes q; uiuas, & mortuus es.) Nõ moritur niſi qui mortale crimen cõmiſerit, ſecundũ illud quod dictũ eſt, Anima quæ Ezech.18
peccauerit, ipſa morietur. Quod peius eſt, multi in corporibus uiuis animas mortuas portare noſcũtur. Eſto uigilãs & cõfirma quæ moritura erãt. Hæc dicit ſanctus & uerus qui habet claues Dauid:) id eſt regiã poteſtatẽ: Qui aperit & nemo claudit.) Manifeſtũ eſt q; Chriſtus pulſantibus aperit, & hypocritis, id eſt fictis uitæ ianuã claudit. Ecce dedi ante te oſtiũ apertum.) Hoc ideo dictũ eſt, ut nullus dicat, quia oſtium quod deus aperit eccleſiæ, in toto mũdo aliquis poſſet uel in parte claudere. Quia modicã habes uirtutem.) Laus eſt dei, q; deus modicæ fidei eccleſiæ aperiat oſtiũ. Et ſcribã ſuꝑ illud nomen dei mei.) Vtiq; à Chriſto Chriſtiani ſignamur. Et nomẽ ciuitatis dei mei nouæ Hieruſalẽ quæ deſcẽdit de cœlo.) Nouã Hieruſalem, cœleſtem eccleſiã dicit, quæ à dño naſcitur. Nouã aũt dixit pro nouitate nominis Chriſtiani, & qa ex ueteribus noui efficimur. Neq; frigidus es neq; feruẽs,) id eſt, inutilis es. Poteſt enim & ſuper diuitum ſteriliũ perſona accipi, qui habẽt facultates, & non inde faciũt miſericordias. Pauperes nõ ſunt qui habẽt facultates, diuites nõ ſunt qui ex diuitijs nõ operãtur. Conſiliũ tibi do ut emas aurũ tibi.) id eſt, ut eleemoſynas faciẽdo & actibus bonis inſiſtẽdo, ipſe efficiaris aurũ, id eſt, à deo accipias intellectũ, & per bonam cõuerſationẽ merearis martyriũ. Et ecce, inquit, oſtiũ apertũ eſt in cœlo.) Oſtiũ apertũ Chriſtũ Apoc.3
dicit, quia ianua eſt. Cœlũ eccleſiã dicit, ubi cœleſtia gerũtur: ſicut dicit Apoſtolus, Inſtaurare Epheſ.1
omnia quæ in cœlis & quæ in terra ſunt: cœlũ intelligit primitiuã eccleſiã de Iudæis, terram uero ex gẽtibus eſſe. Aſcẽde huc & oſtendã tibi.) Nõ in ſolũ Ioannẽ cõuenit, ſed in eccleſiã uel in omnes credẽtes. Qui enim uidit oſtiũ apertũ in cœlo, id eſt, natũ & paſſum, & reſurreXiſſe Chriſtũ credidit, aſcendit in altitudinẽ & uidit futura. Et ecce thronus poſitus erat in

cœlo,) id eſt,in eccleſia. Et qui ſedebat,ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis uel ſardij.)Iſtæ C
cõparationes in eccleſiã conueniũt. Iaſpis aquæ colorẽ habet,& ſardius ignis: per hoc ſicut
iam dictũ eſt,duo iudicia uult intelligi:unũ per aquã quod iam factũ eſt per diluuiũ,aliud
quod futurum eſt per ignẽ. In circuitu throni uidi ſedes uigintiquatuor,& ſupra ſedes ui/
Eſa.24 gintiquatuor ſeniores.) Seniores totã eccleſiã dicit:ſicut Eſaias dicit, Et in medio ſenum fue/
rit glorificatus. Vigintiquatuor ſeniores præpoſiti & populi ſunt. In duodecim, apoſtolos
præpoſitos, & in alijs duodecim reliquã eccleſiã intellige. Et de ſede procedebant fulgura
& uoces.)De eccleſia enim procedunt hæretici,quia ex nobis exierunt. Eſt & alius ſenſus,ut
fulgura & uoces prædicatio eccleſiæ intelligatur. In uocibus uerba, in fulgure miracula co/
gnoſcũtur. In conſpectu throni mare uitreũ.) Mare uitreũ,fontẽ baptiſmi ante thronũ di
xit,id eſt,ante iudiciũ.Sed & aliquando animã ſanctã intellige thronũ,ſicut ſcriptũ eſt,Ani
ma iuſti ſedes eſt ſapiẽtiæ:aliquãdo eccleſiã ſignificat,in qua ſedẽ habet deus. Et in medio
throni quatuor animalia,) id eſt,in medio eccleſiæ euãgeliſtæ: Plena oculis in priora & re/
tro,) id eſt,præterita & futura cõſpicientia. In animali primo ſimili leoni,) fortitudo eccle
ſiæ oſtẽditur. In uitulo,)paſſio Chriſti. In tertio animali quod eſt uelut homo,)humilitas
eccleſiæ oſtẽditur,quia nihil ſibi blãditur ut ſuperbũ ſapiat,quãuis adoptionẽ filiorũ teneat.
Quartũ animal,)eccleſiã dixit, ſimile aquilæ,)id eſt,uolantẽ & liberã,atq; à terra ſuſpen/
ſam duabus alis, quaſi duorũ teſtamẽtorũ ſiue duorũ præceptorũ gubernaculis eleuatam,
nã & Ioannes euangeliſta cũ de iſtis animalibus intrò aſpexiſſet, in Chriſto cõpletum eſſe
quadriforme myſteriũ intellexit, cũ uidiſſet hominẽ naſcẽtem,uitulũ patiẽtem,& aquilã ad
cœleſtia remeantẽ. Et ſingula eorũ habebãt alas ſenas per circuitũ.) In animalibus ſoten
duntur uigintiquatuor ſeniores:nã ſenæ alæ in quatuor animalibus,uiginti & quatuor alæ
ſunt.Etenim per circuitũ throni uidit animalia,ubi ſe dixerat ſeniores uidiſſe:nã quomodo
animal cũ ſex alis poteſt ſimile eſſe aquilæ quæ habet duas alas,niſi quia quatuor animalia
unũ ſunt,quæ habẽt uiginti & quatuor alas, in quibus uiginti & quatuor ſeniores intelligi/ D
mus,qui ſunt eccleſia quam ſimilauit aquilæ. Et aliter,ſenæ alæ teſtimonia ſunt ueteris teſta
mẽti. Sicut enim animal uolare nõ poteſt niſi habeat pennas,ſic nec prædicatio noui teſta/
menti fidẽ habet,niſi habeat ueteris teſtamẽti prænũciata teſtimonia,ꝑ quæ tollitur à terra
& uolat. Sẽper enim quod ante dictũ eſt futurũ,& poſtea factũ inuenitur, fidẽ facit indubi/
tabilẽ. Niſi enim quæ prædixerãt prophetæ in Chriſto eſſent cõſummata,inanis eſſet præ/
dicatio illorũ. Hoc tenet eccleſia catholica,ante prædicta,& poſtea cõſummata. Merito uo/
lat & tollitur à terra unũ animal in cœlũ. Et requiẽ nõ habebãt animalia illa:)eccleſia,quæ
nõ habet requiẽ,ſed ſemper laudat deum. Viginti & quatuor ſeniores poſſumus etiã intelli
gere libros ueteris teſtamenti & patriarchas & apoſtolos. Fulgura & tonitrua,quæ de ſolio
exire dicũtur,prædicationes & promiſſiones intelligere debemus noui teſtamẽti. Mitten
tes coronas ſuas ante thronum.)Hoc ideo,quia quicquid dignitatis habent ſancti,totũ deo
tribuunt,ſicut & illi in euangelio palmas & flores ſternebant ſub pedibus eius,id eſt,ipſi tri
buẽtes omne quod uicerãt. Quia tu creaſti omnia,& ex uolũtate tua erũt.)Erant ſecundũ
deum à quo cuncta anteq̃ fierent poſſeſſa ſunt. Creata ſunt autẽ ut & à nobis uiderentur,
ſicut dicit Moyſes ad eccleſiam, Nónne eſt hic ipſe pater tuus qui fecit te & poſſedit te &
creauit te? Poſſedit in præſcientia, & fecit in Adam,& creauit ex Adam.

Homilia IIII.

ET VIDI ſupra dextrã ſedẽtis in throno librũ ſcriptũ intus & foris:) Vtrunq; te/
ſtamentum intellige. A foris uetus,ab intus nouũ,quod intra uetus latebat. Si/
gnatũ,inquit,ſigillis ſeptẽ,)id eſt,omni myſteriorũ plenitudine obſcuratum,quod
uſq; ad paſſionẽ & reſurrectionẽ Chriſti mãſit ſignatũ:nã quomodo teſtamentũ nõ dicitur
niſi quod faciũt morituri,& ſignatur uſq; ad mortẽ teſtatorũ,& poſt mortẽ ipſius aperitur:
ita & poſt Chriſti mortẽ omnia myſteria reuelãtur. Et uidi angelum fortẽ clamantẽ uoce
magna,Quis eſt dignus aperire librũ,& ſoluere ſignacula eius?) Cuius primo ſigna ſoluan
tur,

A tur,deinde liber aperiatur,certa ratio eſt,quia Chriſtus tunc aperuit librũ,cũ opus paternæ
uolũtatis aggreſſus,cõceptus & natus eſt:tunc eius ſignacula ſoluit,qñ pro genere humano
occiſus eſt. Et nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra neq; ſub terra:)id eſt,neq; angelus,
neq; in terris uiuẽs,neq; mortuus, Aperire librũ neq; uidere illũ,)id eſt,cõtẽplari ſplẽdorẽ
gratiæ noui teſtamẽti, Et ego flebã multũ,quia nemo inuentus eſt dignus aperire librũ.)
Eccleſia flebat, cuius figurã habuit Ioãnes,onerata & grauata peccatis,implorãs ſui redem/
ptionẽ. Et ecce unus ex ſenioribus.) Vnũ ex ſenioribus totũ corpus prophetarũ intellige.
Prophetæ cõſolabãtur eccleſiã,annũciantes Chriſtũ de tribu Iuda radicẽ Dauid, quia ipſe
in nobis uincit omne peccatũ, & ſi quid boni aliqs habet, ab ipſo habet: Et uidi, & ecce in
medio throni & quatuor animaliũ & ſeniorũ agnũ ſtantẽ q occiſus eſt.) Throni,animalia,
ſeniores,& agnus q occiſus eſt,eccleſia eſt cũ capite ſuo,quæ pro Chriſto moritur,ut cũ Chri
ſto uiuat. Poſſunt & martyres in eccleſia agnus quaſi occiſus accipi. Habentẽ,inqt,cornua
ſeptẽ,& oculos ſeptẽ,qui ſunt ſpũs dei miſſi in omnẽ terrã.) Quòd nemo poſſit habere ſpí/
tũ dei præter eccleſiã,hinc manifeſte cognoſcitur. Et uenit & accepit de dextera ſedẽtis in
throno librum.)Sedentẽ in throno & patrẽ accipimus & filiũ & ſpiritũſanctũ. Accepit ergo
agnus de dextra dei,id eſt,à filio accepit opus libri perficiendum,ipſo dicẽte, Sicut miſit me Ioan.20
pater & ego mitto uos,eo q; ipſe in illis perficiat quod donat. Habentes ſinguli citharas:)
id eſt,chordas laudũ: Et phialas aureas:) Hæc ſunt uaſa in domo dñi in qbus thymiama
offerri cõſueuit:ideo orationes ſanctorũ bene in eis intelligimus. Et cãtabãt cãticũ nouũ.)
Canẽtes canticũ nouũ,id eſt, profeſſionẽ ſuã publice proferẽtes. Et uere nouũ eſt,filium dei
hominẽ fieri,& mori & reſurgere,& in cœlum aſcẽdere,remiſſionẽ peccatorũ hominibus da
re. Cithara enim,id eſt chorda in ligno extẽſa,ſignificat carnẽ Chriſti paſſioni coniunctam.
Phiala aũt confeſſionẽ,& noui ſacerdotij propaginẽ. Reſeratio ſigillorũ adapertio eſt uete/
ris teſtamẽti. Et uidi & audiui uocẽ multorũ angelorum.) Angelos homines dicit, quia &
B filij dei dicimur. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt,accipere poteſtatem & diuitias & ſapien
tiam &c.)Non de dño dicit in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ,ut ipſe accipiat,ſed de ho/
mine aſſumpto & eius corpore quod eſt eccleſia, uel de martyribus eius,q pro nomine eius
occiſi ſunt,quia in capite ſuo totã acceepit eccleſiã:ſicut ſcriptũ eſt,Cũ filio nobis omnia dona Rom.8
uit. Ipſe enim agnus accipit,q in euãgelio dicit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in Matth.28
terra,ſecundũ humanitatẽ ergo,nõ ſecundũ deitatẽ accepit. Omnes,inquit, audiui dicẽtes
ſedẽti in throno:)id eſt,patri & filio: & agno,)id eſt eccleſia cum capite ſuo: Benedictio &
honor & claritas in ſecula:)Cui eſt honor & gloria & imperiũ in ſecula ſeculorum Amen.

Homilia V.

SICVT modo dum lectio diuina legeretur audiſtis,ita ait beatus Ioannes, Et
ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper eum,habebat arcum, & data eſt ei coro/
na,& exijt uincens.) Equus albus eccleſia eſt,ſeſſor Chriſtus. Iſte equus domini
cum arcu bellico per Zachariam hoc modo ante promiſſus eſt, Viſitauit do/ Zachar.10
minus deus gregem ſuum domum Iſraël,& diſpoſuit eum ſicut equum ſpecioſum in bello,
& ex eo diſpoſuit, & ex eo arcus in ira, & ex eo exijt omnis inſequens. Equum enim album
intelligimus prophetas & apoſtolos. Equitem coronatum habentem arcum,cognoſcimus
non ſolũ Chriſtũ,ſed etiã ſpiritumſanctũ. Poſteaq̃ enim dñs deſcendit de cœlo,& aperuit
uniuerſa,miſit ſpiritumſanctum, cuius uerbo prædicatores tanq̃ ſagittæ ad cor hominum
pertingerent,ut uincerẽt incredulitatem. Coronæ ſuper caput,promiſſa per ſpiritũſanctum
intelligenda ſunt. Et cũ aperuiſſet ſigillũ ſecundũ,audiui ſecundũ animal,dicens, Veni &
uide. Et exijt equus rufus, & ſedenti ſuper eum datum eſt tollere pacem de terra,& ut inui/
cem occiderent,& datus eſt ei gladius magnus:) contra uictricem uincentem eccleſiam exijt
equus rufus,id eſt,populus ſiniſter & malus, ex ſeſſore ſuo diabolo ſanguinolentus, quam/
uis legamus ſecundum Zachariam equum domini rufum, ſed ille ſuo ſanguine erat,hic
alieno, Cui datus eſt gladius magnus ut tolleret pacem de terra, ſcilicet ſuã pacem,hoc eſt

mundanam:nã eccleſia æternam pacẽ quam ſibi Criſtus reliquit,habet.Sicut ergo ſupra dictum eſt,equũ albũ & eccleſiã dicit,ſeſſorem eius Chriſtũ per ſpiritũſanctum. Arcũ quem tenebat in manu,) præcepta eius ſunt, quæ totum mũdum uelut ſagittæ acutæ potentis ad interficiẽda peccata,& excitãda fideliũ corda directæ ſunt. Corona in capite eius,)promiſſio uitæ æternæ eſt. Equũ rufum,) malũ populum, ſeſſorem eius diabolũ. Quẽ ideo dixit rufum,eo q̃ multorũ eſſet ſanguine rubicũdus.Quòd aũt, Datus eſt ei gladius acutus,& tollere pacẽ de terra,) hoc eſt,q̃ diabolo ſuadente, homines mali inter ſe lites & diſcordias uſq; ad mortẽ excitare non ceſſant. Et in equo nigro,) intelligitur populus ſiniſter diabolo conſentiens. Quòd autẽ, Stateram habebat in manu,) hoc ideo eſt, quia dũ ſe fingunt mali iuſtitiæ librã tenere,ſic plerunq; decipiũt.Quòd dixit, Vinũ & oleũ ne læſeris:) in uino ſanguis Chriſti,in oleo unctio chriſmatis intelligit'. In tritico uel hordeo,) tota eccleſia ſiue in magnis ſiue in minimis, aut certe in præpoſitis & in populis. Et in equo pallido,) homines intelligũtur mali,qui perſecutiones excitare nõ deſinũt.Iſti tres equi ſunt qui exierunt poſt albũ & contra albũ,& ſeſſorẽ habent diabolũ qui eſt mors. Tres ergo equi,fames & bella & peſtis intelligũtur:quod etiam dominus in euãgelio ſuo prædixit, quæ etiã fiunt, & imminente die iudicij amplius futura ſunt. Quòd autẽ dixit ſe uidiſſe ſub ara animas interfectorum,)martyres intelliguntur. Quòd autẽ dicit, Terræmotum magnũ,) perſecutio nouiſſima eſt.Quòd dicit, Solẽ factũ nigrũ,& lunã ſanguinẽ,& ſtellas cecidiſſe de cœlo:) Sol & luna & ſtellæ,eccleſia eſt in toto orbe diffuſa.Quòd autem dicit cecidiſſe,nõ tota cecidit,ſed à parte totũ intelligitur. In omni enim perſecutione boni perſeuerant, & mali quaſi de cœlo,id eſt, de eccleſia cadũt:deniq; ſequitur, Sicut ficus mittit groſſos ſuos cũ à uento agitatur:) ſic de eccleſia cadũt mali, quãdo per aliquã tribulationẽ fuerint cõturbati.Quòd autẽ, Cœlũ receſſit ut liber:)eccleſia eſt quæ ſeparatur à malis,& uelut liber inuolutus continet in ſe ſibi nota diuina myſteria.Quòd autẽ dicit, Reges terræ fugerũt & abſcõderunt ſe in ſpeluncis terræ:) hoc ſignificat q̃ totus mũdus in bonis & ſanctis refugiũ habiturus eſt ad eccleſiã,ut ſub eius protectione conſtitutus,peruenire poſſit ad uitã æternam,auxiliante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſecula.

C

D

Homilia VI.

ET VIDI alterum angelum deſcendentem ab ortu ſolis.) Alterum angelum eandem eccleſiam catholicã intelligit, ab ortu ſolis, à paſſione & reſurrectione domini clamãtem quatuor angulis terræ. Et clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus data eſt poteſtas lædere terrã & mare:ne læſeritis terram neq; mare.) Accipit autem gladium generaliter, ſiue contra eos quos in uitã interficit,ſiue quos inter ſe pro rebus temporalibus uſq; ad mortem litigare perſuadet.De tertio ſigillo dicit,

Equum nigrũ exiſſe,& qui ſedebat ſuper eum, habebat in manu ſua ſtateram.) Libram, inquit, habebat in manu ſua,id eſt, examen æquitatis, quia dum fingit ſe iuſtitiam tenere, per ſimulationem lædit.Dum autem, in medio animaliũ,)id eſt,in medio eccleſiæ dicitur,

Ne læſeris,)oſtẽditur q̃ ſpiritales nequitiæ potentiam in ſeruos dei nõ habent, niſi à deo acceperint. Vinũ & oleum ne læſeris.) In uino & oleo unctionẽ chriſmatis & ſanguinem domini:in tritico autẽ & hordeo eccleſiã dixit,ſiue in magnis ſiue in paruis Chriſtianis,ſiue in præpoſitis & populis.De quarto ſigillo, Equus pallidus,& qui ſedebat ſuper eum,nomen erat ei mors & infernus ſequebatur eum:& data eſt ei poteſtas ſuper quartam partem terræ,interficere gladio,fame & morte, & beſtijs terræ.) Iſti tres equi,ut ſupra dictũ eſt,unũ ſunt,qui exierunt poſt album,& contra albũ,& unum ſeſſorẽ habent diabolũ qui eſt mors: nam equitẽ diabolũ eſſe & ſocios eſſe, ſexto ſigno manifeſtat, cũ prælio ultimo equos dicit congredi. Tres ergo equi,fames & bella & peſtes intelliguntur,ſicut à domino in euangelio prænunciatur.Equus albus,uerbũ eſt prædicationis in orbe terratũ. In equo ruſo & ſeſſore eius bella ſunt ſignificata quæ futura ſunt, imò fiunt cum iam gens ſurgat contra gentem. Per equum pallidum & ſeſſorem eius, peſtis magna & mortalitas ſignatur: Et infernus

ſequitur

A ſequitur illum,)id eſt,expectat deuorationem multarum animarum. Et cum aperuiſſet ſigillum quintum, uidi ſub ara dei animas interfectorum.) Aram dei eccleſiã dicit, ſub cuius oculis martyres effecti ſunt. Et licet animæ ſanctorum in paradiſo ſint,tamen quia ſanguis ſanctorum ſuper terram funditur,ſub ara clamare dicũtur:ſicut illud eſt,Sanguis fratris tui clamat de terra. Et cum aperuiſſet ſigillum ſextum,terræmotus factus eſt,) id eſt,perſecutio nouiſſima. Et ſol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus, & luna facta eſt tota ſicut ſanguis,& ſtellæ ceciderunt in terram.) Quod eſt ſol ,eſt luna & ſtellæ, id eſt eccleſia, ſed à toto pars intelligitur.Non enim tota eccleſia,ſed qui mali ſunt in eccleſia,ipſi cadunt de cœlo.Totum autẽ dixit, quia in toto orbe terrarum erit nouiſſima perſecutio.Et tũc qui iuſti fuerint permanebunt in eccleſia tanq̃ in cœlo:cupidi uero, iniuſti & adulteri acquieſcere habẽt diabolo & ſacrificare idolo. Et tunc qui ſe Chriſtianos eſſe uerbis tantummodo dicunt, tanq̃ ſtellæ cadunt de cœlo,quod eſt eccleſia, Sicut ficus magno uento agitata mittit groſſos ſuos.)Agitatam arborem eccleſiæ comparauit:uentũ magnum dicit perſecutionem : groſſos, hominibus malis comparauit, qui excutiẽdi ſunt & receſſuri ab eccleſia. Et cœlũ receſſit ut inuolutus liber.)In hoc loco cœlum eccleſiã dicit,quæ à malis recedit,& intra ſe ſibi ſoli nota myſteria cõtinet ſicut liber inuolutus , quẽ iniqui intelligere,nec uolũt omnino,nec poſſunt.

Et omnis mons & inſula de locis ſuis motæ ſunt.)Quod cœlũ dicit,hoc montes,hoc inſulæ ſignificãt,id eſt,eccleſiam facta nouiſſima perſecutione,omnẽ de loco ſuo receſſiſſe dicũt, ſiue in bonis fugiẽdo perſecutionẽ , ſiue in malis fide cedẽdo.Sed poteſt in utranq; partem conuenire,quia & bona pars mouetur de loco ſuo fugiens, id eſt,amittẽs illud quod habet: ſicut illud:Mouebo candelabrũ tuũ de loco ſuo. Et reges terræ & magiſtratus.) Reges potentes homines accipimus. Ex omni enim gradu conuertẽtur ad Chriſtũ.Cæterũ qui tunc reges erũt,præter unũ perſecutorem, Abſconderũt ſe in ſpeluncis & petris montiũ,)Confugiunt omnes in præſenti ſeculo ad fidẽ eccleſiæ, & in abſcondito myſterio ſcripturarũ con

B teguntur. Et dicũt,cadite,)id eſt, tegite nos: Et abſcõdite,) id eſt,ut homo uetus à dei oculis abſcõdatur.Et aliter,Qui cogitat futurũ iudicium,cõuertetur ad mõtes, id eſt ad eccleſiã, ut abſcondantur peccata ſua per pœnitentiam in præſenti tempore, ne in futuro puniãtur.

Donec ſignemus ſeruos dei in frõtibus eorum.) Eccleſiã denunciat,& dicit malis hominibus,id eſt,iniſtræ parti lædenti. Ne læſeris.) Hæc eſt uox quæ in medio animaliũ dicit lædenti. Vinũ & oleũ ne læſeris.) In uino & oleo omnes qui ſunt iuſti intelliguntur,quos nec diabolus nec mali homines lædere poterũt, niſi quotiẽs ad eorũ probationẽ pmiſerit deus.

Vinũ,inquit,& oleũ ne læſeris.)Præcepit dñs omnem terrã ſuã ſpiritalẽ non lædi quouſq; omnes ſignẽtur. Et audiui numerũ ſignatorum,centũ quadragintaquatuor milia ſignati ex omni tribu filiorũ Iſraël.) Centũ quadragintaquatuor omnino omnis eccleſia eſt. Poſtea uidi, & ecce populus multus quẽ dinumerare nemo poterat ex omnibus populis, gentibus & linguis.) Non dixit,poſt hæc uidi aliũ populũ,ſed uidi populũ,id eſt,eundẽ quem uiderat in iſtis centũ quadragintaquatuor milibus.Hunc uidit innumerabilẽ ex omni tribu linguæ,quia omnes gẽtes inſertæ ſunt radici credẽdo. Dñs in euangelio totã eccleſiam tam de Iudæis q̃ de gentibus,in tribubus Iſraël duodecim demonſtrat,dicens, Sedebitis ſuper duodecim thronos,iudicãtes duodecim tribus Iſraël. Amicti ſtolis albis.)Stolas albas ſpiritumſanctũ intelligit. Et omnes angeli in circuitu eius ſtabãt throni.) Angelos eccleſiam dicit, quia præter ipſam nihil aliud deſcribebat. Et reſpondit mihi unus de ſenioribus,dicens,Iſti qui amicti ſunt ſtolis albis,qui ſunt?) Vnus de ſenioribus qui reſpondit,officium indicat ſacerdotum,quia eccleſiã,id eſt,populum in eccleſia docẽt,quid ſit remuneratio laboris ſanctorũ,dicens, Hi ſunt qui uenerũt ex magna tribulatione,quia lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.) Nõ enim ut aliqui putant,martyres ſoli ſunt,ſed omnis populus in eccleſia, quia nõ in ſanguine ſuo dixit lauiſſe ſtolas ſuas,ſed in ſanguine agni,id eſt,in gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum : ſicut ſcriptum eſt, Et ſanguis filij eius mundauit nos. Et qui ſedet in throno habitat ſuper eos.) Ipſi enim thronus ſunt ſuper quos habitat deus

Gen.4

Apoc.2

Matth.19

1.Ioan.1

tat deus in ſecula, id eſt in eccleſia. Neq; cadit ſuper eos ſol neq; æſtus.)Sicut dicit Eſaias C
Eſa.25 de eccleſia,Erit in umbra ab æſtu,& deducet ad uitæ fontes aquarum.Omnia hæc etiam in præſenti uita ſpiritaliter eccleſiæ eueniunt,cum dimiſſis peccatis reſurgemus, & uitæ prioris lugubre ueteris hominis expoliati,in baptiſmo Chriſtum induimur, & gaudio ſanctiſpiritus implemur. Cũ aperuiſſet ſigillum ſeptimũ,factũ eſt ſilẽtium in cœlo,)id eſt in eccleſia Media hora,) In ſemihora oſtẽdit initiũ quietis æternæ. Et uidi ſeptẽ angelos qui ſtant in cõſpectu dei.)Septẽ angelos eccleſiã dixit, Qui acceperunt ſeptẽ tubas,id eſt perfectam
Eſa.58 prædicationẽ:ſicut ſcriptũ eſt,Exalta ſicut tuba uocem tuã. Et alius angelus uenit & ſtetit ante altare.) Alium angelũ quẽ dicit,non poſt illos ſeptẽ uenit,quia ipſe eſt dominus Ieſus Chriſtus: Habens thuribulũ aureũ,)quod eſt corpus ſanctũ.Ipſe enim dñs factus eſt thuribulum, ex quo deus odorem ſuauitatis accepit, & propitius factus eſt mũdo,quia obtulit ſeipſum in odorẽ ſuauitatis. Et accepit angelus thuribulũ,& impleuit illud ex igne altaris.) Accepit Ieſus corpus,id eſt eccleſiã, & perficiendo patris uoluntatem,impleuit illã igne ſpiritu ſancti. Et factæ ſunt uoces & tonitrua & fulgura & terræmotus.) Omnia hæc ſpiritalis ſunt eccleſiæ prædicationes & uirtutes. Et ſeptẽ angeli qui habebãt ſeptem tubas,præparauerunt ſe ut tuba canerent,) id eſt eccleſia præparauit ſe ad prædicãdum. Et primus tuba cecinit,& facta eſt grãdo & ignis mixtus ſanguine.)Facta eſt ira dei quæ haberet in ſe multorũ necem. Et miſſa eſt in terrã, & tertia pars terræ cõbuſta eſt,& tertia pars arborum,& omne fœnũ uiride combuſtũ eſt.) Quod eſt terra,hoc & arbores,hoc fœnũ,id eſt homines.
Eſa.40 Fœnum autẽ uiride, carnẽ intellige ſanguineam & luxurioſam : ſecundũ illud,Omnis caro fœnum. Et ſecũdus tuba cecinit,& uelut mons magnus ardẽs miſſus eſt in mare.) Ardens mons diabolus eſt.Et quod tertia pars terræ uel arborum,hoc tertia pars maris.Et arbores humanas animas dixit,ut oſtẽderet in carne uiuos,ſed ſpiritaliter mortuos. Et etiã tertiam partẽ animæ corruperunt doctrina ſua hæretici,& eos qui illis acquieuerũt. Et tertius angelus tuba cecinit,& cecidit de cœlo ſtella magna ardens uelut facula.)De eccleſia dicit ecciD diſſe homines ſuperbos & impios.Magnam uero ſtellam dixit,quia perſonæ malorum,& poteſtatem uel diuitias habẽtium. Et nomen huius ſtellæ dixit abſynthium.)Tertia pars hominum facta eſt ſimilis ſtellæ quæ ſuper illam cecidit. Et multi hominum mortui ſunt ab aquis,quoniam amaricauerunt aquæ.)Homines mortui ſunt ab aquis,hoc in his qui rebaptizãtur manifeſte intelligi poteſt. Et quartus tuba cecinit,& percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ & ſtellarum.) Sol & luna eccleſia eſt, cuius tertia pars percuſſa eſt. In tertia parte intelligũtur omnes mali.Percuſſa eſt autem,id eſt,ſuis malis tradita & uoluptatibus, ut redundantibus & inoleſcentibus peccatis, ſuo tempore reuelaretur. Et uidi & audiui uocem unius aquilæ uolantis in medio cœli, & dicentem,Væ uæ uæ habitantibus in terra.)Aquila eccleſiam intelligit uolantem in medio cœli,id eſt,in medio ſui diſcurrentem, & plagas nouiſſimi temporis magna uoce prædicãtem. Quando enim ſacerdotes diem iudicij annunciant, aquila in medio cœli uolat. Sicut ergo ſupradictum eſt , alium angelum dixit aſcendiſſe ab ortu ſolis,id eſt,à paſſione uel reſurrectione domini.Quod autem dicit,
Ne læſeris terram neq; mare.) Hoc quotidie prædicãdo malis hominibus clamat.Quòd dicit, Vinum & oleũ ne læſeris:) In uino & oleo omnes qui ſunt iuſti in eccleſia intelliguntur,quos nemo lædere poterit niſi ad probationẽ illorum permiſerit deus.Quod autẽ ait,
Centũ & quadraginta quatuor milia ſignatos:) tota eccleſia ſignificata eſt.Quod aũt dixit, Amictos eſſe ſtolis albis:)In ſtolis donum ſpirituſſancti intelligitur. Angelos ſtãtes circa thronũ:) eccleſiã dixit, quia præter illã nihil aliud ſcribebat. Qui ſunt iſti,ait ſenior,& unde uenerunt?) Officium iſtud indicat ſacerdotum, qui populum in eccleſia docẽt.Quod dixerunt, Lauerunt ſtolas:) de tota eccleſia dixit, non de martyribus tantum, deniq; non dicit in ſanguine ſuo,ſed agni, quod utiq; per baptiſmi ſacramentum impletur. Et qui ſedet ſuper thronũ habitat ſuper illos.)Ipſi enim thronus ſunt ſuper quos ſedet deus. Neq; cadet ſuper illos ſol,neq; ullus æſtus,& deducet eos ad uitæ fontes aquarum.) Omnia hæc etiam

A etiam in præſenti ſeculo, & in his diebus ſpiritaliter eccleſiæ eueniunt, dum ita per gratiam dei defenditur , ut perſecutionibus mundi huius exerceatur potius q̃ uincatur:quòd dicit, In ſemi hora ſilentium factũ in cœlo:) in eccleſia dicit,& ſignificat initium quietis æternæ. Et ſeptem angelis tubis canentibus:) In angelis eccleſia,in tubis prædicatio eccleſiæ intelligitur. Alium angelum quẽ ſupra dixit ſtetiſſe ante altare:) Chriſtus dominus eſt, Habens thuribulum aureum,) corpus ſcilicet ſanctum,per quod deus pater paſſionis incẽſum, odorem ſuauitatis accepit.Quòd autẽ dicit, Factæ ſunt uoces,fulgura & tonitrua:) prædicationes ſunt eccleſiæ ſpiritales. Septem angeli qui ſe præparauerunt ut canerent:) eccleſia eſt,in qua per totum mundum contra omnia peccata uel crimina fit prædicatio ſpiritalis. Quòd autem Canẽte primo angelo tertia pars terræ combuſta eſt:)ſignificat homines ſuperbos & uoluptatibus deditos,quos deus iuſto iudicio permittit incendio luxuriæ uel cupiditatibus exuri . Quòd autem Canente ſecundo angelo,mons ardens cecidit in mare:) mons ille diabolus,mare mundus iſte intelligitur. Tertia pars maris:) ſicut ſupra dictum eſt,homines iniqui & impij.Quòd aũt Tertio angelo canẽte,ſtella magna cecidit de cœlo:) Homines mali intelliguntur , qui malis moribus & iniquis actibus de eccleſia tanquam de cœlo cadunt:quòd dicit, Multi hominum mortui ſunt ab aquis,quoniam amaricauerunt aquæ:)Hoc in his qui rebaptizãtur intelligi poteſt.Quòd autem Canente quarto angelo, ſolis & lunæ & ſtellarum tertia pars percuſſa eſt:) in his eccleſia intelligitur,in qua quotidie qui mali uel ficti ſunt,perſuadente diabolo peccatorum uulneribus percutiuntur in anima. Quòd autem dicit, Aquilam uolantem in medio cœli & clamãtem, uæ uæ uæ:) eccleſiam intelligi uoluit uolantem in medio cœli, id eſt,in medio ſui,& per aſſiduitatem prædicationis plagas nouiſſimi temporis annũciantem. Quando enim ſacerdotes in eccleſia dei diem iudicij annunciãt,aquila in medio cœli uolat. Concedat diuina pietas,ut dum & ſacerdotes ſtudent iugiter prædicare, & populi ea quæ prædicantur fideliter adimplere,ſimul mereanB tur ad æterna peruenire,præſtante domino Ieſu Chriſto, Qui uiuit &c.

Homilia VII.

Modo fratres chariſſimi,cum Apocalypſis legeretur audiuimus,quia Quinto angelo tuba canẽte, ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram.) Vna ſtella eſt corpus multorum cadentium per peccata. Et data eſt ei clauis putei abyſſi.)Stella abyſſus,puteus homines ſunt : ergo ſtella cecidit de cœlo,id eſt,populus peccator de eccleſia. Et accepit clauem putei abyſſi,) id eſt poteſtatẽ cordis ſui, ut aperiat cor ſuum in quo diabolus delegatus nõ compeſcatur, ut faciat uoluntatem ſuam. Et aperuit puteum abyſſi,) id eſt,manifeſtauit cor ſuũ ſine ullo timore uel pudore peccandi. Et aſcendit fumus de puteo:) id eſt, de populo aſcendit, quod cooperit & obſcurat eccleſiam:ita ut dicatur, Et obſcuratus eſt ſol,& aër de fumo putei.)Obſcuratum dixit ſolem,non occidiſſe.Peccata enim malorum & ſuperborum hominum quæ paſſim cõmittuntur per orbem, obſcurant ſolem,id eſt eccleſiam,& ſanctis ac iuſtis interdum faciunt obſcuritatem,quia tantus eſt malorum numerus , ut aliquotiens uix inter eos apparcant iuſti. Sicut,inquit,fumus fornacis magnæ. Et ex fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt eis poteſtas, ſicut habent poteſtatẽ ſcorpij,)id eſt,ueneno lædere. Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ,neq; omnem arborem,neq; homines:& datum eſt eis ne occiderẽt eos.)Et quia duæ partes ſunt in eccleſia, bonorũ ſcilicet & malorũ : una pars ſic percutitur ut corrigatur, alia uoluptatibus ſuis relinquitur.Pars bonorum humiliata traditur ad cognitionẽ iuſtitiæ dei,& cõmemorationem pœnitẽtiæ:ſicut ſcriptũ eſt,Bonum mihi quia humiliaſti me,ut co Pſal.118 gnoſcã iuſtificationes tuas. Datũ eſt illis ne occiderẽt,ſed ut cruciarent,& cruciatus eorum ſicut cruciatus ſcorpij cũ percutit hominẽ.) Hoc tũc fit quãdo diabolus per uitia uel per peccata,uenena propinat. Et quærẽt homines mortẽ.)Mortẽ uero requiẽ dixit.Quærẽt utiq; mortẽ,ſed malis,id eſt tribulationibus,ut ipſi requieſcant dũ mala moriuntur. Super capita,inquit,eorum tanq; coronæ ſimiles auro.) Eccleſia ſuperius deſcripta in uigintiquatuor ſenio/

seniorib⁹ qui habent coronas aureas, isti autem similes auro, hæreses sunt quæ imitantur C
ecclesiam. Et habebant capillos sicut capillos mulierum.) In capillis mulierum non solum sexum effœminatum, sed utrunq; sexum uoluit intelligere & ostendere. Et habebant caudas similes scorpijs, & aculei in caudis eorum.) Caudas,hæreticorum præpositos dicit,sicut scriptum est, Propheta docens mendacium, hic est cauda.Qui sunt pseudoprophetæ,& hi crudelia regū iussa implent. Habentes super se regem angelum abyssi.) Id est diabolum uel regē seculi.Abyssus populus est, Cui nomen Hebraice abaddon,Græce apollion,Latine perdens,Væ unum abijt,& ecce duo uæ uenient.Post hæc sextus angelus tuba cecinit.) Hinc incipit nouissima prædicatio. Et audiui unum ex quatuor angulis altaris aurei quod est in conspectu dei, dicente sexto angelo qui habebat tubam, Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.) Altare quod est in conspectu dei ecclesiam uult intelligi,quæ in tempore nouissimæ persecutionis audeat uerba crudelissimi regis aut iussa cōtemnere,& ab obtemperātibus discedere. Solue quatuor angelos in flumine Euphrate.) Flumen Euphraten peccatorē populū dixit, in quo satanas & propria uoluntas ligata est. Euphrates autē fluuius est Babylonis, sicut Hieremias in medio Babylonis submittit librū in Euphraten. Et soluti sunt quatuor angeli,) id est, inchoata est persecutio: Parati in horam & diem & mensem & annū,ut occiderent tertiam partē hominum.)Hæc sunt quatuor tempora triennij, & pars temporis. Et numerus,inquit,exercituum bestiæ, myriades myriadum, audire numerum eorum:) sed non dixit quid myriadum, ut occiderent tertiam partem hominum, hoc est superborum, pars tertia,de qua descendit ecclesia. Et uidisti in uisione equos,& qui sedebant super eos habebant loricas igneas & hiacynthinas ac sulphureas.)Equos homines dicit,sessores spiritus nequā armatos igne & sulphure. Et capita eorum erant sicut leonum,)ad sæuiendum in persecutione. Ex ore eorum exiuit fumus,ignis & sulphur:)id est,blasphemiæ de ore eorum contra deum egrediuntur. Caudæ eorum similes serpētibus.) Caudas,præpositos dixit:capita,principes mundi. Et in his nocet,) diabolus,& sine his nocere non potest.Aut enim sacrilegi reges male iubendo, aut sacrilegi sacerdotes male docendo nocent. Et uidi, inquit, alium angelum fortem descendentem de cœlo,amictū nube,& iris,)id est arcus, In capite eius,& facies eius erat ut sol.)Amictus nube dominus intelligitur, amictus ecclesia. Legimus enim sanctos nubes, sicut Esaias dicit,
Esaiæ 60 Qui sunt hi qui ut nubes uolāt? Indutum itaq; nube spirituali & sancto corpore Christum intellige. Et iris super caput eius,) id est, uel iudicium quod fit & quod futurū est,uel promissio perseuerans.Ecclesiā enim describit in domino,dicens, Et facies eius sicut sol.)id est, de resurrectione, sicut sol apparuit quando à mortuis resurrexit. Et pedes eius sicut columnæ ignis.) Pedes,apostolos dicit, per quos in uniuerso mundo doctrina eius discurrit.Aut certe quia pes nouissima pars corporis est,ecclesiam dicit post ignem nouissimæ persecutionis futuram sanctorum claritatem. Et posuit pedem suum dextrum super mare,sinistrum autem super terram.) Id est, ad prædicandum trans mare, & in uniuerso orbe terrarum.

Et clamauit uoce magna,quemadmodū leo rugit:) id est,fortiter prædicauit. Et cum clamasset,locuta sunt septem tonitrua uoces suas,)quæ sunt & septem tubæ. Et audiui uocem de cœlo dicentem, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere,) propter obtundendos,ut non passim omnibus impijs pateant uerba dei.Alio denicq; loco propter seruos
Apoc.22 suos, Ne signaueris, inquit, uerba prophetiæ huius: & ostendit quibus signari iusserat, & quibus nō,Qui perseuerauerit,inquit,nocere,noceat:& qui in sordibus est,sordescat adhuc, hoc est,propterea in similitudinibus loquor illis, ut qui iustus est,iustiora faciat: & qui sanctus est, sanctiora, hoc est, uestri fideles oculi,quoniam uident, & aures quoniam audient. Istis non sunt signata uerba libri,malis autē signata sunt. Et iurauit angelus ille,quoniam tempus iam non erit:)sed in diebus septimi angeli,cum cœperit tuba canere.Septima tuba
1.Cor.15 finis est persecutionis & aduentus domini, propterea dixit Apostolus, in nouissima tuba fieri resurrectionem. Quòd autē sicut supra dictum est, Quinto angelo tuba canente,item

A rum stellam dixit cecidisse de cœlo:) Etiam & hæc stella corpus est multarum stellarum de cœlo,id est,de ecclesia cadentium, & significat superbū populum & impium. Quòd autem
Data est ei clauis abyssi,)dimissus est ei in potestatē cordis sui,ut aperiat cor suū diabolo, & absq; ulla reuerentia exerceat omne malum. Quòd autem Ascendit fumus de puteo,) id est,de populo malo: & obscurauit solem & lunam:) Obscuratum solem dixit,non occidisse,hoc ideo,quia peccata malorum & superborum hominum obscurare uidētur solem, dum sanctis & iustis interdum per multas tribulationes faciunt obscuritatem, sed lumen eorum extinguere nō possunt, quia illis ad malum cōsentire non acquiescunt. Quòd autem dixit, Ex fumo putei exire locustas,& accepisse potestatem lædendi,& datum est eis ne occiderent eos:)hoc ideo, quia duæ partes sunt in ecclesia, bonorum scilicet & malorum. Vna pars sic percutitur ut corrigatur,alia uoluptatibus suis relinquitur.Quòd autem dicit, Cruciatus eorum sicut cruciatus scorpij cum percutit hominem.) Hoc tunc fiet,quādo diabolus luxuriosis hominibus per uitia & peccata in modum scorpij propinat. Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.) Vigintiquatuor seniores, in quibus ecclesia descripta est,coronas habebāt aureas.Isti autē similes auro, hæreses scilicet quæ imitantur ecclesiam.

Quòd autem Capillos habebant mulierum:) in capillis non solum sexum effœminatum,sed etiam utrunq; sexum ostendit. In caudis earum)quæ erant tanquam scorpius,duces uel principes hæreticorum intelliguntur,sicut scriptū est, Propheta docens mendacium, Esa.9
hic est cauda. Habebant super se regem abyssi,) id est diabolum.In abysso populus malus intelligitur,cui diabolus dominatur. Altare,) quod dixit esse in cōspectu dei,ecclesiam uult intelligi, quæ uelut aurum purgatum tempore nouissimæ persecutionis audet crudelissimi regis iussa contemnere,& ab obtemperantibus discedere.Quòd autē dicit, Quatuor angelos ligatos in flumine Euphrate,) populum peccatorem significat, in quo satanas & propria uoluntas ligata est. Euphrates autem est fluuius Babylonis, quæ interpretatur
B confusio,unde ad ipsum fluuiū pertinent quicunq; res confusione dignas exercent.Quòd dicit se uidisse equos,& qui sedebant super ipsos, habebant loricas igneas & hiacynthinas & sulphureas:) Equos superbos homines dicit, sessorem eorum diabolum & angelos eius. Quòd autem dicit, Capita eorum ut leonum,) propter uiolentiam & persecutionem illorum hominum dictum est. Et ex ore eorum exijt ignis,fumus & sulphur:) id est blasphemiæ de eorum ore egrediuntur. In caudis quæ erant similes serpentibus,) sicut iam supra dictum est,principes sunt aut præpositi hæreticorum, per quos lædere consueuit diabolus. Aut enim sacrilegi reges male iubēdo,aut sacrilegi sacerdotes male docendo nocent. Angelum quem dixit amictum nube,) dominus & saluator noster est,amictus nube,id est,ecclesia:quia de sanctis scriptum est, Qui sunt isti qui ut nubes uolant? Quòd autem dixit, Esa.60
Facies eius ut sol,)propter resurrectionem domini dixit.Sicut sol enim apparuit,quando à mortuis resurrexit. In pedibus eius qui erāt sicut columna ignis.) apostoli figurati sunt, per quos in uniuerso mundo doctrina eius discurrit. Quòd autem Posuit pedem suum dextrum super mare:) hoc significauit, ꝙ prædicatio eius usq; trans mare in uniuerso mundo itura erat.Quòd autem Velut leo rugiendo clamauit:) hoc ideò,quia ex potestate fortiter prædicauit. Quòd autem dixit, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua:) propter obtundendos dictum est, de quibus in euangelio, Nolite sanctum dare canibus,id est, Matth.7
ut non passim omnibus pareat uerbum dei. Alio denique loco propter seruos suos dixit, Ne signaueris, inquit, uerba prophetiæ huius. Et ostendit, quibus signare iusserat, & qui- Apoc.22
bus non. Qui perseuerauerit, inquit, nocere noceat: & qui in sordibus est; sordescat adhuc. Ecce quibus signatum est uerbum dei. Propterea in similitudinibus loquitur illis,ut qui iustus est, iustiora faciat, similiter & sanctus sanctiora. Ecce quibus non est signatum. Quam rem oremus,ut etiam implere dominus per suam pietatem dignetur,Qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat, Amen.

Homilia VIII.

VOX de cœlo,)imperium est dei,qui ecclesiæ cor tangit,& iubet percipere eã quæ ecclesiæ aperto libro futuram pacem prædicauit. Et abij ad angelum,ut daret mihi librum.) Hoc ex persona Ioannis ecclesia dicit, desiderans perdoceri. Et tunc dixit mihi,Accipe & comede illum,) id est, tuis uisceribus pãde,& describe in altitudine cordis: Et faciet amaricari uẽtrem tuum,sed in ore tuo erit tanq̃ mel dulce:) id est,cum perceperis,oblectaberis eloquij diuini dulcedine, sed amaritudinem senties cum
Psal.46 prædicare & operari cœperis quod intellexeris: sicut scriptum est,Propter uerba labiorum tuorum custodiui uias duras:& aliter, Erit,inquit,in ore tuo dulce ut mel,& in uentre amaritudo:) in ore intelliguntur boni & spiritales Christiani, in uentre carnales & luxuriosi. Inde est q̃ cum uerbum dei prædicatur,tunc spiritalibus dulce est:carnalibus uero quorum secundũ Apostolum deus uenter est, amarũ uidetur & asperum. Et data est mihi arundo uirgæ similis, dicens,Surge & metire templũ dei & altare,& adorãtes in eo.) Sed quia non omnes q uidẽtur adorãt:ideo dixit, Atriũ quod est foris templũ,eijce foras & ne metieris illud.) Ipsi atriũ sunt qui uidẽtur in ecclesia esse & foris sunt,siue hæretici,siue male uiuentes catholici: Quoniã datum est gentibus, & ciuitatẽ sanctã calcabunt mensibus duodecim.) Qui excludũtur,& quibus dabitur, utriq̃ calcabũt eam. Et dabo duobus testibus meis:) id est,duobus testamẽtis. Et prophetabũt diebus mille ducẽtis sexaginta.) Duobus testibus meis, id est Christianis prædicẽt,dies mille ducẽtos sexaginta nouissimæ persecutionis dixit,sed futuræ pacis & totius temporis à dñi passione,quoniã utrunq̃ tempus totidẽ dies habet,quod suo in loco dicetur. Saccis,)id est,cilicijs amicti.)quod in ἐξομολόγησιν, id est, ex cõfessione sint cõstituti, quia ex sensu humilitatis dixit saccis amictos:deinde ostẽdit qui sunt hi duo testes,dicẽs, Hi sunt duæ oliuæ & duo cãdelabra in cõspectu terræ dei stãtes.) Hi sunt qui stant,nõ qui stabunt.Duo cãdelabra ecclesia est,sed pro numero testamentorũ duo:sicut quatuor angelos dixit ecclesiam,cũ sint septẽ pro numero angelorum terræ.Ita & septẽ candelabra,si unũ uel amplius pro locis nominet,tota ecclesia est:nã Zacharias unum candelabrũ uidit septiforme, & has duas oliuas,id est testamẽta infundere oleũ cãdelabro, hoc est ecclesia, sicut sunt ibidẽ septẽ oculi,septiformis gratia spiritussancti qui sunt in ecclesia inspiciẽtes totã terrã. Et si qs eos uult lædere uel occidere, ignis exiet ex ore eorũ,& deuorabit inimicos eorũ,)id est,si quis ecclesiã uel lædit uel lædere uoluerit, precibus oris eius diuino igne aut in præsenti ad correctionẽ,aut in futuro seculo ad damnationẽ consumet.

Hi habẽt potestatẽ claudere cœlũ nubibus,ne pluat in diebus prophetiæ eorũ.) Habent ait,nõ habebunt.Hoc ideo dicit, quia tẽpus quod nũc agitur significauit.Sed & spiritaliter cœlũ clauditur,ne imbrẽ pluat,id est,ne occulto,sed tñ iusto iudicio dei super sterilẽ terrã de ecclesia benedictio descẽdat. Et cũ finierint testimoniũ suũ,bestia quæ ascendet de abysso faciet cũ eis præliũ.) Aperte hæc omnia ostẽdit ante nouissimã persecutionẽ fieri,cũ dicit,cũ finierint testimoniũ suũ:utiq̃ illud quod præbent usq̃ ad reuelationẽ Christi Et uicit eos & occidit.) Vincit in eis q succubuerint:occiditur in eis q cõfessi deũ fuerint. Et corpus eorũ proijcitur in plateis ciuitatis magnæ.)Duorũ dicit unũ corpus, aliqñ corpora,& ut numerũ
Psal.49 testamẽtorũ seruaret,& ecclesiæ unũ corpus ostẽderet,quomõ est illud, Proiecisti sermones meos retro.In plateis ciuitatis magnæ,id est in medio ecclesiæ. Et uident de populis tribus & linguæ corpus eorũ,per dies tres & dimidiũ,) id est,annos tres & mẽses sex. Miscet enim
Ioan.16 tempus nũc præsens,nunc futurũ,sicut & dñs dicit, Veniet hora, ut omnis populus qui occiderit uos arbitretur obsequiũ se præstare deo,& nũc est & ueniet. Et corpora eorũ nõ sinet poni in monumẽto,) Votũ eorũ & impugnationẽ,nõ quo ualeãt facere ne sit ecclesia in me-
Matth.23 moria,sicut & illud,Nec uos intratis, nec alios finitis intrare,cũ multi introierũt eriã illis impugnãtibus.Sic ergo nõ sinũt poni in monumẽtum. Et habitãtes in terra gaudẽt sup eos, & epulantur,& munera inuicẽ mittũt inter eos.) Hoc semp factũ est,& nũc inuicẽ mittũt,& nouissime gaudebũt & epulabũtur. Quotiẽs emi iusti affligũtur, exultãt iniusti & epulãtur.

Quoniam

A Quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos.)Per plagas qua pro contemptu testamentorum dei humanum genus affligunt.Deniq̃ etiam ipse uisus iustorum grauat iniustos, sicut ipsi dicunt,Grauis est nobis etiã ad uidendũ.Gaudebunt aũt ubicunq̃ ueluti iam nihil habuerunt quod impatienter ferant,disturbatis & occisis iustis,& eorum hæreditate possessa. Et post dies tres & dimidium spiritus uitæ à deo intrauit in illos.) Iam dictũ est de diebus hucusq̃ futuris,angelus narrauit,& inducit factum quod futurum audit. Et steterunt super pedes suos,& timor magnus super illos cecidit,& audiui uocem magnam de cœlo dicentem,Ascendite huc,Et ascẽderunt in cœlum in nube.)Hoc est quod Apostolus dixit,Ra- 1.Thes. 4
piemur in nubibus obuiam Christo.Ante aduentum autem domini nulli hoc posse contingere scriptum est,Initium Christus,deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius.Vnde exclu- 1.Cor.15
ditur omnis suspicio quorundam,qui putant hos duos testes duos uiros esse,& ante aduentum Christi cœlum in nubibus ascendisse.Quomodo autem potuerunt habitantes terram de duorum nece gaudere,cum in una ciuitate morerentur,& munera inuicem mittere,si tres dies sunt quo antequàm gaudeant de nece contristabuntur: de resurrectione autem quales epulæ aut uoluptas esse potest in plateis epulantium cadauera humana epulis,morbum triduanum fœtorem reddentium?unde nos dominus liberare dignetur,Amen.

Homilia IX.

QVOD audiuimus fratres in lectione quæ recitata est,quia In illa hora factus est terræmotus magnus.)In illo terræmotu persecutio intelligitur, quam diabolus per malos homines exercere consueuit. Et decima,inquit,pars ciuitatis cecidit,& occisa sunt in terra nomina uirorum septem milium.) Et denarius & septenarius perfectus est numerus. Quod si nõ esset,à parte totum intelligendum erat.Duo sunt enim ædificia in ecclesia, unum supra petram,aliud supra arenam. Quod supra arenã est,dicitur cecidisse. Et cæteri timuerunt,& dederunt claritatem deo.) Qui supra petrã ædi-
B ficati sunt,cum illis qui super arenam erant cadere non potuerunt. Ideo autem dixit, timuerunt,quia uidẽs iustus peccatoris interitum, plus accenditur in obseruatione præceptorum, Psal.52
sicut dicitur,Et lauabit manus in sanguine peccatoris, Et apertum est,inquit,templum dei in cœlo.) Id est,in ecclesia incarnationis Christi mysteria patefacta sunt: unde ostenditur ecclesia cœlum esse. Et uisa est arca testamenti eius in templo eius.) Id est,intellectum ecclesiam esse arcam testamenti. Et facta sunt fulgura & tonitrua & terræmotus.)Hæc omnia, uirtutes prædicationis & coruscationis & bellorum ecclesiæ. Et signum magnum est in cœlo uisum, mulier amicta sole,& luna sub pedibus eius.)Ecclesiam dicit partem suam,id est, homines fictos & malos Christianos sub pedibus habere. Et in capite eius corona stellarum duodecim.)Istæ duodecim stellæ duodecim apostoli intelligi possunt.Sole autem ami-
cta spem resurrectionis signat, propter illud quod scriptum est, Tunc iusti fulgebunt sicut Matth.13
sol in regno patris eorum. Draco magnus rufus,)diabolus quærens ecclesiæ natum deuorare, habens,inquit,cornua decem & capita septem.)Capita reges sunt,cornua uero regna In septem enim capitibus omnes reges,in decem cornibus omnia regna mundi dicit. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli,& misit eas in terram.) Cauda,prophetæ iniqui sunt,id est, hæretici, qui stellas cœli per iteratum baptisma adhærentes sibi deijciunt in terram. Ipsi sunt sub pedibus mulieris. Multi,homines illos esse æstimant, quos sibi consentientes diabolus fecit sodales: multi,angelos qui cum illo quando cecidit præcipitati sunt. Parturiens cruciatur ut pariat.)Per omne tempus quotidie parit ecclesia in prosperis & in aduersis. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura,ut cum peperisset filiũ eius deuoraret.)Semper enim in cruciatibus parit ecclesia Christum:n per membra,semper & draco quærit deuorare nascentem. Et genuit mulier filium masculum,)Id est Christum.Dein de corpus eius,id est,ecclesia,semper generat Christi membra.Masculum autem dixit uictorem aduersus diabolum. Et mulier fugit in eremum.) Mundum istum non incongrue eremum accipimus,ubi usque in finem Christus ecclesiam gubernat & pascit,in qua ipsa ec-

clesia superbos & impios homines tanq̃ scorpiones & uiperas, & omnẽ uirtutẽ satanæ per Christi adiutoriũ calcat & cõterit. Et factũ est bellũ in cœlo,)id est in ecclesia. Michaël & angeli eius pugnabãt cũ dracõe.)Michaëlẽ Christũ intellige,& angelos eius, sanctos homines. Et draco pugnauit & angeli eius.)Id est diabolus & homines uoluntati eius obtẽperantes:nam absit ut credamus diabolũ & angelos eius in cœlo ausos esse pugnare,qui in terra unũ Iob ausus non est tentare,nisi cũ à domino postularet ut læderet. Et nõ ualuerũt, neq; locus eorũ inuentus est amplius in cœlo.) Non est inuentus locus eorũ in hominibus sanctis dixit,qui credentes semel expulsum diabolũ eiusq; satellites amplius nõ recipiunt,sicut Zacharias dixit,ut semel exterminati idola amplius non recipiant loca. Et expulsus est draco magnus,anguis antiquus qui dicitur diabolus satanas,& angeli eius cum eo.)Diabolus & spiritus immũdi omnes cum suo principe de sanctorũ cordibus expulsi sunt in terrã, id est,in homines qui terrena sapiunt,& totã spem suã in terrã constituunt. Et audiui uocem magnã de cœlo dicentẽ,Modo facta est salus & uirtus & regnũ dei nostri.) id est ecclesiæ:ostendit in quo cœlo ista fiant.Apud dominum semper fuit & est uirtus & regnũ & potestas filij eius.Sed in ecclesia dixit per uictoriã factã Christi salutẽ:quã uidentes illi de quibus dominus dixit,Multi iusti & prophetæ cupierunt uidere quæ uidetis,dixerunt, Modo facta est salus domini nostri. Quoniã exclusus est accusator fratrũ nostrorũ,&c.) Si autẽ, ut quidã putant,angelorũ uox est in cœlo superiore,& nõ sanctorũ in ecclesia,non dicerent accusator fratrũ nostrorũ,sed accusator noster, nec accusat sed accusabat. Quod si iustos in terra positos appellauerunt angeli fratres suos,non erat gaudiũ missum esse diabolũ in terra,quẽ molestiorẽ possunt experiri sancti secũ in terris positum, quàm si, ut dicitur, adhuc esset in cœlo:sic enim terræ maledicunt dicentes, Væ tibi terra & mare.)Id est qui cœlum non estis Quia descendit ad uos diabolus, habens irã magnã, sciens quia breue tempus habet.)Descendit,inquã,ut allegoriã seruẽ.Cæterũ omnes in cœlo sunt,id est in ecclesia,quæ iuste cœlũ dicitur,unde deiectus à sanctis diabolus descendit in suos,quipro amore terreno terra sunt.Deinde aũt de cœlo non sic dixi,quod in hominibus fieret iã cœlũ factũ, sed qđ sint,nõ quod fierent:non enim possunt sancti cœlũ factũ fieri,nisi diabolo excluso.Non ergo primo nomine,sed secũdo appellauit eos cœlũ.In quibus ultra diaboli locus inuẽtus nõ est.De quo periculo nos dominus sub sua protectione liberare dignetur,Qui uiuit &c.

Matth.13

Homilia x.

ODO fratres chariſſimi audiuimus, quia cum uidiſſet draco quòd de ſanctis excluſus eſſet in terrã,id eſt,de cœlo in peccatores,perſecutus eſt mulierem quæ peperit maſculũ.Quãto enim diabolus de ſanctis eijcitur,tanto magis eos perſequitur. Et datæ ſunt mulieri,)id eſt eccleſiæ, Duæ alæ aquilæ magnæ ut uolaret in deſertum locũ,ubi alitur per tempus & tempora & dimidiũ temporis à facie ſerpentis.) Tempus & annus intelligitur,& centum anni. Duæ alæ magnæ,duo ſunt teſtamenta eccleſiæ quæ accipit quibus ſerpentem euaderet in eremũ.In locum ſuum dixit, id eſt in hoc mundo ſerpentes & ſcorpiones habitant, quia illi dictum eſt,ſicut dominus dicit, Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporũ:& Ezechieli dicitur, Fili hominis inter ſcorpiones habitas. Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquã,)id eſt uiolentiam perſecutorum. Et adiuuit terra mulierẽ,& aperuit os ſuum & abſorbuit flumen.)Flumen terrã ſanctam dicit,id eſt ſanctos.Quoties enim perſecutiones eccleſiæ irrogantur, ſanctæ terræ precibus, id eſt,omnium ſanctorum orationibus aut amouentur,aut tẽperantur: nam dominus noſter Ieſus Chriſtus qui interpellat pro nobis has perſecutiones remouet, cum ipſa terra ſedet à dextris uirtutis dei.Item aliter,mulierem uolaſſe in deſertũ,ipſam eccleſiam intelligit,in qua in nouiſſimo tẽpore ſuper Helia creditura eſt ſynagoga.Alæ duæ aquilæ magnæ,uult intelligi prophetas,ſcilicet Heliã,& qui cũ eo uenturus eſt: aqua emiſſa de ore draconis, exercitũ perſequentiũ eam ſignificat:abſorpta aqua,de perſecutoribus facta uindicta. Et iratus eſt draco ſin mulierẽ,& abijt bellũ facere cũ reliquis de ſemine eius.) Et cũ uidiſſet non poſſe

Matth.10
Ezech.2

continuari perſecutiones quas per paganos ſolebat immittere, eo quod de ore eius ſanctæ terræ,id eſt orationibus ſanctis remouerentur,hæreſes cõcitauit, Et ſtetit ſuper arenã maris.)Id eſt,ſuper multitudinẽ hæreticorũ. Et uidi aſcẽdentẽ beſtiã de mari,)id eſt,de populo malo. Aſcendentẽ dixit,hoc eſt naſcentẽ; ſicut flos in bonã partẽ de radice Ieſſe aſcendit. Beſtiã aſcendentẽ de mari,impios dicit qui ſunt corpus diaboli. Et beſtia quã uidi ſimilis erat pardo,& pedes eius ſicut urſi,& os eius ſicut leonis.)Pardo propter uarietatẽ gentium ſimilauit: urſo propter malitiã & uæſaniã,leoni propter uirtutẽ corporis, & linguæ ſuperbiã. Et quia tẽporibus antichriſti cũ uarietate gẽtiũ & populorũ regnũ illius erit cõmixtũ, pedes tanq̃ urſi duces eius,os eius uiſio eius. Et dedit ei draco uirtutẽ ſuã.)Sicut uidemus modo hæreticos eſſe in hoc ſeculo potentes qui habẽt uirtutẽ diaboli,ſicut quondã pagani,ita nũc illi uaſtant eccleſiã. Et uidi unũ ex capitibus eius quaſi occiſum.)Hæretici ſunt qui ſimulant ſe confiteri Chriſtũ,& dũ nõ ſic credunt ut fides catholica habet,blaſphemant cũ eũ & occiſum prædicent reſurrexiſſe,quia ipſe ſatanas trãſfigurat ſe in angelũ lucis. Et aliter occiduntur hæreſes per catholicos,cum in ſcripturarũ teſtimonijs opprimuntur,ſed illi nihilominus quaſi ſatanæ plagã rediuiui peragũt opera ſatanæ,& nõ ceſſant blaſphemare,& ad dogma ſuũ quos poſſunt attrahere. Et mirata eſt omnis terra ſecuta beſtiã,& adorauerunt draconem qui dedit poteſtatẽ beſtiæ.)utiq; habent poteſtatẽ hæretici,ſed præcipue Ariani. Et adorauerunt beſtiã dicentes,Quis ſimilis beſtiæ,aut quis poterit pugnare cũ ea?)Hoc ideo quia ſibi blãdiuntur hæretici, quòd nullus melius credat illis,& quòd nullus uincat populũ ipſorũ qui beſtiæ nomine cenſentur,cui datũ eſt ab ipſo diabolo, & à deo permiſſum eſt ut loquatur magna & blaſphemias,ſicut dicit Apoſtolus,Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt,manifeſti ſint in uobis. Et data eſt poteſtas facere menſes quadragintaduos.)Tempus nouiſſimæ perſecutionis in iſtis duobus menſibus intelligitur. Deinde aperuit os ſuũ in blaſphemiã ad deũ.) Hic manifeſtũ eſt illos ſignificari qui de eccleſia receſſerũt catholica, ut qui ante occulte intra eccleſiã quaſi fidẽ rectã tenere uidebãtur,in perſecutione aperto ore in deum proferant blaſphemiã. Et in tabernaculo eius qui in cœlo habitant.)Id eſt in ſanctis qui intra eccleſiã cõtinentur,quæ cœlũ eſt nuncupata,quia & ipſi tabernaculũ dei ſunt. Et datũ eſt ei bellũ facere cũ ſanctis & uincere eos.) A toto partẽ intelligimus,quæ uinci poteſt:non enim boni Chriſtiani,ſed illi qui mali ſunt uincũtur. Et data eſt ei poteſtas ſuper omnẽ tribũ & linguã,& adorabunt omnes habitantes terrã.)Omnes dixit,ſed in terra habitantes,nõ in cœlo. Quorũ non eſt ſcriptũ nomẽ in libro uitæ agni,ſignati ab origine mundi.) De diabolo dixit uel eius populo,nõ eſt ſcriptũ nomen eius in libro uitæ ſignati ab origine mũdi,quia in præſciẽtia dei ante præordinata eſt atq; ſignata.Quod ipſe præſtare.&c.

1.Cor.11

Homilia xi.

IN lectione quæ modo recitata eſt fratres chariſſimi, audiuimus beatũ Ioannẽ dicentẽ,Et uidi aliã beſtiã aſcendentẽ de terra.)Quod eſt mare,hoc eſt terra. Et habebat cornua duo ſimilia agni,)id eſt duo teſtamẽta agni,qđ eſt eccleſia. Et loquebat ut draco.) Hæc eſt illa quæ ſub nomine Chriſtiano agnũ præfert; ut draconis uenena latẽter infundat,hæc eſt hæretica eccleſia: agni eñ ſimilitudinẽ nõ imitaretur,ſi aperte loqueret.Nũc Chriſtianitatẽ fingit quo ſecurius incautos decipiat,propterea dñs dicit,Cauete à pſeudoprophetis,&c. Et facit terrã & eos qui in ea ſunt,ut adorent beſtiam priorẽ,cuius curata eſt plaga mortis eius, & faciet ſigna magna ut ignẽ faciat deſcẽdere de cœlo in terra.)Et quia cœlũ eccleſia eſt,quid eſt ignẽ de cœlo deſcẽdere in terrã,niſi hæreſes de eccleſia eadẽ:ſicut ſcriptũ eſt,Ex nobis exierunt,ſed non erant ex nobis. Ignis enim de cœlo deſcendit,quãdo hæretici qui de eccleſia uelut ignis recedunt, ipſam eccleſiam perſequuntur.Beſtia ergo cum duobus cornibus facit,ut ſimulacrũ beſtiæ,id eſt,ut populus adoret diaboli adinuentionem. Vt dent eis notam ſuper manum eorum dextrã,& ſuper frontem eorum.) Myſterium enim diſputat facinoris: ſancti enim qui ſunt in eccleſia, Chriſtũ accipiunt in manu & in fronte:hypocritæ autem beſtiam ſub Chriſti nomine. Sed qui nõ

Mat.7
1.Ioan.2

adorauerunt bestiam,nec imaginem eius,nec acceperunt inscriptionē in fronte aut in manu C
sua,occidantur.) Non abhorret à fide,ut bestia ipsa impia ciuitas intelligatur,id est cōgrega
tio uel cōspiratio hominū impiorum uel superborum,quæ Babylonia dicitur,& interpreta
tur confusio,& ad ipsam pertinēt quicunq; res cōfusione dignas exercere uoluerunt. Ipse est
populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati dei. Imago uero eius simulatio est
in eis uidelicet hominibus,qui uelut fidem catholicam profitentur,& infideliter uiuunt: fin
gunt enim se esse quod non sunt,uocanturq; non ueraci effigie,sed fallaci imagine Christia
2.Tim.3 ni:de quibus Apostolus dicit,Habentes quidem speciem pietatis: uirtutem autem eius ab
negantes,quorum non parua portio in ecclesia catholica continetur. Iusti autem non ado
rant bestiam,non consentiunt,non subijciuntur, neq; accipiunt inscriptionem, notam scili
cet criminis in fronte propter professionem,in manu propter operationem. Sic ergo faciēt,
ut nemo possit mercari nisi qui habet nomen aut notam bestiæ aut numerū eius.Hic sa
pientia est,qui habet intellectum,computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est,)
id est,filij hominis Christi,cuius nomen in hæreticis sibi fecit bestia. Faciamus ergo nume
rum quem dixit.Accipiamus in numero,& inueniamus nomen uel notam. Numerus,in
quit,eius est sexcenti sexagintasex.) Quem faciamus secundū Græcos, maxime quia ad A
siam scribit.Et ego,inquit,sum alpha & ω.Sexcenti ergo & sexagintasex græcis litteris sic fi
unt undecim, quæ notæ solutæ numerus est, redactæ autem in monographium & notam
faciunt & numerum & nomen,hoc signum Christi intelligitur,& ipsius ostenditur similitu
do,quam in ueritate colit ecclesia.Cui se similem facit hæreticorum aduersitas, qui cū Chri
stum spiritaliter persequantur,tamē de signo crucis Christi gloriari uidentur,hoc ideo,quia
dictum est,numerus hominis est. Et uidi, & ecce stans in monte Sion, & cum eo centum
quadragintaquatuor milia, habentia nomen eius & nomen patris eius scriptum in fronti
bus eorum.)Aperuit quæ sit imitatio notæ in frontibus,uel dum & dominum & Christum
dicit scriptum in frontibus ecclesiæ. Et audiui uocem de cœlo sicut aquarum multarum,) D
id est,centum quadragintaquatuor milium. Et sicut tonitrui magni,& uocem quam audi
ui sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.)Quòd autem dixit, Hi sunt qui cū
mulieribus non sunt coinquinati,&c.) Virgines hoc loco non solum corpore castos intelli
2.Cor.11 gamus,sed maxime omnem ecclesiam quæ fidem puram tenet,sicut dicit Apostolus, De
sponsaui enim uos uni uiro,uirginem castam exhibere Christo, nulla adulterina hæretico
rum commixtione pollutam, nec in male blandis & mortiferis huius mundi uoluptatibus
usq; ad exitum uitæ suæ absq; remedio pœnitentiæ infelici perseuerantia colligatā. Addit
post hoc dicens, Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium.)Non dixit nō fuit,sed
non est inuentum. Qualem enim inuenit dominus cum hinc uocat, talem iudicat:nam aut
per baptismum, aut per pœnitētiam possumus in interiori homine & uirgines effici & sine
mendacio:nunc iterum recapitulatio. Et uidi,inquit,alium angelum uolantem in medio
cœli,)id est prædicationem in medio ecclesiæ discurrentem, Habentem euangelium æter
num, ut euangelizaret habitantibus in terra dicens, Timete deum, &c.) Volunt aliqui in
telligi angelum uolantem in medio cœli Heliam,& alium angelum qui eum sequitur, comi
tem Heliæ,qui eo tēpore prædicabit. Et alius angelus secutus est,)id est pacis futuræ præ
dicatio, dicens,cecidit Babylon.) Babylonem ciuitatē, impiam diaboli congregationem
dicit,id est populum ipsi consentientem, & omnem concupiscentiam & corruptelam quam
in perniciem sui & humani generis exquirunt.Nam sicut ciuitas ecclesia dei est & omnis cō
uersatio cœlestis:ita cōtrà ciuitas est diaboli Babylon in omni mundo, sicut dicit dominus,
Zach.12 Ecce ponam Hierusalem lapidem conculcabilem in omnibus gentibus: ecclesia ergo dicit,
Cecidit cecidit Babylon illa magna.) Iam quasi perfectum dicit,quod adhuc futurum erat:
psal.21 sic illud,Diuiserunt sibi uestimēta mea. Quæ à uino fornicationis suæ potauit omnes gen
tes.)Omnes gentes ciuitas est mundi,id est omnes superbi & impij,siue extra ecclesiam con
stituti. Et uidi,& ecce nubem albam,siue candidam,& super nubem sedentem filium ho
minis,

A minis,)id est Christum.Ecclesiā enim describit in claritate sua, præcipue post persecutionē,
flammas habentē, Habentem in capite coronam auream.)Ipsi sunt seniores cum coronis
aureis. Et in manu habēs falcem acutā.) Ista falx separat catholicos ab hæreticis,sanctos
à peccatoribus,sicut dicit dominus de messoribus.Si autem putandum est quod ipse speci
aliter Christus uisus est in nube alba, messor qui est uindemiator post eum,idem esse cum
suo corpore quod est ecclesia,forte non male sentitur, si istos tres angelos qui exierunt, tri
formem scripturam intelligamus, iuxta historiam, moralem & spiritalem: falcem uero di
screpationem. Et misit in torcular magnum.) Seipsum misit in torcular iræ dei magnū.
Non in torcular magnum,sed ipsum misit in torcular,id est superbum quenque. Et cal
catum est torcular extra ciuitatem,)id est extra ecclesiam. Facta enim dissensione, foris erit
omnis homo peccati. Calcatio autem torcularis,retributio est peccatorum. Et exijt san
guis de torcular usque ad frenos equorum.) Exijt ultio usque ad rectores populorum.
Vsque enim diabolum & angelos eius nouissimo certamine exiet ultio sanguinis effu
si. Per stadia mille sexcenta,) id est, per omnes quatuor partes mundi.Quaternitas enim
est conquaternata, sicut est in quatuor faciebus quadriformibus & rotis: quater enim qua
dringenti sunt mille ducenti,sub cuius protectione nos liberare dignetur.Qui uiuit,&c.

Homilia XII.

In lectione quæ recitata est fratres charissimi,dicit se sanctus Ioānes uidisse aliud
signum in cœlo magnum & mirabile, angelos septem,) id est ecclesiam, Ha
bētes plagas septem nouissimas, quoniam in his finita est ira dei,) Nouissimas
dixit,quia semper percutit ira dei populum contumacem. Septem plagas,) id
est,perfecte,sicut ipse deus in Leuitico frequenter repetit,Et percutiam uos septies, propter Leuit. 26
peccata uestra. Et uidi sicut mare uitreum,) Fontem baptismi dicens pellucidum, Mi
xtum igni,)id est,spiritui uel tentationi. Et uictores bestiæ super mare uitreū,) id est in ba B
ptismo, Habentes citharas dei,)id est corda laudantium deum. Et cantantes canticum
Moysi serui dei & canticum agni,)id est utrunque testamentum. Magna & mirabilia ope
ra tua.)Hæc enim sunt in utroque testamento quod cantant supradicti. Repetit quod po
suerat dicens, Post hæc uidi, Et ecce apertum est tabernaculum testimonij in cœlo.) Tem
plum ecclesiam iam diximus:sententiam, angelum qui exijt de templo. Et iussit sedenti
super nubem imperium esse domini.)Iussionis enim eius est,sicut dicit euangeliū, Exijt edi Luc.2
ctum à Cæsare Augusto. Induti lino nouo splendido, & cincti super pectora zona au
rea.) Manifeste ostendit in septem angelis ecclesiam sicut in initio describit in Christo,
habentem, inquit, zonam auream super ubera. Et unum ex quatuor animalibus de
dit septem phialas aureas plenas ira dei.) Istæ sunt phialæ quas cum odore ferunt senio
res & animalia, quæ sunt ecclesia, qui & septem angeli. Et quod sunt odoramenta, hoc
ira dei, hoc & uerbum dei. Sed hæc omnia bonis dant uitam, malis inferunt mortem, ut
est illud, Alijs odor mortis in mortem. Orationes enim sanctorum, qui est ignis exi 2.Cor.2
ens de ore testium, ira sunt è mundo & impijs. Hoc ideo, quia superbis & impijs non
sufficit, quòd eos qui sancti sunt non diligunt nec imitantur, uerumetiam ubicunque
poterunt eos persequuntur. Omnes istæ plagæ spiritales sunt & in anima fiunt: nam ipso
tempore illæsus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quia non meretur in
præsenti seculo flagellari, quasi qui acceperit totam sæuiendi potestatem, sed spiritali
ter uoluntaria & mortalia peccata, quæ sunt ulcera in animabus suis, patiuntur omnes
impij & superbi. Secundus fudit phialam in mare, & cætera.) Mare, flumina, fon
tes aquarum, sol, thronus, bestiæ, fumus, Euphrates, aër, super quem angeli fude
runt phialas, terræ sunt & homines, quia omnibus angelis in terram fundere mandatum
est,omnes autem plagæ istæ à contrario intelligendæ sunt. Plaga est enim & insanabilis ira
magna, accipere potestatem peccandi, maxime in sanctos,nec corrumpi, adhuc maior ira

dei,& errorum fomenta ſubminiſtrari in iuſtitia.Hæc plaga ira dei, hæc uulnera tranſpun/ C
gunt,gaudere,placere ſibi unumquenq; in peccatis:ſic proſperitas malorum ulcera ſunt ani/
marum,& aduerſitas iuſtorum æternorum ſunt præmia gaudiorum. In tertio uero ange/
lo aquarum conuerſio in ſanguinẽ.) Omnes angelos populorum intellige,id eſt,interiores
homines in animo uiuentes. Quartus angelus effudit phialam ſuam ſuper ſolem, & uſti
ſunt homines uſtionẽ magna.) Hoc adhuc futurum eſt in igne gehennæ: nam diabolus in
præſenti cum in animo occidat amatores ſuos,non ſolum non urit in corpore,ſed quantum
permittitur clarificat.Quam claritatẽ & lætitiam ſpirituſſanctus plagas definit & dolores.

Et blaſphemauerunt nomen dei habentis poteſtatem in his plagis,nec egerunt pœniten
tiam,)quia non in corpore,ſed in animo percutiuntur plagis iſtis à deo,ideo deum nõ recor
dantur, ſed in pœnis proficiunt, & propterea blaſphemauerunt perſequentes eos qui ſunt
ſancti dei. Quintus angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & factum eſt re/
gnum eius tenebroſum.) Thronus enim beſtiæ,eccleſia ipſius eſt, id eſt congregatio ſuper/
borum,qui huiuſmodi plagis obcæcantur. Et comedebant linguam ſuam à doloribus ſu/
is.)Id eſt,ſibi nocebunt blaſphemantes ex ira deum,quia tranſpuncti gaudia exiſtimant.
Et non egerunt pœnitentiã,) utiq; obdurati lætitia. Et ſextus effudit phialam ſuam ſuper
flumen magnum Euphraten,)id eſt ſuper populũ, Et exiccata eſt aqua eius,)ut ſupra di/
ximus,aruit meſſis terræ,id eſt,ad combuſtionem parata eſt, Vt præparetur uia eorũ qui
ſunt ab ortu ſolis,)id eſt Chriſto.His enim perfectis iuſti proficiſcuntur obuiam ſolito mo
re prætermiſſo à ſeptimo angelo.

Homilia XIII.

SAN ctus Ioãnes fratres chariſſimi dũ de ſeptẽ angelorũ phialis uel plagis loquẽ
ref,prætermiſſo ſeptimo angelo recapitulat ab origine breuibus dicẽs, Et uidi
ex ore draconis & ex ore beſtiæ,ex ore pſeudo,pphetæ ſpiritus tres immũdos in
modũ ranarũ.) Vnũ ſpiritũ uidit,ſed pro numero & partitione unius draconis. D
Draco,id eſt,diabolus,nã & beſtia corpus diaboli. Pſeudo,pphetæ,id eſt,præpoſiti corpo
ris diaboli unus ſpiritus eſt quaſi ranæ. Sunt em̃ ſpiritus dæmoniorũ facientes ſigna)Ranæ
nancq; præter horrorẽ propriũ,etiã loco immũdo ſunt:quæ cũ aquarũ incolæ &indigenæ ui
deantur,non ſolũ aquarum refugæ & impatientes ſunt,ſed etiã in ipſis aquis,in aquæ ſordi
bus & cœno uolutantur.Sic hypocritæ nõ in aqua ut putãtur degunt, ſed in ſordibus quas
credentes in aqua deponunt.Ranis etiã ſimiles ſunt homines,qui peccata uel crimina,quæ
alij per pœnitentiã,uel per baptiſmum deponunt, illi ibi uolutare non erubeſcunt, quando
aliquis ſe conuertit ad deũ,& pœnitet fuiſſe ſuperbũ,adulterũ, ebrioſum uel cupidum, qui
iſta peccata quæ alius confitendo relinquit imitatur,cogitãs apud ſe dicens,facio quod uo/
lo, & poſtea quomodo agit iſte pœnitentiã,& ego ago,& ſubito dum ei ſuperuenit ultimus
dies,perit cõfeſſio,& reſtat dãnatio.Iſte qui talis eſt,dum alios non ad bonum ſed ad malũ
uult imitari,in luto unde alius liberatus eſt,uelut rana inuoluitur & uolutatur.Ranæ ergo ſi
gnificant ſpiritus dæmoniorũ facientes ſigna, Qui exeunt ad reges totius orbis congrega
re eos ad bellũ diei magni dei.) Diẽ magnũ totũ tempus dicit à paſſione domini,ſed pro lo
cis accipiendus eſt dies.Aliquando diẽ iudicij dicit, aliquando nouiſſimã perſecutionẽ quæ
Amos 5 ſub antichriſto futura eſt:aliquando totũ tẽpus,ſicut per Amos prophetã dicitur, Væ,inq;,
eis qui cõcupiſcunt diẽ domini. Et facta ſunt fulgura & tonitrua,& terræmotus factus eſt
magnus,qualis non eſt factus ex quo homines facti ſunt. Et facta eſt ciuitas magna illa in
tres partes.)Hæc ciuitas magna:omnis omnino populus intelligit̃ quiſq; eſt ſub cœlo, qui
fiet in tres,& cũ eccleſia diuiſa fuerit,cũ ſint gẽtiles pars una, & oẽs hæretici & ficti catholici
altera,eccleſia catholica tertia ſequit̃.Et oſtẽdit quæ ſint tres partes dicẽs, Ciuitates gentiũ
ceciderũt,& Babylõ illa magna uenit in mentẽ dei dare ei poculum uini iræ ſuæ. Et omnis
inſula fugit, & montes inuenti non ſunt.) Ciuitas gentilium, gentes ſunt. Babylon abo/
minatio uaſtationis.Montes & inſulæ eccleſia eſt. In ciuitatibus gentium omne munimẽti
& ſpem

A & ſpem gentiũ dicit cecidiſſe:non enim diuiſas habẽt ciuitates à Chriſtianis,ſed ciuitates bo
næ atq; malæ in hominibus deſcribuntur.Tunc ergo Babylon cecidit,aut irã dei bibit cum
poteſtatem accepit aduerſus Hieruſalẽ,quæ eſt eccleſia. Inſulæ inuentæ nõ ſunt,)id eſt nõ
ſunt ſuperatæ. Et grando magna quaſi talentum deſcẽdit de cœlo ſuper homines.)Gran/
dinem irã dei,omnes plagas,iſtas figuras eſſe dicit plagarũ ſpiritalium. Et blaſphemaue
runt homines deũ ex plaga grandinis, quoniam magna eſt plaga eius nimis.) Recapitulat
iterum dicens, Et uenit unus ex ſeptem & dixit,ueni oſtendam tibi damnationem mere/
tricis magnæ,ſedentis ſuper aquas multas,cum qua fornicati ſunt reges terræ,)id eſt omnes
terrigenæ. Et tulit me in eremo in ſpiritu, & uidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam.) In
beſtia omnis populus malus intelligitur: in muliere corruptela monſtratur: in eremo dicit
ſedere mulierem,eo quòd in impijs in anima mortuis ſedeat,& à deo deſertis: in ſpiritu di/
xit,quia non niſi in ſpiritu uideri poteſt huiuſmodi deſertio Precioſe ornatam.)dixit pro/
pter ornamentũ luxuriæ:nam beſtiam ſuper quã, ſicut iam dictũ eſt,populũ eſſe dicit, quæ
ſunt & aquæ multæ,ſicut ipſe exponit. Aqua quam uides ubi mulier ſedet,populi & tur/
bæ ſunt,& gentes & lingua.) Corrupte iam dicit ſedere ſuper populos in eremo. Meretrix,
beſtia,eremus unum ſunt.Beſtia,ut iam dictum eſt,corpus eſt aduerſus agnum:in quo cor
pore nunc diabolus,nunc caput uelut occiſum,quod ſignificat hæreticos, qui uelut de mor/
te Chriſti gloriari uiderentur, non ſuperborum populus accipiendus eſt. Quod totũ Ba/
bylonem in tribus ſpiritibus qui ex ore draconis uelut ranæ procedebant.) In uno intelligi/
tur diabolus, in alio pſeudoprophetæ uel præpoſiti hæreticorum: in tertio corpus diaboli,
id eſt,omnes ficti,ſuperbi uel impij Chriſtiani,quorum numerus maximus in eccleſia con/
tinetur. Deniq; qui tales ſunt,ad ſimilitudinẽ ranarum in omni immundicia & luxuria ſor
dibus uolutantur. Tunc ranis etiã ſimiles ſunt homines,qui in peccatis uel criminibus,quæ
alij per pœnitentiã uel baptiſmũ deponunt,uolutari non erubeſcunt,dicentes ſibi: Ad præ/
B ſens impleo uoluptates meas,poſtea quomodo iſti converſi ſunt,& ego cõuertar ad domi/
num.Et ſubito ſuperueniente morte perit confeſſio,& reſtat damnatio.Quòd dicit, Con
gregando homines ad diem magnũ.)Totũ tempus dicit à domini paſſione,uſq; ad finem
mundi.Iſte enim dies quibus ſuauis eſt, & qui in eo uoluptati & luxuriæ ſeruientes lucra re/
quirunt,in magnã miſeriã cõuertuntur,quia impletũ eſt in illis illud propheticũ: Væ deſide Amos 5
rantibus diẽ domini: per falſam enim & tranſitoriã dulcedinẽ præparant ſibi æternã amari
tudinẽ.Poteſt hoc loco dies magnus intelligi illa deſolatio,quãdo à Tito & Veſpaſiano ob
ſeſſa eſt Hieroſolyma, ubi exceptis his qui in captiuitatẽ ducti ſunt,quindecies cẽtena milia
mortua referuntur.Quod autẽ dicit, Congregauit illos Mageddon.)Omnes inimicos ec/
cleſiæ uoluit intelligi.Deniq; ſequitur,quia dicit, Circundederunt caſtra ſanctorũ,& ciuita
tẽ ſanctã dilectã,)id eſt,eccleſiã.Quòd aũt ſequitur, Tonitrua & terræmotus factus eſt ma
gnus,& facta eſt ciuitas magna in tres partes.) Ciuitas magna,omnis omnino populus in/
telligit̃,ubi una pars paganorũ,alia hæreticorũ,tertia Chriſtianorũ,in qua ſunt etiã hypocri
tæ.Cũ ex iſta tertia parte ſuperati fuerint boni,tunc illi qui ſunt in eccleſia ficti, illis duabus
partibus iũcti,accipiũt iudiciũ dei,quod etiã in hoc tẽpore iã ex aliqua parte cõpletur. Tũc
enim Babylon cadit, quãdo poteſtatẽ accipiũt mali ut perſequãtur bonos qui ſunt eccleſiæ.
Quòd aũt Grãdo magna ſicut talẽtũ deſcẽdit de cœlo,) In grãdine ira dei intelligit̃,quæ
etiã anteq; ueniet dies iudicij,ſup impios & ſuperbos ſpiritaliter intus in anima mittit̃. Mu
lierẽ meretricẽ quã uidit ſupra beſtiã ſedẽtẽ in eremo.) Ideo dicit in eremo,quia in impijs,id
eſt in anima mortuis ſedeat,& à deo deſertis. Spiritus dicit,qa nõ niſi ſpiritaliter uideri po/
teſt huiuſmodi deſertio quæ in anima fit.Meretrix,beſtia,eremus unũ ſunt,q; totũ Babylo
nia intelligit̃.Beſtia aũt ut iã dictũ eſt,corpus eſt impiorũ aduerſus agnũ. In quo corpore,
nũc diabolus,nũc caput uelut occiſum,q; ſignificat pfidiã hæreticorũ,q uelut de morte Chri
ſti gloriari uidẽtur,cũ tamẽ Chriſti eccleſiã perſequãt̃.Et qa nõ ſolũ hæretici uel pagani,ſed
etiã catholici mali, id eſt ſuperbi & impij eos quos in eccleſia mãſuetos & humiles uiderint
perſe/

perſequuntur,quantum poſſumus miſericordiam dei deprecemur, ut & illos de tam malis C
actibus ad bonum corrigat,& nobis in bonis operibus felicem perſeuerantiam pro ſua pie
tate concedat,Qui cum patre,&c.

Homilia XIIII.

ODO cum diuina lectio legeretur fratres chariſſimi, audiuimus beatum Ioan
nem dixiſſe, Quia uiderit mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam pec
catricem cruentam,plenam nominibus blaſphemiæ.)Oſtendit multa nomina
eſſe in beſtia,id eſt in impio, Habẽtem,ut iam dictũ eſt,capita ſeptem & cor
nua decem,)id eſt habentem mundi reges & regna, cum quibus diabolus uiſus eſt in cœlo.
Et mulier,)id eſt,omnis multitudo ſuperborum, Erat circundata purpura,& ornata au
ro & lapide precioſo.)Id eſt omnibus illecebris ſimulatæ ueritatis. Quid ſit deniq; intra hãc
pulchritudinem,ſic exponit dicens, Et habẽs poculum aureum in manu ſua, plenum abo
minatione & immunditia fornicationis eius.)Aurũ hypocriſis eſt,quia foris quidam appa
rent hominibus quaſi iuſti,intus autem pleni ſunt omni immũdicia. Et in fronte eius no
men ſcriptum myſterium Babylon magna,mater fornicationum & abominationũ terræ.)
Nulla eſt ſuperſtitio quæ fronti det ſignum niſi hypocriſis. Spiritus autem retulit quid ſit
ſcriptum in fronte. Nam quis talem titulum aperte imponeret: myſterium enim dixit eſſe
quod interpretatus eſt dicẽs. Et uidi mulierẽ ebriã de ſanguine ſanctorũ,& ſanguine mar
tyrũ Ieſu.) Vnũ eſt enim corpus quod aduerſatur eccleſiæ intus ac foris, id eſt, in eccleſia fi
cti Chriſtiani.Et licet uideatur loco ſeparatum,in perſecutione tamen eccleſiæ unitatem ſpi
ritus operatur.Impoſſibile eſt enim prophetam perire præter Hieruſalem interficientẽ pro
phetas,id eſt,non poteſt fieri ut Chriſtiani boni ſine Chriſtianis malis aliquam perſecutio
nem patiantur. Sic pro nepote prauorum ſenſu Zachariam lapidaſſe accuſantur, cum ipſi
non fecerint. Et beſtia quæ fuit & non eſt,& futura eſt,aſcenſura de abyſſo, in perditionẽ
iræ dei ibit.) id eſt ex populo naſcetur, ut poſſit dicere, beſtia ex beſtia, abyſſus de abyſſo. D
Quid eſt beſtia ex beſtia,niſi populus malus naſcens ex populo malo,hoc eſt,filij mali pa
rentes peſſimos imitantur.Et aſcẽdit ſuperſtes & in perditionem uadit, ſicut & patres ſui,ex
quibus aſcendit etiam nõ ſunt, quia alijs morientibus alij ſuccedunt eis, & ſic nunquam de
ſunt,ſeu in paucis,ſeu in multis,ſeu occulte,ſiue quaſi aperte, qui non ab initio ſemper inſidi
entur eccleſiæ.Quòd autem dicit, Circundatam purpura,& ornatam auro & lapide pre
cioſo.)Oſtendit ſuperborum & impiorum hominum plebem omnibus illecebris ſimulatæ
ueritatis repletam.Quòd autem Poculum aureum habebat in manu ſua plenum abomi
nationum & immundiciarum fornicationis eius.) Hypocritæ & ficti Chriſtiani intelligun
tur,quia foris quidem apparẽt quaſi iuſti,intus autem pleni ſunt omni immundicia. Quod
autem In fronte habebat ſcriptum,Babylon mater fornicationum.) Nulla eſt ſuperſtitio
quæ fronti det ſignum niſi hypocriſis, id eſt,fingunt ſe bonos cum ſint mali. Quod autem
dixit, Ebriam eſſe mulierem ſanguine ſanctorum & martyrum Ieſu.) Vnum corpus ma
lorum intelligere uoluit, quod ſemper aduerſatur eccleſiæ intus & foris, quia in eccleſia
ſunt ficti Chriſtiani,& extra eccleſiã hæretici uel pagani: & licet interdum corpore ſeparen
tur,uno tamen animo in eccleſiæ perſecutione iunguntur. Quod autem dicit, Beſtia fuit
& non eſt,& futura eſt aſcenſura de abyſſo.) Hoc intelligitur quod ex populo malo naſca
tur populus malus,& poſſit dicere beſtia ex beſtia,abyſſus de abyſſo. Quid eſt,beſtia ex be
ſtia,niſi populus naſcens ex populo malo? Hoc fit dum filij mali parentes peſſimos imitan
tur, ac ſic dum alijs morientibus ſuccedunt alij, nunquam deſunt ſiue in paucis ſiue in mul
tis,ſeu occulte ſiue aperte,qui non ab initio ſemper inſidientur eccleſiæ. De quorum conſor
tio,quia corpore ſeparari non poſſumus in hoc ſeculo,oremus miſericordiam omnipotẽtis
dei,ut ſic moribus ſeparemur,ne cum illis æterno ſupplicio pereamus:ſed magis cum illi au
Matth.25 dierint,Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,nos audire mereamur, Venite benedi
cti patris mei,percipite regnum,præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto.

Homilia

A IN LECTIONE quæ recitata eſt fratres chariſſimi, reges illos quos dixit,q;
perſequuntur eccleſiam dei, quare quaſi reges appellantur,quia uelut in ſomnis
regnant. Omnis enim malus qui perſequitur bonum,uelut in ſomnis hoc facit,
quia malorum perſecutio nõ manebit, ſed uelut ſomnium euaneſcit:ſicut Eſaias
dicit,Erunt,inquit, uelut ſomnians in ſomno diuitiæ omnium gentium. Hi unam ſenten Eſaiæ 29
tiam habent,) id eſt, uno animo perſequuntur bonos:ideo dicit habent,& non habebunt,
quia perſecutio malorum nõ ſolũ aduenięte die iudicij nõ erit, ſed etiã iam in præſenti deſi
nit. Et uirtutem ſuam & maieſtatem ſuã dabunt.) Hoc ideo dicit,quia homines impij ui
dẽtur dare uirtutem,quãdo diabolo inſtigante faciũt mala. Hi cũ agno pugnant.) id eſt,
uſq; in finem donec ſancti regnum omne percipiunt,eccleſiæ aduerſantur. Et agnus uin
cet eos:)id eſt,utiq; non permittet eos tentari ſupra id quod poſſunt:& ideo dicit,Et agnus
uincet eos: Quia dominus dominorũ eſt & rex regum, & qui cũ eo uocati ſunt & electi:)
Propterea autem dixit,uocati & electi, quia non omnes uocati ſunt & electi:ſicut dominus
dicit,Multi ſunt uocati, pauci electi. Et dixit mihi angelus,Vides aquas ubi mulier ſedet, Matth.22
hæc & populus & turbæ ſunt & gentes & linguæ:& decem cornua quæ uidiſti, hi odio ha
bent meretricem:) id eſt, mulierem illam. Meretrix enim eſt uita luxurioſa, quæ rapinis &
uoluptatibus agitur:ideo dicit q; odio habeant meretricem, quia luxurioſi atq; ſuperbi;cu
pidi & elati non ſolum perſequuntur ſanctos, ſed etiam ſeipſos odio habent:in quibus im
pletur illud quod ſcriptum eſt,Qui diligit iniquitatem,odit animã ſuam:ſequitur, Et deſer Pſal.10
tam eam faciunt & nudam.) Ipſi autem per iram dei & iuſtum iudicium quo deſeruntur
ab eo,deſertũ faciunt mundum,dũ ei dediti ſunt & iniuſte utuntur. Et carnes eius edunt.)
Hoc ideo, quia ſecundũ Apoſtolum ſeinuicem mordent & comedunt:& propterea adiecit
cauſam,dicens, Deus enim dedit in corde ipſorum facere ſententiam eius:) id eſt,excitauit
plagas,quas in mũdo iure merito irrogare decreuit Et dabũt regnũ ſuũ beſtiæ,uſq; dum
B finiãtur dicta dei:)id eſt,homines mali diabolo obtẽperant donec impleãtur dei ſcripturæ,
& ueniat dies iudicij: poſt hoc ſequitur, Mulier quã uidiſti, eſt ciuitas magna quæ habet
regnũ ſuper gẽtes & reges terræ:) id eſt omnes mali & impij:ſic & de eccleſia dictũ eſt, Veni
oſtendã tibi uxorem agni. Et oſtendit ciuitatẽ deſcendentem de cœlo. Poſtea uidi alium
angelũ deſcendentẽ de cœlo,habentẽ poteſtatẽ magnã,& terra illuminata eſt claritate eius,
& clamauit in fortitudine,dicens,Cecidit Babylon illa magna,& facta eſt habitaculum dæ
moniorũ & cuſtodia omnis immundiciæ,& inquinatæ auis.) Nũquid unius ciuitatis ruina
poteſt capere omnes immũdos,aut omnẽ auem immundã? Aut eo tẽpore quo ciuitas ma
gna cecidit,totus mundus deſertus eſt ſpiritalibus & auibus immũdis, & in unius ciuitatis
ruina habitabũt? Nulla eſt ciuitas quæ omnẽ animã immundã capiat,niſi ciuitas diaboli,
in qua omnis immũdicia in hominibus malis per totum orbẽ commoratur. Reges quos di
xit q; perſequãtur Hieruſalẽ,homines ſunt qui perſequuntur deum:Qui uiuit & regnat &c.

Homilia XVI.

VOTIENS CVNQVE Babyloniã nominari audiſtis fratres chariſſimi,noli
te ciuitatẽ de lapidibus factã intelligere,quia Babylonia cõfuſio interpretatur,
ſicut ſæpe dictũ eſt:ſed homines ſupbos,raptores, luxurioſos & impios in ma
lis ſuis perſeuerãtes,ipſius nomine ſignari cognoſcite:ſicut ecõuerſo quotiẽs no
men Hieruſalẽ audieritis, quæ uiſio pacis dicitur,homines ſanctos ad deũ pertinẽtes intelli
gite:nã Babylonia malorũ hominũ imaginẽ gerit:ideo de eis in ſequẽtibus dicit, Qm̃ ex
uino iræ fornicationis eius biberũt omnes gẽtes, & reges terræ q cũ ea fornicati ſunt,id eſt,
cũ inuicem.Nõ enim cũ una meretrice omnes reges fornicati ſunt,ſed dũ ſe luxurioſe q ſunt
mẽbra meretricis,inuicẽ corrũpunt cũ merettrice,id eſt,luxurioſa fornicatione fornicari dicũ
tur:poſt hoc ſeqtur dicens, Et omnes mercatores terræ ex uirtute luxuriæ eius diuites facti
ſunt,)Hoc loco diuites peccatis dicit,nam nimietas luxuriæ pauperes potius q̃ diuites facit.
Et audiui,inqt,aliã uocẽ de cœlo dicentẽ,Exite de ea populo meus:ne cõmunicetis peccatis

eorum

corum, & plagis eius ne lædamini.) Hoc loco demonstrat Babyloniã in duas diuisam esse C
partes, quia dum spirante deo conuertantur mali ad bonum, Babylonia diuiditur, & pars
illa quæ ab illa discesserit, efficietur Hierusalẽ: quotidie enim & de Babylonia transferimur
ad Hierusalem, & de Hierusalem seducimur ad Babyloniam, dum & mali cõuertuntur ad
bonum, & qui uidebantur boni, in hypocrisim uertuntur publice, & fiunt mali de bonis: ita
Esa. 52 etiam scriptura dicit per Esaiam, Exite de medio eorum, & immũdum nolite tangere. Exite
de medio eorum, & separamini qui fertis uasa domini: huius separationis meminit Apo-
2. Timoth. 2 stolus, dicens, Firmum enim fundamẽtum dei manet: &, Cognouit dominus qui sunt eius:
&, Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Ne cõmunicetis, inquit, pec-
Sap. 4 catis eius, & plagis eius ne lædamini:) sicut scriptum est, Quacunq; morte præoccupatus fu-
erit iustus, in refrigerio erit. Quomodo particeps delicti esse potest, quem cum impio ciuita-
tis casus abstulerit? Nisi forte quando de ciuitate diaboli, id est, de conuersatione luxuriosa
& impia exeunt boni, nisi aliquis ex illis remanere, & delectari uoluptatibus Babylonis uo-
luerit, hoc si fecerit, sine dubio particeps plagæ eius erit. Quòd autem dicit totiens, Exire
nolite,) hoc nõ corporaliter, sed spiritaliter intelligi debet. De medio Babylonis exitur, quan-
do conuersatio mala deseritur, nam & in una domo, & in una ecclesia & in una ciuitate sunt
Babylonij cum Hierosolymitanis, & tamen quamdiu boni nõ consentiunt cum malis, nec
mali conuertuntur ad bonos, & in bonis Hierusalem, & in malis Babylonia cognoscitur:
simul habitant corpore, sed longe diuisi sunt corde, quia malorum cõuersatio semper in ter-
ris est, quia terram diligunt, & omnem spem suam, & totam intentionem animi sui in terra
Philip. 5 consistunt: bonorũ uero mens secundũ Apostolũ semper in cœlis est, quia quæ sursum sunt
sapiunt. Exite, inquit, de ea populo meus,) id est, de Babylonia. Ne communicetis pecca-
tis eius, & plagis eius ne lædamini, quoniam ascenderunt peccata eius usq; ad cœlum, & re-
cordatus est deus iniquitatum eius: reddite illi sicut ipsa reddidit, & duplate dupla secundũ
opera eius, in quo poculo miscuit, miscete ei duplum, quantũ se clarificauit & in delitijs fuit, D
tradite ei cruciatum & luctum:) populo suo. Hæc enim omnia bonis Christianis, id est, eccle-
siæ dicit dominus, Reddite ei sicut & ipsa reddidit. De ecclesia enim exeunt in mundo pla-
gæ uisibiles & inuisibiles. Quoniã in corde suo dicit Babylonia,) id est, plebs omnium ma-
lorum & superborum in seculo: Sedeo regina & uidua non sum, & luctum non uidebo:
Propterea una die uenient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cremabitur.) Si ex
una die morietur & cõcremabitur, quæ subsistis lugebis mortuum, aut fames quanta potest
esse unius diei? Sed diem dixit breue tempus uitæ præsentis, q; spiritaliter & carnaliter af-
fliguntur, nam super omnes superbos & uoluptatibus deditos maiores plagæ in anima ue-
niunt q; in corpore. Tunc enim maiori plaga percutiuntur, quando se suis iniquitatibus co-
lentes, iusto dei iudicio malum agere permittuntur, ut inter dei filios flagellari non merean-
psal. 72 tur, sed impleatur in eis illud quod scriptum est, In laboribus hominum nõ sunt, & cum ho-
minibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia eorum. Quoniam fortis dominus
deus qui iudicat eam: & flebunt & plangent se super eam omnes gentes terræ, quæ cum ea
fornicatæ sunt) Qui reges plangent eam si eam reges euertant? Sed quod est ciuitas, hoc re-
ges qui plangent eam. Non luxuriæ malum, quia cum ea peccant, agendo pœnitentiam
plangunt: sed quia prosperitatem seculi, per quam suis uoluptatibus seruiebant, perire co-
gnoscunt, uel quare cessare incipiat in eis attritio, per quam luxuriosi inuicem consumũtur,
tanq; fumus instantis gehennæ. A longe, inquit, stãtes propter metum pœnæ eius.) Lon-
ge stantes non corpore sed anima, cum unusquisq; timet quod alterum per calumnias & su-
perborum potentiam uidet pati, Dicentes, Væ uæ ciuitas magna Babylon ciuitas fortis,
quoniã una hora uenit damnatio tua.) Spiritus dicit nomen ciuitatis. Verum illi mundum
plangũt, exiguo admodum tempore pœnæ intercepto, omnemq; industriam labefactam
cessisse. Equorum & rhedarum & pecorũ mercatores quæ ditati sunt ab ea longe stabũt
flentes & dicentes, Væ uæ ciuitas magna.) Vbicunq; dixit spiritus ditatos ab ea, peccatorũ
diuitias

A diuitias significat. ¶ In luta byssо, purpura, & coronata coccino, & ornata auro & lapide pre-
cioso & margaritis.) Nunquid ciuitas induitur byssо, & non homines? Ipsi se plangunt
dum supradictis spoliãtur. Et omnis gubernator & omnis qui nauibus nauigat, & quot-
quot in mari operantur, à longe steterunt & clamauerunt, uidentes fumũ ignis eius.) Nun
quid omnis gubernator & nautæ, & quotquot operantur in mari, adesse possunt in incẽdio
ciuitatis unius? Sed omnes seculi amatores & operarios iniquitatis dicit timere sibi, uiden-
tes spei suæ ruinam. Post hæc autem idem Ioannes ait, Et uidi bestiam & reges terræ &
exercitus eorum.) In bestia quam uidit, diabolum significat. In regibus terræ exercitum &
omnem eius populum congregatum facere bellum cum sedente super equum, & cum exer
citu eius, cum Christo ecclesia q;. Et uidi alium angelum descendentem de cœlo.) Domi-
num Christum dicit in primo aduentu. Habentem clauem abyssi.) id est, potestatem
populi. Abyssum enim populũ malum intellige. Et catena magna in manu sua,) hoc est,
potestatem dedit deus in manu eius. Et tenuit draconem anguem antiquum qui est dia-
bolus & satanas. Et in cœlo sequebantur eum in equis albis.) id est, ecclesia in corporibus
candidis sequatur eum, sicut supradictum est. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunq; ierit,
induti byssо albo mundo, quod definiunt uestimenta sanctorum. Ex ore eius proce-
dit gladius bis acutus.) Ipse est quo defenduntur iusti, puniuntur iniusti, Vt in eo percu-
tiat gentes, & ipse reget eos in uirga ferrea. Ipse calcat torcular uini indignationis & iræ dei
omnipotentis.) Calcat etiam nunc, quando malos permittit facere, & dimittit eos in uolu-
ptatibus suis, & postea extra ciuitatem, id est, extra ecclesiam calcabit, cum eos qui non ege-
runt pœnitentiam gehennæ ignibus tradet. Hic habet in uestimẽto & super femur suum
scriptum nomen, rex regum & dominus dominantium.) Hoc est nomen quod nemo su-
perborum cognoscet, quia ecclesia seruiendo, in Christo regnat. Et dominator dominan
tiũ.) id est, uincit uitia & peccata. Femur aũt potestas est, sicut illud, Non deficiet princeps Gen. 49
B de femoribus Iuda. Et Abraam ne posteritas eius ab alienis misceretur, inter se seruum q;
suum tertium testimonium femur adhibet. Et uidi (inquit) angelum stantem in sole.)
id est, prædicatorem in ecclesia. Et clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus quæ uo
lant in medio cœli.) Aues uel bestias pro loco accipimus bonas & malas, sicut est illud: Be
nedicent me bestiæ agri, & leo de tribu. Hoc ergo in loco aues uolantes in medio cœli, aues
uel bestias pro loco, sicut supra dixit ecclesiam quasi in unum corpus redigens, dixerat aqui
lam uolantem in medio cœli. Congregamini, uenite ad cœnam magnam dei, ut mandu
cetis carnes regum & carnes tribunorum & fortium, & carnes equorum & sedentium super
eos, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum.) Omnes enim
gentes quando in Christo credẽtes ecclesiæ incorporantur, spiritaliter ab ecclesia comedun-
tur. Et post hoc de diabolo ait, Et signauit super eum ne seducat nationes, usquedum fi-
niantur mille anni.) Isti intelliguntur mille anni qui ab aduentu domini nostri aguntur. In
his ergo dominus de diabolo interdixit, ne seducat nationes: sed quæ in uitam destinatæ
sunt quas antea seducebat, ne deo reconciliarentur. Post hæc oportet eum solui modico
tempore,) Id est, tempore antichristi cum reuelatus fuerit homo peccati, cum acceperit to-
tam persequendi potestatem qualem non accepit ab initio. Mille annos dixit, partem à to
to. Hic reliquias mille annorum sexti diei in quo natus est dominus & passus, intelligi uo-
luit. Post hæc ait, Væ uæ ciuitas illa magna, in qua ditati sunt illi omnes qui habent na-
ues in mari, quoniam una hora deserta est. Exulta cœlum super eam, & sancti apostoli &
prophetæ.) Nunquid sola ciuitas Babylonia in omni mundo persequitur aut persecuta est
dei seruos, ut ipsa extincta uniuersi uindicentur? In toto enim mũdo est Babylonia in ma
lis hominibus, & in toto mũdo persequitur bonos. Et tulit unus angelus lapidem ut mo
lam magnam, & misit in mare dicens, Hoc impetu deijcietur illa ciuitas magna Babylon.)
Ideo Babylon uelut molam dicit proiectam, quia omnes amatores mundi reuelatio tem-
porum sicut mola conteret, & in gyro mittet. De quibus scriptum est, In circuitu impij am-

bulant. Quorum infelix occupatio semper quasi incipit, Et non inuenietur amplius. Vox citharœdorum & citharizantium & musicorum & fistularum non audietur in ea amplius.) Iocunditatē dicit transire impiorū,& non inueniri. Et adiecit causam dicens, Quoniā mercatores tui erant maximi terræ,)id est,quoniam in uita tua percepisti bona. Quoniam in ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes,& sanguis prophetarum & sanctorum inuētus est omnium à te occisorū super terrā.) Nūquid eadē ciuitas apostolos & prophetas & omnes reliquos martyres occidit? Sed hæc ciuitas omniū superborū est quā Cain fratris sui sanguine fundauit,& uocauit nomē eius nomine filij sui Enoch,id est,posteritatē,quia omnes mali in quibus est Babylonia, succedentes sibi usq; ad finem mundi persequuntur ecclesiam dei. In ciuitate ergo Cain funditur omnis sanguis iustus, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ,id est populi & sacerdotes, inter templum & altare, id est inter populum & sacerdotes. Hoc ideo dictum est,quia non solum populi, sed & sacerdotes conspirauerunt in mortē Zachariæ. Inter templum,inquit,& altare. In altari intelligūtur sacerdotes,in templo populi significati sunt: alia enim causa loci nominandi non fuit. Hæc est ciuitas quæ interfecit prophetas,& lapidauit missos ad se. Hæc est ciuitas quæ sanguine struitur,sicut scriptum est, Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus,& parat ciuitatē in iniustitijs. In equo albo,)sicut supra dictum est,ecclesiam intelligere, In sessore eius,)Christum dominum recognoscere debemus. Quòd autem dixit, Habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse.) Ipse utiq; & quæ in illo est omnis ecclesia. In ueste sanguine sparsa,)martyres intelligendi sunt. Quod autem Exercitus qui est in cœlo sequebatur eum in equis albis.) Est ecclesia in corporibus candidis. In gladio bis acuto,) Potestas Christi intelligitur,de quo defendentur iusti,punientur iniusti. In uirga ferrea.) Iustitia eius cognoscitur, de qua eruditur humiles,superbi tanquam uasa figuli confringuntur. Quòd autem dixit, Ipse calcat torcular uini iræ dei omnipotentis.) Calcat etiam nunc quando malos permittit ut persequantur bonos,& dimittit eos in uoluptatibus suis: & postea retribuet quando eos qui non egerint pœnitentiam,mittit in gehennam. Angelum stantem in sole,)prædicationē in ecclesia intelligē: ideo enim ecclesia soli comparatur,quia de ea scriptum est, Tunc iusti fulgebunt,sicut sol in regno patris eorū. Quod autē Clamauit omnibus auibus quæ uolant in medio cœli,) aues illæ ecclesia intelligitur. Quòd autem dictum est, Congregamini ad cœnam magnam,ut manducetis carnē regum & tribunorū,) hoc in ecclesia in ueritate fieri cognoscimus. Nā quando omnes gentes ecclesiæ incorporantur,spiritaliter comedūtur, & qui deuorantur à diabolo, erunt corpus diaboli: susceptī ab ecclesia, mēbra efficiuntur Christi: quod autē de diabolo dixit, Et clausit & signauit super eum,ne seducat nationes, usq; dū finiantur mille anni.) Sicut dictū est,isti mille anni à passione domini agūtur, in quibus nō permittitur diabolo facere quantum uult,quia non permittitur à deo tentare seruos suos supra id quod possunt sustinere. Quòd autē Postea modico tēpore soluendus est,) tempus antichristi designatur,in quo maiorē potestatē sæuiendi diabolus accepturus est: quòd aūt dicitur, Væ uæ ciuitas magna,) Babylonia intelligitur. Sciendū tamen,quod non solum ciuitas Babylonia persequitur sanctos, ut ipsa extincta uniuersi uindicentur: in toto enim mundo est Babylonia,& in malis hominibus persequitur bonos. Quòd aūt Lapidē grandem uelut molā misit angelus in mare dicēs, sic mittetur Babylonia.) Ideo uelut molā dicit Babyloniā, quia amatores mundi reuolutio temporū sicut mola conterit, & in gyro mittit. Quod autē dicit, In ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes,& sanguis prophetarū inuentus est omnium à te occisorum super terrā.) Non enim in una ciuitate occisi sunt apostoli & prophetæ aut reliqui martyres. Sed hæc est ciuitas superborum quæ in toto mundo persequitur sanctos. Ipsa est ciuitas quam Cain fratris sui sanguine fundauit & uocauit nomine filij sui Enoch,id est posteritatē,quia omnes mali in quibus Babylonia est, succedentes sibi usq; ad finē mundi persequuntur ecclesiā dei. De quorū persecutione nos dominus per misericordiam suam liberare dignetur, Qui cum patre & spiritusancto,&c.

Abacuc 2

Matth. 13

Homilia

In lectione quæ recitata est fratres charissimi, beatus Ioānes euangelistā sic ait, Audiui uocem magnam populi multi in cœlo dicentium alleluia, Et salus & claritas & uirtus deo nostro,quoniam uera & iusta iudicia dei,quoniam iudicauit meretricem illam quæ corrupit terrā fornicatione sua, & uindicauit sanguinem seruorum suorum de manu eius. Et iterum dixerūt alleluia.) Hæc uox ecclesiæ est,cum discussio facta fuerit,& cum ab illa exiuerint omnes mali æterno incendio cōcremandi. Et fumus,inquit,eorum ascendit in secula seculorum.) Audite fratres & cognoscite, & expauescite,quia Babylonia est meretrix. Quorum fumus ascendit in secula seculorum,non intelligūtur nisi homines cupidi,adulteri & superbi, & ideo si uultis hæc mala euadere,nolite tam grauia mala committere. Et fumus,inquit,eorum ascēdit: nunquid uisibilis ciuitatis exustæ fumus in secula seculorum ascendet,& non hominum in superbia uiuentiū? Ascēdit autem non descendit: semper enim etiam in præsenti seculo in proditionem uadit. Babylon autem crematur ex parte,sicut Hierusalem in istis sanctis qui de cœlo migrāt,transit in paradisum, domino manifestante in paupere & diuite. Et audiui uocem populi multi, & uocem aquarum multarum,& ut uoces tonitruorum fortium,dicentes alleluia,quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens, Gaudeamus & exultemus,& glorificemus nomen eius, quoniam uenerunt nuptiæ agni & mulier eius parauit se.) Mulier agni ecclesia est. Et datum est ei ut operiatur byssio splendido mundo. Byssinū enim iusta facta sanctorū sunt.) Datū est enim sanctis suis indui, sicut scriptū est, Sacerdotes tui induātur iustitia. Hi inquit,uixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis,)id est,in præsenti seculo. Et recte dixit, Omnes & superstites & animæ sanctorum,) id est, quia adhuc in mundo uincunt, & quia iam de hac uita migrauerunt, regnant cum Christo. Regnauerunt profecto dixit, sicut illud, Diuiserunt sibi uestimenta mea. Nam dicturus erat,regnabunt. Vt ostenderet autem quid in hac uita sint isti mille anni ait, Hæc est itaq; prima resurrectio.) Ipsa est enim qua resurgimus, sicut dicit Apostolus, Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite: & iterum, Tanquam ex mortuis uiuentes. Peccatum enim mors est, sicut dicit Apostolus, Cum essetis mortui delictis & peccatis uestris. Et sicut prima mors in hac uita est per peccatum,sic & resurrectio prima in hac uita est per remissionē peccatorum. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima,)id est,qui seruauerit quod in baptismo renatus est. In hoc secunda mors non habet potestatem,)id est,æterna tormēta non sentiet. Sed erunt sacerdotes dei & Christi,& regnabunt cum eo mille annos.) Retulit spiritus dum hæc scriberet,regnaturam ecclesiam mille annos in hoc seculo usq; in finem mūdi. Manifestum est quod dubitari non debeat de perpetuo regno, cum etiā in præsenti regno sancti regnāt. Bene enim regnare dicuntur, quia cum dei adiutorio etiam per ipsas pressuras mundi & se & alios bene regunt. Et cum, inquit, finiti fuerint mille anni,soluetur satanas de custodia sua.) Finitus dixit à toto partem: nam sic soluitur ut supersint anni tres & menses sex nouissimi certaminis tēporibus antichristi. Et exiet seducere nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ.) A parte totum dixit: nam non omnes seduci possunt: superbi tantummodo seducuntur & impij: nam humiles & ueri Christiani non seduncuntur. Multi nanq; uocati, pauci electi. Et ascendit diabolus & populus eius multitudinem terræ.) Id est, in elationem superbiæ. Et circundederunt castra sanctorum & dilectorum ciuitatem,)id est ecclesiā. Hoc quod supra dixit collectos in Armageson: nō enim ex quatuor angulis terræ potuerunt in unam ciuitatem congregari, sed in ipsis quatuor angulis terræ unaquæq; gens congregabitur in obsidionē sanctæ ciuitatis,id est,in persecutionem ecclesiæ. Et descendit ignis de cœlo à deo,)id est de ecclesia, & comedit eos.) Dupliciter enim hoc loco intelligitur ignis: aut enim per ignem spirituſſancti creditur in Christum,& spiritaliter comedūtur ab ecclesia, id est,incorporantur ecclesiæ: aut peccatorū suorum igne comeduntur & pereunt. Et diabolus seducens eos,missus est in stagnum ignis & sulphuris,ubi & pseudoprophetæ & bestia.) Pseudoprophetæ intelliguntur aut hæretici,aut ficti Christiani. Ex quo enim passus est dominus,

A

B

C

D

Col. 3

Ephes. 2

Psal. 131

Psal. 21

minus,moritur beſtia,id eſt,ficti Chriſtiani,& in ignem mittitur uſquedum finiantur mil- C
le anni ab aduentu domini. Et punientur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Et uidi mortu
os magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni,& libri aperti ſunt, & alius liber apertus
eſt qui eſt uitæ.)Vniuſcuiuſq; memoriam dicit geſtorum noſtrorum,non quod librũ habe
at commemoraturum occultorũ cognitorum. Et iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta
ſunt in libris ſecundum opera ſua.)Id eſt ex teſtamentis iudicati ſunt,ſecundum quod dei
præcepta fecerunt,aut non fecerunt. Et dedit mare mortuos ſuos.) Gentes quas hic iudi
cij dies inueniet uiuos,ipſi ſunt mortui maris, quia hoc ſeculum mare eſt. Mors & infer
nus dederunt mortuos ſuos.) Id eſt eos qui in ſepulchris inueniendi ſunt in iudicij die.

Mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnum.) Mortem & infernum diabolum dicit & po
pulum eius. Et qui non eſt inuentus ſcriptus in libro uitæ.) Et qui uoluptatibus ſuis dimiſ
ſis per temporaneam examinationem in hoc ſeculo meruit iudicari à deo,dum uiueret

Miſſus eſt in ſtagnum ignis. Et uidi cœlum nouum & terram nouam.Primum enim no
uum celum & terra abierunt, & mare iam non eſt.Et ciuitatem ſanctorum Hieruſalem no
uam uidi deſcendentem de cœlo,à deo compoſitam,ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo,Et au
diui uocem magnam de cœlo dicentem,Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habita
bit cum eis,& ipſi populus eius erũt & ipſe deus,cum eis erit eorum deus. Et abſterget deus
omnem lachrymam ab oculis eorum,& mors non erit amplius,& luctus non erit.) Hoc to
tum de gloria eccleſiæ dixit,qualem habebit poſt reſurrectionem. Et dicit ſcribe,quoniam
ſermones iſti fideles & ueri ſunt.Et dixi mihi.Ego ſum alpha & ω, initium & finis. Ego ſiti
entibus dabo ex fonte aquæ uiuæ gratis.)Id eſt cupienti remiſſionem peccatorum per fon
tem baptiſmi. Qui uincit poſſidebit hæc,& ero eius deus,& erit meus filius. Timidis au
tem & incredulis, execrabilibus & homicidis & ueneficis, idolorum cultoribus & omnibus
mendacibus pars erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.)Quod
ſupradictum eſt:iudicauit meretricem illam magnam,quæ corrupit terram uino fornicatio D
nis ſuæ,& uindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum.Hæc uox eccleſiæ eſt, cũ ab ea in die iu
dicij exierint omnes mali,æterno incendio concremandi, & fumus eorum aſcendet in ſecu
la ſeculorum. Non enim uiſibilis ciuitatis aſcendet fumus in ſecula ſeculorum, ſed homi
num in ſuperbia perdurantium.Quod aũt dicit. Quia uenerunt nuptiæ agni.) De Chri
ſto intelligitur & eccleſia.Quod uero dicit eam opertam byſſo.)In byſſo iuſta opera ſan
ctorum intelliguntur,quibus iuſti ueſtiũtur, ſecundum quod dictum eſt:Sacerdotes tui in
duantur iuſticia. Quòd autem dicit, Eos regnaſſe mille annos,)præſens tempus intelligi
tur,in quo ſancti iuſti regnare dicuntur, quia ſe ita cum dei adiutorio regunt, ut à peccatis
uinci non poſſint.Et ut hoc euidenter oſtenderet,ſecutus ait, Hæc eſt prima reſurrectio.)
Ipſa eſt enim qua reſurgimus per baptiſmũ, quia ſicut prima mors eſt in hac uita per pec
catum, ita & prima reſurrectio per remiſſionem peccatorum. Beatus & ſanctus qui ha
bet in reſurrectione prima partem,) Id eſt qui reſeruauit quod in baptiſmo renatus acce
pit.Quòd autem dicit, Regnaturã eccleſiam mille annos in hoc ſeculo.) Intelligitur uſq;
ad finem mundi, Vnde manifeſtum eſt quòd dubitari non debeat de perpetuo regno.Cũ
enim in præſenti ſeculo ſancti regnent, recte regnare dicuntur,qui cum dei adiutorio inter
ipſas preſſuras mundi & ſe & alios bene regunt. Quòd autem de diabolo dicit quia, Se
ducit nationes quæ ſunt in quatuor angulis terræ,) A parte totũ intelligitur. Nam ſoli ma
li ſeducũtur:ſecundum illud,Multi uocati,pauci electi.Quod autem dicit. Diabolus & an
geli eius circundederunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectorum.) Non enim ex quatu
or angulis terræ potuerunt in unam ciuitatem congregari, ſed in ipſis quatuor angulis una
quæq; gens congregatur in perſecutione eccleſiæ.Quod autem dicit, Cecidit ignis de cœ
lo,& comedit eos,) Dupliciter intelligi poteſt,aut enim per ignem ſanctiſpiritus ſpiritaliter
comeduntur dum eccleſiæ incorporantur: aut ſi ad deum conuerti noluerint, peccatorum
ſuorum igne comeduntur & pereunt.Quod autẽ dicit; Libros apertos,)Teſtamentũ dei
uoluit

A uoluit intelligi:ſecundum enim utrunq; teſtamentum iudicabitur eccleſia. Librum uero ui
tæ,) uniuſcuiuſq; memoriam dicit geſtorum noſtrorum, quia in die iudicij nulli licebit nec
ullus poterit abſcondere peccata uel crimina ſua, Quia mare dedit mortuos ſuos.) Eos
dicit quos in hoc mundo uiuos inuenit aduentus Chriſti. Ipſi ſunt mortui maris,quia hoc
ſeculum mare eſt.Quod dicit. Mors & infernus dederunt mortuos ſuos.) Illi intelligũtur
qui ſunt in ſepulchris inueniendi in die iudicij. Et mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnum
ignis.)Hoc loco mortẽ & infernum,diabolum & populum eius intelligi uoluit,qui uolupta
tibus ſuis dimiſſis,per temporaneam examinationem non meruit iudicari.Poſt hæc expo
ſita eccleſiæ gloria,adiungit & dicit, Ego ſitienti dabo ex fonte uitæ aquam gratis,) id eſt,
cupienti remiſſionem peccatorum per fontem baptiſmi. Qui uincit,poſſidebit hæc,& ero
eius deus,& erit meus filius.) Quod præſtare dignetur qui uiuit.&c.

Homilia XVIII.

SICVT modo audiuimus fratres chariſſimi,angelus domini locutus eſt ad bea
tum Ioannem dicens, Veni oſtendam tibi uxorem agni.Et abſtulit me in ſpi
ritu ſupra montem magnũ & altum,)Montẽ,Chriſtum dicit. Et oſtendit mi
hi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ deſcendentem de cœlo,) hæc eſt eccleſia. Ciuitas in
monte conſtituta,eſt ſponſa agni:ipſa enim ciuitas tunc in monte eſt conſtituta, quando in
humeris paſtoris tanquã ouis ad ouile proprium reuocata eſt. Si enim alia eſt eccleſia, alia
ciuitas deſcendens de cœlo,erunt duæ ſponſæ,quod omnino fieri non poteſt: & hanc enim
ciuitatem ſponſam dixit agni, unde manifeſtum eſt ipſam eſſe eccleſiam, quam ſic deſcribit
dicens, Habentem claritatẽ dei,luminare eius ſimile lapidi precioſo.)Lapis precioſiſſimus
Chriſtus eſt. Habẽtẽ murũ magnũ & altũ,habentẽ portas duodecim, & ſuper portas an
gulos duodecim.) Oſtendit duodecim portas & duodecim angulos apoſtolos eſſe & pro
phetas:quoniã ſic ſcriptum eſt, Ædificati ſumus ſupra fundamentũ apoſtolorũ & prophe- Epheſ.2
B tarum,ſicut dominus dixit Petro,Super hanc petrã ædificabo eccleſiam meã. Ab oriente Matth.16
portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab auſtro portæ tres, ab occidente portæ tres.) Et quia
ciuitas iſta quæ deſcribitur,eccleſia eſt toto orbe diffuſa,ideo per quatuor partes ciuitatis ter
ræ portæ dicuntur eſſe, quia per totas quatuor partes mundi trinitatis myſterium in eccle
ſia prædicatur Et ſuper eas duodecim nomina apoſtolorum & agni.) Quod ſunt portæ,
hoc fundamentum:quod ciuitas,hoc murus. Et qui loquitur mecum,habet menſurã arun
dineam auream.)In arundinea aurea hominis eccleſiam oſtendit, fragili quidem carne, ſed
aurea fide fundatam:ſicut Apoſtolus dicit,Habetis theſaurum in uaſis fictilibus. Et ſup- 2.Cor.4.
pellex muri & ciuitatis aurum mundum,ſimile uitro mundo.)Eccleſia enim aurea eſt,quia fi
des eius uelut aurum ſplendet, ſicut ſeptem candelabra, & ara aurea, & phialæ aureæ, hoc
totum eccleſiam figurauit. Vitrum autem ad puritatẽ fidei retulit, quia quod foris uidetur,
hoc eſt & intus,& nihil eſt ſimulatũ,& nõ eſt perſpicuum niſi ſanctis eccleſiæ. Fundamen
tum primum,iaſpis:ſecundum,ſaphirus:tertium,calcedonius:quartum,ſmaragdus:quintũ,
ſardonyx:ſextum, ſardius:ſeptimum,Chryſolithus:octauum,berillus:nonum,topazius:de
cimum, chryſopraſus:undecimũ, Hiacynthus:duodecimũ,amethyſtus.) Ideo diuerſitatem
gemmarum in fundamentis nominare uoluit,ut dona diuerſarum gratiarum, quæ apoſto
lis data ſunt,demonſtraret: ſicut de ſpirituſanctò dictũ eſt, Diuidens ſingulis prout uult.Et 1.Cor.12
ideo duodecim margaritæ ſingillatim. Et unaquæq; porta erat ex una margarita.) Et in
iſtis margaritis dictum eſt quod apoſtolos deſignauit,qui ideo portæ dicũtur,quia per do
ctrinam ſuam æternæ uitæ ianuam pandunt. In platea quæ erat uelut aurum mundum &
uitrum,oſtendit eccleſiã. In platea ciuitatis aurũ mundum & uitrũ perſpicuũ,& templum
non uidi in ea,dominus enim deus omnipotẽs templum eius eſt & agnus.) Hoc ideo quia
in deo eſt eccleſia, & in eccleſia deus. Ciuitas non indiget ſole neq; luna,ut luceant in ea,)
Quia non lumine aut elementis regitur eccleſia, ſed Chriſto æterno ſole deducitur per mun
di tenebras. Claritas enim dei illuminauit eam,& lucerna eius agnus eſt.) Ipſo dicẽte,Ego

Ioan.8,& 1 ſum lux mundi:& iterũ,Ego ſum lumen uerum,quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in C
hũc mundum. Ambulabunt gentes in lumine tuo,& reges terræ offerẽt gloriam.)Reges terræ filios dei dicit. Et portæ eius non claudentur die.Nox enim ibi non eſt,)uſq; in æternum. Et ferent gloriã & honorem gentium,)in Chriſto utiq; credentium. Et non introibit in eam omne immundum,aut faciens abominationes & mẽdacium,niſi qui ſcriptus eſt in libro uitæ & agni.)In medio plateæ eius fontem baptiſmi oſtendit,in medio eccleſiæ uenientem à deo & Chriſto.Nam quale decus ciuitatis poteſt eſſe,ſi flumẽ per medium plateæ eius ad impedimentum habitantium deſcendit? Et ex utraq; parte fluminis lignum uitæ faciens fructus duodecim per ſingulos menſes,& reddẽs fructum ſuũ.) Donante Ieſu Chriſto domino noſtro,Qui uiuit & regnat cũ patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorũ,Amen.

Expoſitionis in Apocalypſim finis.

AD LECTOREM.

Habes hic euchariſtias, doxologias & precationes aliquot pias ac doctas, quarum exceptis poſtremis Auguſtinum fuiſſe autorem,nec aſſeuerare uelim,nec inficiari: illud res indicat ab eo proditas, qui libros Auguſtini non indiligenter legit. Titulum addiderant

LIBER MEDITATIONVM.

Caput I

DOMINE deus meus da cordi meo te deſiderare,deſiderãdo quærere,quærendo inuenire,inueniẽdo amare,amando mala mea redimere,redẽpta non iterare. Da domine deus meus cordi meo pœnitentiam,ſpiritui contritionem,oculis lachrymarum fontem, manibus eleemoſynæ largitatẽ.Rex meus,extingue in me deſideria carnis,& accẽde ignem tui amoris.Redemptor meus,expelle à me ſpi D
ritum ſuperbiæ, & concede propitius theſaurum humilitatis tuæ. Saluator meus,amoue à me furorẽ iræ, & indulge mihi benignus ſcutum patientiæ.Conditor meus,euelle à me animi rancorem, & largire mihi mitis mentis dulcedinem.Da clementiſſime pater mihi ſolidam fidem,ſpem congruam,charitatem continuam.Rector meus,auerte à me uanitatem,mentis inconſtantiam,corporis uagationem, oris ſcurrilitatem,oculorum elationẽ,uentris ingluuiẽ,opprobria proximorum,ſcelera detractionum,curioſitatis pruriginẽ,diuitiarum cupidinem,potentatuum rapinã,inanis gloriæ appetitum,hypocriſis malum,adulationis uenenum,contemptum inopum, oppreſſionem debilium,auaritiæ ardorem,inuidiæ rubiginem,blaſphemiæ mortem. Reſeca in me factor meus temeritatẽ iniquam,pertinaciam,inquietudinem,ocioſitatem,ſomnolentiam,pigritiam,mentis hebetudinem,cordis cæcitatem,ſenſus obſtinationem, morum truculentiã, boni inobedientiã, cõſilij repugnantiam,linguæ effrenationem,pauperum prædam, impotentum uiolentiam,innocentum calumniam,ſubditorum negligẽtiam,circa domeſticos ſæueritatem,aduerſus familiares impietatem,erga proximos duritiam. Deus meus miſericordia mea,oro te per dilectum filium tuum,da mihi miſericordiæ opera,pietatis ſtudia,compati afflictis,conſulere erroneis,ſuccurrere miſeris,ſubuenire egenis,conſolari mœſtos,releuare oppreſſos,pauperes recreare,flebiles refouere,dimittere debitoribus,parcere in me peccantibus,odientes me diligere, pro malis bona reddere, neminem deſpicere, ſed honorare: bonos imitari,malos cauere,uirtutes amplecti,uitia reijcere, in aduerſis patientiam, in proſperis continentiam,cuſtodiam oris,& oſtium circumſtantiæ labijs meis,terrena calcare, cœ
Caput II leſtia ſitire. Ecce plaſmator meus,multa rogaui,cum nec pauca promerui.Fateor, heu fateor,nõ ſolum quæ poſtulo nõ debentur dona, ſed multa & exquiſita ſupplicia.Animant tamen me publicani,meretrices & latrones, qui à faucibus hoſtis momentanee eruti, ſinibus excipiũtur paſtoris.Tu enim factor omnium deus, licet in cunctis operibus tuis ſis mira-

A mirabilis,mirabilior tamen crederis eſſe in operibus pietatis. Vnde de temetipſo per quendam tuum ſeruum dixiſti,Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et quaſi de ſingulo lo Pſal.144.
quentem de uniuerſo populo tuo te dixiſſe confidimus, Miſericordiam autem meam non Pſal.88
diſpergã ab eo.Nullũ enim ſpernis,neminẽ abijcis,neminẽ perhorreſcis,niſi forte qui amẽs te exhorruerit. Ergo modo iratus non percutis,ſed te iritantibus dona,ſi quieuerint,tribuis. Deus meus cõrnu ſalutis meæ & ſuſceptor meus,ego infelix,ego te iritaui, ego malum corã te feci,furorẽ tuũ prouocaui,iram promerui, peccaui & paſſus es, deliqui & adhuc ſuſtines. Si pœniteo,parcis:ſi reuertor,ſuſcipis:inſuper dum differo,præſtolaris.Reuocas errantem, inuitas repugnantem,expectas torpentem,amplexaris redeuntẽ. Doces ignorantem,mœrentem mulces,à ruina ſuſcitas,poſt lapſum reparas,petẽti largiris,quærẽti inueniris, & pulſanti aperis.Ecce domine deus ſalutis meæ quid opponã neſcio, quomodo reſpondeã ignoro,nullum abs te confugium, nullum abs te patet latibulum, oſtendiſti mihi bene uiuendi uiam,& gradiendi ſcientiam dediſti,minatus es mihi gehennam, & pollicitus es mihi paradiſi gloriam.Nunc pater miſericordiarum & deus totius conſolationis, confige timore tuo carnes meas,quatenus quæ minaris,metuẽdo euadam:& redde mihi lætitiam ſalutaris tui, ut quæ ſpondes diligendo percipiam.Fortitudo mea domine,firmamentum meum, deus meus,refugium meum,& liberator meus,ſuggere quid de te cogitem,doce quibus te ſermonibus inuocem,da quibus operibus tibi placeam.Scio nanq; ſcio unum quo tu placaris, & aliud quod non ſpernis.Eſt utiq; tibi ſpiritus contribulatus ſacrificium,& acceptas cor contritum & humiliatum.His me deus meus, adiutor meus dita muneribus, his contra inimicum muni protectionibus,hoc de flammis uitiorum præſta refrigerium,hoc autem deſideriorum paſſionibus pande pium refugium.Fac domine uirtus ſalutis meæ,ne ſim de numero eorum qui ad tempus credũt, & in tempore tentationis recedunt. Obumbra caput meũ in die belli,ſpes mea in die afflictionis,& ſalus in tempore tribulationis. En domine illumi
B natio mea & ſalus mea rogaui quibus egeo,intimaui quæ timeo, ſed remordet conſcientia, reprehẽdũt me cordis ſecreta,& quod amor miniſtrat,timor diſſipat,zelus incitat, metus increpat.Acta mea formidinẽ, ſed tua ingerit pietas fiduciã:tua hortatẽ benignitas,mea tardat malignitas. Et ut uerius fatear, occurrũt memoriæ phãtaſmata uitiorũ,quæ reuerberãt audaciam præſumentium animorũ. Cũ enim quis odio dignus ſit,qua fron- Caput III
te gratiam requirit? Cui pœna debetur,qua temeritate gloriam depoſcit? Laceſſit iudicem, qui poſtpoſita ſatisfactiõe delicti quærit præmijs honorari. Regi inſultat obnoxius ſuppli cio,qui donari flagitat indebito brauio: & dulcem affectum patris ſtultus exacerbat filius, qui poſt illatas contumelias,ante pœnitudinem hæreditatis uſurpat celſitudinem.Quid mi pater me geſſiſſe recolo? merui mortem,& peto uitã.Commoui regem meũ,cuius impudẽs inuoco præſidium.Contempſi iudicem,quem temere poſtulo adiutorem.Inſolens renui audire patrem,quem demum præſumo habere tutorem.Heu mihi quàm ſero uenio,heu heu quàm tarde feſtino,heu me quia curro poſt uulnera, dedignãs incolumis præcauere iacula. Neglexi proſpicere tela, modo uero ſollicitor de morte uicina, uulnera uulneribus inflixi, quia ſcelera ſceleribus addere non timui. Recenti cicatrices labe reſperſi, quia priſca flagitia *modernis iniquitatibus reciprocaui,& quæ diuina ſolidauerat medicina,mea reſoluit pru *alias nouis
rigo phrenetica.Cutis quæ ſuperducta uulneribus morbum cælauerat,ſanie erumpente putruit,quia iterata iniquitas conceſſam miſericordiam exinaniuit. Noui quippe ſcriptum,In Ezech.3,& 18
quacunq; hora iuſtus peccauerit,omnes iuſtitiæ eius obliuiſcentur. Si iuſtitia aboletur iuſtiruẽtis,quãto magis pœnitẽtia peccatoris in idipſum reuertẽtis? Quotiẽs canis redij ad uomitũ,& quaſi ſus repetij uolutabrũ? Fateor,quia nihil recordari eſt impoſſibile. Quot mortaliũ ignorãtes peccare docui, nolẽtibus delinquere perſuaſi, reſiſtẽtes coẽgi, uolẽtibus cõſenſi? Quot ſanè gradientibus laqueũ induxi,uiã quærẽtibus foueã retexi, quod ut patrare nõ horrerem,obliuiſci non metui. Sed tu iuſtus iudex ſignans peccata, quaſi in ſacculo obſeruaſti omnes ſemitas meas, & cunctos greſſus meos dinumeraſti, tacuiſti, ſemper ſiluiſti,

patiẽs,

Cap. IIII patiens fuisti. Væ mihi demum loqueris quasi parturiens. Deus deorum domine præstabilis super malicia, noui quia manifestus uenies, noui quia non semper silebis, cum in conspectu tuo ignis exardescet, & in circuitu tuo tempestas ualida ingruerit, cum aduocaueris cœlum desuper & terram discernere populum tuum. Et ecce coram tot milibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ, tot agminibus angelorum patebunt uniuersa scelera mea, non solum actuum, sed etiam cogitationum simulq; locutionum. Tot iudicibus inops astabo, quot me præcesserunt in opere bono: tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene uiuendi exempla: tot conuincar testibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, secq; imitandos iustis dederunt actionibus. Domine mi nõ suppetit quid dicam, non occurrit quid respondeam. Et cum iam interim sæuo illi discrimini, torquet me conscientia, cruciant cordis arcana, coartat auaricia, accusat superbia, consumit inuidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat gula, ebrietas confutat, detractio lacerat, ambitio supplantat, rapacitas obiurgat, discordia dissipat, ira perturbat, leuitas dissoluit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frangit, fauor attollit, calumnia pungit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis, ecce cũ quibus uixi à die natiuitatis meæ, quibus & studui, quibus & fidem seruaui. Ipsa me quæ dilexeram studia, damnant: quæ laudaueram, uituperant. Hi sunt quibus acquieui amici, quibus parui magistri, & quibus seruiui domini, consules quibus credidi, ciues quibus cohabitaui, domestici quibus cõsensi. Heu mihi rex meus & deus meus, quia incolatus meus prolõgatus est. Væ mihi illuminatio mea, quia habitaui cum habitantibus cedar. Et cum Dauid sanctus dixerit multum, quanto magis ego infelix dicere possum, nimis incola fuit anima mea, firmamentum meum deus, non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Spes mea non est in filijs hominũ, quẽ si remota pietate iudicaueris, iustum inuenies? Et nisi præueneris miserando impium, non est quod glorificet pium. Credo nanq; salus mea quod audiui, quoniã benignitas tua ad pœnitentiam me adduxit, tui oris mihi sonuerunt nectarea labia, Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Enimuero quia me instruxisti, tanquam propitius instructione formasti, totis medullis cordis, toto nisu mentis te omnipotens pater cum dilectissimo filio tuo, teq; dulcissima proles cum serenissimo inuoco paracleto, trahe me quatenus post te curram in odorem unguentorum tuorum dulciter.

Ioan. 6

Cap. V Inuoco te deus meus, inuoco te, quia prope es omnibus inuocantibus te in in ueritate: tu enim ueritas es, doce me quæso per clementiam tuam, sancta ueritas, te inuocare in te, quia hoc fieri quo modo oporteat nescio, sed à te doceri beata ueritas humiliter imploro. Absq; te enim sapere, est desipere: te uero nosse, est perfecte scire. Erudi me diuina sapientia, & doce me legem tuam. Credo nanq; quem tu erudieris beatus erit, & de lege tua docueris eum. Desidero inuocare te, quod quæso fiat in ueritate. Quid est in ueritate inuocare ueritatem, nisi in filio patrem? Ergo sancte pater, sermo tuus ueritas est, principiumq; uerborum tuorum ueritas. Hoc quippe est uerborum tuorum principium, quod in principio erat uerbum. In ipso principio te summũ adoro principium. In ipso ueritatis uerbo, te perfecta inuoco ueritas, in quo ipsa eadẽ ueritas dirigas me in ueritate & doceas. Quid enim est dulcius q̃ genitorem in nomine unigeniti inuocare, patrem in recordatione filij ad pietatem inflectere, regem charissimæ sobolis denominatione mitigare? Sic enim solent rei carceribus eripi, sic commancipati uinculis liberari, sic tristem accipientes sententiam capitis, non solum absolui, sed insuper nanciscí insolitam gratiam, dummodo iratis principibus dilectæ prolis intimauerint charitatẽ: sic delinquentes seruuli euadunt supplicia dominorum, dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. Sic te omnipotens pater per omnipotẽtis filij charitatẽ postulo, educ de carcere ad confitendũ nomini tuo animã meam, libera me à uinculis peccatorũ, per coæternũ flagito unicũ tibi natũ, meq; cui propria merita lætalem minãtur sententiã, per preciosissimæ ad dexterã tuã consedentis prolis interpellationẽ restaura placatus ad uitam. Quem enim alium dirigam intercessorẽ tibi nescio, nisi hunc qui est propitiatio

A tio pro peccatis nostris, qui sedet ad dexteram interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te deum patrem. Ecce pontifex summus, qui non alieno eget expiari sanguine, qui proprio refulget perfusus cruore. Ecce hostia sancta, bene placens & perfecta, in odorẽ suauitatis oblata & accepta. Ecce agnus sine macula, qui coram se tondentibus obmutuit, qui alapis cæsus, sputis illitus, opprobrijs affectus, os suum non aperuit. En qui peccatum non fecit, peccata nostra pertulit, & languores nostros suo liuore sanauit.

Aspice pater pie pȝssimũ filium pro me tam impia passum. Respice clementissime rex quis patitur, & reminiscere benignus pro quo patitur. Nónne hic est mi domine innocens ille, quem ut seruum redimeres, filium tradidisti? Nunquid autor uitæ hic est, qui ut ouis ad occisionem ductus, tibiq; usq; ad mortem obediens factus, atrocissimæ non timuit necis genus subire? Recole totius salutis dispensator, quia hic est ipse, quem etsi ex tua uirtute genuisti, meæ tamen infirmitatis participem fieri uoluisti. Vere hæc est tua deitas quæ meam induit naturam, crucis ascendit patibulum, quæ in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc domine deus meus oculos tuæ maiestatis super opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcẽ natum toto corpore extensum, cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte placatus scelera quæ patrarunt manus meæ. Consydera inerme latus crudeli perfossum cuspide, & renoua me sacro fonte quem inde credo fluxisse. Vide immaculata uestigia quæ non steterunt in uia peccatorum, sed semper ambulauerunt in lege tua diris confixa clauis, & perfice gressus meos in semitis tuis, & fac me odio habere benignus omnes uias iniquitatis: uiam iniquitatis amoue à me, & fac me propitius uiam ueritatis eligere. Oro te rex sanctorum per hunc sanctum sanctorum, per hunc redemptorem meum, fac me currere uiam mandatorum tuorum, ut ei ualeam spiritu uniri, qui mea non horruit carne uestiri. Nunquid non attendis pie pater adolescentis filij charissimi caput, niuea ceruice deflexa precio sissimam resolutum in mortem? Aspice mitissime conditor dilectæ sobolis humanitatem, & miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Caret nudatum pectus, rubet cruentum latus, tensa arent uiscera, decora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, crura pendent marmorea, rigat terebratos pedes beati sanguinis unda. Specta glorioso genitor gratissimæ prolis lacerata membra, & memorare benignus quæ mea est substantia, conspicare dei hominis pœnam, & relaxa conditi hominis miseriam. Vide redemptoris supplicium, & redempti dimitte delictum. Hic est domine mi quem propter peccata populi tui percussisti, licet ipse sit dilectus in quo tibi bene placuisti. Hic est ille innocens in quo dolus non est inuentus, & tamen inter iniquos deputatus est.

B

Caput VI

Quid commisisti dulcissime puer, ut sic iudicareris? Quid commisisti amantissime iuuenis, ut adeo tractareris? Quod scelus tuum, quæ noxa tua, quæ causa mortis, quæ occasio tuæ damnationis? Ego enim sum tui plaga doloris, tuæ culpa occisionis. Ego tuæ mortis meritum, tuæ uindictæ flagitium. Ego tuæ passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis censuræ conditio, & ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & uapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat seruus, exoluit dominus: quod committit homo, sustinet deus. Quò nate dei, quò tua descendit humilitas? quò tua flagrauit charitas? quò processit pietas? quò excreuit benignitas? quò tuus attigit amor? quò peruenit compassio? Ego enim inique egi, tu pœna mulctaris: ego facinus admisi, tu ultione plecteris: ego crimen ædidi, tu torturæ subijceris: ego superbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediens scelus inobedientiæ luis: ego gulæ parui, tu inedia afficeris: me ad illicitam concupiscentiam rapuit arbor, te perfecta charitas duxit ad crucem: ego præsumpsi uetitum, tu subisti eculeum: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor delitijs, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinem, tu fellis gustas amaritudinem: mihi ridens congaudet Eua, tibi plorans compatitur Maria. Ecce rex gloriæ, ecce mea impietas, & tua claret pietas. En mea iniustitia, & tua liquet

Caput VII

iustitia.

iustitia. Quid rex meus & deus meus, quid retribuam tibi pro omnibus quæ retribuisti mihi? Non enim inueniri potest in corde hominis quod condigne talibus referatur præmijs. Nunquid sagacitas machinari potest humana, cui cõparetur miseratio diuina? Nec est creaturæ moliri officium quo iuste creatoris recompẽset præsidium. Est autem † nate dei in hac tua admirabili dispensatione, est cui fragilitas mea in aliquo suppeditet, si tua uisitatione compuncta mens carnem suam crucifigat cum uitijs & concupiscentijs, & hoc cum à te conceditur, quasi iam tibi incipit compati, quia & tu pro peccato meo dignatus es mori. Sicq; per interioris hominis uictoriam te duce armabitur ad exteriorem palmam, quatenus deuicta persecutione spiritali, non uereatur pro amore tuo subijci gladio materiali. Ita exiguitas conditionis, si tuæ complaceat pietati, magnitudini ualebit pro uiribus respondere creatoris. Et hæc cœlestis medicina bone Iesu, hoc tui antidotum amoris. Oro te per antiquas misericordias tuas, infunde uulneribus meis quod reiecta uipereæ cõtagionis bile, reintegret me incolumitati pristinæ, quo gustatum tuæ nectar suauitatis faciat me illecebrosa mundi toto affectu despicere, & nulla eius aduersa pro te formidare, memorq; perpetuæ nobilitatis, semper fastidiam uentos huius transitorij tumoris. Nihil quæso sine te mihi dulcescat, nihil complaceat, nil pretiosum, nil præter te mihi arrideat speciosum, uilescant obsecro absq; te mihi omnia, sordeant uniuersa. Quod tibi aduersum est, sit mihi molestum: & tuum beneplacitum, mihi indeficiens desiderium. Tædeat me gaudere sine te, & delectet contristari pro te. Sit mihi nomen tuum refocillatio, & memoria tua consolatio, fiant mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte inuestigando iustificationes tuas, sit mihi bonum lex oris tui super milia auri & argenti. Sit obedire tibi mihi amabile, & resistere tibi execrabile. Rogo te spes mea per omnes pietates tuas ut propitieris impietatibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis, & ne declines flagito per nomen sanctum tuum, in uerba maliciæ cor meum ad excusandas excusationes in peccatis: peto etiam per admirabilem humilitatem tuam, ne ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

psal. 115

alias deus

cap. VIII

Ecce omnipotens deus pater domini mei dispone benignus, quæso miserearis mei, quoniam quicquid pretiosius inueni, deuote obtuli, quicquid clarius repperi, suppliciter præsentaui. Nihil mihi reliqui quin tuæ exposuerim maiestati, nihil iam superest quod adijciam, quia totam tibi delegaui spem meam. Direxi tibi aduocatum meum dilectum filium tuũ, misi glorioſam progeniem inter me & te mediatorem, misi, inquã, intercessorem, per quem confido ueniam, misi uerbis uerbum, quem pro meis dixi missum factis, & numerauí tibi sanctissimæ sobolis passionem, quã pro me credo fuisse perpessam. Credo à te missam deitatem, meam suscepisse humanitatem, in qua dignum duxit alapas, uincula, sputa, irrisiones perferre, nec nõ crucem, clauos telumq; suscipere. Hanc olim infantiæ uagitibus demolitam, pueritiæ pannis constrictam, iuuentutis sudoribus uexatam, ieiunijs maceratam, uigilijs afflictam, itineribus fessam, postea affectam flagris, laceratam supplicijs, deputatam cum mortuis, dotatam gloria resurrectionis cœlorum gaudio induxit, & in dexteram tuæ celsitudinis collocauit: hæc placatio mea & propitiatio tua. Hic attende pius quem genueris filium, & quem redemeris seruum. Hic aspice factorem, & ne despicias facturam. Amplectere serenus pastorem, & respice misericors allatam proprijs humeris ouem. Hic est fidelissimus pastor ille qui dudum errabundam per abrupta montium, per præcipitia uallium multis uarijsq; quæsierat laboribus, quiq; iam morienti, iam per longa exilia deficienti, tamen inuentæ gaudens se suppossuit, & miro sibi annisu charitatis à profunda confusionis abysso leuauit, pijsq; astrictam complexibus ad nonagintanouem unam quæ perierat reportauit. Ecce domine mi, rex deus omnipotens, ecce pastor bonus refert tibi quod commisisti ei. Suscepit te disponente ad saluandum hominem, quem tibi restituit omni labe immunem. Ecce tuum tibi charissimus natus plasma reconciliauit, quod à te procul deuiauit. En gregi tuo pastor mitis reformat, quod prædo uiolentus abegerat. Reddit tuis conspectibus seruum, quem sua fecerat conscientia fugitiuum, ut qui per se meruit pœnam, per factionem

factionem huius mereatur ueniam, cuiq; pro culpis supererat gehenna, tanto|duce iam confidat reuocari ad patriam. Potui per me te sancte pater offendere, sed non ualui per me placare. Factus est adiutor meus deus meus, tuus dilectus filius, meam participans humanitatem ut curaret infirmitatem, quatenus unde causa emerserat offensionis, inde tibi immolaret sacrificium laudis, meq; per hoc redderet tuæ pietati placabilem, quo sedens ad dexteram tuam semper meæ substantiæ se ostenderet esse consortem. Ecce spes mea, ecce tota fiducia mea. Si me pro mea, ut dignũ est, despicis iniquitate, respice me saltẽ misericors pro dilectæ sobolis charitate. Attende in filio quo propitieris seruo, uide carnis sacramentum, & remitte carnis reatum. Quotiens beatæ prolis tibi patent uulnera, delitescant obsecro scelera mea. Quotiens rubet preciosus pio de latere sanguis, diluatur obsecro labes meæ pollutionis. Et quia caro te lacessiuit ad iram, caro te flectat imploro ad misericordiam: & sicut me caro seduxit ad culpam, caro deducat ad ueniam. Multum nanque est quod mea meretur impietas, longe autem maius quod redemptoris mei reposcit iure pietas. Magna enim est mea iniustitia, fateor, uerum maior redemptoris iustitia. Quanto nanque est superior deus homine, tanto mea malitia est inferior eius bonitate in qualitate & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius dei factus homo? Quæ tanta superbia tumeret, quam non tanta humilitas sterneret? Quód nam tantum mortis imperium, quod nati dei non destrueret crucis supplicium? Nimirum deus meus si æqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia librentur autoris, non tantum oriens ab occidente, seu inferior separatur infernus à summo cœli cardine. Iã lucis optime creator, iã culpis ignosce meis, pro dilecti filij tui laboribus immensis. Iam eius quæso pietati mea impietas, eius modestiæ mea peruersitas, & mansuetudini donetur ferocitas. Iam sua humilitas meam superbiam, patientia impatientiam, benignitas duriciam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, suauitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem.

Caput IX

Iam diuini amor numinis, patris omnipotentis prolisq; beatissimæ sancta communicatio omnipotens paraclete spiritus, mœrentium consolator clementissime, iam cordis mei penetralibus potenti illabere uirtute, & tenebrosa quæque laris neglecti latibula, corusci luminis fulgore pius habitator lætifica, tuiq; roris abundantia longo ariditatis marcentia squalore uisitando fœcunda. Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris flammis salutaribus penetrando succende, sanctiq; feruoris igne illustrando intima mentis & corporis uniuersa depasce. Pota me torrente uoluptatis tuæ, ut nil iam mundanorum degustare libeat uenenatæ dulcedinis. Iudica me domine & discerne causam meam de gente non sancta, doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Credo ergo quia quemcunque inhabitaueris, patris ac pariter filij domicilium condis. Beatus qui te merebitur hospitari, quoniam per te pater & filius apud eum faciunt mansionem. Veni iam, ueni benignissime dolentis animæ consolator, protegens in opportunitatibus, in tribulatione adiutor. Veni mundator scelerum, curator uulnerum. Veni fortitudo fragilium, releuator labentium: ueni humilium doctor, superborum destructor. Veni orphanorum pius pater, uiduarum dulcis iudex. Veni spes pauperum, refocillator deficientium. Veni nauigantium sydus, naufragij portus. Veni omnium uiuentium singulare decus, morientium unica salus. Veni sanctissime spiritus, ueni & miserere mei, apta me tibi, & condescende propitius mihi, ut mea tuæ magnitudini exiguitas, roboriq; tuo mea imbecillitas secundum multitudinem tuarum complaceat miserationum, per Iesum Christum saluatorem meum, qui cum patre in tua unitate uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

psal. 42

cap. X

Scio domine, scio & fateor, quia non sum dignus quem tu diligas, sed certe tu non es indignus quem ego diligam. Indignus quidem sum tibi seruire, sed tu non es indignus seruitio creaturæ tuæ, da ergo mihi domine unde tu es dignus, & ego ero dignus unde sum indignus. Fac me quomodo uis à peccatis cessare, ut quomodo debeo possim tibi seruire. Cõcede mihi sic custodire & regere & finire uitam meã, ut in pace dormiam, & in te requiescã.

Præsta

Præsta mihi in finem ut me excipiat somnus cum requie, requies cum securitate, securitas in
Caput XI æternitate, Amen. Te deum patrem ingenitum, te filium unigenitum, te spiritum
sanctum paracletum, sanctam & individuam trinitatem toto corde & ore confitemur, lau-
Cap. XII damus atq; benedicimus, tibi gloria in secula seculorum. Amen. O summa trini-
tas, uirtus una & indiscreta maiestas, deus noster, deus omnipotens, confiteor tibi ego ulti-
mus seruorum tuorum, & exiguum membrum ecclesiæ tuæ cõfiteor tibi, & honorifico te de-
bito sacrificio laudis pro scire & posse quod mihi tantillo donare dignatus es. Et quia exte-
riora mihi munera desunt quæ possim offerre, ea quæ in me sunt uota laudationis ex do-
no misericordiæ tuæ, ecce libens atque ouans offero tibi de fide non ficta & conscientia pu-
ra. Credo igitur te ex toto corde rex cœli & terræ domine, & ore te confiteor patrem & filiũ
& spiritum sanctum in personis trinum, & in substantia unũ, uerum deum omnipotentem,
unius simplicis & incorporeæ, inuisibilis & incircumscriptæ naturæ, nihil te superius aut infe
rius maiúsue aliquid habentem, sed per omnem modum sine deformitate perfectum, sine
quantitate magnum, sine qualitate bonũ, sine tempore sempiternum, sine morte uitam, si-
ne infirmitate fortem, sine mendacio uerum, sine situ ubiq; præsentẽ, sine extensione omnia
implentem, sine contradictione ubiq; occurrentem, sine motu omnia transcendentem, sine
statu intra omnia manentem, sine indigentia omnia creantem, sine labore omnia regentẽ,
sine tui initio omnibus initia dantem, sine tui mutatione omnia mutabilia faciẽtem, in ma-
gnitudine infinitum, in uirtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapiẽtia inæstima-
bilem, in consiliis terribilem, in iudicijs iustum, in cogitationibus secretissimum, in uerbis ue-
racem, in operibus sanctum, in misericordijs copiosum, erga delinquentes patientissimum,
erga pœnitẽtes pijssimum, semper eundem ipsum æternũ ac sempiternum, immortalem at-
que incommutabilem, quem nec spacia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec recepta
cula ulla coartant, nec uoluntas uariat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbãt, nec
læta demulcent. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futu-
ra succedunt. Cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec casus finem dabit, sed
ante secula & in seculis & per secula in æternum uiuis, & est tibi perennis laus & æterna glo-
ria, summa potestas & singularis honor, perpetuum regnum, & sine fine imperium, per in-
Cap. XIII finita & indefessa & immortalia secula seculorum. Amen. Hucusq; omnipotens
deus cordis mei inspector & scrutator, confessus sum omnipotentiam maiestatis tuæ, & ma
iestatẽ omnipotentiæ tuæ, nunc autẽ qualiter humano generi subuenire dignatus es in fine
seculorum, sicut corde credo ad iustitiam, ita ore coram te confiteor ad salutem. Tu quidem
deus pater solus nunquam & nusquam legeris missus, de filio autem tuo ita scribit Aposto
Gal. 4 lus, Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Cum dicit, misit, satis o-
stendit, quia in hunc mũdum missus aduenit, cum de beata Maria semper uirgine natus, ue
rus & perfectus homo in carne apparuit. Sed quid est quod de illo ille euangelistarum præ
cipuus ait, In mundo erat & mundus per ipsum factus est? Illuc uero missus est per huma-
nitatem ubi semper fuit & est per diuinitatem. Quam uidelicet missionem opus esse totius
sanctæ trinitatis toto corde credo, & ore confiteor. Quomodo autem nos amasti pater san-
cte & bone, quantũ nos dilexisti pie cõditor, q etiã proprio filio nõ pepercisti, sed pro nobis
impijs tradidisti illum, subditus tibi ille fuit usq; ad mortẽ, mortem autem crucis, tollens chi
rographũ peccatorũ nostrorũ & affigẽs illud cruci, crucifixit peccatũ & occidit mortẽ, unus
ille inter mortuos liber, potestatem habens ponẽdi animam suam pro nobis, & iterum su-
mẽdi eam pro nobis. Igitur uictor & uictima, & ideo uictor, quia uictima pro nobis tibi, sa
cerdos & sacrificiũ: & ideo sacerdos, quia sacrificiũ. Merito mihi spes ualida in illo est, quia
sanabis omnes lãguores meos per eum qui sedet ad dexterã tuam & interpellat pro nobis.
Languores quippe mei domine magni sunt & multi, multi sunt & magni: habet enim mul
ta in me princeps mũdi huius, scio & fateor, sed rogo te libera me per sedentẽ ad dexteram
tuam redemptorem nostrum, in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipsum me iustifica,
qui

A qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, per ipsum caput nostrum in quo
nulla est macula, libera membrum eius licet exiguum & infirmum, libera quæso me à pec-
catis, uitijs, culpis & negligentijs meis. Reple me tuis sanctis uirtutibus, & fac me bonis pol-
lere moribus, fac me in sanctis operibus tuis propter nomen sanctũ tuum perseuerare usq;
in finem secundum tuam uoluntatem. Desperare utiq; potuissem propter nimia Cap. XIIII
peccata mea & infinitas negligentias meas, nisi uerbum tuum deus caro fieret & habitaret
in nobis. Sed desperare iam non audeo, quia cũ inimici essemus, reconciliati sumus per mor
tem filij tui, quanto magis reconciliati salui facti sumus per eum? Omnis nanq; spes & to-
tius fiduciæ certitudo mihi est in precioso sanguine eius, qui effusus est propter nos & pro-
pter nostram salutem. In ipso respiro, & in ipso confisus ad te peruenire desidero, non ha-
bens meam iustitiam, sed eam quæ est ex filio tuo domino nostro Iesu Christo. Vnde gra-
tias agimus tibi dementissime & benignissime amator hominum deus, qui per Iesum Chri
stum filiũ tuũ dominũ nostrũ cũ non essemus, potenter fecisti nos, & cũ perditi fuissemus
culpa nostra, mirabiliter liberasti & recuperasti nos. Gratias ago pietati tuæ, & multas tibi
gratias refero ex totis præcordijs meis, qui propter tuam inenarrabilem dilectionẽ qua nos
miseros & indignos mirabili bonitate amare dignatus es, misisti eundẽ unigenitũ tuũ de si
nu tuo ad publicum nostrũ, saluare nos peccatores tunc & filios perditionis. Gratias ago ti
bi pro sancta incarnatione & natiuitate eius, & pro gloriosa genitrice sua, de qua ipse carnẽ
assumere dignatus est propter nos & propter nostram salutem: ut sicut uerus deus ex deo,
ita uerus homo ex homine esset. Gratias tibi ago pro passione & cruce eius, pro morte & re
surrectione eius, pro ascensione eius in cœlum, & sede maiestatis eius ad dexteram tuã. Ipse
enim quadragesimo die post resurrectionem suam ascendens uidentibus discipulis super
omnes cœlos, sedensq; ad dexteram tuam, spiritum sanctum secundum promissionem suã
in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro sacratissima illa effusione precioſi sangui-
B nis eius, quo sumus redempti, simul & pro sacrosancto & uiuifico mysterio corporis & san-
guinis eius quo quotidie in ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur,
& unius summæ diuinitatis participes efficimur. Gratias tibi ago pro hac tua mira & ine-
narrabili charitate, qua nos indignos sic amasti & saluasti per unicum & dilectum filiũ tuũ.
Sic enim dilexisti mundum ut unigenitum tuum dares, ut omnis qui credit in eum non pe
reat, sed habeat uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscamus te uerum deũ,
& quem misisti Iesum Christum, per fidem rectam & condigna fidei opera.
O immensa pietas, ô inæstimabilis charitas, ut liberares seruum, filium tradidisti. Deus fa- Caput XV
ctus est homo, ut perditus homo de potestate dæmonum erueretur. Quàm benignissimus
amator hominum filius tuus deus noster, cuius pijs uisceribus non satis uisum est ut se in-
clinaret factus homo de uera uirgine Maria, nisi etiam subiret crucis supplicium effuso san
guine propter nos & propter nostram salutem, Venit pius deus, uenit pro pietate & boni-
tate sua, uenit quærere & saluum facere quod perierat. Quæsiuit ouem perditam, quæsiuit
& inuenit, & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius dominus, & uere multum pius
pastor, O charitas, ô pietas, quis audiuit talia, quis super tanta misericordiæ uiscera nõ ob-
stupescat? Quis non miretur, quis non collætetur propter nimiã charitatem tuam qua nos
dilexisti? Misisti filium tuum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret pecca
tum, ut nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse enim uerus est agnus immaculatus, qui ab-
stulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit, & uitam resurgendo repara
uit. Sed quid tibi retribuere possumus deus noster pro tantis beneficijs misericordiæ tuæ?
Quas laudes, quásue gratiarum actiones? Etiam si illa beatorum angelorum scientia & po-
tẽtia nobis foret, nihil tamen dignum tantæ pietati & bonitati tuæ recõpensare ualeremus.
Si certe omnia membra nostra uerterentur in linguas ad rependendum tibi debitas lau-
des, nequaquam sufficeret exiguitas nostra. Supereminet enim omnem sciẽtiam tua inæsti-
mabilis charitas, quã ostendisti nobis indignis pro sola bonitate & pietate tua. Filius nanq;

tuus deus noſter,non angelos,ſed ſemen Abraæ apprehendit,aſſimilatus nobis per omnia C
abſq; peccato : humanã itaq; nõ angelicã ſuſcipiẽs naturã,& eã ſtola ſanctæ reſurrectionis
& immortalitatis glorificans,uexit ſuper omnes cœlos,ſuper omnes choros angelorum, ſu
per Cherubin & Seraphin,collocans ad dexteram tuam.Hanc aũt laudant angeli,adorant
dominationes,& omnes uirtutes cœlorum tremunt ſuper ſe & ſuper hominẽ deũ:hæc nem
pe mihi tota eſt ſpes omniſq; fiducia. Eſt enim in ipſo Ieſu Chriſto domino noſtro uniuſ
cuiuſque noſtrum portio , caro & ſanguis . Vbi ergo portio mea regnat , ibi me regnare
credo . Vbi caro mea glorificatur, ibi glorioſum me eſſe cognoſco . Vbi ſanguis meus do
minatur,ibi dominari me ſentio:quãuis peccator ſim,de hac cõmunione gratiæ nõ diffido.
Etſi peccata mea me prohibẽt,ſubſtantia mea requirit.Etſi delicta mea me excludunt, natu
ræ cõmunio non repellit . Non enim tam immitis eſt deus ut obliuiſcatur hominis , & non
meminerit ipſius quem ipſe geſtat,& quẽ mei cauſa ſuſcepit,eius quẽ mei cauſa requirit.Mi
tis uero & ualde benignus eſt dominus deus noſter,& diligit carnem ſuã,mẽbra ſua & uiſce
ra ſua in ipſo deo & domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo benigniſſimo atq; clementiſſi
mo,in quo reſurreximus,& iam cœlos aſcendimus, & iam in cœleſtibus conſedimus. Caro
noſtra nos diligit:habemus autem ſanguinis noſtri prærogatiuam in ipſo . Sumus autem
mẽbra eius & caro eius,ipſe deniq; eſt caput noſtrum , ex quo totũ corpus,ſicut ſcriptũ eſt,
Gen.2 Os ex oſſibus meis,& caro de carne mea,& erũt duo in carne una:&, Nemo unquã carnem
Ephe.5 ſuam odio habet,ſed fouet & diligit eam.Myſterium hoc magnum eſt,ego dico in Chriſto
Caput XV & in eccleſia,ait Apoſtolus. Gratias itaq; ago tibi labijs & corde & omni qua ua
leo uirtute infinitæ miſericordiæ tuæ domine deus noſter,pro omnibus miſerationibus tu
is quibus mirabiliter nobis perditis ſubuenire dignatus es per eundẽ filiũ tuum,ſaluatorem
& recuperatorẽ noſtrũ,qui mortuus eſt propter peccata noſtra,& reſurrexit propter iuſtifi
cationẽ noſtrã,& nunc uiuẽs ſine fine ſedet ad dexteram tuam,& interpellat pro nobis,& ſi
mul tecum miſceretur,quia deus eſt ex te patre, coæternus & conſubſtantialis tibi per omnia, D
unde poteſt in perpetuum nos ſaluare: ſed ſecundũ id quod homo eſt, ex qua parte minor
te eſt,data eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra,ut in nomine Ieſu omne genu flectatur,
cœleſtiũ , terreſtriũ & infernorum , & omnis lingua confiteatur quia dominus noſter Ieſus
Chriſtus in gloria eſt tua deus pater omnipotens . Ipſe quidẽ conſtitutus eſt à te iudex ui
uorum & mortuorũ,tu uero non iudicas quenq;,ſed omne iudiciũ tuũ dediſti filio tuo, in cu
ius pectore reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ. Ipſe autẽ teſtis & iudex eſt:
iudex & teſtis,quẽ nulla peccatrix conſcientia effugere poterit : omnia enim nuda & aperta
ſunt oculis eius.Ipſe ſanè qui iniuſte iudicatus eſt , iudicabit orbem terræ in æquitate & po
pulos in iuſtitia . Benedico ergo nomẽ ſanctũ tuũ in æternũ, & glorifico ex toto corde meo
omnipotens & miſericors domine , pro inenarrabili & mirabili coniunctione diuinitatis &
humanitatis in unitate perſonæ, ut non alter deus alter homo eſſet, ſed unus idemq; deus
& homo,homo & deus.Sed licet mirabili dignatione uerbum caro factum ſit, neutra tamẽ
ex duabus naturis in aliã mutata eſt ſubſtantiã : Trinitatis myſterio quarta non eſt addita
perſona,unita quippe eſt,nõ cõfuſa uerbi dei hominisq; ſubſtãtia,ut in deũ quod ex nobis
ſuſceptũ fuerat perueniret,& illud quod nunq; fuerat,idẽ qd' ſemper fuerat permaneret.O
admirabile myſteriũ,ô inenarrabile cõmerciũ . O mira ſemperq; mirãda,ſemperq; amãda
diuinæ ppitiationis benignitas,Serui digni nõ fuimus,& ecce filij dei facti ſumus:hæredes
quidẽ dei,cohæredes aũt Chriſti. Vnde hoc nobis,& qs nos ad hoc perduxit? Sed rogo te
clemẽtiſſime pater deus per hãc inæſtimabilẽ pietatẽ,bonitatẽ & charitatẽ tuam,ut dignos
nos facias multis & magnis promiſſionibus eiuſdẽ filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti.Mã
da uirtuti tuæ & confirma hoc quod operatus es in nobis:perfice quod cœpiſti, ut ad plenã
tuæ pietatis gratiã mereamur peruenire. Fac nos per ſpiritum ſanctum intelligere & mereri,
& debito ſemper honore uenerari hoc magnum pietatis myſterium , quod manifeſtatum
eſt in carne,iuſtificatũ eſt in ſpiritu,apparuit angelis,prædicatum eſt gentibus,creditum eſt
in mun-

A in mundo,aſſumptum eſt in gloria. O quantum ſumus tibi debitores domine Cap. XVII
deus noſter,tanto redẽpti precio,tanto ſaluati dono,& tam glorioſo adiuti beneficio: quan
tum à nobis miſeris es timendus,amandus,benedicendus,laudandus,honorandus,& glo
rificãdus:qui nos ſic amaſti,ſic ſaluaſti,ſic ſanctificaſti,ſic ſublimaſti. Tibi nempe debemus
omne quod poſſumus,omne quod uiuimus,omne quod ſapimus . Sed quis habet quicq;
non tuũ? Tu domine deus noſter,à quo bona cuncta procedunt,propter te & nomen ſan
ctum tuum,da nobis de bonis tuis,ut de bonis ac datis tuis ſeruiamus tibi,& in ueritate pla
ceamus, atq; debitas quotidie laudes repẽdamus tibi pro tãtis beneficijs miſericordiæ tuæ:
non enim aliunde poſſumus tibi ſeruire neq; placere,niſi de tuo munere, Omne enim datũ Iaco.1
optimum,& omne donum perfectum de ſurſum eſt,deſcendens à te patre luminum , apud
quem non eſt tranſmutatio,nec uiciſſitudinis obumbratio . Domine deus noſter, deus pie,
deus bone,deus omnipotens,deus ineffabilis & incircumſcriptæ naturæ , deus inſtitutor o
mnium rerum,& domini noſtri Ieſu Chriſti pater,qui eundem dilectum filium tuum domi
num noſtrum dulciſſimum miſiſti de ſinu tuo ad publicum proficuum noſtrum ſuſcipere
uitam noſtram,ut nobis donaret ſuã,eſſetq; perfectus deus ex te patre , & perfectus homo
ex matre,totus deus & totus homo,unus idemq; Chriſtus,æternus & tẽporalis,immorta
lis & mortalis,creator & creatus,fortis & infirmus,uictor & uictus, nutritor & nutritus, pa
ſtor & ouis,temporaliter mortuus & tecum uiuens in æternum, ſuis dilectoribus uitæ muni
cipium promittens,ſuis diſcipulis dixit,Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,dabit Ioan.14
uobis,Per ipſum ſummũ ſacerdotẽ & uerũ pontificem & bonum paſtorẽ,qui ſe tibi obtulit
in ſacrificium,ponens animam ſuam pro grege ſuo,te rogo,per ipſum qui ſedet ad dexterã,
tuam & interpellat pro nobis , redemptorem & aduocatum noſtrũ pietati & bonitati tuæ
ſupplico clementiſſime & amantiſſime & benigniſſime amator hominum deus, ut des mi
hi cum eodem filio tuo & ſpiritu ſancto te in omnibus benedicere & glorificare,cũ multa cor
B dis contritione & lachrymarum fonte,cum multa reuerentia & tremore:quia quorũ una eſt
ſubſtantia,unum eſt & datum.Sed quoniã corpus quod corrumpitur aggrauat animã, ex
cita quæſo torporem meum tuis ſtimulis,& fac me ſtrennue perſeuerare in præceptis & lau
dibus tuis die ac nocte. Tribue ut concalcat cor meum intra me,& in meditatione mea exar
deſcat ignis.Et quia ipſe tuus unicus natus dixit, Nemo uenit ad me niſi pater qui miſit me Ioan.6
traxerit eum:&,Nemo uenit ad patrẽ niſi per me,obſecro & ſuppliciter rogo, trahe me ſem
per ad ipſum,ut ipſe me tandem perducat ad te illuc ubi ipſe eſt in dextera tua ſedens. Vbi
eſt ſempiterna uita ſempiterne beata,ubi eſt amor perfectus & timor nullus,ubi eſt dies æter
nus & unus omnium ſpiritus,ubi ſumma & certa ſecuritas & ſecura trãquillitas,& tranquil
la iocunditas,& iocunda felicitas,& felix æternitas,& æterna beatitudo,& beata tui ſine fine
uiſio atq; laudatio. Vbi tu cum illo & ille tecum in cõmunione ſancti ſpiritus æternaliter ac
ſempiternaliter uiuis & regnas deus per omnia ſecula ſeculorum.Amen.

Precatio ad Chriſtum Caput XVIII

Spes mea Chriſte deus,hominum tu dulcis amator,
Lux,uia,uita,ſalus,decor & decus omne tuorum,
Omnia pro quorum uoluiſti ferre ſalute,
Cernito uincla,crucem,uulnus,mortem atq; ſepulchrum.
Poſt tres inde dies deuicta morte reſurgens,
Diſcipulis uiſus,nutantia corda reformans.
Luce quaterdena cœlorum ſumma petiſti.
Viuis in æternum nunc & per ſecula regnans.

Tu es deus meus uiuus & uerus,pater meus ſanctus,dominus meus pius, rex meus ma
gnus,paſtor meus bonus,magiſter meus unus,adiutor meus optimus, dilectus meus pul
cherrimus,panis meus uiuus,ſacerdos meus in æternum,dux meus ad patriam,lux mea ue
ra,dulcedo mea ſancta,uia mea recta,ſapientia mea præclara,ſimplicitas mea pura, concor
dia mea pacifica,cuſtodia mea tuta, portio mea bona, ſalus mea ſempiterna , miſericordia

mea magna,patiẽtia mea robuſtiſſima,uictima mea immaculata, redemptio mea ſancta, C.
ſpes mea firma,charitas mea perfecta,reſurrectio mea uera,uita mea æterna,exultatio &ui
ſio mea beatiſſima & ſine fine manſura. Te deprecor,ſupplico & rogo ut per te ambulẽ, ad
te perueniam,in te requieſcam,qui es uia,ueritas & uita,ſine qua nemo uenit ad patrem. Te
enim deſidero dulciſſimum &pulcherrimũ dominum,ô ſplendor paternæ gloriæ,qui ſedes
ſuper Cherubin,& intueris abyſſos,lumen ueridicũ, lumen illuminans, lumen indeficiens,
in quem deſiderant angeli proſpicere. Ecce cor meum coram te eſt, diſcute tenebras eius ut
amoris tui claritate plenius perfundatur. Da mihi deus meus te,redde mihi te,en amo te,&
ſi parum eſt,amem ualidius. Non poſſum metiri ut ſciam quantum deſit mihi amoris tui
ad id quod ſatis eſt,ut currat uita mea in amplexus tuos,nec auertatur donec abſcõdatur in
abſcondito uultus tui. Hoc tamen ſcio quia male mihi eſt præter te domine,non ſolum ex
tra me,ſed in meipſo. Omnis enim copia quæ deus meus non eſt,egeſtas mihi eſt. Bonum
nanq; quod neq; in melius,neq; in deterius commutari poteſt tu ſolus es,qui ſimpliciter ſo
lus es,cui non eſt aliud uiuere,& aliud beate uiuere,quia tua beatitudo tu es. Creatura uerõ
tua cui eſt aliud uiuere,& aliud beate uiuere,omne quod uiuit & beate uiuit, non debet niſi
gratiæ tuæ attribuere. Et ideo nos egemus tui, non tu noſtri: quia ſi omnino non eſſemus,
nihil tibi deeſſet ad bonum quod tu es. Tibi itaq; domino noſtro ſemper adhærere neceſſe
habemus,ut per continuum auxilium tuum ſancte & pie & recte uiuere ualeamus: ponde
re ſiquidem fragilitatis noſtræ deorſum trahimur, dono autem tuo accendimur & ſurſum
ferimur,inardeſcimus & imus,aſcendimus,aſcenſiones in corde facimus, & cantamus cantí
cum graduum,igne tuo bono inardeſcimus & imus quò iam ſurſum imus, ad pacẽ Hieru
ſalem. Quoniam iocundatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi,in domum domini ibimus. Il
lic collocauit nos uoluntas bona, ut nihil uelimus aliud quàm permanere illic in æternum.
Sed quia dum ſumus in corpore,peregrinamur à te domine, non habemus hic ciuitatem
manentem,ſed futuram inquirimus,noſter autem municipatus in cœlis eſt,ideo duce gra
tia tua ingrediar in cubile cordis mei,& canto tibi amatoria rex meus & deus meus,gemẽs D
pſal.118 inenarrabiles gemitus in loco peregrinationis meæ. Vbi cãtabiles mihi factæ ſunt iuſtificati
ones tuæ. Et recordans Hieruſalẽ extẽdo in eam ſenſum cordis, Hieruſalẽ patriam meam,
Hieruſalem matrem meam,teq; ſuper eam regnatorem,illuſtratorem,patrem,tutorem, pa
tronum,rectorem,paſtorem,caſtas & fortes delitias, ſolidum gaudium & omnia bona in
effabilia,ſimul omnia,quia unum ſummũ & uerum bonũ,& non auertar,donec in eius pa
cem matris chariſſimæ ubi ſunt primitiæ ſpiritus mei,colligas totum quod ſum à diſperſio
ne & deformitate hac,& conformes atq; confirmes in æternũ deus meus miſericordia mea.

Caput XIX. Hæc eſt domus tua deus non terrena, neq; ulla cœleſti mole corporea, ſed ſpiritalis &
Pſal.148 particeps æternitatis tuæ, quia ſine labe manet in æternum. Statuiſti enim eam in ſeculũ &
in ſeculum ſeculi,præceptum poſuiſti & non præteribit. Non tamen tibi deo coæterna,quia
non ſine initio,facta eſt enim. Prior quippe omnium creata eſt ſapientia,non utiq; illa ſapi
entia deo patri planè coæterna & coæqualis,per quam creata ſunt omnia, & in quo princi
pio factum eſt cœlum & terra: ſed profecto ſapientia quæ creata eſt,ſpiritalis natura ſcilicet
quæ contemplatione luminis,lumen eſt: dicitur enim & ipſa,quamuis creata,ſapiẽtia. Sed
quantum diſtat inter lumen illuminans,& lumen quod illuminatur: tantum differt inter te
ſummam ſapientiam,quæ eſt creans,& iſtam quæ creata eſt: ſicut inter iuſtitiam iuſtifican
2.Cor.5 tem,quæ tu deus noſter es,& iuſtitiam quæ iuſtificatione noſtra facta eſt. Nam & nos ſu
mus dicti iuſtitia dei patris in te filio eius domino noſtro,teſtante Apoſtolo. Ergo quia pri
or omnium creata eſt quædam ſapientia,quæ creata eſt mens rationalis & intellectualis,ca
ſtæ ſcilicet ciuitatis tuæ,matris noſtræ quæ ſurſum eſt & libera eſt, & æterna in cœlis. Qui
pſal.113 bus cœlis? Niſi qui te laudant cœli cœlorum,quia hoc eſt & cœlum cœli domino. Et ſi non
inuenimus tempus ante illam,quæ creaturam temporis antecedit: quia prior omnium crea
ta eſt,ante illam tamen es tu deus æternus creator omnium,à quo facta ſumpſit exordium,

quamuis

A quamuis non temporis,quiã nondum erat tempus,ipſius tamen conditionis ſuæ. Vnde ita
eſt abs te domino deo noſtro,ut aliud ſit planè quàm tu,licet nec ante illã, nec in illa inueni
amus tẽpus: eſt enim idonea faciẽ tuã ſemper uidere, nec uſpiã deflectitur ab ea,quo fit ut
nulla mutatione uarietur. Ineſt tamen ipſi mutabilitas qua tenebreſceret & frigeſceret, niſi
amore grandi cohærens tibi tanquam ſuper meridiem luceret & ferueret ex te. Deniq; tam
caſto amore cohæret tibi deo uero & uere æterno,ut quamuis tibi non ſit coæterna, per nul
lius tamen temporis uarietates & uiciſſitudines à te reſoluatur & defluat,ſed in tui ſolius ue
riſſima contemplatione requieſcat. Quoniam tu deus diligenti te quantũ præcipis,oſtendis
te,& ſufficit ei. Vnde non declinat à te,nec à ſe,ſed ſemper in eodẽ ſtatu manet, te indeſinen
ter uidendo,te indeficiẽter amando,uerũ lumen & caſtum amorẽ. O beata iſta & ſublimis
creatura creaturarũ,maxime beata inhærẽdo ſemper beatitudini tuæ, felix & nimium felix
te ſempiterno inhabitatore atq; illuſtratore ſuo. Nec inuenio quid licentius appellandũ exi
ſtimemus,cœlum cœli domino, quàm domũ tuã contemplantem,delectationem tuam ſi
ne defectu & abſq; affectu egrediendi in aliud,mentem puram concordiſſime unã, ſtabili
mentum pacis beatorum ſpirituum,in cœleſtibus ſunt iſta cœleſtia. Vnde intelligat anima
cuius peregrinatio longinqua facta eſt, ſi iam ſit ibi, ſi iam factæ ſint ei lachrymæ ſuæ pa
nes ſui, ſi iam petat unã & hanc requirat, ut inhabitet in domo tua per omnes dies uitæ
ſuæ. Et quæ uita eius niſi tua? & qui dies ſui,niſi æternitas tua? ſicut anni tui qui non deficiẽt.
Hic ergo intelligat anima quæ poteſt,quàm longe ſuper omnia tempora ſis æternus, quan
do domus tua,quæ peregrinata non eſt,quãuis tibi non ſit coæterna,indeſinenter tamen &
indeficienter cohærendo tibi,nullã temporis patitur uarietatẽ, teq; ſemper perſeuerantiſſi
ma caſtitate hauriens immutabilitatẽ ſuam,nũſquã & nunq; exierit ex te ſibi præſente, ad
quem toto affectu ſe tenet,non habens futurum quod expectet, † nec præteritum tranſiẽs, *aliàs in præteri tum tranſeicns*
quod meminerit,per nullas uices uariatur,& in nulla tempora extenditur. O do *Caput XX*
B mus dei luminoſa & ſpecioſa, dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriæ do
mini dei mei fabricatoris & poſſeſſoris tui, tibi ſuſpiret peregrinatio mea, nocte ac die tibi
inhiet cor meum,tibi intendat mens mea,ad ſocietatem beatitudinis tuæ peruenire deſide
ret anima mea,dico ei qui fecit te ut poſſideat me in te,quia ipſe fecit me & te: imò tu dic,tu
roga ut dignum me faciat participatione gloriæ tuæ. Sanctã enim ſocietatẽ tuã,& mirabi
lem pulchritudinem tuam,non per meritum requiro,ſed per ſanguinem eius quo redẽptus
ſum,adipiſci non deſpero,tantum adiuuent me merita tua, ſubueniant prauitati meæ ſan
ctæ & puriſſimæ orationes tuæ,quæ inefficaces apud deum nullatenus eſſe poſſunt. Errauí
fateor ſicut ouis perdita,& incolatus meus prolongatus eſt, atq; procul proiectus ſum à fa
cie domini dei mei in hanc exiliũ cæcitatẽ. Vbi expulſus à paradiſi gaudijs deploro quotidie
mecum ſuper miſerias captiuitatis meæ lugubre carmen ingenteſcẽs lamentationes,cum re
cordor tui mater Hieruſalem,dum ſtant pedes mei in atrijs tuis,ſancta & decora Sion,nec
dum interiora tua conſpicere in propatulo ualens: ſed in humeris paſtoris mei, ſtructoris
tui, ſpero me reportari tibi, ut tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio quo lætãtur illi qui
tecum ſunt coram ipſo deo & ſaluatore noſtro, qui diſſoluit inimicitias in carne ſua, & pa
cificauit omnia quæ in cœlis ſunt,& quæ in terra ſanguine ſuo. Ipſe enim eſt pax noſtra qui
fecit utraq; unum,qui duos ex aduerſo uenientes parietes cõiungens in ſe,beatitudinis tuæ
permanentem felicitatem pari modo,& eadem menſura ſe nobis daturum promiſit,dicens
Erunt æquales angelis dei in cœlis. O Hieruſalem domus dei æterna,poſt Chriſti dilectio *Matth.22*
nem tu eſto lætitia & conſolatio mea,dulcis memoria tui beati nominis ſit releuatio mœro
ris tædiorumq; meorum. Tædet enim me domine ualde uitæ huius,& iſtius æru *Cap.XXI*
mnoſæ peregrinationis. Vita hæc,uita miſera,uita caduca, uita incerta, uita laborioſa, uita
immunda,uita domina malorum,regina ſuperborum,plena miſerijs & erroribus,quæ non
eſt uita dicenda,ſed mors,in qua momentis ſingulis morimur, per uarios mutabilitatis de
fectus diuerſis generibus mortium. Nunquid ergo hoc quod uiuimus in hoc mundo, dice

re'p ossumus uitâ,quâ humores tumidant,dolores extenuãt: & ardores exiccant, aërea mor C
bidant: escæ inflant,ieiunia macerant: ioci dissoluunt,tristitiæ consumunt:sollicitudo coar
tat,securitas hebetat:diuitiæ inflant & iactant,paupertas deijcit: iuuentus extollit, senectus
incuruat:infirmitas frangit,mœror deprimit? Et his malis omnibus mors furibunda succe
dit,simulq; cunctis gaudijs istius miseræ uitæ ita finẽ imponit,ut cũ esse desierit, non fuisse
putetur.Mors ista uitalis,& uita mortalis,licet his alijsq; sit respersa amaritudinibus, proh
dolor quãplurimos suis capit illecebris, & quàm multos suis falsis promissionibus decipit.
Et cũ ita per se sit falsa & amara,ut etiã suos cæcos amatores latere non ualeat:tamen infini
tam stultorũ multitudinẽ aureo calice quẽ in manu habet,potat & prorsus inebriat.Felices
illi,& ipsi rari,qui familiaritatẽ eius recusant,perfunctoria gaudia spernũt,societatẽ abijciũt,
Cap.XXII ne cũ percunte deceptrice & ipsi perire cogantur.. O tu uita quã præparauit deus
his qui diligunt eũ,uita uitalis,uita beata,uita secura,uita tranquilla,uita pulchra,uita mun
da,uita casta,uita sancta,uita ignara mortis, nescia tristitiæ, uita sine labe, sine dolore, sine
anxietate,sine corruptione,sine perturbatione,sine uarietate &mutatione,uita totius elegan
tiæ & dignitatis plenissima,ubi non est aduersarius impugnans, ubi nulla peccati illecebra,
ubi est amor perfectus,& timor nullus,ubi dies æternus,& unus omnium spiritus,ubi deus
facie ad faciem cernitur,& hoc uitæ cibo mens sine defectu satiatur.Libet me tuæ intendere
claritati,delectant me bona tua auido corde,quanto plus ualeo mecum consyderare, tanto
plus amore langueo, tuo uehementi desiderio, tuaq; dulci memoria admodum delector.
Libet itaque libet cordis in te oculos attollere, statum mentis erigere, affectum animi con
formare. Libet sanè de te loqui, de te audire, de te scribere,de te conferre,de tua beatitudi
ne & gloria quotidie legere, & lecta sæpius sub corde reuoluere, ut uel sic possim ab huius
mortalis perituræq; uitæ ardoribus,periculis & sudoribus sub tuæ uitalis auræ dulci refrige
rio transire,& transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus uel paululum reclinare. Huius
rei gratia scripturarum sanctarum amœna prata ingredior,uiridissimas sententiarum her D
bas exarando carpo,legẽdo comedo,frequẽtando rumino atq; congregando tandẽ in alta
memoriæ sede repono, ut tali modo tua dulcedine degustata, minus istius misertimæ ui
tæ amaritudines sentiã.O tu uita felicissima,ô regnũ uere beatũ,carẽs morte,uacãs fine, cui
nulla tẽpora succedũt p æuũ,ubi cõtinuus sine nocte dies nescit habere tẽpus,ubi uictor mi
les illis hymnidicis angelorũ sociatus choris, cãtat deo sine cessatione cãticũ de cãticis Sion,
Nobile perpetua caput amplectente corona.

Vtinam concessa mihi peccatorum uenia,moxq; hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia
ueram requiem habiturus intrarem,& tuæ ciuitatis præclara atq; speciosa mœnia,coronam
uitæ de manu domini accepturus ingrederer,ut illis sanctissimis choris interessem,ut cũ bea
tissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterem,ut præsentem Christi uultum cernerem, ut il
lud summum & ineffabile & incircumscriptum lumen semper aspicerem, sicq; nullo metu
Cap.XXIII mortis affici,sed de incorruptionis perpetuæ munere lætari possem sine fine. Felix
anima quæ terreno resoluto corpore libera cœlum petit, secura est & tranquilla, non timet
hostem neq; mortẽ:habet enim præsentẽ,cernitq; indesinenter pulcherrimũ dominum,cui
seruiuit,quẽ dilexit,& ad quem tandẽ læta & gloriosa peruenit. Hanc uero tantæ beatitudi
nis gloriã,nulla dies minuet, nullus improbus poterit auferre. Viderunt eam filiæ Sion, &
beatissimã prædicauerũt,reginæ & concubinæ laudauerunt eam dicentes,Quæ est ista quæ
ascendit de deserto,delitijs affluens,innixa super dilectũ suũ? Quæ est ista quæ progredit
sicut aurora consurgens,pulchra ut luna,electa ut sol,terribilis ut castrorum acies ordinata?
Quàm læta exit,festinat,currit,cum dilectum suũ sibi dicentem attonitis auribus audit,sur
ge propera amica mea,speciosa mea,& ueni:iam enim hyems transijt,imber abijt & recessit,
flores apparuerũt in terra nostra,tempus putationis aduenit, uox turturis audita est in ter
ra nostra,ficus protulit grossos suos,florentes uineæ dederunt odorem suum,Surge,prope
ra amica mea,formosa mea,colũba mea in foraminibus petræ,in cauernis macreiæ, ostẽ
de mihi

A de mihi faciem tuam,sonet uox tua in auribus meis.Vox enim tua dulcis,& facies tua deco
ra.Veni electa mea,speciosa mea,columba mea,immaculata mea, sponsa mea, ueni & po
nam in te thronum meum,quia concupiui speciem tuam. Veni ut læteris in conspectu meo
cum angelis meis,quorum societas tibi à me repromissa est.Veni post multa pericula & la
bores,intra in gaudium domini tui,quod nemo tollet à te. Felices sancti dei o- *Sanctorum in-*
mnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portam *uocatio*
perpetuæ quietis, securitatis & pacis, securi & tranquilli, semperq; festiui atque gaudentes, *Caput XXIIII*
Obsecro uos per uestram charitatem,qui securi estis de uobis,solliciti estote de nobis:secu
ri estis de uestra immarcescibili gloria,solliciti estote de nostra multiplici miseria.Per ipsum
uos rogo,qui uos elegit,qui uos tales fecit,de cuius pulchritudine iam satiamini,de cuius im
mortalitate iam immortales facti estis, de cuius beatissima uisione semper gaudetis, estote
iugiter memores nostri,subuenite nobis miseris,qui adhuc in salo huius uitæ circũstantibus
agitamur procellis.Vos portæ pulcherrimæ,quæ in magnã surrexistis altitudinem, adiua
te nos uile pauimentum longe inferius iacentes. Date manum, & erigite iacentes super pe
des,ut conualescentes de infirmitate,fortes efficiamur in bello.Intercedite & orate constan
ter atque indesinenter pro nobis miseris multumq; negligentibus peccatoribus, ut per ue
stras orationes uestro sancto consortio coniungamur, quia aliter salui esse non possumus.
Sumus nanq; ualde fragiles,& nullius uirtutis homunciones,animalia uẽtris,& carnis man
cipia,in quibus uix aliquod uirtutis uestigium apparet. Et tamen sub Christi cõfessione po
siti,ligno crucis ferimur, nauigantes per hoc mare magnum & spaciosum, ubi sunt reptilia
quorum non est numerus,ubi sunt animalia pusilla cum magnis,ubi est draco sæuissimus,
semper paratus ad deuorandum,ubi sunt loca periculosa Scylla & Charybdis, & alia innu
merabilia,in quibus naufragantur incauti,& in fide dubij.Orate dominum,orate pijssimi,
orate omnia agmina sanctorum,& uniuersi cœtus beatorum, ut uestris precibus meritisq;
adiuti,salua naue & integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetuæ salutis &
B quietis,& continuæ pacis,& nunquam finiendæ securitatis, Mater Hierusa- *Caput XXV*
lem,ciuitas sancta dei,charissima sponsa Christi,te amat cor meum, pulchritudinem tuam
nimium desiderat mens mea.O quàm decora,quàm gloriosa,quàm generosa tu es? Tota
pulchra es,& macula non est in te. Exulta & lætare formosa filia principis, quia concupiuit
rex speciem tuam,& amauit decorem tuum,speciosus forma præ filijs hominum.Sed qua
lis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, ele
ctus ex milibus. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub um
bra illius quem desideraui,ecce læta sedeo,& fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus me
us misit manũ suã per foramen,& uenter meus intremuit ad tactũ eius.In lectulo meo per
noctem quæsiui quem diligit anima mea,quæsiui,& inueni:teneo, nec dimittam illum, do
nec introducat me in domum suam,& in cubiculum suum,gloriosa genetrix mea. Ibi enim
dabis mihi dulcissima ubera tua abundantius & perfectius, & satiabis me satietate miri
fica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in æternum. Felix anima mea, semperq; felix in secu
la, si intueri meruero gloriam tuam, beatitudinem tuam, pulchritudinem tuam, por
tas & muros tuos, & plateas tuas, & mansiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos,
& fortissimum regem tuum dominum nostrum in decore suo. Muri nanque tui ex la
pidibus preciosis, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateæ tuæ ex auro purissimo, in
quibus iocundum alleluia sine intermissione concinitur. Mansiones tuæ multæ qua
dris lapidibus fundatæ, saphyris constructæ, laterculis coopertæ aureis, in quas nul
lus ingreditur nisi mundus, nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es & suauis in
delitijs tuis, mater Hierusalem. Nihil in te tale quale hic patimur, qualia in hac mise
ra uita cernimus. Non sunt in te tenebræ, aut nox, aut quælibet diuersitas temporum,
Non lucet in te lux lucernæ, aut splendor lunæ, uel iubar stellarum, sed deus de deo, lux
de luce, sol iustitiæ semper illuminat te, agnus candidus & immaculatus lucidum & pul

cherrimum est lumen tuum. Sol tuus & claritas tua & omne bonum tuum, huius pulcherri C
mi regis indeficiens contẽplatio. Ipse rex regũ in medio tui, & pueri eius in circumitu eius.
Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solẽnitas omniũ
ab hac tristi peregrinatione ad tua gaudia redeuntium. Ibi prophetarum prouidus chorus,
ibi duodenus apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum uictor exercitus, ibi
sanctorum confessorum sacer conuentus, ibi ueri & perfecti monachi, ibi sanctæ mulieres,
quæ uoluptates seculi & sexus infirmitatem uicerunt, ibi pueri & puellæ, qui annos suos san
ctis moribus transcenderunt, ibi sunt oues & agni, qui iam huius uoluptatis laqueos euase
runt, exultãt omnes in proprijs mansionibus, dispar est gloria singulorum, sed cõmunis est
lætitia omnium. Plena & perfecta ibi regnat charitas, quia deus est ibi omnia in omnibus,
quẽ sine fine uidẽt, & semper uidẽdo in eius amore ardẽt, amant & laudant, laudãt & amãt
Omne opus eorum, laus dei sine fine, sine defectione, sine labore. Felix ego & uere in perpe
tuum felix, si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cantica cœlestis melo
diæ, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis supernæ patriæ ciuibus, beatorumq; spi
rituum agminibus, Fortunatus ego nimiumq; beatus, si & ego ipse meruero cantare ea, &
assistere regi meo deo meo & duci meo, & cernere eum in gloria sua, sicut ipse polliceri di
Ioan. 17 gnatus est dicens, Pater, uolo ut quos dedisti mihi, sint mecum, ut uideant claritatem meam
12. & 14 quam habui apud te ante constitutionem mundi: & alibi, Qui mihi ministrat, me sequa
tur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit: & iterum, Qui diligit me, diligetur à patre meo
& ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

HYMNVS DE GLORIA PARADISI.

Caput XXVI Numeri sunt lege soluti, ad imitationem carminis trochaici tetrametri catalectici

Ad perennis uitæ fontem mens sitiuit arida,
Claustra carnis præsto frangi clausa quærit anima,
Gliscit, ambit, eluctatur exul frui patria,
Dum pressuris ac ærumnis se gemit obnoxiam, D
Quam amisit cum deliquit, contemplatur gloriam.
Præsens malum auget boni perditi memoriam.
Nam quis promat, summæ pacis quanta sit lætitia?
Vbi uiuis margaritis surgunt ædificia,
Auro celsa micant tecta, radiant triclinia,
Solis gemmis preciosis hæc structura nectitur,
Auro mundo tanquam uitro urbis uia sternitur.
Abest limus, deest fimus, lues nulla cernitur.
Hyems horrens, æstas torrens illic nunquam sæuiunt,
Flos perpetuus rosarum uer agit perpetuum,
Candent lilia, rubescit crocus, sudat balsamum,
Virent prata, uernant fata, riui mellis influunt,
Pigmentorum spirat odor, liquor & aromatum,
Pendent poma floridorum non lapsura nemorum.
Non alternat luna uices, sol, uel cursus syderum,
Agnus est felicis urbis lumen inocciduum.
Nox & tempus desunt ei, diem fert continuum,
Nam & sancti quiq; uelut sol præclarus rutilant,
Post triumphum coronati mutuo coniubilant,
Et prostrati, pugnas hostis iam securi numerant.
Omni labe defecati, carnis bella nesciunt,
Caro facta spiritalis & mens unum sentiunt,
Pace multa perfruentes, scandala non perferunt.
Mutabilibus exuti, repetunt originem,

Et præsentem

A Et præsentem ueritatis contemplantur speciem:
Hinc uitalem uiui fontis hauriunt dulcedinem,
Inde statum semper ijdem exeuntes capiunt,
Clari, uiuidi, iocundi, nullis peccant casibus,
Absunt morbi semper sanis, senectus iuuenibus.
Hinc perenne tenent esse, nam transire transijt.
Inde uirent, uigent, florent, corruptela corruit,
Immortalitatis uigor atræ mortis ius absorbuit.
Qui scientem cuncta sciunt, quid nescire nequeunt?
Nam & pectoris arcana penetrant alterutrum,
Vnum uolunt, unum nolunt, unitas est mentium.
Licet cuiq; sit diuersum pro labore meritum,
Charitas hæc suum facit, quod dum amat alterum,
Proprium sic singulorum, commune fit omnium.
Vbi corpus, illic iure congregantur aquilæ,
Quo cum angelis & sanctæ recreentur animæ,
Vno pane uiuunt ciues utriusq; patriæ.
Auidi & semper pleni, quod habent, desiderant.
Non satietas fastidit, neq; fames cruciat,
Inhiantes semper edunt, & edentes inhiant.
Nouas semper harmonias, uox meloda concrepat,
Et in iubilum prolata mulcent aures organa
Tigna, per quem sunt uictores, regi dant præconia.
Felix cœli quæ præsentem regem cernit anima.
Et sub fede spectat alta orbis uolui machinam,
B Solem, lunam & globosa cum planetis sydera.
Christe palma bellatorum, hoc in municipium
Introduc me, post solutum militare cingulum.
Fac consortem donatiui beatorum ciuium,
Probes uires inexhausto laboranti prælio.
Vt quietem post præcinctum debeas emerito,
Teq; merear potiri sine fine præmio. Amen.

Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, Benedic ani Doxologia
ma mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Benedicite domino omnia ope Caput XXVII
ra eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Laudemus deum quẽ
laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, cui Cherubin & Seraphin in
cessabili uoce proclamant, Sanctus, sanctus, sanctus. Iungamus uoces nostras uocibus an
gelorum sanctorum, & communẽ dominum laudemus pro modulo nostro. Illi enim lau
dant dominum purissime & incessanter, qui semper inhærent contẽplationi diuinæ, nõ per
speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem. Sed quis dicere uel cogitare sufficiat, qualis sit
in conspectu domini dei omnipotentis illa beatorum spirituũ cœlestiumq; uirtutum innu
merabilis multitudo: quæ sit in eis sine fine festiuitas uisionis dei, quæ lætitia sine defectu,
quis amoris ardor, non crucians, sed delectans? Quod sit in eis desiderium uisionis dei
cum satietate, & satietas cum desiderio, in quibus nec desiderium pœnam generat, nec satie
tas fastidium parit? Quomodo inhærẽdo summæ beatitudini sint beati? quomodo cõiun
cti uero lumini facti sunt lux? Quomodo semper aspicientes incõmutabilem trinitatẽ, mu
tati sunt in incõmutabilitatẽ? Sed quando illã angelicæ dignitatis celsitudinẽ cõprehendere
poterimus, quando nec ipsius animæ nostræ naturam inuestigare ualemus? Qualis est ista
quæ carnem uiuificare potest, se autem in sanctis cogitationibus ut uolet constringere non
potest?

potest? Qualis est ista tam fortis, tam infirma, tam parua, tam magna, quæ rimatur secreta C
dei & cœlestia cõtemplatur, atq; humanis commodis multarum artium peritiam perspicaci ingenio adinuenisse probatur? Qualis ergo est ista quæ tam multa de cæteris nouit, & se qualiter facta sit prorsus ignorat? Licet enim nonnulla ambigua à quibusdam super eius origine proferantur, inuenimus tamen eam esse quendã intellectualem spiritum per creatoris potentiam factum, immortaliter iuxta modum suum uiuentem, mortale corpus quod sustinet uiuificantẽ, mutabilitati subiectum, obliuioni deditũ, quẽ timor sæpe afficit, lætitia extollit. O res mira omniq; stupore dignissima. De deo quidem creatore omnium qui est incomprehensibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus, loquimur & scribimus: de angelis autem & animabus quicquid dicimus, non tam euidenter approbare possumus. Sed transeat ab his animus, & transcendat omne quod creatũ est, currat & ascendat, uolitet & pertranseat, & in eũ qui creauit omnia quantum potest oculos fidei dirigat. Faciam ergo gradus ascensionis in corde meo, & per ipsos ascẽdam animã meam, & per ipsam mentem meam ascendã ad dominum meũ, qui capiti meo desuper manet. Quicquid uisibiliter cernitur, quicquid spiritaliter imaginatur, forti manu ab intuitu cordis & mentis procul remoueatur: solus intellectus purus & simplex, incedens rapido uolatu ad ipsum perueniat conditorem angelorum & animarum & omnium rerum. Mens illa beata quæ ima deserit, summa petit, quæ ponit in arduis sedem habitationis suæ, & de summis tupibus contemplatur solem iustitiæ aquilinis obtutibus. Nihil enim tam pulchrũ atq; iocundum, quàm ipsum solum mẽtis intuitu & cordis auiditate contẽplari deum, & miro modo inuisibiliter cernere inuisibilem, sicq; aliã non istã gustare dulcedinem, & inspicere aliam non istam lucẽ. Lux enim ista quæ loco clauditur, tempore finitur, noctium interruptione uariatur, & quã cõmunem cum uermibus & pecoribus habemus, in cõparatione illius sum-
Cap. XXVIII mæ lucis non est lux dicenda, sed nox. Quanq; autẽ illa summa & incõmutabilis
essentia, lux uera, lux indeficiens, lux angelorũ à nemine conspici ualeat in hac uita, quod so- D
lum præmiũ sanctis reseruatur in cœlesti gloria, illud tamẽ credere & intelligere & sentire & ardenter inhiare, quodãmodo illũ cernere est atq; tenere. Sonet itaq; uox super angelos, & homo intẽta mente contẽpletur deũ, uerbis quibus potest suas illi dicat laudes. Iustũ nanq; est ut creatura suũ laudet creatorẽ, ipse enim ad laudandũ se nos creauit, qui nostris nõ indiget laudibus. Est aũt uirtus incõprehensibilis, nullius indigẽs, ipse sibi sufficiens. Magnus dominus deus noster & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus, magnus dominus deus noster & laudabilis ualde. Hũc itaq; mens diligat, lingua canat, manus scribat, atq; in his sanctis studijs fidelis animus se totum exerceat. Huius uidelicet cœlestis theoriæ suauissimis dapibus uir desideriorum, & cœlestium contemplator assidue reficiatur, ut hoc cœlesti pabulo saginatus clamet clamore magno, clamet totis medullis cordis, clamet in iu-
Caput XXIX bilo, & ardentissimo mentis desiderio dicat. O summe, optime, omnipoten-
tissime, misericordissime, iustissime, secretissime, præsentissime, pulcherrime & fortissime, stabilis & incomprehensibilis, inuisibilis, omnia uidens, immutabilis, omnia mutans, immortalis, illocalis, interminus, incircumscriptus, nusquam finitus, inæstimabilis, ineffabilis, inscrutabilis, immotus, omnia mouens, inuestigabilis, indicibilis, metuendus atq; terribilis, honorandus atq; timendus, uenerandus atq; reuerendus: nunquam nouus, nunquã uetus, innouans omnia, & in uetustatem perducens superbos & nesciunt. Semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia implens sine inclusione, omnia creans, protegens, nutriens & perficiens, quærens cum nihil desit tibi, amans nec æstuas, zelans & securus es: pœnitet te & non doles, iracsceris & tranquillus es, opera mutas, sed non consilium. Recipis quod nõ inuenis & nunquam amisisti, nunquam inops & gaudes lucris, nunquã auarus & usuras exigis, supererogatur tibi ut debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Qui solus uiuificas omnia: qui creasti omnia, qui ubiq; es, & ubiq; totus, qui sentiri potes, uideri non potes qui nusq;

A qui nusquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi deest, ubi longe es: quia ubi non es per gratiam, adest per uindictam. Qui omnia tangis, nec tamen omnia tangis æqualiter: quædam enim tangis ut sint, non tamen ut uiuant, sentiant & discernant: quædam uero tangis ut sint & uiuant, non tamen ut sentiant & discernant: quædam uero tangis, ut sint, uiuant & sentiant, nõ tamen ut discernant: quædam uero tangis ut sint, uiuant, sentiant & discernant. Et cum tibimetipsi nunquam dissimilis sis, dissimiliter tamen tangis dissimilia, qui ubiq; semper præsens es & inueniri uix potes, quem stantẽ sequimur, & apprehendere non ualemus, qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia: neq; ex alia parte sustines, atque ex alia parte superaris: neq; ex alia parte imples, & ex alia circumplecteris: sed circũplectendo imples, & implẽdo circumplecteris, sustinendo superexcedis, & supérexcedendo sustines. Qui doces corda fidelium sine strepitu uerborum. Qui attingis à fine usq; ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter. Qui locis non distẽderis, nec temporibus uariaris. Neq; habes accessus & recessus, sed habitas lucem inaccessibilem, quam nullus hominum uidit, nec uidere potest. In te manens quietus, ubiq; circumis totum, ubiq; prorsus totus. Non enim scindi uel diuidi poteris quia uere unus es, nec in partes efficeris, quia totus totum tenes, totum imples, totum illustras & possides. Huius uidelicet mysterij immensam profunditatem mens humana concipere non potest, nec oratoria lingua enarrare, neq; diffusi sermones, nec bibliothecarum uolumina queunt explicare. Si totum mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis explicari non potest, quoniam uere indicibilis es, nullo modo scribi potes neq; concludi, qui es fons lucis diuinæ & sol claritatis æternæ. Magnus enim es sine quantitate, & ideo immensus: bonus es sine qualitate, & ideo uere & summe bonus, & nemo bonus nisi tu solus, cuius uoluntas est opus, cuius uelle posse est. Qui omnia de nihilo creasti, quæ sola uoluntate tua fecisti. Qui omnem creaturam tuam absq; indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absq; tædio regis. Et nihil est quod perturbet ordinem imperij tui, uel in summis, uel
B in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis, & omnia contines sine ambitu, & ubiq; præsens es sine situ & motu. Qui nec mali autor es, quod facere non potes qui nihil non potes: neq; unquam te aliquid fecisse pœnituit, nec ullius commotionis animi tui tempestate turbaris, nec totius terræ pericula damnum tuum est. Nulla flagitia uel scelera probas aut imperas. Nunquam mẽtiris, quia æterna ueritas es. Cuius unius bonitate facti sumus, & iustitia pœnas luimus, & clementia liberamur. Nam nihil cœleste, nihil igneum, nihil terrenum, nihilq; quod corporis sensus attingat pro te colendum est, qui uere es quod es & non mutaris. Cui maxime spiritaliter conuenit illud quod Græci dicunt τὸ ὄν, Latine quod est, semper idem ipse es, & anni tui non deficient. Hæc & alia multa docuit me sancta mater ecclesia, cuius factus sum membrum per gratiam tuam. Docuit me sane te solum & unum & uerum deum non esse corporeum & passibilem, nihilq; de substantia tua uel natura ullo modo esse uiolabile aut commutabile, aut compositum uel factum. Et ideo certum est corporeis oculis te non posse sentiri, sed nec ab ullo mortalium in propria essentia aliquando potuisse uideri. Hinc etenim patẽter datur intelligi quod unde angeli te intuentur, inde & nos post hanc uitam te uidebimus. Sed nec ipsi profecto te uidere possunt sicuti es: nulli denicq; alij tota nisi tibi soli nota est omnipotens trinitas. Tu uero unitas es diuinitatis, Caput XXX
personarum pluralitate multiplex, numerabiliter es innumerabilis, ac idcirco mensurabiliter immensurabilis, & ponderabiliter imponderabilis. Non enim summæ bonitatis quæ tuipse es profitemur originem, ex qua omnia, per quam omnia, in qua omnia, sed eius participatione dicimus omnia bona. Nam tua diuina essentia semper caruit ac caret materia, licet non careat forma, forma scilicet informata, forma formarum, forma formosissima, quam dum imprimis quasi sigillum rebus singulis, eas sine tui augmenti, aut tui detrimenti mutabilitate proculdubio à te facis differri. Quicquid autem in natura creaturarum est, creatura tua est. O una trinitas & trina unitas deus, cuius omnipotentia omnia

tia omnia possidet & regit & implet quæ creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus ut te C
contineant, sed ut ipsa potius à te contineantur: nec particulatim imples omnia, nec ullate-
nus ita putandum est ut unaquæq; creatura pro magnitudine portionis suæ capiat te, id
est maxima maius, & minima minus, cum sis potius ipse in omnibus, siue omnia in te. Cu-
ius omnipotentia concludit uniuersa, nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire
psal.74 poterit. Qui enim te non habet placatum, nequaquã euadet iratum, sicut scriptum est, Neq;
psal.138 ab oriente, neq; ab occidente, neq; à desertis montibus, quoniã deus iudex est: & alibi, Quò
ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Immensitas diuinæ magnitudinis tuæ ista est,
ut intelligamus te intra omnia, sed nõ inclusum: extra omnia, sed non exclusum. Et ideo in-
terior es ut omnia contineas, & ideo exterior es ut incircumscriptæ magnitudinis tuæ im-
mensitate omnia concludas. Per id ergo quod interior es, ostenderis esse creator: per id ue-
ro quod exterior es, gubernator omnium demonstraris: ac ne omnia quæ creata sunt sine
te essent, interior es: exterior uero, ut omnia includantur à te, non locali magnitudine, sed
potentiali præsentia, qui ubique præsens es, & omnia tibi præsentia, quamuis quidam hæc
intelligant, quidam uero non intelligant. Inseparabilis ergo naturæ tuæ unitas separa-
biles non potest habere personas, quia sicut es trinitas in unitate, & unitas in trinitate: sic
separationem non potes habere personarum. Nominantur quidem illæ personæ aliquãdo
singulæ, sed ita te uoluisti deus trinitas inseparabilem ostendere in personis, ut nullum tibi
nomen sit in qualibet persona quod non ad aliã secundũ relationis regulam referatur: sicut
pater ad filium, & filius ad patrem, sic spiritussanctus ad patrem & filium ueriss ime refertur
Ea uero nomina quæ substantiã, uel personã, uel potentiã uel essentiam tuam significãt, uel
quicquid proprie dicitur deus, omnibus personis æqualiter conueniunt, ut deus magnus, o-
mnipotens, æternus, & omnia quæ naturaliter de te deo dicuntur. Non est ergo aliquod na
turæ nomen, quod sic tibi deo patri conuenire ualeat, ut aut filio tuo, aut spirituisancto con-
uenire nequeat. Dicimus te patrẽ naturaliter esse deũ, sed naturaliter est filius deus, naturali D
ter est deus & spiritussanctus, nõ tamẽ tres dij, sed unus naturaliter deus, pater & filius & spi
ritussanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas, deus in personis sensu intelligẽda, quã-
uis uoce separabilia habeas nomina, quia pluralem numerum in naturæ nominibus nulla-
tenus recipis: in hoc enim ostenditur personas nõ posse diuidi in sancta trinitate, quæ unus
deus uerus est, quia cuiuslibet personæ nomen semper ad alterã respicit personã. Si patrem
dico, filiũ ostendo: si filium nomino, patrẽ prædico: si spiritũsanctum appello, alicuius esse
spiritũ necesse est intelligi, scilicet patris & filij. Hæc est enim fides uera ueniẽs de sana doctri
Caput XXXI na, hæc certe est fides catholica & orthodoxa, quã me docuit deus in sinu matris ecclesiæ gra
tia sua. Inuocat itaq; domine te fides mea, quã dedisti mihi propter bonitatẽ tuã
ad saluationem meam. Fidelis aũt anima ex fide uiuit, tenet in spe quod uidebit in re. Inuo
cat te deus meus casta cõscientia mea, & suauis amor fidei meæ, quã excussis ignorantiæ te-
nebris ad ueritatis intelligẽtiã perduxisti, & quã à stulta seculi amaritudine eruisti, atq; adhi
bita tuæ dulcedinis charitate, iocundã mihi & mellifluã reddidisti. Inuocat te trinitas beata,
uox clara & syncerus amor fidei, neæ, quam ab ipsis enutriens cunabulis illuminasti semper
per illustrationem gratiæ tuæ, & quam adaugens confirmasti in me per documenta matris
ecclesiæ. Te inuoco beata & benedicta & gloriosa una trinitas, pater & filius & spiritussan-
ctus, deus, dominus, paracletus: charitas, gratia, communicatio: genitor, genitus, regenerans:
uerum lumen ex lumine uero, uera illuminatio: fons, flumen, irrigatio, ab uno omnia, per
unum omnia, in uno omnia, à quo, per quem, in quo omnia, uiuens uita, uita à uiuente, ui-
uentium uiuificator, unus à se, unus ab uno, unus ab ambobus, ὁμ à se, ὁμ ab altero, ὁμ ab
utroq;, uerax pater, ueritas filius, ueritas spiritussanctus: una ergo pater, logos, paracletusq;
essentia, una uirtus, una bonitas, una beatitudo, à quo, per quem, & in quo beata sunt o-
Caput XXXII mnia quæcunque beata sunt. Deus uera & summa uita, à quo, per quẽ, & in quo ui
uunt omnia quæcunq; uere & beate uiuunt. Deus bonũ & pulchrum, à quo, per quem, & in
quo

A à quo bona & pulchra sunt omnia, quæcunq; bona & pulchra sunt. Deus cuius nos fides
excitat, spes erigit, charitas iũgit. Deus q peti te iubes, & inueniri te facis, & pulsanti aperis.
Deus à quo auerti cadere est, ad quẽ conuerti surgere est, in quo manere cõsistere est. Deus
quem nemo amittit nisi deceptus, nemo quærit nisi admonitus, nemo inuenit nisi purgã-
tus. Deus quem nosse uiuere est, cui seruire regnare est, quem laudare salus & gaudium ani-
mæ est. Te labijs & corde omniq; qua ualeo uirtute laudo, benedico atq; adoro, tuæq; de
mentiæ & bonitati pro uniuersis beneficijs tuis gratias refero, & hymnum gloriæ tuæ cano.
Sanctus, sanctus, sanctus. Te inuoco ô beata trinitas ut uenias in me, & templum me facias
dignum gloriæ tuæ. Rogo patrẽ per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritumsanctum
per patrem & filium, ut omnia uitia elongentur à me, & omnes sanctæ uirtutes plantentur
in me. Deus immense, à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia facta sunt, uisibilia &
inuisibilia. Qui opera tua extra circũdas, & intra reples, supra tegis, & infra fers, custodi me
opus manuum tuarum in te sperantem, & in tua solummodo misericordia confidẽtem, cu-
stodi me quæso hic & ubiq;, nũc & semper, intus & foris, ante & retro, supra & infra, circum-
circa, ita ut in me nullus pateat locus insidijs inimicorum. Tu es deus omnipotẽs, custos &
protector omnium in te sperantium, sine quo nemo est tutus, nemo de periculis liberatus.
Tu es deus & nõ est alius deus præter te, neq; in cœlo sursum, neq; in terra deorsum, qui fa-
cis magnalia & mirabilia & inscrutabilia, quorum non est numerus. Te decet laus, te decet
honor, te decet hymnus, tibi omnes angeli, tibi cœli & uniuersæ potestates hymnos dicũt,
& laudes indesinẽter concinunt, utpote creatori creaturæ, domino serui, regi milites, te san-
ctam & individuam trinitatem omnis creatura magnificat, omnis spiritus laudat.

Tibi sancti & humiles corde, tibi spiritus & animæ iustorum, tibi omnes superni ciues Cap.XXXIII
& cuncti beatorũ spirituum ordines, gloriam & honorem suppliciter adorantes concinunt
sine fine. Laudant te domine illi superni ciues magnifice & honorabiliter: laudat te homo,
B magna portio creaturæ tuæ. Sed & ego peccator homuncio, desiderio magno cupio te lau
dare, amare te opto amore præcipuo. Deus meus, uita mea, fortitudo mea, & laudatio mea
dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde, uerbum in ore, ut cor meum meditetur glo
riam tuam, & lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore
peccatoris, & quia uir pollutis labijs ego sum, munda obsecro cor meum ab omni inquina-
mento, sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignum lau-
dibus tuis. Suscipe benigne & acceptabiliter de manu cordis & de mentis amore, suscipe
sacrificium labiorum meorum, fiatq; acceptabile in conspectu tuo, & ascendat ad te in odo
rem suauitatis. Memoria tua sancta & dulcedo tua beatissima possideat totam animam
meam, atq; in inuisibilium amorem rapiat eam. Trãseat de uisibilibus ad inuisibilia, de ter-
renis ad cœlestia, de temporalibus ad æterna, trãseat & uideat uisionem mirabilem. O æte-
na ueritas, ô uera charitas, ô chara æternitas, tu es deus meus, ad te suspiro nocte ac die, tibi
inhio, tibi intẽdo, ad te peruenire desidero, qui nouit te, nouit ueritatem, nouit æternitatem.
Tu ueritas super omnia præsides, quem uidebimus sicuti es, cum pertransierit hæc uita cæca
& mortalis, in qua dicitur nobis, Vbi est deus tuus? Et ego dico, Deus meus ubi es? Respi psal.41
ro in te paululum, cum effundo super te animam meam in uoce exultationis & cõfessionis
soni epulantis & festiuitatem celebrantis, & adhuc tristis est, quia relabitur & fit abyssus,
quin potius sentit se adhuc esse abyssum. Dicit ei fides mea quam accendisti in nocte ante
pedes meos, Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in deo, lucerna pedi
bus meis uerbum eius. Spera & perseuera donec pertranseat nox mater iniquorum, donec
pertranseat ira domini, cuius fumus aliquando filij: fuimus enim aliquando tenebræ, do-
nec pertrãseat iste impetus aquarũ, residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum
mortuo, donec aspiret dies & inclinentur umbræ. Sperabo in dño, mane astabo & contem
plabor, semperq; confitebor ei. Mane astabo & uidebo salutare uultus mei deum meũ, qui
uiuificabit mortalia corpora nostra propter inhabitantẽ spiritũ eius in nobis, ut iam simus

lux,dū adhuc ſpe ſalui facti ſumus,& filij lucis,& filij dei, nō noctis neq; tenebrarū. Fuimus C
enim aliquādo tenebræ,nunc autē lux in te deus noſter, & tamen adhuc per fidem,necdum
per ſpeciem. Spes quæ uidetur,nō eſt ſpes. Laudant te domine illi populi angelorū tuorum
immortales,& glorificant nomen tuum cœleſtes uirtutes, quæ nō habent opus legere hanc
ſcripturam noſtram, & cognoſcere te ſanctā & indiuiduam trinitatem. Videt enim faciem
tuam ſemper,& ibi legunt ſine ſyllabis temporū quid uelit æterna uoluntas tua, legunt,eli-
gunt,& diligunt,ſemperq; legunt, & nunq; præterit id quod legunt, eligendo & diligendo
legunt ipſam immutabilitatem conſilij tui,& nō clauditur codex eorum,nec plicabitur liber
eorum,quoniā tuipſe illis hoc es, & eris in æternum. O beatæ nimiū illæ cœlorum uirtutes
quæ laudare te poſſunt ſancte & puriſſime cum nimia dulcedine & ineffabili exultatione,
inde laudant unde gaudēt,quia ſemper uident unde gaudere ualeant & laudare. Nos uero
mole carnis preſſi,& procul à uultu tuo in hac peregrinatione poſiti, atq; per mūdanas ua-
rietates diſtenti,digne laudare nequimus, laudamus tamen per fidem, non per ſpeciem:illi
uero angelici ſpiritus per ſpeciem,non per fidem. Hoc enim caro facit ut multo aliter laude-
mus,q̄ illi:ſed licet diuerſis modis laudes dicamus,tu tamen unus es deus creator omnium,
cui ſacrificium laudis in cœlo & in terra offertur: peruenturi tamen ſumus miſericordia tua
ad eorum conſortium,cū quibus te ſemper uidebimus,& ſine fine laudabimus. Tribue dñe
ut donec in hoc fragili corpore poſitus ſum,laudet te cor meum, laudet te lingua mea,& o-
mnia oſſa mea dicant,Domine quis ſimilis tui? Tu es deus omnipotens, quem trinum in
perſonis,& unū in ſubſtātia deitatis colimus & adoramus,patrē ingenitum,filium de patre
unigenitum, ſpiritumſanctum de utroq; procedentem, & in utroq; permanētem,ſanctam
& indiuiduā trinitatem, unū deum omnipotentem:qui cū non eſſemus,potēter feciſti nos:
& cū perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperaſti nos, ne
ſinas nos eſſe ingratos,obſecro,tantis beneficijs & indignos tā multis miſerationibus. Te
deprecor,ſupplico,& rogo,auge fidem,auge ſpem,auge charitatem. Fac nos per ipſam gra D
tiam tuā ſemper in fide ſtabiles,& in opere efficaces,ut per fidem rectam & condigna fidei
opera ad uitam te miſerante perueniamus æternā, ut ibi uidentes gloriam tuam ſicuti eſt,
adoremus maieſtatē tuā,& dicamus pariter quos dignos feceris uidere gloriam tuā,Gloria
patri qui creauit nos, gloria filio qui redemit nos, gloria ſpirituſancto q ſanctificauit nos,
gloria ſummæ & indiuiduæ trinitati, cuius opera inſeparabilia ſunt, cuius imperiū ſine fine
manet. Te decet laus,te decet hymnus,tibi debetur omnis honor,tibi benedictio & claritas,
tibi gratiarūactio,tibi honor,uirtus,& fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum,Amen.

Cap.XXXIIII Ignoſce domine,ignoſce pie,ignoſce & miſerere,parce ignorantiæ meæ,& multæ imper-
fectioni meæ. Noli me tanq̄ temerarium reprobare, q; audeam ſeruus utinam uel bonus &
non etiam inutilis & malus, & ideo ualde malus,quia te omnipotētem deum noſtrum,ter-
ribilem & nimis metuendum ſine cordis contritione, & lachrymarum fonte,ſine reuerentia
debita & tremore laudo,benedico,atq; adoro. Si enim angeli te adorantes & laudantes tre
munt mira exultatione repleti, ego peccator dū tibi aſſiſto,laudes dico, ſacrificium offero,
cur nō corde paueo,uultu palleo,labijs tremo,toto corpore inhorreſco, ſicq; obortis lachry
mis coram te indeſinenter lugeo? Volo, ſed non ualeo, quia nequeo quod deſidero. Hinc
enim mecum uehemēter admiror,dum te nimis terribilem oculis fidei cerno. Sed quis hoc
ſine ope gratiæ tuæ? Vniuerſa enim ſalus noſtra,magna miſericordia tua. Miſerum me,
quomodo ſic inſenſata facta eſt anima mea,ut non terreatur terrore nimio dum ſtat ante
deum,& ſuas illi laudes decantat? Miſerum me, quomodo ſic induruit cor meum, ut oculi
mei indeſinenter non producant flumina lachrymarum, dum ſeruus ſermocinatur coram
domino ſuo,homo cū deo,creatura cū creatore,qui factus eſt ex limo,cū eo qui omnia fecit
ex nihilo. Ecce domine pone me ante te, & quid in ſecretis de me ſentio, paternis auribus
non taceo:tu dives in miſericordia, & largus in præmijs,da mihi de bonis tuis ut ex eis ſer-
uiam tibi. Non enim aliunde poſſumus ſeruire,neq; tibi placere niſi de tuo munere,confige

quæſo

A quæſo,timore tuo carnes meas:lætetur cor meū ut timeat nomen tuū. Vtinam ſic te timeret
peccatrix anima,quomodo ille uir ſanctus, qui dixit, Semper enim quaſi tumētes ſuper me Iob 31
fluctus timui deum. Dator enim omniū bonorum deus, da mihi inter laudes tuas fontem
lachrymarum,ſimul cū cordis puritate & mētis iubilatione,ut perfectē te diligēs & digne tē
laudans,ipſo cordis palato ſentiam, guſtem, & ſapiam, q̄ dulcis & ſuauis es domine, ſicut
ſcriptū eſt, Guſtate & uidete quoniā ſuauis eſt dominus, beatus uir qui ſperat in eo:Beatus Pſal.33
populus qui ſcit iubilationem:Beatus uir cuius eſt auxilium abs te,aſcenſiones in corde ſuo Pſal.83
diſpoſuit in ualle lachrymarum,in loco quem poſuit. Beati mundo corde,quoniā ipſi deum Pſal.85
uidebunt. Beati qui habitant in domo tua domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Ieſu noſtra redemptio,amor & deſiderium, deus de deo adeſto mihi famulo tuo. Te Precatio ad Ieſum
inuoco,ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Te inuoco in animam meā,intra in Cap.XXXV
eam,& coapta eā tibi,ut poſſideas eā ſine ruga & ſine macula. Mundiſſimo nanq; domino
mundiſſima debetur habitatio. Sanctifica ergo me uas tuū quod feciſti,de malicia euacua,
& imple de gratia,& plenum cōſerua,ita ut dignū habitationis tuæ efficiar templum hic &
in perpetuū. Dulciſſime,benigniſſime,amantiſſime,chariſſime,potētiſſime,deſideratiſſime,
precioſiſſime, amabiliſſime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte & niue candidior, nectare
ſuauior,gemmis & auro precioſior, cunctisq; terrarum diuitijs & honoribus mihi charior.
Quid dico deus meus,una ſpes mea,tam grandis miſericordia mea? Quid dico dulcedo fe
lix & ſecura? quid dico dum talia dico? Dico quod ualeo, ſed nō dico quod debeo,utinam
poſſem talia dicere, qualia illi hymnidici angelorum chori. O q̄ libēter me in tuis laudibus
totum effunderem. O q̄ deuotiſſime illa cœleſtis melodiæ cantica ad laudem & gloriā no-
minis tui in medio eccleſiæ infatigabilis perorarem. Sed quia talia nō poſſum,nunquid ta-
cebo? Væ tacentibus de te,quoniā ipſi loquaces muti ſunt,cū non tuas laudes dicunt. Quis
digne te laudare poteſt? O ineffabilis uirtus & ſapientia patris. Et quoniam nulla inuenio
B uerba quibus te ſufficiēter ualeā explicare cunctipotēs & omniſcium uerbum, dicā interim
quod ualeo, donec iubeas me uenire ad te ubi poſſim dicere quod te decet, & me oportet.
Et ideo ſuppliciter rogo ut nō reſpicias tantū ad id quod modo dico,ſed ad id quod dicere
opto. Cupio enim deſiderio magno de te eloqui quod oportet & decet, quia te decet laus,
te decet hymnus,tibiq; debetur omnis honor:Scis ergo occultorū cognitor deus,quoniam
non ſolū terra & omnibus quæ in ea ſunt tu mihi charior es, ſed etiā ipſo cœlo & omnibus
quæ in eo ſunt tu mihi acceptabilior, tu mihi amabilior es, diligo enim te ſuper cœlum &
terrā,& cætera omnia quæ in eis ſunt,imò niſi amore nominis tui quæ tranſitoria ſunt pro-
culdubio amanda nō ſunt. Amo te deus meus amore magno,magisq; te amore capio. Dā
mihi ut amem te ſemper quantum uolo, quantū debeo, ut tu ſolus ſis tota intentio mea,&
omnis meditatio mea, te mediter per dies ſine ceſſatione, te ſentiam per ſoporem in nocte,
te alloquatur ſpiritus meus,tecū fabuletur mens mea,lumine ſanctæ uiſionis tuæ illuſtretur
cor meū,ut te rectore, tē duce ambulē de uirtute in uirtutē, tandemq; uideā te deū deorum
in Sion,nunc quidē per ſpeculum in ænigmate, tunc autē facie ad faciem,ubi cognoſcam tē
& cognitus ſum. Beati mundo corde,quoniā ipſi deum uidebunt. Beati qui habitant in do-
mo tua dñe,in ſecula ſeculorū laudabunt te. Rogo itaq; te domine per omnes miſerationes
tuas quibus de morte æterna liberati ſumus, mollifica cor meū durum & lapideū,ſaxeum
& ferreū,tua ſacratiſſima & potēti unctione, & fac me per ignem compunctionis coram te
omni hora hoſtiam uiuā fieri. Fac me in tuo cōſpectu cor contritū & humiliatū ſemper ha-
bere cū lachrymarum abūdantia. Fac me ex tuo deſiderio huic mūdo funditus extingui,&
tranſeuntium rerū obliuiſci præ magnitudine timoris & amoris tui, uqueadeō ut de tempo
ralibus nec lugeam,nec gaudeam,nec metuam aliquid temporale,nec diligam,nec blandis
corrumpar,nec aduerſis concutiar. Et quia tua ualida eſt ut mors dilectio,abſorbeat quæſo
mentem meā ab omnibus quæ ſub cœlo ſunt ignita & melliflua uis amoris tui,ut tibi ſoli
inhæream,ſolaq; tuæ ſuauitatis memoria paſcar. Deſcēdat domine,deſcēdat precor,deſcen

T 2 dat

dat in cor meum odor tuus suauissimus,ingrediatur amor tuus mellifluus. Veniat mihi tui C
saporis mira & inenarrabilis fragrãtia,quæ sempiternas in me susciteꝫ concupiscẽtias,& ex
corde meo perducat uenas salientis aquæ in uitã æternã. Immensus es domine,& ideo sine
mensura debes amari & laudari ab his quos tuo precioso sanguine redemisti. Amator ho/
minum benignissime,clementissime domine & æquissime iudex,cui omne iudiciũ dedit pa
ter, sapiẽtissimo tuæ æquitatis iudicio discernis hoc rectũ & iustum esse,ut filij huius seculi
noctis & tenebrarum præstãtiori desiderio uirtute atq; studio diligant & quærãt perituras
diuitias & fugitiuos honores.cꝫ nos serui tui diligamus te deum nostrum,per quem facti
& redempti sumus. Si enim homo hominem tãta diligit dilectione,ut alter alterum uix pa
tiatur abesse, si spõsa sponso tanto cõglutinatur mẽtis ardore, ut præ magnitudine amoris
nulla perfrui ualeat requie,chari sui absentiã non sine magno mœrore ferens:qua ergo dile
ctione,quo studio,quo feruore anima quã desponsasti tibi fide & miserationibus,debet di
ligere te uerũ deum & pulcherrimũ spõsum, qui nos sic amasti & saluasti, qui pro nobis tot
tanta & talia fecisti? Quanꝫ autẽ hæc infima habeant suas delectationes,suosꝫ amores,
non tamen tali modo delectãt sicut tu deus noster. In te enim delectatur iustus,quia amor
tuus suauis est & quietus,nam pectora quæ possides,dulcedine & suauitate & trãquillitate
reples. Econtra amor seculi & carnis anxius est & pturbatus, animas certe quas ingreditur
quietas esse nõ patitur: semper enim suspicionibus & perturbationibus uarijsꝫ timoribus
sollicitat eos. Tu itaq; es delectatio rectorum, & merito, quies enim ualida est apud te &
imperturbabilis uita. Qui intrat in te bone domine,intrat in gaudium domini sui, & nõ ti/
Psal.131 mebit amplius, sed habebit se optime in optimo loco, dicens, Hæc requies mea in seculum
Psal.22 seculi,hic habitabo quoniã elegi eam: & illud,Dominus regit me & nihil mihi deerit,in lo/
co pascuæ ibi me collocauit. Dulcis Christe,bone Iesu,reple semper quæso cor meũ inextin
guibili dilectione tua, cõtinua recordatione tua, adeo ut sicut flamma urens totus ardeam
in tui amoris dulcedine,quem & aquæ multæ in me nunꝫ possint extinguere. Fac me dul/ D
cissime domine amare te,& desiderio tuo deponere pondus omniũ carnaliũ desideriorum,
& terrenarũ concupiscẽtiarum grauissimam sarcinã, quæ impugnant & aggrauãt miseram
animã meã, ut post te expeditus in odore unguẽtorum tuorũ currens usq; ad tuæ pulchri/
tudinis uisionẽ efficaciter satiãdus,quantocyus te quoq; duce merear peruenire. Duo enim
amores,alter bonus,alter malus:alter dulcis,alter amarus,nõ se simul capiunt in uno pecto
re. Et ideo si quis præter te aliud diligit,non est charitas tua deus in eo, amor dulcedinis &
dulcedo amoris,amor nõ crucians sed delectans,amor syncere & caste permanens in seculũ
seculi,amor qui semper ardes & nunꝫ extingueris. Dulcis Christe,bone Iesu,charitas,deus
meus,accẽde me totũ igne tuo,amore tuo,suauitate & dulcedine tua, iucunditate & exulta/
tione tua,uoluptate & concupiscẽtia tua,quæ sancta est & bona,casta est & mũda,trãquilla
& secura,ut totus dulcedine amoris tui plenus,totus flãma charitatis tuæ succẽsus,diligã te
deum meũ ex toto corde meo totisꝫ medullis præcordiorum meorum, habẽs te in corde,
in ore, & præ oculis meis semper & ubiq;,ita ut nullus pateat in me locus adulterinis amo/
ribus. Audi deus meus,audi lumen oculorum meorum,audi quæ peto,& da quæ petam ut
audias me. Pie & misericordissime domine ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata
mea,sed propter bonitatẽ tuam suscipe preces serui tui,& da mihi effectum petitionis meæ,
& desiderij mei, intercedente & orante & impetrante gloriosa uirgine genitrice tua Maria,
Alia ad eundem Cap. XXXVI domina mea,cum omnibus sanctis tuis,Amen. Christe domine uerbum patris,
qui uenisti in hunc mundum peccatores saluos facere, rogo te per indulgentissima miseri/
cordiæ tuæ uiscera,emẽda uitam meam,meliora actus, compone mores, tolle de me quod
mihi nocet & tibi displicet:& da quod nosti tibi placere & mihi prodesse. Quis potest facere
mundũ de immundo conceptũ semine nisi tu solus? Tu es deus omnipotens infinitæ pieta
tis,qui iustificas impios,& uiuificas mortuos propter peccatũ,qui mutas peccatores & non
sunt. Tolle ergo de me quicquid tibi displicet in me,imperfecta enim mea plurima uident
oculi

A oculi tui, mitte quæso manum pietatis tuæ in me & tolle de me quicquid offendit oculos
pietatis tuæ in me. Coram te dñe est sanitas & infirmitas mea,illam precor serua,istã sana.
Sana me domine & sanabor, saluũ me fac & saluus ero, tu qui infirma sanas,& sanata con/
seruas,tu qui solo nutu tuo restauras diruta & collapsa. Si enim dignaris in agro tuo corde
meo serere bonũ semen, necesse est ut manu pietatis tuæ spinas prius euellas uitiorũ meo/
rum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime,desideratissime,amabilissime,pul/
cherrime,infunde obsecro multitudinem dulcedinis tuæ & charitatis tuæ pectori meo,ut in
hil terrenum, nihil carnale desiderem uel cogitem, sed te solum amem,te solum habeam in
corde & in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui no
minis,nulla unꝫ obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei uoluntatem tuam &
iustificationes tuas,ut te immensæ dulcedinis dominum & præcepta tua semper & ubiq;
habeã præ oculis meis. Succẽde mentem meã igne illo tuo quẽ misisti in terram,& uoluisti
uehementer accendi,ut sacrificium spiritus contribulati & cordis contriti obortis lachrymis
quotidie offeram tibi. Dulcis Christe bone Iesu, sicut desidero, sicut tota mente mea peto;
da mihi amorem tuũ sanctum & castum qui me repleat, teneat, totumꝫ possideat. Et da
mihi cuidens signum amoris tui, irriguum lachrymarum fontem iugiter emanantẽ,ut ipsæ
quoq; lachrymæ tuũ in me testẽtur amorem,ipsæ prodant,ipsæ loquãtur quãtum te diligit
anima mea,dũ præ nimia dulcedine amoris tui nequit se à lachrymis cõtinere. Reminiscor *1. Reg.1*
pie dñe illius bonæ mulieris Annæ, quæ ad tabernaculum rogatura pro filio uenit,de qua
scriptura refert,qꝫ uultus eius post lachrymas & preces nõ sunt amplius in diuersa mutati.
Sed memor tantæ uirtutis tantæꝫ cõstantiæ, dolore torqueor & uerecũdia cõfundor,quia
me miserum nimis deorsum iacere intueor. Si enim ita fleuit & in fletu perseuerauit mulier
quæ quærebat filiũ:quomodo plãgere & in plãctu persistere debet anima mea,quæ quærit
& amat deum & ad eũ peruenire desiderat? Quomodo gemere ac flere debet talis anima
B quæ quærit deum die ac nocte, quæ propter Christũ nil uult amare? Mirum quippe est,si
iam non factæ sunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte. Respice ergo & miserere mei,quia
dolores cordis mei multiplicati sunt. Da mihi cõsolationem tuã cœlestẽ,& noli spernere pec/
catricem animam pro qua mortuus es. Da mihi quæso lachrymas ex toto affectu internas,
quæ peccatorum meorũ possint soluere uincula, & cœlesti iocunditate semper repleant ani
mam meã,si non cum ueris & perfectis monachis quorũ uestigia nequeo imitari,saltẽ cum *Monachi*
deuotis mulieribus quãtulamcunq; portionem in regno tuo merear adipisci. Venit quoq;
mihi in mentẽ alterius mulieris deuotio mira, quæ te in sepulchro iacentẽ pio amore quæ/
rebat,quæ recedentibus discipulis de sepulchro nõ recedebat,quæ sedebat ibi tristis & mœ/
rens,& diu multumꝫ flebat,& surgẽs multis lachrymis iterũ iterumꝫ antra deserti sepul/
chri uigilãtibus oculis explorabat,si forte alicubi te uidere posset, quẽ feruẽti desidero quæ/
rebat,iam certe semel & iterũ ingressa sepulchrũ uiderat,sed nimium amanti nõ satis erat,
uirtus enim boni operis perseuerantia est. Et quia præ cæteris dilexit & diligendo fleuit,&
flẽdo quæsiuit,& quærẽdo perseuerauit,ideo prima te omnium inuenire,te alloqui meruit.
Et non solum hæc, sed etiã ipsis discipulis glorioſæ resurrectionis tuæ prænuncia extitit,te
præcipiẽte & clemẽter monente, Vade dic fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me uide/ *Matth.28*
bunt. Si ergo ita fleuit, & in fletu perseuerauit mulier quæ uiuentem cũ mortuis quærebat,
quæ te manu fidei tangebat:quomodo plangere & in planctu persistere debet anima,quæ
te redemptorem suum iam cœlo præsidentẽ & ubiq; regnantem corde credit,ore cõfitetur?
Quomodo ergo gemere & flere debet talis anima quæ te toto corde diligit, teꝫ toto desi/
derio uidere cõcupiscit,solũ confugium & unica spes miserorũ,cui nunꝫ sine spe misericor/
diæ supplicatur? Præsta mihi hãc gratiã propter te & propter nomẽ sanctũ tuũ,ut quotiẽs
de te cogito,de te loquor,de te scribo, de te lego,de te cõfero,quotiẽs tui reminiscor,tibi assi
sto,laudes,preces,& sacrificium offero,totiens obortis lachrymis in cõspectu tuo copiose &
dulciter fleam,ita ut efficiãtur mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tu quidẽ rex gloriæ

Matth.5 & omnium uirtutum magister docuisti nos uerbo & exemplo gemere & flere, dicens, Beati C
qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tu fleuisti defunctum amicum, & lachrymatus es
ualde super perituram ciuitatem: rogo te bone Iesu per illas preciosissimas lachrymas tuas
& per omnes miserationes tuas, quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es,
da mihi gratiã lachrymarum quã multum desiderat & appetit anima mea, quia sine dono
tuo non possum habere eam, sed per spiritũ sanctum tuũ, qui dura corda peccatorũ mollit,
& ad fletum compũgit. Da mihi gratiã lachrymarũ, sicut dedisti patribus nostris quorum
uestigia debeo imitari, ut plangã me in omni uita mea, sicut ipsi se planxerũt nocte ac die:
propter merita & orationes eorũ qui tibi placuerũt & deuotissime seruierunt, miserere mei
miserrimi & indigni serui tui, & da mihi gratiã lachrymarum. Da mihi irriguum superius,
& irriguum inferius, ut sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, efficiarq; in conspectũ
tuo deus meus per ignem compũctionis holocaustum pingue & medullatũ, macter totus
in ara cordis mei, & tanq; pinguissimum holocaustum assumar tibi in odorẽ suauitatis. Da
mihi dulcissime fontẽ irriguum, fontemq; perspicuum, in quo lauetur assidue istud inquina
tum holocaustum. Licet enim me totũ tibi obtulerim opitulãte gratia tua, in multis tamen
quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da ergo mihi gratiã lachrymarum
benedicte & amabilis deus, præcipue ex multa dulcedine amoris tui & commemoratione
misericordiarum tuarum, præpara hanc mensam famulo tuo in conspectu tuo, & da mihi
eam in potestatem ut quotiens uolo satier ex ea. Tribue pro pietate & bonitate tua ut iste
calix tuus inebriãs & præclarus satiet sitim meã, ut inhiet tibi spiritus meus & ardeat mens
mea in amore tuo, oblitus uanitatis & miseriæ. Audi deus meus, audi lumen oculorũ meo
rum, audi quæ peto, & da ut petam quod audias, pie & exorabilis domine, ne efficiaris mi
hi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, &
da mihi effectum petitionis meæ & desiderij mei, precibus & meritis gloriosæ uirginis Ma
riæ dominæ meæ & omniũ sanctorum, Amen. Iesu domine, Iesu pie, Iesu bone, D
Alia ad Iesum qui mori dignatus es propter peccata nostra, & resurrexisti propter iustificationẽ nostram,
Cap. XXXVII rogo te per glorioſam resurrectionem tuam, resuscita me de sepulchro uitiorum & peccato
rum meorũ omnium, & da mihi quotidie partem in resurrectione prima, ut in resurrectio
ne tua merear ueraciter percipere portionem. Dulcissime, benignissime, amantissime, cha
rissime, preciosissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime, ascẽdisti in cœlum cum tri
umpho gloriæ tuæ, & sedes ad dexteram patris rex potentissime, trahe me sursum ad te ut
curram post te in odore unguentorum tuorum, curram & non deficiam, te trahente, te du
cente, me currente, trahe os sitientis te animæ in superna fluenta æternæ satietatis, imò tra
he me ad te fontem uiuum, ut inde pro captu meo bibam unde semper uiuam, deus meus
Ioan.7 uita mea. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto, Si quis sitit, ueniat ad me & bibat.
Fons uitæ da sitienti animæ semper bibere ex te, ut secundũ sanctam & ueridicam promis
sionem tuam, de uentre meo fluant aquæ uiuæ. Fons uitæ reple mẽtem meam torrente uo
luptatis tuæ, & inebria cor meum sobria ebrietate amoris tui, ut obliuiscar quæ uana sunt
Psal.76 & terrena, & te solum iugiter habeam in memoria mea, sicut scriptum est, Memor fui dei &
delectatus sum. Da mihi spiritum sanctum tuum, quem significabant illæ aquæ quas sitien
tibus daturum te promiseras. Da quæso toto desiderio & omni studio tẽdere, quò te ascen
disse post resurrectionem die quadragesimo credimus, ut in præsenti quidem miseria solo
teneat corpore, tecum autem sim cogitatione semper & auiditate, ut ibi sit cor meum, ubi tu
es thesaurus meus desiderabilis & incomparabilis multumq; amabilis. In hoc enim ma
gno huius uitæ diluuio ubi circunstantibus agitamur procellis, & non inuenitur fida statio
& locus eminentior ubi pes columbæ ualeat aliquatenus requiescere, nusq; tuta pax, nusq;
secura quies, ubiq; bella & lites, ubiq; hostes, foris pugnæ, intus timores. Et quia altera pars
sumus cœli, altera terræ, corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Idcirco animus meus
socius & amicus meus, fatigatus de uia ueniens, languet & iacet discissus atq; laceratus ab
his

A his quas pertransierat uanitatibus, esurit & sitit ualde, & non habeo quid ponã ante illum,
quia pauper sum & mẽdicus. Tu domine deus meus diues omnium bonorum, & dapium
supernæ satietatis opulẽtissime largitor, da lasso cibum, collige dispersum, reintegra scissum.
En stat ad ostium & pulsat, obsecro per uiscera misericordiæ tuæ quibus uisitasti nos oriens
ex alto, aperi pulsanti, misero manum pietatis tuæ porrige, & iube propitiabili dignatio
ne ut ingrediatur ad te, requiescat in te, reficiatur de te uino cœlestiq; pane, quo satiatus
resumptisq; uiribus ad superiora conscendat, & de hac ualle lachrymarum penna sancti
desiderij raptus, ad cœlestia regna uolitet. Assumat domine, assumat rogo spiritus meus
pennas ut aquilæ, & uolitet & non deficiat, uolet & perueniat usque ad decorem domus
tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, ut ibi super mensam refectionis ciuium supernorum
pascatur de occultis tuis in loco pascuæ tuæ, iuxta fluenta plenissima requiescat in te deus
meus cor meum. Cor mare magnum tumens fluctibus, tu qui imperasti uentis & mari, &
facta est tranquillitas magna, ueni & gradere super fluctus cordis mei, ut tranquilla & sere
na fiant omnia mea, quatenus unum bonum dominũ meum amplectar te, & dulce lumen
oculorum meorum contempler te sine tumultuantium cogitationum cæca caligine. Con
fugiat domine mens mea sub umbra alarum tuarum ab æstibus cogitationum huius se
culi, ut in tui refrigerij temperamento absconsa, lætabunda cantet & dicat, In pace in id- Psal.4
ipsum, dormiam & requiescam. Dormiat obsecro domine deus meus, dormiat memoria
mea ab omnibus malis, iniquitatem odiat, iustitiam diligat. Quid enim pulchrius, quidue
dulcius, quàm inter tenebras huius uitæ multasq; amaritudines diuinæ dulcedini inhia
re, & æternæ beatitudini suspirare, illicq; teneri mentem ubi uera habere gaudia certissi
mum est. Dulcissime, amantissime, benignissime, charissime, preciosissime, desideratis
sime, amabilissime, pulcherrime, quando te uidebo? Quando apparebo ante faciem tuam?
Quando satiabor de pulchritudine tua? Quando educes me de hoc carcere tenebroso, ut
B confitear nomini tuo, ita ut deinceps non compungar? Quando transibo in illam admi
rabilem & pulcherrimam domum tuam, ubi personat uox lætitiæ & exultationis in ta
bernaculis iustorum? Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum lauda
bunt te. Beati & uere beati quos elegisti & assumpsisti in illam cœlestem hæreditatem. Ecce
sancti tui domine florent ante te sicut lilium, replentur enim ab ubertate domus tuæ, &
torrente uoluptatis tuæ potas eos: quoniam tu es fons uitæ, & in lumine tuo uident lumen,
usqueadeo ut ipsi uidelicet lumen illuminatum per te deum illuminantem sicut sol efful
geant in conspectu tuo. O quàm mira, quàm pulchra, quàm acceptabilia sunt domus tuæ
habitacula domine uirtutum, concupiscit intrare in ea hæc peccatrix anima mea. Domine
dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Vnam petij à domino & hanc
requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Quemadmodum cer
nus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Quando ueniam &
apparebo ante faciẽ tuam? quando uidebo deum meum quem sitit anima mea? quando
uidebo eum in terra uiuẽtium? In ista enim terra moriẽtium uideri non potest mortalibus
oculis. Quid faciam miser ego grauedine compedis mortalitatis meæ constrictus? quid fa
ciam? Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Nõ habemus hic manentem ciui
tatem, sed futuram inquirimus: noster autem municipatus in cœlis est. Heu mihi quia inco
latus meus prolongatus est, habitaui cũ habitãtibus cedar, multum incola fuit anima mea!
Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Nihil mihi tam dulce, cq̃
cum domino meo esse. Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Da mihi domine donec his fra
gilibus assisto membris, tibi adhærere, sicut scriptũ est, Qui adhæret domino, unus spiritus 1. Cor. 6
est cum eo. Præbe mihi rogo contemplationis pennas, quibus indutus, ad te uolitem sur
sum. Et quia omne sinistrum deorsum iacet, tene mentem meã, ne ad ima tenebrosæ uallis
corruat, ne interueniente umbra terræ, à te uero iustitiæ sole separetur, & obducta tenebris
nebula prohibeatur alta respicere. Idcirco sursum tendo ad pacis gaudia, lucisq; delecta

bilem & ſereniſſimum ſtatum. Tene cor meũ manu tua, quia ſine te ad altiora non rapitur. C
Illuc feſtino, ubi ſumma pax regnat, & iugis trãquillitas rutilat. Tene & rege ſpiritũ meum, & aſſume illum ſecundũ uoluntatem tuam, ut te duce aſcẽdat in illam regionem ubertatis, ubi paſcis Iſraël in æternum pabulo ueritatis, ut ibi uel rapida cogitatione attingat te ſummam ſapientiã ſuper omnia manentem, cuncta tranſeuntem, & omnia gubernantem. Sed uolitanti ad te animæ multa ſunt quæ obſtrepũt, iuſſu tuo domine cõticeſcant mihi omnia, ipſa ſibi anima mea ſileat, omnia pertrãſeat, omnia quæ creata ſunt tranſcẽdat à ſe, & perueniat ad te, atq; in te ſolo creatore omniũ oculos fidei figat, tibi inhiet, tibi intendat, te meditetur, te contempletur, te ſibi ante oculos ponat, te ſub corde reuoluat ucrũ & ſummũ bonũ, & gaudiũ ſine fine manſurũ. Multæ denicq; ſunt cõtemplationes, quibus anima deuota tibi mirabiliter paſcitur, ſed in nulla earum ita delectatur & requieſcit anima mea ſicut in te, & quando te ſolũ cogitat & cõtemplatur. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam mirabiliter inſpiras cordibus amatorũ tuorũ: & mira ſuauitas amoris tui, quo perfruuntur illi qui nihil præter te diligũt, nihil quærũt, nihil etiã cogitare cõcupiſcunt. Felices illi quibus tu ſolus ſpes es, & omne opus eorũ oratio. Beatus qui ſedet ſolitarius & tacet, & ſtat ſuper cuſtodiam ſuã iugiter die ac nocte, ut adhuc in hoc fragili corpuſculo poſitus, prælibare ualeat aliquatenus dulcedinẽ tuã. Rogo te p illa ſalutifera uulnera tua, quæ paſſus es in cruce pro ſalute noſtra, è quibus emanauit ille precioſus ſanguis quo ſumus redẽpti, uulnera hanc animam meã peccatricem, pro qua etiã mori dignatus es, uulnera eã igneo & potentiſſimo telo tuæ nimiæ charitatis. Viuus eſt enim ſermo dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu ſagitta electa, & gladius acutiſſimus, qui durũ ſcutum humani cordis penetrare tua potẽtia uales, confige cor meũ iaculo tui amoris, ut dicat tibi anima mea, Charitate tua uulnerata ſum, ita ut ex ipſo uulnere amoris tui uberrimæ fluãt lachrymæ die ac nocte. Percute domine, percute obſecro hanc duriſſimam mentem meam pia & ualida cuſpide dilectionis tuæ, & altius ad intima penetra potẽti uirtute. Et ſic de capite meo educ aquam im- D
menſam, & de oculis meis uerum fontẽ lachrymarum iugiter manantem, ex nimio affectu & deſiderio uiſionis pulchritudinis tuæ, ut lugeã die ac nocte, nullã in præſenti uita recipiẽs conſolationẽ, donec te in cœleſti thalamo merear uidere dilectũ & pulcherrimum ſponſum meum, deũ & dominum meũ, ut ibi uidens glorioſam, admirabilem & pulcherrimã faciem tuã, omni dulcedine plenã, cũ his quos elegiſti, maieſtatẽ tuã ſupplex adorem, & illic tandẽ cœleſti & ineffabili repletus iubilo æternæ exultationis exclamem cũ diligẽtibus te, dicens, Ecce quod concupiui iam uideo, quod ſperaui iã teneo, quod deſideraui iã habeo. Illi nanq; in cœlis iunctus ſum, quẽ in terris poſitus tota uirtute dilexi, tota charitate amplexus ſum, cui toto amore inhæſi, ipſum laudo benedico atq; adoro: Qui uiuit & regnat deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Precatio in afflictione Cap. XXXVIII

Miſerere domine, miſerere, pie miſerere mihi miſerrimo peccatori indigna agenti & digna patienti, aſſidue peccanti, & tua flagella quotidie ſuſtinenti. Si penſo malum quotidie quod feci, nõ eſt tantum quod patior, grauius eſt quod commiſi, leuius eſt quod tolero: Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum: omnia iudicia tua iuſta ſunt & uera: Iuſtus & rectus tu es dñe deus noſter, & non eſt ulla iniquitas in te. Non enim iniuſte neq; crudeliter affligis nos peccatores omnipotẽs & miſericors domine, qui cũ non eſſemus potenter feciſti nos, & cũ perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua mirabiliter reparaſti nos. Scio & certus ſum q; uita noſtra nõ temerarijs motibus agitur, ſed à te dño deo noſtro diſponitur & gubernatur. Vnde tibi cura eſt de omnibus, præcipue de ſeruis tuis, qui totã ſpem ſuam poſuerunt in ſola miſericordia tua: Idcirco obſecro & ſuppliciter rogo, ut non facias mihi ſecundũ peccata mea, quibus iram tuã merui, ſed ſecundũ magnam miſericordiam tuã, quæ ſuperat etiã peccata totius mundi. Tu domine qui exterius flagella irrogas, da ſemper interius indeficientem patientiam, ita ut laus tua non recedat de ore meo. Miſerere mei domine, miſerere mei & adiuua me, ſicut tu noſti quod mihi neceſſe eſt in corpore & in anima, ſcis omnia, potes omnia, qui uiuis in ſecula.

Domine

A Domine Ieſu Chriſte fili dei uiui, qui expanſis in cruce manibus propter mortalium omnium redemptionem hauſiſti calicem paſſionis, mihi hodie præbere digneris auxilium. Ecce pauper uenio ad te diuitem, miſer ad miſericordem, ne recedam uacuus uel contemptus: eſuriẽs incipio, ne deſinam de te iciunus: famelicus accedo, ne recedam impaſtus. Et ſi antequam comedam ſuſpiro, da uel poſt ſuſpiria ut comedam. In primis dulciſſime Ieſu coram magnificentia tuæ ſuauitatis confiteor aduerſum me iniuſtitiam meam. Ecce domine quia in peccatis fui conceptus & natus, & tu me abluiſti & ſanctificaſti, & ego poſtea me maioribus ſordidaui peccatis. Fui enim in neceſſarijs natus, poſtea in ſpontaneis uoluptatibus, ſed tuæ domine miſerationis non immemor, tuliſti me de domo patris mei carnalis, & de tabernaculis peccatorum, & inſpiraſti mihi ut ſequerer te cum generatione quærentium faciem tuam, ambulantium ſemitam rectam, commorantium inter lilia caſtitatis, & tecum diſcumbentium in cœnaculo altiſſimæ panpertatis: & ego tot beneficiorum ingratus poſt acceptum baptiſmum multa commiſi illicita, multa perpetraui nefanda, & ubi peccata emendare debui, peccata peccatis addidi. Hæc ſunt mala mea domine quibus exhonoraui te & maculaui me, quem ad imaginem & ſimilitudinem tuam creaſti, ſuperbia, uana gloria, & cætera multa alia mala, quibus uexatur & affligitur, laceratur & deſtruitur infelix anima mea. Ecce domine iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: & niſi tu cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, dexteram tuæ maieſtatis ſupponas, mergi cogor miſerabiliter in profundum. Attende domine deus & uide quoniam ſanctus, & ecce inſultat aduerſum me inimicus meus, dicens, Deus dereliquit eum, perſequar & comprehendam eum, quia non eſt qui eripiat, & tu domine uſquequo, conuertere & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam: Miſerere filio tuo quem in dolore non modico peperiſti, & noli attendere malum meum, ut obliuiſcaris bonum tuum. Quis eſt pater qui filium non
B liberet? Aut quis filius quem pater pietatis baculo non corripiat? Ergo pater & domine licet peccator ſim, non poſſum non eſſe filius tuus, quia tu me feciſti & refeciſti. Sicut peccaui emenda me, & prius flagello emendatum trade me filio tuo. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantem uteri ſui? Et certe ſi illa oblita fuerit, tu pater promiſiſti te non obliuiſci. Ecce clamo & non exaudis me, dolore crucior & non conſolaris me, quid dicam uel quid faciam miſerrimus? Ego tãto deſtitutus ſolatio, proiectus ſum à facie oculorum tuorum. Heu me de quanto bono in quantum malum cecidi, quò tendebam, & quò deueni, ubi ſum & ubi non ſum, ad quem aſpiraui & nunc in quibus ſuſpiro? Quæſiui bona, & ecce turbatio. Ecce iam morior, & Ieſus non eſt mecum. Et certe melius eſt mihi non eſſe, q; ſine Ieſu eſſe: melius eſt non uiuere, quàm uiuere ſine uita. Et tu domine Ieſu ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? Nunquid iraſceris mihi in finem? Placare obſecro & miſerere mei, & non auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo non auertiſti faciem tuam ab increpantibus & conſpuentibus in te. Fateor quia peccaui, & conſcientia mea meretur damnationem, & pœnitentia non ſufficit ad ſatisfactionem, ſed certum eſt quòd miſericordia tua ſuperat omnem offenſionem. Noli quæſo piiſſime domine ſcribere aduerſum me amaritudines meas, ut intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Væ mihi miſero cum uenerit dies iudicij, & aperti fuerint libri conſcientiarum, cum dicetur de me, Ecce homo & opera eius: Quid faciam tunc domine deus meus, cum cœli reuelabunt iniquitatem meam, & aduerſum me terra conſurget? Ecce nihil reſpondere potero, ſed demiſſo capite præ confuſione coram te ſtabo trepidus & confuſus. Heu me miſerum quid dicam? Clamabo ad te domine deus meus, Quare tacens conſumor? Veruntamen ſi locutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, amariſſima amaritudine crucior interius. Plange anima mea ſicut uidua ſuper uirum pubertatis tuæ, ulula miſera & plora, quoniam dimiſit te ſponſus tuus: id eſt, Chriſtus. Ira omnipotentis ne irruas ſuper me, quia nunquam capi poſſes in me:

Alia ad Ieſum Cap. XXXIX

Certe

Certe non est in toto me quod posset tolerare te. Miserere, ne desperem, sed desperando C
respirem. Etsi ego commisi unde me damnare potes, tu non amisisti unde saluare soles. Tu
domine non uis mortem peccatorum, nec lataris in perditione morientium, imò ut mortui
uiuerent tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortem occidit. Et si ipsi te moriente uixe-
runt, obsecro domine, ut ego te uiuente non moriar. Mitte manum tuam de alto, & libera
me de manu inimicorum meorum, ne supergaudeant mihi & dicant, deuorauimus eum.
Quis uncp bone Iesu de tua misericordia diffidat? Qui cum inimici tui essemus, redemisti
nos in sanguine tuo & reconciliasti nos deo. Ecce sub tuæ misericordiæ umbra protectus ad
thronum gloriæ ueniã postulans curro, clamans & pulsans donec miserearis mihi. Si enim
ad ueniam nos uocasti, ueniam nõ quærentes, quanto magis ueniam impetrabimus postu
lantes. Ne memineris dulcissime Iesu tuæ iustitiæ aduersus peccatorẽ tuũ, sed esto memor
benignitatis tuæ aduersus creaturam tuam. Ne memineris iræ aduersus reum, sed memor
esto miserationis tuæ aduersus miserum. Obliuiscere superbum prouocantem, & respice mi
serum inuocantem. Quid enim est Iesus, nisi saluator? Ergo Iesu per temetipsum exurge in
adiutorium mihi, & dic animæ meæ, salus tua ego sum. Multum domine de tua bonitate
præsumo, quoniã tuipse doces petere, quærere & pulsare, & ideo tua oratione admonitus
peto, quæro, & pulso. Et tu domine qui iubes petere, fac accipere: cõsulis quærere, da & inue-
nire: doces pulsare, aperi pulsanti, & confirma me infirmum, restaura me perditũ, suscita me
mortuum, & omnes sensus meos, cogitatus & actus dirigere & gubernare digneris in be-
neplacito tuo, ut de cætero tibi seruiam, tibi uiuam, tibicp me tradam. Scio domine mi quia
ex hoc cp me fecisti, debeo tibi meipsum, & quia me redemisti, & pro me homo factus es,
deberem tibi plus cp me si haberem, quanto tu maior es pro quo dedisti teipsum. Ecce nec
plus habeo, nec quod habeo, dare tibi possum sine te: sed accipe me tu, & trahe me ad te, ut
tuus sim imitatione & dilectione, sicut tuus sum conditione & creatione: Qui uiuis & re-

Alia precatio ad deum. Cap. XL

gnas in secula. Domine deus omnipotens, qui es trinus & unus, qui es semper in D
omnibus, & eras ante omnia, & eris semper in omnibus deus benedictus in secula, tibi com
mendo hodie & omni tempore animam meam, corpus meum, uisum, auditum, gustum,
odoratum, & tactũ, omnes cogitationes meas, affectiones, locutiones, actiones, omnia exte
riora & interiora, sensum & intellectum, memoriam meam, fidem & credulitatem meam,
& perseuerantiam meam in manus potentiæ tuæ, ut custodias ea diebus & noctibus, horis
atq; momentis. Exaudi me trinitas sancta, & conserua me ab omni malo, ab omni scanda-
lo, & ab omni mortali peccato, ab omnibus insidijs & infestationibus dæmonum, & inimi-
micorum uisibiliũ & inuisibilium, per orationes patriarcharum, per merita prophetarum,
per suffragia apostolorum, per constantiam martyrum, per fidem confessorum, per castita-
tem uirginum, & per intercessionem omniũ sanctorum qui tibi placuerũt ab initio mundi.
Expelle à me iactãtiam mentis, & auge compunctionem cordis, minue superbiam meam,
& perfice in me humilitatem uerã, suscita in me fletũ, mollifica cor meũ durũ & lapideum,
libera me domine & animã meã ab omnibus insidijs inimici, & conserua me in tua uolun-
tate. Doce me domine uolũtatem tuam facere, quia deus meus es tu. Da mihi domine sen-
sum perfectum & intellectũ, ut suscipere ualeam profundã benignitatem tuã. Illud da mihi
petere, quod te audire delectet & mihi expediat. Da mihi lachrymas ex toto affectu quæ
peccatorũ meorũ possint dissoluere uincula. Audi dominus meus & deus meus, audi quæ
peto, & da ut quod peto exaudias. Si despicis, pereo, si respicis, uiuo: si iustitiã meã requiris,
mortuus fœteo, si cum misericordia respexeris, fœtentem resuscitas de sepulchro. Quod
odis in me, longe fac à me, & castitatis ac continentiæ spiritum insere in me, ut quodcunq;
petiero, in ipsa petitione te non offendam. Tolle à me quod nocet, & præbe quod iuuet.
Præsta mihi dñe medicinã unde mea possint curari uulnera. Da mihi dñe timorem tuum,
cordis compunctionem, mẽtis humilitatem, & conscientiã purã. Præsta mihi dñe, ut frater-
nam semper tenere ualeam charitatem, & mala mea nõ obliuiscar, aliena nõ requirã. Parce

animæ

A animæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis, parce criminibus meis. Visita me infir-
mum, cura me ægrum, sana me languentem, & suscita me mortuum. Da mihi domine cor
quod te timeat, mẽtem quæ te diligat, sensum qui te intelligat, aures quæ te audiant, oculos
qui te uideant. Miserere mei deus miserere mei, & respice me de sede sancta maiestatis tuæ,
& tenebras cordis mei radio splendoris tui illumina. Da mihi domine discretionem discer-
nendi inter bonum & malum, & concede ut sensum habeam uigilem. Peto à te domine re-
missionem omnium peccatorum meorum, à quo & per quem mihi fiat propitiatio in tem-
pore necessitatis & angustiæ meæ. Sãcta & immaculata uirgo dei genitrix Maria, & mater
domini nostri Iesu Christi interuenire pro me digneris apud illum cuius meruisti effici tem
plum. Sancte Michaël, sancte Gabriel, sancte Raphaël, sancti chori angelorũ atq; archan
gelorum, patriarcharum atq; prophetarum, apostolorum, euangelistarum, martyrum, con
fessorum, sacerdotum, leuitarum, monachorum, uirginum, omniumcp iustorũ, & per illum
qui uos elegit, & de cuius contemplatione gaudetis, uos rogare præsumo, ut pro me culpa-
bili ipsi deo supplicare dignemini, quatenus de faucibus diaboli, & de morte perpetua me-
rear liberari. Largiri mihi digneris domine perpetuam uitam, secundũ clementiam ac beni
gnissimam misericordiã tuam. Da domine Iesu Christe sacerdotibus cõcordiam, regibus,
episcopis & principibus iuste iudicantibus tranquillitatẽ & pacem. Oro domine pro uniuer
sa sancta ecclesia catholica, pro uiris & fœminis, pro religiosis & secularibus, pro omnibus
rectoribus Christianorum, cunctiscp in te credentibus, qui pro tuo amore sancto laborãt,
ut perseuerãtiam boni operis obtineant. Præsta domine rex æterne uirginibus castitatem,
deo dicatis continentiam, coniugatis sanctimoniam, pœnitentibus indulgẽtiam, uiduis &
orphanis sustentationem, pauperibus protectionem, peregrinantibus reditum, lugentibus
consolationem, defunctis fidelibus requiem sempiternam, nauigantibus in portum uenire
salutis, optimis ut in bonitate semper consistant, bonis & mediocribus ut meliores fiant,
B praue agentibus & delinquẽtibus ut cito se corrigant. O dulcissime & misericordissime do-
mine Iesu Christe fili dei uiui, redemptor mũdi, inter omnes & per omnia me miserum pec
catorem confiteor, sed tu clementissime pater & summe qui omnium misereris, non me pa-
tiaris à tua misericordia fieri alienum. Et tu domine rex regum qui inducias uiuendi præ-
stas, corrigendi mihi deuotionem tribue, excita in me mentem quæ te requirat, te deside-
ret, & te qui es ubique totus trinus & unus semper præ omnibus amet, te timeat, tuam cp
uoluntatem faciat. Præcipue ergo te domine sancte pater deprecor, qui es benedictus &
gloriosus per omnia secula, ut omnes qui mei memoriam faciunt in suis orationibus, & qui
indignis orationibus meis se commendauerunt, & qui mihi aliquod charitatis officium
& pietatis studium impenderunt, seu & illos qui consanguinitate ac cognationis affectu
sunt mihi propinqui, tam & illos qui nunc consistunt in corpore, quàm & illos qui teguntur
sũnere, misericorditer gubernare digneris ne pereant. Omnibus etiam Christianis uiuis ad-
iutorium præstare digneris, & defunctis fidelibus absolutionem & requiem sempiternam
per æterna secula. Necnon & illud magnopere supplico domine qui es alpha & ω, ut cum
extrema dies mea finiscp uitæ meæ aduenerit, tuipse mihi sis misericors iudex contra ma-
lignum accusatorem diabolum, & sis mihi perpetuus defensor aduersus insidias hostis an-
tiqui, & in societatem angelorũ omniumcp sanctorum in sancto paradiso tuo perseuerare
facias, qui es benedictus in secula seculorum, Amen.

precatio de passione Christi. Cap. XLI

Hæc & duæ superiores nõ sunt similes cæteris

Domine Iesu Christe, redemptio mea, misericordia mea, salus mea, te laudo, tibi grã-
tias ago, quãuis ualde impares tuis beneficijs, quamuis multũ expertes deuotionis, quãuis
macras à desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus, tamen qualescunq; gratias, nõ qua-
les scio me debere, sed sicut potest conari, tibi persoluit anima mea. Spes cordis mei, uirtus
animæ meæ, cõpleat tua potẽtissima dignitas, quod conatur mea tepidissima imbecillitas,
uita mea, tu finis intẽtionis meæ. Et si nondum merui tantũ, quantum debitor sum amare,
utiq; saltẽ desidero te amare quantũ debeo. Illuminatio mea tu uides conscientiã meã, quia

domine

domine ante te est omne desiderium meum, & tu donas si quid bene uult conscientia mea. G
Si bonũ est domine quod inspiras, imò quia bonũ est ut te uelim amare, da quod me facis
uelle. Da ut quãtum iubes, tantum te merear amare, laudes & gratias refero ne sit mihi do
num tuum infructuosum, quod tua spontanea dedisti uoluntate, perfice quod incœpisti, &
dona quod me benigne præueniendo immeritum desiderare fecisti. Cõuerte benignissime
meũ torporem in feruentissimũ tui amorem. Ad hoc clemẽtissime tendit hæc oratio mea,
hæc memoria & meditatio beneficiorum tuorum, ut accendas in me tuũ amorem. Tua me
domine bonitas creauit, tua misericordia creatũ ab originali peccato mũdauit, tua patiẽtia
post illã emundationem baptismi in alijs peccatorũ sordibus inuolutũ hactenus tolerauit,
nutriuit & expectauit. Expectas tu bone domine correctionẽ, expectat anima mea ad pœ
nitendum, ad bene uiuẽdum tuæ gratiæ inspirationem. Deus meus, creator meus, tolerator
& nutritor meus, te sitio, te esurio, te desidero, ad te suspiro & concupisco, & sicut pupillus be
nignissimus patris orbatus præsentia, flens & eiulans incessanter eius dilectam faciem toto
corde amplectitur: sic ego non quantum debeo, sed quantum queo memor passionis tuæ,
memor alaparum tuarum, memor flagellorum, memor uulnerum tuorũ, memor qualiter
pro me occisus es, qualiter conditus, qualiter sepultus, simul memor tuæ gloriosæ resurre
ctionis & admirabilis ascẽsionis, hæc indubitata fide teneo, exilij mei erumnas defleo, spero
tui aduentus solam consolationem, ardenter desidero tui uultus gloriosam contemplatio
nem. Heu mihi quia uidere non potui dominum angelorum, humiliatum ad conuersatio
nem hominum ut homines exaltaret ad conuersationem angelorum, cum deus offensus
moriebatur ut peccator uiueret. Heu q̃ tam admirabili, tã inæstimabili pietati præsens ob
stupescere nõ merui. Cur ô anima mea te præsertim non transfigit gladius doloris acutissi
mi, cum ferre nõ posses uulnerari lancea latus tui saluatoris, cum uidere nequires uiolari cla
uis pedes & manus tui plasmatoris, cum horrore effundi sanguinem tui redemptoris, cur
non es inebriata lachrymarum amaritudine, cum ille potaretur amaritudine fellis? Cur nõ D
es compassa castissimæ uirgini, dignissimæ matri eius, dignissimæ dominæ tuæ? Domina
mea misericordissima, quos fontes dicam erupisse de tuis pudicissimis oculis, cum attẽderes
unicum filium tuum innocẽtem coram te ligari, flagellari & mactari? Quos fletus credam
perfudisse pijssimum tuum uultum, cum suspiceres eũdem filium tuum deum & dominum
tuum in cruce sine culpa extendi, & carnem de carne tua ab impijs crudeliter dissecari? Qui
Ioan.19 bus singultibus extimabo purissimum pectus tuum uexatum esse, cum tu audires, Mulier
ecce filius tuus: & discipulus, Ecce mater tua: cũ acciperes discipulum pro magistro, seruum
pro domino? Vtinam cum felice Ioseph dominum meũ de cruce deposuissem, aromatibus
condissem, in sepulchro collocassem, ut saltem prosecutus uel consecutus essem, ut tanto
funeri non defuisset aliquid mei obsequij. Vtinam cum beatis mulieribus coruscа uisione
angelorum essem territus, & audissem nuncium dominicæ resurrectionis, nũcium meæ con
solationis, nuncium tam expectatum, nuncium tam desideratum. Vtinam, inquam, audis-
Marci 16 sem ex ore angeli, Nolite timere, uos Iesum quæritis crucifixum, surrexit non est hic. Beni
gnissime, suauissime, serenissime, quando restaurabis mihi, quia non uidi illam beatæ tuæ
carnis incorruptionem, quia non fui deosculatus loca uulnerum, fixurã clauorum, quia non
respersi lachrymis gaudij cicatrices corporis ueri, admirabilis, inæstimabilis, incõparabilis,
quando consolaberis & compesces me à dolore meo? Non enim cadit in me dolor meus
quamdiu peregrinus sum à domino meo. Heu mihi domine, heu animæ meæ, recessisti cõ
solator animæ meæ, nec uale dixisti. Ingrediẽs uias tuas benedixisti tuis, nec affui. Eleuatis
manibus à nube susceptus es in cœlum, nec uidi. Angeli promiserũt te rediturũ, nec audiui.
Quid dicam? quid faciã? quò uadam? Vbi eum quæram? uel quando inueniam? Quem
rogabo? Quis nunciabit dilecto, quia amore langueo? Defecit gaudiũ cordis mei. Versus
est in luctum risus meus, defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea deus in
æternum. Renuit cõsolari anima mea, nisi de te dulcedo mea. Quid enim mihi est in cœlo,
& à te

A & à te quid uolui super terram? Te uolo, te spero, te quæro, tibi dixit cor meum, quæsiui
uultum tuum, uultum tuum domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Amator ho
minum benignissime, tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Mi aduocate tu
tissime, miserere mei orphani derelicti, pupillus factus sum absq; patre, anima mea quasi
uidua. Respice orbitatis & uiduitatis meæ lachrymas, quas tibi offero donec redeas. Eia iã
domine eia, appare mihi & consolatus ero. Exhibe præsentiam tuam, & consecutus ero desi
derium meum. Reuela gloriam tuã & erit perfectum gaudium meum. Sitiuit in te anima
mea, cẽ multipliciter tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ue
niam & apparebo ante faciem domini? quando uenies consolator meus? quem expecta
bo? O si quando uidebo gaudium meum quod desidero, ô si satiabor cum apparuerit glo
ria mea quam esurio. O si inebriabor ab ubertate domus tuæ ad quam suspiro, si potabis
me torrẽte uoluptatis tuæ quem sitio. Sint mihi domine interim lachrymæ meæ panes die
ac nocte, donec dicatur mihi, Ecce deus tuus: donec audiat anima mea, Ecce sponsus tuus.
Pasce interim me singultibus meis, refocilla me doloribus meis, ueniet fortasse redemptor
meus quia bonus est, nec tardabit quia pius est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

AD LECTOREM.

LIBER pius nec ineruditus, quanquam phrasis plurimum discrepat ab Augustiniana.

DE DILIGENDO DEO LIBER.

B VIGILI cura, mente sollicita, summo conatu, & sollicitudine continuà Cap. I
decet nos inquirere & addiscere quomodo & qua uia possimus infer
nale supplicium uitare, & cœleste gaudium acquirere: cum nec illud sup
plicium uitari, nec illud gaudium acquiri possit, nisi uia cognita qua est
illud uitandum, & illud acquirendum. Audiamus ergo libentius, inspi
ciamus diligentius uerba Apostoli, quibus ipse duo ostendit, scilicet q̃
cœlestis gloria ineffabilis est, & quæ sit uia quæ ducit ad uitã: ait enim,
Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit deus diligen 1. Cor. 2
tibus se. Ecce per hoc q̃ dicit deum præparasse bona diligentibus se, ostendit quia dilectio
uia est qua ad illa bona peruenitur: sed dilectio dei sine dilectione proximi haberi non po
test, testante beato Ioanne, qui ait, Qui non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem 1. Ioan. 4
non uidet, quomodo diligere potest? Et hoc mandatũ habemus à deo, ut qui diligit deum
diligat & proximũ suum. Ecce in hac gemina dilectione consistit uera charitas, de qua Apo
stolus loquens, ait, Excellentiorem adhuc uiam uobis demonstro. Ecce charitas excellentis- 1. Cor. 12
sima uia est, quæ ducit ad cœlestem patriam, & sine qua nemo illuc uenire potest. Sed quis
in hac uia est? quis nouit eam? Qui diligit deum & proximum. Quomodo diligendus est
deus, & quomodo proximus? Deum debemus diligere plus q̃ nos, & proximũ sicut nos.
Deum diligimus plus q̃ nos, si præcepta eius uoluntati nostræ in omnibus præponimus.
Proximum autem nõ iubemur diligere quantum nos, sed sicut nos, id est, uelle & optare ei
omne bonum, quod debemus uelle & optare nobis, & maxime æternam beatitudinem, &
ad illam obtinendam ei succurrere, & in corporalibus bonis, & in spiritalibus, prout ratio
exigit, & facultas permittit: unde dominus in euangelio ait, Quæcunq; uultis ut faciant uo- Matth. 7
bis homines, & uos eadem facite illis: & Ioannes apostolus ait, Non diligamus uerbo neq; 1. Ioan. 3
lingua, sed opere & ueritate. Sed qui sunt proximi quos debemus sic diligere? Certe omnes
homines Christiani, Iudæi, pagani, amici & inimici. Cum ergo tota salus nostra Cap. II
in dilectione consistit, quare & qualiter dominus diligendus sit, diligenter consyderandum
est. Ad dei igitur dilectionem in nobis excipiendam, nutriendam, & augendam nihil ita
ualet, sicut beneficiorum eius frequens & diligens recordatio uel consyderatio. Tanta enim
nobis tribuit, & tanta retribuit, q̃ deficit anima nostra, deficit prorsus in consyderatione

tantorum beneficiorum eius. Et licet non possimus ei tantum & tantas ut deceret, amorem C
& obsequium & gratiarum actiones, tamen quantum & quantas possumus, rependere de-
bemus. Ecce quare, id est, pro beneficijs suis quæ sua magna pietate, sua gratuita bonitate,
nullis nostris meritis exigentibus nobis contulit dominus, à nobis quoq; multum diligen-
dus est. Qualiter autem à nobis diligẽdus est deus, illud eius mandatum manifestat, quod
nimis mandauit & nimis custodiri uoluit. Audi igitur ô homo illud omnium mãdatorum
& maximum & primum mandatum. Audi, inquam, illud diligẽter, retine memoriter, medi-
tare iugiter, & pro uiribus tuis imple instanter, assidue & perseueranter: hoc autem est illud
Deut. 6 mãdatum, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, id est, ex toto intellectu, & ex tota
anima tua, id est, ex tota uoluntate tua, & ex tota mente, id est, ex tota memoria, ut omnes
cogitationes tuas, omnem q; uitam tuam, & omnem intellectum tuum in illum conserues.
Sed quia parum te forte à deo diligi æstimas, illum quoq; parum diligere nõ uereris. Scru-
tare ergo & reuolue in animo tuo quæ tibi contulit dona & beneficia, qua ue promisit, & te
uehementer illum debere diligere conuinceris. Vt autem amor dei in te amplius excitetur
& crescat, consydera diligenter, à quo, quare, uel ad quid creatus sit homo, quæ ue deus pro-
pter hominem creauit. Sciendum est ergo rerum creatarum, cœlestium uel terrestrium, uisi-
bilium uel inuisibilium causam nõ esse nisi bonitatem creatoris, qui est deus unus & uerus,
cuius est tanta bonitas, ut alios suæ beatitudinis qua æternaliter beatus est, uelit esse parti-
cipes, quam uidit cõmunicari posse, minui omnino nõ posse. Illud igitur bonum quod ipse
erat, & quo ipse erat beatus, sola bonitate, non necessitate alijs communicare uoluit, quia
summi boni erat prodesse uelle, & omnipotentissimi nocere nõ posse. Et quia nõ ualet eius
beatitudinis particeps existere aliquis, nisi per intelligentiã, quæ quanto magis intelligitur,
tanto plenius habetur, fecit deus rationalem creaturam quæ summum bonum intelligeret,
intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur, eamq; hoc modo distin-
xit, ut pars in sui puritate permaneret, nec corpori uniretur, scilicet angelus: pars corpori iun D
geretur, scilicet anima. Distincta est igitur rationalis creatura in incorporeã & corpoream.
Incorporea, angelus: corporea uero, homo uocatur ex anima rationali & carne subsistens.
Conditio igitur rationalis creaturæ primam causam habuit dei bonitatem. Creatus est igi-
tur homo uel angelus propter bonitatem dei: nam quia bonus est deus, sumus, & inquan-
tum sumus, boni sumus. Ad quid autem creata sit rationalis creatura? Ad laudandũ deum,
ad seruiendum ei, ad fruendum eo, in quibus ipsa proficit, non deus: deus enim perfectus &
summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quòd autẽ creatura rationalis facta
est à deo, referẽdum est ad creatoris bonitatem, & ad creaturæ utilitatem. Cum igitur quæ-
ritur, quare uel ad quid facta sit rationalis creatura? Respondendum est propter dei boni-
tatem, & creaturæ utilitatem, utile nempe est ei seruire deo & frui eo.

Cap. III Factus ergo angelus, siue homo propter deũ dicitur esse, nõ quia deus creator & sum-
me beatus alterutrius indigeret officio, quia bonorum nostrorum nõ eget, sed ut seruiret ei
& frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc proficit seruiens, non ille cui seruitur. Et sicut fa-
ctus est homo propter deum, sic factus est mũdus propter hominem ut ei seruiret. Positus
est ergo homo ut ei seruiretur, & ut ipse seruiret, ut acciperet utrunq; & reflueret totũ ad bo
num hominis, & quod accepit obsequiũ, & quod impẽdit. Ita enim uoluit deus sibi ab ho
mine seruiri, ut ea seruitute nõ deus sed homo iuuaretur: & uoluit ut mundus seruiret homi
ni, ut exinde similiter iuuaretur homo. Totũ igitur bonũ hominis erat, & quod factum est
1. Cor. 3 propter ipsum, & propter quod factus est ipse. Omnia, enim ait Apostolus, nostra sunt, su-
periora scilicet æqualia & inferiora. Superiora quidẽ nostra sunt ad perfruẽdum, ut deus tri
nitas. Æqualia nostra sunt ad conuiuẽdum, scilicet angeli, qui & si modo sunt superiores no-
bis, in futuro erũt æquales. Et inferiora nostra sunt, quæ ad usum nobis sunt, sicut res domi-
norum dicũtur esse famulorũ, non priuatione à dño, sed quia sunt ad usum eorũ. Ipsiq; an-
geli in quibusdã scripturæ locis nobis seruire dicũtur, dũ propter nos in ministeriũ mittun-

tur:

A tur: unde Apostolus ait, Quoniã omnes administratorij spiritus sunt, missi in ministerium Heb. 1
propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis. Neq; id incredibile cuiq; uideatur, quandoqui-
dem & ipse creator & rex angelorum uenit non ministrari, sed ministrare, & dare animam
suam pro multis. Dicuntur enim angeli orationes & uota nostra offerre deo, nõ quia deum
doceant, quia omnia anteq; fiunt sicut & postea facta sunt nouit, sed quia eius uolũtatem
super his consulunt, & quod deo iubente completum esse cognouerint, hoc nobis euidenter
uel latẽter reportent: unde angelus hominibus ait, Cum orastis orationem uestram, obtuli Tobiæ 12.
deo. Similiter & nos cum oramus, non deum docemus quasi nesciat quid uelimus, & quo
indigeamus: sed necesse habet rationalis creatura temporales causas ad æternam ueritatem
referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid fiat. De excelso igitur cœlorum
habitaculo ad consulendos, uisitandos, & ad adiuuandum nos attrahit supereminens cha-
ritas angelos propter deum, propter nos, propter seipsos. Propter deum utiq;, cuius tanta
erga nos pietatis uiscera ipsi quoq; ut dignũ est imitãtur. Propter nos, in quibus nimirum
propriã similitudinẽ admirantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis
toto desiderio præstolantur. Primum ergo necesse est ut quisq; seipsum consyde De dei in nos dile-
ret, & cum cognouerit dignitatem suam, ne iniuriam faciat creatori suo, abiectiora se non ctione, Cap. IIII
amet: nam ea quæ per se consyderata pulchra sunt, pulchrioribus comparata uilescunt: &
sicut ineptum est deformia pulchris coniungere, sic non indecens est ea quæ nõ habent insi-
mam quandã & imaginariam pulchritudinem pulcherrimis coæquare. Tuam ergo anima
attende pulchritudinem, & intellige qualem pulchritudinem debeas diligere. Quòd si forte
uisio tua ita per negligẽtiam tuam obscurata est, & temetipsam ut decet & expedit, contem
plari non sufficis, cur saltem quod de te existimare debeas, ex iudicio alieno nõ perpendis?
Sponsum habes, sed nescis pulcherrimum omniũ, quia faciem eius non uidisti. Ille te uidet,
q; nisi te uidisset, non te diligeret. Noluit adhuc seipsum præsentare tibi, sed munera misit,
B arram dedit pignus amoris, signum dilectionis ut cognoscere illum posses. Si speciem eius
uideres, non ambigeres, scires enim q; tam pulcher, tam formosus, tam elegans, tam unicus
in tuo aspectu captus non esset, si non eum singularis decor & ultra cæteros admirãdus trã
heret. Ergo quid agis? nunc uidere illum non potes, quia absens, & ideo non times nec erũ-
bescis illi iniuriam facere, & singularem eius amorem cõtemnis, tecq; alienæ libidini turpiter
& impudice prostituis. Noli sic facere, si adhuc scire nõ potes qualis ille sit qui te diligit, con
sydera saltem arram quã dedit tibi, fortassis in ipso munere eius quod penes te est, poteris
agnoscere quo affectu illũ diligere, quo studio & diligentia te illi debeas cõseruare. Insignis
est arra eius, nobile donum, quia magnum nõ decuit ut parua daret, nec pro paruo magna
sapiẽs dedisset. Magnũ ergo est quod tibi dedit, sed maius est quod in te diligit. Magnũ est
ergo quod tibi dedit. Quid tibi dedit ô anima mea sponsus tuus? Respice uniuersum mun
dum istũ, & consyderã si in eo aliquid sit quod tibi nõ seruiat. Omnis creatura ad hũc finem
cursum suum dirigit, ut obsequijs tuis famuletur & utilitati deseruiat, tuisq; oblectamentis
pariter & necessitatibus secundũ affluentiam & deficientiã occurrat, hoc cœlũ, hæc terra, hic
aër, hæc maria cum eis quæ in ipsis sunt uniuersis, explere nõ cessat, hic circuitus temporum
annuis innouationibus rediuiuis partibus antiqua innouans, dilapsa informãs, consumpta
instaurans pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hæc instituit, quis illud naturæ
præcepit ut uno cẽsu tibi seruiat? Beneficiũ accipis, & autorẽ eius nõ cognoscis, donũ in ma
nifesto est, largitor occultus, & ipsa ratio tua te dubitare nõ sinit hoc tuũ nõ debitũ esse, sed
beneficiũ alienũ. Quicunq; ergo ille est, multũ nobis cõtulit, & qui tantũ dare uoluit, multũ
dilexit. Tantũ ergo diligens & tã diligẽdus dono suo demõstratur: Et q; stultũ est amorẽ tã
potẽtis nõ ultra cõcupiscere, q; impium, q; peruersum est tã diligentẽ non amare? Si autem
ista diligis, ut subiecta dilige, ut famulantia dilige, ut arram sponsi, ut munera amici, ut be-
neficia dñi, sic tamen ut memineris semper q; illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter
illũ, nec ista cũ illo, sed ista propter illũ, & per ista illũ, & super ista illum diligas.

De fruitione dei Cap. V

Caue ô anima, ne quod absit, meretrix dicaris, si munera dantis plus q̄ amantis affectum diligis. Maiorem charitati eius iniuriam facis si dona illius accipis, & tamen uicissitudinem dilectionis nō impēdis. At dona illius si potes respice, uel si dona illius respicere non potes, uicissitudinem dilectionis repende. Dilige illum propter se, dilige te propter se: dilige illum ut fruaris illo, dilige te ut dilīgaris ab illo. Dilige in donis illius quæ data sunt ab illo, illum tibi & te illi dilige. Hæc pura & casta dilectio est, nil habēs sordidum uel amarum, nil transitorium. Consydera ergo ô anima quæ cōmunia cum hominibus, quæ specialia cum aliquibus, quæ singularia sola acceperis. In omnibus his te dilige, quæ uel communiter cum omnibus, uel specialiter quibusdā, uel singulariter tibi soli tribuit. Cum omnibus ergo te dilexit, quibus te singulari dono prætulit, in omni creatura dilecta es, cum omnibus bonis dilecta es, præ omnibus malis dilecta es: & cū parū tibi hoc uideatur q̄ præ omnibus malis dilecta es, quanti boni sunt qui minus te acceperunt?

De creationis pariter & recreationis gratuitis muneribus. Cap. VI

Primum cogita ô anima q̄ aliquando non fueris, & ut esse inciperes, hoc dei dono acceperis. Donum ergo eius erat ut fieres: sed nunquid ei aliquid dederas priusq̄ fieres, q̄ tibi hoc redderet ut fieres? Nihil prorsus, nil tu dederas, nil tu dedisse poteras priusq̄ fieres: qui utiq; si nil amplius dedisset, pro eoipso tamen semper à nobis laudandus & diligendus esset: nunc autem amplius dedit, q̄ dedit non solum esse, sed & pulchrū esse & formosum esse. Sed nec hic terminari potuit munificētia largitoris optimi, adhuc aliquid plus dedit, sed magis nos ad similitudinem suam traxit. Voluit ad se trahere per similitudinē, quos ad se trahebat per dilectionem. Dedit ergo nobis esse, & pulchros esse dedit & uiuere, ut præcellamus his quæ nō sunt per essentiam, & his quæ inordinata sunt & incompleta, aut incomposita per formam, aut inanimata per uitam. Magno debito obligata es anima mea, multū accepisti, & nihil à te habuisti, & pro omnibus his non habes quid retribuas, nisi tantum ut diligas. Nam quod per dilectionem datum est, nec melius nec deterius q̄ per dilectionem repēdi potest: accepisti autē hoc per dilectionem. Iam nunc tibi narrare incipiam quantum iste sponsus tuus qui tam excellens apparuit cum te conderet, humiliari dignatus est cū te repararet. Illic tam sublimis, hic tam humilis: non tam hic, q̄ illic minus admirabilis. Illic potenter magna tibi contulit, hic misericorditer pro te dira sustinuit. Vt enim releuaret te illuc unde ceciderās, ipse descendere dignatus est huc ubi iacebas: & ut tibi iuste redderetur quod perdideras, ipse dignatus est pie pati quod tolerabas. Descēdit ergo, suscepit, sustinuit, uicit, restaurauit: descēdit ad mortalē, suscepit mortalitatem, sustinuit passionem, uicit mortem, restaurauit hominem. Ecce anima mea obstupesce tāta mirabilia, tāta beneficia propter te exhibita. Cogita quantū te diligat, qui tanta dignatus est facere propter te: pulchra fueras eius munere, sœda facta es tua iniquitate: sed rursum mūdata es & formosa facta es eius pietate, operāte tamē utrobiq; eius charitate. Olim cū non esses, dilexit ut cōderet: cū sœda esses, dilexit ut pulchrā faceret: & ut ostēderet tibi quantū te diligeret, nō nisi moriēdo à morte liberare te uoluit, ut nō impēderet tantū pietatis beneficiū, uerūctiā charitatis mōstraret affectū. Grandi itaq; dignatione primo homini spiraculū uitæ desup pius formator infudit, sed multo maiori charitate pro eodē homine nō iā sua dedit, sed seipsum impēdit atq; tradidit. Magnū quidē est de deo, q̄ esse me sentio opus eius: sed multo plus est, q̄ trāsisse ipsum uideo in preciū meū, quoniā quidē tam copioso munere ipsa redemptio agitur, ut homo dcū ualere uideatur. O felix culpa mea, ad quā diluēdam dū ille charitate trahitur, ipsa quoq; eius charitas mihi eā desideranti & eā totis præcordijs concupiscenti aperitur. Nunq̄ tā bene dilectionē eius agnoscerē, nisi in tātis periculis expertus eā fuissem. O q̄ feliciter ceciди, qui post lapsum felicius resurrexi. Nulla dilectio maior, nullus amor syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior, mortuus est pro me innocēs, nihil quod amaret in me inueniēs. Quid ergo dilexisti

De beneficio uocationis ad fidem Cap. VII

dñe in me, & tātum dilexisti ut morereris pro me: quod tale in me inueniſti, pro quo tāta & tā dura sustinere uoluisti? Et tu quoq; si cogitare cœperis ô anima mea, quot & quales in cōparatione tui abiecti sint, qui hāc quæ tibi data est gratiā consequi nō potuerūt. Certe audisti

audisti ab initio usq; ad hanc diem, q̄ multæ generationes pertransierunt quæ omnes sine cognitione dei & precio suæ redemptionis in interitum sempiternū dilapsæ sunt, omnibus illis redemptor tuus te prætulit, quando tibi hanc gratiā largitus est, quā nullus eorū percipere meruit, tu sola præ omnibus illis assumpta es, & quare hoc in te factū sit, nullā præter solā saluatoris tui charitatē inuenire poteris causam. Elegit ergo & prælegit te spōsus tuus, amator tuus, deus tuus, redemptor tuus. Elegit te in omnibus, & assumpsit te ex omnibus, & amauit te in omnibus, nomine suo uocauit te, ut memoriale eius semper esset apud te, uoluit te participē esse in nomine, participē in nominis ueritate, quoniā unxit te illo quo & ipse unctus erat oleo lætitiæ, ut ab uncto sis unctus, quia à Christo dicitur Christianus. Sed nunquid tu fortior, nūquid sapiētior, nunqd nobilior, nūquid omnibus illis ditior fuisti, qui hanc præ omnibus illis specialē gratiā sortiri meruisti? Quot fortes, quot sapiētes, quot nobiles, quot diuites ibi fuerūt, & tñ uniuersi relicti & abiecti perierāt. Multū fateor collatum est tibi, nā cum fœda prius fuisses & polluta & deformis & squalida, discissa & dissipata & omni horrore & enormitate plena, sic deus dñs tuus dilexit te, ut te tantis gratiæ suæ muneribus ditaret. Nisi ergo prius multa cura, studio uehemēti exculpta & ornata decēter fueris, in cœlestis sponsi thalamū introduci digna nō eris. Nunc ergo dū tempus est ô anima meæ formā tuā excole, faciē orna, habitū cōpone, maculas terge, mundiciā repara, mores corrige, dignā spōsam omni nisu te redde. Præpara ergo te sicut decet spōsam immortalis, spōsam regni cœlestis.

De uirtutū munere. Cap. VIII

Hoc etiā ad dilectionē pertinere scias, q̄ habes unde te ornare possis, quod utiq; ex te nō haberes nisi ab illo reciperes: ab illo autē accepisti ut uestimēta bonorū operū indui & fructu eleemosynarū cū ieiunijs, sacris uigilijs, alijs quoq; operibus pietatis, quasi quodā uario ornatu possis ornari uel decorari, & quicqd ad sanitatē, quicqd ad refectionē, quicqd ad speciē reparādam, quicqd ad decorē augēdum ualere dinoscitur, copiose tribuit. Vnde q̄ copiosa dispēsatio tibi ubiq; occurrit? Nō habuisti, & datū est tibi, pdidisti, & instauratū est tibi, nunq̄ derelinqueris, ut scias quantū ille diligat à quo amaris. Nō uult te perdere, & ideo tanta patiētia te expectat, & cōcedit pie totiens negligēter amissa, iterum atq; iterū si uolueris reparare. O quot reperiūtur iā qui ista secū receperūt, sed amissa iterū secū accipere nō meruerūt. Plus omnibus illis dilecta es, quia tibi tā benigne amissum redditur, quod illis perditū tā districte negatur. Nunq̄ tibi gratia bene operādi ipso largiente negata est. Si magna opera facis, misericorditer sublimaris. Meliuş enim nouit ille quid tibi expediat q̄ tu, & ob hoc si uis de eo bene sentire, totū quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige: talis est enim amor dei in nobis, nec quicq̄ omnino humana infirmitas tolerat quod ipse quantū in sua bonitate est, & ad bonū nostrū nō disponat. Forte gratiā uirtutū non habes, sed dū uitiorū impulsu cōcuteris, melius in humilitate solidaris. Suauius enim redolet deo humilitas infirma, q̄ uirtus elata. Nihil omnino dispositioni diuinæ præiudicare audeas, sed semper cū timore & reuerētia ora deū, ut quēadmodum ipse nouit, tibi subueniat, si qua adhuc tñ in te mala remāserint, pie diluat: si qua inchoata sunt bona, benigne perficiat, & ea te qua uoluerit ad se uia perducat.

Cap. IX

O anima quid faciemus dño deo à quo tot bona accepimus? Neq; enim contentus fuit eadem quæ cæteris nobis bona tribuere, sed in malis quoq; nostris eius singularē dilectionē cognoscimus, ut cū tam de bonis q̄ de malis nostris omnibus singulariter diligamus. Tu dedisti mihi dñe ut te agnoscā, & præ cæteris multis de tuis secreta reuelata intelligā. Alios coætaneos meos in tenebris ignorātiæ dereliqsti, & mihi præ illis gratiæ tuæ lumē infudisti, tu dedisti mihi sensum capacē, intellectū facilē, memoriā tenacē, efficaciā in opere, gratiā in cōuersatione, profectū in studijs, profectū in cōceptis, solamen in aduersis, tutelā in prosperis, & quocunq; uertebā me ubiq; gratia tua & misericordia tua præcessit, & sæpe mihi cū cōsumptus uidebar, subito liberasti me: qñ errabā, reduxisti me: qñ ignorabā, docuisti me: qñ peccaui, corripuisti me: qñ tristabar, cōsolatus es me: qñ cecidi, erexisti me: qñ steti, tenuisti me: tu dedisti mihi uerius agnoscere te, purius diligere te, syncerius credere in te, ardētius sequi te. O dñe deus meus, dulcedo uitæ meæ, lumen oculorum

lorum meorum quid retribuã tibi pro omnibus quæ retribuisti mihi? Vis ut diligam te. Et C
quomõ diligã te, quantũ diligã te, quis sum qui diligã te, fortitudo mea dñs, firmamentum
meum refugiũ & liberator meus? Deus meus adiutor meus, protector meus, cornu salutis
De dei circa nos sollicitudine. Cap. X meæ & susceptor meus, quantũ adhuc dicã, tu es dñe deus meus. Multa & innumera-
bilia bona feci sti mihi dñe deus meus, de qbus mihi erit semp dulcor cogitare, semp loqui,
fac me gratias agere ut te laudem & amem pro omnibus beneficijs tuis. Ecce habes anima
mea ariã tuã, & arra tua cognoscit sponsum tuũ. Serua ergo te illi intactã, serua impollutã,
serua incontaminatã, serua integrã. Si olim meretrix fuisti, iã uirgo facta es, quẽadmodum
amor illius cõsueuit corruptis integritatẽ reddere, & integris castitatẽ seruare. Sẽper cogita
quantã tecũ misericordiã fecit, & in hoc perpende quantũ ab ipso diligeris, qꝑ eius beneficiũ
nunqꝫ tibi defuisse cognoscis. Sic certe mihi uidetur cũ eius miserationes circa me attẽdo, qꝑ
si fas est dicere, nil aliud agit deus nisi ut meæ saluti prouideat, & ita totũ ad custodiã meã
occupatũ uideo, quasi omniũ oblitus sit, & mihi soli uacare uelit. Sẽper præsentẽ mihi se ex-
hibet deus, semp paratũ offert, quocunqꝫ me uerto, me nõ deserit, ubicũqꝫ fuero, nõ recedit,
quicqd egero, pariter assistit, & tandẽ cũctis actionibus meis ꝓpetuus inspector, & quantũ
ad bonitatẽ suã ꝓtinet quasi indiuiduus cooperator assistit, ipse operis sui effectũ patienter
ostẽdit. Ex quo cõstat qꝑ licet facies eius à nobis adhuc uideri nõ possit, nunqꝫ tñ possit eius
præsentia euitari. Sed qd est illud dulce quod in eius recordatione me tangere solet, & tã ue-
hementer & tam suauiter afficere, ut tã tota quodãmodo à meipso abalienari, & nescio quò
abstrahi incipiã? Subito tota innouor & tota immutor, & bene mihi esse incipit ultra qꝫ di
cere sufficiã, exhilaratur conscientia, in obliuionẽ uenit omnis præteritorũ dolorum miseria,
exultat animus, claresc it intellectus, cor illuminatur, desiderio iucũdatur. Iamqꝫ alibi nescio
ubi me esse uideo, & quasi quibusdã amplexibus amorũ intus teneo, & nescio qd illud sit, &
cũ illud retinere semp & nunqꝫ perdere toto nisu laboro, luctatur quodãmodo delectabili
animo ne recedat ab eo qd semp amplecti desiderat: & quasi in illo omniũ desideriorũ finẽ D
inuenerit, sũme & ineffabiliter exultat, nihil amplius quærẽs, nihil ultra appetẽs, semp sic esse
uolẽs. Nunqd ille est dilectus? uere ille est dñs meus qui uisitat me, sed uenit inuisibiliter, ue
nit occultus, uenit incõprehẽsibilis: uenit ut tangat me, non ut uideatur à me: uenit ut admo
neat me, nõ ut cõprehẽdatur à me: uenit ut nõ totũ infundat se, sed ut gustandũ præbeat se,
nõ ut impleat desideriũ, nõ ut plenitudinẽ exhibeat suæ satietatis. Et hoc est quod maxime
pertinet ad arram despõsationis eius, qꝑ ille qui in futuro se tibi uidendũ & perpetuo posli-
dendum dabit, nũc aliquo modo ut qꝫ dulcis sit agnoscas, se tibi ad gustandum præbet.

De sensuũ humanorum munere & custodia uitæ. Cap. XI Multũ igitur deus tuus diligẽdus est tibi, cui tãta beneficia cõtulit. Vt autẽ amoris flam
ma amplius accẽdaris, cõsydera diligẽter si præter illa quæ supra dicta sunt, aliqua tibi cõtu
lerit beneficia. Cũ ergo quæ hic memorata sunt bona tibi uides collata, multũ ei à quo tibi
hæc collata sunt debes gratiosus & deuotus existere, & gratias agere. Valde mihi diligẽdus
est deus meus, qui bene utẽs malo parentũ meorũ creauit me de carne illorũ, & inspirauit in
me spiraculũ uitæ, discernẽs me ab illis q uel abortiui proiecti sunt ab utero, uel intra mater
na uiscera suffocati, pœnæ uidẽtur cõcepti nõ uitæ. Accepi ergo ut sim, accepi ut homo sim,
accepi intellectũ, q interesit inter me & pecus. Accepi corporis formã, accepi in corpore distin
ctionẽ sensuũ, oculos ad uidendũ, aures ad audiendũ, nares ad odorandũ, manus ad cõtre
ctandũ, palatũ ad gustandũ, pedes ad ambulandũ, salutemqꝫ ipsam corporis. Magnũ fuit
& hoc qꝑ ad eorũdẽ sensuũ meorũ oblectamẽta, singula sensibus singulis cõueniẽtia creauit
deus, multa pulchre lucẽtia, canore mulcẽtia, suaue olentia, dulce sapiẽtia, tacta placẽtia: ob
hoc enim prouidẽtia creatoris tã diuersas qualitates rebus induit, ut omnes sensus hominis
sua oblectamẽta inueniãt. Aliud cm̃ ꝓcipit uisus, aliud auditus, aliud olfactus, aliud gustus,
aliud tactus. Visum pascit pulchritudo colorũ: suauitas cãtilenæ demulcet auditũ: fragrãtia
odoris olfactũ: dulcedo saporis gustũ. Et qs omnes delicias sensuũ enumerare queat, quæ tã
multiplices sũt in singulis, ut si qs quẽlibet per se cõsyderet, quẽlibet ꝑ se singulariter ditatũ

putet.

A putet. Tot oblectamẽta oculorũ in diuersitate colorũ mõstramus, tot oblectamẽta auriũm
in diuersitate sonorũ audimus, qbus homines adinuicẽ suas uolũtates cõmunicãt, præterita
narrãt, præsentia indicãt, futura nunciãt, occulta reuelant, adeo ut si careat his uita humana,
bestijs cõparabilis uideat. Quid aũt cõcentus auiũ, quid humanæ uocis melos iucundũ, qd
dulce melos sonorũ omniũ cõmemorẽ? quia tã multæ sunt harmoniæ genera ut ea nec cogi
tatus ꝓcurrere, nec sermo facile explicare possit, quæ tñ cuncta auditui seruiũt & in eius deli
cias creata sunt. Eodẽ modo gustus & tactus uaria habẽt oblectamẽta, quæ ex similitudine
priorũ satis perpẽdi possunt. Magnũ est certe & hoc, qꝑ sana & integra mẽbra creauit mihi
deus, ne essem meis dolor, opprobriũ alienis. Accepi etiã amplius mentẽ, scilicet quæ possit
intelligere, quæ possit capere ueritatẽ, quæ possit iustũ ab iniusto discernere, quæ possit inda
gare, desiderare creatorẽ, laudare & inhærere illi. Magnũ etiã æstimo beneficiũ, qꝑ eo tẽpore
& inter tales me nasci uoluit deus, ꝑ quos ad fidẽ suã & sacramẽta peruenirẽ. Video innume
rabilibus hominibus hoc negatũ, qd mihi gratulor esse cõcessum, cũ qbus tñ nobis esset una
cõditio. Illi derelicti sunt ꝑ iusticiã, & ego uocatus ꝑ gratiã. Procedã adhuc etiã, intuens mu
nus eius fuisse qꝑ educatus fui à parẽtibus, qꝑ me flãma nõ læsit, qꝑ aqua nõ absorbuit, qꝑ nõ
uexatus à dæmone, qꝑ à bestijs nõ ꝓcussus, qꝑ nõ præcipitio necatus, qꝑ usqꝫ ad cõgruã ætatẽ
in fide eius & bona uolũtate sum nutritus. Magnã igitur dñe deus erga me ostẽdisti *De longanimitate dei. Cap. XII*
pietatẽ. Cũ aũt in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tñ crederis esse in uisceribus
pietatis, nullũ em̃ spernis, nullũ abijcis, neminẽ ꝓhorrescis, nisi q forte te amens exhorruerit.
Bona igitur sũt hæc tua dñe mihi à te misericorditer indulta, qꝑ me in piculis sæpe cõstitutũ
clemẽter eripuisti, nec unqꝫ in peccatis meis me dereliqsti, oblitũ tui de te admonuisti, auer
sum à te reuocasti, uenientem ad te benigne suscepisti, pœnitẽti indulsisti. Non enim ea sola
quæ cõmisi peccata, sed etiã quæ te protegẽte nõ cõmisi, totũ à te dimissum deputandũ est.
Nam sicut in multa peccata cecidi, sic & in multa plura, nisi me cõseruasses cecidissẽ. Tribus
B autẽ modis à peccato me memini cõseruatum, scilicet occasionis subtractione, resistẽdi data
uirtute, affectionis sanitate. Multa enim in peccata cecidissem, si data esset occasio, sed dei
miseratione nõ me talis opportunitas apprehẽdit. In multa quoqꝫ paulominus cecidissem
grauiter impulsus uiolẽtia tẽtationis, sed uirtutẽ dedisti mihi dñe ut sub me esset appetitus
meus, & ei quã sentiebã concupiscẽtiæ miníme cõsentirem: sed à quibusdã peccatis tã longe
me fecit tua miseratio dñe, ut penitus abominarer ea, & ne ulla me quidẽ eorũ tentatio mo
lestaret. Magnæ quidẽ bonitatis est indiciũ dñe deus & hoc, Ecce infelix ego te iritaui, ego
malũ corã te feci, furorẽ tuũ prouocaui, irã promerui, peccaui & passus es, deliqui & adhuc
sustines: si pœniteo, parcis: si reuertor, me suscipis. Insuper dum differo, præstolaris: reuocas
errãtem, uincis repugnantem, expectas torpentẽ, amplecteris redeuntẽ, doces ignorantem,
mulces mœrẽtem, à ruina suscitas, post lapsum reparas, petẽti largiris, quærẽti inueniris, pul
santi aperis, ostẽdis mihi bene uiuendi uiam, das gradiẽdi scientiã. Magnum est etiã & hoc
dñe, qꝑ multa mihi anteqꝫ petere possẽ, uel uellẽ, aut nossem, dona cõtulisti, nõ solũ ante, sed
& postq̃ senui & potui te petere, te quærere, te desiderare, tibi inhærere, gratuita bonitate tua
non petẽti, nõ quærẽti, non desiderãti, imò etiã paruipẽdenti uel etiã contẽnenti largitus es.
Maximũ æstimo & illud fuisse beneficiũ, qꝑ angelum pacis ab ortu natiuitatis meæ ad me
custodiendũ usqꝫ ad finẽ meũ mihi dedisti: unde quidã sanctus ait, Magna est dignitas ani
marũ, ut quæqꝫ habeat ab ortu natiuitatis ad custodiã sui angelũ delegatũ. Magnæ pieta-
tis fuit hoc dñe, qꝑ mira patientia tua meas sustinuit iniquitates. Cui gratias referre debeo qꝑ
non secundũ iniquitates meas retribuisti mihi, qꝑ me terra nõ absorbuit, nõ me cœlũ fulmi-
nauit, non me fulgor combussit, nõ flumina submerserũt, nec alia pœna uel morte prout di
gnus erã me afflixisti. Cũ enim peccãdo à te recederem, non solũ iram tuã promerui, sed &
omnẽ creaturã aduersum me excitaui. Nã si seruus cuiusqꝫ à dño suo recederet, nõ solũ dñm
ipsum exacerbaret, sed & totã eius familiã iustissime iritaret. Cũ ergo te deũ omniũ creatorẽ
offendi, omnẽ creaturã quantũ spectat ad meritũ meũ in irã commoui, ita ut merito pro te

pugnaret aduersum me totus orbis terrarum. Posset enim terra dicere mihi, nō debeo te su C
stinere, sed potius absorbere, quoniā à creatore meo non timuisti peccādo recedere, & inimi
co scilicet diabolo adhærere. Posset dicere sol, non debeo tibi ad salutem lucere, sed ad uindi
ctam domini mei qui est lux & fons luminis, penitus tibi radios meos abscōdere. Sic etiam
cuncta quæq; creatura ad ulciscēdam tantā iniuriam sui creatoris, nisi impetum cohiberet
ipse qui eas condidit, qui nō uult mortē peccatoris, sed ut cōuertatur & uiuat. Oportet ergo
me dñe tanto magis tibi gratiosum & deuotū, ad seruiendum promptiorē existere, quanto
me de tātis beneficijs obligatiorem conspicio in reddenda ratione, ne dilata uindicta tanto
acrius adueniendo mala mea puniat, quanto diutius tolerauit quod puniri potuit. Iam diu
igitur expectare cogita ô anima mea dei longanimitatem quam exhibuit, electionem præ
destinationis suæ quā impleri uoluit, nimiā charitatem qua nos dilexit. Propter hoc enim
expectans expectauit dñs & intēdit mihi: sed auertit oculos suos à peccatis meis, quasi no
lens aduertere quantū delinquerē. Propter hoc, inquam, dissimulabat, ut commendaret pa
tientiam, confirmaret charitatē suam. Propter hoc, ut bene memini, percussit cor meū, exci
tans illud ut aduerteret suorū uulnera peccatorum, & uulnerum sentiret dolorem, etiā dedu
cens ad portas inferi & præparata iniquis supplicia mōstrans, etiam ut nil iam noxiæ rema
neret rationis, meliorem mihi cōsolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit, demum &
ipsam indulgentiam contulit. Sic autem ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem donauit
iniuriam, ut iam nō damnet ulciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat im
putādo. Sunt autē aliqui sic donātes iniuriam ut nō ulciscantur, sæpius tamen improperēt:
sunt & aliqui qui licet sileant, manet tamen aliquid in alta mente repositum, rancoremq; te
nent in animo, quorū utiq; neutra plena est indulgentia. Longe ab his benignissima diui
nitatis natura, liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita ut propter fiduciā peccatorū se pœniten
tium, ubi superabūdauit delictum, soleat & gratia superabūdare. Testis est Petrus, cui post
trinam nagationem totius ecclesiæ pastoralis cura est commissa: testis est Paulus, qui de ec D
clesiæ persecutore effectus est uas electionis & doctor gentium: testis est Matthæus qui de
telonio electus est in apostolū, cui etiā & noui testamēti primū scriptorem esse donatū est.

Cap. XIII Post hæc dedit mihi dominus deus continentiam. Continentiam autē dico, nō à sola
luxuria, sed à cæteris quoq; sicut necesse est uitijs & peccatis, qui & aliquādo uix per triduū
continebam, postea dei auxiliante gratia, per longum tempus potui cōtinere. Ex hoc inue
nio unde merito exclamare possim, Quia fecit mihi magna qui potēs est. Forte parū quid
reputat aliquis continētiam, sed ego nō ita. Scio enim quos habeat oppugnatores, quantæ
illam necesse sit esse uirtutis, ut possit talibus resistere. Primus hostis continētiæ nostræ cato
est nostra, dum concupiscit aduersus spiritum. Quàm domesticus hostis, cēp periculosa lu
cta, cēp intestinum bellum, hostem hunc crudelissimum nō fugere possumus. O anima mea
non fugare, sed circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. Quid autem peri
culosius & miserabilius est, cēp q hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eum non li
cet? Vides ergo quàm sollicite te custodire necesse sit ab ea, quæ dormit in sinu tuo. Verun
tamen non est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo qui circūcinxit me & obsedit
undiq;, hostis iste est præsens seculum nequam, qui per quinq; portas quinq; uidelicet sen
sus corporis, iaculis suis uulnerat me, & mors intrat per fenestras meas. Tertius hostis est
humani generis inimicus, antiquus serpēs callidior cunctis animātibus, iste est hostis quem
nec possumus uidere, quanto minus cauere. Hic hostis nunc quidem aperte & uiolenter,
nūc occulte & fraudulēter, semper autē malicioſe & crudeliter nos impugnat & persequitur.
Et ad hæc toleranda, ne dicam superanda, quis idoneus? Hæc ideo dixi ut innotesceret con
tinentiæ difficultas, ut sciamus quæ à deo data sunt nobis, ac per hoc amplius diligamus cū
qui hanc nobis uirtutem tribuit. Omnino enim in domino facimus hanc uirtutem, & ipse
ad nihilum deducet tribulantes nos. Ipse est qui non modo carnem nostram cum concupi
scentijs suis, sed & præsens seculum nequam cū curiositatibus suis & uanitatibus suis, etiam
& ipsum

A & ipsum cum tentationibus suis conterit satanā sub pedibus nostris. Nunquid non merito
dixerim inueniendū in continētia unde clamarem, Quia fecit mihi magna qui potēs est?

Post hæc dedit mihi dominus deus gratiam promerēdi bona uitæ æternæ, quam gra *De beneficio spei Cap. XIIII*
tiam in tribus maxime stare arbitror, in odio præteritorum malorum, in contemptu bono
rum præsentium, in desiderio futurorum. Deinde dedit mihi spem eadem obtinendi. Tria,
nquam, sunt quæ sic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum,
nulla cōsyderatio propriæ uilitatis, nulla æstimatio cœlestis beatitudinis de celsitudine spei
deijcere possit: in ea firmiter radicatur anima mea. Vis scire quæ sint illa? Tria consydero in
quibus spes mea tota consistit, scilicet charitatem adoptionis, ueritatem promissionis, pote
statem redditionis. Murmuret iam quantum uoluerit insipiens cogitatio mea, dicens, Quis
enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusue meritis hanc obtinere speras? Et ego fidu
cialiter respondebo, Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me
deus, quia uerax est in promissione, quia potens est in exhibitione, licet enim ei hoc facere
quod uoluerit. Pro his ergo meritis deus meus mihi diligendus est. Magnæ autem gratiæ
fuit, q; me deus à se fugientē persecutus est, timēti blanditus, q; erexit in spem totiens despe
ratum, cēp suis obruit beneficijs ingratum, q; gustu interioris dulcedinis immūdis assuetum
delectationibus attraxit & illexit, q; indissolubilia malæ consuetudinis uincula dirupit, &
abstractum seculo benigne susceperit. Adhuc anima mea, illa quibus tibi sola con *De largitate dei, et iniqtate nostra, et gratia rependēda Cap. XV*
scia es, diuinæ bonitatis inspice munera, cēp iucunda facie abrenuncianti seculo tibi Christus
occultus occurrit, quas esurienti delitias præparauit, quas miserationum suarum diuitias, &
absconditos inspirauit affectus, quo te charitatis poculo delectauit? Magnum fuit & hoc q;
me fugientem seruum suum & rebellem, sola miseratione uocatum, spiritalium consolatio
num non reliquit expertem. Si enim tentabar, ille me sustentabat: si periclitabar, ille me eri
gebat: si tristabar, ille me confortabat: si fluctuabam, ille solidabat. Quotiens præ timore
B arescebam, ille pius consolator astabat: quotiens æstuabā præ timore, ille meis se uisceribus
infundebat. Perpendo etiam quotiens psallentem uel legentem spiritalium me sensuum
lumine illustrabat: quotiens errātem in quoddam ineffabile desiderium sui rapiebat: quo
tiens mentem meam à terrenis subtractam, ad cœlestes delitias & paradisiacas amœnitates
transportabat. Taceo multa & magna misericordiæ suæ circa me opera, ne aliquid gloriæ
quæ tota eius est, ad me uideatur transire. Ita enim secundū hominum æstimationem sibi
cohærent gratia dantis & felicitas recipientis, ut nō laudetur solū qui solus laudandus esset,
scilicet ille qui dedit, sed etiā ille qui recepit. Quid enim habet aliquis quod non accepit? aut
qui gratis accepit, quare laudatur quasi uelut promeruerit? Tibi ergo laus deus meus, tibi
gloria, tibi gratiarūactio: mihi aūt confusio faciei meæ, qui tot mala feci, & tot bona recepi.
Vide ergo ô anima mea, quia multū cōmendat bonitatē dei, nō solū largitas sua, sed iniqtas
nostra. Si enim magnū est nihil promerētibus impēdere multa, quale quantúmue erit retri
buere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quā nulla potest superare impietas. Alia
sunt quæ misericorditer deus ignoscit, alia quæ affluēter attribuit: ignoscit mala nostra, largi
tur bona sua: semp præsto ad ignoscēdū, paratus semp ad largiendū: hinc pius, hinc largus,
utrobiq; pius & largus. Cōfiteamur ergo illi mala nostra, cōfiteamur & bona nostra. Cōfite
amur ergo à nobis mala nostra esse ut pie ignoscat: cōfiteamur ab ipso bona nostra esse, ut
seruet & augeat. Hoc igit incessanter agamus, ne ingrati appareamus, uel de indulta uenia,
uel de concessa gratia. Hæc, inquam, agat q se credit uel cupit esse amatorē dei, uerus animi
amor semp cōfitetur. Quid ergo hæc omnia faciūt diligēter cōsyderata, nisi ut consyderātis
animū ab omni penitus abstractū amore, ad deū diligēdū q hæc cōtulit, mirabiliter rapiāt;
uehemēter afficiāt? Si qs aūt hæc omnia à deo sibi uidet collata, & ideo illū parū diligere nō
ueretur, sciat pro certo cēp nemo est q nō facile si quærit inueniat, unde plurimū est obnoxius
deo, unde cū totis uiribus diligēter ei etiā continuas gratias referre deberet. Ille ergo cui ali
qua bona saluti necessaria desūt, nec sic audeat cōtra deū murmurare, nec eū accuset, qa omnia
certissima

certissima & iustissima ratione facit deus,cuius uult miseretur,& quẽ uult indurat,qui etiam potens est dona sua cui uoluerit cõferre,& collata cui uoluerit auferre. Doleat ergo qui hæc non habet,& laboret & oret ut habeat,pro acceptis uero bonis deo gratus existat.

De morte Christi Cap.XVI

Magna igitur & multa,imò certe innumerabilia quæ mihi domine deus contulisti beneficia,pro quibus mihi diligẽdus & semper es laudandus. Quicquid enim boni habeo uel habui uel habiturus sum, à te summo bono est,à quo omne quod bonum dicitur, & est,& procedit. Vnum autẽ est,quod me plus his omnibus accẽdit,urget,mouet,& promouet ad te diligendum: super omnia,inquam, amabilem te mihi reddit ô bone Iesu ignominiosissima & amara mors, quã sustinuisti opus nostræ redemptionis. Hoc solum uel hoc omnino totam uitã nostram, totũ laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem deniq; nostrum facile sibi uendicat, totum hoc, inquam, est quod deuotionem nostram & excitat melius & quærit suauius & auget amplius. Multum quippe in hoc opere laborabat autor mundi,nec in omni fabrica mundi tantã fatigationem sustinuit. De mundo enim & de his quæ in mundo sunt, dixit & facta sunt, mãdauit & creata sunt: at uero pro reparatione generis humani magnos & multos & diuturnos labores sustinuit & dolores. Ecce quomodo nos dilexit,qui nulla sui necessitate,sed sola charitate tam dura & indigna sustinuit. Merito ergo dixerim hoc unum omnibus alijs præstare beneficijs. Quippe cũ magnum sit aliquem sua gratis alicui conferre,multo maius certe est semetipsum impendere. Et cum magnæ charitatis sit animam pro amicis ponere,multo maioris charitatis indicium est pro inimicis ponere,quod filius dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus deo, reconciliati sumus per mortem filij eius. Vix autẽ pro iusto quis moritur, ipse autẽ pro impijs est mortuus, iustus pro iniustis,ut nos offerret deo,exul à cœlis factus, ut nos reportaret ad cœlos. O cẽ ineffabilis charitas,cẽ ineffabilis dulcedo charitatis,cẽ stupenda dignatio fuit,deum pro homine hominem fieri, deum pro homine carne mori, tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato. Ecce cũ quanto precio quantóue labore redimebatur homo qui diabolo iure debebatur,qui si nõ redimeretur sine dubio æternaliter cũ diabolo damnaretur. Hæc ideo dixi, ut intelligat homo quantũ debeat diligere deum, non utcunq; patienter,imò libenter: non solum autem hoc, sed etiam ardenter pro illo sustinere labores & dolores, qui pro te tanta ac talia sustinuit. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Amplectatur igitur anima mea domine Iesu crucifixum,sumat tui dulcissimi sanguinis haustum, occupet memoriam hæc suauis meditatio,ne ex toto eam obliuio obscuret. Iudico me nihil scire præter Iesum Christum & hunc crucifixum, ne scientiam meam à solidate fidei uanus error abducat, uẽdicet sibi totum amorem meum hæc tua mira dilectio,ne illum cupiditas mundialis absorbeat. Mentem igitur quam tuæ domine dulcedo charitatis compleuerit, non timor angustat, nõ libido commaculat, non ira dilaniat, non superbia eleuat, non cenodoxiæ inanis fumus euentilat,non exagitat furor,nõ stimulus ambitionis euiscerat,non auaricia contrahit,nõ deijcit tristicia, non inuidia tabefacit,nullum denique uitium eam corrumpit,dum in eadẽ dulcedine immobilis persistit. Qui ergo suis tanta præstat in præsenti, quæ dat in præsenti temporalia sunt,quæ autem in futuro seculo se promittit deus suis daturum æterna sunt,& bonis temporalibus incomparabiliter meliora. Temporalia enim bona difficile acquirũtur,& acquisita facile dilabuntur, & quæ habita sunt cum graui sollicitudine custodiuntur, & cũ dolore amittũtur, & amissa cum graui labore recuperantur: Futuri autem seculi bona nunc̃ amittuntur,nunc̃ minuuntur,cum gaudio & quiete possidentur, semper desiderantur, & nunc̃ fastidiuntur. Quæ cum semel quis acceperit, ita securus erit ea se nunquam amissurum,sicut certus est uel erit illa se nunquam uelle amittere.

De promißionibus dei. Cap.XVII

Valde igitur diligendus est deus in promissis suis qui magna nobis dedit,sed maiora promisit. Promisit nobis à labore requiem, à seruitute libertatem, à timore securitatem,à mœrore consolationem, à morte resurrectionem, à resurrectione plenum gaudium,summum gaudium & indeficiens. Deniq; promisit nobis seipsum,sicut iurauit patribus nostris daturum

daturũ se nobis. Magnæ sunt igitur promissiones dei & ineffabiles, & pro his & in his uult amari à nobis aliquo modo. Si modum quæras,uehemens desiderium promissionis,modus est,per amorem promissio dei quantũcunq; desideretur,minus desideratur quàm desiderat. Nã quantumcunq; profecerit,plus debet. Vehemens itaq; desiderium aliquo modo non habet modum,cum non possit esse nimium. Cum in cæteris rebus impatientia soleat culpari,in expectatione tantæ promissionis laudabilis est uehemens impatiẽtia dilationis. Cum eum qui plus amat, & qui plus desiderat, dilationis impatientia magis cruciat: spes quæ differtur affligit animam, hæc autem omnia bona in cœlesti habentur patria. De illo igitur bono quod omnium bonorum summum est,quid uel quale sit primũ dicẽdum est.

Exultemus igitur & erigamus totum intellectum nostrum inquantum deus donauerit,& cogitemus quale & quãtum electorum sit unicum & singulare gaudium. Illud scilicet summum bonum quod uita,lux,beatitudo,sapientia, & æternitas,& tamen nõ est nisi unicum & summum bonum, omnino sibi sufficiens,nullo indigens,quo omnia indigẽt ut sint & bene sint,hoc bonũ est pater deus,hoc est uerbum,id est,filius patris,hocipsum est amor unus & communis patri & filio,scilicet spiritussanctus ab utroq; procedens. Quod autẽ est singulis horum quisq;,hoc est tota trinitas simul,pater & filius & spiritussanctus,quoniam singulus quisq; non est aliud cẽ summe simplex unitas,& summe una simplicitas, quæ nec multiplicari,nec aliud & aliud esse potest. Porrò hoc est illud idẽ unũ quod est necessariũ. Porrò illud necessarium,in quo omne bonũ, imò quod est bonum,& unum totũ & solum bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita mente, uide cẽ delectabile sit illud bonum quod cõtinet iucunditatẽ omnium bonorum, & nõ qualem in rebus creatis sumus experti: sed tanto differentẽ,quanto differt creator à creatura. Si enim est bona uita creata, cẽ bona est uita creatrix? Si iucunda est salus facta,cẽ iucunda est salus quæ fecit salutem? Si amabilis est sapientia cum cognitione rerum conditarum, cẽ amabilis est sapientia quæ cõdidit omnia ex nihilo? Deniq; si multæ & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? O qui hoc bono fruetur,quid illi erit, & quid illi non erit? Ibi quippe erunt bona corporis & animæ, qualia nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit. Cur ergo per multa uagamur quærẽdo bona corporis & animæ nostræ? Amemus unũ bonũ in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desideremus simplex bonũ quod est omne bonum,& satis est. Quid enim amas ô caro,quid desideras ô anima? Ibi est quicquid amas,quicquid desideras. Bona ergo cœlestis regni dicere uel cogitare uel intelligere ut sunt,nullus potest carne uestitus: multo enim maiora sunt & meliora cẽ cogitãtur & intelliguntur: regnũ nanq; dei omni fama maius est, omni laude melius,omni scientia innumerabilius,omni gloria quæ putatur excellẽtius. Regnũ itaq; dei plenũ est lucis ac pacis,charitatis & patientiæ, honestatis & gloriæ,dulcedinis & dilectionis, lætitiæ & beatitudinis perennis,& omnis boni ineffabilis, quod nec dici nec cogitari potest. Nec ideo tamen debeo tacere,sed dicere quantũ ualeo,quia dicere quantum uolo nõ ualeo: neq; enim quia deũ ineffabilẽ credimus,fari de illo quod possumus nõ debemus,ita sanè ut plus credatur de illo cẽ scribitur: quia nõ potest tantũ inde proferri sermone,quantũ potest mente cõplecti,& minus cõcipit mẽtis humanæ quælibet profunda cõplexio,cẽ se habeat ipsius regni uel rei magnitudo. Ergo futura uita creditur esse sempiterna, & sempiterne beata,ubi est certa securitas,secura trãquilitas,trãquilla iucũditas,felix æternitas,æterna felicitas,ubi amor est perfectus,timor nullus,dies æternus,alacer motus,& unus omniũ spiritus de cõtemplatione dei sui ac de sua cũ illo permãsione securus,ubi ipsa ciuitas quæ est angelorũ omnium atq; sanctorum cõgregatione beata,meritis fulgẽtibus micans, ubi æterna salus exuberat,ueritas regnat, ubi nec fallit quisq; nec fallitur, unde beatus nullus efjcitur,ubi nullus miser admittitur. Hæc est contemplatiua uita beata,ad quam qui bonorum cõsummatione operum peruenerint beatis similes erunt, & simul cũ eis sine fine regnabunt. Quod autẽ hic crediderunt, ibi uidebunt, sui creatoris substantiam mundissimis cordibus

Cap.XVIII

cordibus contemplantes, æterna exultatione gaudebunt, diuinæ charitatis & mutuæ dilectionis possessione deo suo in æternum & inuicē sibi adhærebūt, receptis cū incorruptione atq; immortalitate corporibus municipatum patriæ cœlestis accipiēt, atq; eius in æternum ciues effecti præmia promissa reportabunt. Ibi eius exuberabit tanta lætitia, tanta cœlestiū gratia gaudiorum, ut & remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluenti bonorum perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subiacent facies corporales, quia humanorum pectorum tanta erit ibi & tā perfecta mundicia, ut habeant unde mundati deo gratias agant, non unde offensi antiquis sordibus peccatorum erubescant, quia nec ibi ulla peccata, nec peccatores erunt, & ibi qui fuerant iam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, q̄ est præstantius longe, ipsum uisuri sunt mundis cordibus deum: Quādoquidem humana creatura ita perfecta erit ut in melius aut in deterius ultra mutari non possit. Cuius humanæ substantiæ ad conditoris sui similitudinem sublimitate omnia bona quæ naturaliter accepta corruperant peccādo, mutabūtur in melius, & intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensatione, incolumitas sine debilitatione, salus sine dolore, uita sine morte, facilitas sine impedimēto, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Quoniam quicquid hic humanis corporibus, aut ferarū morsus, aut improuisi casus abstulerint, aut malarum ualetudinum genera diuersa decerpserint, aut humana crudelitas amputauerit, aut ignis, aut quælibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut etiam senectus ipsa satis onerosa negauerit, hæc atq; his similia corporum damna una ibi resurrectio reparabit, atq; ea corpora membris omnibus instauratis, incorruptibilis sanitas obtinebit. Propterea quicunq; erunt ibi, etiam sibi differentibus meritis ab inuicem distabunt.

Finis huius libri.

AD LECTOREM.

OPVS plenum piis affectibus, subinde tamen iterans eadem. Agnoscas hominem uersatum in Augustini uoluminibus, nonnunquam uerba quædam ac sententias ueluti tessellas intertexit ex libris cōfessionum, aliisq; scriptis illius decerptas. Vehementer inculcat illud nihil, quod Augustinus docet sine uerbo dei factum esse. In summa, copiam probes citius quàm ordinem.

SOLILOQVIORVM ANIMAE AD DEVM LIBER.

De ineffabili dulcedine dei. Cap. I



OGNOSCAM te domine cognitor meus, cognoscam te uirtus animæ meæ. Ostende te mihi consolator meus, uideam te lumen oculorum meorum. Veni gaudium spiritus mei, uideam te lætitia cordis mei. Diligam te uita animæ meæ. Appare mihi delectatio mea magna, solatium meum dulce, domine deus meus, uita mea, & gloria tota animæ meæ. Inueniam te desiderium cordis mei, teneam te amor animæ meæ. Amplectar te spōse cœlestis. Exultatio mea summa intus & extra, possideam te beatitudo sempiterna, possideam te in medio cordis mei, uita beata, dulcedo summa animæ meæ. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Amem te deus meus, adiutor meus, turris fortitudinis mihi, & spes mea dulcis in omni tribulatione mea. Amplectar te bonum, sine quo nihil bonū, fruar te optimum, sine quo nihil est optimum. Aperi penetralia auriū mearum uerbo, quod est penetrabilius omni gladio ancipiti, ut audiā uocem tuā. Intona domine desuper uoce grādi & forti. Tonet mare & plenitudo eius, commoueatur terra & omnia quæ in eis sunt. Illustra oculos meos lux incōprehensibilis,

A hensibilis, fulgura coruscationem, & dissipa eos ut non uideant uanitatem. Flumina multiplica & conturba eos, ut appareant fontes aquarum, & reuelentur fundamenta orbis terrarum. Tribue uisum lux inuisibilis, qui te uideat. Crea nouum olfactum odor uitæ, qui post te currat in odorem unguentorum tuorum. Gustum sana qui sapiat, & cognoscat & discernat, quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te, siue his qui pleni sunt charitatis tuæ. Da cor quod te cogitet, animum qui te diligat, mentē quæ te recolat, intellectum qui te intelligat, rationē quæ tibi semper summo delectabili fortiter adhæreat. Te semper amor sapiens diligat. O uita cui omnia uiuunt, uita quæ das mihi uitam, uita quæ es mea uita: per quā uiuo, sine qua morior: uita per quam resuscitor, sine qua pereo: uita per quā gaudeo, sine qua tribulor: uita uitalis, dulcis & amabilis, semper memorialis. Vbi quæso es, ubi te inueniam, ut in me deficiam & in te subsistam? Prope esto in animo, prope in corde, prope in ore, prope in auribus, prope in auxilio, quia amore langueo, quia sine te morior, quia te recolens suscitor. Odor tuus me recreat, memoria tua me sanat, sed satiabor cum apparuerit gloria tua uita animæ meæ, Concupiscit & deficit anima mea de memoria tua, quādo ueniam & apparebo tibi lætitia meæ? Quare faciem tuam auertis, gaudium meum per quod gaudeo? ubi est absconditus pulcher quem desidero? Odorem tuum haurio, uiuo, & gaudeo. Te autem nō uideo, uocem tuam audio & reuiuisco. Sed cur faciem tuam abscondis? forte dicis, Non uidebit me homo & uiuet. Eia domine moriar ut te uideam, uideam ut hic moriar. Nolo uiuere, uolo mori, dissolui cupio & esse cum Christo. Mori desidero ut uideā Christū, uiuere renuo ut uiuā cū Christo. O domine Iesu accipe spiritū meū, uita mea suscipe animā meā. Gaudiū meum attrahe cor meum, dulcis cibus meus comedā te. Caput meū, dirige me: lumen oculorum meorū illumina me: melos meū tēpera me, odor meus uiuifica me, uerbū dei recrea me. Laus mea lætifica animam serui tui, intra in eam gaudiū meū, ut in te gaudeat: intra in eā dulcedo summa, ut dulcia sapiat. Lu- *Exod. 33* *Phil. 1*

B men æternū illustra super eā ut te intelligat, cognoscat & diligat. Ob hoc enim nō te diligit domine, si non diligit, quia non te cognoscit: & te ideo non cognoscit, quia non intelligit: & idcirco non intelligit, quia lumen tuum non comprehendit, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. O lux mentis, ô lucens ueritas, ô uera claritas, quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum, uenientem quidem, sed nō diligentē, quia qui diligit mundum inimicus dei constituitur. Expelle tenebras desuper faciem abyssi mentis meæ, ut uideat te intelligendo, ut cognoscat te comprehendendo, ut diligat te cognoscendo. Quisquis enim cognoscit te diligit te, se obliuiscitur, amat te plus quàm se, relinquit se & uenit ad te, ut gaudeat de te. Hinc est ergo domine quòd non tantum diligo quantum debeo, quia non plene cognosco te. Sed quia parum cognosco, parum diligo: & quia parum diligo, parum in te gaudeo: sed à te uero gaudio interiori per exteriora recedēs, dum te solo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quæro. Et sic miser ego cor meū quod tibi soli debui toto amore totòq; affectu impēdere, uanis dedi: & ideo uanus effectus sum, dum uanitatem dilexi. Hinc etiam est domine quòd in te nō gaudeo, & tibi non adhæreo: quia ego in exterioribus, tu in interioribus: ego in temporalibus, tu in spiritalibus: ego in transitorijs animo diffundor, cogitatione uersor, locutione implicor, & tu domine in æternis habitas, & æternitas es: tu in cœlo, ego in terra: tu diligis alta, ego infima: tu cœlestia, ego terrestria. Et quando poterunt hæc contraria conuenire? Miser ego quando poterit obliquitas mea tuæ rectitudini adæquari? Tu domine diligis solitudinem, ego multitudinem: tu silentium, ego clamorem: tu ueritatem, ego uanitatem: tu mundiciam, ego immundiciam sequor. Quid plura domine? Tu uero bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu sanctus, ego miser: tu iustus, ego iniustus: tu lux, ego cæcus: tu uita, ego mortuus: tu medicina, ego æger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa ueritas, ego uniuersa uanitas, ut omnis homo uiuens. Heu quid igitur ô creator dicam? audi ô creator, Creatura tua sum, iam perij: creatura tua sum, iam morior, Factura tua sum, iam ad nihilum redigor: plasma tuum sum:

De miseria & fragilitate hominis Cap. II

Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me, manus, inquam, illæ quæ affixæ cla- C
uis sunt pro me, opus manuum tuarum domine ne despicias. Vulnera manuum tuarū pre-
cor ut aspicias. Ecce in manibus tuis domine deus descripsisti me, lege ipsam scripturam &
salua me. En ad te suspiro creatura tua, creator es, recrea me. En ad te clamo factura tua, ui-
ta es, uiuifica me. En ad te respicio tuum plasma, plasmator es, restaura me. Parce mihi do-
mine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo ut possit alloqui deum factorem suum? Par
ce mihi colloquenti tibi, ignosce seruo tuo qui præsumit loqui tanto domino. Legem nō ha-
bet necessitas, dolor me compellit dicere: calamitas quā patior, cogit me exclamare. Ægro-
tus sum, ad medicum clamo: cæcus sum, ad lucem propero: mortuus sum, ad uitam suspiro.
Tu es medicus, tu lux, tu uita Iesu Nazarene, miserere mei fili Dauid, miserere mei fons mi-
sericordiæ: audi qui ad te clamat infirmum. Lux quæ transis, expecta cæcum, præbe ei ma-
num, ut ad te ueniat, & in lumine tuo uideat lumen. Vita uiuēs reuoca mortuum: quid sum
ego qui loquor tecum? Væ mihi domine, parce mihi domine, ego cadauer putridum, esca
uermium, uas fœtidum, cibus ignium. Quid sum ego qui loquor tecum? Væ mihi domine,
parce mihi domine, infelix ego homo: homo, inquam, natus de muliere breui uiuens tem-
pore, repletus multis miseriis: homo, inquam, uanitati similis factus, comparatus iumentis
insipientibus, & iam similis factus illis. Quid iterum ego? Abyssus tenebrosa, terra misera, fi
lius iræ, uas aptum in contumeliam, genitus per immundiciam, uiuens in miseria, moriturus
in angustia. Heu miser quid sum? heu quid futurus sum? Vas sterquilinij, concha putredi-
nis, plenus fœtore & horrore: cæcus, pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus, igno-
rans introitum & exitum meum. Miser & mortalis, cuius dies sicut umbra prætereunt, cu-
ius uita sicut umbra lunatica euanescit, sicut flos in arbore crescit, & statim marcescit, nunc
floret, & statim aret. Vita, inquam, mea uita fragilis, uita caduca, uita quæ quanto magis cre
scit, tanto magis decrescit: quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fal
lax & umbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, statim tristor: nunc uigeo, sæpe infir- D
mor: nunc uiuo, statim morior: nunc felix appareo, semper miser: nunc rideo, iam fleo. Sicq;
omnia mutabilitati subiacent, ut nihil uix una hora in uno statu permaneat. Hinc timor,
hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat.
Subsequitur his importuna mors, quæ mille modis quotidie miseros homines rapit. Hunc
necat febribus, illum opprimit doloribus, hunc consumit fames, illum sitis extinguit, hunc
suffocat aquis, illum interimit laqueo, illum perimit flammis, alium dentibus bestiarum fe-
rocium uorat, hunc trucidat ferro, illum ueneno corrumpit, alterum tantum repentino ter-
rore miseram uitam finire compellit. Et nunc super hæc omnia magna miseria, quia cum ni-
hil sit certius morte, ignorat tamen homo finem suum. Et cum stare putat, colliditur & perit
spes eius: nescit enim homo quando uel ubi uel quomodo moriatur, & tamen certum est
quod eum mori oporteat. Ecce domine quàm magna miseria hominis in qua sum, nec ti-
meo: quàm grandis calamitas quam patior, nec doleo, & ad te non clamo. Clamabo domi
ne antequàm transeam, si forte non transeam, sed in te maneam. Dicam ergo, dicam mise-
riam meam, confitear nec erubescam ante te uilitatem meam. Adiuua me fortitudo mea,
per quam subleuor: succurre uirtus, per quam sustentor. Veni lux per quam uideo, appare
gloria per quam gaudeo. Appare uita in qua uiuam ô domine deus meus.

De mirabili lumine dei Caput III

O lux quam uidebat Tobias, quando oculis clausis docebat filium suum uiam uitæ. Lux
quam uidebat Isaac interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat.
Lux, inquam, inuisibilis, cui omnis abyssus humani cordis est uisibilis. Lux quam Iacob ui-
debat, quando, sicut tu intus docebas, filijs exterius uentura prædicebat. Ecce tenebræ sunt
super faciem abyssi mentis meæ, tu es lumen. Ecce caligo tenebrosa super aquas cordis mei,
tu es ueritas. O uerbum per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Verbum
quod es ante omnia, ante quod nihil: uerbum creans omnia, sine quo omnia nihil: uerbum
regēs omnia, sine quo nihil sunt omnia: uerbum quod dixisti in principio, Fiat lux, & facta
est lux.

A est lux. Dic etiā mihi, fiat lux, & facta sit lux, & uideā lumē, & cognoscā quicquid non est lu-
men, quia sine te mihi tenebræ lumen, & lumen tenebræ ponuntur. Et sic sine tua luce nō est
ueritas, adest error, adest uanitas: non est discretio, adest confusio, adest ignorantia, non est
scientia: adest cæcitas, non est uisio: adest inuium, non est uia: adest mors, non est uita.

Ecce domine, quia lux non est, mors est, imò nō est mors, quia nihil est mors: nam per *Caput IIII*
ipsam ad nihilum tendimus, dum nos nihil facere per peccatum non formidamus. Et iuste
quidem hoc domine, nam digna factis recipimus, dum ad nihilum deuenimus tanquam
aqua decurrens, quia sine te factum est nihil, & nos faciendo nihil, facti sumus nihil, quia si
ne te sumus nihil, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. O domine uerbū,
ô deus uerbum, per quod facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. Væ mihi misero to-
tiens obcæcato, quia tu lux, & ego sine te. Væ mihi misero totiens uulnerato, quia tu salus,
& ego sine te. Væ mihi misero totiens infatuato, quia tu es ueritas, & ego sine te. Væ mihi
misero totiens oberrato, quia tu uia, & ego sine te. Væ mihi misero, totiens mortuo, quia tu
uita, & ego sine te. Væ mihi misero totiens annihilato, quia tu uerbum, per quod facta sunt
omnia, & ego sine te, sine quo factū est nihil. O domine uerbū, ô deus uerbū, qui es lux, per
quem facta est lux, qui es uia, ueritas & uita, in quo non sunt tenebræ, error, uanitas, neque
mors. Lux sine qua tenebræ, uia sine qua error, ueritas sine qua uanitas, uita sine qua mors.
Dic uerbum domine, fiat lux, ut uideam lucem, & uitem tenebras: uideam uiam, & uitem in
uium: uideam ueritatem, & uitem uanitatem: uideam uitam, & uitem mortem. Illuminare
domine lux mea, illuminatio mea, & salus mea quem timebo, dominus meus quem lauda-
bo, deus meus quem honorabo, pater meus quem amabo, sponsus meus cui me seruabo. Il
luminare, inquam, illuminare lux huic cæco tuo, qui in tenebris, & in umbra mortis sedet, &
dirige pedes eius in uiā pacis, per quā ingrediar in locū tabernaculi admirabilis usq; ad do-
mū dei in uoce exultationis & cōfessionis. Vera enim confessio est uia per quā ingrediar ad
B te uiā, per quā egrediar ab inuio, & reuertar ad te uiam, quia tu es uera uia uitæ.

Confitear ergo, cōfitear tibi pater domine cœli & terræ miseriā meā, ut me uenire liceat ad *Quid sit nihil fieri Cap. V*
misericordiā tuā. Miser quippe factus sum, & ad nihilū redactus sum, & nescíui, quia tu es
ueritas, & ego non erā tecū. Vulnerauerunt me iniquitates meæ, & nō dolui, quia tu es uita,
& ego nō erā tecū. Ad nihilū duxerunt me, quia tu es uerbū, & ego non erā tecū, per quē
facta sunt omnia, sine quo factum est nihil: & ideo sine te factus sum nihil, quia est nihil
quod ad nihilum ducit. Omnia per ipsum facta sunt, quæcunq; facta sunt. Et qualia facta
sunt? Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Omnia quæcunq; sunt, per uerbū
facta sunt: & quæcunq; per uerbum facta sunt, ualde bona sunt. Quare bona sunt, quia o-
mnia per uerbum facta sunt? Et sine ipso factum est nihil, quia nihil bonum sine summo
bono est. Sed malum est ubi non est illud bonum, quod utiq; nihil est: quia nihil aliud est
malum, quàm priuatio boni: sicut nihil aliud est cæcitas, quàm priuatio luminis. Malū ita-
que nihil est, quia sine uerbo factum est, sine quo factum est nihil. Illud autem malum est,
quod priuatur illo bono per quod omnia facta sunt quæcunq; sunt. At quæ non sunt, per
ipsum facta non sunt, & ideo nihil sunt. Et ideo mala sunt, quæ facta non sunt: quia omnia
quæcunq; facta sunt, per uerbum facta sunt, & omnia per uerbum bona facta sunt. Cum
igitur omnia per uerbum facta sunt, mala per ipsum non sunt. Restat igitur, quòd omnia
quæ facta non sunt, bona non sunt, quia omnia quæcunq; facta sunt, bona sunt: & ideo ma
la sunt quæ facta non sunt, & ideo nihil sunt, quia sine uerbo factum est nihil. Malum igi-
tur nihil est, quia factum non est. Sed qualiter malum est, si factum non est? Quia malum
priuatio boni est, per quod factum bonum est: esse ergo sine uerbo malum est, quod esse
non est, quia sine ipso nihil est. Sed quid est separari à uerbo? Si hoc quæris scire, audi quid
est uerbum: uerbum dei dicit, Ego sum uia, ueritas & uita. Separari ergo à uerbo, est esse si- *Ioan. 14*
ne uia, sine ueritate, sine uita, & ideo sine ipso nihil, & ideo malum, quia separatur à uerbo,
per quod facta sunt omnia ualde bona. Separari autem à uerbo, per quod omnia facta

sunt,nihil aliud est quàm deficere,& à facto trãsire in defectũ,quia sine ipso est nihil. Quotiens ergo à bono deuias, à uerbo te separas, quia ipsum est bonum,& ideo nihil efficeris, quia sine uerbo es, sine quo factum est nihil. Nunc igitur domine illuminasti me lux ut uiderem te,uidi & cognoui me,quia totiens nihil factus sum,quotiẽs à te separatus sum, quia bonũ q; tu es,oblitus sum & ideo malus effectus sum. Væ mihi misero,ut quid hoc non cognoscebam quia te deserens nihil fiebam? Sed quid hoc quæro,si nihil eram,quomodo cognoscere nolebã? Scimus quia nihil est: & quod,nihil est,non est:& quod non est bonum, non est,quia nihil est. Si ergo nihil sui cũ sine te fui,quasi nihil fui, & uelut idolum quod nihil est, quod quidẽ aures habet & non audit, nares habet & nõ odorat, oculos habet & nõ uidet,os habet & non loquitur,manus habet & non palpat, pedes habet & non ambulat, & omnia lineamenta habet membrorum sine sensu eorum.

Caput VI. Cum igitur fui sine te,non fui,sed nihil fui,& ideo cæcus eram, surdus & insensibilis, quia nec bonum discernebam,nec malum fugiebam,nec dolorem uulnerum sentiebam,nec tenebras meas uidebam,quia eram sine te uera luce,quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum. Væ mihi,uulnerauerũt me & non dolui, traxerunt me & non sensi,quia nihil eram,quia sine uita eram,quæ est uerbum per quod facta sunt omnia. Ideo domine lux mea inimici mei de me fecerunt quæcũ q; uoluerũt,percusserunt,nudauerunt,polluerunt,corruperũt,uulnerauerunt & occiderunt me, quia recessi à te & factus sum nihil sine te. Heu domine uita mea, qui fecisti me:lux mea,qui direxisti me. Defensor uitæ meæ misereremei & resuscita me,dñe deus meus spes mea,uirtus mea,fortitudo mea,consolatio mea in die tribulationis meæ, respice inimicos meos & eripe me,fugiant à facie mea qui oderũt me, & ego uiuã in te per te. Ipsi enim domine consyderauerunt me, & uidentes me sine te despexerunt me. Diuiserunt sibi uestimenta mea uirtutum quibus ornaueras me,fecerunt sibi uiam per me, sub pedibus suis conculcauerũt me, fecibus peccatorum polluerunt templũ sanctum tuum, posuerũt me desolatũ & mœrore confectũ. Ibam post eos cæcus & nudus & illaqueatus funibus peccatorum,trahebãt me post se in circumitu de uitio in uitiũ, & de luto in lutum,& ibam absq; fortitudine ante faciem subsequentis. Seruus eram,seruitutẽ amabam. Cæcus erã,& cæcitatem desiderabã. Vinctus erã,& uincula non horrebã. Amarum dulce,& dulce amarum credebã. Miser eram nec cognoscebam, & hoc quia sine uerbo eram,sine quo factũ est nihil,per quod omnia conseruantur,sine quo omnia annihilantur. Sicut enim omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil,sic per ipsum omnia cõseruãtur quæcũ q; sunt,siue in cœlo,siue in terra,siue in mari,& in omnibus abyssis. Nec pars parti in lapide adhæret,nec in aliquo creatorũ,nisi quia per uerbum cõseruantur per quod omnia facta sunt. Adhæream ergo tibi uerbum ut cõserues me, quia ubi à te recessi perij in me,nisi quia tu qui me feceras refecisti me. Ego peccaui,tu me uisitasti. Ego cecidi,tu me erexisti. Ego ignoraui,tu me docuisti. Ego non uidi,tu me illuminasti.

Caput VII. Miser ego deus meus quantum teneor diligere te ostẽde mihi, quantum debeo laudare te demonstra mihi,quantum debeo placere tibi innotesce mihi. Intona domine desuper uoce grandi & forti in interiorem aurem cordis mei, doce me & salua me,& collaudabo te, qui creasti me cum nihil essem,qui illuminasti me cum in tenebris essem,qui resuscitasti me cum mortuus essem,qui pauisti me à iuuentute mea omnibus bonis tuis. Hũc inutilem uermem fœtentẽ peccatis, nutris omnibus optimis donis tuis. Aperi mihi ô clauis Dauid qui aperis, & nemo claudit illi cui tu aperis: claudis & nemo aperit illi cui tu claudis, aperi mihi ostium luminis tui ut ingrediar,& uideam & cognoscam, & confitear tibi in toto corde meo, quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Domine deus noster quam admirabile & laudabile est nomẽ tuum in uniuersa terra. Et quid est homo quòd memor es eius,aut filius hominis quoniam uisitas eum? Domine spes sanctorum, & turris fortitudinis eorum, deus uita animæ meæ per quam uiuo, sine qua morior,lumen oculorum meorum per quod uideo, sine quo orbor,gaudium cordis mei,

dis mei,& lætitia spiritus mei,diligam te toto corde meo,& toto animo meo,& totis medullis & uisceribus meis,quia tu prior dilexisti me. Et unde hoc mihi ô creator cœli & terræ & abyssi,qui bonorũ meorũ nõ indiges? Vnde hoc mihi,quia dilexisti me? O sapientia quæ aperis os mutorũ,ô uerbũ per quod facta sunt omnia,aperi os meũ,da mihi uocẽ laudis,ut enarrem omnia beneficia tua, quæ mihi domine à principio contulisti. Ecce enim sum,quia tu creasti me:& quòd me creares,& in numero creaturarum tuarum numerares, a;b æterno tu præordinasti antequàm quicquam faceres à principio, antequàm extenderes cœlos, necdum erant abyssi,adhuc terram non feceras, nec montes fundaueras,necdum fontes eruperant,antequàm hæc omnia quæ fecisti per uerbum faceres,me creaturam tuam fore certissima ueritatis tuæ prouidẽtia præuidisti,& esse me creaturam tuam uoluisti. Et hoc unde mihi domine benignissime,deus altissime,pater misericordissime,creator potentissime & semper mitissime? Quæ mea merita,quæ mea gratia,ut cõplaceret ante cõspectum tuæ magnificæ maiestatis creare me? Non eram,& creasti me:nihil fueram,& de nihilo me aliquid fecisti. Quale autẽ aliquid? Non stillã aquæ,non ignẽ,non auẽ,uel piscẽ, non serpentem, uel aliquid ex brutis animalibus,nõ lapidẽ, uel lignũ,non ex eorũ genere quæ tantũ habent esse, uel ex eorũ quæ tantũ esse possunt & crescere, non ex corum genere, quæ tantum esse & crescere & sentire possunt:sed super omnia hæc uoluisti me esse ex his quæ tantũ habẽt esse,quasum:& ex his quæ tantũ habẽt esse & crescere,quia sum & cresco: & ex his quæ sunt, crescũt & sentiũt,quia sum,cresco & sentio. Et paulominus parẽ me creasti angelis,quia rationẽ te cognoscendi cum ipsis à te communem accepi. Sed paulominus utiq; dixi, nam illi tuam felicem notitiam iam habent per speciem,ego autem per spem. Illi facie ad faciem, ego per speculum in ænigmate. Illi plene,ego autem ex parte. Sed cum uenerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est,quando iam reuelata facie tuam faciem uidebimus. Quid iam prohibebit nos non esse minores paulominus ab angelis,quos tu domine corona spei quæ ornata est gloria & honore,coronaueris,quos tu nimis quasi amicos tuos honorificaueris, imò per omnia & æquales angelis? Nempe & hoc ueritas tua dicit,æquales enim sunt angelis,& filij dei sunt. Quid nisi filij dei sunt,si pares fiunt angelis? Vere quidem erunt filij dei,quia filius hominis factus est filius dei. Hoc utique cõsyderanti mihi fiducia est dicere,non homo minor paulominus est ab angelis,non utique tantum æqualis angelis,sed superior angelis, quia homo deus,& deus homo, nõ angelus,& dicam propter hoc hominẽ esse creaturam dignissimam, quia uerbum quod erat in principio deus apud deum,uerbum per quod deus dixit,fiat lux,& facta est lux, angelica scilicet natura, uerbũ per quod deus creauit omnia in principio,idem uerbum caro factum est,& habitauit in nobis,& uidimus gloriam eius. Ecce gloria per quam glorior,quando sanè glorior. Ecce gaudium per quod gaudeo,quando sane gaudeo. Domine deus meus uita & tota gloria animæ meæ,confiteor ergo tibi domine deus meus cum me creasti rationis capacem, angelis quodammodo parem creasti,quia perfici possum per uerbum tuum, ut ueniam ad æqualitatẽ angelorum,ut habeam adoptionẽ filiorum per unigenitum uerbum tuum domine, per filium tuum dilectum,in quo tibi bene complacuit, per unicum cohæredem & consubstantialem tibi & coæternum Iesum Christum, unicum dominum & redemptorem nostrum, illuminatorem & consolatorem nostrum, aduocatum nostrum apud te,& lumen oculorum nostrorum, qui est uita nostra & saluator noster, & spes unica nostra, qui nos dilexit magis quàm se, per quem habemus fiduciam repositam,& firmam apud te spem & accessum ueniendi ad te, quoniam dedit potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Laudem tribuam nomini tuo domine,qui me ad imaginem & similitudinem tuam creando tantæ gloriæ fecisti me fore susceptibilem ut possim filius dei fieri. Hoc utiq; nõ possunt arbores,non possunt lapides,non generaliter omnia quæ mouentur uel crescunt in aëre uel in mari uel in terra,quia non dedit eis potestatem per uerbum tuum filios dei fieri,quia rationem non habent: nam & hæc potestas in ratione consistit, per quam cognoscimus deũ.

Cap. VIII

als nã mirũ si

Dedit autem hanc poteſtatem hominibus,quos creauit rationabiles ad imaginem & ſi- C
militudinem ſuam. Et ego utique domine per tuam gratiam homo ſum, & filius tuus eſſe poſſum per gratiam,quod illi non poſſunt. Vnde hoc mihi domine ueritas ſumma,uera q; ſummitas,& principium omnium creaturarum? Vnde hoc mihi domine, ut poſſim fieri filius dei, quod illi non poſſunt? Tu es qui manes in æternum,qui omnia creaſti ſimul. Simul creaſti homines & iumenta, lapides & uirentia terræ. Non enim præceſſerunt merita, nulla eorum anteceſſit gratia,quia omnia tua tantum bonitate creaſti: & pares omnes creaturæ fueræ in meritis,quia omnium nulla fuere merita. Et unde ergo magis tua bonitas in hac tua creatura,quam feciſti rationalem, quàm in omnibus alijs quæ ſunt ſine ratione apparuit? Quare non ego ſicut omnes illæ, aut cur non omnes illæ ſicut ego, aut ego ſolus ſicut illæ? Quæ mea merita, quæ mea gratia, ut me filium tuũ poſſe fieri ſuſceptibilem creares,quod illis omnibus denegares? Abſit domine ut hoc ſentiam. Tua tantum gratia, tua tantum bonitas hoc fecit,ut eſſem particeps dulcedinis eius. Illa igitur gratia qua me de nihilo creaſti,illam quæſo domine da mihi gratiam,ut tibi de hoc referam gratiam.

Cap.IX Omnipotens manus tua ſemper una & eadem,creauit in cœlo angelos, & in terra uermiculos,non ſuperior in illis,non inferior in iſtis. Sicut enim nulla alia manus angelum,ita nulla poſſet creare uermiculum: ſicut nulla cœlum,ita nulla poſſet creare minimum arboris folium: ſicut nulla corpus, ita nulla ullum capillum album poſſet facere aut nigrum: ſed omnipotẽs manus tua,cui omnia pari modo ſunt poſſibilia. Nec enim poſſibilius eſt ei creare uermiculum quàm angelum,nec impoſſibilius eſt extendere cœlum quàm folium,nec leuius formare capillum quàm corpus,nec difficilius fundare terrã ſuper aquas,quàm aquas ſuper terram,ſed omnia quæcunq; uoluit fecit: ſicut uoluit in cœlo & in terra,& in mari & in omnibus abyſſis,& me inter omnia ſicut uoluit,potuit & ſciuit. Potuit quidem manus tua domine me lapidem uel auem uel ſerpẽtem uel beluam aliquam creare, & ſciuit, ſed noluit propter ſuam bonitatem. Quare ergo ego non ſum lapis uel arbor uel aliqua belua? quia D
ſic ordinauit bonitas tua. Et ut hoc ordinaret non præceſſerunt merita mea.

Cap.X Vnde hoc mihi domine,unde mihi laudes ad laudandum te? Sicut enim feciſti me ſine me,ſicut complacuit ante te: ita laus tibi eſt ſine me,ſicut complacet ante te. Laus tua domine tuipſe es. Laudent te opera tua ſecundum multitudinem magnitudinis tuæ, laus tua domine incomprehenſibilis eſt. Corde non comprehenditur, ore nõ menſuratur, aure non percipitur,quia iſta tranſeunt, & laus tua domine manet in æternum. Cogitatio incipit, & cogitatio finitur,uox ſonat & uox trãſit,auris audit & auditus deſinit: laus uero tua in æternum ſtat. Quis ergo eſt qui te laudet? Quis homo annunciet laudem tuam? Laus tua perpetua eſt,tranſitoria non eſt. Hic te laudat qui teipſum laudem tuam credit. Hic te laudat, qui ſeipſum noſcit in tuam laudem non poſſe pertingere. Laus tua perpetua eſt quæ nunquam tranſit. In te eſt laus noſtra,in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te, ſed tu te,& per te,& in te,& nobis etiam eſt laus in te. Tunc ueram habemus laudem quando à te habemus laudem, quando lux approbat lucem, quia tu uera laus tribuis ueram laudem. Quotiens autem ab alio quàm à te quærimus laudem, totiens tuam amittimus laudem, quia illa tranſitoria eſt, ſed tua æterna. Si tranſitoriam quærimus, æternam amittimus laudem. Si æternam uolumus, tranſitoriam non amemus. Laus æterna domine deus meus, à quo omnis laus, ſine quo nulla eſt laus, non ualeo laudare te ſine te, habeam te & laudabo te. Quis enim ego ſum domine per me ut laudem te? Puluis & cinis ego ſum, canis mortuus & fœtẽs ego ſum, uermis & putredo ego ſum. Quis ego ſum ut laudem te domine deus fortiſſime ſpirituum uniuerſæ carnis,qui inhabitas æternitatem? Nunquid tenebræ laudabunt lucem,aut mors uitam? Tu lux,ego tenebræ: tu uita,ego mors. Nunquid uanitas ueritatem laudabit? Tu es ueritas, ego uero homo ſimilis factus uanitati. Quid ergo domine, laudabo te? Nunquid miſeria mea laudabit te? Nunquid fœtor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis,quæ hodie eſt & cras tollitur, laudabit te? Nunquid

A quid laudabit te homo putredo & filius hominis uermis? Nunquid laudabit te domine, qui in peccatis conceptus eſt,& natus & nutritus? Laudet te domine deus meus incomprehenſibilis potentia tua,incircumſcriptibilis ſapientia tua,& ineffabilis bonitas tua. Laudet te ſupereminens clementia tua,ſuperabundans miſericordia tua,ſempiterna quoque uirtus & diuinitas tua. Laudet te omnipotentiſſima fortitudo tua, ſumma quoque benignitas & charitas tua,per quam creaſti nos domine deus uita animæ meæ.

Ego autem creatura tua ſub umbra alarum tuarum ſperabo in bonitate tua, qua creaſti Cap.XI
me. Adiuua creaturam tuam quam creauit benignitas tua. Nõ pereat in malicia mea quod operata eſt bonitas tua. Non pereat in miſeria mea quod fecit ſumma clementia tua. Quæ eſt enim utilitas in creatione tua,ſi deſcendam in corruptionem meam? Nunquid enim ua ne deus conſtituiſti omnes filios hominum? Creaſti me domine,rege quod creaſti. Opera manuum tuarum ne deſpicias deus. Me feciſti de nihilo,ſi me non regis domine,iterum reuertar ad nihilum. Sicut enim domine non eram, & de nihilo feciſti me: ſic ſi me non regis, adhuc ad nihilum redigar in me. Adiuua me domine uita mea,ne peream in malicia mea. Si non creaſſes me domine,non eſſem: quia creaſti me,iam ſum. Si non regis,iam non ſum: non enim mea merita,non mea gratia te coëgerunt ut creares me,ſed benigniſſima bonitas tua & clementia tua. Illa charitas tua domine deus meus quæ te ad creationem coëgit, ipſa quæſo modo cogat te ad regendum. Quid enim prodeſt quod te compulit charitas tua ad creandum, ſi peream in miſeria mea, & non me regat dextera tua? Hæc te cogat domine deus meus clementia ad ſaluandum quod creatum eſt,quæ te compulit creare quod creatũ non eſt. Ipſa te uincat charitas ad ſaluandum,quæ te uicit ad creandum: quia nec nunc minor eſt,quia ipſa charitas tuipſe es,qui ſemper idem es. Non eſt abbreuiata manus tua domine ut ſaluare nequeat,neq; aggrauata eſt auris tua,ut non audiat,ſed peccata mea diuiſerunt inter me & te, inter tenebras & lucem, inter imaginem mortis & uitam, inter uanitatem & ueritatem,inter lunaticam hanc uitam meam & ſempiternam tuam.

B Hæ ſunt umbræ tenebrarum,quibus operior in hac abyſſo caliginoſi carceris huius, in qua Caput XII
proſtratus iacco donec aſpiret dies,& inclinentur umbræ, fiatq; lux in firmamento uirtutis tuæ,uox domini in uirtute, uox domini in magnificentia,dicatq;,Fiat lux & effugentur tenebræ & appareat arida, germinetq; terra herbam uirentem & facientem ſemen & fructum bonum iuſtitiæ regni tui. Domine pater & deus,uita per quam omnia uiuunt, & ſine qua omnia mortua computantur, ne derelinquas me in cogitatu maligno, & extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Aufer à me concupiſcentias, & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me, ſed poſſide cor meum ut te cogitet ſemper. Illumina oculos meos ut te uideant, & non extollantur ante te gloria ſempiterna, ſed humiliter ſentiant non in mirabilibus ſuper ſe, & quæ à dextris ſunt uideant, & non quæ à ſiniſtris abs te, & palpebræ tuæ præcedant greſſus meos. Nam & palpebræ tuæ interrogant filios hominum. Allide concupiſcentiam meam dulcedine tua quam abſcondiſti timentibus te, ut concupiſcam te concupiſcentijs ſempiternis, ne uanis illectus & deceptus interior guſtus ponat amarum dulce, & dulce amarum: tenebras lucem, & lucem tenebras: ut liberari in medio tot decipularum poſſim ab inimico ſuper faciem uiæ huius poſitarum, ad capiendas animas peccatorum, quibus plenus eſt totus mundus, quod is qui uidit ſub ſilentio non tranſiuit, inquiens. Quicquid enim eſt in mundo, aut eſt concupiſcen- 1. Ioan. 2
tia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ. Ecce domine deus meus, mundus totus plenus eſt concupiſcentiarum laqueis, quos parauerunt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? Profecto à quo tu abſtuleris extollentiam oculorum ſuorum, ut non eum capiat concupiſcentia oculorum: & à quo tu abſtuleris carnis concupiſcentiam, ne eum capiat carnis concupiſcentia: & à quo tu abſtuleris animum irreuerentem & infrunitum, ne eum callide decipiat ſuperbia uitæ. O quàm felix cui hæc tu facies, quippe tranſibit immunis. Nunc redemptor te precor per te, adiuua me ne cor-

ruam in conſpectu aduerſariorum meorum, captus laqueis eorum, quos parauerunt pe- C
dibus meis,ut incurucnt animam meam.Sed erue me uirtus ſalutis meæ, ne ſibi riſum exhi
als tui beant de me inimici mei qui oderũt te.Exurge domine deus meus,fortis meus,& diſſipen
tur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua: ſicut fluit cæra à facie ignis, ſic pereant
peccatores à facie tua.Et ego abſcõdar in abſcondito faciei tuæ, & gaudeã cũ filijs tuis ſatia
tus omnibus bonis.Et tu domine deus pater orphanorũ,& tu mater pupillorũ tuorũ,audi
eiulatũ filiorũ tuorũ & extẽde alas tuas ut fugiamus ſub eis à facie inimici. Turris fortitudi
nis Iſraël,qui nõ dormitas,neq; dormis cuſtodiẽs Iſraël,quia nõ dormit neq; dormitat ho
Caput XIII ſtis qui impugnat Iſraël. O lux quam non uidet alia lux,lumen quod non ui
det aliud lumen, lux quæ obtenebrat omnem lucem, & lumen quod excæcat omne extra
neum,lux à quo omnis lux,lumen à quo omne lumen,lumen ad quod omne lumen eſt te
nebra, ad quod omnis lux obſcuritas, lux cui omnes tenebræ lumen, cui omnis obſcuritas
lux,lux ſuprema quam cæcitas non obnubilat,quam caligo non hebetat,quam tenebræ nõ
obſcurant,quam nulla obſtantia claudit,quam nunquam ſeparat aliqua umbra,lux quæ il
luminas omnia tota ſimul,ſemel & ſemper,abſorbe me in claritatis abyſſum,ut uideam un
diq; te in te,& me in te,& cuncta ſub te. Ne derelinquas me ne accreſcant umbræ ignoran
tiæ meæ,& multiplicentur delicta mea.Sine te enim omnia ſunt mihi tenebræ, omnia ma
la,quia nihil bonum ſine te uero,ſolo & ſummo bono. Hoc cõfiteor,hoc ſcio domine deus
meus,quia ubicunq; ſum ſine te,male eſt mihi præter te, non ſolum extra me, ſed etiam in
me,quia omnis copia quæ non eſt deus meus,mihi eſt egeſtas.Satiabor tunc cum apparue
rit gloria tua.Et tu domine uita mea beata,fac ut miſeriam meam confitear tibi, ex quo ab
unitate bonitatis tuæ ſummo & uno bono temporalium rerum multiformitas lapſum me
per carnales ſenſus diſſipauit,& ab uno in multa diuiſit,& facta eſt mihi abundantia labo
rioſa,& egeſtas copioſa,dum aliud & aliud ſequebar, & à nullo implebar, dum non in me
inueniebam te incommutabile & ſingulare & indiuiſum unum bonum, quod conſecutus D
non egeo,quod conſecutus non doleo, quod poſſidens ſatiatur totum deſiderium meum.
Heu miſeria ſuper miſeriam,cum miſera anima mea à te refugit,cum quo ſemper abundat
& gaudet:& ſequitur mundum,cum quo ſemper eget & dolet. Mundus clamat deficio: tu
domine clamas reficio:& miſeria mea praua magis ſequitur deficientem quàm reficientem.
Planè infirmitas mea hæc eſt, Medice ſpirituum ſana illam, ut confitear tibi, ſalus animæ
meæ toto corde meo ſuper omnibus beneficijs tuis quibus paſcis me à iuuentute mea & uſ
que in ſenectam & ſenium: te deprecor per teipſum ne derelinquas me, feciſti me cum non
eſſem,redemiſti me cum petiſſem:perieram,mortuus fueram,ad mortuum deſcẽdiſti, mor
talitatem ſuſcepiſti:ad ſeruum rex deſcẽdiſti,ut ſeruum redimeres teipſum tradidiſti:ut ego
uiuerem,tu mortem ſuſcepiſti,mortem uiciſti, me inſtauraſti cum te humiliaſti: perieram,
abieram in peccatis,uenundatus eram, ueniſti pro me ut redimeres me, & tantum me dile
xiſti,ut ſanguinem tuum in precium dares pro me, dilexiſti me domine plus quàm te,quia
mori uoluiſti pro me. Tali pacto,tam charo precio reduxiſti me de exilio, redemiſti me de
ſeruitio,retraxiſti me de ſupplicio,uocaſti me nomine tuo,ſignaſti me ſanguine tuo,ut me
moriale tuum ſemper eſſet apud me,& nunquam recederet à corde meo qui pro me non re
ceſſit à cruce. Vnxiſti me oleo tuo quo tu unctus fuiſti,ut à te Chriſto dicerer Chriſtianus.
Et in manibus tuis deſcripſiſti me, ut ſemper ſit memoria mea apud te, ſi tamen memoria
tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia tua ſemper & miſericordia præuenerunt me.
De multis nanq; & magnis periculis ſæpe liberaſti me, liberator meus: quando erraui, ad
uiã reduxiſti me:quãdo ignoraui,docuiſti me:quãdopeccaui,corripuiſti me: quando fui tri
ſtis,conſolatus es me:quando deſperaui,confortaſti me:quando cecidi,erexiſti me:quando
ſteti,tenuiſti me:quando iui,deduxiſti me:quando ueni,ſuſcepiſti me:quando dormiui,cu
Caput XIIII ſtodiſti me:quando clamaui,exaudiſti me. Hæc enim & mul
ta alia beneficia feciſti mihi domine deus meus uita animæ meæ, de quibus dulce eſ
ſet mihi

A ſet mihi ſemper loqui, ſemper cogitare, ſemper tibi gratias agere, ut poſſim te ſemper pro
omnibus bonis tuis laudare & amare te toto corde meo, & tota anima mea, & tota mente
mea, & tota fortitudine mea, ſimul ex omnibus medullis & intimis cordis mei & omnium
compagum mearum,beata dulcedo domine deus meus omnium qui delectãtur in te.Sed
imperfectum meum uiderunt oculi tui,oculi,inquam,tui multo lucidiores ſunt ſole,circum
ſpicites omnes uias hominum & profundum abyſſi, & in omni loco contemplantur ſem
per bonos & malos. Cum enim cunctis præſideas ſingula implens,totus ſemper ubiq; præ
ſens,cunctorumq; curam agens quæ creaſti,quia nihil odiſti eorum quæ feciſti, ſic greſſus
meos ſemitasq; conſyderas,& die noctuq; ſuper cuſtodiam meam uigilas, omnes ſemitas
meas diligenter notans,ſpeculator perpetuus, ueluti ſi totius creaturæ tuæ cœli & terræ obli
tus,tantum me ſolum conſyderes,& nihil ſit tibi curæ de alijs. Neq; enim tibi creſcit lux in
commutabilis uiſionis tuæ ſi tantum unum aſpicias, neque minuitur ſi innumera uideas &
diuerſa.Quia ſicut unum totum ſimul perfecte conſyderas,ſic ſingula quælibet licet diuerſa
perfecte ſimul totaq; totus conſpicit uiſus tuus.Sed ſicut omnia ſic unum, & ſicut unum ſic
ſingula,totus ſimul ſine diuiſione uel commutatione,uel diminutione conſyderas. Itaq; to
tus tu in toto tempore ſine tempore, totum me ſimul ſemperq; conſyderas, ac ſi nihil aliud
conſyderare habeas.Sic igitur ſuper cuſtodiam meam ſtas,ſicut ſi omnium oblitus ſis,& mi
hi ſoli intendere uelis.Semper quippe te præſentem exhibes, ſemper te paratum offers, ſi
me paratum inuenis. Quocunq; iero tu me domine non deſeris, niſi prior ego te deſeram.
Vbicunq; fuero non recedis,quoniam ubiq; es,& quocunq; iero inueniam te, per quẽ poſ
ſim eſſe ne peream ſine te,cum ſine te eſſe non poſſim. Fateor quidem, quia quicquid facio
& quæcunq; facio,ante te facio, & illud quicquid eſt quod facio, melius tu uides quàm ego
qui facio. Quicquid enim ſemper operor, tu pariter ſemper præſens aſſiſtis, utpote perpe
tuus inſpector omnium cogitationum,intentionum,delectationum,& omnium operatio
num mearum. Domine ante te eſt ſemper omne deſiderium meum, ante te tota cogitatio
B mea.Tu domine uides unde ueniat ſpiritus, ubi ſit, & quò uadat,quia tu es omnium ſpiri
tuum põderator,& utrum radix ſit dulcis,an amara,de qua foris pulchra folia emittuntur:
tu iudex internus melius ipſe noſti,& etiam medullas radicum ſubtilius perſcrutaris,& non
ſolum intentionem, ſed radicis eius medullam intimam diſertiſſima tuæ lucis ueritate colli
gis,numeras,contueris & conſignas, ut reddas unicuiq; non ſolummodo ſecundum opera
uel intentionem, ſed etiam ſecundum ipſam interiorem abſconditam medullam radicis, de
qua procedit intentio operantis. Ad quod tendo cum operor,quicquid cogito,& in quocun
que delector,tu uides,aures tuæ audiunt,oculi tui uident & conſyderant,ſignas,attendis,no
tas & ſcribis in libro tuo ſiue bonum fuerit ſiue malum,ut reddas poſtea pro bono præmia,
& pro malo ſupplicia, quando aperientur libri & iudicabuntur ſecundum hæc quæ fuerunt
ſcripta in libris tuis.Hoc eſt forte quod iam dixiſti nobis, Conſyderabo nouiſſima eorũ: &
quod de te domine dicitur, Vniuerſorum finem ipſe conſyderat, quoniam tu quidem in o
mnibus quæ agimus,finem intentionis magis quàm actum operationis attendis. Cumq;
hæc diligenter conſydero domine deus meus,terribilis & fortis,timore pariter & ingenti ru
bore confundor,quoniam nobis magna eſt indita neceſſitas iuſte rectecq; uiuendi, qui cun
cta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Fortiſſime magnipotens deus Cap. XV
ſpirituum uniuerſæ carnis,cuius oculi ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam,à die natiuita
tis eorum uſq; in diem exitus eorum, ut reddas unicuiq; ſecundum opera eorum bona uel
mala, oſtende mihi ut confitear tibi paupertatem meam, quoniam dixi quòd diues eſſem,
& nullius egerem, & neſciebam quoniam pauper eram,cæcus, nudus, miſer & miſerabi
lis. Credebam enim me fore aliquid cum nihil eſſem. Dixi ſapiens efficiar,& ſtultus factus
ſum. Cogitabam me eſſe prudẽtem, & deceptus ſum Et uideo nunc quia donum tuum eſt,
ſine quo nihil poſſumus facere,quia niſi tu domine cuſtodieris ciuitatem, fruſtra uigilat qui
cuſtodit eam. Sic docuiſti me ut cognoſcerem me, quia dereliquiſti me & probaſti me,

non

non propter te quòd cognoſceres me, ſed propter me ut cognoſcerem me. Nam ut dixi C
domine credebam me aliquid fore ex me, exiſtimabam me ſufficere per me, nec percipiebam quoniam tu regebas me, donec aliquantulum te elongaſti à me, & cecidi ſtatim in me, & uidi & cognoui quoniam tu regebas me, & quòd cecidi, fuit ex me: & quòd ſurrexi, fuit ex te. Aperuiſti mihi oculos lux & excitaſti & illuminaſti me, & uidi quoniam tentatio eſt hominis uita ſuper terram, & quòd gloriari non ualeat ante te omnis caro, nec iuſtificatur omnis uiuens, quoniam ſi quid boni eſt parui uel magni, donum tuum eſt, & noſtrum non niſi malum eſt. Vnde igitur gloriabitur omnis caro? nunquid de malo? Hæc nō eſt gloria, ſed miſeria. Sed nunquid gloriabitur de bono, nunquid de alieno? Tuum domine eſt bonum, tua eſt gloria, Qui enim de bono tuo gloriam ſibi quærit & non tibi quærit, hic fur eſt & latro, & ſimilis eſt diabolo, qui uoluit furari gloriā tuā. Qui eīm laudari uult de tuo dono, & non quærit in illo gloriam tuam, ſed ſuam: hic licet propter tuum donum laudetur ab hominibus, à te tamen uituperatur, quia de dono tuo non tuam, ſed ſuam gloriam quæſiuit. Qui autem ab hominibus laudatur uituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, nec liberabitur condēnante te. At tu domine formator meus ex utero matris meæ, non me ſinas cadere in illam exprobrationem, ut exprobretur mihi furari uoluiſſe gloriam tuā. Tibi enim ſit gloria, cuius eſt omne bonum: nobis autem confuſio faciei & miſeria quorum eſt omne malum, niſi tu uolueris miſereri. Miſereris quippe domine, miſereris omnium, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, & das nobis de bonis tuis, & ditas nos domine deus inopes optimis donis tuis. Quoniam diligis pauperes, & diuites facis eos diuitijs tuis. Ecce nūc domine pauperes nos filij tui ſumus, & puſillus grex tuus, aperi nobis ianuas tuas, & edēt pauperes & ſatiabuntur, & laudabunt te qui requirunt te. Scio etiam domine & cōfiteor docente te, quoniam illi ſoli qui cognoſcunt ſe pauperes, & confitentur tibi paupertatem ſuam, ditabuntur à te: quoniam qui ſe diuites exiſtimant cum ſint pauperes, à tuis diuitijs inuenientur excluſi. Ego igitur cōfiteor tibi domine deus meus paupertatem meam, & ſit tibi tua glo D
ria tota, quoniam tuum eſt omne bonum per me geſtum. Domine cōfiteor ut docuiſti me, nihil aliud ſum quàm uniuerſa uanitas & umbra mortis, & abyſſus quædam tenebroſa, & terra inanis & uacua, quæ ſine tua benedictione nō germinat, fructū quoq; nō facit, niſi confuſionem, peccatum & mortem. Si quid boni unquam habui, à te recepi, quicquid boni habeo tuum eſt, uel à te habeo. Si quando ſteti, per te ſteti: ſed quando cecidi, per me cecidi, & ſemper in luto iacuiſſem, niſi tu me erexiſſes: ſemper cæcus fuiſſem, niſi tu me illuminaſſes. Quando cecidi nunquam ſurrexiſſem, niſi tu mihi manum porrexiſſes. Poſtquam me etiā erexiſti ſemper cecidiſſem, niſi tu me ſuſtinuiſſes: ſæpius periſſem, niſi me gubernaſſes. Sic ſemper domine, ſic ſemper gratia tua & miſericordia tua præuenit me, liberans me ab omnibus malis, ſaluans à præteritis, ſuſcitans à præſentibus, & muniens à futuris, præcidens etiā ante me laqueos peccatorū, tollens occaſiones & cauſas: quia niſi tu & hoc mihi feciſſes, ego omnia peccata mundi feciſſem, quoniā ſcio domine, quòd nullū peccatum eſt quod unquā fecerit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi creator deſit à quo factus eſt homo. Sed quod nō facerē, tu feciſti: qđ abſtinerē tu iuſſiſti, & quod tibi crederē, gratiā tu infudiſti. Tu nanq; domine regebas me tibi, ſeruabas me tibi, & mihi ut adulteriū & omne aliud peccatū-
De diaboli tentationibus Cap. XVI nō cōmitterē, gratiā & lumen donaſti. Tentator defuit, & ut deeſſet, tu feciſti: locus & tēpus defuit, & ut hæc deeſſent tu feciſti. Affuit tentator, non defuit locus, non defuit tēpus: ſed ut non conſentirē, tu me tenuiſti. Venit tentator tenebroſus ut eſt, & ut eum deſpicerē, tu me confortaſti. Venit tentator armatus & fortis, & ut me non uinceret, tu eum refrenaſti, & me roboraſti. Venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & ut me non decipe-
ret, tu eum increpaſti, & ut eum cognoſcerem, tu me illuminaſti: ipſe enim eſt draco, ille magnus & rufus, ſerpens antiquus, uocatus diabolus & ſatanas, habens capita ſeptem, & cornua decem, quem creaſti ad illudendum huic mari magno & ſpacioſo, in quo reptant animalia, quorū non eſt numerus, & animalia puſilla & magna, id eſt diuerſa dæmoniorum

A niorum genera, qui nihil aliud die noctuq; operantur, niſi quia circumeunt quærētes quem deuorent, niſi tu eripias. Ipſe enim eſt antiquus ille draco, qui ortus eſt in paradiſo uoluptatis, qui cauda ſua trahit tertiā partem ſtellarum cœli, & eas mittit in terram, qui ueneno ſuo corrumpit aquas terræ, ut bibētes homines moriantur, & qui ſternit ſibi aurum quaſi lutū, quod influat Iordanis in os ſuum, & habet fiduciam, qui factus eſt ut nullū timeat. Et quis defendet à morſibus eius, quis eruet ab ore eius, niſi tu domine qui confregiſti capita draconis magni? Adiuua nos, prætende domine ſuper nos alas tuas, ut fugiamus ſub eis à facie draconis huius, qui nos perſequitur, & ſcuto tuo libera nos à cornibus eius: hoc eīm eſt continuum ſtudium eius, hoc unicum deſiderium ſuum, ut animas quas creaſti deuoret. Et ideo deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduerſario noſtro quotidiano, qui ſiue dormiamus, ſiue uigilemus, ſiue comedamus, ſiue bibamus, ſiue quodcunq; opus operemur, omnibus modis inſtat die ac nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occulte, ſagittas uenenatas contra nos dirigens, ut interficiat animas noſtras. Et tamen domine peſſima inſania noſtra, quia cum continue uideamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & laſciuimus in pigritijs noſtris, tanquam ſecuri ante eū, q nihil aliud deſiderat quàm ut nos perdat. Inimicus ut occidat ſemper uigilat ſine ſomno, & nos ut cuſtodiamus nos, nolumus euigilare à ſomno. Ecce tetendit ante pedes noſtros laqueos infinitos, & omnes uias noſtras uarijs repleuit decipulis ad capiēdas animas noſtras. Et quis effugiet? Laqueos poſuit in diuitijs, laqueos poſuit in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in uoluptate, in ſomno & in uigilia, laqueos poſuit in uerbo & in opere, & in omni uia noſtra. Sed tu domine libera nos de laqueo uenantium, & à uerbo aſpero, ut confiteamur tibi dicentes, Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Et tu quidem domine lux mea, illumina oculos meos, ut *Quod deus eſt lux ſuſtorum Cap. XVII*
B uideam lumen, & ambulem in lumine tuo, & non impingam in laqueos eius. Quis enim euadet laqueos iſtos multos, niſi uideat eos? Et quis uidebit eos, niſi quem illuminaueris lumine tuo? Ipſe enim pater tenebrarum laqueos ſuos abſcondit in tenebris ſuis, ut capiātur in eis omnes qui ſunt in tenebris ſuis, qui ſunt filij tenebrarum harum, non uidentes lumen tuum, in quo qui ambulat non timebit: qui enim ambulat in die, non offendit: qui autem in nocte ambulat, offendit, quia lux non eſt in eo. Tu lux domine, tu lux filiorum lucis, tu dies qui neſcis occaſum, in qua ambulant filij tui ſine offenſione, & ſine qua omnes qui ambulant in tenebris ſunt, quia te lucem mundi non habent: ecce quotidie cernimus, quia quo magis à te uero lumine quis elōgatur, eo magis peccatorum inuoluitur tenebris: & quo magis eſt in tenebris, eo minus uidet laqueos in uia ſua, & ideo minus cognoſcit, & idcirco ſæpius capitur, & cadit in eis, & quod eſt horribilius, etiam ſe cecidiſſe ignorat. Qui uero ſuum caſum ignorat, eo minus curat ſurgere, quanto ſe exiſtimat adhuc ſtare. Tu uero lux mentis domine deus meus, nunc illumina oculos meos, ut uideam & cognoſcam, ne corruam in conſpectu aduerſariorum meorum. Etenim in exterminium noſtrum laborat inimicus noſter, quem petimus ut facias liquefieri à facie noſtra, ſicut cæra liqueſcit à facie ignis. Quoniam domine ipſe eſt latro primus & ultimus, qui conſilium fecit ut raperet gloriam tuam, quoniam inflatus & elatus crepuit & cecidit in faciem ſuam, & deieciſti eum de mōte ſancto tuo, & de medio lapidum ignitorū, in quorum medio ambulauit. Et nunc uita mea domine deus meus, ex quo cecidit non ceſſat perſequi filios tuos. Et in odium tuum ô rex magne, cupit perdere hanc creaturam tuam, quam creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam ut poſſideat gloriam tuam, quam ipſe perdidit per ſuperbiam ſuam. Sed contere eum fortis noſter antequàm nos agnos tuos deuoret, & illumina nos ut uideamus laqueos quos ipſe parauit, & euadamus ad te ô lætitia Iſraël. Et hæc omnia tu domine melius noſti, qui noſti contentionem eius, & ceruicem eius duriſſimam. Nec hoc dico ut oſtendam tibi, quia omnia uides, & nulla te latet cogitatio. Sed ante

pedes

pedes tuæ maiestatis de inimico meo querimoniã facio,iudex æterne, ut & ipsum damnes, C
& nos filios tuos salues,quorũ fortitudo tu es. Versutus est enim domine iste hostis & tor-
tuosus,nec facile deprehendi possunt circuitus uiæ eius, nec cognosci species uultus eius, ni-
si tu illumines. Nam nunc hic,nunc illic:nunc agnum,nunc lupum: nunc tenebras, nunc lu-
cem se ostendit,& singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, secundum uarias
rerum mutationes,uarias exhibet tentationes. Nam ut tristes decipiat, tristatur & ipse: ut
gaudentes illudat,fingit se & ipse gaudere:ut spiritales defraudet,in angelum lucis se trans-
figurat:ut fortes comprimat, apparet agnus:ut mites deuoret,apparet lupus. Hæc quidem
omnia secundum similitudinem uariarum tentationum effici habet, sicut alios à timore no
cturno,alios à sagitta uolãte in die,alios à negocio perambulante in tenebris, alios uero ab
incursu, alios à dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus ut cognoscat, & astutias eius
quis cognouit? Quis reuelabit speciem indumenti eius, & gyrum dentium eius quis agno-
scet? En abscõdit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis,& hoc
difficilius perpẽditur,nisi à te domine spes nostra lumen assumamus, ut uideamus omnia.
Nam non solum in carnis operibus quæ de facili cognoscũtur,nec tantum in ipsis uitijs,sed
in ipsis spiritalibus exercitijs laqueos abscondit subtiles,& sub uirtutum colore ipsa uitia in-
duit,& transmutat se in angelum lucis. Hæc & multa alia nititur contra nos ipse filius Belial,
ipse satan,domine deus noster. Et nunc ut leo, nunc ut draco, manifeste & occulte, intus &
extra,die ac nocte insidiat ut rapiat animas nostras. Et tu eripe nos domine,qui saluas spe-
rantes in te,ut ipse de nobis doleat,& tu lauderis in nobis domine deus noster.

Cap. XVIII Ego autem filius ancillæ tuæ qui me commendaui manui tuæ, iam his meis pauperculis
confessionibus confitear tibi liberator meus toto corde meo, & recolam ad mentem meam
omnia bona quæ feciſti mihi à iuuentute mea,in omni uita mea. Scio nanq; quod ingrati-
tudo multum tibi displiceat,quæ est radix totius mali spiritalis,& uentus quidam deiccãs,
& urens omne bonum,obstruẽs fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominem, qua & D
mala mortua iam oriuntur,& uiua iam opera moriuntur,& ultra non adipiscuntur. Et ego
domine gratias tibi agam,ne sim ingratus tibi liberator meus,quoniam liberasti me. Quo-
tiens me iam absorbuerat ille draco,& tu domine ab ore eius extraxisti me? Quotiens ego
peccaui,& ipse paratus fuit deglutire me,sed tu domine deus meus defendisti me? Cũ con-
tra te inique agebam,cum tua mãdata frangebam,stabat ipse paratus ut me raperet ad in-
fernum,sed tu prohibebas. Ego te offendebam,& tu me defendebas:ego te nõ timebam, &
tu me custodiebas. A te recedebam,& inimico meo me exhibebam,tu ipsum ne me accipe-
ret,deterrebas. Hæc mihi tu domine deus meus beneficia conferebas, & ego miser non co-
gnoscebam. Sic enim me multotiens à faucibus diaboli liberasti, de ore leonis eripuisti, &
ab inferno licet nescientem me multis uicibus reduxisti. Descendi enim usq; ad portas infer
ni,& ne illuc intrarem,tu me tenuisti. Appropinquabã usq; ad portas mortis,& ne me ipsæ
caperent,tu feciſti. De morte etiam corporis sæpius eripuisti me saluator meus, cum graues
morbi tenerent me,cum fui in periculis multis,per mare,per terras, ab igne & gladio, & ab
omni periculo liberans,semper mihi astans & misericorditer saluans. Sciebas tu quidem do
mine,quia si tunc mors me occupasset, infernus animam meam suscepisset, & perpetuo da-
mnatus fuissem:sed tua misericordia, & tua gratia præuenit me, eripiens me de morte cor-
poris,& de morte animæ domine deus meus. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhibui
sti, & ego eram cæcus, & non cognoui donec illuminasti me. Nunc igitur lux animæ meæ
domine deus meus,uita mea,per quam uiuo, lumen oculorum meorum, per quod uideo,
en illuminasti me,& cognosco te,quia uiuo per te,& gratias ago tibi licet uiles & exiles & im
pares beneficijs tuis, quales habet mea fragilitas offero. Quoniam tu es solus deus meus,
creator meus benignus,qui amas nostras animas,& nihil odisti eorum quæ feciſti. En ego
primus inter peccatores quos saluasti, ut exemplum alijs tribuã benignissimæ pietatis tuæ.
Confiteãr beneficia tua magna,quoniam eripuisti me de inferno inferiori semel & secundo
& tertio

A & tertio & centies & millies,& ego semper ad infernum tendebam,& tu me semper reduce-
bas,& iuste millies damnasses me si uoluisses:noluisti,quia amas animas,& dissimulas pec
cata hominum propter pœnitentiam domine deus meus, multæ misericordiæ in omnibus
uijs tuis. Nunc ergo uideo hæc domine deus meus, & cognosco per lumen tuum,& deficit
anima mea in misericordia tua magna quæ est super me, quoniã eripuisti animam meam
ex inferno inferiori,& me ad uitam reduxisti. Totus enim eram in morte, totum me resusci
tasti. Tuum igitur sit totũ id quod uiuo,& totus totũ me tibi offero. Totus spiritus,totum
cor,totũ corpus,tota uita mea uiuat tibi,uita mea dulcis,quoniã totum me liberasti ut totũ
me possideres,totum me refeciſti ut totum me rehaberes. Diligam te igitur domine uirtus
mea,diligam te ineffabilis exultatio mea,& uiuat iam nõ mihi, sed tibi tota uita mea, quæ
perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, qui es deus misericors & misera-
tor & multæ misericordiæ in milia his qui diligunt nomen tuũ. Idcirco domine deus meus
sanctificator meus iussisti mihi lege tua,ut diligam te toto corde meo,tota anima mea,tota
mẽte mea,tota fortitudine mea,& totis uiribus meis,& etiã ex intimis medullis cordis mei,
omnibus horis & momentis quibus fruor bonis misericordiæ tuæ,quoniã semper perirem,
nisi quia semper regis me:semper morerer,nisi quia semper me uiuificas,& omni momento
me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla
est hora uel punctum in omni uita mea,quo tuo beneficio nõ utar:sic nullũ debet esse mo-
mentum quo te non habeam ante oculos in mea memoria,& te non diligam ex omni for-
titudine mea. Sed nec hoc ualeo nisi tu dederis mihi,cuius est omne donum bonũ,& omne
datum optimum descendens à patre luminum,apud quem non est transmutatio,nec uicis-
situdinis obumbratio. Nõ enim est uolentis neq; currentis, sed tui miserentis,ut diligamus
te. Tuum est domine hoc donum,cuius est omne bonum. Iubes te diligi, da quod iubes &
iube quod uis. *De feruore charitatis. Cap. XIX*
Amo te deus meus,magisq; semper amare cupio,quia tu es reuerã
B omni melle dulcior, omni lacte nutribilior,& omni luce clarior. Idcirco super omne aurum
& argẽtum & lapidem preciosum es mihi charior,displicebat enim mihi quicquid agebam
in seculo præ dulcedine tua,& decore domus tuæ quam dilexi. O ignis qui semper ardes &
nunq; extingueris,ô amor qui semper ferues & nunq; tepescis,accẽde me. Accendar,inquã,
totus à te ut totus diligam te. Minus enim te amat,qui tecum aliquid amat quod non pro-
pter te amat. Diligã te domine,quoniã tu prior dilexisti me. Et unde mihi uerbum ut expli
cem signa dilectionis tuæ,maxime erga me propter innumera beneficia tua, quibus à prin-
cipio educasti me? Post beneficium nempe creationis quãdo in principio de nihilo ad ima
ginem tuam creasti me,honorificans & exaltans me inter eas creaturas quas feciſti,& nobi
litãs lumine uultus tui quo signasti superliminare cordis mei, quo ab insensibilibus pariter
& sensibilibus brutis discreuisti me,& paulominus ab angelis minuisti. Parũ & hoc fuit an-
te conspectum diuinitatis tuæ, quoniam quotidianis & singularibus maximisq; donarijs
tuorum beneficiorum me sine intermissione nutriuisti, & quasi filium tuũ paruulum tenel-
lum uberibus tuæ consolationis lactasti & cõfortasti me. Vt enim tibi totus seruirẽ, omnia
quæcunq; feciſti in meum seruitium tradidisti. *Quòd deus subiecit omnia seruituti hominum. Cap. XX*
Omnia sub pedibus hominis sub-
iecisti,ut solus homo totus tibi subijceretur. Et ut tuus totus homo esset,super omnia opera
tua dominatus est homo. Exteriora nempe pro corpore cuncta creasti, ipsum uero corpus
pro anima,animam uero pro te ut tibi soli uacaret,& te solum amaret,possidens te ad sola-
tium,inferiora uero ad seruitium. Quicquid enim cœli ambitu cõtinetur inferius ab anima
humana est,quæ facta est ut summum bonum superius posset,cuius possessione beata
fieret,cui si adhæserit,cunctorum mutabilium inferiorum necessitudines supergrediẽs,illius
summæ maiestatis cuius æmulatur speciem, æternæ immortalitatis faciem cum serenitate
uidebit. Tunc uero illis bonis optimis fruetur in domo domini,quorũ comparatione cun-
cta hæc quæ hic cernimus uelut nihilum computantur. Illa sunt quæ oculus non uidit,nec
auris audiuit,nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit deus diligentibus se. Et hæc

quidem domine daturus es animæ. His etiã quotidie lætificas animas ſeruorum tuorum, C
qui amas animas. Quid miror hæc domine deus meus, imaginem quippe tuã honorificas,
& ſimilitudinem tuã ad quam creatæ ſunt: nam & corpore noſtro licet adhuc corruptibili &
ignobili, ut uideret, dediſti cœli claritatem per manum miniſtrorum tuorum indefeſſorum,
ſolis & lunæ, qui præcepto tuo iugiter die ac nocte deſeruiunt filijs tuis: ut ſpiraret, largitus
es aëris puritatem: ut audiret, ſonorum uarietates, ut odoraret odorum ſuauitates, ut guſta-
ret ſaporum qualitates: ut contrectaret, dediſti corpulentorũ omnium groſſitates. Adiuua-
mẽta ſuis neceſſitatibus dediſti iumẽta, uolucres quoq; cœli, & piſces maris, & fructus terræ
ad reficiendum impendiſti. Medicinas de terra propter ſingulas quaſq; ſuas corruptelas
creaſti, ſingula ſolatia ſingulis malis obuiãtia præparaſti, quoniã es miſericors & miſerator,
& nouiſti figmentum noſtrum figulus noſter, & nos omnes quaſi lutum in manu tua.

Cap. XXI En aperiatur mihi miſericordia tua magna, lumine tuo illuſtra quæſo magis adhuc, ut
mihi magis aperiatur. Nam ex his minimis tua magna, & ex his uiſibilibus tua inuiſibilia
comprehendimus domine deus ſancte, & bone creator noſter. Si enim mi domine pro hoc
corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera beneficia præſtas à cœlo & aëre, à
terra & mari, à luce & tenebris, à calore & umbra, rore & imbre, uẽtis & pluuijs, uolucribus
& piſcibus, beſtijs & arboribus, & multiplicitate herbarum & germinũ terræ, & cunctarum
creaturarum tuarum miniſterio nobis ſucceſſiue per ſua tempora miniſtrantium, ut alleues
faſtidium noſtrũ: qualia quæſo, & cẽ magna & innumerabilia erunt illa bona, quæ præpa-
raſti diligentibus te, in illa cœleſti patria ubi te uidebimus facie ad faciem? Si tanta facis no
bis in carcere, quid ages in palatio? Magna & innumerabilia ſunt opera tua domine rex
cœlorum. Cũ enim ſint hæc omnia ualde bona & delectabilia, quæ bonis pariter malisq;
cõmunia tradidiſti, qualia futura ſunt illa, quæ ſolis bonis recondidiſti? Si tam innumera &
uaria dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, cẽ magna & innumerabilia, cẽ
dulcia & delectabilia quæ ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolatia in hac die lachry-
rum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia cõtinet carcer, quanta quæſo D
continet patria? Oculus non uidit deus abſq; te, quæ præparaſti diligentibus te. Secundum
enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ eſt etiam multitudo magna dulcedinis
tuæ, quã abſcondiſti timentibus te: magnus enim tu es dñe deus meus & immenſus, nec eſt
finis magnitudinis tuæ, nec eſt numerus ſapientiæ tuæ, nec eſt mẽſura benignitatis tuæ, nec
eſt finis, nec numerus, nec menſura retributionis tuæ, ſed ſicut magnus es tu, ita magna ſunt
donaria tua, quoniã tuipſe præmium & donũ omnium legitimorum tuorũ pugnatorum.

Cap. XXII Hæc ſunt beneficia magna tua domine deus, ſanctificator ſanctorum tuorum, quibus
repleturus es inopiam eſurientium filiorum tuorum: quoniã tu es ſpes deſperatorum, & con
ſolatio deſolatorum, tu corona ſpei, quæ ornata eſt, gloria præparata uincẽtibus. Tu fame-
licorum ſatietas æterna, danda eſurientibus. Tu conſolatio ſempiterna, qui ſolis illis te tri-
buis qui conſolationem huius mũdi pro tua perpetua cõſolatione contemnunt. Nam qui
hic conſolantur, indigni tua conſolatione habentur: ſed qui hic cruciantur, à te conſolãtur:
& qui participant paſſionibus, participant & cõſolationibus. Nemo enim poteſt in utroq;
ſeculo conſolari, nec poteſt quis hic, & in futuro gaudere: ſed unũ neceſſe eſt ut perdat, qui
alterum uoluerit poſſidere. Hæc ubi conſydero domine conſolator meus, in hac uita renuit
conſolari anima mea ut digna habeatur tuis conſolationibus æternis, quia iuſtum eſt ut
amittat te quicunq; in aliquo alio magis conſolari eligit cẽ in te. Et obſecro ſumma ueritas
te per te, nõ permittas me in aliqua conſolatione uana conſolari cẽ in te, ſed peto ut omnia
mihi amareſcant, ut tu ſolus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæſtimabilis, per
quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcora-
uit: tua dulcedo craticulam beato Laurentio dulcem fecit: pro tua dulcedine ibant apoſtoli
gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine tuo contumeliam
pati. Ibat Andreas ſecurus ad crucem & gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem propera-
bat.

A bat. Hæc enim tua dulcedo ipſos apoſtolorum principes ſic repleuit, ut pro ipſa crucis pati-
bulum unus eligeret, alter quoq; caput ferienti gladio ſupponere nõ timeret. Pro hac emen
da Bartholomæus propriam pellem dedit. Pro hac quoq; guſtanda ueneni poculum intre
pidus Ioannes potauit. Hanc uero ut guſtauit Petrus, omniũ interiorum oblitus clamauit
quaſi ebrius, dicens, Domine bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula: hic mo- Matth. 17
remur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus, ſufficit nobis domine uidere te, ſufficit,
inquit, tanta dulcedine ſatiari. Vnam enim ſtillam dulcedinis ille guſtauit, & omnem aliam
faſtidiuit dulcedinem. Quid putas dixiſſet, ſi magnam illam multitudinem dulcedinis di-
uinitatis tuæ guſtaſſet, quam abſcondiſti timentibus te? Hanc tuam dulcedinem ineffabi-
lem & illa guſtauerat uirgo, de qua legimus, q̃ lætiſſima & gloriãter ibat ad carcerem, quaſi
ad epulas inuitata. Hanc, ut reor, & ipſe guſtauerat, qui dicebat, Quàm magna multitudo Pſal. 30
dulcedinis tuæ domine quam abſcondiſti timẽtibus te: quiq; monebat, Guſtate & uidete, Pſal. 33
quoniam ſuauis eſt dominus. Hæc eſt enim illa beatitudo domine deus noſter quam expe
ctamus daturum te nobis, pro qua tibi domine continue militamus, pro qua tibi mortifi-
camur tota die, ut in tua uita tibi uiuamus. Tu autem domine expectatio Iſraël, Cap. XXIII
deſiderium ad quod ſuſpirat cor noſtrum quotidie, feſtina ne tardaueris. Surge, propera &
ueni, ut educas nos de iſto carcere ad confitendum nomini tuo, ut gloriemur in lumine tuo.
Aperi aures tuas clamoribus lachrymarum pupillorũ tuorum, qui clamãt ad te, Pater no- Matth. 6
ſter, da nobis hodie panem noſtrum quotidianum, in cuius fortitudine ambulemus die ac
nocte, uſquequo perueniamus ad mõtem ſanctum tuum Oreb. Et ego paruulus inter par-
uulos familiæ tuæ deus pater & uirtus mea, quando ueniã & apparebo ante faciem tuam,
ut qui nunc tibi confiteor ad tempus, extunc confitear tibi in æternum? Beatus ero ſi fuero
admiſſus ad uidẽdum claritatem tuam. Quis mihi hoc tribuat ut ad hoc uenire permittas
me? Scio domine, ſcio & confiteor me indignum ut intrem ſub tectum tuũ, ſed fac propter
B honorem tuum, & ne confundas in te ſperantem ſeruum tuum. Et quis intrabit in ſanctua-
rium tuum ad conſyderandas potentias tuas, niſi tu aperias? Quis autem aperiet, ſi tu clau
ſeris? Si enim deſtruxeris, nemo eſt qui ædificet. Et ſi incluſeris hominem, nemo eſt qui ape
riat. Si continueris aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſeris eas, ſubuertent terram: ſi omnia
quæ feciſti ad nihilũ redigas, quis contradicet tibi? Porrò ſempiterna bonitas miſericordiæ
tuæ qua feciſti omnia quæcunq; uoluiſti, tu nos feciſti fabricator mundi, rege nos: tu nos
creaſti, ne ſpernas nos, quia opera tua ſumus. Et quidẽ domine deus noſter, nos lutũ & uer-
miculi nõ ualemus in tuas æternitates intrare, niſi tu induxeris qui de nihilo cuncta creaſti.

Ego autẽ opus manuum tuarum confitebor tibi in timore tuo, quia non in arcu meo Quòd ſalus noſtra ex deo eſt. Cap. XXIIII
ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me, ſed dextera tua & brachium tuum & illumina-
tio uultus tui, alioquin deſperatem, quoniam ſpes mea tu es qui creaſti me, quoniã non de-
relinquis ſperantes in te. Tu quippe es dominus deus noſter ſuauis & patiens, in miſericor-
dia diſponẽs omnia. Nam ſi peccauerimus, tui ſumus: ſi non peccauerimus, tui ſumus, quo-
niam apud te ſumus computati. Nos enim folium uniuerſi, & uanitas eſt omnis homo ui-
uens, & uentus eſt uita noſtra ſuper terram. Ne iraſcaris ſi cadimus pupilli tui, quoniam tu
noſti figmẽtum noſtrum domine deus noſter. Num deus inæſtimabilis fortitudinis cõtra
folium quod à uento rapitur oſtẽdere uis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris?
Num damnabis rex Iſraël æternæ canem mortuum? Num damnabis culicem unum? Au
diuimus de miſericordia tua domine, quoniam tu mortem non facis, nec lætaris in perdi-
tione morientium. Propter hoc domine oramus te, ne permittas dominari quod nõ feciſti
huic creaturæ tuæ quam feciſti. Si enim doles de perditione, quid te prohibet domine, qui
omnia potes, ne ſemper læteris de noſtra ſaluatione? Si uis, potes me ſaluare, ego autẽ & ſi
uellem nõ poſſem. Magna eſt multitudo miſeriarum mearum mecum. Velle quippe mihi
adiacet, perficere autem non inuenio. Velle quod bonum eſt non poſſum, niſi tu uelis, nec
quod uolo poſſum, niſi tua potentia me confortet: & quod poſſum aliquando nolo, niſi

tua uoluntas fiat ſicut in cœlo & in terra. Et quod uolo & poſſum ignoro, niſi tua ſapientia me illuſtret. Etſi etiã ſciam quandoq; uolens, quandoq; ualens, imperfecta & uacua tranſit ſapientia mea, niſi adiuuet uera ſapientia tua. In tua autem uoluntate cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere uoluntati tuæ, domine uniuerſorum, principatum tenens omnis carnis, & quæcunq; uis facis in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. In nobis igitur fiat uoluntas tua, ſuper quibus inuocatum eſt nomen tuum, ne pereat hoc nobile plaſma tuum quod creaſti propter honorẽ tuum. Et quis homo natus de muliere qui uiuat & non uideat mortem, & eripiat animam ſuam de manu inferi, niſi tu ſolus eripias uita uitalis
Cap. XXV omnis uitæ, per quẽ omnia uiuunt? Etenim iam tibi confeſſus ſum laus uitæ meæ domine deus meus, uirtus ſalutis meæ. Sperabã aliquando in uirtute mea, quæ tamen non erat uirtus. Et cum ſic uolui currere, ubi magis ſtare credebã, ibi magis cecidi, factusq; ſum magis retro & nõ ante, & quod credebam conſequi, magis elongatũ eſt à me. Sic per multa ſimilia uires meas probans, cognoſco nunc quia illuminaſti me, quoniam quod magis credidi poſſe per me, minus ſemper potui. Dicebam enim, hoc faciam, illud perficiam: nec hoc, nec illud faciebam. Aderat uoluntas, non erat facultas. Aderat facultas, nõ aderat uoluntas, quoniam de meis uiribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi domine deus meus pater cœli & terræ, quia non in fortitudine ſua roborabitur uir, ut glorietur ante te ſtulta præſumptio omnis carnis. Non eſt enim hominis uelle quod poſſit, aut poſſe quod uelit, uel ſcire quod uelit & poſſit: ſed potius à te greſſus hominis dirigũtur, illorũ, inquam, qui nõ à ſe, ſed à te dirigi ſe cõfitentur. Obſecramus itaq; per uiſcera miſericordiæ tuæ, uelis dñe ſaluare quod creaſti, quoniã ſi uis, potes nos ſaluare, & in tua uoluntate uirtus eſt noſtræ ſalutis.

Cap. XXVI Recordare miſericordiæ tuæ antiquæ, qua nos à principio in benedictionibus tuæ dulcedinis præueniſti. Anteq; enim naſcerer ego filius ancillæ tuæ dñe, ſpes mea ab uberibus matris meæ, tu me præueniſti præparãs mihi ſemitas quibus incederem & uenirem ad gloriam domus tuæ, priuſq; me formares in utero nouiſti me, & anteq; exirem de uulua, quicquid tibi placuit præordinaſti de me. Quæ & qualia ſint in libro tuo ſcripta de me, in ſecreto conſiſtorij tui, ego quidem ignoro, unde & ualde timeo, tu uero noſti, quoniã quod ego per ſucceſſus dierũ & temporum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in con
Solæciſmus ſpectu æternitatis tuæ iam factum eſt, & quod futurum eſt, iam factum eſt. Ego autẽ ſtans in hac nocte tenebroſa hæc ignorans, timor & tremor uenerunt ſuper me, dum uideo mihi undiq; imminere multa pericula, à multis quoq; hoſtibus uenari, multitudineq; innumerarum miſeriarũ in hac uita me circundari. Et niſi in tantis malis afforet mihi tuũ adminiculum, deſperarem. Sed ſpes mihi magna ſubeſt de te mitiſſime princeps deus meus, & conſyderatio multitudinis miſerationum tuarum, quæ apud te ſunt, ſubleuat mentem meam, & præcedentia ſigna miſericordiæ tuæ, quæ me anteq; naſcerer præuenerũt, & nunc ſpecialiter in me effulſerunt, de futuris benignitatis tuæ melioribus & perfectioribus muneribus, quæ amicis tuis reſeruas, ſpem meã admonent, ut in te lætetur domine deus meus lætitia ſancta
Cap. XXVII & uiua, qua ſemper lætificas iuuentutem meam. Dilexiſti enim me unice amor meus anteq; diligerem te, & ad imaginem tuam creaſti me, omnibus creaturis tuis præpoſuiſti me, quam dignitatem tunc quidem ſeruo cum nouerim te, propter quem feciſti me. Inſuper facies angelos tuos ſpiritus propter me, quibus mãdaſti ut cuſtodiãt me in omnibus uijs meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi enim ſunt cuſtodes ſuper muros ciuitatis tuæ nouæ Hieruſalem, & montes in circuitu eius uigilantes & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem tuum, ne quando rapiat ut leo animas noſtras dum non eſſet qui eriperet, ille antiquus ſerpens aduerſarius noſter diabolus, qui quaſi leo rugiens ſemper circumit quærens quẽ deuoret. Hi ſunt ciues beatæ ciuitatis ſupernæ Hieruſalẽ, quæ ſurſum eſt mater noſtra, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, ut eos liberent ab inimicis ſuis, & cuſtodiant in omnibus uijs ſuis, confortent quoq; & moneant, & orationes filiorum tuorum offerant in cõſpectu gloriæ maieſtatis tuæ. Diligunt nempe

A conciues ſuos, per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras inſtaurari expectant. Ideoq; magna cura & uigilanti ſtudio aſſunt nobis omnibus horis & locis, ſuccurrentes & prouidentes neceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurrẽtes inter nos & te domine, gemitus noſtros atq; ſuſpiria referẽtes ad te, ut impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referãt ad nos deſideratam tuæ gratiæ benedictionẽ. Ambulant enim nobiſcum in omnibus uijs noſtris, intrant & exeunt nobiſcum, attente conſyderãtes q̃ pie, quanq; honeſte in medio prauæ nationis conuerſemur, quanto q̃ ſtudio & deſiderio quæramus regnum tuũ, & iuſtitiam eius, quanto q̃ timore & tremore ſeruiamus, & exultemus tibi in lætitia cordis noſtri. Adiuuant laborantes, protegunt quieſcentes, hortantur pugnantes, coronant uincentes, congaudent gaudentibus, de te, inquam, gaudentibus: compatiuntur patiẽtibus, pro te, inquam, patiẽtibus. Grandis eſt eis cura de nobis. Magnus eſt affectus dilectionis eorũ erga nos, & hoc totum propter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, qua dilexiſti nos. Diligũt enim quos tu diligis, cuſtodiunt quos tu cuſtodis: & deſerunt quos tu deſeris, nec diligunt operãtes iniquitatem: quoniã & tu odiſti omnes operantes iniquitatem, & perdes omnes qui loquũtur mendacium. Quotiens bene agimus, gaudent angeli, & triſtantur dæmones. Quotiens à bono deuiamus, diabolum lætificamus, & angelos tuos ſuo gaudio defraudamus: gaudium eſt enim eis ſuper uno peccatore pœnitẽtiam agente: ſed diabolo ſuper uno iuſto pœnitẽtiam deferente. Da igitur pater eis ſemper gaudere de nobis, ut & tu ſemper per eos lauderis in nobis, & nos cum eis in unũ ouile tuũ adducamur, ut cõfiteamur ſimul nomini ſancto tuo, creator hominum, & angelorum. Hæc ipſe commemorans coram te, confiteor laudans te, quoniam beneficia tua magna ſunt hæc, quibus nos honorificaſti, dans nobis angelos tuos ſpiritus in miniſterium noſtrum. Dederas enim quicquid cœli ambitu continetur, & quaſi parua reputas hæc quæ ſub cœlo ſunt, niſi adderes etiã ea quæ ſunt ſuper cœlos. Laudent te domine de hoc omnes angeli tui, confiteãtur tibi de hoc omnia opera tua, & ipſi ſancti tui
B tibi benedicãt. O honorificẽtia noſtra, nos nimis honorificans & ditans, multis muneribus decoraſti. Admirabile eſt enim nomen tuum domine in uniuerſa terra. Quid eſt enim homo, quia magnificas eum, aut apponis erga eum cor tuum? Dixiſti enim ueritas antiqua, Delitiæ meæ eſſe cũ filijs hominũ. Nónne homo putredo, & filius hominis uermis? Nónne *Prouerb. 8* uniuerſa uanitas omnis homo uiuens? Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Doce me abyſſus profundiſſima crea- *De profunda præ-* trix ſapientia, quæ libraſti in pondere montes, & colles in ſtatera, molem terræ tribus digi- *deſtinatione & præſcientia dei* tis appendiſti: Suſpende molem corporalitatis huius quam gero tribus inuiſis digitis tuis *Cap. XXVIII* ad te, ut uideam & cognoſcam q̃ admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Lux antiquiſſima, quæ lucebas ante omnem lucem in mõtibus ſanctis æternitatis antiquæ, cui nuda & aperta erant omnia anteq; fierent. Lux quæ odio habes omnem maculam, utpote mundiſſima & immaculatiſſima, quæ tibi delitiæ cum homine, quæ cõuentio lucis ad tenebras? Vbi enim ſunt in homine delitiæ tuæ? Vbi præparaſti tibi in me dignum ſanctuarium maieſtatis tuæ, ad quod introiens habeas delitias delectationis tuæ? Mundum enim cœnaculum decet te mundans uirtus, quæ nõ niſi à mũdis cordibus uideri potes, multo magis nec haberi. In homine autem, ubi eſt templum tam mundum ut te ſuſcipiat, qui regis mundũ? Quis poteſt facere mundũ de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es mundus? Ab immundo enim quis mundabitur? Nam & ſecundũ legem, quã dediſti pattibus noſtris in igne comburẽti montẽ, & in nube tegente aquam tenebroſam, quicquid tetigerit immũdus immũdum erit. Omnes autẽ nos quaſi pannus mẽſtruatæ de maſſa corrupta & immunda uenientes, maculã immunditiæ noſtræ quã cælare ſaltẽ tibi qui omnia uides, non poſſumus, in frõtibus enim portamus, quare mundi eſſe nõ poſſumus, niſi tu mundaueris, qui ſolus es mũdus. Mundas autẽ de nobis filijs hominũ eos in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inacceſſibilibus profundis ſecretis iudiciorum incomprehẽſibilium ſapiẽtiæ tuæ, ſemper iuſtorũ licet occultorũ, ſine corũ meritis prædeſtinaſti ante mundũ, uocaſti de

mundo,iustificasti in mũdo,& magnificas eos post mundum.Nõ omnibus autẽ hoc facis, C
quod admirãtur tabescentes omnes sapientes terræ.Et ego dñe hoc cõsyderans expauesco,
& obstupesco de altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ tuæ, ad quã ego non pertingo,
& incomprehẽsibilia iudicia iustitiæ tuæ,quoniã ex eodẽ luto alia quidẽ facis uasa in hono/
rem,alia uero in contumeliã sempiternam.Quos igitur tibi elegisti de multis in templũ san
ctum tuũ,ipsos mundas, effundens super eos aquã mundam,quorũ nomina numerumq; tu nosti,qui solus numeras multitudinem stellarũ,& omnibus eis nomina uocas,qui etiam scripti sunt in libro uitæ, qui nequaq; perire possunt, quibus omnia cooperãtur in bonum, etiã ipsa peccata.Cũ enim cadunt nõ colliduntur,quia tu supponis manum tuã,custodiens omnia ossa eorũ ut unum ex eis nõ conteratur.Attamen mors peccatorũ pessima,illorum, inquam,quos anteq; faceres cœlũ & terrã, secundũ abyssum multam iudiciorũ tuorũ occul torũ,semper autẽ iustorũ,præsciuisti ad mortẽ æternã,quorũ dinumeratio nominũ & meri torũ prauorũ apud te est,qui numerũ arenæ maris dinumerasti,& dimẽsus es profundum abyssi,quos reliquisti in immundicijs suis, quibus omnia cooperãtur in malum,& ipsa etiã oratio uertitur in peccatũ,ut si etiã usq; ad cœlos ascẽderint,& caput eorũ nubes tetigerit,& inter sydera cœli collocauerint nidum suum,quasi sterquilinium in fine perdentur.

De illis qui prius sunt iusti,& postea impij efficiuntur, & econuerso Cap.XXIX

Magna enim sunt hæc iudicia tua dñe deus, iudex iuste & fortis,qui iudicas æquitatẽ, & inscrutabilia facis & profunda, quæ cũ consydero, cõtremiscunt omnia ossa mea,quoniã non securatur homo uiuẽs super terrã, ut seruiamus tibi pie & caste cunctis diebus uitæ no stræ in timore,& exultemus tibi cũ tremore,ut nõ sit seruitium sine timore,neq; gaudiũ sine tremore,& nõ glorietur accinctus æque ut discinctus, neq; glorietur ante te omnis caro, sed pauescat & cõtremiscat à facie tua,cũ ignoret homo utrũ amore an odio dignus sit,sed in fu turũ omnia reseruãtur incerta.Vidimus enim multos dñe & audiuimus à patribus nostris, quod utiq; sine magno tremore nõ recolo,sine multo timore nõ confiteor,ascendisse primi/ tus quodãmodo usq; ad cœlos,& inter sydera nidũ suũ collocasse, postmodũ autẽ cecidisse D
usq; ad abyssos , & animas eorũ in malis obstupuisse.Vidimus stellas de cœlo cecidisse ab impetu feriẽtis caudæ draconis,& eos qui iacebãt in puluere terræ,à facie subleuãtis manus tuæ dñe mirabiliter ascẽdisse.Vidimus uiuos moriẽtes, & mortuos à morte surgẽtes,& eos qui inter filios dei ambulãt in medio lapidũ ignitorum quasi lutũ ad nihilũ defluxisse.Vi/ dimus lucem obtenebrasse,& de tenebris lucẽ processisse:quia publicani & meretrices præce dunt incolas in regno cœlorũ, filij autẽ regni eijciũtur in tenebras exteriores.Quare autem ista omnia,nisi quia in montẽ illũ ascenderũt,in quẽ primus ascẽdit angelus,& descẽdit dia/ bolus?Quos autẽ prædestinasti ipsos & uocasti,& sanctificasti & mundasti,ut dignũ habi taculũ sint tuæ maiestatis, cũ quibus & in quibus sunt tibi delitiæ sanctæ & mundæ,in qui/ bus tu delectaris,& lætificas iuuentutem eorũ, habitans cũ eis in memoria eorũ,ut ipsi tem plum sanctum tuũ sint,quod magnæ dignitatis & commẽdatio est humanitatis nostræ.

Quòd anima fidelis sit sanctuarium dei.Cap.XXX

Anima enim quam creasti nõ de te, sed per uerbum tuũ,non ex qualibet elemẽtorum materia,sed ex nihilo, quæ quidẽ rationalis, intellectualis, spiritalis,semper uiuens,semper in motu,quam signasti lumine uultus tui, & cõsecrasti uirtute lauacri tui,ita facta est capax maiestatis tuæ,ut à te solo,& à nullo alio possit impleri. Quando autẽ te habet,plenum est desiderium eius,& iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum autẽ aliquid exte rius desiderat,manifestum est q; te non habet interius,quo habito nihil est quod ultra desi deret.Cũ enim sis summũ & omne bonum , nõ habet quod desideret amplius,sed possidet te omne bonum. Quòd si nõ desiderat omne bonũ, restat ut desideret aliquid quod nõ est omne bonũ:ergo nec summũ bonum,ergo nec deum, sed potius creaturã.Cum autẽ creatu ram desiderat,continuã famem habet:quia licet quod desiderat de creaturis adipiscatur,ua cua tñ remanet, quia nihil est quod eã impleat nisi tu,ad cuius imaginem est creata.Imples autẽ tu eos qui nihil aliud desiderant præter te,& facis eos dignos te,sanctos,beatos,imma culatos & amicos dei,qui omnia reputant ut stercora ut lucrifaciant te solum.Hæc est enim

beatitudo

A beatitudo quam homini contulisti, hic est honor quo eum inter omnes creaturas, & super omnes honorificasti, ut sit admirabile nomen tuum in uniuersa terra. Ecce dñe deus meus summe,optime,omnipotẽtissime,inueni locum ubi tu habitas, quia in anima quam creasti ad imaginem & similitudinem tuam quæ te solum quærit & desiderat,quia non in illa quæ te non quærit nec desiderat. Ego erraui sicut ouis quæ perierat, quærens te exte/ *Quòd neq; per sensus exteriores neq; interiores inueniri potest deus Cap.XXXI.*
rius qui es interius, & multũ laboraui quærens te extra me,& tu habitas in me,si tamen ego desiderẽ te.Circumiui uicos & plateas ciuitatis huius mundi quærens te & non inueni,quia male quærebam foris quod erat intus.Misi nuncios meos omnes sensus exteriores,ut quæ/ rerem te,& nõ inueni,quia male quærebam.Video enim lux mea deus qui illuminasti me: quia male te per illos quærebam, quia tu es intus, & tamen ipsi ubi intraueris,nesciuerunt. Nã oculi dicunt,si coloratus non fuit,per nos non intrauit.Aures dicunt,si sonitũ non fecit, per nos non transiuit.Nasus dicit, si non oluit,per me non uenit.Gustus dicit,si non sapuit, per me nõ introiuit.Tactus etiã addit,si corpulentus non est,nihil me de hac re interroges. Non ista igitur sunt in te deus meus:non enim speciem corporis,non decus temporis,non candorem lucis,nõ colorem,non dulcium melodiarum cantus & quæcunq; dulce sonantia, non florum & unguentorum uel aromatum odores,non mella uel manna gustui delecta/ bilia, non cætera ad tangendum uel amplexandum amabilia, nec omnia alia sensibus his subiecta quæro,cũ deum meum quæro.Absit ut ista crediderim deum meum,quæ etiam à brutorum sensibus comprehenduntur. Et tamen cũ deum meũ quæro,quæro nihilominus quandã lucem super omnẽ lucem,quã non capit oculus:quandã uocem super omnẽ uocem quam nõ capit auris:quendã odorem super omnem odorẽ,quem nõ capit naris:quendam dulcorem super omnẽ dulcorẽ, quem nõ capit gustus:quendã amplexũ super omnẽ ample xum,quẽ non capit tactus.Ista enim lux fulget,ubi locus non capit:ista uox sonat,ubi spiri tus non rapit: odor iste redolet,ubi flatus non spargit:sapor iste sapit,ubi non est edacitas:
B amplexus iste tangitur, ubi non diuellitur. Hic est deus meus, & non æstimabitur alius ad illum.Hoc quæro cum deum meum quæro,istud amo cũ deum meum amo.Sero te amaui pulchritudo tã antiqua, & tã noua sero te amaui, & tu intus eras, & ego foris,& ibi te quæ/ rebam,& in ista formosa quæ fecisti deformis irruebam. Mecũ eras,& ego tecum nõ eram. Ea me tenebant longe à te quæ esse non poterant nisi in te.Circumibam enim omnia quæ/ rens te,& propter omnia derelinquẽs me.Interrogaui terram si esset deus meus,& dixit mi hi q; nõ,& omnia quæ ea sunt,hoc idẽ cõfessa sunt . Interrogaui mare & abyssos,& reptilia quæ in eis sunt,& responderũt,Nõ sumus deus tuus,quære super nos cum.Interrogaui fla bilem aërem, & inquit uniuersus aër cũ omnibus incolis suis, Fallitur Anaximenes,nõ sum ego deus tuus. Interrogaui cœlũ,solem,lunã, & stellas,Neq; nos sumus deus tuus,inquiũt. Et dixi omnibus his qui circumstant fores carnis meæ, dicite mihi de deo meo, quod uos *als,non estis*
ñoscitis,dicite mihi aliquid de illo.Et clamauerũt omnes uoce grandi, Ipse fecit nos.Inter/ rogaui proinde mundi molem, Dic mihi si es deus meus, an non? Et respondit uoce forti, Nõ sum,inquit,ego,sed per ipsum sum ego,quẽ quæris in me, ipse fecit me,super me quære eum,qui regit me,qui fecit te.Interrogatio creaturarum profunda est cõsyderatio ipsarum: respõsio earum attestatio ipsarum de deo, quoniã omnia clamant,deus nos fecit:quoniam ut ait Apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspi/ *Rom.1*
ciuntur . Et redij à me & intraui in me, & aio ad me,Tu quis es? Et respondi mihi,Homo rationalis & mortalis. Et incœpi discutere quid hoc esset,& dixi,Vnde hoc tale animal do/ mine deus meus? Vnde nisi abs te,tu fecisti me,& non ego ipse me.Quis tu? Tu per quem uiuo ego,tu per quẽ uiuunt omnia. Quis tu? Tu domine deus meus uerus & solus omni/ potens,& æternus,& incomprehẽsibilis,& immẽsus,qui semper uiuis & nihil moritur in te, immortalis enim es,habitãs æternitatem,mirabilis oculis angelorum,inenarrabilis,imper/ scrutabilis & innominabilis,deus uiuus & uerus,terribilis & fortis,nesciens principium neq; finem,principiũ omniũ atq; finis,qui es ante primordia seculorũ,& ante omnes seculorum

origines. Tu es deus meus,& dominus omnium bonorum quæ creasti,& apud te omnium G
stabilium stant causæ,& omnium mutabilium apud te immutabiles stant & manent origi
nes,& omnium rationalium & irrationaliũ atq; temporalium sempiternæ uiuunt rationes.
Dic mihi supplici seruo tuo deus meus, dic misericors misero tuo, dic quæso per miseratio
nes tuas,unde hoc tale animal nisi à te deus? An quisq; sese faciẽdi erit artifex? An aliunde
q; à te trahitur esse & uiuere? Nónne tu es summum esse,à quo est omne esse? Quicquid
enim est,à te est,quia sine te nihil est. Nónne tu es fons uitæ,à quo fluit omnis uita? Quic
quid enim uiuit, per te uiuit, quia sine te nihil uiuit: Tu ergo domine omnia fecisti, quæro
quis fecit me? tu domine fecisti me,sine quo factũ est nihil. Tu factor meus,ego opus tuum.
Gratias tibi ago dñe deus meus,per quẽ uiuo ego, & per quem omnia uiuũt,quoniã fecisti
me. Gratias tibi plasmator meus,quia manus tuæ fecerũt me & plasmauerũt me. Gratias ti
bi lux mea,quoniã illuminasti me, & inueni te & me: ubi inueni me, ibi cognoui me: ubi in
ueni te,ibi cognoui te: ubi aũt cognoui te,ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea quoniam
illuminasti me. Quid est quod dixi,cognoui te? Nónne tu es deus incomprehẽsibilis & im
mensus,rex regũ & dominus dominantium,qui solus habes immortalitatẽ & lucẽ habitas
inaccessibilem,quẽ nullus hominum uidit,sed nec uidere potest? Nónne tu es deus absco
ab̃s,inuisibilis ditus & imperscrutabilis maiestatis,solus tuipsius maximus cognitor & mirabilis contem
Exod.33 plator? Quis enim cognouit quod nunq; uidit? Dixisti enim in ueritate tua, Non uidebit
Ioan.1 me homo & uiuet. Dixit & preco tuus per ueritatem tuam, Deum nemo uidit unq;. Quis
Matth.11 ergo cognouit,quod nunq; uidit? Dixit etiã ueritas tua, Nemo nouit filium nisi pater, neq;
patrẽ quis nouit nisi filius. Sola trinitas tua soli sibi integre nota est, quæ exuperat omnem
sensum. Quid est ergo quod dixi, homo uanitati similis quia cognoui te? Quis enim cogno
uit te nisi tu te? Tu quippe solus deus omnipotens, superlaudabilis,& supergloriosus,& su
perexaltatus, & altissimus, & supereſſentialis in sanctissimis & diuinissimis eloquijs nomi
naris,quoniã super omnem essentiam intelligibilem siue intellectualem atq; sensibilẽ,& su D
per omne nomen quod nominatur,non solũ in hoc seculo,sed etiã in futuro, supereſſentia
liter & superintelligibiliter esse dignosceris: quoniã supereſſẽtiali & occulta diuinitate,super
omnem rationem, intellectum & essentiam inaccessibiliter & imperscrutabiliter habitas in
teipso,ubi lux inaccessibilis,& lumen imperscrutabile,& incomprehensibile & inenarrabile,
ad quod non attingit aliquod lumen,quoniam incontemplabile & inuisibile & superratio
nale & superintelligibile & superinaccessibile & superincommutabile & superincommuni
cabile creditur, quod nullus unquam angelorum uel hominum uidit,sed nec uidere potest.
Hoc est cœlum tuum domine,cœlum zelans superarcanũ,superintelligibile,superrationale,
Psal.113 & supereſſentiale lumen,de quo dicitur, Cœlum cœli domino. Cœlũ cœli cui terra est omne
cœlum, quia supermirabiliter exaltatum est super omne cœlum, ad quod etiam terra est
ipsum cœlum empyreum, hoc enim est cœlum cœli domino, quia nulli notũ nisi domino:
Ad quod nemo ascendit nisi qui de cœlo descendit, quia nemo nouit patrem, nisi filius &
eorum spiritus, & nemo nouit filium nisi pater & eorum spiritus. Soli quidem tibi trinitas
integre nota es,trinitas sancta,trinitas supermirabilis,& superinenarrabilis,& superinscruta
bilis,& superinaccessibilis,superincomprehẽsibilis,superintelligibilis, supereſſentialis,super
essentialiter exuperans omnẽ sensum,omnẽ rationẽ omnẽ intellectũ,omnẽ intelligentiam,
omnem essentiã supercœlestium animorum,quã neq; dicere,neq; cogitare,neq; intelligere,
neq; cognoscere possibile est, etiã oculis angelorum. Vnde ergo cognoui te dñe deus altis
sime super omnem terram,super omne cœlum, quem neq; Cherubin perfecte cognoscunt,
neq; Seraphin, sed alis contemplationum suarum uelatur facies sedenti super solium excel
sum & eleuatũ,clamãtes & dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum,
Esaiæ 6 plena est omnis terra gloria tuæ: expauit propheta & dixit, Væ mihi quia tacui, quia uir
pollutus labijs ego sum: & expauit cor meum,& dixi, Væ mihi quia non tacui,quia uir pol
lutus labijs ego sum,sed dixi,cognoui te. Verũtamen domine uæ tacẽtibus de te, quoniam
loquaces

A loquaces muti fiunt sine te. Et ego domine deus meus non tacebo,quoniam fecisti me,& il
luminasti me,& inueni me & cognoui te,quoniam illuminasti me. Sed qualiter cognoui te?
Cognoui te in te. Cognoui te non sicut tibi es,sed cognoui te sicut mihi es,& non sine te,sed
in te,quia tu es lux quæ illuminasti me. Sicut enim tibi es,soli tibi cognitus es: sicut mihi es,
secundum gratiam tuam & mihi cognitus es. Sed quid mihi es? Dic mihi misericors famu
lo tuo misero, dic mihi per miserationes tuas, quid mihi es? Dic animæ meæ, Salus tua Psal.34
ego sum. Noli abscondere à me faciem tuam,ne moriar: sine me loqui apud misericordiam
tuam, me terram & cinerem,sine me loqui apud misericordiam tuam, quoniam misericor
dia tua magna est super me. Loquar enim ad deum meum cum sim puluis & cinis. Dic mi
hi supplici tuo, dic mihi misericors misero tuo, dic per miserationes tuas, quid mihi es? Et
intonasti desuper uoce grandi in interiorem aurem cordis mei,& rupisti surditatem meam,
& audiui uocem tuam,& illuminasti cæcitatem meam, & uidi lucem tuam,& cognoui quo
niam deus meus es tu. Propterea dixi,q; cognoui te. Cognoui enim te,quoniam deus meus
es tu. Cognoui te solum uerum deum & quem misisti Iesum Christum. Erat enim tempus
quando non cognoscebam te, uæ tempori illi quando nõ cognoscebam te. Væ cæcitati illi
quando non uidebam te. Væ surditati illi quando non audiebam te. Cæcus & surdus,per
formosa quæ fecisti deformis irruebam, & mecum eras, & tecum non eram,& ea me tene
bant longe à te,quæ non essent nisi essent in te. Illuminasti me lux mundi, & uidi te,& ama
ui te. Nemo qppe te amat,nisi qui te uidet: & nemo te uidet,nisi qui te amat. Sero te amaui
pulchritudo tam antiqua & tam noua, sero te amaui, uæ tempori illi quando nõ amaui te.
Gratias tibi ago lux mea quæ illuminasti me & cognoui te. Qualiter cognoui te? Co Cap.XXXII
gnoui te solum deum uiuum & uerum creatorem meum. Cognoui te creatorem cœli & ter
ræ uisibilium omnium & inuisibilium, deum uerum omnipotentem, immortalem & inui
sibilem,incircũscriptibilem,interminabilem, æternum,inaccessibilem,incomprehensibilem,
B imperscrutabilem,incommutabilem,immẽsum, infinitum, principium omnium uisibilium
& inuisibilium creaturarum, per quem omnia facta sunt, per quem cuncta subsistunt ele
menta. Cuius maiestas sicut principium nunq; habuit,sic nec desinet in æternum. Cognoui
te unum solum uerum deum æternum patrem & filium & spiritumsanctum, tres quidem
personas,sed unam essentiam,omnino simplicem indiuisamq; naturam. Et patrem à nullo;
filiũ à patre solo,& spiritũsanctum pariter ab utroq;,absq; initio,semper & sine fine deum
trinum & unum solum & uerum deum omnipotentem, unum uniuersorum principium,
creatorem omnium uisibilium & inuisibilium,spiritalium & temporalium,qui tua omnipo
tenti uirtute simul ab initio temporis utramq; de nihilo condidisti creaturam spiritalem &
corporalem, angelicam uidelicet & mũdanam, ac deinde humanam quasi communem ex
corpore & spiritu cõstitutam. Cognoui te, & cõfiteor te deum patrem ingenitum,te filium
à patre genitum,te spiritũsanctum paracletũ neq; genitum,neq; ingenitum,sanctã & indi
uiduam trinitatẽ in tribus coæqualibus personis cõsubstantialibus & coæternis,trinitatem
in unitate,& unitatem in trinitate, corde credens ad iustitiam, & ore confitens ad salutem:
cognoui te uerũ deum & dominũ nostrum Iesum Christũ filium dei unigenitum,creatorẽ,
saluatorem & redemptorẽ meũ & totius humani generis, quem cõfiteor ex patre genitum
ante secula,deum de deo, lumen de lumine, deum uerũ de deo uero,nõ factum,sed genitũ,
consubstantialẽ & coæternum patri & spirituisancto, per quẽ omnia facta sunt à principio,
firmiter credens, & ueraciter cõfitens te deũ unigenitum Iesum Christum,propter salutem
hominum à tota trinitate cõmuniter incarnatũ,& ex Maria perpetua uirgine spiritussancti
cooperatione cõceptum, uerũ hominẽ factũ ex anima rationali,& humana carne subsisten
tem. Qui cũ secundũ diuinitatem unigenitus dei impassibilis sis pariter & immortalis, pro
pter nimiã dilectionẽ tuã qua dilexisti nos, idẽ ipse dei filius secundũ humanitatẽ factus es
passibilis & mortalis. Qui propter salutem humani generis unice fili dei in ligno crucis pa
ti dignatus es passionem & mortem,ut nos à morte perpetua liberares,atq; ad inferos ubi
sedebant

ſedebant in tenebris patres noſtri, autor luminis deſcendiſti, & die tertia glorioſus uictor C
ab inferis ad ſuperos reſurrexiſti, reſumens ſacrum corpus,quod pro peccatis noſtris mor-
tuum iacuerat in ſepulchro, & uiuificans ſecundum ſcripturas die tertia, ut ipſum in patris
dextera collocares. Aſſumpta nanq; tecum ex inferis captiuitate quam captiuauerat anti-
quus hoſtis, humani generis inimicus, uerus dei filius cum noſtræ carnis ſubſtantia,id eſt,
cum anima & carne humana ex uirgine glorioſa aſſumpta, ſuper omnes cœlos aſcendiſti,
tranſcendens omnes ordines angelorum, ubi ſedes ad dexteram dei patris,ubi eſt fons ui-
tæ,& lumen inacceſſibile,& pax dei quæ exuperat omnẽ ſenſum. Ibi te deum uerum & ho
minem Ieſum Chriſtum adoramus & credimus,confitentes te patrẽ habere deum, indeq;
uenturum iudicẽ in fine ſeculi expectamus,ut iudices uiuos & mortuos,& reddas omnibus
bonis & malis ſecundũ opera ſua,quæ operati ſunt in hac uita, uel præmium,uel ſuppliciũ,
prout unuſquiſq; dignus fuerit requie uel crumna. Reſurgent enim in illa die à uoce uirtu-
tis tuæ omnes homines,quotquot humanam animam acceperũt in carne ſua quam hic ha
buerunt,ut totus homo pro meritis,uel gloriam ſuſcipiat,uel gehennam. Tu es ipſa uita &
reſurrectio noſtra,quem ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum,qui reforma
bit corpus humilitatis noſtræ configuratũ corpori claritatis ſuæ. Cognoui te deũ & unum
ſpiritumſanctum patris & filij,ab utroq; pariter procedentem, conſubſtantialem & coæter
num patri & filio,paracletum & aduocatum noſtrum,qui ſuper eundẽ deum & dominum
noſtrum Ieſum Chriſtũ in columbæ ſpecie deſcendiſti, & ſuper apoſtolos in linguis igneis
apparuiſti,Qui & omnes ſanctos & electos dei à principio tuæ gratiæ munere docuiſti, &
ora prophetarum, ut enarrarent mirabilia regni dei aperuiſti, qui ab omnibus ſanctis dei
cum patre & filio ſimul adoraris & glorificaris. Inter quos & ego filius ancillæ tuæ toto cor
de meo glorifico nomen tuum,quoniam illuminaſti me. Tu enim es uera lux,lumen ueridi
cum,ignis dei,& magiſter ſpirituũ,qui unctione tua doces nos omnẽ ueritatem ſpiritus ue-
ritatis, ſine quo impoſſibile eſt placere deo,quoniã tuipſe deus es ex deo,& lux de luce pro- D
cedens à patre luminum ineffabiliter,& à ſuo filio domino noſtro Ieſu Chriſto,quibus con
ſubſtantialis & coæqualis & coæternus exiſtẽs, in unius trinitatis eſſentia ſupereſſentialiter
congloriaris & cõregnas. Cognoui te unum deum uiuum & uerum patrem,& filium,& ſpi-
ritumſanctum, trinum quidem in perſonis, ſed unum in eſſentia, quem confiteor,adoro &
glorifico toto corde meo uerum deum,ſolum ſanctum,immortalem,inuiſibilem,incommu
tabilem,inacceſſibilem, imperſcrutabilem, unum lumen,unum ſolem,unum panem,unam
uitam,unũ bonum, unũ principium,unum finem, unum creatorem cœli & terræ,per quem
omnia uiuunt,per quem omnia ſubſiſtunt,per quem omnia gubernantur,reguntur & uiui-
ficantur quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris,& quæ ſub terra,præter quẽ non eſt deus in cœlo
& in terra. Sic cognoui te domine deus,cognitor meus,ſic cognoui te. Cognoui te per fidem
tuam quam inſpiraſti mihi, lux mea, lumen oculorum meorum domine deus meus ſpes
omnium finium terræ,gaudium lætificans iuuẽtutem meam, & bonum ſuſtentans ſenectu
Pſal.85 tem meam. In te enim domine iubilant omnia oſſa mea dicẽtia, Domine quis ſimilis tibi?
Quis ſimilis tibi in dijs domine,non quem fecit manus hominum,ſed qui feciſti manus ho
minum. Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Non ſic ope-
rator hominum. Omnes dij gentium dæmonia,dominus autem cœlos fecit, dominus ipſe
eſt deus. Dij qui nõ fecerunt cœlum & terram,pereant de cœlo & de terra:deum qui creauit
De confeſſione cœlũ & terrã,cœli & terra benedicant. Quis ſimilis tibi etiã in dijs dñe,quis ſimilis
propriæ uilitatis tibi,magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia? Sero te cognoui
Cap.XXXIII lumen uerũ,ſero te cognoui. Erat aũt nubes magna & tenebroſa ante oculos uanitatis meæ,
ita ut uidere nõ poſſem ſolẽ iuſtitiæ & lumen ueritatis:inuoluebar in tenebris filius tenebra
rum,tenebras meas amabã,quia lumen nõ cognoſcebã. Cæcus erã,& cæcitatẽ amabã,& ad
tenebras p tenebras ambulabã. Quis inde me eduxit,ubi erã homo cæcus ſedẽs in tenebris
& umbra mortis? Quis accepit manum meã ut inde me educeret? Quis eſt ille illuminator
meus?

A meus? Non enim quærebam eum, & ipſe quæſiuit me: non uocabam eum,& ipſe uocauit
me. Quis eſt ille? Tu es dñe deus meus miſericors & miſerator,pater miſericordiarũ,& deus
totius conſolationis: Tu ſancte domine deus meus,quem confiteor toto corde meo gratias
agens nomini tuo. Non te quærebam,tu me quæſiuiſti: non te inuocabam,tu me uocaſti.
Vocaſti enim me nomine tuo,intonaſti deſuper uoce grãdi in interiorem autẽ cordis mei.
Fiat lux, & facta eſt lux, & diſceſſit nubes magna, & liquefacta eſt nubes tenebroſa, quæ
operuerat oculos meos, & uidi lucem tuam, & cognoui uocem tuam: & dixi, Vere domine
tu es deus meus qui eduxiſti me de tenebris & umbra mortis, & uocaſti me in admirabile
lumen tuum,& ecce uideo. Gratia tibi illuminator meus. Et conuerſus ſum & uidi tenebras
in quibus fueram,& abyſſum tenebroſam in qua iacueram,& contremui,& expaui,& dixi,
Væ uæ tenebris meis in quibus iacui. Væ uæ cæcitati illi in qua uidere non poteram lumen
cœli. Væ uæ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoſcebam te domine. Gratias ti-
bi ago illuminator & liberator meus, quoniam illuminaſti me & cognoui te. Sero cognoui
te ueritas antiqua, ſero te cognoui ueritas æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, &
non cognoſcebam te,quia illuminari non poteram ſine te,& non eſt lux extra te.

Sancte ſanctorum deus inæſtimabilis maieſtatis, deus deorum & dñs dominorum *Conſyderatio di-*
mirabilis,inenarrabilis,inexcogitabilis,quẽ contremiſcũt in cœlo angelicæ poteſtates,quem *uinæ maieſtatis*
adorant omnes dominationes & throni,& omnes uirtutes pauent à cõſpectu tuo,cuius po *Cap.XXXIIII*
tentiæ & ſapientiæ nõ eſt numerus,qui fundaſti mundũ ſuper nihilum,& mare colligaſti in
aëre quaſi in utre,omnipotentiſſime, ſanctiſſime, fortiſſime deus ſpirituũ uniuerſæ carnis,à
cuius conſpectu fugit cœlum & terra,ad cuius nutum omnia ſe ſubijciunt elementa, te ado
rent & glorificent omnes creaturæ tuæ. Et ego filius ancillæ tuæ per fidẽ tuã flecto ceruicem
cordis mei ſub pedibus maieſtatis tuæ, gratias agens quoniã dignatus es per tuã miſericor
diam illuminare me. Lumen uerum,lumen ſanctũ,lumen delectabile,lumen admirabile,lu
B men ſuperlaudabile,quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ,& etiã oculos
angelorum. Ecce uideo, gratias ago. Ecce uideo lumen cœli,interlucet oculis mentis meæ ra-
dius deſuper à facie luminis tui, & lætificat omnia oſſa mea. O ſi perficeretur in me. Auge
quæſo luminis autor, auge quæſo quod interlucet in me. Dilatetur obſecro,dilatetur ex te.
Quid eſt hoc quod ſentio? quis eſt ignis, qui calefacit cor meum? quæ eſt lux quæ irradiat
cor meũ? O ignis qui ſemper ardes,& nunq; extingueris,accẽde me. O lux quæ ſemper luces
& nunq; obfuſcaris, illumina me. O utinã arderem ex te. Ignis ſancte q; dulciter ardes, q;
ſecrete luces, q; deſideranter aduris. Væ his qui nõ ardent ex te,uæ illis qui nõ illuminantur
ex te. O lumen ueridicũ,illuminans omnẽ mundũ,cuius lux implet mundũ. Væ cæcis oculis
qui te nõ uident,ſol illuminãs cœlũ & terrã. Væ caligãtibus oculis,qui te uidere nõ poſſunt:
uæ auertẽtibus oculis, ut uideant ueritatem: uæ nõ auertentibus, ut nõ uideant uanitatem.
Nequeunt enim oculi aſſueti tenebris ſummæ ueritatis radios intueri, nec ſciunt de lumine
aliquid æſtimare,quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras uident, tenebras diligunt,te-
nebras approbant,de tenebris euntes in tenebras neſciunt ubi corruant. Miſeri qui neſciũt
quid amittant: & miſeriores utiq; qui ſciunt quid amittunt,qui cadunt apertis oculis,& de-
ſcendunt in infernum uiuentes. O lux beatiſſima,quæ non niſi à purgatiſſimis oculis uideri
potes. Beati mundo corde, quoniã ipſi deum uidebunt. Munda me mundans uirtus,ſana
oculos meos,ut ſanis oculis te contempler,quem non niſi ſani oculi intuentur. Aufer quæſo
ſquamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis ſplendor inacceſſibilis,ut te uidere ua-
leam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo uideam lumen. Gratias tibi ago lux mea,
ecce uideo. Dilatetur obſecro uiſus meus domine ex te. Reuela oculos meos ut cõſyderem
mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in ſanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum,ecce ui-
deo,ſed per ſpeculum in ænigmate:ſed quando facie ad faciẽ? Quando ueniet dies læticiæ
& exultationis, in qua ingrediar in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad domum dei,ut
uideam uidentem me facie ad faciem,& ſatietur deſiderium meum?

Quem

De desiderio & siti animæ in deum. Cap. XXXV

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deum fontem uiuum, quãdo ueniã & apparebo ante faciem tuam? O fons uitæ, uena aquarum uiuentium, quando ueniam ad aquas dulcedinis tuæ? De terra deserta inuia & in aquosa, ut uideam uirtutem tuam & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordiæ tuæ sitim meã? Sitio domine, fons uitæ, satia me, sitio dñe: sitio te deum uiuum. O quando ueniam & apparebo domine ante faciem tuam? Putásne uidebo diem illam, diem, inquam, iocunditatis & lætitiæ, diem quam fecit dominus, ut exultemus & lætemur in ea? O dies præclara & pulchra, nesciens uesperum, non habens occasum, in qua audiam uocem laudis, uocem exultationis & cõfessionis: in qua audiam, Intra in gaudium domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domũ domini dei tui, ubi sunt magna & inscrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus. Intra in gaudium sine tristicia, quod cõtinet æternam lætitiam, ubi erit omne bonum, & nõ erit aliquod malum: ubi erit quicquid uoles, & non erit quicquid noles: ubi erit uita uitalis, dulcis & amabilis, semperq; memorialis: ubi non erit hostis impugnãs, nec ulla illecebra, sed summa & certa securitas, secura trãquillitas, & tranquilla iocunditas, iocunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata trinitas, & trinitatis unitas, & unitatis deitas, & deitatis beata uisio, quæ est gaudiũ domini dei tui. O gaudium super gaudium, gaudium uincẽs omne gaudium, extra quod nõ est gaudium, quando intrabo in te, ut uideam deum meum qui habitat in te? Ibi & uidebo uisionẽ hanc grandẽ. Quid est quod me detinet? Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: heu me quamdiu dicetur mihi, Vbi est deus tuus? quamdiu dicetur mihi, expecta, reexpecta? Et nunc quæ est expectatio mea? Nónne domine deus meus? Saluatorẽ expectamus dominum nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Expectamus dominũ quãdo reuertatur à nuptijs, ut inducat nos ad suas nuptias. Veni domine & noli tardare. Veni domine Iesu Christe, ueni uisitare nos in pace, ueni & educ uinctos de carcere, ut lætemur corã te corde perfecto. Veni saluator noster, ueni desideratus cunctis gẽtibus, ostende faciem tuam & salui erimus. Veni lux mea, redemptor meus, educ de carcere animam meam ad confitendum nomini sancto tuo. Quamdiu miser iactabor in fluctibus mortalitatis meæ, clamans ad te domine, & non exaudis? Audi clamãtem domine de hoc mari magno, & adduc me ad portum felicitatis æternæ. Felices qui de periculo maris huius educti ad te deũ portũ tutissimũ peruenire meruere. O uere felices qui de pelago ad littus, de exilio ad patriã, de carcere ad palatium peruenerunt, optata iam quiete beati, qui brauium illud perpetuæ gloriæ quod hic per multas tribulationes quæsierunt, iam felici iocũditate adepti, lætãtur in perpetuum. O uere beati, ô terq; quaterq; beati, qui iam omniũ malorum exuti, securi de sua immarcescibili glória ad regnũ decoris peruenire meruerunt. O æternum regnum, regnum omnium seculorum, ubi lumen indeficiens, & pax dei quæ exuperat omnem sensum, in quo sanctorum animæ requiescunt, & lætícia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O q̃ glorioſum est regnum in quo tecum domine regnãt omnes sancti, amicti lumine sicut uestimẽto, habentes in capite suo coronam de lapide precioso. O regnum beatitudinis sempiternæ, ubi tu domine spes sanctorum & diadema gloriæ, facie ad faciem uideris à sanctis, lætificans eos undiq; in pace tua quæ exuperat omnẽ sensum. Ibi gaudium infinitum, lætícia sine tristicia, salus sine dolore, uia sine labore, lux sine tenebris, uita sine morte, omne bonum sine omni malo: ubi iuuentus nunq̃ senescit, ubi uita terminum nescit, ubi decor nunq̃ pallescit, ubi amor nunq̃ tepescit, ubi sanitas nunq̃ marcescit, ubi gaudium nunq̃ decrescit, ubi dolor nunq̃ sentitur, ubi gemitus nunquam auditur, ubi triste nihil uidetur, ubi lætícia semper habetur, ubi malum nullum timetur, quoniã ibi summum bonum possidetur, quod est uidere semper faciem domini uirtutum. Felices igitur qui de naufraga uita præsenti ad tanta gaudia iã peruenire meruerunt. Infelices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellosasq; uoragines nauem trahimus, ignorantes an ad portum salutis

salutis peruenire ualeamus: infelices, inquam, quorum est uita in exilio, uia in periculo, finis in dubio, nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum reseruantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus uersamur suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secura, à longe te uidemus. Ab hoc mari te salutamus, ab hac ualle ad te suspiramus, & nitimur cum lachrymis si quo modo ad te perueniamus. Spes humani generis Christe deus de deo, refugium nostrum & uirtus, cuius lumen à longe inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat, ut dirigamur ad te portum. Gubernа domine nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, ne absorbeat nos profundum, sed uirtute crucis tuæ trahe nos ab hoc pelago ad te solamen unicum nostrum, quem à longe quasi stellam matutinam & solẽ iustitiæ uix lachrymantibus oculis in littore cœlestis patriæ nos expectantem uidemus. En ad te clamamus redempti tui, sed & nunc exules tui, quos precioso sanguine redemisti. Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe. In mari turbulẽto uersamur, tu in littore stans aspicis pericula nostra, saluos nos fac propter nomen tuũ. Da nobis domine inter Scyllam & Charybdim ita tenere medium, ut utroq; periculo euitato salua naue & mercibus securi perueniamus ad portum.

Caput XXXVI

Cum ergo peruenerimus ad te sapientiæ fontem, ad te lumen indeficiens, ad te lucem inextinguibilem, ut te non iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem uideamus, tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum, quia nihil erit exterius quod desideretur nisi tu domine summum bonum, qui eris præmium beatorum, & diadema decoris eorum, & lætitia sempiterna super capita eorum, pacificans eos intus & extra in pace tua, quæ exuperat omnem sensum. Ibi uidebimus, amabimus & laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumen tuum, quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Quale autem lumen? Lumen immensum, lumen incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, lumen indeficiens, lumen inextinguibile, lumen inaccessibile, lumen increatum, lumen ueridicum, lumen diuinũ quod illuminat oculos angelorum, quod lætificat iuuentutem sanctorum, quod est lumen luminum & fons uitæ, quod es tu domine deus meus. Tu es quippe lumen, in cuius lumine uidebimus lumen, te scilicet in te, in splendore uultus tui, quando te uidebimus facie ad faciem, Quid est uidere facie ad faciem, nisi quod ait Apostolus, cognoscere sicut & cognitus sum, cognoscere ueritatem tuam & gloriam tuam, hoc est cognoscere faciem tuam? Cognoscere patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti clementiam, ipsius summæ trinitatis unam & indiuiduã essentiã. Videre enim faciẽ dei uiui, hoc est summũ bonũ, gaudium angelorũ atq; omnium sanctorum, præmium uitæ æternæ, gloria spirituum, lætitia sempiterna, corona decoris, brauium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum & externũ gaudium, paradisus dei, Hierusalem cœlestis, uita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium æternitatis, pax dei quæ exuperat omnem sensum. Hæc est plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, uidere faciem dei sui, uidere eum qui fecit cœlum & terrã, uidere eum qui fecit eũ, qui saluauit eum, & qui glorificauit eum. Videbit eum cognoscendo, amabit diligendo, laudabit possidendo. Ipse enim erit hæreditas populi sui, populi sanctorum, populi quem redemit. Ipse possessio felicitatis eorum, ipse præmium & merces expectationis. Ero, inquit, merces tua magna nimis, magnum enim magna decẽt. Vere domine deus meus magnus es tu nimis super omnes deos, & merces tua magna nimis. Neq; eñ magnus es tu & parua merces tua: sed ut magnus es tu, ita magna merces tua, quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua. Sed tuipse magnus nimis, tuipse merces magna nimis, tuipse coronator es & corona, tuipse promissor es, & promissio, tu remunerator & munus, tu præmiator & præmiũ felicitatis æternæ. Tu ergo coronator es, & corona deus meus, & diadema spei meæ quæ ornata est gloria, lumen lætificans, lux renouans, decor adornans, spes mea magna, desiderium cordis sanctorum, & desideratus eorum. Visio ergo tua tota merces est, totum præmium, & totum gaudium quod expectamus. Hæc est enim uita æterna, hæc est, inquam, sapientia

1. Cor. 13

tua.Hæc eſt uita æterna,ut cognoſcamus te ſolum uerũ deum,& quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum.Cum igitur uidebimus te ſolum deum,deum uerum,deum uiuũ omnipotentem,ſim
plicem,inuiſibilem,incircũſcriptibilem,incomprehenſibilem,& filium tuum unigenitum cõ-
ſubſtantialem,& coæternum tibi dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,quẽ pro ſalute no-
ſtra miſiſti in mundum in uirtute ſpirituſſancti,trinum in perſonis, & unum in eſſentia,de
um ſanctum ſolum,extra quẽ non eſt deus, tunc habebimus quod nunc quærimus, uitam
æternam,gloriam ſempiternã, quã præparaſti diligentibus te, quã abſcondiſti timentibus
te,quã daturus es quærentibus te,quærẽtibus faciẽ tuã ſemper.Et tu domine deus meus,for
mator meus ex utero matris meæ,quæ me recõmendauit manui tuæ,non me permittas am
plius ex uno diſtrahi in multa,ſed collige me de exterioribus ad me,de me ad te,ut dicat ti-
pſal.26 bi ſemper cor meum,Exquiſiuit te facies mea,faciẽ tuã domine requirã, faciẽ domini uirtu-
tum, in qua ſola conſiſtit tota gloria ſempiterna beatorũ, quã quidẽ uidere uita æterna eſt,
& gloria ſempiterna ſanctorũ.Lætetur ergo cor meũ ut timeat nomen tuũ, lætetur cor quæ
rentium dominum,ſed multo magis cor inuenientium.Si enim lætitia eſt in quærẽdo, qua
lis lætitia eſt in inueniendo?Quærã ergo ſemper ardenter & indeſinenter faciẽ tuã,ſi quan-
do tandẽ aperiatur mihi oſtiũ & porta iuſtitiæ, ut intrẽ in gaudiũ domini mei. Hæc porta
cap.XXXVII domini,iuſti ingredientur per eam. O tres coæquales & coæternæ perſonæ,
deus unus & uerus,pater & filius & ſpirituſſanctus,qui ſolus habitas æternitatem & lucem
inacceſſibilẽ.Qui fundaſti terram in potentia tua,& regis orbem terræ prudentia tua, San-
ctus,ſanctus,ſanctus dominus deus ſabaoth,terribilis & fortis,iuſtus & miſericors,admira
bilis,laudabilis,amabilis.Vnus deus,tres perſonæ:una eſſẽtia,potẽtia,ſapiẽtia,bonitas:una
& indiuiſa trinitas.Aperi mihi clamanti portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas cõfitebor tibi do
mino.En ad oſtium tuum ſumme paterfamiliãs mendicus pulſo.Iube aperiri pulſanti, qui
Mat.7 dixiſti,Pulſate & aperietur uobis.Pulſant enim ad oſtium tuum pater miſericordiſſime, de
ſideria rugientium præcordiorum meorum,& clamores lachrymarum oculorum meorum.
Ante te eſt omne deſiderium meum,& gemitus meus à te non eſt abſconditus.Et tu domi-
ne,non auertas faciem tuam amplius à me,nec declines in ira à ſeruo tuo. Pater miſericordi
arum audi eiulatum pupilli tui, & porrige manum tuam optimam adiutricem, ut retrahat
me de profundis aquarum,& de lacu miſeriæ, & de luto fecis, ne peream uidente miſericor-
dia oculorum tuorum,aſpiciente clementia uiſcerum tuorum, ſed euadam ad te dominum
deum meum,ut uideam diuitias regni tui,& intuear faciem tuam ſemper,& laudem dicam
nomini tuo ſancto domine,qui facis mirabilia,qui cor meum lætum facis memoria tua,qui
illuminas iuuentutem meam, ne deſpicias ſenectutem meam, ſed iubilare facias oſſa mea,
& reuiuiſcere facias ut aquilæ canos meos.

Soliloquiorum finis.

AD LECTOREM.

Liber qui ſequitur,ex ſuperioribus libellis magna ex parte cõſarcinatus eſt per quempiam,nec
eruditione,nec eloquentia præditum: proinde non uideo quur admodum lectu dignus uideatur.
Cap.XVI.ponit in poteſtate hominis ut promereatur regnum cœlorum,quam ſententiam ubiq;
deteſtatur Auguſtinus.Quanquam idem Cap.XXII.dicit diuerſum.

MANVALE, PRAEFATIO.

QVONIAM in medio laqueorum poſiti ſumus, facile à cœleſti deſiderio
frigeſcimus.Quapropter aſſiduo indigemus munimento,ut expergefacti
ad deum noſtrum uerum & ſummum bonũ cum defluimus,recurramus.
Idcirco nõ præſumptionis temeritate, ſed magna dei mei dilectione huic
opuſculo ad laudem eius operam dedi,ut ex elegantioribus dictis ſancto
rum patrum breue & manuale uerbum de deo meo mecum ſemper habe
rem,

A tẽ ex cuius lectionis igne quotiẽs tepeſco in eius accẽdar amorẽ.Nũc adeſto mihi deus me-
us quẽ quæro,quẽ diligo,quẽ corde & ore & qua ualeo uirtute laudo atq; adoro. Mẽs mea
deuota tibi,tuo amore ſuccenſa,tibi ſuſpirãs,tibi inhians,te ſolũ uidere deſiderans, nihil ha
bet dulce,niſi de te loqui,de te audire,de te ſcribere,de te conferre,tuã gloriã frequenter ſub
corde reuoluere,ut tua ſuauis memoria ſit inter hos turbines aliqua repauſatio mea. Te er-
go inuoco deſideratiſſime,ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Et cũ te inuoco,
utiq; te in meipſo inuoco,qm̃ omnino nõ eſſem niſi tu eſſes in me: & niſi ego eſſem in te,nõ
eſſes in me. In me es quoniã in memoria mea manes, ex ea cognoui te,& in ea inuenio te,
cũ reminiſcor tui, & delector in te de te,ex quo omnia,per quẽ omnia,& in quo omnia.
Tu dñe cœlũ & terrã imples,omnia portãs ſine onere,omnia implẽs ſine incluſione,ſemper *De mirabili eſſentia dei Caput I*
agẽs,ſemper quietus,colligẽs & nõ egens,quærens cũ nihil deſit tibi,amans nec æſtuans, ze
lans & ſecurus es,pœnitet te & non doles,iraſceris & tranquillus es,opera mutas,ſed nõ mu
tas conſilium,recipis quod inuenis & nunquã amiſiſti:nunquã inops,& gaudes lucris,nunq̃
auarus,& uſuras exigis,ſupererogas cui nõ debes,uel ſemper ſupererogaẽ tibi ut debeas,&
qs habet quicquã nõ tuũ?Reddis debita nulli debẽs,donas debita nihil perdẽs.Qui ubiq;
es & ubiq; totus,qui ſentiri potes & uideri non potes, qui nuſquam dees, & tamen ab ini-
quorum cogitationibus longe es, qui nec ibi dees ubi lõge es: quia ubi non es per gratiam,
ades per uindictã.Qui ubiq; præſens es, & uix inueniri potes: quem ſtantem ſequimur, &
apprehẽdere non ualemus.Qui tenes omnia,imples omnia,circumplecteris omnia,ſuper-
excedis omnia,ſuſtines omnia: qui corda fidelium doces ſine ſtrepitu uerborum: qui locis
non diſtenderis,nec tẽporibus uariaris,nec habes acceſſus & receſſus.Qui habitas lucem in-
acceſſibilem,quem nullus hominũ uidit,nec uidere poteſt. In te manens quietus, ubiq; cir-
cumis totum:non enim ſcindi & diuidi potes,quia uere unus es:nec in partes efficeris,ſed to
tus totum tenes,totum imples,totum illuſtras & poſſides. Si totum mundũ *De indicibili ſcientia dei Cap.II*
B libri repleant, tua ſcientia inenarrabilis non poteſt enarrari. Quoniam uero indicibilis es,
nullo modo ſcribi poteris nec concludi.Tu es fons lucis diuinæ,& ſol claritatis æternæ.Ma-
gnus es ſine quantitate,& ideo immenſus: bonus ſine qualitate, & ideo uere & ſumme bo-
nus,& nemo bonus,niſi tu ſolus,cuius uolũtas opus eſt,cuius uelle poſſe eſt,qui omnia quæ
ex nihilo creaſti,ſola uoluntate feciſti. Qui omnem creaturam tuam abſq; indigẽtia aliqua
poſſides,& ſine labore gubernas,& abſq; tædio regis,& nihil eſt quod conturbet ordinẽ im
perij tui,uel in ſummis,uel in imis.Qui in omnibus locis ſine loco haberis, & omnia cõtines
ſine ambitu,& ubiq; præſens es ſine ſitu & motu.Qui nec mali autor es,quod facere nõ po-
tes:qui nihil nõ potes,nec unquam quicquã te feciſſe pœnituit. Cuius bonitate facti ſumus:
& iuſtitia pœnas luimus,& clementia liberamur.Cuius omnipotentia omnia gubernat,re-
git & implet quæ creauit.Nec ideo te implere omnia dicimus ut te contineant, ſed ipſa po-
tius à te cõtinentur,nec particulatim imples omnia.Nec ullatenus ita putandum eſt ut una
quæq; res pro magnitudine ſuæ portionis capiat te, id eſt, maxima maius,minima minus,
cum ſis potius ipſe totus in omnibus, & omnia in te. Cuius omnipotentia omnia conclu-
dit,nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire poterit.Qui enim te nõ habet pla-
catum,nequaquam euadet iratum. Te igitur clementiſſime deus inuoco in *De deſiderio animæ fentiẽtis deũ Caput III*
animam meam,quam præparas ad capiendum te,ex deſiderio quod inſpiras ei,Intra rogo
in eam,& coapta eam tibi,ut poſſideas illam quam feciſti & refeciſti, ut habeam te uelut ſi-
gnaculum ſuper cor meum.Quæſo piſſime inuocantem te non deſeras,quia priuſquam te
inuocarem me uocaſti & quæſiſti,ut ego ſeruus tuus te quærerem,quærendo inuenirem, &
inuẽtum amarem.Quæſiui & inueni te domine,& amare deſidero. Auge deſiderium meũ,
& da quod peto:quoniam ſi cuncta quæ feciſti mihi dederis,non ſufficit ſeruo tuo, niſi te
ipſum dederis.Da ergo teipſum mihi deus meus,redde te mihi.En amo te,& ſi parũ eſt,a-
mem ualidius. Tuo ergo amore teneor, tuo deſiderio flagro, tua dulci memoria delector.
Ecce dum tibi mens mea ſuſpirat, & tuam ineffabilẽ pietatem meditatur, ipſa carnis ſarci-

cina minus grauat,cogitationum tumultus ceſſat,pondus mortalitatis & miſeriarum more C
ſolito non hebetat,ſilent cuncta,tranquilla ſunt omnia,cor ardet,animus gaudet,memoria
uiget,intellectus lucet, & totus ſpiritus ex deſiderio uiſionis tuæ accenſus,inuiſibilium amo
re rapi ſe uidet. Aſſumat ſpiritus meus pennas ut aquilæ,uolet & non deficiat, uolet & per
ueniat uſq; ad decorem domus tuæ,& thronum gloriæ tuæ, & ibi ſuper menſam refectio
nis ciuium ſupernorum paſcatur de occultis tuis in loco paſcuæ iuxta fluēta pleniſſima. Tu
eſto exultatio noſtra,qui es ſpes noſtra,ſalus atq; redēptio: tu eſto noſtrū gaudiū,qui es fu
turū præmium. Te ſemper quærat anima mea,& tu præſta ut quærendo non deficiat.

De miſeria animæ quæ Chriſtum non amat Cap. IIII

Væ miſeræ animæ quæ Chriſtum non quærit nec amat,arida manet & miſera. Perdit
quod uiuit qui te deū non diligit:qui curat uiuere non propter te domine,nihil eſt,& pro ni
hilo eſt. Qui tibi uiuere recuſat,mortuus eſt:qui tibi non ſapit,deſipit. Miſericordiſſime tibi
me commendo,reddo & concedo,per quem ſum,uiuo & ſapio. In te confido,ſpero, & totā
ſpem meam pono,per quem reſurgam,uiuam & requieſcam. Te cupio,diligo & adoro,cū
quo manebo,regnabo & beatus ero. Anima quæ te non quærit,nec diligit,mundū diligit,
peccatis ſeruit & uitijs ſubiecta eſt, nunquā quieta,nunquā ſecura eſt. Famuletur tibi ſem
per mēs mea pijſſime,ſuſpiret tibi ſemper peregrinatio mea, ardeat in amore tuo cor meū,
requieſcat in te deus meus anima mea,contempletur te in mentis exceſſu, cātet laudes tuas
in iubilatione,& hæc ſit in hoc exilio meo conſolatio mea. Cōfugiat mens mea ſub umbra
alarum tuarum ab æſtibus cogitationum ſeculi huius. Repauſet in te cor meū,cor mare ma
gnum tumens fluctibus. O diues omnium bonarum dapum ſupernæ ſatietatis,opulētiſſi
me largitor deus,da laſſo cibum,collige diſperſum,libera captiuum,& reintegra ſciſſum. En
ſtat ad oſtium & pulſat. Obſecro per uiſcera miſericordiæ tuæ quibus uiſitaſti nos oriens ex
alto,iube pulſanti miſero aperiri,ut liberis greſſibus ingrediatur ad te,& requieſcat in te,&
reficiatur de te pane cœleſti. Tu enim es panis & fons uitæ, tu lumen claritatis æternæ, tu o

De deſiderio animæ Caput V

mnia ex quibus uiuunt recti qui diligunt te. Deus lumen cordium te uidentium, D
& uita animarum te amantium, & uirtus cogitationum te quærentium,da ut ſancto amori
tuo inhæream. Veni,rogo,in cor meum,& ab ubertate uoluptatis tuæ inebria illud,ut obli
uiſcar iſta temporalia. Pudet ac piget me talia pati,qualia mundus iſte agit. Triſte eſt mihi
quod uideo,graue eſt omne quod de tranſitorijs audio. Adiuua me domine deus meus,&
da lætitiā in corde meo, ueni ad me ut uideā te. Sed anguſta eſt mihi domus animæ meæ,
quouſq; uenias ad eam,& dilatetur à te:ruinoſa eſt,refice eā. Habet plurima quæ offendāt

Pſal.18

oculos tuos,fateor & ſcio:ſed quis mundabit eam,aut cui alteri præter te clamabo,Ab occul
tis meis munda me domine,& ab alienis parce ſeruo tuo: Fac me dulcis Chriſte bone Ieſu,
fac me rogo amore & deſidero tuo deponere onus carnalium deſideriorum, & terrenarum
concupiſcentiarum. Dominetur carni anima,animæ ratio,rationi gratia tua,& tu me interi
us & exterius ſubde uoluntati. Tribue mihi ut laudet te cor meum,& lingua mea,& omnia
oſſa mea. Dilata mentē meā,& attolle intuitum cordis mei, ut uel rapida cogitatione ſpiri
tus meus attingat te æternā ſapientiā ſuper omnia manētē. Diſſolue me oro à uinculis qui
bus cōſtrictus teneor,ut relinquēs omnia iſta,tibi feſtinē, tibi ſoli inhæreā,tibi ſoli intendā.

De felicitate animæ à terreno carcere reſolutæ Cap. VI

Felix anima quæ terreno reſoluta carcere libera cœlum petit, quæ te dulciſſimum do
minum facie ad faciem cernit,quæ nullo metu mortis afficitur, ſed de incorruptione perpe
tuæ gloriæ lætatur. Tranquilla eſt & ſecura,iam non timet hoſtem nec mortē. Habet iam
te piū dominū quē diu quæſiuit,ſemperq; amauit,hymnidicis ſociata choris,melliflua per
petuæ feſtiuitatis carmina ad laudē gloriæ tuæ rex Chriſte bone Ieſu in æternum concinit.
Inebriatur enim ab ubertate domus tuæ,& torrente uoluptatis tuæ potas eam. Felix ſocie
tas ſupernorum ciuium,& glorioſa ſolennitas omnium ad te redeuntium,ab huius noſtræ
peregrinationis triſti labore ad amœnitatem pulchritudinis,ad formoſitatem totius ſplen
doris,atq; dignitatem totius elegantiæ,ubi te iugiter domine tui ciues cernunt. Nihil omni
no quod cōturbet mentē ibidem auribus audire datur. Quæ cantica,quæ organa,quæ can

tilenæ,

A tilenæ,quæ melodiæ ibi ſine fine decantātur? Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum orga
na,ſuauiſſima angelorum melodia, cātica canticorum mira,quæ ad laudem & gloriam tuā
à ſupernis ciuibus decantantur. Amaritudo & omnis fellis aſperitas in regione tua locū nō
habent. Non enim eſt ibi malus neq; malicia,non eſt aduerſarius & impugnans,nec eſt ul
la peccati illecebra,nulla eſt ibi indigētia, dedecus nullū,rixa nulla,nullū improperiū,cauſa
tio nulla,nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla dubietas, nulla uiolentia, nulla
diſcordia,ſed eſt ibi pax ſumma,charitas plena, iubilatio & laus dei æterna, ſine fine ſecura
requies,& gaudium ſemper in ſpirituſancto. O quàm fortunatus ero ſi audiuero iocundiſſi
mas ciuium tuorum cantilenas, carmina melliflua, laudes ſummæ trinitati debito honore
promentia. Sed & nimium felix,ſi egoipſe meruero cantare canticum domino Ieſu Chriſto
de dulcibus canticis Sion. O uita uitalis,uita ſempiterna,& ſempiterne beata, *De gaudio paradiſi Cap. VII*
ubi gaudium ſine mœrore,requies ſine labore,dignitas ſine tremore,opes ſine amiſſione, ſa
nitas ſine languore,abundantia ſine defectione,uita ſine morte, perpetuitas ſine corruptio
ne,beatitudo ſine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta,ubi ſpecies & uiſio facie
ad faciem,ubi plena ſcientia in omnibus,& per omnia,ubi ſumma dei bonitas cernitur,& lu
men illuminans à ſanctis glorificatur,ubi præſens maieſtas dei conſpicitur,& hoc uitæ cibo
ſine defectu mens intuentium ſatiatur. Vident ſemper & uidere deſiderant, ſine anxietate
deſiderant,& ſine faſtidio ſatiantur. Vbi uerus ſol iuſtitiæ,mira ſuæ pulchritudinis uiſione
omnes reficit,& ita uniuerſos cœleſtis patriæ ciues illuminat,ut luceat ibi,lumen uidelicet il
luminatum per diuinum lumen illuminans ultra omnem ſolis noſtri ſplendorem, atq; cun
ctarum ſtellarum claritatem, immortali adhærentes deitati, ac per hoc immortales & im
corruptibiles facti,iuxta promiſſionem domini ſaluatoris, Pater quos dediſti mihi,uolo ut *Ioan.17*
ubi ego ſum & illi ſint mecum,ut uideant claritatem meam,& omnes unum ſint,ſicut tu pa
ter in me,& ego in te,& ipſi in nobis unum ſint. Regnum cœlorum,regnum *De regno cœlorū. Caput VIII*
B felicissimum,regnum carens morte,& uacans fine,cui nulla tempora ſuccedunt per æuū,ubi
continuus ſine nocte dies neſcit habere tempus, ubi uictor miles donis ineffabilibus cumu
latur. Nobile perpetua caput amplectente cōrona. Vtinā remiſſa peccatorū mole me ul
timum ſeruorum Chriſti iuberet diuina pietas hanc carnis ſarcinam deponere, ut in ſuæ ci
uitatis gaudia æterna † repauſandus tranſirem,ſanctiſſimis ſupernorum choris intereſſem, *† als, repræſentādus*
cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſterem, præſentem dei uultum cernerem,
nullo mortis metu tangerer, de perpetuæ immortalitatis incorruptione ſecurus gauderem,
& ſcienti omnia coniunctus omnem ignorantiæ cæcitatem amitterem, terrena cuncta par
uipenderem,conuallem lachrymarum iſtam intueri uel reminiſci ulterius non dignarer,ubi
uita laborioſa,uita corruptibilis, uita omni amaritudine plena,uita domina malorū, ancil
la infernorum, quam humores tumidant,dolores extenuāt,ardores exiccant,aërea morbi
dant,eſcæ inflant,ieiunia macerant,ioci ſoluunt,triſtitiæ conſumunt,ſollicitudo coartat, ſe
curitas hebetat,diuitiæ iactant,paupertas deijcit,iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infir
mitas frangit,mœror deprimit,diabolus inſidiatur,mundus adulatur,caro delectatur, ani
ma excæcatur,totus homo conturbatur,& his, tot & tantis malis mors furibunda ſuccedit,
uaniſq; gaudijs ita finem imponit,ut cum eſſe deſierint,nec fuiſſe putentur.

Mœſtam animam conſolatur deus Cap. IX

Sed quas laudes, quásue gratiarumactiones tibi referre ualeamus deus noſter, qui nos
etiam inter has tantas mortalitatis noſtræ ærumnas non deſinis conſolari mira uiſitatione
gratiæ tuæ? Ecce me miſerum multis mœroribus plenum,dum uitæ meæ finem timeo,dum
peccata mea conſydero,dum iudicium tuum formido,dum mortis horam cogito,dum ſup
plicia tartari horreo, dum opera mea qua diſtrictione & diſcuſſione à te penſentur ignoro,
dum quo fine illa clauſurus ſim penitus neſcio, dumq; hæc & alia multa mecum ſub corde
retracto,conſolaturus ades ſolita pietate domine deus, & inter has querelas nimioſq; plo
ratus ac profunda cordis ſuſpiria aſſumis mœſtam & anxiā mentē ſuper alta iuga montiū
ad areolas uſq; aromatum, & collocas me in loco paſcuæ ſecus riuulos dulcium aquarum,

ubi præparas in conſpectu meo menſam multiplicis apparatus,quæ fatigatum ſpiritum re C
pauſet,& cor triſte lætificet,quibus tandem refocillatus delitijs, multarum miſeriarum mea
De dulcedine diuini amoris Cap.X rum oblitus,& leuatus ſuper altitudinem terræ in te uera pace quieſco. Amo
te deus meus,amo te,& magis atq; magis amare uolo. Da mihi domine deus meus ſpecio
ſe præ filijs hominum,ut deſiderem te,ut amem te,quantum uolo & quantum debeo. Im
menſus es,& ſine menſura debes amari, præſertim à nobis quos ſic amaſti,ſic ſaluaſti, pro
quibus tãta ac talia feciſti.O amor qui ſemper ardes & nunquam extingueris,dulcis Chri
ſte,bone Ieſu,charitas deus meus,accende me toto igne tuo,amore tuo,dulcedine tua, dile
ctione tua, deſiderio tuo, charitate tua, iocunditate & exultatione tua, pietate & ſuauitate
tua, uoluptate & cõcupiſcentia tua,quæ ſancta eſt & bona,quæ caſta eſt & munda,ut totus
dulcedine amoris tui plenus,totus flamma tuæ charitatis uaporatus, diligam te dominum
meum dulciſſimum & pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis uiri
bus meis, & ex omni intentione mea, cum multa cordis contritione & lachrymarum fonte,
De præparatione noſtræ redẽptionis Cap. XI cum multa reuerentia & tremore,habens te in corde,& in ore, & præ oculis meis ſemper &
ubiq;,ita ut nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. Pulcherrime Ie
ſu Chriſte rogo te per illam ſacratiſſimam effuſionem precioſi ſanguinis tui quo redempti
ſumus,da mihi cordis contritionem & lachrymarum fontem,præcipue dum preces & ora
tiones tibi offero, dum tuæ laudis tibi pſalmodiam decanto, dum myſteriũ noſtræ redem
ptionis manifeſtum miſericordiæ tuæ indicium recolo uel profero,dum ſacris altaribus licet
indignus aſſiſto,cupiens tibi offerre illud mirabile & cœleſte ſacrificium omni reuerentia &
deuotione dignum, quod tu domine deus meus ſacerdos immaculate inſtituiſti, & offerre
præcepiſti in commemorationem tuæ charitatis, mortis ſcilicet & paſſionis, pro ſalute no
ſtra,pro quotidiana noſtræ fragilitatis reparatione.Confirmetur mens mea inter tanta my
ſteria dulcedine præſentiæ tuæ,ſentiat te ſibi adeſſe,& lætetur coram te. Ignis qui ſemper lu
ces,amor qui ſemper ardes, dulcis Chriſte, bone Ieſu, lumen æternum & indeficiens, panis D
uitæ qui nos reficis & in te non deficis,quotidie comederis,& ſemper integer manes,reſplen
de mihi,accende me,illumina & ſanctifica uas tuum,de malicia euacua, imple de gratia, &
plenum conſerua,ut ad ſalutem animæ meæ manducem cibum carnis tuæ, quatenus man
ducando te uiuam de te,uiuam per te,perueniam ad te,& repauſem in te.

De gaudio Cap.XII O dulcedo amoris & amor dulcedinis,comedat te uẽter meus & nectare tui amoris reple
antur uiſcera mea,& eructet mens mea uerbum bonum.Charitas deus meus,mel dulce,lac
niueum,cibus es grandium,fac me creſcere in te,ut ſano palato poſſis manducari à me. Tu
es uita mea qua uiuo,ſpes cui inhæreo,gloria quã adipiſci deſidero. Tu mihi cor tene,men
tem rege,intellectum dirige,amorem erige,animum ſuſpende, & in ſuperna fluenta oſ ſiti
entis te ſpiritus trahe. Taceat quæſo tumultus carnis. Conticeſcant phantaſiæ terrarum, &
aquarum, aëris & poli:taceant ſomnia & imaginariæ reuelationes, omnis lingua, omne ſi
gnum,& quicquid tranſeundo fit.Sileat ſibi & ipſa anima, & tranſeat ſe,non cogitando ſe,
ſed te deus meus,quoniam tu es reuera tota ſpes & fiducia mea. Eſt enim in te deo meo &
domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo & benigniſſimo atq; dementiſſimo uniuſcuiuſque
noſtrum & portio,& ſanguis,&caro. Vbi ergo portio mea regnat,ibi regnare me credo:ubi
ſanguis meus dominatur,ibi dominari me cõfido:ubi caro mea glorificatur, ibi glorioſum
me eſſe cognoſco. Quamuis peccator ſim, de hac tamen communione gratiæ non diffido.
Et ſi peccata mea prohibent,ſubſtantia mea requirit:& ſi delicta propria me excludunt, na
Quod uerbum incarnatum ſit cauſa ſpei noſtræ Caput XIII turæ communio non repellit. Non enim tam inimicus eſt dominus ut nõ di
ligat carnem ſuam, membra ſua, & uiſcera ſua. Deſperare utiq; potuiſſem propter nimia
peccata mea & uitia, culpas & infinitas negligentias meas quas egi, & quotidie indeſinen
ter ago corde,ore,& opere,& omnibus modis quibus humana fragilitas peccare poteſt,niſi
uerbum tuum deus meus caro fieret & habitaret in nobis. Sed deſperare iam non audeo,
quoniam ſubditus ille tibi uſq; ad mortem, mortem autem crucis,tulit chirographum pec
catorum

A catorum noſtrorum & affigens illud cruci, peccatum crucifixit & mortem.In ipſo autem ſe
curius reſpiro qui ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. In ipſo confiſus ad te
peruenire deſidero,in quo iam reſurreximus & reuiximus, iam in cœlum conſcendimus, &
in cœleſtibus conſidemus.Tibi laus,tibi gloria,tibi honor,tibi gratiarumactio.

Piiſſime domine qui ſic nos amaſti & ſaluaſti,ſic uiuificaſti & ſublimaſti,piiſſime do *Dulcis de deo meditatio Ca.XIIII*
mine quàm dulcis eſt memoria tua,quanto magis in te meditor,tanto es mihi dulcior & a
mabilior. Idcirco delectant me ualde bona tua puro mentis intuitu, & dulciſſimo pij amo
ris affectu in loco peregrinationis meæ iuxta modulum meum,interim quãdiu his fragili
bus ſubſiſto membris miram tuam dilectionem & pulchritudinem indeſinenter cupio deſi
derare & conſyderare.Tuæ enim charitatis iaculo uulneratus ſum,tuo uehementer deſide
rio flagro,ad te peruenire cupio,te uidere deſidero.Idcirco ſuper cuſtodiam meam ſtabo,&
uigilantibus oculis pſallam ſpiritu,pſallam & mente,& totis uiribus meis te factorem & re
fectorem meum collaudabo,polum penetrabo mente,& deſiderio tecum ero,ut in præſen
ti quidem miſeria ſolo corpore tenear,tecum autem cogitatione & auiditate atq; omni de
ſiderio ſim ſemper,quatenus ibi ſit cor meum, ubi tu es theſaurus meus deſiderabilis,ipſo cõ
parabilis,multumq; amabilis. Sed ecce deus meus piiſſime ac miſericordiſſime, dum tuæ
immenſæ bonitatis & pietatis gloriam conſyderare uolo,cor meum non ſufficit: excedit e
nim omnem ſenſum humanæ mentis tuum decus, tua pulchritudo, tua uirtus, tua gloria,
tua magnificentia,tua maieſtas,& tua charitas: ſicut inæſtimabilis eſt tuæ gloriæ ſplendor,
ita ineffabilis eſt æternæ tuæ charitatis benignitas, qua illos quos de nihilo creaſti adoptas
in filios,& tibi coniungis. O anima mea ſi quotidie oporteret nos tormenta *Quod deſiderandæ ſint tribulationes pro Chriſto, Caput XV*
perferre,ſi ipſam gehennam longo tempore tolerare,ut Chriſtum in gloria ſua uidere poſſe
mus, & ſanctis eius ſociari:nónne dignum eſſet pati omne quod triſte eſt, ut tanti boni tan
tæq; gloriæ participes haberemur? Inſidientur ergo dæmones,parent ſuas tentationes,fran
B gant corpus ieiunia,premant carnem ueſtimenta,labores grauent, uigiliæ exiccent, clamet
in me iſte,inquietet me ille uel ille,frigus incuruet, conſcientia murmuret, calor urat, caput
doleat,pectus ardeat,infletur ſtomachus,palleſcat uultus,infirmetur totum corpus,defici
at in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus, ingrediatur putredo in oſſibus meis, &
ſubter me ſcateat,ut requieſcam in die tribulationis,& aſcẽdam ad populum accinctum no
ſtrum.Quæ enim erit iuſtorum gloria,quàm grandis ſanctorum lætitia,cum unaquæq; fa
cies fulgebit ut ſol? cum ordinibus diſtinctis populum ſuum dominus in regno patris ſui
cœperit recenſere, & meritis atque operibus ſingulorum promiſſa præmia reſtituet,pro ter
renis cœleſtia,pro temporalibus ſempiterna,pro modicis magna? Reuera cumulus felicita
tis erit,cum dominus adducet ſanctos ſuos in uiſione paternæ gloriæ,& faciet in cœleſtibus
conſidere,ut ſit omnia in omnibus. O felix iocunditas,& iocunda felicitas ſan *Quomodo regnũ cœlorum poſſit acquiri Cap.XVI*
ctos uidere,cum ſanctis eſſe,& eſſe ſanctum, deũ uidere & deum habere in æternum & ul
tra.Hæc ſedula mente cogitemus, hæc toto deſiderio deſideremus, ut ad eos cito peruenire
ualeamus.Si quæras quomodo iſtud poteſt fieri,uel quibus meritis,quibusue auxilijs? Au
di,Res iſta poſita eſt in poteſtate facientis,quoniã regnũ cœlorũ uim patitur.Regnum cœ
lorũ ô homo aliud non quærit precium niſi teipſum,tantũ enim ualet quantũ es,te da & ha
bebis illud.Quid turbaris de precio? Chriſtus ſemetipſum tradidit ut acquireret te regnum
deo patri,ita tu temetipſum.Da ut ſis regnũ eius,ac non regnet peccatũ in tuo mortali cor
pore,ſed ſpiritus in acquiſitione uitæ. O anima mea reuertamur ad ciuitatẽ cœleſtẽ in *Quid ſit paradiſus Cap.XVII*
qua ſcripti ſumus & ciues decreti. Sicut eñ ciues ſanctorũ & domeſtici dei, & ſicut hæredes
dei,cohæredes aũt Chriſti,cõſyderemus inclytã noſtræ urbis felicitatẽ,inquantũ cõſyderare
poſſibile eſt:dicamus ergo cũ propheta,O q̃ glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei,ſicut lætan
tiũ omniũ habitatio eſt in te.Fundaris eñ exultatione uniuerſæ terræ, nõ eſt in te ſenectus *pſal.86*
nec ſenectutis miſeria,nõ eſt in te mancus,neq; claudus,neq; gibboſus,neq; deformis dum
omnes occurrũt in uirũ perfectũ,in mẽſurã ætatis plenitudinis Chriſti.Quid hac uita bea

tius? Vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, ibi nemo læditur, nemo C
iraſcitur, nemo inuidet, cupiditas nulla exardeſcit, nullum cibi deſiderium, nulla honoris aut
poteſtatis pulſat ambitio, nullus ibi diaboli metus, inſidiæ dæmonum nullæ, terror gehēnæ
procul, mors neq; corporis neq; animæ, ſed immortalitatis munere iocunda uita, nulla erūt
tunc mala, nuſquam diſcordia, ſed cuncta conſona, cuncta cōuenientia: quia omniū ſancto-
rum una erit concordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla ſunt omnia & quieta, iugis
ſplendor, non ut eſt ille qui nunc eſt ſol, ſed tanto clarior quanto felicior: quia ciuitas illa, ut
legitur, nō egebit ſole neq; luna, ſed dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius
eſt agnus. Vbi ſancti fulgebūt ut ſtellæ in perpetuas æternitates, & ſicut ſplēdor firmamen
ti qui eruditi ſunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, concurſus nubium nullus,
nec frigoris ardoriſue aſperitas ulla, ſed talis erit rerum temperies, quam nec oculus uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, niſi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur,
quorum nomina ſcripta ſunt in libro uitæ. Verum ſuper hæc omnia eſt, conſociari choris an
gelorum & archangelorum, atq; omnium cœleſtium uirtutum, intueri patriarchas & pro-
phętas, uidere apoſtolos atq; omnes ſanctos, uidere etiam parētes noſtros. Glorioſa ſunt
hæc: ſed multo glorioſius eſt præſentem dei uultum cernere, incircumſcriptum lumē uidere.
Superexcellens gloria erit cum deum uidebimus in ſeipſo, uidebimus & habebimus in no-
Non ualet homo deo uicem reddere niſi per amorem bis, quem cernere finis non erit. Anima inſignis dei imagine, illuſtris ſimilitu-
Caput XVIII dine, habet in ſeſe ex deo quo admoneatur ſemper aut ſtare cum eo, aut redire, ſi mota ſuis
affectibus, imò defectibus fuerit. Et non ſolum habet unde reſpirare queat in ſpe ueniæ &
miſericordiæ, ſed etiam unde audeat aſpirare ad nuptias uerbi, & cum deo inire fœdus ſocie
tatis, atq; cum rege angelorum ducere iugū ſuaue amoris. Hæc omnia facit amor, ſi anima
exhibeat ſe ſimilem deo per uoluntatem, cui ſimilis eſt per naturam, diligens ſicut dilecta
eſt. Solus enim eſt amor ex omnibus animæ motibus, ſenſibus atq; effectibus, in quo po-
teſt creatura, etſi non ex æquo, reſpondere autori, uel ſibi mutuam rependere uicem. Amor D
ubi uenerit, cæteros in ſe omnes traducit & captiuat effectus. Amor per ſe ſufficit, per ſe pla
cet & propter ſe. Ipſe meritū, ipſe præmiū, ipſe cauſa, ipſe fructus, ipſe uſus: per amorem e-
nim coniungimur deo. Amor facit unum ſpiritum de duobus, amor facit idem uelle & idē
nolle. Amor facit prius mores componere, poſtmodum omnia quæ aſſunt tanquam non
aſſint conſyderare, tertio uero loco munda cordis acie ſuperna & interna cōſpicere. Per amo
rem primum in ſeculo bene geruntur honeſta, poſtmodum etiam honeſta ſeculi deſpiciun-
Quid in nobis de- tur, ad extremum etiam dei intima conſpiciuntur. Deus pater charitas eſt, de-
us requirat ſibi ſi- us filius dilectio eſt, ſpiritusſanctus amor patris & filij eſt. Hæc charitas & hæc dilectio ali-
mile Cap. XIX quid ſimile requirit in nobis, ſcilicet charitatem, qua uelut quadam affinitate conſanguinita
tis ei ſociemur & coniungamur. Amor dignitatis neſcius reuerentiam neſcit. Qui amat, per
ſeipſum fiducialiter accedit ad deum, familiariterq; loquitur ei, nihil timens, nihil hæſitans.
Perdit quod uiuit, qui non diligit: qui autem diligit, oculos ſuos ſemper habet ad deum quē
diligit, quem deſiderat, in quo meditatur, in quo delectatur, in quo paſcitur, in quo impin-
guatur. Iſte talis ſic deuotus, ita cantat, ita legit, & in omnibus operibus ſuis ſic eſt prouidus
& circumſpectus, quaſi deus aſſit præſens ante oculos eius, ſicut reuera adeſt. Ita orat quaſi
ſit aſſumptus & præſentatus ante faciem maieſtatis in excelſo throno, ubi milia milium mi
niſtrant ei & decies cētena milia aſſiſtunt ei. Animā quā uiſitat amor, expergefacit dormien
tē, monet & emollit eā & uulnerat cor eius, tenebroſa illuminat, clauſa reſerat, frigida inflam
mat, mētē aſperā & iraſcibilē & impatiētē mitigat, uitia fugat, carnales affectus cōprimit &
mores emēdat, reformat & innouat ſpiritū, lubricæ ætatis motus actuſq; leues coērcet. Hæc
oia facit amor cū præſens eſt: cū uero abſceſſerit, ita incipit anima iacere languida, ac ſi caca-
De confidentia ani bo bulliēti ſubtraxeris ignē. Magna res eſt amor, quo anima per ſemetipſam fiducia
mæ amantis deum liter accedit ad deū, deo cōſtāter inhæret, deū familiariter percūctat, cōſultatq; de omni re.
Cap. XX Anima quæ amat deum, nil aliud poteſt cogitare, nil loqui, cætera contēnit, omnia faſtidit,

quicquid

A quicquid meditatur, quicquid loquitur, amorem ſapit, amorē redolet, ita amor dei eam ſibi
uendicauit. Qui uult habere notitiam dei, amet. Fruſtra accedit ad legendum, ad meditan-
dum, ad prædicandum, ad orāndum qui non amat. Amor dei amorē animæ parit, & eam
intendere ſibi facit. Amat deus ut ametur. Cum amat, nil aliud uult quàm amari, ſciens
amore eſſe beatos qui ſe amauerint. Anima amans cunctis ſuis renuntiat affectionibus,
& tota ſoli incumbit amori, ut poſſit reſpondere amori in redhibendo amore. Et cum
ſe tota effuderit in amorem, quantum eſt ad illud fontis perenne profluuium, non pa-
ri ubertate concurrunt amor & amans, anima & deus, creator & creatura: tamen ſi ex toto
ſe diligit, nihil deeſt ubi totū eſt. Non timeat anima quæ amat, paueat quæ non amat. Ani
ma amans fertur uotis, trahitur deſideriis, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, ape-
rit uoluptati, ponēs ſe in ſalutari, & fiducialiter agēs in eo. Amore anima ſecedit & excedit à
corporeis ſenſibus, ut ſeſe non ſentiat quæ deum ſentit. Hoc fit cum mens ineffabili dei ille-
cta dulcedine quodammodo ſeſe ſibi furatur, imò rapitur atq; labitur à ſeipſa, ut deo frua-
tur ad iocunditatem. Nihil tam iocundū, niſi eſſet tam modicum. Amor dat familiaritatem
dei, familiaritas auſum, auſus guſtū, guſtus famē. Anima quā tāgit amor dei, nihil aliud po
teſt cogitare, nil deſiderare, ſed frequenter ſuſpirat dicens, Sicut ceruus deſiderat ad fontes *pſal. 41*
aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus meus. Deus amore uenit ad homi *Quid fecerit deus*
nes, uenit in homines, factus eſt homo. Amore deus inuiſibilis ſeruis ſuis factus eſt ſimilis: *propter hominē.*
amore uulneratus eſt propter delicta noſtra. Tuta & firma requies eſt infirmis & peccato- *Caput XXI*
ribus in uulneribus ſaluatoris. Securus illic habito, patent mihi uiſcera per uulnera: quicqd
ex me mihi deeſt, uſurpo mihi ex uiſceribus domini mei, quoniam miſericordia affluūt, nec
deſunt foramina per quæ affluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet
magnum pietatis ſacramentū, patent uiſcera miſericordiæ dei noſtri, in quibus uiſitauit nos
oriens ex alto. Vulnera Ieſu Chriſti plena ſunt miſericordia, plena pietate, plena dulcedine
B & charitate. Foderunt manus eius & pedes eius, & latus eius lancea perforauerunt. Per has
rimas licet mihi guſtare quàm ſuauis eſt dominus deus meus, quoniā reuera ſuauis & mitis
& multæ miſericordiæ eſt omnibus eum inuocantibus in ueritate, omnibus inquirentibus,
& maxime diligētibus. Copioſa redēptio data eſt nobis in uulneribus Ieſu Chriſti ſaluato-
ris noſtri. Magna multitudo dulcedinis plenitudo gratiæ, & perfectio uirtutum.

Cum me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad uulnera Chriſti. Cum me premit caro
mea, recordatione uulnerum domini mei reſurgo. Cum diabolus mihi parat inſidias, fugio *De recordatiōe uul-*
ad uiſcera miſericordiæ domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat mēbra mea, *nerū Ieſu Christi*
recordatione uulnerum domini noſtri filij dei extinguitur. In omnibus aduerſitatibus non *domini noſtri.*
inueni tam efficax remedium quàm uulnera Chriſti: in illis dormio ſecurus, & requieſco in- *Caput XXII*
trepidus: Chriſtus mortuus eſt pro nobis. Nihil tam ad mortē amarum quod morte Chri-
ſti non ſanetur. Tota ſpes mea eſt in morte domini mei. Mors eius meritum meum, refu-
gium meum, ſalus, uita & reſurrectio mea: meritum meum miſeratio domini. Non ſum me
riti inops, quandiu ille miſerationum dominus nō defuerit. Et ſi miſericordiæ domini mul-
tæ, multus ego ſum in meritis. Quanto ille potētior eſt ad ſaluandū, tāto ego ſum ſecurior.

Peccaui peccatū grande, & multorum ſum mihi conſcius delictorum: nec ſic deſpero, *Recordatio uulne-*
quoniā ubi abundauerunt delicta, ſuperabundauit & gratia. Qui de uenia peccatorum ſuo *rū Chriſti remedi-*
rum deſperat, negat deū eſſe miſericordē. Magnā iniuriā deo facit qui de eius miſericordia *um in aduerſis*
diffidit. Quantū in ſe eſt, negat deum habere charitatē, ueritatē, & poteſtatē, in quibus tota *Cap. XXIII*
ſpes mea cōſiſtit, ſcilicet in charitate adoptionis, in ueritate promiſſionis, & in poteſtate redē
ptiōis. Murmuret iā quātū uoluerit inſipiēs cogitatio mea dicēs, Quis ēm es tu, & quāta
eſt eſt gloria illa, qbūsue meritis illā obtinere ſperas? & ego fiducialiter reſpōdebo, Scio cui cre
didi, qa in charitate nimia adoptauit me in filiū, qa uerax eſt in ꝓmiſſiōe, potēs in exhibitio
ne, & licet ei facere q̄ uult, nō poſſum terreri multitudine peccatorū ſi mors dñi in mētē meā
uenerit, quoniā peccata mea illū uincere nō poſſunt. Claui & lancea clamant mihi quòd uere

recon-

reco̅ciliatus ſum Chriſto,ſi eū amauero. Longinus aperuit mihi latus Chriſti lancea,& ego C
intraui,& ibi requieſco ſecurus. Qui timet,amet: quoniam charitas mittit foras timorē. Nul-
lum tam potens eſt & tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum,quàm mors re
demptoris mei. Extendit brachia ſua in cruce,& expandit manus ſuas paratus in amplexus
peccatorum. Inter brachia ſaluatoris mei,& uiuere uolo,& mori cupio. Ibi ſecurus decanta-
pſal.29 bo,Exaltabo te domine,quoniam ſuſcepiſti me,nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Sal
uator noſter caput inclinauit in morte,ut oſcula daret ſuis dilectis. Totiēs deum oſculamur,
Meditatio animæ ad amorē Chriſti Caput XXIIII quotiens in eius amore compungimur. O anima mea inſignita dei imagine,re-
dempta Chriſti ſanguine,deſponſata fide, dotata ſpiritu, ornata uirtutibus,deputata cum
angelis,dilige illum à quo tantum dilecta es. Intende illi, qui intendit tibi: quære quærētem
te,ama amatorem tuum à quo amaris, cuius amore præuenta es, qui eſt cauſa amoris tui.
Ipſe eſt meritum,ipſe præmium,ipſe fructus,ipſe uſus,ipſe finis. Eſto ſollicita cum ſollicito,
cum uacante uacans,cum mundo munda,cum ſancto ſancta. Qualis apparueris deo, talis
oportet ut appareat tibi, deus ſuauis & mitis, & multæ miſericordiæ, ſuaues,mites,dulces,
humiles & miſericordes requirit. Ama illum qui eduxit te de lacu miſeriæ, & de luto fecis.
Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis,qui cum omnia ſubtracta fuerint,ſolus
tibi fidem ſeruabit. In die ſepulturæ tuæ cum omnes amici tui recedent à te, ille te non dere-
linquet,ſed tuebitur à rugientibus præparatis ad eſcam, & conducet te per ignotam regio-
nem, atque perducet ad plateas ſupernæ Sion, & ibi collocabit te cum angelis ante faciem
maieſtatis ſuæ,ubi audies illud angelicum melos,Sanctus,ſanctus,ſanctus,&c. Ibi eſt can-
ticum lætitiæ,uox exultationis & ſalutis,gratiarumactio,& uox laudis, atq; alleluia in per-
petuum. Ibi eſt cumulus felicitatis,ſupereminens gloria, ſuperabundans lætitia, & omnia
bona. O anima mea ſuſpira ardenter, deſidera uehementer ut poſſis peruenire in illam ſu-
pernam ciuitatem,de qua tam glorioſa dicta ſunt, in qua ſicut lætantium omnium habita-
tio eſt. Amore potes aſcēdere,amanti nihil eſt difficile,nihil impoſſibile. Anima quæ amat, D
aſcendit frequenter,& currit familiariter per plateas cœleſtis Hieruſalem, uiſitando patriar-
chas & prophetas, ſalutando apoſtolos, admirando exercitus martyrum & confeſſorum,
choroſq; uirginum ſpeculando. Cœlum & terra,& omnia quæ in eis ſunt,non ceſſant mihi
Quod nihil poſſit animæ ſufficere præter ſummum bonū. Cap. XXV dicere,ut amem dominum deum meum. Cor humanum in deſiderio æterni-
tatis non fixum,nunquam ſtabile poteſt eſſe,ſed omni uolubilitate uolubilius,de alio in a-
liud tranſit,quærens requiem ubi non eſt. In his autem caducis &tranſitoriſs,in quibus eius
affectus captiui tenentur, ueram requiem inuenire non ualet, quoniam tantæ eſt dignita-
tis,ut nullum bonum præter ſummum bonum ei ſufficere poſſit: tantæ eſt enim libertatis,
ut in aliquod uitium cogi non poſſit. Propterea unicuique propria uoluntas eſt cauſa ſuæ
damnationis uel ſaluationis,& ideo nihil ditius bona uoluntate deo offertur. Bona uolun-
tas deū ad nos deducit,& nos in eū dirigit. Per bonā uolūtatē deū diligimus,deū eligimus,
ad deū currimus,ad deū peruenimus,& eū poſſidemus, O bona uolūtas,per quā ad dei ſi-
militudinē reformamur,& ei ſimiles efficimur. Ita amabilis eſt deo bona uolūtas,ut ipſe in
corde habitare nō uelit, in quo bona uoluntas nō fuerit. Bona uoluntas illius ſummæ maie
ſtatis trinitatē ad ſe inclinat. Sapientia nanq; ad cognitionem ueritatis illam illuminat,cha
ritas ad deſiderium bonitatis inflammat,paternitas in ea cuſtodit quod creauit ne pereat.
Quid ſit cognitio ueritatis Caput XXVI Quid eſt cognitio ueritatis? Primo cognoſcere teipſum,& quod eſſe debes,eſſe ſtudeas:
quod autē corrigendū eſt,corrigas. Deinde cognoſcere & amare creatorē tuū: hoc enim eſt
totū hominis bonū. Vide ergo q̄ ineffabilis eſt diuinæ charitatis erga nos dilectio. De ni-
hilo nos creauit,& quicqd habemus donauit: ſed qa plus dileximus datū q̄ datorē, creatu
rā q̄ creatorē,cecidimus in laqueū diaboli,& facti ſumus eius ſerui. Deus uero miſericordia
motus,miſit filiū ſuū quo redimeret ſeruos,miſit etiā ſpiritūſanctū quo ſeruos adoptaret in
filios. Filiū dedit in preciū redēptionis,ſpiritumſanctū in priuilegium amoris, ſe denicq; to-
tum ſeruat hæreditatem adoptionis. Ita deus ut pīſſimus & miſercordiſſimus præ deſide-
rio uel

A rio uel amore hominis,non ſolum ſua,uerumetiam & ſeipſum impendit ut hominem recu
peraret,non tam ſibi quàm homini ipſi. Vt homines ex deo naſcerentur,primo ex ipſis na-
tus eſt deus. Quis eſt tam durus quem non emolliat amor dei ſic hominem præueniēs,tam
q́ue,inquam, uehemens amor,quòd homo propter hominē dignatus eſt fieri? Quis poteſt
odire hominē,cuius naturā & ſimilitudinē uidet in humanitate dei? Reuera qui odit illum,
odit deū,& ita perdit quicquid facit. Deus nanq; propter hominē factus eſt homo, ut eſſet
redēptor qui eſt & creator,ut de ſuo redimeretur homo, & ut familiarius diligeretur ab ho-
mine deus,in ſimilitudine hominis apparuit,& ut uterq; ſenſus hominis in ipſo beatificaret,
& reficeretur oculus cordis in eius diuinitate,& oculus corporis in eius humanitate,ut ſiue in
grediens ſiue egrediens in ipſo paſcua inueniret natura humana condita ab ipſo.

Saluator nanq; noſter natus eſt nobis, crucifixus & mortuus eſt pro nobis, ut morte ſua
Quid in nobis operetur miſſio ſpiritusſancti Cap. XXVII mortē noſtrā deſtrueret. Et quia botrus carnis portatus fuerat ad torcular crucis,& expreſſi
one facta fluere cœperat muſtū diuinitatis,miſſus eſt ſpirituſſanctus,quo uaſa cordiū præ-
pararentur,& uinum nouū in utres nouos poncretur,primū ut corda mundarentur, ne in-
fuſum polluereturꝫ poſtea ligarentur,ne infuſum amitteretur. Mundarentur gaudio ini-
quitatis, ligarentur contra gaudium uanitatis. Non enim quod bonum eſt uenire potuit,
niſi prius recederet quod malum eſt. Gaudium iniquitatis polluit, & gaudium uanitatis ef-
fudit. Gaudium iniquitatis reddit uas ſordidum,& gaudium uanitatis facit rimoſum. Gau
dium iniquitatis eſt, cum peccatum diligitur: & gaudium uanitatis eſt, cum tranſitoria a-
mantur. Eiſce ergo quod malum eſt,ut quod bonum eſt percipere poſſis. Effunde amaritu-
dinem,ut dulcedine impleri poſſis. Spirituſſanctus gaudiū eſt & amor. Eiſce ſpiritum dia-
boli,& ſpiritū mūdi huius,ut accipias ſpiritum dei. Spiritus diaboli operatur gaudiū iniqui
tatis,& ſpiritus mūdi gaudiū uanitatis. Et hæc gaudia mala ſunt,quoniā aliud habet culpā,
aliud occaſionē culpæ. Veniet autē ſpiritus dei,cum eiecti fuerint ſpiritus mali,& intrabit ta
B bernaculū cordis,& operabitur gaudiū bonum & amorē bonū, quo expellitur amor mun-
di,& amor peccati. Amor mundi allicit & decipit: amor peccati polluit, & ad mortē cōducit.
Amor dei mentē illuminat,conſcientiā mundat,animā lætificat,& deum demonſtrat.

In quo amor dei eſt,ſemper cogitat quando ad deū peruenīat,quando mundū dere-
De operatione eius qui diligit deum Caput XXVIII linquat,quando carnis corruptionē euadat, ut uerā pacē inueniat, ſemper habet cor ſuū &
deſiderium in ſuperna eleuatū: quando ſedet,quādo ambulat,quando requieſcit, uel quan-
do aliquid agit,cor à deo non recedit, omnes ad amorē dei exhortatur, omnibus amorē dei
cōmendat,& quàm dulcis ſit dei amor,& q̄ malus & q̄ amarus ſit amor ſeculi corde,ore,&
opere omnibus demonſtrat. Deridet huius ſeculi gloriā, arguit ſollicitudinē, & quàm ſtul-
tum ſit in his quæ tranſeunt fiduciā habere oſtendit. Miratur cæcitatē hominum qui hæc di
ligunt: miratur etiā quomodo uniuerſa hæc tranſitoria, & caduca omnes nō derelinquunt.
Omnibus æſtimat dulce quod ſibi ſapit,omnibus placere quod diligit,omnibus quidē eſſe
manifeſtum quod cognoſcit. Frequēter deum ſuū contēplatur,& in eius contēplatione ſua-
uiter reficitur: tanto felicius,quanto frequentius. Dulce eſt enim ſemper ad cōſyderandum,
quod ad amandū & laudandū ſemper ſuaue eſt. Reuera hæc eſt uera cordis re-
De uera cordis requie Caput XXIX quies, cum totū in amorē dei per deſideriū figitur, nec quicq̄ aliud appetit,ſed in eo quod
tenet felici quadā dulcedine delectatur,delectādo iocūdatur. Si uero uana aliqua cogitatio
ne, uel rerū occupatione inde aliquātulū abſtractū fuerit,ſumma cū feſtinatione illuc redire
feſtinat,exiliū reputās alibi q̄ ibi morā facere. Nā ſicut nullū eſt momentū,quo homo non
fruat uel utatur pietate diuina: ſic nullū debet eſſe momētū, quo eū præſentē nō habeat in
memoria. Idcirco nō breui crimine teneat aſtrictus quiſq; in oratiōe cū deo loquat, & ſubito
abſtrahit ab eius cōſpectu,quaſi ab oculis nō uidētis nec audiētis. Hoc aūt fit q̄n cogitatiōes
ſuas malas & importunas ſequit, & aliquā uiliſſimā creaturā ad quā mētis intuitus facile di
ſtrahit,ei præfert,illā uidelicet in cogitatione ſæpius reuoluēdo,uel cogitādo,q̄ deū quē aſ-
ſidue debet recolere creatorē,adorare redemptorē,expectare ſaluatorem,timere iudicē.

Quiſquis

Caput XXX Quisquis amas mundum,tibi prospice quò sit eundum,
Hæc uia qua uadis,uia pessima,plenaq; cladis.

Fuge ergo ô homo paululum occupationes tuas,& abscondere modicum à tumultuosis cogitationibus tuis.Abijce nunc onerosas curas, postpone laboriosas dissensiones, uaca aliquantulum deo,& paululum requiesce in eo.Intra in cubiculum mētis tuæ, exclude omnia præter deum,& quæ ualent ad quærendum eum,& clauso ostio quære eum.Dicat nunc totum cor tuum deo,Quæro uultum tuum,uultum tuum domine requiro. Eia nunc ergo domine deus meus tu doce cor meum,ubi & quomodo te quærat,ubi & quomodo te inueniat.Domine si hic non es,ubi te quæram absentem? Si autem ubiq; es, cur te non uideo præsentem? Sed certe habitas lucem inaccessibilem.Sed quomodo accedam ad lucem inaccessibilem, aut quis me deducet & inducet in illam ut uideam te in illa? Deinde quibus signis, qua facie te quæram? nunquam te uidi domine deus meus, nunquam noui faciem tuam. Quid faciet altissime domine,quid faciet iste longinquus exul tuus? Quid faciet seruus tuus anxius amore tui,& longe proiectus à facie tua? En anhelat uidere te, & nimis illi abest facies tua.Accedere ad te desiderat,& inaccessibilis est habitatio tua:inuenire te cupit,& nescit
Caput XXXI locum tuū.Quærere te affectat,& ignorat uultum tuum. Domine deus meus es tu,& dominus meus,& nunquam uidi te,tu me fecisti,& refecisti,& omnia bona tua mihi contulisti, & nondum uidi te,neque noui. Deniq; ad te uidendum factus sum, & nondum feci id propter quod factus sum.Omisera sors hominis,cum hoc perdidit ad quod factus est.O dirus ac durus casus ille.Heu quid perdidit,& quid inuenit:quid abscessit,&quid remansit? Perdidit beatitudinem ad quam factus est, & inuenit miseriam ad quam factus non est.Abscessit sine quo nihil felix est,& remansit quod per se non nisi miserum est.Manducabat tunc homo panem angelorum,quem nunc esurit:manducat nunc panem dolorū, quem tunc nesciebat.O tu domine usq; quo obliuiscēris in finem,usq; quo auertis faciē tuā à nobis? Quando respicies & exaudies nos? quando illuminabis oculos nostros, & ostendes D
nobis faciem tuam? quando restitues te nobis? Respice domine,& exaudi, & illumina nos, & ostende nobis teipsum,restitue te nobis ut bene sit nobis, sine quo tam male est nobis. Inuita nos,adiuua nos,obsecro te domine.Amaricatum est cor meum sua desolatione, indulcora illud tua consolatione.Obsecro domine,esuriēs cœpi quærere te, ne desinar impastus à te:famelicus accessi,ne recedam impastus.Pauper ueni ad diuitem,miser ad misericordem,ne recedam uacuus & contemptus. Domine incuruatus sum,& non possum nisi deorsum aspicere,erige me ut possim sursum uidere uel intendere. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum,obuoluerunt me, & sicut onus graue grauant me. Euolue me & exonera me,ne urgeat super me puteus os suum.Doce me quærere te, & ostēde te quærenti te, quia nec quærere te possum nisi doceas tu,nec inuenire nisi te ostēdas. Quæram te desiderando, desiderem te quærendo,inueniam amando,amem inueniendo.

Caput XXXII Fateor domine & gratias ago, quia creasti me ad hanc imaginem tuam,ut tui memor te cogitem,te amem.Sed sicut est abolita corruptione uitiorum, sic est obfuscata fumo peccatorum,ut non possit facere ad quod facta est,nisi tu renoues & reformes eam.Rogo domine qui das fidei intellectum,da mihi ut quantum scis expedire intelligam,quia es sicut credimus,& hoc es quod credimus, & quidem credimus te esse aliquid quo nihil maius aut melius cogitari possit. Quid ergo es domine deus quo unum maius meliusq; nihil ualet cogitari, nisi id quod summum bonum omnium solum existens per seipsum, omnia alia fecit ex nihilo? Quod ergo bonum deest summo bono,per quod omne bonum? Tu es itaq; iustus,uerax,beatus, & quicquid aliud est melius esse quàm non esse. Verum malis quomodo parcis,si es totus summe iustus? An quia bonitas tua est incomprehensibilis? Latet hoc in luce inaccessibili, quam inhabitas. Vere in altissimo & secretissimo bonitatis tuæ profundo latet fons, unde manat fluuius misericordiæ tuæ. Nam cum totus & summe iustus sis,tamen idcirco etiam malis benignus es,quia totus & summe bonus es.Minus nanq; bo
nus

A nus esses,si nulli malo esses benignus. Melior est enim qui & bonis simul & malis bonus est, q; qui bonis tantum bonus est. Et melior est qui malis & parcendo & puniendo bonus est,q; qui puniendo tantum.Ideo ergo misericors es,quia totus & summe bonus es.

O immensa bonitas quæ omnium intellectum excedis, ueniat super me misericordia De delectabili fruitione dei. Cap.XXXIII illa quæ de tanta opulētia procedit:influat in me quæ profluit de te.Parce per clemētiam, ne ulciscaris per iustitiam.Excita te nunc anima mea,& erige totum intellectum tuum,& cogita quantum potes,quale & quantum sit illud bonum quod deus est.Si enim singula bona delectabilia sunt,cogita intente q; delectabile sit illud bonum quod continet iocunditatem omnium bonorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differētem, quanto differt à creatura creator. Si enim est bona uita creata,q; bona est uita creatrix? Si iocunda est salus facta, q; iocunda est salus quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cogitatione uel cognitione rerum cognitarum, q; amabilis est sapiētia quæ omnia fecit & condidit ex nihilo? Deniq; si multæ & magnæ sunt delectatiōes in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit? O qui hoc bono fruetur,quid illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid uoluerit illi erit,& quicquid noluerit non erit. Ibi quippe illi erunt bona animæ & corporis, qualia nec oculus uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo per multa uagaris homuncio quærēdo bo Quòd summū bonum appetendū sit Cap.XXXIIII na animæ tuæ & corporis tui? Ama unum bonū in quo sunt omnia bona,& sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum,& satis est.Quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea? Ibi est quicqd amas,ibi est quicquid desideras. Si delectat pulchritudo,fulgebunt iusti sicut sol.Si uelocitas,aut fortitudo,aut libertas corporis tui,nihil obsistere poterit,erūt similes angelis dei:quia seminatur corpus animale,surget corpus spiritale, potestate utiq;,non natura.Si longa aut salubris uita,ibi erit sana æternitas,& æterna sanitas:quia iusti in perpetuum uiuent, & salus iustorum à domino.Si satietas,satiabūtur cum
B apparuerit gloria domini. Si ebrietas,inebriabūtur ab ubertate domus dei.Si melodia,ibi angeli concinent sine fine deo. Si quælibet non immunda, sed munda uoluptas, torrente uoluptatis suæ potabit eos dominus.Si sapientia,ipsa dei sapientia ostendet eis se ipsam sapientiam.Si amicitia, diligent deum plus q; seipsos, & inuicem tanq; seipsos, & deus illos plus q; illi seipsos, quia illi illū se & inuicem per illū, & ille se & illos per seipsum.Si concordia,omnibus illis erit una uolūtas, quia nulla illis erit nisi dei summa uoluntas.Si potestas, omnipotentes erunt suæ uoluntatis,ut deus suæ.Nam sicut deus poterit quod uolet, per se ipsum:ita poterunt illi quod uolent per illum:quia sicut illi non aliud uolent q; ille uolet,ita ille uolet quicquid illi uolent, & quid ille uolet, non poterit nō esse.Si honor & diuitiæ,deus seruos suos bonos & fideles supra multa bona constituet, imò filij dei & dij uocabuntur,& erunt hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Si uera securitas, certe ita certi erunt nunq; ullatenus illud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt se non sua sponte illud amissuros,nec dilectorē deum illud dilectoribus suis inuitis ablaturū, nec aliquid deo potentius deum & illos separaturū.Gaudium uero quale quātumúe est,ubi tale ac tantū bonum est?

Cor humanum,cor indigens,cor expertū erumnas & miserias,imò obrutum miseriis, De mutua charitate sanctorū i cœlis Cap.XXXV quantum gauderes si in his omnibus abundares,interroga ultima intima tua si capere possent gaudium suum de tanta beatitudine sua.Sed certe si quis alius quem omnino sicut teipsum amares,eandem beatitudinem haberet,duplicaretur gaudiū tuum, quia non minus gauderes pro eo q; pro teipso.Si uero duo uel tres uel multo plures idipsum haberent,tantundem pro singulis,quantundem pro teipso gauderes,si singulos sicut teipsum amares.Ergo quid erit in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum angelorum & hominum, ubi nullus diliget alium minus q; seipsum? Non enim aliter gaudebit unusquisq; pro singulis alijs q; pro seipso.Si ergo cor hominis de tanto bono suo uix gaudium suum capiet, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum? Et utiq; quoniam quantum quisq; diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet. Sed sicut in illa beata felicitate unusquisq; sine

comparatione plus amabit deum ꝯ se & omnes alios secum, ita plus gaudebit absq; æstimatione de felicitate dei ꝯ de sua & omnium aliorum secum. Et si deum sic diligent toto corde,tota mẽte,tota anima,ut tamen totũ cor,tota mens,tota anima nõ sufficiat dignitati dilectionis:profecto sic gaudebũt toto corde, tota mente,tota anima, ut tamen totum cor, tota mens, tota anima non sufficiat plenitudini gaudij. Deus meus & dominus meus,spes mea & gaudium cordis mei,dic animæ meæ, si hoc est gaudiũ de quo nobis per filium tuũ dicis,Perite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum.Inueni nanq; gaudium quoddam plenum & plesq̃ plenum, pleno quippe corde, plena mente,plena anima,pleno toto homine.Gaudio illo adhuc supra modum supererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt in gaudium domini sui.Dic domine,dic seruo tuo intus in corde meo, si hoc est gaudium in quod intrabũt serui tui,qui intrabunt in gaudium domini sui? Sed certe gaudium illud quo gaudebunt electi tui, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit.Nondum ergo cogitaui aut dixi, Domine, quantum gaudebunt electi tui? Vtiq; tantum gaudebunt,quantum amabunt: tantum amabunt,quantum cognoscent domine.Et quãtum te amabunt? Certe nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit in hac uita,quantũ te cognoscent & amabunt in illa uita. Oro te deus meus ut cognoscam te, amem te, ut gaudeam de te, & si non possum in hac uita ad plenum,uel proficiam de die in diem,usquedum ueniat illud ad plenum. Proficiat in me hic noticia tua ut tibi fiat plena, crescat in me hic amor tuus, ut ibi sit plenus,ut hic gaudium meum sit in spe magnum, & ibi in re plenum. Deus uerax peto ut accipiam quod promittis,ut gaudium meũ sit plenum. Meditetur in te interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meũ, sermocinetur os meum, esuriat illud anima mea,sitiat illud caro mea, desideret illud substantia mea donec intrem in gaudium domini mei,ibi permansurus per secula,Amen. Finis.

De pleno gaudio uitæ æternæ Cap.XXXVI

Ioan.16

C

D

AD LECTOREM

ET hunc pius quispiam & ociosus consarcinauit,hoc melior superiore,quod breuior.

DE TRIPLICI HABITACVLO LIBER.

Caput I

TRIA sunt sub omnipotẽtis dei manu facta habitacula,primum,imum, & medium:quorũ summum regnum dei,uel regnum cœlorum dicitur: imum,uocatur infernus:medium, mundus præsens,uel orbis terrarum appellatur. Quorũ extrema omnino sibijnuicem sunt cõtraria, & nulla sibi societate cõiuncta.Quæ enim societas potest esse lucis ad tenebras, & Christi ad belial? Medium autem nonnullam habet similitudinem ad extrema.Vnde lucem & tenebras habet, frigus & calorem,dolorem & sanitatem, læticiam & mœrorem, odium & amorem,bonos & malos,iustos & iniustos, dominos & seruos,regnum & subiectionem,famem & satietatem,mortẽ & uitam, & innumera huiusmodi.Quorum omnium pars una imaginem habet regni dei,pars altera inferni. Commixtio nanq; simul bonorum & malorum in hoc mundo est. In regno autem dei nulli mali sunt,sed omnes boni : at in inferno nulli boni,sed omnes mali.Et uterq; locus ex medio suppletur:hominũ enim huius mundi,alij eleuantur ad cœlũ,alij trahuntur ad infernum.Similes quippe similibus iunguntur,id est,boni bonis,& mali malis.Iusti homines iustis angelis:& transgressores homines, trãsgressoribus angelis. Serui dei,deo:serui diaboli, diabolo.Benedicti uocãtur ad regnum sibi paratum ab origine mũdi:maledicti expellũtur in ignem æternum,qui paratus est diabolo,& angelis eius.Bona autẽ regni cœlestis dicere, uel cogitare,uel intelligere ut sunt,nullus potest carne uestitus.Multo enim maiora & melio
1.Cor.2 ra sunt,ꝙ cogitãtur & intelligũtur, dũ scriptum est,Quòd oculus nõ uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligẽtibus se. Regnum nanq; dei omni fama

A fama maius,& omni laude melius,omni scientia innumerabilius,omni gloria quæ putatur excellentius . Mala autẽ inferni dicere uel cogitare ut sunt,nemo potest:peiora quippe sunt ualde ꝯ cogitantur.Regnum itaq; dei plenũ est lucis & pacis & charitatis,& sapiẽtiæ & gloriæ & honestatis,& dulcedinis & melodiæ & læticiæ,& beatitudinis perennis & omnis boni ineffabilis,quod nec dici,nec cogitari potest.At lacus inferni plenus est tenebrarum,discordiæ,odij,stultitiæ,miseriæ,turpitudinis,amaritudinis,offensionis,doloris,adustionis,sitis,famis,ignis inextinguibilis,tristiciæ,uindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali,quod nec dici,nec cogitari potest.Ciues cœli sunt iusti homines & angeli,quorum rex est deus omnipotens : at contra ciues inferni sunt impij homines & dæmones, quorum princeps est diabolus.Satiat iustos uisio sanctorum hominum & angelorũ,& super omnia ipsius dei.Cruciat impios & peccatores uisio hominum damnatorum & dæmonum , & super omnia ipsius diaboli. Nihil in regno dei desideratur quod non inueniatur : at in inferno nihil inuenitur quod desideratur. In regno dei nihil inuenitur nisi quod placet & delectat & satiat:at cõtra in lacu miseriæ perẽnis nihil uidetur, nihilq; sentitur nisi quod displicet,nisi quod offendit, nisi quod cruciat.In regno æterno erit uita sine morte,ueritas sine errore,felicitas sine pertur
B batione , omne bonum in regno dei abũdat,& nullum malum.Omne malum abundat in carcere diaboli, & nullum bonum. Nullus indignus in regno suscipitur dei:nullus uero dignus,nullus iustus ad infernum trahitur. Principalia duo sunt tormenta in inferno,frigus intolerabile , & calor ignis inextinguibilis:unde in euãgelio legitur,Illic erit fletus & stridor dentium.Fletus nanq; & liquefactio oculorũ ex calore nascitur. Stridor uero dentium ex frigore nascitur:hinc etiam beatus Iob,De aquis,inquit,niuium transibunt ad calorem nimium.De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera,uidelicet sitis intolerabilis,pœna famis, pœna fœtoris, pœna horroris,pœna timoris,pœna angustiæ,pœna tenebrarum,fœueritas tortoris,præsentia dæmonũ,ferocitas bestiarum,crudelitas ministrantium,dilaceratio immortalium uermium, uermis conscientiæ,ignitæ lachrymæ,suspiria miseriæ,dolor sine remedio,uincula sine solutione,mors æterna,pœna sine fine,absentia Christi quo ad uisionem eius,quæ sola omnia supradicta superat,& omnibus pœnis intolerabilior.Væ igitur illis qui perenne subire hæc omnia mala etiam sine fine merentur pro delectabili unius horæ somnio. Tanta etenim & talis est omnis huius mundi gloria,ad æternã comparata gloriam. Melius erat eis, quod dictum est de infelice Iuda, non nasci,ꝙ malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultius,quid insanius est,ꝙ umbra & imagine & similitudine ueræ gloriæ & ueræ delectationis,ueræ pulchritudinis,ueri decoris, ueri honoris,more infantium decipi & superari, & ipsam gloriam non quærere,non desiderare? Quis imaginẽ auri in aqua ipso auro neglecto eligeret,& non statim à cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditum , uel in qualibet materia formatum plus diligeret ꝯ ipsum solem, & non ab omnibus derideretur ? Sic irridendus,sic æstimandus est quisquis mũdi huius caducam fragilitatem & inutilem carnis uoluptatem diligit,quærit, contendit, æterna gloria contempta,& neglectis regni cœlestis ineffabilibus gaudijs.Hoc commerciũ insipientiũ ualde est & miserorũ,& cor nõ habẽtium sanum,etiã si plagæ inferni non sequerentur, quæ nec dici nec cogitari possunt.Duplex uero plaga est ab æterno regno dei separari,& semper in inferno cũ diabolo damnari,præsentiã amittere angelorum,& terribilem semper pati dæmonum præsentiã.Quantũ caueri,uitari,metui deberet,nullo modo dici potest. Quis cum sano sensu pro unius dei delitijs,centũ annorum pœnam eligeret? Et miseri tamen illi qui sine ulla sapiẽtia uoluptatẽ carnis sequẽtes,nõ uitant uitia,nõ effugiunt intolerabiles pœnas,nõ centũ annorum,nõ millies mille ,sed omniũ sine fine seculorum,pro sexaginta uel septuaginta annorũ delitijs uel qualibet corruptibili delectatione.Quantũ autẽ est inter unũ diem & centũ annos,nõ tantũ utiq;:sed plus inter quadraginta uel sexaginta uel centũ annos, & æternitatem siue in bono siue in malo futuram. Vnus enim dies aliqua portio est in centũ annorũ spacio,quamuis modica ualde.At uero

De pœnis infernalibus.Cap.II

Matth.13.& 22 & 25

Iob 24

De ijs quos pœnæ æternitas à mundi uoluptate nõ deterret.Cap.III

centum annorum ſpacium nulla portio eſt in illa æternitate. Si enim,uerbi gratia,cẽteſima pars uel milleſima pars eſſet æternitatis,prædictũ eius ſpacium uel centuplum eius ſpacium uel milluplum æternitas eſſe deſineret. Quod ratio non ſinit æternitatis,quæ ſi ullo modo, ullo tẽpore finiretur, æternitas omnino nõ eſſet. Fortiter ergo carnali reſiſtẽdum eſt uoluptati, fortiter cõtra fallaces huius mundi blanditias pugnandũ eſt,contra cp̃ multimodas ſatanæ ſuggeſtiones uigilandum. Omni ſtudio lata ſeculi uia uitãda eſt quæ ducit ad mortem:at uero omni cordis deſiderio uia anguſta quæ ducit ad uitam, adeunda eſt & appetẽda. Via hæc anguſta eſt uia abſtinẽtiæ & caſtitatis,humilitatis,& omnis religionis, quã uiam ante nos Chriſtus attriuit, qua uia ad ſuũ regnũ migrauit. Cuius ueſtigia & nos ſequamur,donec poſt eum eadẽ uia ad urbem regiam perueniamus, in qua ipſe regnat. De qua urbe quicquid homo dixerit quaſi ſtilla de mari eſt,uel quaſi ſcintilla de foco. In qua ui delicet urbe fulgebunt iuſti ſicut ſol, ut dñs ait. Vbi ſumma pax erit,ſumma quies,nullus labor,nullus dolor,nulla paupertas,nec ſenectus,nulla mors, nec ulla nox,nullum cibi deſiderium,nullum ſitis incẽdium : ſed cibus & potus omnium erit uiſio Chriſti & ſanctæ trinitatis,& contẽplatio puro cordis oculo ipſius diuinitatis,& aſſidua lectio,ut ita dicã,libri uitæ, id eſt,æternæ ueritatis & ſummæ ſapiẽtiæ,& uerbi dei,quæ eſt Chriſti Ieſu uiſio,ubi quicqd nos nunc latet,manifeſtũ erit. Vbi ratio manifeſta eſt,cur hic electus eſt, & iſte reprobatus: cur hic in reguum aſſumptus, & ille in ſeruitutẽ redactus . Cur alius in utero moritur,alius in infantia : alius in iuuentute,alius in ſenectute. Cur alius pauper, & alius diues. Cur filius adulteræ baptizatur, & aliquãdo filius legitimæ cõiugis ante baptiſmum moritur. Cur qui bene incipit uiuere aliquando male finit, & qui male incipit ſæpe bene finit. Hæc omnia & huiuſmodi multa in libro uitæ plana & aperta omnibus erunt. In eadẽ urbe præmium ſingulorum omniũ,& ſingulorũ per charitatem omniũ erit. Ibi omniũ bonum omnibus patebit. Ibi omnes inuicem ſuas cogitationes cognoſcẽt. Ibi nullus ſuperior ſuperbus erit,nullus inferior inuidus. Quomodo enim qui omnes ſicut ſeipſum diliget alicui inuidere poterit,cũ nemo ſibiipſi inuideat? Ibi nullus eſſe melius uel ſuperius concupiſcet cp̃ erit,quia aliter eſſe cp̃ quod meruit,non eſſet decorũ,nec aliter eſſe deſiderabit cp̃ quod erit:quia ita eſſe ut erit, pulchrum erit,nõ ſibiipſi ſolum,ſed etiã uniuerſo corpori eccleſiæ cœleſtis. Quomodo enim membrũ in corpore, ſi ſuperius uel inferius ponatur aliter cp̃ natura cõſtituit,mõſtruoſum efficit corpus & turpe:ſic nimirũ ſi aliquis in regno dei ſuperius ordinetur cp̃ poſtulat ars & uolũtas omnipotẽtis artificis,turpitudinẽ efficiet,& nõ ſolũ ſibimet,ſed etiã omni cõgregationi,in qua qui erit minimus,maiorẽ ſine dubio habebit gloriã,q̃ totũ habẽs mũdi regnũ, etiã ſi æternum eſſet. Vile enim eſt ualde elemẽtis frui in cõparatione fruẽdi & cõgaudendi ipſi deo, & uiſibilibus delectari & corporalibus. Tãta eſt enim pulchritudo iuſtitiæ, tãta iocũditas lucis æternæ,hoc eſt,incõmutabilis ueritatis & ſapiẽtiæ, ut etiã ſi nõ liceret amplius manere in ea q̃ unius diei mora, ꝓpter hoc ſolũ innumerabiles anni huius uitæ pleni delitijs incircumfluẽtia temporaliũ bonorũ recte merito cp̃ contẽnerẽtur. Nõ enim falſo aut paruo affectu dictũ eſt, Quoniã melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper milia. Nihil comparãdum dilectioni & gaudio quod naſcitur ex inuiſibilibus & incorporeis, & ex ſocietate angelorũ, & iuſtorũ omniũ,& ex certa ſciẽtia & cognitione ipſius diuinæ naturæ, & ex dei ipſius facie ad faciẽ uiſione : Cuius pulchritudinẽ mirãtur angeli,cuius imperio ſuſcitãtur mortui,cuius ſapiẽtiæ nõ eſt numerus,cuius regnũ finem neſcit,cuius gloria nequit uariari, cuius lux tam ſolem obſcurat ut eius cõparatione nullã habeat lucẽ ; cuius dulcedo tam mel ſuperat,ut ei comparatũ uelut abſinthiũ ſit amariſſimũ. Cuius faciẽ ſi omnes carcere inferni incluſi uiderent,nullã pœnã,nullum dolorem,nullam cp̃ triſticiã ſentirent. Cuius præſentia ſi in inferno cũ ſanctis habitatoribus appareret, cõtinuo infernus in amœnũ conuerteretur paradiſum. Cuius ſine nutu nec folium de arbore cadit. Cuius oculi flammiuomi profundum penetrãt inferni. Cuius auris tacitã cordis uocẽ audit,id eſt,cogitationẽ. Cuius oculus non minus audit cp̃ uidet. Cuius auris nõ minus uidet cp̃ audit, quia nõ corpus ſunt, ſed ſumma ſapiẽtia

De ingrediẽdo uiã artã,& patriæ felicitate & pulchritudine.Cap.IIII

Psal.85

& certa cognitio. Cuius delitiæ ſine faſtidio ſatiant, quæ cum à beatis inueniunur, ſemper tamen deſiderãtur,& eſurię & ſitim ſine pœna efficiunt,id eſt,ardenti ſemper deſiderio delectant. Cuius ſecreta mirabilia uidẽtibus ea ſemper noua ſunt & mira, & nõ plus cũ incipiũt uideri pariunt ſtuporem cernentibus, cp̃ poſt mille annos & millies mille. Et cum angeli ab initio mundi ea ſoliti ſint uidere, inde hodie nõ minus mirãtur ea cp̃ in primo die,alioquin dudum coram angelis aſſiduo uidendi uſu uileſcerẽt. Cuius cognitioni præterita & futura, non præterita & futura, ſed præſentia ſunt. Vnde nõ diem iudicij uidebit,& primũ diem ſeculi nõ uidit,ſed utrunq̃ uidet. Cuius præſcientia neminem cogit ad peccandum,ut multi errãtes dicunt. Si enim,inquiunt, præſciuit Adam peccaturum eſſe,nõ peccare nõ potuit. Ex quo errore naſcitur,deum cauſam eſſe peccati,quod nefas eſt dicere,& illi tamen ſuis uerbis alligantur. Si enim quod præſciẽtia dei habet,neceſſe eſt fieri,ideo uolũtate propria homo peccauit,& nõ alia neceſſitate, quia in præſcientia dei fuit ut uoluntate & libero arbitrio,& nõ neceſſitate cogente peccaret. Si ergo præſciẽtia dei nõ poteſt uitari,nõ potuit homo aliter peccare niſi uoluntate,nulla alia ui cogente,quia ita deus præſciuit peccaturum. Si ergo uoluntarie,nõ coactus eſt. Si enim nõ coactus eſt ad peccandũ,potuit ſine dubio non peccare ſi uellet,ideo cp̃ pœnã meruit, quia nõ inuitus peccauit, alioquin à deo pœnã mortis non ſuſciperet. Cuius locutio eſt occulta inſpiratio,qua mẽtibus ſuã uoluntatem & ſuã charitatẽ inuiſibiliter oſtẽdit , quã uidendo angeli per omnia deo obediunt. Cuius laus eſt qua electos laudabit,manifeſtatio qua ſuorũ electorum bona omnibus mõſtrabit,aſſidua autẽ laus qua electi eũ laudabũt,eſt admiratio eius perennis. Qui miro modo nõ tempore præceſſit mundũ & tempus. Nullius enim horæ ſpacio fuit ante mundũ,& tamen ſemper erat ſine initio. Nõ enim erat tempus ante tempus. Tempus autẽ cum mundo cõcreatum eſt. Si igitur tempus ab initio mũdi cœpit currere, ante mundũ factum nõ erat. Ideo cp̃ nullo tempore,ut prædiximus, præceſſit deus tempora & mundũ eis coæuũ, imò paulo eis prior eſt, eius enim motu cœperũt currere. Quicquid mouetur,ſuũ motum præcedit. Ineffabili æternitate præceſſit deus mundũ,nõ tempore,cuius tempus ante mundũ non erat, cuius lux tenebras depellit ignorãtiæ, cuius aliqua particula hæc omnia quæ diximus uera & certa eſſe cognoſcimus. Eadẽ luce melius eſſe uerũ cp̃ falſum uidemus & tamen peius eſſe uerũ malũ: uel uerũ peccatum, cp̃ falſum malum uel falſum peccatũ:non quia uerũ eſt,ſed quia malum uel peccatum,ſed ideo malũ uel peccatũ eſt, quia uerum malũ uel peccatum eſt. Aliter enim non poſſet eſſe malũ uel peccatum,falſum enim malũ nõ eſt malum,ut falſum argentũ eſt. Poteſt aliquis dicere à ueritate malum uel pecccatũ exortum eſſe,uel factũ,& quodãmodo opus eſſe ueritatis malum,quod omnino falſum eſt. Omne enim uerũ inquantũ uerum,bonum eſt:à ueritate igitur eſt eſſe uerũ,ut ſit malum uel peccatum,nõ ipſum malum uel peccatum:aliud nanq̃ eſt ipſum malum, aliud uerũ eſſe illud. Quamuis igitur ipſum malũ bonum non eſt,bonum eſt tamen uerum eſſe ut ſit illud. Niſi enim bonũ eſſet eſſe malũ,nullo modo ſineret deus illud fieri. Multa quippe bona de malis omnipotens facit, ut de adulterio hominum bonos format & facit homines. Si uero quadã lucis particula quaſi per anguſtas rimas infuſa,hæc & alia quæ nouimus uera eſſe cognoſcimus : quali & quanta luce ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ illic illuſtrabimur,ubi ipſum ſolem ueritatis facie ad faciẽ uidebimus,id eſt, certa & uera ſapiẽtia cognoſcemus? Cuius præſentia ſimiles ei facit præſentes. Qui enim ueræ ſapientiæ, ueræ pulchritudini,ueræ æternitati adhærebit,ſapiens utiq̃ & pulcher & æternus erit. Sic enim abſentia eius diſſimiles omnino ei facit. Cuius æternitas ſine initio & ſine fine eſt. Si enim eſſet tempus quando nõ eſſet,quis eum faceret? Ipſe eſt ſolus deus,& ante ipſum alius deus nõ erat,nec eſt,nec erit. Non ſeipſum creauit,cum nihil ſeipſum creat. Qua enim potẽtia qui omnino nõ eſſet ſeipſum faceret? Reſtat igitur q̃ omnino non eſt factus deus. Cũ ergo nullo modo deus factus eſt,ſine initio ante omnia erat. Quicquid enim factũ eſt habet initiũ,& quicquid initiũ habet ſine dubio factũ eſt,nõ ab alio niſi à deo nõ facto, ſed omnia faciente. Cuius ſciẽtia ſine ulla uarietate cognitionis,& ſine ullo uiſu huc & illuc

De libertate peccãtiũ,& beatifica cognitiõe eiuſq̃ eternitate.Cap.V

innumerabilem uarietatem omniũ creaturarũ, angelorum, hominũ, ſtellarum, arenarum, capillorum, uerborum, cogitationum, momẽtorum omnium ſimul & ſemel comprehendit & intelligit. Fons igitur & origo omnis ſciẽtiæ deus eſt, quem quanto plus quis bibet, tanto plus ſitiet. *De triplici cognitione beatorum Cap. VI*

Incõparabiliter ergo totius mundi regnũ, ut ſupra diximus, & ſi æternum eſſet, præcellit ſocietas angelorum & ſanctorũ, & præſenti ipſius dei adeſſe uiſioni. In cuius uiſione trina ſcientia naſcitur, id eſt, homo qui cernit, & deus qui cernitur, & cæteri omnes omnia uidebunt & intelligent. Sicut enim per ſpeculum uitreum trina nobis uiſio adminiſtratur, quia noſipſos, & ipſum ſpeculum, & quicquid præſens adeſt uidemus: ſic per ſpeculum diuinæ claritatis, & ipſum deum, ut eſt uidebimus quantum poſſibile eſt creaturæ, & noſipſos, & cæteros uera & certa ſcientia cognoſcemus. Tunc abdita creaturarum & ipſius inferni uidendo deum uidebimus. Tunc iuſtis manifeſtũ erit quomodo deus eſt inuiſibilis, incomparabilis, ſine initio, & ſine fine ante omnia. Quid intereſt inter naſci quod ad filium pertinet, & procedere quod ad ſpiritumſanctum, excepto q̃ unus ex uno natus ſit, alter ex duobus proceſſit. Et quomodo pater nõ præceſſit filium tempore, ſed origine, nec ſpiritum ſanctum. Et quomodo omnia dei, unum ſunt ex deo, excepto quod ad relationẽ pertinet. Nam ſapiẽtia & ueritas dei & æternitas nõ diuerſa ſunt inter ſe, ſed unũ ſunt ſicut & omnia. Sapientia enim dei nõ magis ſapientia q̃ ueritas eſt, & non magis ueritas eſt q̃ ſapientia, q̃ æternitas, q̃ cætera dei omnia. Vnum enim ſunt in deo, & nõ ſolum hæc inter ſe eadem ſunt in deo, ſed nõ aliud ſunt q̃ ipſe deus. Et quomodo mũdus erat in deo, anteq̃ in ſeipſo eſſet non mundus, ſed deus: & quomodo ubiq̃ totus ſine loco, magnus ſine quantitate, bonus ſine qualitate: & quomodo omnia penetrat munda & immunda ſine ſui pollutione. Si enim lux iſta uiſibilis omnia loca illuſtrat, & ſterquilinia etiã penetrat ſine ſui fœtore, & ſine ſui pollutione: quanto magis deus qui eſt inuiſibilis & incõmutabilis lux, omnia penetrat, regit, ſuſtinet, circundat, illuſtrat, ſine ulla mutatione uel pollutione, non ſolum cœleſtia & terreſtria, ſed infernalia? Tunc erit electis dei trina uiſio, id eſt corporalis, qua corpora cernentur quorundam ſplendentia ut ſol, quorundam ut luna, aliorum ut ſtellæ. Et ſpiritalis, qua ſimilitudines corporum in ſpiritu nõ fallaci phantaſia inſpicient, qua uiſione etiã hodie fruuntur ſpiritus iuſtorum poſt corporum clauſtra. Et uiſio intellectualis, qua puro mentis oculo in ſpiritu deũ uidebunt, & ſuas animas & uirtutes intimas & ſpiritus angelicos. Tunc duplices deo acturi ſunt gratias, uidelicet pro ſua liberatione à perpetua dãnatione, & pro bonorũ ineffabili retributione. Tunc cõmunis omniũ reus & hoſtis diabolus in conſpectu omniũ electorũ dei dãnabitur. Cuius dãnatio & intolerabilis pœna delectabile ſpectaculũ præbebit electis. Tũc ardẽtiſſimo amore liberatorem ſuũ & omniũ bonorum datorẽ amabũt, & ſine fine & faſtidio clamore cordis laudabũt deũ omnipotentẽ benignũ & miſericordem: cui eſt honor & gloria nunc & per omnia ſecula ſeculorum, Amen. Finis.

AD LECTOREM.

HOC opuſculum fertur inter ſcripta diui Bernardi, quanquam nec illius uidetur eſſe, tantum abeſt ut ſit Auguſtini. Neq̃ enim Auguſtinus unquam laborauit manibus, quod monachorũ eſt, qui tum ferè erant laici.

SCALAE PARADISI LIBER.

Deſcriptio. 4. graduum exercitationum ſpiritalium. Caput I



VM die quadam corporali manuum labore occupatus de ſpiritalis hominis exercitio cogitare cœpiſſem, quatuor ſpiritales gradus animo cogitanti ſe ſubito obtulerunt, ſcilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hæc eſt ſcala clauſtralium qua de terra in cœlũ ſubleuãtur, gradibus diſtincta paucis, immenſæ tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terræ innixa eſt, ſuperior uero nubes penetrat, & ſecreta cœlorum rimãtur. Hi gradus ſicut nominibus & numero ſunt diuerſi, ita ordine & numero ſunt diſtincti. Quorũ proprietates & officia quidẽ ſingula, quid circa nos efficiãt, quomodo inter ſe inuicem

ſe inuicẽ differãt & præmineãt, ſi quis diligẽter inſpiciat, quicqd laboris aut ſtudij impẽderit in eis, breue reputabit & facile, præ utilitatis & dulcedinis magnitudine. Eſt aũt lectio, ſedula ſcripturarũ cum animi intẽtione inſpectio. Meditatio eſt ſtudioſa mẽtis actio, occultæ ueritatis noticiã ductu propriæ rationis inueſtigãs. Oratio eſt deuota mẽtis intẽtio in deũ, pro malis amouẽdis, & bonis adipiſcẽdis. Contẽplatio eſt mẽtis in deũ ſuſpẽſa quædã eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtãs. *Deſcriptio officiorum quatuor graduum, Cap. II*

Aſſignatis ergo quatuor graduũ deſcriptionibus, reſtat ut eorũ officia uideamus. Lectio inquirit, meditatio inuenit, oratio poſtulat, contemplatio deguſtat: unde ipſe dñs dicit, Quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur uobis. *Matth. 7* Quærite legẽdo, & inuenietis meditando. Pulſate orando, & aperietur uobis cõtemplando. Lectio quaſi ſolidũ cibum ori apponit. Meditatio maſticat & frãgit. Oratio ſaporem acquirit. Contemplatio eſt ipſa dulcedo quæ iocũdat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in deſiderij poſtulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. Quod ut expreſſius uideri poſſit, unũ de multis ſupponã exemplũ: in lectione audio, Beati mundo corde, quoniã ipſi deum uidebunt. *Matth. 5* Ecce breue uerbum, ſed ſuaue & multiplex ſenſu. Redeo ſupra ad paſtum animæ, quaſi uuæ miniſtralis: quod poſtq̃ anima diligẽter inſpexit, dicit intra ſe, Poteſt aliquid boni eſſe. Redeo ad cor meũ & tẽtabo ſi forte intelligere & inuenire potero mundiciã hanc, precioſa enim & deſiderabilis eſt res iſta, cuius poſſeſſores dei dicuntur. Cui uiſio dei quæ eſt uita æterna promittitur, quæ tot ſacræ ſcripturæ teſtimonijs collaudatur. Hoc ergo ſibi plenius explicari deſiderans, incipit hanc uuam maſticare & frangere, eamq̃ in torculari ponit dũ excitat rationẽ ad inquirendũ an ſit, & quomodo haberi poſſit hæc adeo precioſa & deſiderabis mundicia. *Officiũ meditationis. Cap. III*

Accedens ergo ſedula meditatio non remanet extra, nõ habet aliquid in ſuperficie alterius, pedẽ figit, interiora penetrat, ſingula rimatur, attente conſyderat q̃ nõ dixit, Beati mundo corpore, ſed mente, quia non ſufficit manus habere innoxias à malo opere, niſi & à prauis cogitationibus mundemur in mente: quod autoritate prophetæ cõfirmatur dicẽtis, Quis aſcendet in montẽ domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus & mũdo corde. *Pſal. 23* Item cõſyderat hanc cordis mundiciam quã optabat idẽ propheta, qui orans, inquit, ut ſupra. Cogita q̃ ſollicitus erat in hac cuſtodia beatus Iob qui dicebat, Pepigi fœdus cũ oculis meis ne cogitarẽ quidẽ de uirgine. *Iob. 31* Ecce quantũ artabat ſe uir ſanctus, qui claudebat oculos ſuos ne uideret uanitatem, ne forte incautus reſpiceret quod poſtea intus deſideraret. Poſtq̃ & huiuſmodi de cordis mũdicia pertractauit, incipit tractare de eius præmio. Quàm glorioſum & delectabile eſſet uidere faciẽ deſideratam domini, ſpecioſam forma præ filijs hominũ. Nõ iam abiectam & uilem, nõ habentẽ ſpeciẽ qua ueſtiuit eũ mater ſua, ſed ſtola immortalitatis indutũ, & coronatum diademate quo coronauit eũ pater ſuus in die reſurrectionis & gloriæ, die quã fecit dñs. Cogitat q̃ in illa uiſione erit ſatietas illa, de qua dicit propheta, Satiabimur, cũ apparuerit gloria tua. *Pſal. 16* Vidés ne quãtum liquoris emanauit ex minima uua, quantus ignis ex hac ſcintilla ortus eſt, quantũ hæc modica maſſa, Beati mundo corde, quoniã ipſi deũ uidebunt, in eadẽ meditatione extẽſa eſt. Sed quãtum adhuc poſſet extẽdi, ſi accederet aliqs talia exptus. Sentio enim q̃ puteus altus eſt, ſed ego ad hæc rudis, uas in quo pauca haurirẽ, uix inueni. His anima facibus inflãmata, his mactata deſiderijs, fracto alabaſtro ſuauis unguenti præſentire incipit, nõ de guſtu, ſed quaſi nariũ odoratu. Ex hoc colligit q̃ ſuaue eſt huius meditationis ſentire experientiã, cuius meditationẽ nouit adeo eſſe iocundã. Sed quid faciet? Habendi deſiderio exæſtuat: ſed nõ inuenit apud ſe quomodo habere poſſit, & quãto plus inquirit, plus ſitit, dũ apponit meditationẽ, apponit & dolorẽ, quia nõ ſentit dulcedinẽ quam in cordis mũdicia meditatio eſſe mõſtrat, ſed nõ præſtat. Nõ enim eſt legẽtis atq̃ meditantis hanc ſentire dulcedinem, niſi data fuerit deſuper. Legere enim & meditari tam bonis q̃ malis cõmune eſt. Et ipſi philoſophi gentiũ, in quo ſumma ueri boni cõſiſteret, inuenerunt ductu rationis. Sed quia cũ deum cognouiſſent, non ſicut deum glorificauerunt, ſed de ſuis uiribus præſumentes, dicebant, Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis

sunt,nō meruerunt percipere quod potuerunt uidere. Euanuerunt in cogitationibus suis,& C
eorum sapientia deuorata est,quā eis contulerat humanum studium disciplinæ,nō spiritus
sapientiæ, qui solus dat ueram sapientiam, sapidam scilicet scientiam,quæ cum alicui ineſt,
Sap.1 inæstimabilis sapor iocundat & reficit:& de illa dictum est,Sapientia non intrat in maleuo-
lam animam.Hoc autē à solo deo est,& sicut officium baptizandi dominus cōcessit multis,
potestatem uero & autoritatem in baptismo remittēdi peccata sibi soli retinuit:unde Ioan
Marci 1 nes antonomasice & discretiue de eo dixit, Hic est qui baptizat in spiritusancto. Et de eo
Cato possumus dicere,Hic est qui sapiētiæ saporem dat,sapidā animæ facit scientiā:Sermo siqui-
dem datur multis, sapientia paucis:quam distribuit dominus cui uult,& quomodo uult.

Officium orationis Cap.IIII

Videns autem anima ꝙ ad desideratam cogitationis & exprientiæ dulcedinem per se
non possit attingere,& quanto magis ad cor altū accedit,tanto magis exaltetur deus,humi
liat se & fugit ad orationē,dicens,Domine qui nō uideris nisi à mundis cordibus,inuestiga
ui legendo,meditādo,quæsiui quomodo haberi possit uera cordis mundicia,ut ea mediāte
uel ex media parte possem te cognoscere.Quærebam uultum tuū domine,uultū tuum do-
mine quærebam. Diu meditatus sum in corde meo,& in meditatione mea exardescit ignis
& desiderium amplius cognoscēdi te,dum panem sacræ scripturæ mihi frāgis,& in fractio-
ne panis, in quo magis cognitus es,quantum plus te cognosco, plus te cognoscere desidero,
non iam in cortice litteræ, sed in sensu experientiæ. Nec hoc peto dñe propter merita mea,
sed pro tua misericordia.Fateor enim quia indigna & peccatrix sum,sed catelli edunt de mi
cis quæ cadūt de mensa dominorum suorum. Da mihi domine arram hæreditatis futuræ,
saltem guttam cœlestis pluuiæ, qua refrigerem sitim meam, quia amore ardeo.

Officiū contempla tionis.Cap.V

His & huiusmodi ignitis eloquijs suū inflammat desiderium,sicut ostendit suum affe
ctum.His incantationibus aduocat sponsum. Dominus autem cuius oculi super iustos,&
aures eius non solū ad preces, sed ipsas preces eorum nō expectat donec sermonē finierint,
sed medium orationis cursum interrūpens festinus ingerit se,& animæ desideranti festinus D
occurrit cœlestis rore dulcedinis circumfusus, unguētis optimis delibutus animā fatigatam
recreat,esurientē reficit,aridā impinguat,facit eam terrenorū obliuisci. Immemorē sui mira-
biliter fortificando uiuificans, & inebriando sobriā reddens.Et sicut in quibusdā carnalibus
officijs adeo uincitur carnalis cōcupiscētia ꝙ omnē usum rationis amittit,& fit homo quasi
totus carnalis:ita merito in hac superna contemplatione ita consumuntur & absorbētur car
nales motus ab anima,ut in nullo caro spiritui cōtradicat,& fiat homo quasi totus spiritalis.

Signa spūssancti ad animā ueniētis. Cap.VI

O domine quomodo appares quando hæc facies,& quod signū aduentus tui? Num-
quid huius consolationis & lætitiæ testes & nuncij sunt suspiria & lachrymæ? Si ita est,no-
ua est antiphrasis ista,& significatio inusitata.Quæ enim conuentio consolationis ad suspi
ria,lætitiæ ad lachrymas? si tamen istæ dicēdæ sunt lachrymæ, & nō potius roris interioris
superinfusi superfluens abundantia,& interioris ablutionis indiciū,& exterioris purgamen
tum.Vt sicut in baptismo puerorū per exteriorem ablutionē significatur & figuratur inte-
rior animæ ablutio,ita hic exteriorē ablutionē interior præcedit purgatio. O felices lachry-
mæ,per quas maculæ interiores purgātur, per quas peccatorū incēdia extinguuntur.Beati
qui sic lugetis quia ridebitis in lachrymis. Agnosce ô anima spōsum tuum,amplectere desi
deratum. Nunc torrente te uoluptatis inebria, fuge ab ubere consolationis eius lac & mel.
Hæc sunt munda munuscula & solatia quæ dedit tibi spōsus tuus, gemitus scilicet & lachry
mæ. Adducit tibi potum his lachrymis in mensura. Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac
nocte,panes utiq; confirmantes cor hominis,& dulciores super mel & fauum.O domine si
adeo sunt dulces istæ lachrymæ quæ ex memoria & desiderio tui excitantur, ꝙ dulce erit
gaudium quod ex manifesta tui uisione capietur: si adeo dulce est flere pro te,ꝙ dulce erit
gaudere de te? Sed quid huius secreta colloquia proferimus in publicum? Cur incarnales
affectus uerbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt in libro
experiētiæ, quos ipsa docet unctio.Aliter autē littera exterior nō prodest quicq; legēti.Mo

dicum

A dicum sapida est lectio exterioris litteræ, nisi glosam & interiorem sensum sumat ex corde.

Quō remanet ani ma spiritusancti feruore discedēte Cap.VII Gen.32

O anima diu protraximus sermonem.Bonum enim erat nos hic esse cū Petro & Ioanne
contemplari gloriam sponsi,& diu manere cum illo. Sed uellem hic fieri non duo non tria
tabernacula,sed unum in quo essemus simul & simul delectaremur:sed ut dicit sponsus,Di
mitte me, iam enim ascendit aurora, iam lumen gratiæ & uisitationem quam desiderabas
accepisti.Data ergo benedictione, mortificato neruo femoris,& mutato nomine de Iacob
in Israël, paulisper secedit spōsus diu desideratus,cito elapsus.Subtrahit se tam à prædicta
uisione ꝙ à dulcedine cōtemplationis, manet tamen præsens quātum ad gubernationem,
quantum ad gloriam, quantum ad unionem.

Quare spūssancti feruor animam ali quantulum deserit Cap. VIII

Sed ne timeas ô sponsa, ne despe-
res, ne existimes te contemni si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suam. Omnia ista
cooperantur tibi in bonum,& de accessu & recessu lucrum acquiris, tibi uenit,tibi & recedit.
Venit ad consolationem, recedit ad cautelam,ne magnitudo consolationis extollat te,ne si
semper apud te sit sponsus,incipias contemnere sodales,& hanc continuā uisitationem non
iam gratiæ attribuas,sed naturæ.Hanc autē gratiam cui uult & quando uult sponsus attri-
buit, non iure hæreditario possidetur.Vulgare prouerbium est, ꝙ nimia familiaritas parit
contemptum.Recedit ergo ne forte nimis assiduus contemnatur,& absens magis desidere-
tur,desideratus auidius quæratur,diu quæsitus tandē gratius inueniatur. Præterea quæ est
præsens uita? Quæ respectu futuræ gloriæ,quæ reuelabitur in nobis ænigmatica est,quam
nunc ex parte cognoscimus. Nam hic ciuitatem manentem non habemus,sed inquirimus
futuram. Ne ergo exilium deputemus pro patria,arram pro precij summa,uenit spōsus &
recedit uicissim,nunc consolationem afferens,nunc uniuersum statum nostrum in infirmi-
tate commutans,paulisper nos permittit gustare ꝙ suauis est, & anteq; plene sentiamus se
subtrahit,& ita quasi alis expāsis supra nos uolitans, prouocat nos ad uolandū:quasi dicat,
Ecce parum gustastis, sum dulcis, sed si uultis plene saturari hac dulcedine,currite post me
B in odorē unguentorum meorum,habētes sursum corda, ubi ego sum in dextera dei patris,
ubi uidebitis me, non per speculum in ænigmate,sed facie ad faciem,& ubi plene gaudebit
cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

Cura animæ ne à deo deseratur Cap.IX

Sed caue tibi ô spōsa quo-
modo auertat se sponsus. Non longe abijt, & si non uides eum,ipse tamen uidet te plenus
oculis ante & retro,nunq; potes eum latere.Habet etiam circa te nuncios suos spiritus quasi
sagacissimos exploratores, ut uideant quomodo absente sponso conuerseris,& accusent te
coram ipso si aliqua signa lasciuiæ & scurrilitatis in te deprehenderint, zelotypus est spon-
sus iste, si forte alium amatorem acceperis, si alijs placere studueris, statim discedet à te, &
alijs adhærebit adolescentulis,delicatus est sponsus iste,nobilis & diues est,speciosus forma
præ filijs hominum:& ideo non nisi speciosam dignatur habere spōsam. Si uiderit in te ma
culam siue rugam,statim auertet oculos. Nullam enim immūditiam potest sustinere.Esto
ergo casta, esto uerecunda & humilis, ut sic à sponso tuo merearis frequēter uisitari.Timeo
ne diutius detinuerit nos sermo iste, sed ad hæc compulit me materia sterilis pariter & dul-
cis,quam ego non protrahebā spontaneus, sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus.

Officia singulorū graduū per repe titionē.Cap.X

Vt ergo quæ diffusius dicta sunt simul iuncta uel unita melius uideantur,prædictorum
summam recapitulando colligamus,sicut in prædictis exemplis prænotatum uideri potest,
quomodo prædicti gradus cohæreant,& sicut tēporaliter & causaliter se præcedant.Lectio
enim quasi fundamētum,prima occurrit,& data materia mittit nos ad meditationē. Medi
tatio uero quid appetēdum sit diligentius inquirit, & quasi effodiens thesaurum inuenit &
ostendit.Sed cū per se obtinere nō ualeat, mittit nos ad orationem. Oratio se totis uiribus
erigit ubi repperit thesaurū desiderabilē,contemplationis suauitatem: hæc aduenies prædi
ctorum trium laborē remunerat,dū cœlestis rore dulcedinis animā sitientē inebriat.Lectio
ergo est secundū exterius exercitiū: Meditatio secundū interiorē intellectū:Oratio secundū
desideriū:Contemplatio super omnē sensum.Primus gradus est incipiētium.Secundus est
proficiētium.Tertius est deuotorum.Quartus beatorum. Hi autē gradus ita catenati sunt,

& uicaria

& uicaria ope ſibijnuicem deſeruiũt,q; præcedẽtes ſine ſubſequentibus,aut parum,aut nihil C
proſint: ſequentes uero ſine præcedentibus,aut raro aut nunq̃ proſint.Quid enim prodeſt lectione cõtinua tempus occupare,ſanctorũ geſta & ſcripta legẽdo tranſcurrere, niſi ea maſticando & ruminãdo,ſuccum & bibamus, & tranſglutiẽdo uſq; ad cordis intima tranſmittamus, ut ex his diligẽter conſyderemus ſtatum noſtrum, & ſtudeamus eorũ opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quõ hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus ne falſa aut inania quædã meditãdo, limites à ſanctis patribus cõſtitutos trãſeamus, niſi prius circa huiuſmodi aut ex lectione aut ex auditu fuerimus inſtructi? Auditus enim quodãmodo pertinet ad lectionẽ.Vnde ſolemus dicere,non ſolum libros ipſos nos legiſſe quos nobiſipſis uel alijs legimus, ſed etiã illos quos à magiſtris audiuimus.Itẽ qd prodeſt homini ſi per meditationes quæ agẽda ſunt uideat,niſi orationis auxilio & dei gratia ad ea obtinẽda conualeſcat? Omne,inquit,datũ optimum,& omne donũ perfectũ deſurſum eſt, deſcẽdens à patre luminum,ſine quo nihil poſſumus facere,ſed ipſe in nobis facit opera,nõ
1.Cor.3 tñ omnino ſine nobis.Cooperatores quidẽ dei ſumus,ſicut dicit Apoſtolus.Vult ſiquidem deus ut eũ oremus,& ut ei aduenièti & præſtolanti ad oſtiũ aperiamus ſinum uolũtatis no
Ioan.4 ſtræ,& ei cõſentiamus.Hũc cõſenſum exigebat à Samaritana,qñ dicebat,Voca uirum tuũ. Volo tibi infundere gratiã,tu applica liberũ arbitrium. Orationem exigebat ab ea,cum dicebat,Tu ſi ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi,da mihi bibere,forſitan petiſſes ab eo aquã uiuam.Hoc audito quaſi ex lectione mulier inſtructa,meditata eſt in corde ſuo,bonũ ſibi fore & utile habere hanc aquã.Accẽſa ergo habẽdi deſiderio,cõuertit ſe ad orationem, dicens,Dñe da mihi hanc aquã ut non ſitiã,neq; ueniam unq̃ haurire aquam.Ecce auditus uerbi dñi & ſequens ſuper eo meditatio incitauerunt eã ad orandũ.Quomodo nanq; eſſet ſollicita ad poſtulandũ,niſi prius eã accendiſſet meditatio? Aut quid ei præcedẽs meditatio cõtuliſſet,niſi quæ appetẽda mõſtrabat ſequẽs oratio impetraſſet? Ad hoc ergo ut fructuoſa ſit meditatio,oportet ut ſequatur orationis deuotio,cuius quaſi effectus eſt contẽplatio- D
Hic oſtẽdũtur oẽs hi gradus ita eſſe ſimul iuncti ut ſint inſeparabiles. Cap.XI
nis dulcedo. Ex his poſſumus colligere,q; lectio ſine meditatione arida eſt:Meditatio ſine lectione erronea eſt:Oratio ſine meditatione eſt tepida.Meditatio ſine oratione infructuoſa.Oratio cũ deuotione contemplationis eſt acquiſitiua:Cõtemplationis adeptio ſine oratione,aut rara,aut miraculoſa.Deus enim cuius potentiæ nõ eſt numerus uel terminus, & cuius miſericordia ſuper omnia opera eius,quando q; ex lapidibus ſuſcitat filios Abraæ, dum duros & nolentes acquieſcere cogit ut uelint: & ita quaſi prodigus,ut uulgo dici ſolet, bouem cornu trahit quando nõ uocatus ſe infundit. Quod & ſi quando aliquibus legimus cõtigiſſe,ut Paulo & quibuſdã alijs,nõ tamen ideo debemus nos quaſi deũ tentãdo diuina præſumere,ſed facere quod ad nos pertinet, legere ſcilicet & meditari in lege dei: orare uel amare ipſum,ut adiuuet infirmitatẽ noſtrã,ut uideat imperfectum noſtrũ:quod ipſe docet
Matth.7 nos facere,dicens,Petite & accipietis,quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis.Nunc enim regnũ cœlorũ uim patitur,& uiolenti rapiũt illud.Ecce ſi gratis diſtinctionibus perfici poſſunt prædictorũ graduũ proprietates quomodo ſibi cohæreãt, & quid ſinguli in nobis efficiãt.Beatus homo cuius animus à cæteris negocijs uacuus ,in his quatuor gradibus uerſari ſemp deſiderat , qui uẽditis uniuerſis quæ habuit emit agrũ illũ,in quo latet theſaurus delectabilis,ſcilicet quia notate & uidete quia ſuauis eſt dñs :qui in primo gradu excitatus, in ſecũdo circũſpectus,in tertio deuotus,in quarto ſupra ſe leuatus per has aſcẽſiones quas in corde ſuo diſpoſuit, aſcẽdit de uirtute in uirtutẽ donec uideatur dñs dominorũ in Sion. Beatus cui in hoc ſupremo gradu uel modico tempore cõceditur manere,q; uere poteſt dicere,Ecce ſentio gratiã domini,ecce cum Petro & Ioãne cõtemplor,ecce cum Iacob plerũq; Rachel amplexibus delector.Sed caueat ſibi iſte ne poſt contẽplationem iſtã qua eleuatus fuerat uſq; ad cœlos, inordinato caſu corruat uſq; ad abyſſos, nec poſt factã uiſitationem ad laſciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur.Cum uero mentis humanæ acies infirma ueri luminis illuſtrationẽ diutius ſuſtinere nõ poterit, ad aliquem trium graduum per quos

A per quos aſcẽderat,leuiter & ordinate deſcẽdat,& alternatim modo in uno,modo in altero, iam in alio ſecundũ motũ liberi arbitrij pro ratione loci & tẽporis demoretur, tanto iã deo uicinior,quanto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis & miſera humana cõditio:Ecce ductu rationis & ſcripturarũ teſtimonijs aperte uidemus in his quatuor gradibus bonæ uitæ perfectionem cõtineri, & in his ſpiritalibus bonis hominis exercitiũ debere uerſari.Sed quis eſt hic & laudabimus eum? Velle multis adiacet, ſed perficere paucis.Et utinã de iſtis paucis eſſemus. Sunt autẽ quatuor cauſæ quæ retrahũt nos plerunq; ab iſtis gradi- *Quatuor cauſæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus. Cap.XII*
bus,ſcilicet,ineuitabilis neceſſitas,honeſtæ actionis utilitas,humana infirmitas,mũdialis uanitas.Prima excuſabilis, ſecũda tolerabilis,tertia miſerabilis,quarta culpabilis.Cur culpabilis? Illis enim quos huiuſmodi cauſa à ſancto propoſito retrahit,melius erat gloriã dei non cognoſcere,q; poſt agnitã retroire.Quam ſibi excuſationẽ habebit de peccato? Nam iuſte poteſt dicere dñs,Quid debui tibi facere,& nõ feci? Non eras,& creaui te:peccaſti & diaboli ſeruum te feceras,& redemi te:in mundi circumitu cũ impijs currebas,& elegi te:dederã tibi gratiã in cõſpectu meo & uolebam facere apud te mãſionem,tu uero deſpexiſti me,& non ſolum ſermones meos, ſed meipſum proieciſti retrorſum, & ambulaſti poſt cõcupiſcentias tuas.Sed ô deus bone, ſuauis & mitis,amicus dulcis,conſiliarius prudens,adiutor fortis,q; inanis,q; temerarius eſt qui te abijcit,qui tã humilem,tam manſuetum hoſpitẽ à ſuo corde repellit? O q; infelix & damnoſa cõmutatio creatorem ſuum abijcere, & prauas noxiasq; cogitationes recipere,illud etiã ſecretum cubile ſpirituſſancti,ſecretũ cordis,quod pauloante cœleſtibus gaudijs intendebat, tam ſubito immũdis cogitationibus & peccatis tradere conculcandum.Adhuc in eodẽ calent ſponſi ueſtigia,& iam intromittuntur adultera deſideria. Male conueniens, indecorum, aures quæ modo audierunt uerba quæ non licet homini loqui,tam cito inclinari ad fabulas & detractiones audiẽdas:oculos qui ſacris lacrhymis mo-
B do baptizati erant,repente conuerti ad uidendas uanitates:linguam quæ modo dulce epithalamium decantauerat,quæ ignitis perſuaſionis eloquijs ſuis cum ſponſo reconciliauerat ſponſam,& introduxerat eam in cellam uinariam, iterum conuerti ad uana eloquia,ad ſcurrilitates,ad concinnandum dolos,ad detractiones. Abſit à nobis domine.Sed ſi forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur,non ideo deſperemus,ſed iterũ recurramus ad clementem medicum, qui ſuſcitat de terra inopem & erigit de ſtercore pauperem: & qui non uult mortem peccatoris,iterum curabit & ſanabit nos. Iam tempus eſt ut epiſtolæ finem imponamus.Oremus ergo deum ut impedimenta quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præſenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat,qui per prædictos gradus de uirtute in uirtutem nos perducat, donec uideamus deum deorum in Sion. Vbi electi nõ guttatim, non interpolatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinem,ſed torrente uoluptatis indeſinenter repleti habebũt gaudium, quod nemo tollet ab eis,& pacem incommutabilem,pacem in idipſum. Finis.

AD LECTOREM.

DEMIROR, qua fronte quiſquam hoc opus putarit tribuendum Auguſtino. Videtur eſſe boni cuiuſpiam laici.

DE DVODECIM ABVSIONVM GRADIBVS LIBER.

PRIMVS abuſionis gradus, ſi ſine bonis operibus ſapiens & prædicator *Sapiens ſine operibus, Gradus I*
fuerit,qui quod ſermone docet,actibus cõplere negligit. Auditores enim doctrinæ dicta facere cõtemnunt, cũ prædicatoris opera à prædicationis uerbis diſcrepare conſpiciunt.Nunq; enim fit efficax prædicantis autoritas,niſi eam effectu operis cordi affixerit audiẽtis, præſertim cum & ipſe doctor ſi in uitiorum amorem delapſus fuerit, alterius doctoris medicamentum ſuis uulneribus adhibere paruipendit.Vnde & ipſe dominus in euangelio de doctrina

ctrina pariter & bono opere discipulos instruere uolens, qualem in his cautelam haberent C
Matth.5 admonebat,dicēs,Quòd si sal euanuerit,in quo salietur? Hoc est,si doctor errauerit,à quo iterum doctore emēdabitur? Et si lumen quod in te est,tenebræ sunt,ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si nanq; oculus à uidēdi officio desiuerit,quis à manu uel à pede uel à reliquo corpore illud ministeriū exiget? Quapropter doctores cogitēt ne ampliori uindictæ subiaceant, si plurimis perditionis occasionē abundātius præstent. Nam & ipse Salomon dum multæ sapiētiæ transgressionem incurrit,totius Israëliticæ plebis regni dispersionē solo suo merito præstitit.Quibus ergo committuntur multa, maiora perdunt si nō recte dispensauerint rectoris sui munera quæ perceperunt. Cui enim plus committitur,plus ab eo exigitur.Et seruus qui uoluntatem domini sui intelligens non facit, acrioribus flagellis grauioribusq; uindictis uapulabit.

Senex sine religione. Gradus II

Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inueniatur. Cui cum multa membra exterioris hominis ueteraſcūt,uires animi,id est, interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare senibus conuenit,quos præsentis seculi florida ætas transacta deseruit. Sicut nanq; in lignis ipsa reproba arbor comparet,quæ post flores fructus optimos cultori suo non exhibet:sic & in hominibus ipse reprobus est,quem flos iuuentutis deseruit,& tamen in sui corporis senectute bonorum operum maturos fructus proferre paruipendit.Quid enim stoli dius potest fieri si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat? Dum oculi caligant,aures grauiter audiunt,capilli fluunt,facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur,cutis arescat,flatus non suauiter olet,pectus suffocatur,tussis cachinnat,genua trepidant,talos & pedes tumor inflat,etiam homo interior qui non senescit his omnibus aggrauatur.Et hæc omnia ruituram iam iamq; domum corporis cito prænunciant. Quid ergo supereſt,nisi ut dum huius uitæ defectus appropiat, nihil aliud cogitare cp̄ quomodo futuræ uitæ aditus propere comprehendatur,quisq; senex appetat. Iuuenibus enim incertus huius uitæ termi D
nus instat, senibus uero cunctis maturior ex hac uita exitus breuiter concordat. Cauendæ ergo sunt homini duæ particulæ,quæ & in illius carne non ueteraſcunt,& totum hominem secum ad peccādum pertrahunt,cor uidelicet & lingua:quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit: lingua impigre loquitur quodcunq; cor machinari senserit.Caueat ergo senilis ætas, ne istæ iuuenescētes particulæ totam sui harmoniam decipiant, & per res ineptas reliquam corporis grauitatem illudant. Vnicuiq; nanq; consyderandum est, quid ætate eminenti dignum sit,ut hoc agat quod nec uitā,nec ætatē, nec ministeriū uile reddat.

Adolescēs sine obedientia. Gradus III

Tertius abusionis gradus est, si adolescens sine obedientia deprehenditur, quo mundus à recto rationis ordine deprauatur.Qualiter nanq; in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia senioribus obedientiam exhibere contemnit? Vnde & in prouerbijs apud ueteres habetur, Quòd dominari nequeat,qui prius alicui seruitutē præbere denegat. Propter quod & dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dū adhuc ad legitimam ætatem doctoris non peruenīret,obedienter ministrationem suis parētibus exhibuit.Sicut ergo in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita etiam in adolescentibus obsequium,subiectio & obedientia rite debetur.Quapropter & in mandatis legis primū in his quæ ad homines pertinēt,patris & matris honor imperatur: quia quamuis carnalis pater

Ebrardus

non superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno & uiuenti paternus honor

Pater quatuor modis dicitur

usq; ad dignam ætatem à filijs præbēdus esse ostenditur. Quatuor enim modis per scripturas diuinas patres uocantur,hoc est,natura, gente, admonitione, & ætate. De patre nanq;

Gen.31

naturali Iacob ad Laban loquitur,Nisi timor patris mei Isaac affuisset,tulisses omnia quæ mea sunt. Gente uero pater dicitur, quando dominus ad Moysen de rubo loquebatur,

Exod.3

Ego sum,inquiens,deus patrum tuorum, deus Abraam,deus Isaac,deus Iacob. Ætate au-

Deut.32

tem & admonitione pater dicitur,cum Moyses in cantico Deuteronomio loquitur,Interroga patrem tuū & annunciabit tibi,maiores tuos & dicent tibi.Quòd si ergo naturalis pater

supersteſ

A superstes non fuerit,aut indignus fuerit,admonenti tamen seniori adolescentis obedientia præbenda erit.Quomodo enim honoratus in senectute apparebit,qui disciplinæ laborem in adolescētia nō sustinuerit? Quodcunq; eñ homo laborauerit, hoc & metet. Omnis nanque disciplina in præsenti non uidetur esse gaudij,sed mœroris:postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Sicut enim fructus in arbore non inuenitur in qua pampinus aut flos prius non apparuerit:sic & in senectute honorem legitimum asse qui non poterit,qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitationibus non laborauerit.Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est:quoniam & ipsa obedientia quæ omnium disciplinarum mater est,magna exercitatione indiget, & sui normam studij à Christo domino sumpsit, qui obediens patri usq; ad mortem,mortem autem crucis,ignominiam libenter sustinuit.

Quartus abusionis gradus est,diues sine eleemosyna, qui superflua usus sui quæ custo *Diues sine eleemosyna Gradus IIII*
dienda in posterum recondit,indigentibus & nihil habentibus non distribuit:per quod efficitur,ut dū in terra quæsita diligenti cura custodit,cœlestis patriæ perēnem thesaurū amittat. Ad quē thesaurū dominus Iesus adolescentē diuitē qui illum de perfectione interrogauerat,ita respondens inuitauit.Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & da *Matth.19*
pauperibus,& ueni sequere me,& habebis thesaurum in cœlo.Quem thesaurum nullus unquam hominum habere potest,nisi qui pauperibus solatia præstat,aut qui per suimetipsius uoluntatē pauper est.Non ergo dormiat in thesauris suis,qui† pauperes dormire non sinit. *als pauperi prodesse potest*
Diues nanq; & si multa congregauerit,his frui solus nequaquam poterit, quia unius hominis natura multis rebus non succurrit.Quid ergo stultius est, quàm propter unius hominis uictum & uestitum,totam regni cœlestis perdere iocunditatem,&æternos inferni cruciatus absq; consolationis præstolatione subire? Quod ergo aliquando per necessitatem amittendum est, pro æterna remuneratione sponte distribuendum est. Omnia enim quæ uidentē
B temporalia sunt:quæ autem non uidētur,æterna sunt. Quandiu nanq; temporales sumus, temporalibus temporalia deseruiunt,& cum hinc transierimus, æternis æterna solatia præstabunt.Idcirco diligere non debemus ea quæ non semper habebimus, præsertim cum expertem rationis auarum diuitem thesauri sui & agri,& omnia quæ habet, ostendunt: quia toto cordis intuitu illas res amat quæ nunquam se diligunt.Si enim aurum & argentum & agros & uestimenta & cibos & metalla & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia uicem sibi amoris rependere non posse ipsa rerum natura ostendit. Quid ergo à ratione longius est,quàm diligere quod te amare non ualet: & negligere illum qui tuæ ditioni cum dilectione omnia præbet? Propter hoc igitur nō diligi mundus,sed diligi proximus à domino præcipitur,quia proximus uicem sui amoris potest rependere,quod mundus minime posse nō dubitatur. Sic enim inimicum esse diligendum dominus præcepit, ut illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat.Quisquis ergo diues cupidus qui uult æternas habere diuitias, distribuendo egenis præstet interim non mansuras. Si enim quod diligit non uendit, nemo emere potest quod cupit. Auari nanq; ideo in iudicio à rectissimo iudice nuncupantur maledicti,quia qui præteribant eos non dicebant,Benedictio domini super uos, benedicimus *psal.128.*
uobis in nomine domini.Infelices ergo sunt auari diuites,qui propter res transitorias in æternam damnationem dilabuntur:& è contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.Felix est misericors,dum in hac uirtute non substantiam, sed affectum dominus requirit. Quintus abusionis gradus est,Fœmina sine pudi- *Fœmina sine pudicitia Gradus V*
citia. Sicut enim omnes mores bonos procurat & custodit in uiris prudentia, sic & in fœminis cunctos honestos actus nutrit,& fouet,& custodit pudicitia. Pudicitia nanq; castitatem custodit,auaritiam refrenat,lites deuitat,iram mitigat, libidinem occupat,cupiditatem temperat,lasciuiam castigat,ebrietatem cauet,uerba non multiplicat, gulæ concupiscentias oppugnat† furtum omnino damnat.Quid plura? Omnia uitia restringit, & omnes uirtutes,& quicquid coram deo & hominibus bonis laudabile est,nutrit. Impudica uita nec lau- *alias fraudem*

dem ab hominibus in præsenti seculo,nec remunerationem à deo expectat in futuro. Pudica uero uita famã bonã inter homines possidet,& de spe futuræ beatitudinis gaudet. Præsentibus semetipsam mirabilem facit,posteris memoriã amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit,& assiduis scripturarum meditationibus & eloquijs animã uegetat. Bonorum præcedentiũ exempla custodit,& inseparabilia perfectis cõtubernia nectit. Duobus ergo modis cõstat ueræ pudicitiæ exercitatio,id est, corporis habitu in superficie,& animi affectu interno. Per exteriorẽ modum,iuxta Apostolum,coram hominibus exempla:per interiorem modum coram deo prouidemus opera bona. Pudicitia nanq; corporis,est alienas res non appetere,& omnem immundiciã deuitare:ante horam congruam non gustare uelle,risum non excitare, uerba uana & falsa non loqui: habitũ per omnia ordinatum, cõpositionemq; conuenientẽ tam capillorum quàm uestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, supercilioso intuitu neminem aspicere, uagari oculos non permittere,pompatico & illecebroso gressu non incedere,nulli inferior in incepto bono opere apparere,nulli contumeliam aut ruborẽ incutere,neminem blasphemare, bonis non inuidere,senes non irridere,meliori non cõtrouersari,de his quæ ignoras non tractare, & ea quæ scis nõ omnia proferre: hæc eñ proximis amabilẽ hominẽ reddunt,& deo acceptabilẽ faciũt. Pudicitia uero animæ est,plus propter dei oculos q̃ hominũ bona facere, appetitiones turpiũ cogitationũ cõpescere,omnes meliores se esse extimare,nemini inuidere,de semet ipso nihil cõfidere,dei semper auxilio res oẽs cõmittere,ante dei oculos semetipsum cõstituere,hæretica prauitate sensum nõ maculare,catholicis per omnia cõsentire,deo soli adhærere, castitatẽ internæ mẽtis domino Iesu Christo offerre,omnia incepta bona opera mortis tantum termino finire, præsentes tribulationes animi fortitudine paruipendere,in terra præter proximos nihil amare,cuncti amoris sui thesaurum in cœlo constituere,& pro omni bono actu mercedẽ in cœlestibus à deo sperare. Pudicitia ornamẽtum nobilium est,exaltatio humilium,nobilitas ignobilium,pulchritudo debilium,prosperitas laborantiũ, solamen mœstorum,augmentum omnis pulchritudinis,decus religionis,defensio criminum,multiplicatio meritorum,creatoris omnium dei amica.

pudicitia est duplex

Dominus sine uirtute Gradus VI

Sextus abusionis gradus est,Dominus sine uirtute. Quia nihil proficit dominãdi habere potestatẽ,si dominus ipse nõ habeat uirtutis rigorem. Sed hic uirtutis rigor nõ tam exteriori fortitudine, quæ & ipsis secularibus dominis necessaria est,indiget,quàm animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet: sæpe enim dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur, sicut de Heli sacerdote factum fuisse comprobatur, Qui dum per sanctitatem iudicij peccantes filios non coërcuit, in eorum uindictam dominus uelut consentienti ferociter non pepercit. Tria ergo necessaria hos qui dominantur habere oportet, terrorem scilicet,ordinationem & amorem. Nisi enim ametur dominus & metuatur,ordinatio illius minime stare poterit. Per beneficia ergo & affabilitatem procuret ut diligatur:& per iustas uindictas, non propriæ iniuriæ,sed legis dei studeat ut metuatur. Propterea quoq; dum multi pendent in eo, ipse deo adhærere debet,qui illum in ducatum constituit, qui ad portandum multorũ onera ipsum ueluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet cito dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terrã delabitur. Sic & princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse & omnis qui ei consentit cito deperit. Quidam nanq; per dominandi officium plus deo appropinquant,quidam impositio sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto populi ducatu,familiarius dei locutionibus utebatur. Saul uero filius Cis postquam sceptrum regni suscepit, per inobedientiæ superbiam deum offendit. Rex Salomon postquam patris domini sui Dauid sedem obtinuit, deus illum ultra omnes mortales uelut ad innumerosi populi gubernationem sapientiæ munere ditauit. Econtrario uero Hieroboam seruus Salomonis,postquam regni domus Dauid partem occupauit,ad idolorum culturam decẽ tribus Israël, quæ erant in parte Samariæ,diuertit. Per quæ exempla euidenter ostenditur

4.Reg.2

quosdam

quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere,quosdam uero per superciliũ dominationis ad deteriora defluere. Per quod utrunq; intelligitur,eos qui ad meliora conscendunt,per uirtutem animi & dei auxilium posse id facere: & eos qui ad deteriora diuertuntur,per mentis imbecillitatem pariter & negligẽtiam errare. Vnde dominũ absq; uirtute fieri nõ decet,quã uirtutẽ sine dei auxilio nemo habet. Qui eñ multa tuetur,si nõ habet fortitudinẽ animi,nõ ualet id agere,quoniã magna magnis infestationibus,uel aduersitatibus solẽt laborare. Omnis igitur qui præest,hoc primitus tota animi intentione procuret,ut per omnia de dei adiutorio omnino nõ dubitet. Si nanq; cœperit in actibus suis auxiliatorẽ habere dominũ dominorũ,nullus hominũ contemptũ potest habere eius dominatũ:nõ eñ est potestas nisi à deo. Ipse eñ eleuat de stercore egenũ,& sedere facit cũ principibus populi sui:& deponit potẽtes de sede,& exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus deo, & erigatur gloria dei.

Septimus abusionis gradus est,Christianus cõtentiosus. Qui cũ participationẽ nominis Christi per fidẽ & baptismũ susceperit,cõtra Christi dicta & prepositũ, mũdi caduca delectamẽta diligit. Omne enim de quo contẽditur,aut propter propriam eius dilectionem, de qua agitur: aut propter alterius amorem, quæ sub odiosa specie latet,appetitur. Quemadmodum,uerbi gratia, bellum animosorum compugnantium cõflictu cum odiosa res sit,propter amorem uictoriæ & libertatis peragitur, & multæ aliæ dilectæ species sub odioso labore uel formidine satis contentiose expetuntur. Vnde patenter intelligitur nihil contendi posse nisi propter dilectionem, speratam scilicet & subsequentem amabilem remunerationem. Qui igitur de mundo præsenti ex quacunq; causa contendit,perspicue ostendit quòd illum diligit. Quomodo ergo mundum diligi per Ioannem spiritussancti sermones interdicunt,quibus ait,Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo sunt? Mundi enim amor & dei pariter in uno corde cohabitare non possunt, quemadmodum ijdem oculi cœlum pariter & terram nequaquam aspiciunt. Sed requirendum est, si uere in mundo aliquid sit quod amari debeat, & quid sit ille mundus quem diligi diuina eloquia uetant. Terra uero cum nascentibus ex ea,& metallum & animantia, & pulchritudo uestium,& oblectationes ciborum,& ea quæ ad hæc pertinent non diligi præcipiuntur: sed proximus, propter quẽ hæc omnia facta sunt,hic amari iubetur. Hæc enim omnia præ dicta,uelut non mansura,ad cœlestẽ patriã pergentes concomitari nequeunt. Proximi uero uelut mansuri regis cohæredes,semetipsos licenter inuicem diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet, & cum mundo pariter deficiet. Ipse mundus non amari præcipitur, proximus autem qui est pars regni cœlestis in terra, & inter ima elementa à regni cœlorum appetitoribus non incongrue amatur,dum in summa illa patria in æternum cohæres habebitur. Propterea uero mundus præsens non diligi imperatur, ne à dei dilectione alienus seculi dilector quisq; efficiatur. Non ergo debet contendi quod non licet amari. Igitur Christianus qui nominis Christi similitudinẽ tenet,morũ quoq; eius similitudinẽ habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur,nisi qui moribus Christo coæquatur. De Christo uero per prophetam ita scribitur,Ecce puer meus quẽ elegi, electus meus, cõplacuit in illo sibi anima mea,ponã spiritũ meum super eum. Non contendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Ecce Christus non contendit, neq; clamauit, & tu si morum eius similitudinem retinere cupis,ne contendas ne abusiuus in ecclesia Christianus existas: suis enim sectatoribus Christus præcepit, Nolite uocari Rabbi, unus est enim magister uester qui est Christus: & patrem nolite uocare super terram, unus est enim pater uester, qui in cœlis est. Omnes enim uos fratres estis, quibus ad supplicandum imperauit dicens, Sic autem orabitis,Pater noster qui es in cœlis,sanctificetur nomen tuũ,&c. Frustra enim cõtendit patrẽ se habere in terra,qui patrẽ & patriam profitetur se habere in cœlo. Cuius patriæ possessor nemo efficitur,nisi qui de terrenæ patriæ contentione securus habetur.

Christianus contentiosus Gradus VII

Esaiæ 42

Matth.23

Matth.6

Octauus abusionis gradus est,Pauper superbus,qui nihil habens,in superbiam extollitur, cum econtrario diuitibus seculi non superbe sapere per apostolum Paulum imperatur,

Pauper superbus Gradus VIII

tur.Quid ergo ſtolidius poteſt fieri, quàm illum qui per infimam miſeriam uelut in terram C
abiectus, extremus & humilis incedere debuerat, ſupercilioſo ſuperbiæ tumore inflatam
mentem contra deum erigere? Per quod uitium lapſi corruerunt,qui in ſummo cœli cõditi
erant culmine.Quid ergo uult quaſi potẽs in terra ſuperbire, qui præ omnibus hominibus
debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate ſua triſtitiã habeant,quid à deo receptu
Matth.5 ri ſunt pauperes attendãt,ipſe etenim inquit, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt
regnum cœlorum. Recta nanq; diſpenſatione miſericors iudex regnum cœlorum illis com
mittit,quibus regni terrarum participationem inter mortales abſtulit: ut ipſe diues in cœli
ſede appareat,qui in terra nihil penitus procurat.Cauendum ergo pauperibus eſt,ne dum
als, perdunt per egeſtatem & neceſſitatem terrenum regnum †prætereunt,per mentis etiam impruden
tiam cœlorũ regnum amittãt.Cum enim dei diſpenſatione paupertatem neceſſariã accepe
rint,in ipſorum arbitrio pendet,utrum pauperes ſpiritu ſint. Non enim quibuſcũq; paupe
ribus cœli regna promittũtur,ſed his tantũmodo in quibus diuitiarum inopiam animorũ
humilitas comitatur.Pauper enim humilis,pauper ſpiritu appellatur:qui cum egenus foris
cernitur, nunc̃p in ſuperbiam eleuatur: quoniam ad appetenda cœlorum regna plus ualet
mentis humilitas,quàm præſentiũ diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles qui
bene poſſeſſas diuitias habent,poſſunt pauperes ſpiritu appellari: ſuperbos autẽ nihil ha
bentes haud dubium eſt beatitudine paupertatis priuari. De quibus utriſq; ſancta ſcriptu
Prouer.15 ra ita loquitur,Eſt quaſi diues cũ nihil habeat, & eſt quaſi pauper cum in multis diuitijs ſit.
Quaſi pauper ergo in multis diuitijs,eſt diues humilis ſpiritu: & nihil habens quaſi diues,
eſt pauper ſuperbus mentis affectu. Nobilis ergo inopia eſt mentis humilitas,& ineptæ di
uitiæ ſunt animorũ enormitas.Prouidendũ ergo pauperibus eſt, ut ſemetipſos quales ſint
intelligant:& quia rebus conſequi quod cupiũt nõ ualent,mẽtis tumore ſuperbire deſinãt.

Rex iniquus Gradus IX Nonus abuſionis gradus eſt,rex iniquus.Etenim regem non iniquũ, ſed correctorem
iniquorum eſſe oportet.Inde in ſemetipſo nominis ſui dignitatem cuſtodire debet:nomen D
enim regis intellectualiter hoc retinet,ut ſubiectis omnibus rectoris officium procuret.Sed
qualiter alios corrigere poterit,qui proprios mores,ſi iniqui ſint,non corrigit? Quoniam in
iuſticia regis exaltatur ſoliũ, & in ueritate regis ſolidantur gubernacula populorũ. Iuſticia
Iuſtitia regis quæ uero regis eſt neminem iniuſte per potentiam opprimere, ſine acceptione perſonarũ inter
uirum & proximũ ſuum iudicare,aduenis & pupillis & uiduis defenſorem eſſe,furta cohibe
re, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & hiſtriones non nutrire, impios de
terra perdere, parricidas & peierantes uiuere non ſinere, eccleſias defendere,pauperes elee
moſynis alere,iuſtos ſuper regni negocia conſtituere, ſenes & ſapientes & ſobrios conſilia
rios habere, magorũ & ariolorum phytoniſſarum q̃ ſuperſtitionibus non intendere, ira
cundiam ſuam differre,patriam fortiter & iuſte contra aduerſarios defendere,per omnia in
deo confidere,proſperitatibus non eleuare animũ,cuncta aduerſa patienter tolerare,fidem
catholicam in deum habere,filios ſuos non ſinere impie agere,certis horis orationibus inſi
Eccl.10 ſtere,ante horas congruas non guſtare cibum. Væ ẽ terræ cuius rex puer eſt,& cuius prin
cipes mane comedunt.Hæc regni proſperitatem in præſenti faciunt,& regem ad cœleſtia re
gna meliora perducunt.Qui uero regnum ſecundũ hanc legem non diſpenſat,multas nimi
rum aduerſitates imperij tolerat:idcirco enim pax populorũ ſæpe rumpitur,& offendicula
de regno ſuſcitantur,terrarum quoq; fructus diminuuntur, & ſeruitia populorũ impedian
tur,multi & uarij dolores proſperitatem regni inficiunt,charorum & liberorum mortes tri
ſticiam conferunt,hoſtium incurſus prouincias undiq; uaſtant,beſtiæ armentorum & peco
rum greges dilacerant,tempeſtates aëris & hemiſphæria turbata terrarum fœcunditatem,
& maris miniſteria prohibent,& aliquando fulminum ictus ſegetes, & arborum flores, &
pampinos quoſq; exurit.Super omnia uero regis iniuſticia non ſolum præſentis imperij fa
ciem offuſcat,ſed etiam filios ſuos & nepotes,ne poſt ſe regni hæreditatem teneant,obſcu
rat.Propter piaculum enim Salomonis regnum domus Iſraël dominus de manibus filio
rum

A rum ſuorum diſperſit. Et propter iuſtitiam Dauid regis, lucernã de ſemine eius ſemper in
Hieruſalem reliquit.Ecce quantum iuſtitia regis ſeculo ualet,intuẽtibus perſpicue patet.Eſt
enim pax populorum,tutamen patriæ,immunitas plebis,munimẽtum gentis, cura languo
rum,gaudium hominum,temperies aëris,ſerenitas maris,terræq; fœcũditas, ſolatium pau
perum,hæreditas filiorum,& ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. Attamen ſciat rex,quod
ſicut in throno hominum primus conſtitutus eſt, ſic & in pœnis ſi iuſtitiã nõ fecerit,prima
tum habiturus eſt.Omnes nanq; quoſcunq; peccatores ſub ſe in præſenti habuit, ſupra ſe
modo implacabili in illa futura habebit. Decimus gradus abuſionis eſt,epiſcopus *Epiſcopus negligẽs*
negligens, qui gradus ſui honorem requirit inter homines, ſed miniſterij ſui dignitatẽ corã *Gradus X*
deo,pro quo legatione fungitur,non cuſtodit. Primo nanq; ab epiſcopo quid ſui nominis
dignitas teneat inquiratur,quoniam cum epiſcopus Græcum nomen ſit,ſpeculator interpre
tatur.Quare uero ſpeculator ponitur,& quid à ſpeculatore requiritur, dominus ipſe denu
dat cum ſub Ezechielis prophetæ perſona epiſcopo officij ſui rationem denunciat,ita inqui
enis, Speculatorem dedi te domui Iſraël. Audiens ergo ex ore meo ſermonem, nunciabis *Ezech.3*
eis ex me.Si autem uideris gladium uenientem, & tu non annunciaueris ut reuertatur im
pius à uia ſua,ipſe quidem impius in iniquitate ſua morietur,ſanguinem autem eius de ma
nu tua requiram. Si autem tu annunciaueris, & ille non fuerit reuerſus, ipſe quidem in ini
quitate ſua morietur,ſed tu animam tuam liberaſti.Decet ergo epiſcopum qui omniũ ſpe
culator poſitus eſt, peccata diligenter attendere: audiens ergo & poſtquam attenderit ſer
monem,ſi potuerit & actu corrigere:ſi non potuerit, iuxta euangelij regulam ſcelerum ope
rarios declinare.Si enim,inquit in euangelio dominus,peccauerit in te frater tuus,corripe il *Matth.18*
lum inter te & ipſum.Si te audierit,lucratus eris fratrem tuũ. Si te non audierit, adhibe tẽ
cum adhuc unũ uel duos,ut in ore duorũ uel trium ſtet omne uerbum: ſi illos non audierit,
dic eccleſiæ: ſi eccleſiam nõ audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.Tali ordine expellen
B dus eſt quicunq; doctori uel epiſcopo adhærere noluerit. Et qui tali ordine expulſus fuerit,
ab alio aliquo doctore uel epiſcopo non debet recipi: de ſacerdote nanq; in lege ſcribitur,
Viduam aut repudiatam non accipiat uxorem. Qui ergo illum excommunicatum à catho *Leuit.21*
lico illo non permittente ſibi iungit, iura ſacerdotij ſancti, quod Chriſtianorum genus ele
ctum eſt excedit.Hac ratione epiſcopũ ad eos quibus in ſpeculatione poſitus eſt, eſſe opor
tet. Cæterum uero qualis in ſemetipſo eſſe debeat Paulus apoſtolus exponit, ut ad gradũ *1.Tim.3*
epiſcopi ueniens ſit ſobrius,prudens,caſtus,ſapiens,modeſtus,hoſpitalis, filios habens ſub
ditos cum omni caſtitate,teſtimonium habens bonum ab his qui foris ſunt, proferens do
ctrinæ fidelem ſermonem,ante epiſcopatum non plures habens uxores quàm unam. Nõ
percuſſor, non bilinguis, non ebrioſus, non neophytus,ut per hæc ipſe oſtendat in opere,
quod alios docet in ſermone doctrinæ.Caueant ergo negligentes epiſcopi, quod in tempo
re uindictæ dominus per prophetam conqueritur dicẽs,Paſtores mei demoliti ſunt popu *Ezech.34*
lum,& non paſcebant gregem meum paſtores,ſed paſcebant ſemetipſos:ſed potius procu
rent hi quos conſtituit dominus ſuper familiam ſuam,dare illis cibum in tempore ſuo men
ſuram tritici,puram ſcilicet & probatam doctrinam,quatenus ueniente domino mereantur
audire,Euge ſerue bone & fidelis,quia ſupra pauca fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam, *Matth.25*
intra in gaudium domini tui. Vndecimus abuſionis gradus eſt,Plebs ſine di *Plebs ſine diſcipli*
ſciplina,quæ cum diſciplinæ exercitationibus non ſeruit,communi ſe perditionis laqueo cõ *na Gradus XI.*
ſtringit,iram enim domini abſq; diſciplinæ rigore non euadit.Atq; idcirco pſalmiſtæ uoci
bus indiſciplinatæ plebi prædicatur,Apprehẽdite diſciplinã,ne quando iraſcatur dominus. *Pſal.2*
Diſciplina uero eſt morum ordinata correctio,& maiorum præcedentium regularum ob
ſeruatio:de qua diſciplina Paulus apoſtolus ita loquitur,dicens, In diſciplina perſeuerate. *Heb.12*
tanq; filijs uobis ſe offert deus. Quod ſi extra diſciplinã eſtis,cuius participes facti eſtis,o
mnes ergo adulteri & non filij eſtis.Qui ergo adulteri ſine diſciplina ſunt,cœleſtis regni hæ
reditatem non capiunt: ſi filij autem paternæ diſciplinæ correctiones ferunt, & hæredita

tatem quandoq; recipere posse non desperent. De qua etiã disciplina Esaias quidem indisci C
Esaiæ 1 plinatæ plebi prædicat, dicens: Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Et ad eadem psal
psal. 36 mista consona uoce psallit dicens, Declina à malo, & fac bonum. Infelix ergo est qui abiicit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid, qui dominum crucifigentes non eius sciderũt tunicã, qui ecclesiæ Christi scindit disciplinã. Sicut enim tunica totum corpus præter caput tegitur, ita disciplina omnis ecclesia, præter Christum qui ecclesiæ caput est & sub disciplina non est, protegitur & ornatur. Ipsa enim tunica contexta desuper fuerat per totum, quia eadem disciplina ecclesiæ à domino de cœlo tribuitur & integratur. De qua dominus cum ad
Lucæ 24 patrem ascendisset postquam resurrexit à mortuis, ad apostolos suos loquitur dicens, Vos autem sedete hic in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina ecclesiæ est: qui autem extra disciplinam est, alienus est à corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa cuius sit, id est, non soluamus quicquã de mandatis domini, sed unusquisq; in quo uocatus est, in eo permaneat apud dominum.

Populus sine lege Gradus XII

Duodecimus abusionis gradus est. Populus sine lege, qui dum dei dicta, & legũ scita contẽnit, per diuersas errorũ uias præuaricationis laqueũ incurrit. De quibus uĩs sub perso
Esaiæ 53 na præuaricatoris populi humanũ genus propheta ita deplangit, Nos autẽ sicut oues errauimus, unusquisq; in uiã suã declinauit: de quibus uĩs etiã eadẽ sapientia loquitur per Salo
Prouer. 14 monẽ, Multæ uiæ uidẽt hominibus rectæ, & nouissima earũ deducũt ad mortẽ. Quæ uticq; multæ perditionis uiæ tũc incedũtur, cũ una regalis uia, lex dei uidelicet, quæ neq; ad dexterã, neq; ad sinistrã declinat, per negligentiã deseritẽ. De qua uia dominus Iesus Christus qui est finis legis ad iustitiã omni credẽti denũciat, Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad
Matth. 11 patrẽ nisi per me. Ad quã uiã omnes cõmuniter inuitat dicẽs, Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego uos reficiã. Quia nõ est personarũ acceptio apud deũ, ubi nõ est Iudæus & Græcus, masculus & fœmina, seruus & liber, barbarus & Scytha, sed omnia in omnibus Christus: oẽs enĩ unũ sunt in Christo Iesu. Dũ ergo Christus est finis legis, qui sine D
lege sunt, sine Christo fiunt: igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abusiuũ ergo in tẽporibus euangelij populũ sine lege fieri, quando apostolis in cunctas gẽtes licẽtia prædicationis data est, quando tonitruũ euãgelij per cunctas seculi partes intonuit, quãdo gentes quæ non sectabantur iustitiã apprehenderunt iustitiã, quando qui longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi: qui aliquando nõ populus, nunc autẽ populus dei in Christo, quando est tẽpus acceptabile & dies salutis, & tẽpora refrigerij in conspectu altissimi:
Matth. 28 quando unaquæq; gens habet testẽ resurrectionis, quando ipse dominus testatur, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. Non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro. Finis.

AD LECTOREM.

Nec hic libellus quicquam habet Augustini.

DE CONTRITIONE CORDIS. LIBER

Quomodo nostræ miseriæ & dei sint memoranda beneficia Cap. I



NIHIL certius morte, nihil incertius hora mortis. Cogitemus ergo quàm breuis sit uita nostra, quàm uia lubrica, quàm mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum sit si quid dulce aut iucundum in medio huius uitæ occursu nobis alludit, quàm fallax & suspectum, quàm instabile & transitorium est quicquid huius uitæ amor perturbat, quicquid species aut puchritudo temporalis promittit. Consyderemus etiam quæ sit patriæ cœlestis suauitas aut dulce do, & attendamus & perpendamus unde cecidimus & ubi iaceamus, quid perdidimus & quid inuenimus, & ex utroque
Eccẽs. 1 intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum sit: hinc enim Salomon ait, Qui apponit scientiã, apponit dolorem. Quia quanto magis quis intelligit mala sua, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem parit conscientiam, conscientia compunctionem,

A nem, cõpunctio deuotionẽ, deuotio cõmendat orationẽ, Meditatione assidua homo ad cognitionẽ sui illuminatur: in cõpunctione uero ex consyderatione malorũ suorũ, cor intenso dolore tangitur. Miser ego inquantũ deberẽ diligere deũ meũ qui me fecit cũ non erã, redemit cũ perierã: non enim erã, & de nihilo fecit me: non arborẽ, non auẽ, nec aliquod de animalibus brutis, sed hominẽ me uoluit esse, dedit mihi uiuere, sentire & discernere. Perierã, ad mortalẽ descẽdit immortalis: suscepit passionẽ, suscepit mortẽ, uicit, & sic me restaurauit: sic gratia eius, & misericordia eius semper præuenit me. De multis etiã periculis sæpe liberauit me liberator meus: quando errabam, corripuit me: quãdo contristabar, consolatus est me: quãdo desperabã, cõfortauit me: quãdo cecidi, erexit me: quãdo steti, tenuit me: quãdo iui, duxit me: quando ad eũ ueni, suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi deus meus, pro quibus dulce est mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere, ut pro omnibus beneficijs suis possim eũ laudare & amare. Pro his enim omnibus quæ illi rependã nõ habeo nisi ut ipsum diligã: nõ eĩ melius nec decẽtius repẽdi possunt q̃ per dilectionẽ quæ mihi sic data sunt. Consydera ô homo quid tibi erat, & quid tibi factũ sit, & pẽsa quis tibi hæc fecit, quãto amore dignus sit. Intuere necessitatẽ tuã, & bonitatẽ eius, & uide quas gratias ei reddas, & quantũ debeas honori eius. In tenebris, in lubrico, in descẽsu semper eras ad terribile chaos inferni. Immẽsum & quasi plũbi pondus pẽdens à collo tuo deorsum te trahebat, & onus importabile desup te premebat. Hostes inuisibiles toto conatu te impellebãt. Sic eras sine auxilio, & nesciebas: qa sic cõceptus eras & natus: in tenebris, inquã, erã: qa meipsum ne sciebã. In lubrico, quia imbecillis ad lapsum peccati erã: in descẽsu erã, quia super chaos inferni pondus horribilis peccati deorsum me premebat, & inimici mei dæmones ut me alijs peccatis dãnabiliorẽ facerẽt, uehemẽter insistebãt. Sic omni auxilio destitutus illuxisti mihi deus meus, proiecisti põdus trahẽs, & onus grauãs, & hostes impellẽtes reiecisti, quia pecca tũ in quo natus & cõceptus fui, & damnationẽ amouisti, & maligno spiritui ne uim animæ
B meæ faceret, prohibuisti, & Christianũ me uocari fecisti nomine tuo, per quod ego te confiteor, & tu me cognoscis inter redẽptos tuos, erexisti & leuasti me ad notitiã tuã & amorẽ, fecisti me cõfidere de salute animæ meæ, pro qua dedisti animã tuã, & mihi si te sequerer promisisti gloriã. Et certe quãuis te nõ sequebar sicut cõsuluisti, sed insuper multa peccata feci, meq; prohibuisti, adhuc expectas ut sequar, & dones quod promisisti. Cõsydera *Quid pro beneficijs domino debeamus Cap. II*
anima mea, intẽdite omnia intima mea, quantũ illi debeat tota substantia mea. Certe domine quia me fecisti, debeo tibi meipsum totũ, imò debeo amori tuo plus quàm me, quanto tu maior es me pro quo dedisti temetipsum, & promisisti teipsum. Fac me peccatorẽ dñe gustare per amorẽ, quod gusto per agnitionẽ: sentiã per affectũ, quod sentio per intellectũ. Plus tibi debeo q̃ meipsum totũ, sed nec plus habeo, nec hocipsum quod habeo p̃ me totũ reddere possum. Trahe me ô dñe in amorẽ tuũ, & hocipsum totũ quod sine cõtradictione tuũ est, fac tuũ dilectione. Ecce dñe corã te est cor meũ, accedere ad te per se nõ potest, admitte me intra cubiculũ amoris tui, peto, quæro, pulso: quod me facis petere, fac me accipere: das quærere, da inuenire: doces pulsare, aperi pulsanti. Cui das, si negas petenti? Quis inuenit si quærẽs frustrat? cui aperis, si pulsanti claudis? Quid das nõ orãti, si amorẽ tuũ negas rogãti? A te solo habeo impetrare, adhærere animã meã uolo ad te, O bone dñe si amorẽ tuũ negas, quis dabit? fac me participẽ amoris tui. Lãguet anima mea, refocilla illã, dilectio tua impinguet eã, affectus tuus impleat eã, amor tuus erigat me totũ & possideat. Scio dñe, scio & fateor, quod nõ sum dignus ut me diligas. Sed certe non es indignus seruitio creaturæ tuæ. Da igit mihi dñe unde es dignus, & ego ero dignus unde sum indignus, Fac me quoquo modo uis à peccato cessare, ut quoquo mõ debeo possim tibi seruire. Concede mihi sic custodire, regere & finire uitã meã, ut in pace dormiã & requiescã, & præsta mihi in fine, ut me accipiat somnus cũ requie, requies cũ securitate, securitas cũ æternitate, Amẽ. Domine *Precatio Cap. III*
Iesu Christe redẽptor meus, uita & salus mea, te laudo, tibi gratias ago, tua me dñe bonitas creauit, tua misericordia me à peccato originali mũdauit, tua patiẽtia post illã emũdationẽ

in alijs peccatorum ſordibus hactenus tolerauit,nutriuit,& expectauit. Domine deus creator meus,adiutor meus,te ſitio,te eſurio,te deſidero,ad te ſuſpiro, te concupiſco benigniſſimum,ſuauiſſimum,ſereniſſimum,te uolo, te quæro,& in te ſpero. Renuit conſolari anima mea,niſi de te dulcedo mea,accede ad me domine, appare mihi & conſolatus ero, oſtende mihi faciem tuam & ſaluus ero,exhibe mihi præſentiam tuam,& implebitur deſideriũ meum.Reuela gloriam tuam, & perfectum erit gaudium meũ. Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi caro mea.Quando uenies conſolator meus,quem ego expecto? O ſi ego uidebo gaudium quod deſidero.O ſi ego ſatiabor cum apparuerit gloria tua quã eſurio.O ſi inebriabor ab ubertate domus tuæ ad quam ſuſpiro. O ſi potabis me torrente uoluptatis tuæ quẽ ſitio.Da mihi domine in hoc exilio pœnitẽtiæ dolorẽ, & lachrymarũ fontẽ quẽ
pſal.41 eſurio ſuper omnẽ copiã delitiarũ. Sint mihi domine interim lachrymæ meæ panes die ac nocte,donec dicatur mihi,ecce deus tuus.Paſce me domine interim ſingultibus meis,refocila me doloribus meis,donec audiã,ecce ſpõſus tuus.Deus meus qualẽ me feciſti, & qualem iterum me feci? In peccatis erã conceptus & natus,& abluiſti me atq; ſanctificaſti me,& ego peioribus ſordidaui me peccatis. Innocens erã tunc natus ſcilicet in baptiſmo, nunc ſum in
De conſcientiæ peccatricis infelicitate Cap. IIII uoluntarijs uolutatus. Heu me miſerũ nimisq; miſerũ,quẽ torquet conſcientia ſua, quã fugere non poteſt:nimis miſerum quem expectat dãnatio ſua, quam uitare nõ poteſt niſi deus eripiat. Nimis eſt infelix, cui mors æterna eſt ſenſibilis:nimis ærumnoſus,quẽ terrent continui de ſua infelicitate horrores: nimis ærumnoſus quẽ multum torquebunt æterni pro ſua iniquitate dolores,malũ hoc & malũ hoc,ſed minus hoc & maius hoc. Peccare ô quàm amara res eſt,& mala res eſt peccatũ.O peccata quàm faciles aditus habetis dum ſuadetis,& quàm difficiles exitus habebitis:dum ſuadetis,inungitis,ſed poſtquam ſuaſeritis,uſque ad mortẽ animæ pungitis:fœtores quos inducitis,uſq; in iniquos utres includitis. Intelligite intelligite quàm amarum & malum eſt relinquere dominum uos qui peccatis, nolite peccare amplius,ſed redite ad cor,nolite peccare,malũ eſt enim & amarum:expertus ſum in D
memetipſo.Aut ergo cõtinui dolores cruciabunt pœnitentẽ uitã meã,aut etiã cruciatus æterni uexabunt puniendã animã meã.Malũ &amarũ eſt utrunq;,ſed libera me ab utroq;.Anima mea,ante omnia te ſicut matrẽ uirtutũ moneo, ne in recordationibus malorũ tuorũ aliquis diaboli laqueos incurras,quos multi incauti incurrunt quãdo de malis ſuis quaſi pro eis plorantes ante mentis oculos reducunt, & per eaſdẽ recordationes in ipſas malorũ delectationes inſipienter incidũt.Sæpius etiã cũ ſine alicuius mali intentione cũ aliquo loqui incipio, ſtatim detractionẽ incurro, uel pro aliqua re imprudẽter loquẽdo iuro,uel uitio curioſitatis inepte ſuccũbo, uel malarũ cogitationũ uel turpitudinis motus illicitos & impudicos in ipſis interioribus meis ſuſtineo.Heu tantæ infelicitati & tantæ perditioni,dum enim quæ retro ſunt obliuiſcens ad ea quæ ante ſunt me extendere uolo,ſubito neſcio qua miſeria me relabi ad inania cõſpicio & noxia,& tanquã mors ſubito interueniens,uel quẽadmodum canis rabidus qui nec percuſſus à laceratione hominis ſeparatur, carnalis delectatio perforat mentẽ meã,& pro ſuaui odore uirtutum ſentio intolerabilẽ ac teterrimũ fœtorẽ interiorum uitiorum. Eia dulciſſime domine Ieſu corã te expando omnes iniquitates meas quas intus ſuſtineo:ſunt autẽ hæc mala decẽ.Primũ impatientia,inimica deo & omnibus ſanctis odioſa,diſcordia,indignatio,rancor animi,tædiũ mẽtis,uoracitas gulæ,murmuratio,deſiderium uoluptatis,delectatio carnis,tẽpeſtas libidinis, & multa his ſimilia,quibus laqueatur & decipitur atq; afficit infelix anima mea. O q̃ tolerabilius canis puttridus fœtet hominibus, q̃ anima peccatrix deo,magis infelix iſta deo q̃ ille hominibus. Anima peccatrix arbor infructuoſa es,ubi ſũt fructus tui? Talis autẽ arbor digna eſt ſecuri & igne,digna ſuccidi & incendi.Qui ſunt fructus tui? Vtiq; ſpinæ pungentes & amara peccata, quæ utinam ſic te pœnitendo pungerent ut confoderent,ſic amareſcerent,ut euaneſcerent. Forſitan parum quid putas quid peccatum ſit. Sed heu nõne omne peccatum per præuaricationem perſonã dñi inhonorat? Quàm parũ ergo audebit peccator dicere peccatũ,quãdo ꝓpter peccatũ filius dei

moritur,

A moritur,ultra quem nil aliud poteſt æſtimari. Ieſu domine bone cur de cœlo uenisti? quid mũdo feciſti,ad qd te morti dediſti? Niſi ut peccatores ſaluares,quorũ maximus ego ſum.

Imploratio diuinæ miſericordiæ ſuper peccatorum diſcrimine Cap. V

Reſpira ergo ô peccator,reſpira ne deſperes,ſpera in eo quẽ times, fuge ad eum à quo aufugiſti,inuoca importune quem ſuperbe prouocaſti, dicq; ei, Ieſu propter nomen tuum dulce fac mihi ſecundũ nomẽ tuũ. Ieſu obliuiſcere ſuperbũ te prouocantẽ,reſpice pie miſertẽ te inuocantẽ,Ieſu nomẽ tuũ dulce,nomen delectabile,nomen confortãs peccatorem,& nomẽ beatæ ſpei.Quid eſt enim Ieſus,niſi ſaluator? Ergo propter temetipſum Ieſu eſto mihi Ieſus,eſto mihi ſaluator benignus.Noli domine,noli attendere ſic malum meum ut obliuiſcaris bonum tuum.O bone domine Ieſu, &ſi ego admiſi unde me damnare potes,tu nõ amiſiſti unde ſaluare ſoles.Si caſtitatẽ meã mihi ademi,nũquid miſericordiã tuam peremi? Verum eſt,conſcientia mea meretur damnationẽ,& pœnitentia mea non ſufficit ad ſatisfactionem:ſed certum eſt quòd miſericordia tua ſuperat omnẽ offenſionẽ. Parce ergo mihi domine qui es ſalus uera,& qui non uis mortem peccatoris,miſerere domine peccatrici animæ meæ,ſolue uincula eius,ſana uulnera eius. Ecce miſericors deus corã te exhibeo animã meã, uirtutum muneribus deſolatã, catenis uitiorum ligatam, pondere peccatorum grauatam, delictorum ſordibus fœdatam,diſciſſam uulneribus dæmonum,putridam & fœtidam ulceribus criminum,his & alijs grauioribus malis,quæ tu melius uides quàm ego, obſtrictã,oppreſſam,circundatã,obuolutã,bonorũ omniũ releuamine deſtitutã. Heu coartat me mala uita,coartat me miſeria.Heu miſer ſemper & ubiq; miſer,quanta miſeria & captiuitate uita hominis circundatur? Si male uiuit homo,parata eſt damnatio. Si recte quidem uiuere uidetur,& non ſapienter,nec caute ſe cuſtodiens inde gloriatur, iterum certa eſt mors & æterna damnatio.Omnia iſta quæ ſequũtur,ſunt inimici miſeri hominis.Superbia,inuidia, inanis gloria,quæ infelicem hominem continue infeſtant, & niſi miſericordia dei eum teneat, ſæpius uſq; ad mortem uulneratur. Libera me domine ab his hoſtibus meis, à quibus me
B liberare non ualeo.Peruerſum etiã & peſſimũ eſt cor meum,ad deploranda propria peccata mea eſt lapideum & aridum, ad reſiſtendum inſultibus molle & luteum: ad inutilia autem & noxia pertractanda uelox & infatigabile, ad cogitanda ſalubria faſtidioſum & immobile.Anima mea diſtorta & deprauata ad percipiendum bonum:ſed ad uoluptatum uitia nimis facilis & prompta,ad ſalutem reminiſcendam nimis etiam difficilis & pigra.Longum eſt enarrare ſingula, gaſtrimargiam,ſomnolentiam,leuitatem,impatiẽtiam,detractionem,cenodoxiam,id eſt, uanam gloriam, inobediẽtiam, & cætera uitia quibus infecta eſt infelix anima mea, quotidiano ludibrio diſtrahitur à tua cultura in perditionem. Libera eam domine,exonera mole peccatorum obrutam,ſolue delictorum funibus ligatam,expedi criminibus irretitam,erige iacentem,ſuſtine nutantem, inſtrue ſpiritalibus armis uirtutibus inermem,rege & protege pugnantem,Ieſu bone uide humilitatem meã,& dilue omnia delicta mea,adiutor meus eſto,ne derelinquas me, neq; deſpicias me deus ſalutaris meus, ſed doce me facere uoluntatem tuam. Anima mea teſtetur quod libenter hoc os confitetur. Adiuua me domine pie,benigne, & clemẽs pluſquam poſſum cogitare aut rogare,non minus hoc ſentiam quàm præſumo ſperare. O peccata mea magna eſtis ualde;

De peccatorum ingenti periculo Cap. VI

multa eſtis nimis.Si à uobis nõ abſoluar,quid erit mihi? Iudex enim terribiliter diſtrictus; inæqualiter ſæuerus, immoderate offenſus, uehemẽter iratus,ſententia immutabilis,carcer irremediabilis,tormenta ſine interuallo,& ſine temperamento tortores horribiles,qui nunq; laſſantur,nunquã miſerẽtur. Timor reũ cõturbat,cõſcientia cõfundit,cogitationes increpãt, & fugere nõ licet.Ecce in quibus periculis cõſiſto inceſſanter. Et quia ſemper hoc nõ cogito, ero miſerior & miſerabilior,qa obliuiſci poſſum: ſemper eñ uidet deus me & peccata mea, ſemper incutiuntur mihi diſtricta iudicia,ſemper inuiſibiles inſidiatores parati ſunt,ut capiant miſeram animã meã. Sic ſum poſitus cũ uigilo,ſic cũ dormio,,ſic cũ rideo,ſic cum lætor, ſic cũ ſuperbio,ſic cũ detraho,ſic cũ iraſcor,ſic cũ triſtor,ſic cum delitias cordis miſerabilis amplector, deniq; ſic ſum ſemper & ubiq;. Heu me miſerum,& ubi ſum,& ubi non ſum,quia

neſcio

nescio ubi securus sum. Heu mihi misero,quid faciam? Heu quanto tempore angetur mens mea, quanto stupore induratum est cor meum,quanto tempore obduratur anima mea. C

De præpedientibus restipiscētiam à peccatis, Cap.VII

Quid est quod sic me impedit? quid est quod ceruicem meam sic premit? Vult domine,uult anima mea ad te erigere faciē suā,& plumbeo onere aggrauata deprimitur:conatur se expedire & catenis ferreis constringitur:tentat exire,& æneo carcere includitur: cupit in te dirigere seruitiū suum,& caliginosis tenebris obscuratur. Quæ sunt ista deus meus, quæ sic animā meam obtenebrant,& grauant,& ligant? Forsitan hæc sunt peccata mea? imò uere hæc sunt peccata mea. Hi sunt affectus carnales, qui inficiūt in me affectionem spiritalem. Intentio inferiorum incuruat animam meā ab intuitu supernorum. Amor terrestriū excæcat in me dilectionē cœlestium. Vsus uitiorum euacuauit in me sensus donorū bonorum. Ab his donis sum elongatus,in his malis sum occupatus:ab illis exclusus,in istis inclusus:ab illis deuolutus,istis obuolutus.Hinc est carcer & uincula, hinc sunt tenebræ & peccata. Væ mihi,qa prope est dies mortis,prope,inquā,& incognita.Subito uenit,& forsitan hodie erit.

De fera fœditatis peccati cognitione Caput VIII

Delicta mea an eratis tunc tam noxia futura,cum animā meā uestra dulcedine pulsabatis,cum cor meū uestra dulcedine ungebatis? Cur hoc ante cælabatis,& cur me tradebatis? Imò uos non tradidistis me,sed ego tradidi me,quando uobis me tradidi. Nō uos me decepistis,sed ego me decepi, quando uos intra me suscepi. Heu cur uobis fidē adhibui & credidi uobis? Sed quodā horribili modo uidēs,cæcus me tradidi uobis. Vidēs quidē,quia uos cognoscebā, & mala quæ præcipiebatis non abhorrebā,sed eis cōsentiebā.Cæcus,quia me à uobis non cauebā.Heu peccatum nomen horrendū,res detestabilis,nullo modo comparabilis.Cæcus non uidet foueā in quā cadit,insanus putat se debere quod facit:qui sponte facit peccatū uidens & sciens,præcipitio se tradit. Mors & tormenta quælibet tantū sunt, & in se fœda non sunt,quia ordinata sunt:peccatū autē habet in se fœditatē suā,& cum hoc trahit secū æternā infelicitatē.Melius enim erat eligere tormentū quod per se fœditatē æternam non attrahit,quàm peccatū quod sua cum fœditate dolores æternos iungit. Et certe omnis fœditas peccati ipsa sola plus est.Magis est ergo uitanda peccādi fœditas, quàm quælibet tormentorū immanitas: quia ipse homo in peccādo fœdissima peruersitate præposuit se creatori suo, quo nihil iniustius:sed in tolerādo peccati tormēta ordine præpostero subiēcit se creatura factori suo,quo nihil iustius.O homo quò euanuit humanitas tua, quò deuenit ratio tua:didiceras enim, quoniā qui facit peccatū,seruus est peccati, & peccatū fecisti. Inaudita insania hæc scire,& semper peccare.Sciebas enim quod tu es spiritus uadens & nō rediēs,& in peccati abyssum irremediabilē & sine fundo te proiecisti. Vere abyssus peccata mea sunt,quia incomprehensibilia sunt profunditate, & inæstimabilia sunt numero & immensitate. O abyssus abyssum inuocans, ô peccata mea, tormenta quibus me seruatis abyssus sunt,quia infinita & omnino incōprehēsibilia sunt. Est & tertia abyssus,& est nimis terribilis,Iudicia dei abyssus multa,quia super omnē sensum occulta.Hæ omnes abyssi terribiles sunt mihi undiq;,quia timor super timorē,& dolor super dolorē.Nā abyssus abyssum in uoce cataractarū tuarū inuocat,quia peccati abyssus abyssum tormentorū meretur, quia iudicia dei pronūciat. Abyssus ergo iudiciorū dei super me,abyssus inferni subtus me, abyssus peccatorū meorū est intra me. Illā quæ super me est,timeo ne in me irruat, & me cū abysso mea in illā quæ subtus me latet,obruat,ubi per tormēta peccata nunquam delebuntur,sed peccata tormenta super me tenebunt. Miser ego peccator, quò abij facto meo à facture meo,quò fugi à facie tua? Et certe si ego nequiter fugio, & abyssо me dānabili abscondo,quò uado uides me:quis enim nisi tu ad renitendum mouet animā meam? Bone domine Iesu Christe,tu pulsasti & excitasti eam in abyssо delictorū meorum uelut in lecto dormientem,tu concussisti pigritatem,tu sollicitasti negligentem, tu fecisti pœnitētem unde iocundabatur,& dolentem unde lætabatur.Bone domine omnia hæc fecisti in abyssо.

De triplicis abyssi distinctiōe Ca,IX

Quid peccatori faciendum, Cap.X

Exaudi ergo clamantem de abyssо ad te benignissimum, peccata mea non abscondo, sed pando ea coram te: non defendo, sed ostenso: non excuso, sed accuso, Ego sum reus, egoipse

A egoipse accusator meus.Non accuses me qui fecisti me. Solus sufficeri ad peccandum, solus sufficiam ad accusandum,solus ad pœnitendum.Sed unde deus meus tantorum criminum correctio,unde tibi tantorum scelerum satisfactio? Præcipitare ergo miser homo in profundum immoderatæ mœstitiæ,qui sponte præcipitatus es in barathrum horrendæ nequitiæ. Obruere infelix mole terribilis doloris, qui libens corruisti in cœnum infernalis fœtoris. Obuoluere ærumnose in tenebris inconsolabilis luctus,qui uolens prouolutus es in uoragine tam sordidi fluctus. Volutare ergo in gurgite amaritudinis, qui uolutatus es in uolutabro turpitudinis. Terror terribilis, horror horribilis, mœror inconsolabilis aggregate uos super me,irruite, obruite, iustum est, possidete me iustum est, perturbate, obuoluite,torquete reum,uindicate deum.Præsentiat fornicator inferni tormenta quæ meruit,prægustet quod præparauit,bibat quod nutriuit,assuescat quod perpetuo est passurus.Consolatio,sanitas,lætitia,nolo uos, nisi forte pœnitentia reduxerit uos:procul estote ante mortē, nisi forte indulgentia reuocet uos: quia necessarium est flere peccatorem uel hic, uel in futuro.Sit ergo pœnitentia continua & amara comes ætatis meæ.Continuus dolor,insatiabilis terror inhæreat uitæ meæ. Sint mœror acerbus, luctus infatigabilis tortiones iuuentutis & senectutis meæ,ut ita fiat rogo & desidero. Si enim non sum dignus oculos ad cœlum leuare orando coram te domine deus, certe sum dignus plorando eos cæcare. Si confunditur mens mea pudore conscientiæ,æquum est ut confundatur turbine luctuoso doloris & tristitiæ.Si timet exhiberi ante conspectum domini dei sui,iustum est ut habeat ante conspectū suum tormenta sceleris sui.Respira ô peccator,respira aliquando,& fuge ad ipsum deū,quē offendisti,fuge,inquam,ab irato ad placatum. Memento iustissime & benignissime deus,memento quod misericors es & redemptor meus es. Si iudex es ad iudicandum reum tuum,es & deus ad defendendum seruum tuum,es & creator ad conseruandum opus tuum,es & deus ad saluandum credentem tuum & baptizatum tuum. Ne ergo me- B mineris domine iustitiæ tuæ solius aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuā.Ne memineris iræ tuæ aduersus reū tuū,sed memor esto miserationis tuæ aduersus miserum tuum. Scio quidem & fateor, quòd conscientia mea meretur damnationē,& pœnitētia mea nō sufficit ad satisfactionē. Parce ergo mihi bone domine qui es salus mea, qui non uis mortem peccatoris, parce ergo peccatrici animæ meæ. Deus meus es,in te pono spem meam,& tibi committo animam meam.Custodi animam meam dum dormio,conserua eam dum aliquid facio,memento eius dum ego obliuiscor tui,peccator sum & miser,sed peccasse me doleo,& miserum me cognosco. Misericors deus miserere mei,miserere & humilis creaturæ tuæ. Peccare est deum inhonorare, quod homo facere nō debet,etiam si necesse esset perire,quicquid deus non est.Heu me peccaui, deum uerum exhonorauí,omnipotentem prouocaui,peccator quid feci,quando mala feci? uæ mala agenti,uæ bona negligenti. Væ uæ ira omnipotentis dei,ne irruas super me. Ira omnipotentis ubi poteris capi in me? Non est quod possit tolerare totam te in toto me. Deus dominus cuius bonitas non exhauritur, cuius scientia non deficit, cuius misericordia non exinanitur, cuius potentia quicquid uult efficit:unde potero respirare, qui sic ob peccata mea cogor desperare? Nam si irascaris peccantibus,soles tamen benigne dare cōsilium petentibus. Doce me domine unde debeam sperare,ut possim saluari:orare uolo,sed nescio.Secundum ignorantiam meam nō possum dei misericordiam prouocare:ideo cogor desperare propter iniquitatem meam.Scio quidem & fateor,quia peccator sum,quia peccatū spōte subij, & iuste non exaudior,quia non obediui.Vtiq; bone domine peccaui,erraui:ueruntamen te nō negaui,nec detestor bonitatem tuam.Ideo fac mecum secundum misericordiam tuam, qui es benedictus in secula seculorum.

Prouocatio spei in corde peccatoris Cap. XI.

Finis.

Hoc opus

HOC opus Augustini non esse nō est quod admoneā. Stilus magis refert Iouinianū quempiā uel febricitātem potius. Cap. 2. nimium tribuit dialecticæ, cap. 6. dicit angelos cuncta scire ac præscire. Item alia quæ nunquam scripsit Augustinus. Apparet esse progymnasma monachi Tyronis theologiæ, qui quantū in philosophia scholastica profeciſſet, uoluit hoc libro dare specimen.

DE COGNITIONE VERAE VITAE LIBER.

Caput I SAPIENTIA dei quæ os muti aperuit, & rudibili animali humana uerba formare tribuit, me quoq; non solum sermone, sed etiam sciētia imperitum ad fandū impellit, atq; per se ac de se intellecta aliis pie innotescere compellit. Huius ergo instinctu ad utilitatem, ut spero, plurimorū, iterum committo me ad corrodendum dentibus inuidorum, & forsitan ad confodiēdum cordibus uitæ dilectorum: cum Christus ueritas & uita dicat,
Ioan. 17 Hæc est uita æterna ut te solum uerum deum cognoscant. Constat profecto naturam rationalem ad hoc solum factam, ut factorem suum uerum deum intelligat, intelligendo diligat, diligendo in eo qui est æterna uita æternaliter beate uiuat. Diuinitatis ergo essentiam rationabiliter inuestigare, est ad uitam æternā festinare: hanc uero negligēdo ignorare, est utiq; ad mortem indeficientem properare: quia nimirum hic ab eo ignorabitur, dum quandoq; à beata uita sequestrabitur. Quamobrem cum de hac prædara materia plurimi sanctorum patrum multa glorioſa cōscripserint, ipsamq; rem simplicioribus obscuriorē quodammodo reddiderint, libet me per hæc condensa quasi quandam semitam stilo complanare, qua infirmis intellectibus relicto erroris deuio, per planum ueritatis liceat libere ambulare. Sed hic quilibet inuidus nebuloſa facie mihi fortasſis occurrit, & uirus diu sub liuido corde concretū, in me acerbiter euomit: Quid tu, inquiens, tentas ligna syluis importare, aut redundanti mari undam instillare conaris? Huius tam mordacis mordacem dentem hæc petra redundat, & uenenum malicioſe euomitum in uiscera ipsius denuo retorquenda refundat. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum, imitantur illū qui sunt ex parte illius. O inuide infelix, qui aliena felicitate torqueris, alieno damno depascēris, ipsis rebus probas te ex parte eius esse, qui inuides aliis quod tu ignoras scire, ac mihi ob piū laborem collatum ægris suspiriis ingemiscis, quod tibi ob desidiam, imò ob inuidiam denegatum cognoscis. Age miser, potius lætiferū uirus quo turges cuome, salubre dilectionis antidotum excipe. Sin autem, patri patris tui nigro felle tabescens faueto. Ego autem cum inuidia tabescente iter nō habeo. Egregiam scripturarum syluam alacer ingrediens, non in eam ut tu uenenata lingua asseris, ligna deferens, sed precioſum uitæ lignum iustitiam esuriētibus de ea efferre conabor, & dulcem uitæ hauſtum uitam sitiētibus de pelago scripturæ haurire non morabor. Omnes ergo fideles ad lignum uitæq; fontem curramus, cuius gustu in æternum beate uiuamus. Libellus aūt nomen, cognitio ueræ uitæ, sortiatur, dū in eo uero uita tardioribus intellectu cognoscibilis reddi uideatur. FRATRES. Gratias deo p̄solūimus,

De utilitate ueræ uitæ & præuia eius dispositiōe Cap. II cuius dono aperte in rebus dubiis certificari possumus: Quādoquidē ergo nos in hocipsum uideas confluxisse, ne ad patriam tendentes, in uia lassabundi deficiamus, pastu potúq; ut soles refice, & tempus irremeabili cursu labile, nexibus quæstionum figens fac stabile, ne sua uolubilitas nos ociantes inuoluat, sed tua affabilitas in diuinis laborātes ad semper manēs æuum sustollat. MAGISTER. Fructum ligni uitæ in ramis crucis pendulum mecum alacres adite, fontemq; uitæ à uita quasi de loco uoluptatis manātem paradisum, ecclesiam uidelicet hortum delitiarum irrigantem unanimes haurite, cuius sapor si palatum cordis uestri indulcorabit, testor uobis, q̄ uos cum eo in æuum permansuros, de torrente uoluptatis suæ quandoq; satiabit. FRATRES. Cum carnalia sapientes spiritalia cogitare nequeamus, regnum cœlorum regionem clarissimam, omni opulentia affluentissimam, in qua cœlestem Hierusalem urbem prædaram, meritis atq; opibus inclytam, & in hac deum quasi glorioſum regem, angelos uelut milites, uario cultu conspicuos mēte formamus: idcirco poscimus, ut ratione indagante, argumentis quæq; obstantia comprimens, ueritatem quasi in tenebris

A tenebris latitantem, ad lucem nobis perducas, ac deum aliquando uidendum, ut asseris, factum quodāmodo uisibilem, ante oculos cordis nostri constituas. MAG. Cū deus omnipotens, solus immortalis, solus inuisibilis, solus incomprehēsibilis, lucem habitet inaccessibilem, ego autem tenebris uitiorum obsitus, tetram caliginem inhabitem, luci uirtutum inadibilem, qualiter ineffabile lumen saucijs animorū oculis inferre potero, qui cæcutiente cordis oculo, splendorē tantæ maiestatis reuerberatus nullo modo intueri prævaleo? FRA. Tamen nitere pro posse in illam rapi, quatenus disiecta caligine merearis ab illa illuminari, nosq; per te illustrari, sicut sæpe uidemus ualles à mōtibus iubare solis irradiari. MAG. Conabor pro uiribus uobis orātibus, ac logica præeunte comitantibus argumentis, sequar ueritatem usq; in ipsius inaccessibilis lucis latibulum fugientem, ipsaq; concedente producam eam uobis indagantibus se ostendentem. FRA. Nostra quidem tibi non deerit oratio, tantū sit tibi prævia dux ueritatis ratio: Magnopere quippe à te audire desideramus, qualiter in orationibus de deo cogitare debeamus, ne forte infirma mens quasi pulchrū hominē imaginetur, & hoc simulacrū pro uero deo decepta ueneretur. MAG. Fateor, magnitudine altitudinis susceptā negocij uictus succumbo, qui quæ utcunq; mente conspicio uel cōcipio, uix uerbis explicare sufficio: excedit enim omne præclarum longe summorum philosophorum ingeniū, quia sublimitas huius rei quæ tractatur, exuperat omnē intellectum. Quanto quippe magis omnem creaturam transgressus conor eam diligēti intuitu contemplari, tanto magis sentio eam ab aspectu intellectus mei elōgari. Operam tamen dabo inquisitioni uestræ pro modulo meo satisfacere, prout ipse de quo agimus, dignabitur noticiam sui desideranti animo innotescere. Vos autem ubi uires pondere tantæ eminentiæ pressæ succumbunt, oportet fragilitati ignoscere. FRA. Nos quanto diligentius huius rei perpendimus †altitudinem, tanto ardentius optamus eam nobis utcunq; fieri cognoscibilem, & eius qua- † als; amplitudinem
licunq; modo intueri pulchritudinē, & ideo libenti animo tibi ignoscimus, si ea quæ uerbis
B non uales, saltem nutibus explices. MA. Sciendum igitur deum nullis uerbis pro- Cap. III
prie exprimi, nulla posse cogitatione comprehēdi: quomodo enim immensus & incomprehensibilis prædicaretur, si humanæ locutioni uel meditationi includeretur? Nunc autem patet q̄ sit admirabilis, cum omnibus linguis sit inedicibilis, omnibus cordibus sit incogitabilis. Dialectica nanque differendi potens, potenter quæq; dubia diffiniens, cunctas scripturas euibrans & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cum diuinitatem intendit, tantæ maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit, atq; in abdita mundanæ sapientiæ fugiens delitescit, dissolutisq; syllogismorum nexibus stulta obmutescit. Nempe nomine & uerbo cuncta exprimuntur, quæ sub decem prædicamētis humano corde cōcipiuntur. Sed q̄ ex his nullum proprie deo cōueniat, manifeste ratio comprobat: nam si dixerimus q̄ deus substātia sit quæ omnibus subsistere tribuat, & per quam omnes res esse habent, mox uniuersalia & individua, de quibus substātia prædicatur, genera & species in quibus uersatur, simul & nouem accidentia quæ ei necessario inhærent, animo occurrunt, quæ cuncta liquent, quia minime in deum concurrunt. Si prædicemus q̄ deus ipsa magnitudo existat, quæ omnia in mensura & numero & pondere disponat, protinus paruitas huic quantitati se opponit, & sua exiguitate quod est super omnia maximum comminuit. Quem si ipsam bonitatem uel summum bonum nominemus, qui cūcta ualde bona facit, statim malum huic qualitati contrarium obuiat, & tanto bono se opponere non trepidat. Quòd si creator uel dominus prædicetur, quod utrunq; ad aliquid scilicet refertur, cōfestim relatio opponit, ante mundi cōstitutionem cum hoc uocabulo caruisse, & hoc relatiuum ex mundi creatione ei accidisse, cum ratio astruat nihil deo accidentale, sed totum quod prædicatur de eo ei esse essentiale. Porrò si ubiq; totus esse dicatur, & simul cuncta replere loca dicatur, mox localitas clandestine irrepens, illum loco includit, qui cuncta pugillo includit. Si autem sempiternus prædicetur, & cuncta tempora disponere affirmetur, cōtinuo præterito præsens, præsenti futurum succedere festinat, & initium atq; finem æternitati ascribere non

formidat. Si uero dicatur q̄ omnia possideat, & amictus lumine sicut uestimento refulgeat, statim hoc habitu cogitatio eum priuat, dum amictum lucis uel possessionem rerum ab eo seperat. Quòd si semper præsens adesse testatur, confestim situs standi uel sedendi imaginatur. Si uero uniuersa regere referatur, actus laboris æternam requiē annullare conatur. Porrò si affirmetur patiēs, mala nostra sufferens, ilico passio se ingerit, & impassibilem pati con
als, locutio tendit. His quippe decē cuncta humana†conditio includitur, & ab his omnibus proprietas summæ essentiæ euidēti ratione penitus excluditur. Cuncta etenim quæ uel oppositionem uel contrarietatem uel accidens suscipiunt, nulla ratione deo proprie cōueniunt. Igitur cum ratione repugnāte nihil de deo proprie loqui ualemus, saltem improprie & per ænigmata
Cap. IIII de deo loqui satagimus. FRA. Euidens ratio quidē docet deū humanis uerbis inediibilem, sed intellectualis mens inhiāter desiderat eum sibi utcunq; fieri cognoscibilem, quæ mens instar speculi animæ uidetur, in quo ipsa imaginem creatoris sui cōtempletur. MAG. Vniuersa quæ in rebus creatis nouimus, per corporeos sensus cognouimus. Et ea quidem
als, scimus quæ nec uisu nec experiētia didicimus, per comparationes uisorū uel expertorum†discimus, ut quæ de bestijs uel ignotis hominibus legimus: quæ aūt nobis penitus incognita per comparationes notas nō signantur, nunq̄ prorsus scientiæ nostræ notificantur. Et ideo quia spiritalia nobis sunt inuisibilia, atq; corporeis sensibus incōparabilia, nunq̄ erūt aliqua ratione nobis probabilia. Quia uero hæc cōstat esse, sed per similia edoceri nequeunt, fidem tantum credentium exigunt. FRA. Quæ ratio argumentis probat, quanq̄ in comparatione desiciat, necesse est ut rationalis quisq; credere non renuat: tu tamen profer quid de spiritibus sciendum tibi ratio innuat. MAG. Sex modis in scripturis spiritus substantialiter dici, non
Ioan. 4 nescio à uobis sciri. Primo summus omniū deus spiritus appellatur, ut ibi, Spiritus est deus,
Psal. 105 & qui adorant eum, in spiritu oportet adorare. Secūdo angeli spiritus dicuntur, ut ibi, Qui
Psal. 145 facit angelos suos spiritus. Tertio animæ spiritus nuncupātur, ut ibi, Exibit spiritus eius, &
Eccls 5 caro reuertetur in terram. Quarto uita brutorū animalium spiritus uocatur, ut ibi, Quis scit
Psal. 10 si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto uenti dicuntur spiritus, ut ibi, Spiritus
Psal. 118 procellarum. Sexto aër scribitur spiritus, ut ibi, Os meū aperui & attraxi spiritum. Quorum definitio talis est, Aër est spiritus sensibilis, quē nos attrahēdo sentimus, ipse nihil sentiens, cunctis tamen sub cœlo uiuentibus spiramen exhibens. Ventus spiritus est aër, dei nutu aliquo modo agitatus, procellis aquarum augmentatus, per angelica ministeria excitatus, per eadem tranquillatus. Vita brutorum animalium est spiritus uitalis, constans de aëre & sanguine, animalis, inuisibilis, sed sensibilis, memoriam habens, intellectu carens, cum carne mo
Anima intellectiua quid sit. Cap. V tiens, in aëra euanescens. Anima uero spiritus est substantia incorporea, corporis sui uita, inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocalis, passibilis, nec quantitatē mensuræ, nec qualitatem formæ uel coloris susceptibilis, memorialis, rationalis, intellectualis, immortalis. Et ne hæc uacillet definitio, ratio eam probationibus roboret. Anima est spiritalis substantia, Omne enim quod alij uitam submināstrat, ipsum est necesse ut subsistat: sed anima uitam corpori tribuit, igitur anima realiter subsistit. Hanc uero uitā esse ipsamet probat, dum præsentia sua corpus uiuificat, absentia sua idem mortificat. Hæc nobis quidē est inuisibilis, sed spiritibus uisibilis. Hanc etiam sensibilem esse constat, dum oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera uel lenia sentire præstat. Est quoq; mutabilis: omne enim quod melioratur & peioratur mutabile est: sed anima uitijs peioratur, uirtutibus melioratur, igitur mutabilis est. Est etiam illocalis: omne enim quod loco includitur, altitudine, latitudine, longitudine aëris circumscribitur, corpus est: sed ratio docuit animam incorpoream esse, id est, nec corpus nec aliquod membrum habere, igitur constat eam esse illocalem: non enim spacium aëris ut corpus occupat, nec corpus ut aqua utrem implet: sed ut calor toto igni illocaliter inest, ita anima totū corpus illocaliter possidet. Ignis quidē est uisibilis, sed calor inuisibilis & sensibilis, & quodammodo ignem uiuificans: ita anima inuisibilis, sed sensibilis, uisibile corpus quadam occulta ui sensificat & uiuificat. Hæc est quoq; passibilis:

A passibilis. Omne enim quod mœrore afficitur passibile est, sed anima dum suæ uoluntatis compos nō efficitur, dolore mœsticiæ afficitur, igitur passibilis esse cōuincitur. Ab hac quantitas excluditur, dū nec altitudine aut latitudine aut longitudine metitur, nec sex circunstātijs, scilicet ante & retro, dextrū & sinistrū, sursum & deorsum se includere patitur. Qualitas etiam formæ uel coloris ab hac secernitur, dum nulla forma uel humani corporis, uel ullius coloratæ rei illi ascribitur. Hæc est memorialis, quia præterita recolit. Est etiā rationalis, quia præsentia discernit. Est intellectualis, quia futura intelligit. Hanc immortalem hinc esse constat, q̄ memoriam sui apud posteros perenniter durare laborat. Angelus autem spiritus est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impassibilis, malorum tetra & passibilis. Sed uidendum est utrū aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur, cū à nobis minime uideatur. Angelos esse ipsa insensibilia probant, quæ tam certam sui motus legem obseruant. Omne quippe quod mouetur, aut motum à se habet aut aliunde: sed omne quod motum à se habet est sensibile, ut anima: quod aliunde, insensibile, ut corpus. Quòd si sol, luna, & sydera per se mouētur, sensu uel ratione uigere uidentur, quæ tā certa tempora, tam certa cœli spacia custodiunt, & quòdammodo suum intellectū huic mundo lumine uel signis innuunt. Sed qui ea rationabilia uel saltem sensibilia corpora arbitrātur, iure sensu carentes, inter irrationabilia computātur. Cum autem uere sint corpora uisibilia, sed motu carentia, utputa insensibilia, & tamen moueantur, constat profecto q̄ aliunde moueātur. Restat igitur ea per angelica ministeria moueri: similiter uentos, pluuias, grandines, fulgura, tonitrua, tempestates, auras, iussu dei per illos regi. Qui dubitat, & ea sensibilia putat, hunc ratio stultum cum insensibilibus probat. Bruta quoq; animalia usibus humanis per illos obsecundare uel aduersari qui nō credunt, aut illa per rationalem intellectum hæc facere credunt, longe à ratione recedunt. Sed & cuncta quæ in rebus insensibilibus uel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari qui
B ambigit, multum à luce ueritatis desipit. Igitur constat angelos uere esse, & cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum & nostram scientiam, q̄ ipsi omnes causas rerum antecēp eueniant præsciunt, nos autē uix & cum magno labore inuestigamus eas, postēp res in actu constant. Porrò summus spiritus, sicut à nullo intellectu ualet proprie cogitari, ita nulla definitione poterit proprie definiri uel determinari. Sed quia intellectualis mens eum utcunq; agnoscere anhelat, hæc ænigmatica definitio ei interim sufficiat. Deus spiritus est essentia inuisibilis, omni creaturæ incomprehensibilis, totam uitam, totam sapientiam, totam æternitatem simul essentialiter possidens, idem ipsa uita, ipsa sapientia, ipsa ueritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens. Si autem aliquis insipiens tantum desipiat, ut deum esse diffidat, hunc solum uere esse, & alia omnia ab ipso habere esse hac ratione colligat. Omnis substantia aut per se subsistit aut per aliud, sed hunc mundum non subsistere qui contēdit, hic fatuus in nihilum tendit. Mundum autem non per se subsistere constat, dum eum ratio cœpisse doceat, partibus enim constat. Omne autem quod partibus coniungitur uel in partes resoluitur, ab aliquo utiq; coniunctionem uel resolutionē patitur. Mundus ergo non per se subsistit, & ideo sequitur q̄ creatura sit. Creatura autem ad aliquid, scilicet ad creatorem refertur. Solus ergo creator per seipsum & in seipso existit, omnis autē creatura per ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet, tunc deo maius est à quo hoc habet: quod deo inconueniens est. Et cū nihil præter creatorem & creaturam existat, si deus per seipsum non habet esse, necessario consequitur ut per creaturam existat: quod inconuenientissimum est. Amplius, Substantia mundi in diuersa genera & in differentes species diuiditur, & in his singulis bonum inuenitur. Omne enim utile bonum: uniuersa quippe utilia consyderātur, & ideo singula bona comprobantur. Omne autē bonum, aut per se bonum est, aut per aliud. Sed diuersa bona participatione unius boni bona esse necesse est. Diuersitas quippe recipit maius & minus: nam quantum ad genus, lapis est minus bonum, qui tantum est & non uiuit: lignum maius bo

Angeli definitiò, & an sint, & de cō rū noticia. Cap. VI

Quòd deus sit, & quid sit, ænigmaticæq; descriptionis eius pulchra deductio. Cap. VII

num, quod crescendo uiuit:equus illo melius,qui uiuit & sentit: homo illo præstantius,qui C
uiuit,sentit,& ratione discernit.Restat igitur his maximũ & summũ bonũ,de quo omnibus
inferioribus profluat bonum: & hoc bonum deus est, de quo quasi de fonte cuncta bona
profluunt, & in eundem cuncta refluunt.Hic solus uere est, & ideo ueritas est.Omne enim
quod est,uerum est.Quod uero nõ est,falsum est:sed deus uere est,igitur ueritas est. Crea-
tura autem ei collata quasi nõ est, & idcirco quasi falsitas ad ueritatẽ est.Omne enim quod
ex nihilo esse cœpit, in nihilũ redigi poterit: sed omnis creatura ex nihilo à deo producta,
ad aliquid esse est producta, igitur si ei comparatur,nihil esse probatur. Nulla ergo mens
deum esse dubitat, per quem alia cuncta esse cõsyderat, huius essentia est uita.Omne enim
quod est,aut uiuit, aut uita caret:omne autem quod uiuit,aut per se uiuit,aut per aliud:sed
deus per seipsum & in seipso uiuit, & alijs omnibus uiuere tribuit, igitur uera est uita & ui-
talis uita: seipsum quoq; & totam facturam suã sapit & intelligit, cui nihil aliud est sapere,
& uiuere & esse,igitur sapientia est. Seipsum etiam & omnem creaturam diligit,quia iusti-
tia est,& hanc increatam iustitiam nõ aliunde accipit,igitur iustitia & dilectio existit.Initio
De cognitione & fine caret,præteritum & futurum non habet,igitur æternitas est. Cum itaq; ra-
diuinæ claritatis tio deum ueraciter esse probauerit, & hunc uitam,sapientiam, ueritatem,iustitiam & æter-
Cap. VIII nitatẽ ueris assertionibus essentialiter esse docuerit, restat nunc ut ad hunc quoq; uidẽdum
aliquam fenestram aperiat,per quam mens per quosdam gradus scandens prospiciat,qua-
tenus regem gloriæ in decore suo uidere prævaleat.Pedetentim autem ratio per corporalia
gradiatur,ne infirmus intellectus per ardua nitens, difficultate confractus relabatur.Inpri
mis igitur hunc corporeum solem mente consyderemus, cuius claritudine totum mundi or
bem illuminari uidemus. Post hunc solem milia milium angelorum deo ministrantium at
tendamus,quos singulos ratione monstrante septies,imò centies sole splẽdidiores sciamus:
nam hic sol est minister mundi, angeli autem templa dei. Quantum ergo differt templum
dei à seruo mundi, tantum differt claritas angelorum à claritate solis. Deinde decies milies D
centena milia sublimium angelorum deo astantium perpendamus, quos singulos centies,
imò milies præ sole clariores pro certo noscamus.Sicut enim luna stellas,sol lunam in clari-
tate excellere cernitur:sic quilibet superior ordo angelorum inferiorem ab angelis usque ad
Seraphin gloria, dignitate, claritate præcellere creditur.Post hos innumerabilia milia san-
ctarum animarum inspiciamus, quas singulas longe sole lucidiores, angelis beatitudine &
claritate coæquandas nõ dubitamus.Tot & tantis luminibus singulariter consyderatis,sin-
gulorum etiam magnitudinem contemplemur,quatenus ad id quod intueri anhelamus,fa
cilius subleuemur. Cogitemus itaq; animam splendidum ignem,cuius minima scintilla ra-
tione instruente uincat hunc solem.Omne enim quod ab alio includitur,minus eo quod se
includit,esse necessitate cõuincitur:sed cogitatio animæ quæ eius scintilla est,nõ solum hunc
solem,sed & totum mũdi ambitum breui spacio includit, & totus orbis eã minime circum-
scribit:igitur cõstat quanq; animam toto mundo longe maiorem fore. Angeli autem sicut
ab animabus beatitudine,ita etiam differunt magnitudine.Hic nemo magnitudinem cor-
poralis quantitatis intelligat,sed illam potius intellectualem,quæ hunc mundum corpore-
um,& cuncta in eo corpora ad paruitatẽ redigat.Hinc iam mens se in alta eleuet, cor suum
quantum potest dilatet,tot luces inæstimabili claritate,incomparabili magnitudine resplen
dentes sub se prospiciat: super se uero quãdam admirabilem lucem,quæ omnium illarum
lucium lux sit,intẽdat,quæ sic super tot & tantas luces longe refulgeat,sicut sol super omnes
stellas luceat: cuius lucis ineffabilem magnitudinem & admirabilem pulchritudinem illæ
tot & tantæ luces iugiter admirẽtur, & in cuius affluentissimam dulcedinem indefesse pro-
spicere delectentur.Hæc profecto est lux inaccessibilis,quã inhabitat essentia dei,solis mun
dis cordibus uisibilis. Nullus hic cogitet luce deum,quasi tabernaculo hominem circunda-
tum, quasi aliud sit deus qui lucem inhabitet,& aliud lux quam inhabitet, sed potius illam
lucem essentiam dei sciat, in qua uniuersa bona simul locata sciat. Hæc est lux quæ angelos
& animas

A & animas in cœlis sua uisione satiat.Hæc est quæ mũdicordes per contẽplationẽ illuminat.
Hæc est quæ solis lucernam in mundo commorantibus, ut candelæ lumen in carcere positis
præstitit,qua de tenebris ad lucem,de morte ad uitã,de exilio ad patriã remeare possint.
Ergo in oratione taliter mens nostra deum meditetur,taliter intentio nostra imaginem De uarijs nomini-
eius contempletur,scilicet talẽ lucem quæ sic super solẽ,ut sol super candelã resplendeat,imò bus beatæ uisionis,
talem quæ sic super innumera angelorum & animarũ milia præ sole centies splẽdida, ut sol quã iusti deũ uidẽt
super sydera refulgeat. Vnde dicitur pater luminum in canonica Iacobi, Omne datũ opti- Cap. IX
mum & omne donũ perfectũ desursum est,descẽdens à patre luminũ. Non multũ quippe Iac.
à ueritate aberrat qui talem dei imaginẽ ante oculos cordis in oratione uersat.Hæc præsens
uisio dei facie ad faciẽ regnũ cœlorũ uocatur, quia extra hoc corporeum cœlum,imò extra
omnem locum,angeli & iusti qui cœli nominãtur,hac uisione fruũtur.Idcirco etiã quamuis
deus in omnibus creaturis essentialiter manere credatur,proprie in cœlis,id est,in iustis ha-
bitare prædicatur:quia ipsi inhabitationẽ eius fruendo sentiunt, & eũ omnibus rebus inesse
gaudentes consp iciunt,quẽ sibi minime adesse cognoscunt qui terrena diligunt.Sicut enim
uidens & cæcus in sole stantes,uidens claritate solis uidẽdo fruitur,cæcus lumine eius priua-
tur,& quamuis præsentia solis utriq; æque assit,tamen eius præsentiã non æqualiter uterq;
sentit:sic deus hos tantũ inhabitare dicitur, q eius præsentia facie ad faciẽ uidẽdo ut angeli,
aut per cõtemplationẽ speculãdo ut iusti in hac uita fruũtur:in his autẽ non esse dicitur,qui
eius uisione priuãtur.Vnde & intra nos regnũ cœlorũ esse prædicatur,quia uisio dei omni-
potẽtis,quæ regnũ cœlorum,id est,iustorũ nominatur,in angelis & iustis cõtemplatur.Hæc
etiã uita æterna appellatur, quia beati in præsentia deficiẽtis uitæ plene perfruũtur,& nunq;
nec morti,nec ullis doloribus ministris mortis subiacere permittuntur.Ad hoc nanq; creati
sunt ut æternaliter uiuãt,& æternã uitã æternaliter aspiciãt.Hæc quoq; cœlestis ciuitas nũcu
patur,quia unanimitas illorũ ciuiũ ad uidendũ regẽ gloriæ in decore suo congregatur.Hæc
B nihilominus Hierusalẽ cognominatur, quia uisione semper manẽtis pacis satiatur.Hæc pa
radisus uocitatur,quia omnimoda omniũ delitiarũ abũdãtia iocũdatur.Hæc quoq; supna
patria nominatur,quia omnes iusti hãc uisionem,utputa filij dei, hæreditare nõ dubitãtur.
Cum ergo sanctos in oratione inuocatis, sic oportet de eis cogitare cõstitutis in gloria æter
næ claritatis, scilicet splẽdidissima lumina longe præ solis fulgore lucentia, qui omnia bona
pleniter in dei uisione habeant, & cunctis se inuocãtibus potenter subueniant. FRA. Sol
æternus ad quem uidendum nos tua dulcis oratio perduxit,& cuius serena lux in cordibus
nostris per tua uerba illuxit,ipse te de tenebris exemptum in lucis regione cõstituat,& inter
luces quas prædicas, te lucentẽ luce suæ uisionis perenniter frui tribuat. MAG. Si quid per
me probabile profertur,nolo ut inde mihi,sed deo,cuius donum est,gratia referatur,qui sæ
pe per abiectos seruos ad hæreditatẽ suæ uisionis filios suos cõuocat,& per hostes de exilio
ad patriam iter salutis amicis prænotat. Et bene nostis aliquando deformem formoso spe
culum, imò cæcum uidentibus lumen tenuisse, ac claudum sanis gressu uiam ostendisse.
De necessaria per- FRA. Nos quoq; propter ea quæ audiuimus,perenni deo grates referimus,cuius uisio
sonarũ trinitate in per te nobis innotuit,& qui talẽ thesaurũ carnalibus absc ̃ditum per te nobis protulit.Sed
essentiæ unitate quia põdus carnis animã aggrauat, ecce iterũ carnalis cogitatio mentẽ diuina contemplan
Cap. X tem pulsat.Cũ enim superius ratio unũ deũ uerissime esse demõstrauerit,& ipsum solũ cun
cta ex nihilo fecisse probauerit,quomodo quasi tres deos adorare docemur,dũ patrẽ perfe
ctũ deum,filiũ perfectũ deum,spiritũsanctum perfectũ deum cõfiteri monemur? Dũ enim
subdistinctæ tres personæ distinguũtur, quid aliud q ̃ tres dij à nobis intelligũtur? MAG.
In ipsa ueritate se demõstrãte & ratione probante,citius uidebitis necessariũ in una essentia
personarũ trinitatem,itẽ per omnia necessariã in tribus personis indiuiduæ substãtiæ unita
tem:cũ iam superius ænigmatice de deo loquerer,quia nõ poterã proprie,quid dixi essentiã
dei esse? FRA. Lucem. MAG. De luce quid gignitur? FRA. Splendor. MAG. Quid
in luce & splendore simul consyderatur? FRA. Calor. MAG. Num in substantia lucis,

splendoris & caloris inuenitur diuersitas? FRA. Non,sed identitas. MAG. Num in uocabulis uel officijs prædicatur identitas? FRA. Minime,sed diuersitas:nã lucis uocabulum ipsam substãtiam,splẽdoris uocabulũ lucis gratiã, caloris uero uocabulũ uidetur exprimere lucis efficaciam. MAG. Igitur patet tria uocabula diuersa unam cõstare indiuiduam essentiam. FRA. Per omnia patet. MAG. Summum spiritum patrem lucẽ appellari habetis in Ioanne apostolo, Deus lux est, & in eo tenebræ nõ sunt ullæ.Summũ quoq; spiritũ filium splendorem nũcupari habetis in alio Apostolo, Qui est splẽdor substãtiæ eius.Summũ nihilominus spiritũsanctum calorẽ nominari apud Moysen, Deus noster ignis est.Cũ itaq; lux,splẽdor,calor una sit natura & indiuidua substãtia, uocabula uero diuersa,cõstat profecto patris & filij & spũssancti unã naturã indiuiduãq; essentiã esse,dũ in eo quod significat quid sit,substãtialiter spiritus nominatur:& itẽ in personis diuersitatẽ necessariã,dum pater gignẽs,filius nascẽs,spiritussanctus ab utroq; procedẽs prædicatur. FRA. Planè trinitatem in personis perspicue uidemus, & necessariam in substantia unitatem euidenter tenemus.

1.Ioan.1
Heb.1
Deut.4

Vnde substãtiæ & personæ nõia ad diuina trãsferantur, & unde pater dicatur uel gignens Cap.XI

MAG. Ideo uigilantissime hæc duo nomina,scilicet substantia & persona diuinæ essentiæ coaptãtur, quia semper substãtia de indiuiduis prædicatur in pluralitate cõsistentibus: persona autẽ de indiuidua rationali natura prædicatur,cũ nos soleamus personis pluralitatem,substãtiæ autẽ designare essentiæ unitatẽ. FRA. Qua similitudine uocatur æterna lux pater? MAG. Quia ex se prolẽ genuit æqualem. FRA. Nõne sibi magis matris nomen cõuenire uideretur? MAG. In patre est semper principalis causa prolis, & ideo à principali sexu debuit iure hoc nomine appellari. FRA. Qua similitudine dicitur gignens? MAG. Certum est q̃ mens gignit cogitationem. Cum autẽ mens seipsam cogitat,quasi aliam sibi similem generat. Sic summus deus cum seipsum talem qualis est cogitauit,proculdubio similem sibi per omnia imaginẽ generauit.Et sicut gignens iure pater uocatur, ita rectissime genitus filius nominatur.

De coẽternitate filij cum patre Cap.XII

FRA. Si deus filium genuit , uidetur aliquando fuisse q̃ filium non habuerit, & hoc nomen ex accidenti possederit, Quòd si hoc ita est,superior prolatio labefactatur,qua deo nihil accidentale,sed totum essentiale prædicabatur. MAG. Iam docuit ratio,dei essentiã esse æternam uitã, initij & finis nescią. Quòd si hæc singularis uera uita absq; initio semper fuit,cõstat q̃ & absq; initio semper se uiuere intellexit.Quòd si se uiuere non intellexit,sapiens non fuit,quod nefas est de deo dicere.Quòd si aliquando sapientiam aliunde accepit,qua prius caruit,tunc id à quo tantũ bonum accepit deo melius extitit,quod absurdissimũ est. Sed si sempiterna uita semper se uiuere intellexit,hæc intelligentiæ sapientia non aliunde ei accidit,sed semper ei coëssentialis fuit,quanq̃ hanc ex se ut prolem suã ineffabiliter genuerit:igitur pater nunq̃ sine filio extitit.

Vnde filius dicatur splẽdor æternæ lucis, & non filia Cap.XXIII

FRA. Qua similitudine splendor æternæ lucis filius uocatur,non filia? MAG. Quia per omnia similitudo patris in eo exprimitur, unde & similitudo eius dicitur. Nihil enim in rebus creatis ad integrum eius similitudinem seruat à quo nascitur.Capilli nanq; à capite nati sunt capiti dissimiles,poma ab arboribus nata sunt illis dissimilia,lana dissimilis ouibus.Fœtus animal ũ, uel ipsi filij hominum,non per omnia similes qualitati genitorum.Hic autem per omnia gignenti est simillimus,& ideo uerissime nõ filia,sed filius uocatur.

Quare uerbũ dicatur filius,& de triplici uerbo Cap.XIIII

FRA. Qua autem habitudine filius uerbũ uocatur? MAG. Tripliciter uerbum intelligitur:uerbi gratia,Cum hoc uerbũ homo,homo profert ore,aut cũ idem uerbũ homo, absq; motu linguæ in corde suo format,aut cum res ipsa quã significat illud uerbũ homo,qualis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo deus uerbũ suum genuit, cũ seipsum cogitãdo dixit , Et quia totã mundi formã eadẽ cogitatione creauit, ideo dicitur, q̃ omnia in uerbo suo fecerit:unde & de creatione mũdi legitur,Ipse dixit & facta sunt. Nihil enim aliud est filius uel uerbũ dei,q̃ cogitatio uel ars uel sapiẽtia eius . Nempe cũ nos aliquã rem cogitamus,ipsius rei imaginem in cogitatione nostra formamus:sic deus cum seipsum cogitauit,similem sui per omnia imaginem formauit:ideo hoc uerbum imago uel similitudo dei dicitur,sed nihil aliud nisi eadem essentia exprimitur:unde & hoc uerbum dicitur quasi uere bonum.

Quare

De creaturarum trifaria subsistẽtia Cap.XV

FRA. Quare dicitur,Omne quod factum est,in ipso uita erat? Num lapides qui stolidi sunt,in uerbo dei uiuunt? MAG. Omnis creatura trifarie subsistere dicitur,In deo,in seipsa, in nobis.In deo uita immutabilis, in seipsa substãtia commutabilis, in nobis similitudo rerum imaginabilis:uerbi gratia,Lapis in seipso est substantia mutabilis, quia in calcem commutabilis, in nostra cogitatione similitudo lapidis, in arte dei essentia interminabilis, uitæ durabilis.Cum enim artifex domum facere cogitat, iam domus in ipsa arte uiuit,quã postmodum manus ædificat. Sed illa quã manus erigit, corruet : illa uero quæ in arte uiuit,permanet.Nihil quippe aliud est ars q̃ anima,& anima nihil aliud q̃ ars eius:& ars eius nihil aliud est q̃ ipsa uita:sic uerbũ dei nihil aliud est q̃ ars eius,& ars nihil aliud est q̃ ipsa uita, & in hac cuncta immutabiliter permanebunt , quæ in substantia sui mutabilia deficiunt.

Quõ solum uerbũ incarnari potuit Cap.XVI

FRA. Cum euidens ratio idẽ uerbum cum patre & spiritusancto, unã & indiuiduam substantiam inexpugnabiliter probauerit,quomodo solum incarnari potuit? Si enim à patris & spiritussancti essentia est separatum,& sic singulariter in humanitate,cõstat profecto q̃ patris & filij & spiritussancti substantia non est indiuidua,quæ potuit pati separationis discrimina. MAG. Sicut sempiterna uirtus diuinitatis per ea quæ facta cõspiciuntur potest intelligi,sic hoc profundũ mysterium & occultum,per ea quæ in nobis gerũtur ratione perscrutãte poterit inspici.Notum est enim q̃ humana mens uerbũ communis locutionis ex se cogitando gignit,& idem uerbum in mente & in memoria simul una essentia existit. Cum uero mens uerbum suum alijs innotescere cupit , cum cadẽ cogitatione quæ nihil aliud est q̃ uerbum suum,& cũ memoria disponit,quod idẽ uerbum corpus uocis induit,& auribus audibile,& cordibus audiẽtium uisibile procedit, & etiã litteris corpus suum ligari & uideri permittit,& tamen inuisibile manens, de essentia mentis & memoriæ nõ recedit.Non ergo mens neq; memoria, sed solum uerbum singulariter sonuit per corpus uocis sensibile,& tamen inseparabiliter mansit in essentia mentis & memoriæ inuisibile. Sic summus pater uerbum suũ seipsum cogitãdo genuit,quod in patris & spiritussancti essentia simul coëssentiale subsistit:sed tamen nec pater nec spiritussanctus, sed solum uerbum quod est patris filius, singulariter humanũ corpus induit, se hominibus sensibile exhibuit,corpus sumptum indigna pati permisit,& ipsum inseparabiliter in essentia patris & spiritussancti inuisibile & impassibile permãsit.

Quare amor dei spũs nominetur & sanctus. Cap.XVII

FRA. Qua autẽ similitudine amor dei spiritussanctus nominatur? MAG. Dei essentiam dixi esse uitã,uera autẽ uita se uiuere intelligit, & si se uitam intelligit, se utiq; diligit.Dei autem uiuere,intelligere,diligere,nihil est aliud q̃ existere.Dilectio ergo dei est uita, & uita est spiritus. Et quia deus per dilectionem cunctis esse uel uiuere tribuit, idcirco spiritus nuncupatur.Ideo autẽ sanctus additur,quia cuncta per eum sanctificãtur.

De spiritusancto Cap.XVIII

FRA. Qualiter probatur hic spiritus à patre & filio procedere? MAG. Nihil aliud spiritussanctus,q̃ amor dei intelligitur,unde & deus charitas dicitur.Constat autem quia pater filium ut seipsum diligit, & item filius patrem tanq̃ seipsum diligit. Vita nanq; diligit se sapere, & iterum sapientia diligit se uiuere:uitæ autem & sapientiæ probata est una essentia esse . Igitur dilectio uel amor uel charitas,quod est spiritussanctus,in substãtia patris & filij coëssentialis existit,& ideo ab utroq; æqualiter procedit. FRA.Si spiritussanctus patri & filio coëssentialis existit,quomodo ab indiuidua substantia separari potuit,cum in specie columbæ super dominum,uel in forma ignis super apostolos apparuit? MAG. Sanctispiritus substantia non in columbam uel ignem est transmutata, sicut nec uerbi in carnem est transformata:sed spiritussanctus columbæ corpus cõdidit,in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter unitũ , ad testimoniũ hominibus uisibilem præbuit, ipse uero inuisibilis in essentia patris & uerbi inseparabiliter mansit.Animas quoq; discipulorum interius possidens,foris speciem ignis uel luminis oculis hominũ pro signo exhibuit, & tamen à substantia patris & filij non recessit:Profecto insinuans q̃ pater & filius per eũ peccata consumunt, & in eorum amorẽ hominum corda per ipsum accẽdunt, & q̃ impios per eum iudicabunt, iustos uero lumine uitæ in ipso glorificabunt.

Cur æqualitas ꝑſonarum deitatis nomine potiſs.honoretur.Cap.XIX

FRA. Quomodo conſtat has perſonas eſſe coæquales? MAG. Deus eſt ſumma uita, ſumma ſapientia,ſumma dilectio.Quantum ergo uita uiuit,tantum ſe intelligit,& tantum ſe diligit.Si enim non tantum ſe intelligit quantum uiuit,nequaq̃ ſumma ſapientia erit:& ſi non tantum ſe diligit quãtum ſe intelligit, ſumma dilectio minime exiſtit.Sed cum ipſius ſubſtantia ueriſſime ſummum bonum ſit, ſumma autem uita & ſumma ſapientia & ſumma dilectio non niſi in ſummo bono inueniri poſſint, neceſſario ſequitur tres perſonas,patris gignẽtis,filij geniti,ſpirituſſancti procedẽtis,per omnia eſſe æquales,& in una eademq̃ indiuidua ſubſtantia ſummum bonũ exiſtentes. FRA. Cur in his uocabulis magis deitas ueneratur q̃ aliarum uirtutum,cum miſericordia & iuſtitia,& cæteræ uirtutes eius eſſentiæ aſſignẽtur? MAG. Quia illa ſunt ei proprie ſecundũ ſe ſubſtantialia,iſta uero ſecundũ nos ei accidẽtalia.Miſericors nanq; inde dicitur, nõ q̃ miſerum cor habeat, ſed omnẽ miſeriam longe à deo eſſe ratio probat.Iuſtum autem humana locutio nominat,qui bonis bona,malis mala recompẽſat.Verum quia deus miſeris in miſerijs ſubuenit, nomen miſericordis & miſericordiæ accipit, quamuis ſi nunq̃ aliquis miſer fuiſſet cui miſericordiam impenderet, non minus tamen in ſubſtãtia ſui ipſa miſericordia exiſteret.Quia uero iuſtis largitur præmia, iniuſtis irrogat ſupplicia , iuſte uocatur iuſtus uel iuſtitia, tamen ſi nullus foret cui uel gloriam uel pœnam impenderet, non minus ipſe iuſtitia exiſteret.Sic de cæteris uirtutibus

Si nullus eſſet miſer uel dãnatus, ad huc deus ſuã miſericordiã uel iuſtitiã poſſet oſtendere Cap.XX

ſentiendũ eſt. FRA. Hinc maxima uidetur quæſtio ſuboriri,ſi miſericordia dei nõ potuit dinoſci niſi per miſeros,& iuſtitia eius ſciri niſi per dãnatos,uidetur ineuitabiliter ſequi, quoſdã neceſſario miſeros factos, per quos miſericordia dei manifeſtaretur:quod ſi ita eſt, tunc fruſtra prædicabitur malum nihil eſſe , cum nihil poſſit peius excogitari q̃ miſeria & damnatio : & ſi hoc per ualidiſſima rationis argumenta non infirmabitur, iam deus ſummum bonum minime cognoſcitur, imò autor eſſe tanti mali cõuincitur. Porrò ſi noluit uel non potuit oſtendere ſuam miſericordiam niſi in miſeris,iuſtitiam niſi in damnandis,quis non uideat ſequi eum maleuolum uel impotentem,in uno q̃ bonum niſi per malum oſtendere noluerit,in altero q̃ aliter facere non potuerit. MAG. Quis demens hæc præſumat dicere miſericordiam & iuſtitiã dei niſi per miſeros & damnandos manifeſtari non potuiſſe, cum manifeſte conſtet nos occultas diuitias nõ ſolum per egentes,ſed etiã per abundantes demõſtrare poſſe.Si enim occultam habuero pecuniã, non ideo neceſſe erit quenq̃ pauperem exiſtere cui largiendo eã manifeſtam faciã, cum idipſum diuiti tribuẽdo facere queam: ſed potius ſi quilibet pauper exiſtens ad me uenerit, de occulta pecunia ei miſericordiã impendi oportebit. Sicq̃ eius experiẽtia me largũ & locupletẽ comprobat, quod idẽ in diuite poſſe fieri cõſtat , quamuis diuitis aut pauperis ſcientia uel experientia nihil mihi utilitatis, utputa omnia bona habenti conferat.Ipſis autẽ utilia,imò neceſſaria me habere eis ſcire & experiri multũ expediat.In hunc quippe modũ ſi nullus aliqñ miſer uel damnabilis fuiſſet, deus omnipotẽs miſericordiã & iuſtitiã in angelis & hominibus nõ minus manifeſtare potuiſſet,de ſua uidelicet abũdantia eis miſericorditer largiẽdo quod minime haberẽt, præſertim cũ omnis creatura à ſe nihil omnino habeat, ſed omnia ab ipſo fonte omniũ bonorum accipiat,ac dona ſua in ſuis iuſte cõſeruãdo quæ ab eo accepiſſent.Et ideo nõ erat neceſſe ut uel angelus damnationẽ ad manifeſtandã dei iuſtitiã,uel homo miſeriã ad declarandã dei miſericordiã inciderent, cũ utrunq̃ inſtãtibus angelis declarauit, miſericordiã uidelicet,eos à lapſu conſeruãdo,iuſtitiã,eis præmia dãdo.Quia autẽ libera uolũtate angelus uel homo à deo apoſtatauerũt,miſericordiã & iuſtitiã quaſi prius occultã,manifeſte experti ſunt,dum illũ iuſtitia manifeſte dãnauit,iſtũ miſericordia miſericorditer de miſeria liberauit. Et cũ in hac experiẽtia nihil deo utilitatis accreuerit, in quo plenitudo omniũ bonorũ ante omnem creatã creaturã fuerit,ſequitur q̃ nulla neceſſitas, ſed ſola uoluntas eos ad miſeriã cõpulerit.

Malum quid ſit, & q. i regno dei nihil inordinatum relinquatur. Cap.XXI

Deum autẽ autorẽ mali nõ eſſe hinc aperte cõſtat,q̃ ipſe omne malũ damnat.Porrò q̃ malum nõ ſubſiſtat,euidens ratio probat.Omnis enim ſubſtantia bona eſt,ſed malum bonum nõ eſt,igitur malũ ſubſtãtia nõ eſt, ſed priuatio boni eſt, Videtur aũt malũ quoddam agendi

agendi uel patiẽdi ſeparabile accidens. In actu quidem,dum inordinate agitur:in paſſione autem, dum inordinata actio bene ordinabitur. In regno quippe cuncta ordinantis nihil inordinatum relinquitur . Eſt autẽ rectus rationalis creaturæ ordo, ut caduca reſpuat,man ſura appetat, homines in anima immortales diligat, deum ſummũ bonum præ omnibus amans,eius uoluntati obediat. Sed qui ſummum bonum contemnũt,caducum mundi bonum diligunt,ſuas animas deſpiciunt, ſicq̃ malum faciunt. Hoc uero malum ordinabitur, dum hæc actio in paſſionem mutabitur:nam dum tales & ſummo & caduco bono priuantur,neceſſe eſt ut aſperis,quæ blanditijs contraria ſunt,afficiantur,quæ tamen in ſeipſis non ſunt mala,ſed à patientibus uidẽtur amara:igitur per naturam nihil eſt malum.Deum autem ſummum bonum hinc conſtat,q̃ malis & reis quaſi cõtra iuſtitiã miſericordiam ſuam prærogat.Nempe à fonte ſummi boni talis iuſtitia manat, qua iure deus indignis miſereri debeat:qui etiam in hoc beneuolus comprobatur, quia ſolus tot bonis frui noluit,ſed ex nihilo tot ſubſtãtias protulit,quibus bona gloriæ diſtribuit.Omnipotens uero,imò ipſa hæc omnipotentia hinc determinatur, q̃ tantam machinam rerum cum omnibus quæ ſunt,potuit ex nihilo formare, & omnis creatura eum ad inconueniens non flectit,ſed quicquid eſt nutui ſuo paret. Hæc eſt tota munitio noſtræ propoſitionis,ſubruta arce manifeſti erroris.

Vnde creatura ſit cõdita. Ca. XXII

FRA. Vtile eſt munimen erroris ſubrui, & arcẽ ueritatis cõſtrui,cuius fundamẽtum quia ſuper omnia creãtem ſtabiliter locaſti, ſupereſt ut machinam ſuper originem creaturæ conſolides, ac finem mundi initio continuando ædifices, culmenq̃ in alto regni cœlorum conſummes. Itaq̃ ratione probãte nobis inſinua,utrũ uniuerſitas creaturæ ex creatoris ſubſtantia,an ex aliqua præexiſtente materia,an ex nihilo ſit condita. MAG. Huius ſtructuræ conditoriem hic artifex corroborabit,cuius opus nullius augmẽti molimen cõquaſſabit. Ex ſubſtantia creatoris ſe eſſe ipſa creatura negat,& euidẽs ratio totis armis ſuis repugnat. Deus nanque eſt immutabilis, omnis autem creatura mutabilis, quæ ſi ex immutabili natura proceſſiſſet, conſequenter & ipſa immutabilis perduraſſet. Porrò ſi corruptibilis natura ex ſubſtantia dei prodijt,ſequitur q̃ dei eſſentia corrumpi poſſit:quam cæcæ mentis inſaniam iacula rationis confodiunt, & à præſentia ueritatis longe reijciunt. Quòd autem ex nulla ſubſtantiali materia cõdita ſit,hinc conſtat, q̃ nihil præter deum fuerit. Reſtat ergo q̃ uniuerſitas creaturæ ex nihilo creata ſit, non q̃ nihil aliquid ſit, ſed quod non aliquid fuit,hoc aliquid creator eſſe fecit. Tamen ante creationem totius creaturæ,imago in uerbo,id eſt,in arce dei fuit,ad cuius exemplar uniuerſitas in creatione prorupit. Sicut enim pictor uarietatem picturæ prius in mẽte fingit, ad cuius ſimilitudinem poſtmodum uiſibilem picturam pingit:ita deus uniuerſitatẽ creaturæ prius in ſapiẽtia ſua formauerat,ſecundũ quã formam cuncta per multimodas ſpecies creauerat. Sed pictor picturam mente cõceptam in re non exiſtentẽ,per colores & per inſtrumẽta extrinſeca ad eſſe producit:deus autẽ uniuerſitatem creaturæ in ſapiẽtia ſua nullã quidẽ ſubſtãtiam exiſtentem,per nulla inſtrumẽta in tot ſubſtantias produxit,& ideo ex nihilo omnia fecit,& tamen quaſi non ex nihilo, ſed ex aliquo uiſibilis mũdus proceſſit,dũ inſtar archetypi mũdi formas induit.

Propoſitio quinq̃ difficiliũ quæſtionum. Cap.XXIII

FRA. Iam egregia turre in altum ſurgẽte diſcreta ratio tenebras erroris undiq̃ uerſum eliminet,præclarã ſtructurã ſerena ueritatis luce clarificet,ac nobis inclytæ ædis opus mirãtibus aperiat: Vtrũ creator in creatura,an creatura in creatore, an uterq̃ in utroq̃ conſiſtat;an potius creator extra creaturã alicubi in aliqua gloria ſubſtãtialiter maneat , an creaturã per ſe exiſtentẽ potẽtialiter repleat:an dimidius in cœlo,dimidius in mundo : an aliqñ totus in cœlo,aliqñ totus in mũdo ſubſiſtat,an p ſingula loca diuiſus, an in omnibus locis totus exiſtat:an aliqñ in hoc loco, aliqñ in alio loco ſit, uerbi gratia, heri Hieroſolymis, hodie Carthagini, cras Romæ morari credẽdus ſit,an extra omnẽ locum & extra omne tẽpus ſemp ubiq̃ ſit. MAG. Sicut ſol exoriẽs quaſuis innumeras rerũ formas tenebris obſitas cũctas ſua præſẽtia irradiat:ita potẽs ratio,licet multiplices nimiũq̃ perplexas ueſtras propoſitiones pſpicaci intuitu ſingulas diſterminat,reſq̃ profundiſſimas de obſcuriſſimis latebris protractas pſpicue elucidat.

Quod

Responsio ad primã, & q̃ creator in tota creatura cõsistat. Ca. XXIIII

Quod creator in tota creatura existat, omnis creatura probat, quæ se nihil à se, à deo autem esse & bonũ habere clamat. Deus nanq̃ est summa essentia & summum bonũ, omnis autem creatura per eum subsistit: omnis uero substantia bona est, quia ex summo bono est. Vbi autẽ deus nõ est, ibi nihil est: ubi autẽ aliquid substãtiale est, ibi deus est, ergo in omni creatura deus existit. Hic fortassis infirmus animus dicit apud se, Si deus in omni creatura est, tunc est in cœno, & in inferno, & in brutis animalibus, & in dæmonibus, quæ utiq̃ creaturæ sunt. Hic nullam inconuenientiam ratio aperta probat, quæ in his omnibus bonum probat & consyderat. Cœnũ quippe res aliqua est permixta cũ alia, utpote terra cum aqua, uel cũ alia huiusmodi: terra autẽ bona est, quia substãtia est, & aqua bona est, quia substantia est. Infernus quoq̃ dicitur esse igneus, & ignis est bonus, quia substantia est. Bruta etiam animalia singula in genere suo ad aliquid utilia sunt, & ideo bona sunt. Dæmones nihilominus in eo q̃ angelica sunt natura, boni sunt. Igitur cũ constet hæc singula in bono subsistere, necessario sequitur deũ qui solus bonitas est, in omnibus esse. Sed & omnis creatura deum sibi inesse per aliquid sentit. Angeli enim & uniuersa uiuẽtia deũ sibi inesse sentiunt. Deus quippe uita est, & omne quod uiuit uita uiuit. Non enim angelus magis uiuit q̃ uermis, licet ille sit immortalis, iste mortalis. Nec angelus magis subsistit q̃ uermis, quãuis illius substãtia sit æterna, istius autẽ caduca. Corpora autẽ cœlestia, sicut sol, luna, sydera deũ in se sentiunt, dũ per eum lucent & subsistunt. Arbores & herbæ deũ in se sentiũt, dum per eũ crescunt & subsistunt. Lapides uero deũ sibi inesse sentiunt, dũ per eũ subsistunt. Dæmones sibi deũ adesse sentiũt, dũ per eũ uiuunt, & sentiũt q̃ iudicio dei iusto mala in pœnis luũt. Deus enim iustitia est, & ubicunq̃ iustitia exercetur, deus ibi esse creditur. Sic deniq̃ adest imperator latroni dũ eũ dãnat, sicut militi dũ eũ remunerat. Et nemo opinetur deũ sordes mũdi abominari: sed solũ peccatorũ sordes nouerit eum execrari, nec eum ullo modo posse ulla re commaculari, sicut nec radiũ solis ulla immũdicia sordidari.

Quòd omnis creatura in creatore existere probetur. Cap. XXV

Omnis autẽ creatura in creatore hinc existere cognoscitur, q̃ extra deũ nihil esse creditur: sed tamen non sic est in eo ut sit eius substãtia uel pars eius essentiæ, ut cor est in animali uel pars animalis, sed ut lucernæ lumen in sole nõ est eius substãtia, neq̃ pars eius essentiæ. At aliquis stultus hic prorũpit & dicit, Si lapis est in deo, & deus est in lapide, ergo lapis est deus. Nõ utiq̃ sequitur, ut omne quod est in altero sit illud in quo est: nã uinũ est in utre, non tamen uinũ est uter. Sol quoq̃ in speculo, & speculũ in sole, & tñ neutrũ est illud quod aliud. Sicut aliquis Romæ positus, si cogitatione totã ciuitatẽ illuminaret, totã urbẽ cũ populo imaginãdo menti suæ includeret, recte diceretur Roma in eius anima, & eius anima in Roma esse, nec tñ eius substãtia esse: sic profecto deus in omni creatura, & omnis creatura in eo rectissime affirmatur, & tñ neuter est quod est aliud. Sed hic creator deus immutabilis uerissime prædicatur. Sed quia nos in tenebris nati sumus, lumen ueritatis uidere nõ possumus. Mundũ hũc super abyssum sun datũ: deũ autẽ in cœlis cũ angelis locatũ cogitamus, & extra hunc mundũ nihil nisi tenebras esse putamus, sed potius uisus mentis nostræ ueræ lucis magnitudine hebetatur: sicut corporeus oculus fulgore solis reuerberatur, & tenebræ nostræ tantã claritatẽ cõprehẽdere, & sua caligine cordis intuitu eã nos contẽplari præpediunt. Nẽpe totus hic mũdus instar breuissimi puncti intra deũ collocatur: fereniſſima autẽ lux maiestatis eius extra undiq̃ uersum in immẽsum diffũditur. Deus quippe uniuersa supra & infra, interius & exterius, & in circuitu essentialiter replet, & nullius creaturæ intellectus interminabilẽ eius substãtiã ulla cogitatione excedit. Hoc iterũ infirmũ intellectũ scãdalizat, & tacitus apud se uolutat, Si cũcta in deo sunt, ergo & lupi & serpẽtes & dæmones in eo sunt. Hic ut supra nulla incõuenientia cõprobatur, dũ in his omnibus bonum reperiatur: Omne autẽ bonũ in deo est, extra quẽ nihil.

Cur non tota creatura æqualiter bono fruatur Cap. XXVI

Sed quæritur, cur aliqua creatura quicq̃ mali patiatur, & non potius tota æqualiter bono fruatur, si deus qui est summum bonũ, in omni creatura esse declaratur. Sed sciendũ est, sicut anima per totum corpus diffusa, in singulis membris tota cõsistit, non tñ tota singulis membris administrationis suæ munera tribuit, sed oculo tantum uidere & non audire, auri autem

autem audire & non uidere, & cæteris in hunc modũ: membrũ autẽ cui donũ uegetationis subtrahit, stolidum & inutile remanebit, & hoc malũ pati uel nihil pati affirmatur, quia bono priuatur: sic deus per omnia diffusus in singulis totus consistit, nõ tamen singulis cuncta dona gratiæ suæ tribuit: sed singulis prout sibi placuerit, lapidi tantũ esse & nõ uiuere, arbori crescendo uiuere, nõ sentire, bestijs sentire, non discernere, angelis & animabus discernere & immortales existere. Cui autẽ aliquid horum subtraxerit, protinus in corpore uniuersitatis inutile erit. Et cũ ei bonum quod naturæ blandũ est subtrahitur, mox ex necessitate amaro quod ei cõtrarium est afficitur, ut homines in mũdo, dæmones in inferno: sicq̃ malum pati prædicatur dũ bono priuatur: sicut cæcus in sole positus tenebras pati dicitur, dũ luce non fruitur. Cur autẽ deus uni creaturæ dulcedinem suæ præsentiæ perfruẽdam exhibeat, alteri subtrahat, ratio nullo acumine penetrare ualet, sed terribilem deum in iudicijs suis stupet.

Cur nõ tota creatura in uno statu permaneat, cũ in deo sit qui immutabilis est. Cap. XXVII

Itẽ quæritur, si deus in omni creatura, & omnis creatura in eo est, quomodo aliquid deficiat & nõ potius totũ in uno statu p̃maneat, præsertim cũ immutabilis deus cũcta cõtineat. Sed sciendũ est, q̃ in hoc creator à creatura discernitur, dũ hic immutabilis, hæc autẽ multũ instabilis cernitur: cũcta autẽ æternitatem imitãtur, dũ deficiẽdo, & iterũ recrescẽdo, & iterũ quasi in circulis existẽtiæ semper rotãtur. Quia enim de nihilo originẽ simpliciter sumũt, in nihilũ recurrere, & quasi extra deũ exire cupiũt: sed quia exitũ nõ inueniunt, quasi in circulos reuoluta rursum in esse redeunt. Cœli quippe & sydera semper in circulos suos reuoluũtur: aquæ iugiter fluẽdo quasi pacto circulo in fontes suos reuertũtur. Arbores, herbæ, animalia crescendo, senescẽdo, putrescendo, iterũ recrescẽdo quodãmodo circulose circũaguntur. Hoc quoq̃ modo cũcta per se in nihilũ tendũt, sed per continentiã dei semper in datã naturam reuerti cõtendunt. Itẽ quæritur, si homo in paradiso perstitisset, utrũ hæc cũcta ut nũc mutabilia fuissent? Proculdubio cuncta cũ labili tempore ut nũc uices suas crescẽdo, deficiẽdo, nascendo, moriẽdo seruarent, ipse in uno statu stabilis & dñs omniũ perduraret: quia uero peccãdo instabilis extitit, ipse cũ tempore & caducis rebus labi cœpit.

Responsio ad reliqs quæstiones supra cap. 23. propositas Caput XXVIII

Fugatis tenebris de structura sacræ ædis, iã ad dissoluendas machinas contra eã erectas attingamus. Deum alicubi esse substãtialiter & ubiq̃ potẽtialiter, repugnat firmitati totius iã elaboratæ disputationis, & subruitur impulsu cuidẽrissimæ rationis. Si em̃ alicubi & nõ ubiq̃ substãtialiter est, tunc circũscriptus est & localis: & si localis est, tunc corpus est: & si corpus est, concluditur nõ esse deus. Amplius, si deus loco cõtinetur, tũc locus qui cũ cõtinet, maior & melior est illo: maior, quia deũ includit: melior, quia tantũ bonũ cõtinet. Porrò si in cœlo est substãtialiter, in mundo autẽ potẽtialiter, tunc eius essentia est aliud q̃ potẽtia, & sequitur q̃ hæc potẽtia ei ex accidẽti aduenerit, quod superius ratio à facie ueritatis repulit. Si autẽ dimidius est in cœlo & dimidius in mũdo, tunc creatura cõtinet creatorem, & includit in se suum factorem. Si autẽ aliquãdo est in cœlo, aliquando in mũdo, tũc mutabilis cõuincitur, quia de loco ad locum mouetur. Amplius, si deus aliquando est in cœlo & non in mundo, tunc ibi tantum aliquid est ubi ipse est, alibi autẽ nihil est: ubi enim deus non est, ibi nihil est. Si enim per singula loca est diuisus, tunc constat ex partibus, & sequitur q̃ sit passibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiã solubilis. Omne enim quod partibus constat, dissolui poterit. Si autẽ in singulis locis est totus, tunc tot sunt tota quot loca: omne enim quod uni loco totũ includitur, eius nulla pars in alio loco esse conuincitur: & sequitur, q̃ deus loco concludatur, qui cuncta pugillo concludere prædicatur. Quòd si secundũ uices temporum mutatur, & heri in uno, & hodie in alio, cras in tertio loco commoratur, tunc temporalis est, & iam præteritum amisit, futurum adhuc nõ habet, sed & cuncta accidentia in eum cõcurrunt.

Declaratio specialis, q̃ deus sit illocalis, Cap. XXIX

Huius falsissimæ opinionis machinamenta facile dissoluunt huius sacræ turris instrumenta. Dei potentia nihil aliud est quàm eius essentia, ideo deus non alicubi est determinate, sed ubique essentialiter est: Deus quoq̃ immensus est, locus autem scilicet spacium quod quodlibet corpus occupat, altitudine, latitudine, longitudine mensuratur. Et quicquid est locale, per anterius & posterius, per dextrorsum & sinistrorsum, per sursum & deorsum circumscribitur.

Deus

Deus ergo nec partim in mundo, nec aliquando totus in cœlo, nec aliquando in mundo, C
nec per singula loca diuisus, nec in singulis disiuncte totus: sed extra omnem locum replens,
& in se continens, cunctam creaturam penetrans, & uniuersa per substantiam continuans
ubique scilicet in omnibus & extra omnia est totus, sicut lumen lucernæ in oculis omnium
astantium totum lucet, & in seipso totum manet, non à seipso recedit ut ad præsentes perue
niat, nec unum relinquit ut alij luceat, sed potius singulis & omnibus simul totum lucet, &
in seipso totum manet: sic deus ubiq; & in omnibus est totus, & in seipso permanet totus,
Quõ Christus totus in cœlo, totus in uirginis utero. Cap. XXX & à se non recedit, sed cuncta in se colligit. Hic quæritur, cum deus loco non inclu
datur, quomodo Christus totus in uirginis utero, totus in cœlo prædicetur, cum uterus uir
ginis locus non dubitetur. In cœlo totus fuit in patris essentia, ut in anima tota sapiẽtia. In
uirginis utero totus, ut uerbum totũ in uoce. Deus enim initio & fine caret, & ideo omnino
æternus manet. Igitur nihil ei fuit præteritum, nec futurum recipit, sed extra omne tempus
præsens & semper ubiq; existit, unde &, est, cognominatur, quia æternitas existens, omnia
tempora disponens nullo tempore uariatur. En machina uestræ multiplicis propositionis
corruit, nullum accidens cadit in deum. FRA. Huius ruinam non molestè ferimus, sed ad
fragorem eius potius fautores applaudimus, quia per huius casum turris introitum spera
mus. Sed cum hæc machina sit disiecta, ecce alia structura contra turrim stat erecta.

Quomodo deus sit solus immortalis, solus inuisibilis Cap. XXXI Superius dictum est, q; solus deus sit immortalis, solus inuisibilis: Num angeli uel ani
mæ mortales sunt, aut deus est angelis inuisibilis, de quibus dicitur, q; semper uidẽt faciem
patris? MAG. Mutabilitas est quædã mortalitas, dũ enim quid de præterito in futurum
mouetur, quasi præterito moritur. Deus solus est immutabilis, quia nihil præteriti ei dece
dit, nihil futuri accedit, sed quicquid est uel fuit uel erit, totum sibi præsens adest: & sicut non
potest cogitari q; aliquando initium habuerit, ita quoq; non potest cogitari q; unq; finiri
possit. Angeli autem mutabiles sunt, quia de præterito in præsens, de præsenti in futurum
mouentur. Præteritum quippe habent, futurum nondum habent. Constat enim q; socios D
angelicos olim amissos non habent, & q; adhuc consortio sanctorum in terra peregrinan
tium carent, præterita memoria recolligunt, futurum præsciendo intelligunt. Et sicut potest
cogitari q; aliquando cœperunt, ita etiam potest cogitari q; finiri possint. Sed cum & ipsi
creaturam in se mutabilem consyderant, quodãmodo à statu immutabilitatis degenerant:
talis mutabilitas est eis quædam mortalitas. Animæ uero sicut sunt per omnia mutabiles,
ita quoq; penè per omnia mortales. Deus quippe est uita animæ, sicut ipsa est uita corpo
ris. Sed sicut mortuum est corpus quando animam nõ habet, ita anima mortua est quãdo
deo caret. Vel sicut cæcus oculis mortuis dicitur cũ luce priuatur, sic anima mortua cũ beata
uita quæ deus est non fruitur. Solus ergo deus habet immortalitatem, quia nullam recipit
mutabilitatem. Hic etiã solus est inuisibilis, quia nulli creaturæ ad plenũ intelligibilis: nempe
animæ beatorũ & angeli suo more, nõ nostro eũ semper uidẽt, nõ per interualla spaciorum
sicut nos corporea uidemus, sed intra se & extra se in omni creatura, & extra omnẽ creaturã
eum conspiciunt, nec ullo intellectus intuitu amplitudinem suæ claritatis excedunt: & quia
non pleniter ab ipsis ut à seipso conspicitur uel intelligitur, ideo solus inuisibilis dicitur.

Quomodo homo ad dei imaginẽ & similitudinẽ sit creatus, Ca. XXXII FRA. Iam diuina natura cũ angelica in hac turri tenẽte screptra, ecce humana natura le
gionẽ adducit, & ad impugnãdam eam machinã erigit. Quæritur nanq; quomodo homo
ad imaginẽ & similitudinẽ dei formatus dicatur, cũ nulla cõueniẽtia similitudinis dei in ho
mine cõspiciatur. MAG. Impugnãtia à repugnãtibus expugnantur, dũ præcedẽtia à subse
quẽtibus inexpugnabiliter roborãtur. Duo homines scribũtur, interior & exterior. Interior
anima, exterior corpus: interior inuisibilis, exterior uisibilis. Interior & inuisibilis ad imaginẽ
& similitudinem inuisibilis dei creatus, uisibilis autem secundũ uisibilem mundum est for
matus. Deus inuisibilis est, in substãtia unitas, in psonis trinitas. Interior ergo homo, id est,
anima, ad imaginem unitatis est creata, quia non ex partibus ut corpus composita, sed est
simplex natura & immortalis essentia. Est quoq; deus memoria, quæ sui & omniũ quæ sunt
meminit,

A meminit, quæ pater nominatur: ex qua intelligentia nascitur, quæ se & cuncta quæ sunt in
telligit, quæ filius nuncupatur: ex utraq; dilectio procedit, quæ se & uniuersa quæ sunt dili
git, quæ spiritus uocatur. Ad huius trinitatis imaginem anima conditur, dum ei memoria,
intellectus, ratio dilectionis indicitur: præteritorum nanq; meminit, inuisibilia intelligit, ma
la respuens bona diligit. Dei quoq; essentia est, lux, uita, iustitia, bonitas, beatitudo. Ad hãc
similitudinem anima facta est, ut sit lucida,, uitalis, iusta, bona, beata. Exterior uero homo,
id est, corpus quodammodo ad exemplar mundi formatur, dum ex quatuor elementis cõ
paginatur, unde & microcosmus cognominatur, id est, minor mundus. In hoc anima etiam
habet similitudinem dei, dum ipsa sic minorem mundum gubernat ut deus maiorẽ. Omnis
quoq; creatura per aliquid similitudinem dei habet, & quantum cuiq; alteri est excellẽtior,
tanto illi similior. Ipse quippe est, uiuit, sentit, per rationẽ discernit: lapides ergo eius simili
tudini se adiungũt, quia sunt. Arbores magis eius similitudini appropinquant, quia sunt, &
crescendo uiuũt. Quæq; animantia multo magis eius similitudinem exprimunt, quia sunt,
uiuunt, sentiunt. Porrò in hominibus & angelis similitudo dei maxime refulget, quia sunt
uiuunt, sentiunt, & ratione discernunt. Animas autem constat esse æternas: si enim ad uiden
dum deum factæ prædicantur, necessario sequitur, ut sicut deus finem non habere creditur:
ita animæ illum uisuræ, sine fine uiuere non dubitentur. Sed quæritur utrum illæ animæ im
mortales sint, quæ deum uisuræ nõ sunt. Omnes animas unius cõstat esse naturæ, & si quæ
dam animæ immortales sunt: igitur omnes animæ deum uisuræ semper erunt beatæ, & eũ
non uisuræ miseræ. FRA. Vnde anima tranta uidet in somnis? MA. *Vnde anima tã mul ta uideat in somnis Caput XXXIII*
Anima insatiabili cupiditate sciendi ueritatem captat, & ideo semper in cogitationibus ua
gatur: ideoq; sensibus corporeis sopitis, per ænigmata quædam futura deo reuelante præ
uidet. Interdum circa uerisimilia diabolo fallente languet anxia. Aliquando angelis uel ani
mabus confabulatur: aliquando à dæmonibus ludificatur. Hæc in modum oculi cætera o
B mnia uidet, seipsam uidere non potest. FRA. Cur à nobis nõ uidetur? MA. Quia tam sub
tilis eius natura dicitur, quòd se à corporeis oculis uideri non patitur. Quanto enim aqua te
nuior est terra, quanto aër subtilior est aqua, & quanto æthereus ignis aërem tenuitate: tan
to uincit anima ignẽ cœlestem tenuitate & subtilitate. Hæc enim est causa quod nullus spiri
tus à nobis cernitur, quia subtilitas illorum naturæ nostrum uisum excedere creditur.

Quomodo anima in singulis mem bris dicatur esse to ta Cap. XXXIIII FRA. Qualiter perhibetur anima per totum corpus esse diffusa, & tamen non magis
in maximis, nec minus esse in minimis mẽbris, sed in singulis tota. Num tot sunt tota quot
membra? MA. Sicut superius dictum est, Si lumen ponatur in medio, non minus in meis,
& non magis lucet in alterius oculis, sed in singulis totum, & in seipso manet totum: sic ani
ma ubiq; in corpore, & in singulis membris est tota. Vnde tacto uno membro dolet tota,
non tamen tot tota: sicut uox in auribus omnium non particulariter, sed sonat tota, & in se
ipsa remanet tota. FRA. Si omnes animæ unius naturæ sunt, quidnã est quod *Cur una anima sit docilior quàm alia Caput XXXV*
quædam habilior, & quædam tardior est ad discendum? MA. Anima habet formam cæræ
uel candelæ. Cæra habilis est ad exprimendam imaginem, si ei sigillum imprimatur: sic can
dela ad lucendum si incendatur. In hunc modum recipit anima imaginem scientiæ si ei im
primitur sigillum doctrinæ, lumenq; ueritatis recipit, si igne sapientiæ accensa fuerit: quæ si
per studium uel exercitium se neglexerit habilem præbere, sicut cæra sine imagine, & sicut
candela inaccensa sine lumine, sic in tenebris ignorantiæ sine scientia & ueritate remanebit.
Quanto magis autem quæq; anima doctrinæ se adoptauerit, tanto magis capax scientiæ
erit. Cur autem ignis spiritussanctus quasdam animas se habiles non præbentes, imò negli
gentes, lumine scientiæ magis accendat, quasdam non accendat, imò quibusdam laboranti
bus scientiam subtrahat, alijs similibus similis ratio penetrare non ualens mirando clamat,
O quàm incomprehensibilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles uiæ eius. FRA. *Quid magistri foris, et ueritas intus in anima operetur Cap. XXXVI*
Cum cũcta à magistris discãtur, quomodo unus magister in cœlis esse scribitur, à quo qua
si specialiter quæq; docentur? MA. Si recte perpenditur, nihil prorsus per hominem disci

tur,magiſtri tantum commemorando foris plantant &rigant,ueritas autem quæ in anima C
habitat,intus docendo incrementum dat: ſed ſtultus non intelligit hæc. Ratio autem quæ
cũcta diſcernit facile hæc ita eſſe comprobabit. Nempe quicquid diſcitur,melius per uiſum
quàm per auditum capitur:nam quantum cæco de ſole narrauero,ipſe tamen neſcit quid ſit
ſol,quem nunquam uidit,tantum uerbis meis credit aliquid eſſe quod ita uocetur, aut for-
taſſe dubitat quicquam eſſe in re quod ſic nominetur: qui ſi repente uideat,ipſo uiſu ſolem
eſſe probat,quem auditu ſcire non poterat. Sic pleriq; cæci ſcripturas nouerunt, ſed tamen
quid ſit littera uel liber neſciunt,quorum oculi ſi ſubito aperiantur, & libro coram ſe poſito
quid ſit uiderint, mirantur, & uiſu diſcernunt quod auditu non poterant. Porrò ſi ali-
cui illorum dixero,talis littera uocatur,a,& talis b,nominatur:mox introrſus recurrit,uerita
tem conſulit,& uerum eſſe probat quod audit. Quid ergo hunc docui,qui nec prius auditu,
nec poſtea uiſu ſcire potuit quid ſit littera,niſi ueritate intus docente, uiſu foris probãte hoc
ediſceret? Ego tantum ſonos uerborum protuli, ipſe uero res per uerba ſignatas ueritate in
tus examinante cognouit:ſic uos quoq; ſi multa uobis de elephante dixero, neſcitis quid ſit
elephas,niſi eum uideritis:ſic multa de deo legimus, & quaſi rufum hominem & pulchrum
aſpectu eum nouimus,qui ſi ad præſens intraret,num illum agnoſceremus? Puto miníme.
Quare? Quia à magiſtris diſcere nequiuimus,quod ueritate uiſus non probauimus. Docto
res ergo tantum ſonos uerborum proferunt:auditores autem ueritate uiſus docente, uerba
mente,res uiſu diſcunt. Sic litteras,ſic ignotas linguas,ſic uarias artes diſcimus, dum ſonos
uerborum à præceptoribus percipimus,res ipſas ueritate docente intus conſyderamus. Sed
quid de cantu eſt dicendum,qui non uidetur,ſed tantum auditu diſcitur? Nónne dum uox
canentis foris ſonat,ueritas intus quaſi quoſdam aſcenſus uocis in anima format? Igitur o-
mnino nihil per hominem niſi ſonus diſcitur, uerba autem & res per ueritatem in interiori
homine habitantem diſcernuntur. Et ſic ueriſſime unus magiſter prædicatur,à quo quiſque
interius inſtruitur. Ea autem quæ à nobis non uidentur, ut deus & angeli, tantum eſſe cre- D
Quid ſit credere deum,& quid credere in deum Cap.XXXVII
duntur. FRA. Differt aliquid,credere deum & credere in deum? MA. Multum.
Dæmones deum & pagani credunt, ſed non credunt in deum. Credunt nanq; quod deus
ſit qui omnia creauit,ac ſuper omnia potens ſit. In deum autem tantum credunt, qui eũ di-
ligendo in eum tendunt. Vera autem fides eſt credere,quod deus in eſſentia ſit unitas,& in
perſonis trinitas,& hic cuncta ex nihilo uerbo ſuo creauerit,ac collapſa eodẽ uerbo incarna
to reſtauraverit,& in ultimo die uniuerſa per ſpiritumſanctum innouabit: & hoc credenti-
bus ſummum bonum,ſcilicet ſeipſum in præmio dabit. Hæc fides uita animæ exiſtit,& per
hanc iuſtus uiuit. Hæc fides ſpe nutritur,ut corpus cibo reficitur. Dilectione animatur,ut cor
pus anima uiuificatur. Dilectio autem operatione comprobatur: unde fides ſine operibus
mortua eſſe affirmatur. Ergo fide anima declinat à malo & facit bonum, cuncta tranſito-
ria reſpuit,inuiſibilia ſicut uiſibilia appetit,dilectione quæq; dura tolerat,carnis impetus re-
frenat, neceſſaria proximis erogat,ſummo bono ſemper anhelat. Igitur anima quæ ſic cre-
dendo & ſperando in deum tendit,ipſum ſummum bonum ſine fine habebit.

Vtrum lux diei aut caligo noctis animæ quid conferat aut noceat Cap.XXXVIII
FRA. Si animæ naturaliter ſint lucidæ, quæritur utrũ animabus corpore exutis lux diei ali
quid conferat,uel rurſus caligo noctis quicquã ad uidendũ noceat? MA. Sicut corpus ſine
anima nihil ſentire cernitur,ſic utiq; anima ſine corpore nihil corporeũ ſentire creditur. Cor
pori quippe admixta per oculos ſentit colores,per aures uoces, per nares odores, per pala-
tum ſapores,per tactum uel inceſſum res tangibiles,mollicie uel duritia differentes. A cor-
pore uero ſeparata nihil corporeũ corporaliter ſentit, quaſq; res in proprietate ſubſtantiæ,
abſtractis accidentijs colorum conſpicit,ſpiritalia quæq; ſuo more ſentit. Ergo ſicut lumen
candelæ nihil confert ſoli ad lucendum,ſic profecto lux ſolis nihil omnino cõfert animæ ad
uidendum. Et ſicut nox iubar ſolis non impedit,ſed potius fugit: ſic nec animæ aliquatenus
obſiſtit,utputa quã nec anima ſentit. Porrò anima, aut ſpiritali luce ipſa nimis præ ſole ful-
gida fruitur,aut horrida peccatorũ caligine obſcurata,non noctis, ſed proprijs ut cæcus te-
nebris

A nebris inuoluitur. Quod autem anima carne ſoluta corporaliter lucẽ non uideat,hinc cõſtat
quod cum aliqua dictare uolumus,uel quicquã facturi diſponimus,mox anima exteriores
ſenſus fugit,introrſus ſe colligit,in ſeipſa intus conſyderat ea de quibus tractat,& ſolis lumẽ
ei nihil prodeſt,ſed etiã ei ad hoc negociũ obeſt:& dum aliâs attendit,clamoſas uoces iuxta
ſe non audit. Igitur anima extra corpus nihil corporeum uidet uel audit. Quod ſi facit,tunc
utiq; aëreũ corpus induit. FRA. Si animæ corporeas uoces non audiunt,quomo
Quomodo animæ ſanctorũ intelligãtur audire preces uiuentium,& eis patrocinari Cap.XXXIX
do animas ſanctorum, ſcilicet Petri & Martini uel alterius iuſti preces ſuas exaudiſſe multi
experti ſunt? MA. Oratio cordis,non oris aſcendit in cœlum. Animæ enim non clamorem
uocis,ſed cordis audiunt,& ſe fideliter inuocantibus ſubueniunt. Neq; magis clamoſas pre-
ces audiunt quàm eas quæ ſine uoce,uel in lingua,uel in corde tantum fiunt,quia neq; à no
bis uerba,ſed uoces cordis tantum audiuntur,cæterum uerba mente uidentur. Cũ ergo ani
mæ noſtræ aliquid ſecundũ deum deſiderant,& hoc ſibi à deo per ſanctos dari, ſiue corde,
ſiue lingua,ſiue uoce poſtulãt,animæ ſanctorũ quibus eſt idẽ audire quod uidere, & ecõuer
ſo,non uoces,ſed uerba intuentes,deſiderata eis à deo impetrant,ut habetis ſcriptum, Deſi
Pſal.9
derium pauperũ exaudiuit dominus. FRA. Nónne legitur,quod ſæpe multæ
Quomodo intelligãtur animæ à corpore ſolui,& iterũ reuerti,ac uiſa referre Cap.XL
animæ ductæ de corpore,multa loca pœnalia, & itẽ multa amœna & florida, & in utriſq;
multas animas in humana forma uiderint,atq; ad corpus reuerſæ,plurima ſe audiſſe ab eis
retulerint? MA. Sciendum eſt, quod hæ animæ non penitus corpus reliquerant, ſed ſenſus
tantum corporeos ſuis officijs deſtituerant, corpus autem non ex toto ſpiritu uitali carebat.
Vnde ea quæ audierant, non res corporeæ, ſed ſimiles corporearum rerum erant, quas re-
uerſæ alijs in corpore conſtitutis pro ædificatione referre poterant. Poſtquam uero corpus
funditus exuerant,longe res aliter erat quæ prius uideri non ualebat. Sicuti nos aliquando
iuxta parietem poſiti,umbrã uenientis hominis,non ipſum uidemus,remoto autẽ obſtacu-
lo muri,ipſum ut eſt cernimus. Animæ etiã defunctorum cum uiuentibus apparent,corpus
B aëreum induunt,in quo corporeã uocẽ uel uerba audibilia exprimũt. Hinc colligitur,quod
infernus ſit incorporeus, ſubſtantia ſpiritalis,corpori ſimilis,cuius pœna tanto ſit intolerabi
lior,quanto ſpiritus corpore eſt ſubtilior. Omne enim corpus uetuſtate deficit, diuturnitate
diſſolutum interibit. Vnde ſi infernalis ignis eſt corporeus,reſtat ut corporalibus inſtrumẽ-
tis nutriatur,& ſequitur ut illis conſumptis ipſe intereat. Sed conſtat ignem gehennæ non
deficere,ergo ſpiritalis eſt. Si autem eſt corporeus,ſed indeficiẽs creatus eſt,neceſſe eſt ut ani
mæ & ſpiritus qualecunq; corpus induant,in quo ignem corporeũ ſentiant.

Quomodo reſurrectio mortuorum ſit probabilis Cap.XLI
FRA. Poterit ne probari reſurrectio mortuorũ? MA. Si ea inconcuſſa manebunt uel con
ſtabunt,quæ ſuperius ueriſſimis argumentis probata ſunt,tunc omni repugnantia ſubmo-
ta,omniq; neceſſitate admota,reſurrectio erit futura. Conſtitit enim deum eſſe ueritatem,
ueritatis autẽ uerba neceſſe eſt adimpleri:quod ſi non implebuntur,ſequitur quod aut deus
mutabilis ſit,aut ueritas non ſit. Quod ſi impleri non poterunt, iam deus omnipotens non
eſt,quæ cuncta liquet quàm abſurdiſſima deo ſunt. Incõmutabilis itaq; ueritas deus, pro-
miſit ſuis dilectoribus plenum gaudiũ,ſuis contemptoribus plenũ ſuppliciũ,quod utrunq;
erit impoſſibile,niſi ſit in anima & corpore. Neceſſe eſt ergo ut corpora reſurgant,animas re
cipiant,quatenus ſecundum promiſſa ueritatis hi plenum gaudium in anima & corpore ha
beant,illi eodẽ modo plenum ſupplicium recipiant. Amplius,ſi corpora non reſurgant,tunc
animæ æternæ factæ non ſunt:ſed ſuperius probatũ eſt animas æternas factas, ad hoc ui-
delicet,ut deũ cum angelis ſemper uideant,& in hac uiſione ſine fine beate uiuant. Beate au
tẽ nõ uiuunt, ſi indumẽta ſua ſcilicet corpora in ſordibus cõputreſcere abſq; ſpe recuperatio
nis conſpiciunt. Sequitur nanq; ut neceſſario ueſtimenta ſanctarum animarum,quæ ſtolæ
nominantur,per reſurrectionem innouentur,& in incorruptibilem gloriã immutentur,qui-
bus animæ reindutæ ſemper beate deum contemplentur:& econtra ut infelices ueſtes ſordi
das reinduant,de quarum fœditate ſemper doleant. Igitur nõ ſolum corpora innouari,ſed
etiam communem naturam quæ ſcilicet ſeruiuit,neceſſe eſt in melius commutari: unde ha-

Apoc.21 betis ſcriptum, Ecce noua facio omnia. FRA. Cum deus ab initio mundi nihil noui creauerit, quomodo nouam creaturã tunc eſſe conſtabit? MA. Trifarie noua creatura dicitur, quæ per trinitatem ita diſponitur, Deus pater omnem creaturam ex nihilo condidit, & hæc noua creatura nominatur. Item deus filius: unde habemus in Apoſtolo, Si qua in Chriſto noua creatura: & alio loco, Vt ſimus initium aliquid creaturæ eius. Deus quoq; ſpiritusſanctus corpora uiuificabit, & hunc totum mundum innouabit. Et hæc nihilominus noua creatura appellatur: unde habemus, Cœlum nouum & terram nouam faciet dominus.

2.Cor.5 Iaco.1

Eſaiæ 65

Quomõ dominus & animæ ſanctorũ nũc in cœlo, aut ſancti receptis corporibus ibi futuri eſſe credantur Cap.XLII

FRA. Iam turri in ſummum nobiliter perducta, reſtat nunc ut propugnaculis cingatur, & ſic cacumen in ſummo cœlorum conſummetur. Legimus de domino quòd eleuatis manibus ferebatur in cœlum, & quia ſedet ad dexteram dei. Et Stephanus in concione uidit eũ ſtantem à dextris dei. Qui fertur, de loco ad locum mouetur: & qui ſedet uel ſtat, loco continetur. Et cum dominus corporaliter cœlum aſcendit, qualiter nunc ibi credendus ſit, uel qualiter nunc ibi animæ ſanctorum ſunt, aut qualiter receptis corporibus ibi futuri ſunt, ſummopere ſcire deſideramus. Si enim aliquis locus Chriſtum, uel ſanctos ſedentes, uel ſtantes continet ne cadant, tunc iſte locus eis melior probatur, à quo tot bona continentur: & ſic ſancti de aliqua creatura uiſibili & ſenſibili gaudentes gloriantur, ut nos de hac uiſibili & ſenſibili luce delectamur, tunc iterum ea res melior rationali creatura iudicatur, de cuius poſſeſſione ipſa iocundatur, ut nos de habita pecunia gloriamur & gratulamur, & miſerum gaudiũ uidetur, ſi intellectualis creatura non niſi de ſtolida re lætatur. MAG. Apicẽ huius turris pariter aſcendamus, & ratione indagante, qualiter ſe habeant hæc perſpiciamus. Cœlum uſitato nomine appellamus, quod ſuper caput noſtrum uidemus. Supra nos autem nihil niſi nubes, uel aërem ſole illuſtratum conſpicimus. Solem uero lunam uel ſtellas longe à nobis remotas ſic uidemus, ſicut in lato mari poſiti à longe montes conſpicimus, in circumitu uero nihil niſi confuſum aërem uidemus. Vnde liquet quòd nullius hominis uiſus totum huius aëris ſpacium penetret, qui uix etiam horizontem attingere ualet. Vnde cum apoſtoli dominum ſublatum ulterius uidere non poſſent, dicitur, Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Stephanus quoq; non corporeis oculis dominum in cœlo ultra firmamentum uidit, cũ nullius hominis uiſus ullo modo uſq; ad cœlum pertingere poſſit. Sed & concio illa in qua Stephanus ſtans Chriſtum cõſpexit, in domo aliqua fuit, cuius tecti culmen ipſius corporeus oculus penetrare minime potuit. Conſtat igitur quod non oculo corporis, ſed intuitu interioris hominis Chriſtum non in corporeo, ſed intellectuali cœlo uiderit. Sed hic forte ab aliquibus calumnioſis obijcitur, ſtellas eſſe in firmamento infixas, & uiſum noſtrum firmamentum attingere dum eas uidemus. Num ideo oculi noſtri firmamẽtum attingunt, dum quia ſtellas aſpiciunt? Num ideo totum aëris ſpacium in mari penetrant, quia montes utputa; ſolida corpora conſyderant? Sicut enim in mari remotis ab aſpectibus montibus, nihil niſi aër conſpicitur undiq;: ita quoq; ſyderibus ſolidis uidelicet corporibus ſublatis, nihil niſi aër cernitur. Quicquid autem ab aëre eſt uſq; ad firmamentum, & ipſum firmamentum à nobis nequaquam uidetur propter ipſius ſpacij longinquitatem, & ob naturæ ſuæ ſubtilitatem.

Act.1

De triplici cœlo hiſtorialiter & ſignificatiue dicto Cap.XLIII

Quod ſi forte obijcitur, quod Apoſtolus ad tertium cœlum raptus deſcribitur, Sciendũ eſt tres cœlos hiſtorialiter appellari, & iterum tres ſignificatiue nuncupari. Hic quippe aër primum cœlum hiſtorialiter uocatur, ſicut habetis, Volucres cœli, quia in cœlo, id eſt, in aëre uolare uidẽtur: ſecundum cœlum æther uocatur, ut habetis, Stellæ cœli, quia in eo planetæ uago curſu feruntur. Tertium cœlum firmamentum appellatur, ſicut habetis, Aſtra cœli, quia in eo ſydera fixa tradũtur. Significatiue quoq; tres cœli leguntur, quia tres uiſiones, ſcilicet ſenſualis, ſpiritalis & intellectualis à ſapientibus non neſciuntur. Senſualis quippe uiſio eſt, cum colores & formas rerum exterius cernimus, ſed interius aliquid cælari intelligimus, ut in litteris intelligimus ſignificantiam. Hæc ergo uiſio primum & ſubſtantiale cœlum nominatur, quia in ſcripturis intelligentia cælatur. Cœlum etenim à cælando nominatur. Secunda uiſio ſpiritalis eſt, qua non res, ſed imagines rebus ſimiles ſpiritaliter uidemus,

A demus, ſicut in ſomnijs ſolemus, & ſicut Ioannes in Apocalypſi, & prophetas multa nouimus uidiſſe, & hæc uiſio ſecundũ cœlum nuncupatur, quia res in his ſimilitudinibus cælantur. Tertia uero uiſio intellectualis eſt, cum neq; res exterius, neq; imagines rerum interius, ſed ipſas ſubſtantias prout ueræ ſunt, abſtractis coloribus intellectu conſpicimus, & uniuſcuiuſq; qualitatem inter ſe differentem ratione diſcernimus: & hæc uiſio tertium cœlum uocatur, quia ueritas rerum in hac quaſi à ſtultis cælatur. Igitur ſi Apoſtolus in corpore eſt raptus, tunc ad corporeum cœlum, ſcilicet ad firmamentũ eſt perductus. Si autẽ extra corpus, quod magis uidetur, tunc utique ad intellectuale cœlum raptus creditur, in quo eſſentiam deitatis ſicut eſt, & angelicas ſubſtantias prout ſunt, non ſenſualiter, quod nequit fieri niſi per corpus, nec ſpiritaliter, quod non fit niſi per imagines rebus ſimiles, ſed ueraciter, quod non fit niſi ipſo intellectu, uidiſſe cognoſcitur. Angeli uel iuſti quadam ſimilitudine cœli nuncupantur, quia in ſecreto dei humanis uiſibus cælantur: & econtra dæmones uel impij tenebræ appellantur, quia in tormentis à nobis occultantur.

Quid ſit regnũ cœlorũ et ubi eſſe credatur Cap.XLIIII

Regnum autem cœlorum, id eſt iuſtorum, non urbium mœnia, nõ poſſeſſionum prædia, non auri uel gemmarum copia, non ſuppellex uaria, ſed iuſtitia, pax & omnimoda gloria in pleno gaudio creditur, quod de uiſione æternæ claritatis, & de ſocietate angelorum & ſanctorũ habetur. Deus æterna lux probatus eſt eſſe in mundo & extra mũdũ, infra & ſupra, & in circumitu undiq; & ubiq;. Igitur ſi regnum talium cœlorum ratione demõſtrante nihil aliud eſt q̃ uiſio dei, quæ eſt fons omnium bonorum, neceſſario ſequitur q̃ regnum cœlorum ſit in hoc mundo, & extra mundum, & in omni creatura, & extra omnem creaturam: unde habetis, Regnum cœlorum intra uos eſt: quia nimirum in deo cõſiſtentes, eum in nobiſipſis, & in omni creatura, & extra omnem creaturam ſicut eſt cernimus. Idcirco autẽ nunc extra deum, uel extra regnum cœlorum dicimur, quia hac uiſione priuamur. Eodem modo & miſeri tunc à regno cœlorum excludi referuntur, quia eadem uiſione ut cæci ſole priuabuntur. Hoc regnum cœlorum uel hoc gaudium iuſti intrare ſcribuntur, quia ineffabile gaudium non capientes, in eo quodammodo obuoluũntur. Quòd autem animæ ſurſum ad cœlum ferri affirmantur, uel etiam inferri putantur, ad uiſum noſtrum dicitur, quibus ſuperiora ſplendore ſolis lucidiora noſcuntur, & q̃ aliter res non poteſt cognoſci ab his qui ſunt adhuc in carne. Solutæ autem non loco mouentur, nec ad aliquem locum corporeum ducuntur, ut inde deum contemplentur: ſed mox à corpore ſequeſtratæ, angelis & ſanctis aſſociãtur, & regno cœlorum, quod eſt uiſio dei, intra mundum & extra & undiq; ſine mora fruuntur: ſicuti cæcus in ſole poſitus, ſi eius oculi aperirentur, cõfeſtim luce ſolis frueretur. Quòd à quibuſdã moriẽtibus lux uel formæ angelorum aut ſanctorum ibi uidentur, & concentus harmoniæ audiuntur, & ad alta duci cernuntur, hoc propter uiuentes fieri nõ dubitetur, ut in Chriſtiana religione corroborẽtur. Porrò friuolum uidetur, ſi animæ illocales de hoc mũdo extra firmamentum duci aſſerãtur, quaſi ibi ſit pulchrius, uel ibi magis ſit deus, cum ſupra & infra, intra & extra æqualiter eſſe non dubitetur, & eius uiſio ubiq; iuſtis æqualiter adeſſe cõprobetur. Animas uero uel ſpiritus cum ſint incorporei, corporeis locis includi abſurdiſſimũ uidetur, præſertim cum omnis locus altitudine, longitudine, latitudine dimetiatur, hiſq; omnis ſpiritus carere bene ſciatur: ideo quippe illocaliter manere, & eius uiſione frui æſtimantur, ſicut ſcientia in anima illocaliter moratur.

Luc.17

B Corpus autem ſanctorum reſurget ſpiritale, quia uelocitate, leuitate, perſpicuitate ſpiritibus erit æquale, & omne ſolidum erit ei penetrabile, ſicut & corpus domini lapide clauſo ſurrexit, & ianuis clauſis intrauit: ſicut igitur ſpiritus nunc nullo corporali loco ſuſtentatur, ita quoq; non eſt neceſſe, ut tunc ſpiritale corpus aliquo locõ fulciatur. Nõ enim inſenſibile corpus ſpiritum, ſed ſpiritus corpus uegetat. Igitur nullus locus ſpiritale corpus fulcit, quod omni elemento ſubtilius erit, ſed ut ſpiritus illocaliter in ſummo ſpiritu deo ſubſiſtit: niſi forte hoc pro loco accipiatur, quod ſubſtantialiter & perſonaliter circumſcribitur. Amplius, aut in hoc corporeo mũdo ſancti manẽtes deũ uidebunt, aut extra mundum erunt. Si extra mundum fuerint, tunc nulla elementali materia ſtantes

De gloria corporum beatorum Cap.XLV

uel ſedentes ſuſtentantur,quia nullum elemẽtum extra mundum comprobatur. Qui enim terram uel aquam ibi eſſe credit,nimis terrenus fluidus deſipit.Si autem aërem uel ignẽ ibi eſſe arbitratur,grauiter à mobilitate aëris & ignis ipſe inſtabilis,irriſus cõſpicatur. Ergo extra mundum nulla re materiali fulciuntur,ubi nulla materia inuenitur. Si autẽ in hoc mundo erunt,ſimiliter nulli elemento localiter ſtando uel ſedendo inhærebunt,quia æquales angelis erunt.Cum igitur ſpiritales ſint,in ſummo ſpiritu ſpiritaliter, non localiter manebunt. Porrò illorum corporum gloria,non ratione,ſed ſola fide eſt contemplanda. Erunt quippe illa corpora ut animus agilia,ut ſol perſpicua. Quàm cito enim nunc animus ab oriente in occidẽtem cogitatione peruenit,tam cito tunc illud corpus illuc peruenire poterit. Hoc hinc colligitur,quod reſurrectio in ictu oculi fienda legitur.Ictus autem oculi eſt, non quod oculus aperiatur,ſed quod aperto oculo obiectus lucis radius cõſpicitur.Sed reuera tantũ uelocitas illius corporis ab ictu oculi differt,quantum à corpore agilitas animi.Huius etiam corporis claritas eſt tanta,quanta eſt ſpiritus:non enim eſt hoc corpus animæ oneri,ſed decori, quod nulla corruptibilis moles aggrauat,ſed quod angelicæ naturæ æqualitas leuigat. Huius quoq; corporis claritas tantum ſolem excellit, quantum ſol in claritate noſtrum corpus præcellit.Sol enim eſt corpus inſenſibile,& quamuis immutetur, tamen nunquam uiuificabitur: corpus autem illud erit ſenſibile & intellectuale. Igitur quantũ ſpiritus intellectualis differt ab aëre inſenſibili,tantum differt præclara claritas illius corporis à claritate ſolis.

De gloria communi ſanctorũ omniũ, & differenti gloria ſingulorum Cap.XLVI

Hinc quæſtio non minima occurrit:cum enim dominus dicat,Fulgebunt iuſti ſicut ſol: & Apoſtolus,Alia claritas ſolis,alia lunæ,alia ſtellarum.Stella à ſtella differt in claritate,ſic & reſurrectio mortuorum. Videtur Apoſtolus domino contrarium ſentire, uidelicet quos hic uelut ſolem fulgere aſſerat, ille quoſdam uelut diuerſas ſtellas, alios uelut lunam, alios uelut ſolem fulgere aſtruat.Sed ſciendum eſt,quod dominus gloriam ſanctorum generaliter expreſſit:Apoſtolus aũt ſingulorũ gloriã p meritis diſtinxit. Vltimus ergo in regno cœlorũ ut ſol fulgebit,qui tũc ſepties clarior q̃ nũc erit. Et in hac claritate tantũ quiſq; ab alio pro meritis differt,quantũ ſtella à ſtella in claritate differt. Alij aũt hos intantũ diuerſæ claritatis gloria ita præcellunt, ſicut lucifer pleiades, luna luciferũ, ſol lunã in claritate excelluntNos autẽ omnes tantũ corpus Chriſti in claritate excedit,quantũ creator creaturas tranſcẽdit. Vnde & in dextera dei patris ſedere ſcribit, qa in gloria diuinæ maieſtatis fulgere creditur. Igitur talis uiſio & talis gloria regnum cœlorum dicitur,quia ſoli cœli,id eſt,iuſti hac uiſione fruuntur, quorum primum ſummum bonum eſt, in quo habent plenum gaudiũ de plenitudine omnium bonorum.

Concluditur, quod ſancti nõ de ſenſibilibus rebus,ſed de ſummo bono delitientur Ca.XLVII

Concluditur itaq;,quod ſancti non de ſenſibilibus rebus delitientur,ſed ſe in ſummo bono eſſe,& ſummum bonum in omni creatura, & extra omnem creaturam uidendo frui glorientur.Si enim quicquam minus quàm ſummum bonum in præmium acciperent, adhuc plus appeterent,& conſequens eſſet,quod plenum gaudium non haberent.Sed cum conſtet eos plenum gaudium habere,neceſſario ſequitur eos ſummum bonum deum habere,id eſt, de eius affluentia & plenitudine omniũ bonorum abundare.Quando autem cœlum cœlorum legitur,ipſe deus intelligitur,ubi iuſti in abſcondito faciei ſuæ à conturbatione hominum cælãtur:unde ſcribitur,Habetis theſauros in cœlo,hoc eſt,in deo.Ad hoc ſummum bonum iuſti quadã catena trahuntur, quæ de uirtutibus hoc modo connectitur. In primis fides animam quaſi quidam circulus complectitur,fides ſpe nutritur, ſpes dilectione tenetur, dilectio operatione expletur, operatio ad ſummum bonum intentione trahitur,intentio boni perſeuerantia clauditur, perſeuerantiæ deus fons omnium bonorum dabitur. Igitur qui hac catena tractus, hanc turrim ſcandens culmen eius attingit,non ſolum ſe ueram uitam cognoſcere,ſed ſe perenniter in ea beate uiuere gaudebit,quia in ea huius gloriæ conſors erit. FRA. Veræ uitæ & omniũ beate uiuentium faciat te deus participem,qui nos omnes ad ſummum bonum perducat.

Matth.19

Finis.

AD LECTOREM.

Et hunc libellum ſtudioſus aliquis conſarcinauit, unde ipſe in fine uocat defloratiunculam. Multa inſunt quæ in ſuperioribus habentur: ſubinde intertexit uerſiculos ex Bœotij libro tertio, quum is longe poſterior fuerit Auguſtino. Cap. uigeſimoſeptimo, negat filiũ à patre procedere, quum Auguſtinus euidenter doceat proceſſionem filio & ſpiritui ſancto communem eſſe. Stilus inæqualis eſt,& ſi æqualis eſſet, Auguſtini non poſſet uideri.

DE SPECVLO LIBER.



DESTO mihi uerum lumen,deus patẽt omnipotens. Adeſto mihi uerum lumen de lumine uerbum, filius dei, deus omnipotens. Adeſto mihi uerá illuminatio ſancte ſpiritus, patris & filij unitas, ſanctitas,charitas,deus omnipotens. Adeſto mihi ô una trinitas, pater & filius & ſpiritusſanctus unus deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea quam dediſti mihi propter bonitatem tuam ad ſalutem meam.Inuocat te deus meus caſta conſcientia mea, & ſuauis amor fidei meæ, qua me de excuſſis ignorantiæ tenebris ad ueritatis intelligentiam perduxiſti, quam ſtulta ſeculi amaritudine ablata, & tuæ charitatis dulcedine adhibita,ſaporoſam mihi & mellifluam reddidiſti.Inuocat te trinitas beata,uox clara & ſyncerus clamor fidei meæ, quam ab ipſis mihi enutriens cunabulis illuminaſti per inſpirationem tuæ gratiæ, quam adaugens confortaſti me per miniſterium prædicationis matris eccleſiæ. Quàm dulcis facta eſt in ore cordis mei, quàm ſuauiter ſapit in ipſo palato gaudium animæ meæ,quàm fortiter, quàm crebro pulſat mentẽ meã, & mouet omnes ſenſus meos,& interiora ſpiritus mei,ut te laudare delectat, quia feciſti nos ad laudandum te. Sed inquieta eſt mens mea donec requieſcat in te, & increpitans me meæ deſidiæ, ac colligens à diſperſione qua fruſtratim diſtendor, dum ab uno te auerſus in multa euaneſco, & reuerſus in me & ſurgens ſupra me, atq; cunctis tranſcenſis peruenies ad te, exultem tibi cordis iubilo,& laudes promam oris officio,quatenus in meditatione confeſſionis tuæ incaleſcat cor meum,& inhiet tibi ſpiritus meus,atq; ardeat mens mea in amore tuo oblita uanitatis & miſeriæ, dum tibi ſoli intendit, dumq; ſtupens adhæret incommutabilitati tuæ gloriæ,oculiſq; fidei intuetur te ſolem iuſtitiæ,ſicut ſcriptum eſt,Qui adhæret deo unus ſpiritus eſt.Fugiam itaq; domine,& libenter fugiam ob ſtrepitum tumultus omnium uanitatum.Sed quò fugiam ut illos declinem,illos calcem ſub pedibus,& procul pellam à ſerenitate iocundi intuitus? Ad te,qui es ſolum confugium & unica ſpes miſerorũ,ad te gloria mea & exaltans caput meum,ad te confugiam de lacu miſeriæ & luto fecis, tibi inhæream prout ipſe dederis,ſuauitas melliflua,ut indulceſcas mihi dulcedo non fallax,dulcedo felix & ſecura.Quæram ergo te domine inuocans te,& inuocabo te credens in te,ut quærens te inueniã te, & inueniens benedicam te, qui benedixiſti nos omni benedictione. Deus meus unica ſpes mea, exaudi me,ne fatigatus nolim quærere te, ſed quæram faciem tuam ſemper ardenter. Tu da quærendi uires,qui inueniri te feciſti, & magis ac magis inueniendi te ſpem dediſti. Illumina domine cordis mei oculum intimæ uiſionis perſpicua luce: uelatus enim eſt & cæcus tetra caligine peccatorum & ignorãtiæ. Illumina eum lumine gratiæ tuæ,ut ſyncero fidei oculis, & puro lumine cordis inſpiciam myſteria regni tui. Verum quia non eſt pulchra laus in ore peccatoris,& fides ſine operibus condignis non laudatur,rogo patrẽ per filium,filium per patrem,rogo ſpiritumſanctum per patrẽ & filium,ut & omnia uitia elongentur à me.& omnes ſanctæ uirtutes plantẽtur in me,quatenus acceptabile tibi fiat ſacrificiũ laudis fidei meæ,deus meus,& aſcẽdat ad te in odorẽ ſuauitatis. Obſecro,& miſericordiã tuã ſupplex imploro,cũctarũ fons & origo,largitor & munerator uirtutũ deus,adauge mihi ſpem,fidẽ ſanctã,rectã & immaculatã,fidẽ eruditã,catholicã & prudentiſſimã,fidem feruentem,inſeparabilẽ & orthodoxã,quæ in me omnia quæ tibi placent per dilectionẽ & humilitatem operetur, quæ uinci nequeat inter uerba altercationis in tẽpore perſecutionis uel

Caput I

1.Cor.6

in die neceſſitatis. Scrutans corda & renes deus, coram te eſt ſanitas & infirmitas mea. Illã C.
precor ſerua, iſtam ſana. Coram te eſt ſcientia & ignorantia mea, ubi mihi aperuiſti, ſuſcipe
intrantem: ubi clauſiſti, aperi pulſanti, ut audiens intelligam te, & intelligens diligam te, atq;
in toto corde meo deſiderem pulchritudinem uiſionis tuæ ſemper inſpicere. Audio quod
nobis intimare uult ſcriptura tua, quam ſanctificaſti & miſiſti in mundum. Audio & cre-
Quod deus ſpiritus eſt et præſens ubiq; & totus Cap. II do ei. Dicit enim, Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueri-
tate oportet adorare & credere. Sed ſpiritus incomprehenſibilis, incorporeus, immutabilis,
incircumſcriptus, ubiq; totus, nunquam diuiſus, ſecundum ipſius ſcripturæ teſtimonium ue
ridicum, hoc modo diſcernens, creator & creatura, in qua ſunt qui & ſpiritus dicuntur. Si ita
eſt, quia ita, quomodo inuocabo deum meum & dominum meum, quem utiq; in memet-
ipſo inuocabo cum inuocabo eũ? Et quis locus eſt in me, quò ueniat in me deus meus, quò
ueniat ille deus qui fecit cœlum & terram? Ità ne deus meus, eſt quicquam in me quod ca-
piat te? An uero cœlum & terram quæ feciſti, & in quibus me feciſti capiunt te? An quia ſine
te non eſſet quicquid eſt, fit quicquid eſt ut capiat te? Cum itaq; ego peto ut uenias in me,
quia non eſſem niſi eſſes in me: nõne enim ego iam ſum in inferis, & tu tamen ibi es? nã etſi
deſcendero ad infernum, ades. Non ergo eſſem deus meus, non omnino eſſem niſi eſſes in
me. An potius non eſſem, niſi eſſem in te, ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia? Etiã
ſic domine, etiam ſic. Quo ergo inuoco cum in te ſim, aut unde uenis in me? quò ergo rece-
Hier. 23 dã, quò ibo? Extra cœlũ & terrã fortaſſe, ut inde ueniat in me deus meus, qui dixit, Cœlũ &
terrã ego impleo. Capiũt ergo ne te cœlũ & terra, quoniã tu imples ea? An imples, & reſtat
quod te nõ capiũt? Et quò refũdis quicquid impleto cœlo & terra ex te reſtat? Quoniã quæ
imples, cõtinendo imples: nõ enim uaſa quæ te plena ſunt, ſtabilẽ te faciunt, quia etſi fran-
gantur tu nõ effunderis. Et cũ effunderis ſuper nos, tu nõ iaces, ſed erigis nos: nec tu diſper
geris, ſed colligis nos. Sed quæ imples omnia, de toto imples omnia. An quia non poſſunt
te totum capere omnia, partem tui capiunt, & eandẽ partem ſimul omnia capiunt? An ſin-
gulas ſingula, & maiores maiora, an minores capiunt minora? Ergõ ne aliqua pars tui ma- D
ior, aliqua minor? An ubiq; totus es, & res nulla te totum capit? Quid ergo es domine deus
meus, quid rogo niſi dominus deus meus? Quis eſt enim deus præter dominum, aut quis
deus præter deum noſtrum? Nemo, planè nemo: non enim eſt alius præter te trinũ & unũ,
unum & trinum, neq; in cœlo ſurſum, neq; in terra deorſum. Quis tui ſimilis? quis magnifi
cus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis in omni uirtute ſicut tu deus noſter, qui facis ma-
gna & mirabilia inſcrutabilia quorum non eſt numerus? Te cuncta magnificant, te omnis
ſpiritus laudat, te adorant, te benedicunt omnia illa beatorum ſpirituum & ſupernorum ci-
uiũ agmina. Tibi mater eccleſia in toto orbe offert preces, & inceſſanter dicit laudes. Te er-
go ultimus ſeruorũ tuorũ laudo & benedico. Tibi mens mea iubilat, tibi omnia oſſa mea
clamant, quis ſimilis tui domine? Et merito cuncta quæ operatus es, tibi ſoli creatori obedi-
Caput III unt, ſeruiunt, tremunt ad nutum tuum ſatis quæcunq; uelis. Tu es enim uere
dominus, ſolus deus inuiſibilis, inæſtimabilis, incircumſcriptus, illocalis, immenſus, incõpre-
henſibilis, ubiq; totus, ubiq; præſens, ineffabiliter omnia penetrans, omnia cõtinens, omnia
ſciens, cuncta proſpiciens, omnia potens, uniuerſa gubernans, totus in cœlo, totus in terra,
totus etiã ubiq;, & non eſt alius præter te deum noſtrũ, in quẽ credit & adorat mater eccle-
ſia apoſtolica & uniuerſalis. Tu es uere colendus & uenerandus, tremendus & amandus cũ
omni ſemper deuotione domine deus noſter. Qui cum non eſſemus, potenter feciſti nos: &
cum perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua recuperaſti nos. Vnde confiteor
tibi rex cœli & terræ, & honorifico te ſacrificio laudis. Et quia exteriora munera deſunt, totis
medullis cordis quæ in me ſunt uota laudationis reddo tibi. Sed quia nihil niſi de tuo acce-
ptabile tibi offerri poteſt, tu deus in cuius lumine lumen uidimus, da quæſo lumen in cor-
de, da uerbum in ore, dá menti cœleſtem conſcendere ſedem.

Da fontem luſtrare boni, da luce reperta In te conſpicuos animi defigere uiſus.

Et

A Et quoniã altera pars ſumus cœli, altera terræ: unde corpus quod corrũpitur aggrauat ani-
mã, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ. Diſcinde quæſo terrenas nebu
las & pondera molis, atq; tuo quæſo ſplendore illumina obſcuram interioris hominis faciẽ.
Siſte uagas mentes per deuia multa ruentes.
Subde carnem ſpiritui, appetitum rationi, uitia uirtutibus, corpus animo, atq; tuæ me in-
tus exteriusq; ſubde per omnia uoluntati, & uniuerſis ſuo bene compoſitis ordine per gra-
tiam tuam & te perfecte diligere & digne laudare merear labijs & corde, omniq; qua ualeo
uirtute clamans ad te atque ita dicens, Summe, omnipotentiſſime, miſericordiſſime, iu-
ſtiſſime, ſecretiſſime, præſentiſſime, pulcherrime, fortiſſime, ſuauiſſime, inuictiſſime, ue-
riſſime domine deus noſter ſtabilis es & incomprehenſibilis. Immutabilis *De eſſentia deitatis*
mutans omnia, inuiſibilis uidẽs omnia, immortalis, illocalis, interminatus, incircumſcriptus, *Cap. IIII*
nuſquam finitus, ineffabilis, inexiſtimabilis, indicibilis, inſcrutabilis, immotus, tangens o-
mnia, inueſtigabilis, metuẽdus atq; terribilis, uenerandus atq; uerendus, honorandus atq;
horrendus, nunquam nouus, nunquam uetus, omnia innouans, in uetuſtate perducens ſu-
perbos & neſciunt: ſemper agens, ſemper quietus, colligens & non egens, omnia portans ſi-
ne onere, omnia implens ſine incluſione, omnia creans & protegens, nutriens & perficiens.
Quærens cum nihil deſit tibi, amans nec æſtuans, zelans & ſecurus es, pœnitet te & non do
les, iraſceris & trãquillus es: opera mutas, ſed cõſiliũ nunquã recipis. Qui inuenis & nunquã
amittis, nunquam inops & gaudes lucris, nunquam auarus & uſuras exigis, ſupererogatur
tibi ut debeas. Et quis habet quicquam nõ tuum? Reddis debita nulli debens, donans de-
bita nihil perdẽs, qui ſolus uiuificas omnia, quia creaſti omnia. Qui es ubiq; *Cap. V*
& ubiq; totus, qui ſentiri potes & uideri non potes, qui nuſquam dees, & ab iniquorum co-
gitationibus longe es. Qui nec ibi dees, ubi longe es: quia ubi nõ es per gratiã, ades per uin-
dictã. Qui omnia tangis, nec tamẽ æqualiter omnia tangis. Quædã tangis ut ſint, nec tamẽ
B uiuãt ſentiant & diſcernant: quædã tangis ut ſint, uiuant, ſentiant atq; diſcernant. Et cũ tibi
metipſi nunquã diſſimilis ſis, diſſimiliter tangis diſſimilia. Qui ubiq; præſens es, & inueniri
uix potes, quẽ ſtantem ſequimur, & apprehẽdere non ualemus. Qui tenes o- *Cap. VI*
mnia implens omnia, circumplectens omnia, ſuperexcelſis omnia, ſuſtines omnia, nec ex
alia parte ſuſtines, atque ex alia ſuperexcedis, neq; ex alia parte imples atq; ex alia circum-
cumplecteris: ſed circumplectendo imples, & implendo circumplecteris: ſuſtinendo ſuper
excedis, & ſuperexcedendo ſuſtines. Qui corda fidelium doces ſine ſtrepitu uerborum, qui
attingis à fine uſq; ad finem fortiter, & omnia diſponens ſuauiter. Qui locis non diſtende-
ris, nec temporibus uariaris, neq; habes acceſſus uel receſſus. Qui habitas lucem inacceſſibi-
lem, quam nullus uidit hominum, ſed nec uidere poteſt, in te manens quietus ubiq; circum-
is totum. Non enim ſcindi uel diuidi poteris, quia uere unus es, nec in partes *Quod non diuidi-*
efficeris, ſed totus totum tenens, totum imples, totum illuſtras, totum poſſides. Hoc myſte- *tur deus in parti-*
rium mens humana capere non poteſt, neq; concipere, nec oratoria lingua narrare, neq; dif *bus Cap. VII*
fuſi ſermonis bibliothecarum uolumina queunt explicare. Si totum mundum libri repleãt,
tua ſcientia inenarrabilis non poteſt enarrari. Quoniam uere indicibilis es, nullo modo ſcri-
bi poteris neque concludi, qui es fons lucis diuinæ, & ſol claritatis æternæ. Magnus enim
es ſine quantitate, & ideo immenſus: bonus ſine qualitate, ideo uere & ſumme bonus, & ne-
mo bonus, niſi tu ſolus. Voluntas tua opus eſt, cui uelle eſt poſſe, qui omnia *Quod uelle dei, fa-*
quæ ex nihilo creaſti ſola uoluntate feciſti. Qui omnem creatorem tuam abſq; indigẽtia ali *cere eſt Cap. VIII*
qua poſſides, & ſine labore gubernas, & abſque tædio regis. Et nihil eſt quod perturbet or-
dinem imperij tui uel in ſummis uel in imis. Qui in omni loco haberis, & omnia conti-
nes ſine habitu, & ubique præſens es ſine ſitu & motu. Qui nec mali autor es, quod face-
re non potes, qui nihil non potes, nec unquam feciſſe te quicquam pœnituit, nec ullius
cõmotionis animi tẽpeſtate turbaris, nec totius terræ particula regnum tuũ eſt. Nulla fla-
gitia uel ſcelera probas uel imperas. Nunquã mẽtiris, quia æterna ueritas es, cuius unius bo-

nitate

Quod nihil sit colendum nisi deus Cap.IX

nitate facti sumus,& cuius iustitia pœnas luimus & clementia liberamur. Nam nihil cœleste,nihil terrenum,nihil igneũ, nihilq; quod corporis sensus attingit pro te adorãdum est uel colendum,qui uere es quod es & non mutaris:cui maxime aut specialiter illud conue

Opinor fuisse scriptum τὸ ὄν, id est, quod est

nit, quod Græci dicunt πλατὺ, id est latus, quia semper idem ipse es,& anni tui non deficient. Hinc etenim patenter datur intelligi, q; tu deus noster quem colimus, deus uerus & omnipotens es sine dubio inuisibilis, &si pio intellectu uidearis, incomprehẽsibilis, &si per gratiam repræsenteris,inexistimabilis,&si humanis sensibus pie credaris sancteq; cogiteris, ineffabilis, &si humanæ locutionis usualibus uerbis abusiue utcunq; dicaris, ideo uerus & tantus: cæterum quod sciri, quod cogitari, quod comprehendi,quod dici de te potest,minus est. Quod uero incomprehensibile est & immmensum,indicibile & infinitum,tibi soli duntaxat notum est. Hoc nanque est quod omnem superat sensum:hoc quoque est quod te facit existimari & pro certo credi & uniuersalem appellari deum,dum ad perfectum usq; reperiri non uales,dum totus intelligi capiúe nõ potes,ita te uis magnitudinis & notum nobis obiscit & ignotum. Et hæc est summa delicti spernẽtium te,scire uolentium tibi creatori suo seruire,habent quod scientes uenerentur,& habent quod ignorantes mirentur, habent quod timeant, habent quod diligant. Si enim totus pateres nostræ conditioni deus unus & uerus,minime potuisses credi, adeo falsi reperti sunt qui putabãtur dij,quoniam sciri per

Quod in solo uerbo deus omnia fecit Cap.X

omnia potuerunt qui & quales quantiq; fuerunt. At tu deus noster mirabilis & potens, qui totam istius mundi molem cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, uerbo quo iussisti quæ fieri disposuisti,uirtute qua potuisti ex nihilo,expressisti ornamentum maiestatis gloriæ tuæ,qui tempore ab ipso tunc æuo ire iubens stabilisq; manens dans cũcta moueri.Qui terram multiplici germine fructuum, & cœlum pulchro decorasti lumine syderum, quorum tu solus nomina, signa,potestates,cursus & tempora nosti. Tu mitis & benigne,fortis & zelotes & sabaoth inuictissime,uisitans peccata patrũ in filios usq; in tertiã & quartã generationẽ,& faciens misericordiã in mille milia his qui diligunt te & timent nomen tuũ. Si opera tua ita sunt magna & inscrutabilia pulchra atq; stupenda, dicant qui uolunt, quomodo capi poteris tu pulcherrimus creator eorum.Cõstat enim opificem lõge se aliter habere q; ea quæ à se fieri uoluit. Ex pulchritudine tamen circumscriptæ naturæ & mundialium rerũ mirabili specie pulchritudo tua quæ tu ipse es,quia simplex es, & excellentia gloriæ tuæ quæ circũscribi nõ potest, intelligi aliquatenus ualet:quanquã magnitudinẽ diuinitatis tuæ infinitã & incõprehensibilem nullus possit sensus attingere: neq; enim illorũ quoq; supernorum ciuiũ, miro tamen modo essentia tua scitur,cũ esse creditur.

De duabus syllabis dei Cap.XI

Quotiescunq; recolo uel audio duas breues syllabas,uel quatuor litteras,quibus scribitur deus:hoc enim nomen tibi soli omnipotens iure debetur:atq; cum intueor tuæ uirtutis magnalia & mirabilem mundi creationem, id est, cosmopœiæ consydero decorem,simulq; mecum tacitus reputo miserationes tuas quæ à seculo sunt:mirentur enim qui uolũt potentiã tuã,sed ego plus stupeo animaduertens misericordias tuas profecto in his quatuor litteris & duabus breuibus syllabis,cũ infinitũ quid & incõprehẽsibile,immẽsum,&inenarrabile mẽtis intuitu,& synceris fidei oculis præscire & posse, quod mihi tãtillo homini dignaris largiri,contẽplor.Nunquid enim duæ breues syllabæ tuæ deus noster es,aut duas breues syllabas adoramus, uel ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quæ penè ante desinũt sonare quàm cœperint, nec in eis secundæ locus est,nisi prima ante transierit. Manet quippe magnum aliquid,& magne summeq; est quod incomparabile & omnium præcellentissimum est,quod dicitur deus,quamuis nõ maneat sonus cum dicitur deus.

Quod in natura sua nos uidet deus Cap.XII

Verum quia caro nescit spiritum, & inuisibilia à uisibilibus non uidentur, per fidem enim ambulamus,& non per speciem,humanæ tu deus noster nimis bonus & pius consulens infirmitati, dignaris te nobis insinuare, non tua proprietate,sed aliqua quadam similitudine. Vnde & nostrorum qualitatem membrorum habere describeris, uolens passionum indigna de te ipso ad hæc perferre, ut quia sicut es te nequimus scire in præsenti miseria, per nostra nos ad

ad tua trahas,& nos dum condescendis nobis facilius consurgamus tibi.

De magnitudine dei in homine facta Cap.XIII

Multis siquidẽ modis ad significandum te hominibus de rebus inferioribus ad te speciales ducis,quẽ reuera iuxta propriam naturã inuisibilem constat esse, & in totum incõprehensibilem & incircumscriptum: ac per hoc nunquã alicui apparuisse secundum essentiam,sed modis quibus uoluisti,per assumptam creaturarum speciem, & ad efficientias causarum credimus. Fallũtur itaq; Anthropomorphitarum hæresis sectatores,qui dum legunt hominẽ ad imaginem & similitudinem dei factum,asserunt stulta temeritate speciem humanam te habere, cum illo in loco uel dicaris uel credaris mentẽ, non carnem ad imaginem tuam creasse. Enimuero nihil dignum de te humanus sermo loquitur, quia nec secundum qualitatẽ aut quantitatem,situm uel habitum seu motum aliquid de te digne dicitur.

De latitudine dei Cap. XIIII

Et tamen longitudo,latitudo, altitudo & profunditas tibi quodãmodo inesse leguntur. Sed latitudo charitatis, qua nos ab errore colligis & contines in ueritate. Longitudo uero, qua nos lõganimiter malos portas,donec emendatos futuræ patriæ restituas. Altitudo autem,qua omnẽ sensum & hominum & angelorum immensitate scientiæ superexcellis. Profunditas quoq;,quò damnandos inferius iuxta æquitatem disponis,atq; tuo iudicio iudex iustus præordinas. Omnẽ igitur supergrediatur creaturã, & mentis intuitum ultra omnia dirigat,qui aliquid uoluerit de tua prælibare libertate,summa boni deitas.

De cognitione sanctæ trinitatis Cap.XV

Tunc enim homo procul positus à uanitate,plenius in ueritate tenetur,quando in corde eius quicquid est deus,reliquis cunctis ab intuitu dimotis, pacificus pie credit & sancte cogitat. Sed licet nemo sit qui te in hac ualle lachrymarum ualeat efficaciter comprehendere & definire, magnum tamen & mirum ualde nostræ ætati datum est scire de te summo bono,tua nobis nimirum gratia reuelante.Quis ante nos in quos seculorum fines deuenerunt, talia sic manifesta audire potuit uel cognoscere de trinitate & unitate,de personis & substantia? De te quidem pater deus quod sis à nullo, ideo ingenitus dicetis:de filio autem tuo, quia genitus & à te sit,non à se:de spiritu quoq; sancto,quia procedens& nõ sit à se,sed à te & filio, quorum est spiritus. Ita, ut sicut tu pater genitus nec procedens dici potes: sic filius nec ingenitus,nec procedens:sic nec spiritussanctus ingenitus,nec genitus dici debeat, quatenus proprietas personarũ te unũ patrẽ simul cũ uno filio & uno spiritusancto patenter nobis ostendat.Quis prioribus seculis in te unum credere deum, & te cõfiteri trinum, neq; substantiam separans,neq; personas confundens,sic prudenter intellexit,sic palam sapuit,sic uero cognouit? Filius sanè tuus missus ad publicũ nostrum de sinu tuo,hanc rectæ fidei normã euidentius huic ultimæ patefecit ætati. Priusquàm creaturæ ostenderes creatorẽ,in sola notus eras Iudæa deus,& in Israël magni nominis tui fama & cultus audiebatur.Sed nũquid sic liquido,aut tantum quantũ apud nos sub gratia constitutos? De trinitate uero indiuidua parũ quidẽ tunc perpauci senserunt.Legislatorũ enim filij quod de una trinitate, uel de trina unitate scire debeant, digna perculsi cæcitate adhuc ignorant, aliud præter unum deum miseri nolentes confiteri,& garrientes in nos uerbis malignis dum dicimus te patrẽ habere filium. Nobis autem qui ex gentibus uenimus,quàm multa & uera de trino unoq; deo datum sit, probant corda quæ credunt,nec nõ & ora quæ cõfitentur, atq; nihilominus flagella ipsa & mors quæ pro hac ipsa confessione illata sunt:scriptũ est enim,Super senes intellexi.

Psal.118

Quod sancta trinitas sit indiuisa, Cap.XVI

Domine deus noster unus & uerus,nisi tu trinitas esses,nõ diceretur uoce ueritatis,Ite baptizate oẽs gẽtes in nomine patris & filij &spirituſsancti. Neq; enim baptizari iubemur domine deus in eius nomine q non esset deus dominus.Et rursum nisi tu trinitas esses unus deus,nequaquã tua uox diceret,Audi Israël,dominus deus tuus unus est.Ergo nisi tu deus pater ipse esses,& filius tuus uerbum tuum Iesus Christus ipse esset, & donum nostrum esset ipse spiritussanctus, non legeremus in literis ueritatis, Misit deus filium suum. Nec tu unigenite diceres de spiritusancto, Quem mittet pater in nomine meo: &, Quem ego mittam uobis à patre.Et alibi, Ego & pater unũ sumus: &, Qui uidet me,uidet & patrem, Ego enim in patre,& pater in me est: &, Pater in me manens ipse facit opera. Quid

Deut.6

Gal.4

Ioan.14.& 15,10

enim

enim his uerbis aliud,niſi trinũ & unũ deũ docere nos crederis tu magiſter ueritatis,in cuius C
Ioan.7.& 14 pectore recõditi ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ? dicis quoq;,Mea doctrina nõ eſt mea: & ,Sermonem quem audiſtis non eſt meus,ſed eius qui miſit me patris.Res mira,res admi randa:dic ergo,dic uerbum patris, reſponde quæſo uirtus & ſapientia ſummi principij: ſed tu ipſe principium de principio,non tamen duo principia,ſed unum certe principium. Die uerbum ſemper manens,doce ſeruum humiliter interrogantem.Quid enim tam tuũ quàm tu? Sed tu tuus & non tuus,quia non es à teipſo,ſicut in multis ſæpe locis teſtaris, ſed à pa tre cuius es uerbum, non ſonabile per ſyllabas & uolatile, ſed ſemper immobiliter uiuens atq; manens.Et ideo uerbum non quod deſinit prolatum,ſed quod permanet natum: non tranſitorium,ſed æternum:non factum,ſed genitum:nec ſolum genitum, ſed etiam unige nitum:cui ratio adeſt diſponenti,& præſto eſt uirtus perficienti,utpote uero deo & ſummo domino.Te quippe unigenitum uerbum pater genuit de ſeipſo,per quod omnia creauit ex nihilo.Et idcirco indubitanter credimus,quia niſi omniſcium & cunctipotens uerbum deus eſſes,nullo modo per te omnia facta fuiſſent.Quomodo creatura creare aliqd poteſt? Crea re certe ſolus deus ualet,qui creatus non eſt:nihil enim excepto deo non creatum eſt. Abſit ab intellectu noſtro,ut aliquid fateamur ex patre niſi filium,& ideo non niſi deus naſci po tuit ex deo.Vnde te mihi patris uerbum conſyderare uolenti,nulla ſufficiunt uerba quibus te ualeam explicare.Quid aut abũde uel digne loqui potero? Quis de quo? Homo de deo, opus de opifice,creatura de creatore, paruus de immenſo,temporalis de æterno: cuius ue nerabilis potẽtia omnipotentiſſima,qua nos gratuita bonitate feciſti: nec minus tamen ue nerabilis gratia,qua omnipotentiſſima miſericordia ſaluaſti. Qui & opus creatricis omni potentiæ gratis feciſti, & opus ſaluatricis gratiæ omnipotenter impleſti,habens nimirũ per petem poteſtatem, & condendi incondita, & reparandi perdita. Nec igitur præcipuus ille theologorum ſumma profundius cæteris aquilinis contemplatus obtutibus ſcriptitans eru
Ioan.1 ctaret,In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat D in principio apud deum,niſi tu deus uerbum,ſemper apud patrem,ſemper cum patre, ſem per de patre,ſemper in patre eſſes.Non ſicut uas in uaſe,uel ciuitas apud urbem: ſed ueluti ſapientia intra ſapientem,ueritas in ueritate,bonitas in bono, æternitas in æterno, quia ni hil aliud in patris ſubſtantia niſi deus & æqualis & coæternus illi à quo genitus es, eſſe po tes.Obmuteſcat itaq;, & cum ſuis autoribus pereat omnis hæretica prauitas, quæ inimica ſemper lite nunc ſubſtantiam diuidit,nunc perſonas confundit. Creſcat rogo fide & magis magisq; pijs fœcundetur actibus mater eccleſia,quæ tres deos colere,trinitarem in perſonis diſtinguere prophanum & nimis impium iudicat. Hæc denicq; cœleſtibus erudita diſcipli nis,credit,confitetur & docet unam proculdubio ſubſtantiam & tres perſonas,ſciens omnia quæ ad fidei regulam pertinẽt.Huius magiſterio & doctrina cœlitus inſpirata à puero do ctus,corde credo,ore confiteor te,ô ſumma trinitas, una uirtus & indiſcreta maieſtas.

De cognitione diui næ eſſẽtiæ incorpo rea Cap.XVII

Confiteor te patrem & filium & ſpiritumſanctum in perſonis trinum, in ſubſtantia unum,uerum deum omnipotentem,uiſibilium & inuiſibilium conditorem,non corpus aut in corpore poſitum,neq; ex diuerſis ſpeciebus admixtum, aut membrorum compaginibus effigiatum,ſed unius ſimplicis & incorporeæ naturæ.Te quidẽ uerum patrem ſummæ bo nitatis,& totius deitatis principium incircumſcriptæ & ingenitæ maieſtatis deum, ex nullo ducentem initium,ſed omnibus initium dantem credo & confiteor non corporali progenie nec extrinſecus,non neceſſitate neq; uoluntate,ſed natura filium generantem. Confiteor & uerum te filium ex patre ſine initio ineffabiliter natum, uerum deum unigenitum, per quẽ omnia facta ſunt,& uerum patris uerbum,non factum,non creatum, non adoptiuum,ſed genitum & unius cum patre ſubſtantiæ, atq; ita per omnia æqualem deo patri, ut nec tem pore nec gradu,nec poteſtate eſſe poſſis inferior. Tantumq; te eſſe cõfiteor qui genitus es, quantus & ipſe qui te genuit.Non autem,quia dico genitum à patre filium.diuinæ & ineſ fabili generationi aliquod tẽpus aſcribo,ſed nec patrem aliquando cœpiſſe,nec te eius filiũ.

Quia

A Quia ſemper fuit pater:nunc̃q; igitur non fuiſti filius. Non enim aliter confiteri poſſumus æternum patrem,niſi confiteamur te coæternum filium. Ex filio enim pater dicitur:& quia ſemper pater fuit,ſemper habuiſſe filium dubium non eſt. Te quoq; credo ſpiri tumſanctum uerum deum,nõ factum, nec creatum,nec genitum,neq; ingenitum,ſed ex pa tre & filio inenarrabiliter procedẽtem,& in patre ſimulq; filio ſubſtãtialiter permanentem. Sic igitur ab utroq; procedis ut inſeparabiliter in utroq; maneas: atq; ita per omnia deo patri & filio æqualem,coæternum,conſubſtãtialem,ut neq; poteſtate, neq; uoluntate, neq; æternitate, neq; ſubſtantia differri poſſis ab eis uel præcidi à quibus procedis. Igitur æter num patrem ſine natiuitate, æternum filium cum natiuitate, æternũ ſpiritumſanctum cum proceſſione,ſine natiuitate: totum patrem in filio & ſpirituſancto, totum filium in patre & ſpirituſancto, totum ſpiritumſanctum in patre & filio permanẽtem:patrem & filium & ſpi ritumſanctum unum deum omnipotentẽ, una poteſtate,unoq; regno,una maieſtate,una æternitate, ex tunc & nunc & ſemper ubiq; regnantem corde credo, ore confiteor & mente diligo.Ad hanc fidei regulam dirigens intentionem meam quantum me poſſe feciſti,deus meus quæſiui te & deſideraui intellectu uidere quod credidi.Huius rei gratia ingreſſus ſum multarum apothecam deliciarum, quibus paſcitur mater eccleſia ubi conſyderaui plurima, & cœpi explorare ſingula.Et cum huc illucq; anxius pauidusq; diſcurrerem, tu bonus adiu uare cupiens deſiderium quod dediſti,miſiſti manum pietatis tuæ & ſoluiſti nodum ambi guitatis meæ:& ideo delectat me de te ualde cogitare,de te loqui,laudesq; tuas deſideranti corde depromere, ut in præſenti miſeria ſolo quidem corpore,tecum autem mente & omni auiditate mi tenear domine. Deus trine & une, ſcientiæ lumen accẽde in me,per quod te in telligere merear trinum & unum deum, ſicut es trinus & unus deus.Et ignorantiæ tenebras magis magisq; ſicut cœpiſti remoue à me,ut ſpiritalia ſpiritaliter uideã quantum poſſibile eſt humanæ fragilitati. Da mihi in uia hac qua te duce gradior,intellectum,atq; inſpira mi

De ꝓceſſione ſpũſ ſancti à patre & fi lio. Cap. XVIII

B hi & ſemper doce gratiam tuam qualiter in te irreprehẽſibiliter ſit credendum, ut te unum deum eſſentialiter ſapiam, & incomprehenſibiliter trinum perſonaliter capiam,

De comparatione trium perſonarum Cap. XIX

Patrem ingenitum,de patre unigenitum, de utroq; procedentem & in utroq; manen tem ſpiritumſanctum,nullum anticipationis tribus uel poſteritatis interuenire momẽtum, nec diſpertitum habere imperium: non in creandis conſilium,regendis perficiendisq; crea turis auxilium opusq; diuiſum.Quicquid illic naturale eſt,indiruptum:quicquid perſonale eſt,inconfuſum.O myſterium ineffabile & præ cæteris intellectu difficile:reliqua uero ſacra menta quæ tenentur in eccleſia tua domine,ſtupenda ſunt & ueneranda,ſed iſtud tui ſacra mentum præcellit uniuerſa.Hoc mempe tuæ indiuiduæ trinitatis myſteriũ,& illud cœleſtis menſæ ſacramentum,quæ fideles & pias animas paſcit carne & potat ſanguine, ut non eſu riant,neq; ſitiant in æternum, fac me deus meus pura & ſimplici conſcientia præcipue inter cætera ſentire & credere, ſumere & retinere: ne ſinas quæſo domine fidem in eis meam ali quatenus uacillare, ſed ita ſemper in eis & de eis pro tua tribuas pietate mihi credere ac in telligere,ſicut ueritas eorum ſe habeat. Intret in cor meum gratia tua, quæ ſonet ſine ſono & ſine ſtrepitu, loquatur ibi tantorum omnem ueritatem myſteriorum, luce & dulcedine intus ubiq; & foris undiq; perfundat animam meã illa magiſtra uirtutũ,& iudex omnium ueritatum:& ſic in radiando & ſoporando eam in ipſo ueritatis centro ſtabiliat atq; confir met, ut nec uelim, nec poſſim de tantis myſterijs aliter ſentire niſi ſicut oportet & decet. Omnipotens bonitas,cuius pietatis aures ipſius pauperum tuorum deſiderijs patẽt,intelli ge clamorem cordis mei & faue uotis meis: Præſta domine ut ipſo mentis palato ſentiam, guſtem,& ſapiam hæc ineffabilia ſacramenta:magna enim ſunt & mira ualde, & ego par uulus in eorũ conſyderatione deficio quotiens ad intuẽda ea fidei oculos attollo. Sed quia uno modo utraq; nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem,deus autor omnium inuiſibilis creator, quies ſubſtantia ſumma & una diuinitas atq; perſonalis uera & perfecta trinitas,te deum patrem exoro, ex quo omnia, & filium tuum, per quem omnia,ſimul & ſpiritumſanctum,

in quo omnia, Te dominum meum quem unum & uerum in trinitate cõfiteor deum, à quo creati, liberati & illuminati sumus, supplex rogo tantorum auidus mysteriorum, lacta me, nutri me & in mensuram ætatis usq; perfecti uiri meam extende exiguitatem, ut solidũ hũc & perfectorum cibum capere ualeam. Imperfectum enim meum uiderunt oculi tui.

Quòd diuina substãtia indiuidua sit Cap. XX

Dator omnium bonorum deus pater, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur cum filio tuo ac spiritusancto, da quod à te desideratur, & à te postulat anima mea. Quorũ enim una est substãtia, unum est & datum, una & operatio, unum donum, unaq; potestas, ut in ipsa quoq; personarũ proprietate iuxta profundiorẽ intellectum quædam unitas sentiatur. Inseparabilis nimirum naturæ tuæ unitas non potest separabiles habere personas, quia sicut trinitas es in unitate, & unitas in trinitate, sic separationem non potes habere personarum. Nominantur quidem illæ personæ aliquando singulæ, sed ita uocasti te trinitas deus inseparabilem ostendere in personis, ut nullũ ibi nomen sit in qualibet persona, quod ad aliam partem secundum relationis regulam non referatur, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, uel spiritussanctus ad patrem & filium uerissime refertur. Ea uero nomina quæ substantiam uel potentiam uel essentiam tuam significant, uel quicquid dei propriis omnibus personis æqualiter conuenit, ut deus magnus, bonus, æternus, omnipotens, omnia naturaliter de te deo dicuntur. Non est igitur aliquod naturæ nomen quod sic tibi deo patri possit conuenire, ut aut filio tuo, aut spiritui sancto conuenire negetur. Dicimus te deum patrem naturaliter esse deum, sed naturaliter est & filius deus, naturaliter est & spiritussanctus deus: nõ tamen tres dij, sed unus deus, pater & filius & spiritussanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas deus in personis, sensu, intelligentia, quamuis in uoce separabilia habeas nomina quia pluralem numerum naturæ nominibus nullatenus recipis. In hoc enim ostenditur personas non posse diuidi in sancta trinitate quæ unus est uerus deus, quia cuiuslibet personæ nomen semper ad alteram respicit personam. Si patrem dico, filium ostendo: si filium nomino, patrem prædico: si spiritum sanctum appello, alicuius esse spiritum necesse est intelligi, id est, patris & filij. Tu uero trinitas deitatis personarũ pluralitate multiplex, numerabiliter es innumerabilis, ac idcirco mẽsurabiliter immẽsurabilis, & ponderabiliter imponderabilis: non enim summæ bonitatis, quæ tuipse es, profitemur originẽ, ex quo omnia, per quẽ omnia, in qua omnia: sed eius participatione dicimus bona omnia.

Quòd in diuinitate non est materia Cap. XXI

Nam tua diuina substãtia semper caruit ac caret materia, licet nõ careat forma: quã dũ imprimis quasi sigillũ rebus singulis, eas sine tui augmẽti aut detrimẽti mutabilitate proculdubio à te facis differre. Quicqd in natura creaturarũ est creatura tua est, ô trina unitas & una trinitas deus, cuius omnipotẽtia omnia gubernat regit & implet quæ creauit. Nec ideo te omnia implere dicimus, ut te contineãt, sed ut ipsa potius à te cõtineantur.

Quòd non est pars deo, nec diuisio Cap. XXII

Nec particulatim implesomnia, nec ullatenus ita putãdũ est, ut unaquæq; res pro magnitudine portionis suæ capiat te, id est, maxima maius, uel minima minus, dũ potius in omnibus totus ipse sis, siue omnia in te. Cuius omnipotẽtia omnia cõcludit, nec euadẽdi potẽtiam quis aditũ inuenire poterit. Qui enim te nõ habet placatũ nequaq; euadit iratũ. Immẽsitas qppe diuinæ magnitudinis tuæ ista est, ut intelligamus te intra omnia, sed nõ inclusum: extra omnia, sed nõ exclusum.

Quòd deus cõtinet omnia, Ca. XXIII

Et ideo interior es, ut omnia contineas: ideo exterior es, ut incircumscriptæ magnitudinis tuæ immẽsitate omnia circumcludẽdo omnia regas. Per id ergo q̃ exterior es, ostẽderis esse creator: per id uero q̃ interior es, omnia gubernare & regere demõstraris. Ac ne ea quæ creata sunt sine te essent, tu intra omnia es: uerum ne extra te essent, tu exterior es, ut omnia concludantur à te, nõ locali magnitudine, sed potentiali præsentia, quia ubiq; es præsens, & omnia tibi præsentia, quamuis quidam hoc intelligant, quidam uero non intelligant. Hæc & alia multa docuit me mater ecclesia, mater sancta uniuersalis & orthodoxa, cuius me fieri membrum uoluisti per gratiam tuã, & de eius cœlesti doctrina me ita certum & securum in omnibus pro tua pietate reddere dignatus es dñe per assiduã tuæ inspirationis illuminationem, & si multa quæ clausa mysterijs latent, nõ per speculum, sed facie ad faciẽ intuerer.

Decuit

Quòd deitas sit incorporea Cap. XXIIII

A Decuit te igitur solum uiuum & uerum deum non esse corporeum uel passibilem uel palpabilem, nullã tui partem corporis oculis posse sentiri, nihil de substãtia tua atq; natura ullomodo esse uiolabile, aut cõpositum, aut fictum, aut maius, aut inferius, sed per omnem modum ex omni parte sine deformitate perfectum, sine quãtitate magnum, sine qualitatẽ bonum, sine tempore sempiternũ, sine morte uitã, sine infirmitate fortẽ, sine mẽdacio ueritatem, sine loco ubiq; totum, sine situ ubiq; præsentẽ, sine extẽsione omnia implentẽ, sine contractione ubiq; occurrentẽ, sine motu omnia transcẽdentẽ, sine statu intra omnia manentẽ, sine indigẽtia omnia creãtem, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initium dantẽ, sine tui mutatione omnia mutabilia facientẽ, ac semper & ubiq; regnantem, sine fine manentem. Domine deus une trinitas deus, quæ incõparabiliter rebus omnibus antecellis, adeo es ineffabilis, infinita & incõprehẽsibilis ut paruissimũ sit ualde omne quod de te dici potest. Multa enim dicimus, sed plene id quod es dicere nõ possumus. Et quia uniuersorum cõsummatio sermonũ ipse es, cũ ergo peruenerimus ad te, cessabũt procul dubio multa ista quæ dicimus, & manebis unus omnia in omnibus, & sine te dicemus omnia unum laudantes te etiã unum, & in te facti unum, uidentes te iugiter sine fine incorporalem naturaq; immutabilem trinitatem, & in te omnia scientes, & in te gaudium perpetualiter mansurum hãbentes, ab omni sanati languore, & in illam immortalitatis gloriam transformati.

De uisione dei Cap. XXV

Cum uenerit uisio hæc quæ danda facie ad faciẽ promittitur, quando palàm de cũctis annunciabitur mysterijs, & fidei species atq; spei res succedet, tunc clarius certiusq; scientes intuebimur, nihil creatum, aut seruiens in te trinitas una, nihil inæquale, nihil gratia æquale, nihil anterius posteriusue, nihil maius aut minus, nihil extraneum aut officiale alteri, nihil persuasione aut surreptione insertũ, nihil moribus uolũtate diuersum, nihil officio singulare aut alteri cõmunicabile, non confusum, totũ perfectum, quia totũ in uno & unũ in toto, non tamen solitariũ, quoniã summũ bonũ & summã sapiẽtiam & summã benignitatẽ te sancte

B pater unum omnium principiũ & ueritatem tuã per quã te intelligimus nulla ex parte tibi dissimilẽ, quæ forma es omniũ, & quæ sola imples hoc quod appetũt omnia, simulq; ipsum utriusq; donũ quo beata sunt quæcunq; beata sunt, in te & cũ te colimus, & adoramus unã

Exemplũ de igne & anima Cap. XXVI

scilicet incõmutabilem trinitatem. Cum enim tertio repetitur quod unũ est, nõ numerus coaceruatur, sed unum esse illud asseritur, genitus, gignens, & procedẽs, tres quidem personæ, sed una substãtia. Sicut ignis, candor, calor, tria nomina sunt, res una: sic memoria, intellectus, uolũtas, sed una anima, quæ inseparabiliter demõstrãtur & inseparabiliter operantur. Si hoc in creaturis inuenitur, quid de te creatore intelligendũ est?

De immutabilitatẽ dei. Cap. XXVII

Natura quippe diuinitatis tuæ immobilis est omnino & immutabilis, personæ uero mobiles sunt secundũ relationẽ, non iuxta proprietatẽ: sed ideo in relatione personarũ trinitas, in naturæ uero substãtia unitas. Vnitas siquidẽ propter inseparabilem essentiã diuinitatis: trinitas autem propter diuersitatẽ nominũ. Non enim nomina tantũ, sed etiã proprietates nominum, hoc est, personas, uel uti Græci exprimunt συλλαβὰς, id est, syllabas confitemur. Hæc tamen dicimus de te deus noster ut potest humana intelligẽtia capere. Cæterũ quis in hac uita positus uel crystallino pectore, sufficiat penetrare tuiusplius trinitatis interna mysteria, quomodo pater, filius & spiritussanctus tres personæ estis & una natura? Quomodo tu pater ingenitus, dicetis filius genitus, spiritussanctus nec genitus nec ingenitus, sed procedẽs dicatur? Quomodo filius de te patre natus est, spiritussanctus de te procedit & filio? Quomodo filius nascẽdo nõ procedit, spiritussanctus procedẽdo nõ nascitur? Quomodo filius nõ de se, sed de te est, nec tñ tui est posterior de quo est? Quomodo spiritussanctus de te procedit & filio, nec tamen à uobis præscinditur à quibus procedit? Quomodo tria unũ estis, & unum tria? Quomodo inuicẽ relatiue tria estis, essentialiter unũ: quomodo trinus es & unus deus, non localiter, sed ubiq; es, & nõ particulatim ubiq; es, sed ubiq; totus es, ubiq; præsens sine situ & loco & motu? Quis ista rogo cõsyderet? Quis hæc comprehẽdat quantalibet probitate uel sciẽtia præditus? Hoc tamen in spe promissionis repositum est, quia uidebimus te

domine,& tanto unuſquiſq; perſpicacius,quanto hic uixerit purius.Quia mũdi corde,teſte C
ſcriptura,deũ uidebunt.Aperte nanq; uidebitur cuncta mẽtis iã deterſa caligine,quomodo
qui oriẽdo eſt,tibi ô pater de quo oritur ſubſequẽs nõ eſt,& quomodo ſpiritus amborum,
qui per proceſſionẽ proditur, à uobis proferentibus nõ præitur,quomõ & unũ diuiſibiliter
tria, & tria indiuiſibiliter eſtis unũ. Viſa enim claritas ad impatefactã tuæ nobis maieſtatis
ſpeciem purũ amantis intuitũ mentis rapiens ſubleuabit.Sed ipſa claritas natura eſt,& ipſa
natura claritas eſt. Quæ nimirũ uiſio nũc fide inchoatur,ſed tũc in ſpecie perficietur,quãdo
ſapiẽtiam tibi coæternam, quã modo per ora doctorum ſumimus, in ipſo fonte bibemus.
Omnia ſacramenta & cuncta nobis tunc apparebũt arcana, nõ doctorum uerbis,nõ enim
ullis indigebimus myſterijs cũ facie ad faciem uidebimus te,ſed inde,niſi fallor,unde angeli
te uident.Quid nos tunc latere potuit,quando tu deus noſter & uita uiuẽtium,cauſa cauſa-
rum,forma formarum informata te nobis clara uiſione inſinuabis? Nõ enim indignũ tibi
Quòd deitas materia caret Cap.XXVIII uidetur cũ te formam uocemus. Nam tua eſſentia,& ſpecies dici poteſt & forma.
Non fruſtra tam ſpecioſiſſimum q̃ formoſiſſimũ in laude tua ponitur,ſed forma quæ ma-
teria caret & motu & tempore & loco,atq; idẽ unum eſt,& eſt id quod eſt:reliqua uero non
Exod.3 ſunt id quod ſunt. Hæc ueriſſime ſola dicere poteſt,Ego ſum qui ſum. Hæc tãta ac talis eſt,
ut de eius pulchritudinis uiſione nihil in hac uita ſibi uſurpare mẽs humana audeat,quod
De ſiti ſine ſatietate. Cap. XXIX ſolum electis tuis præmium in ſequẽti remuneratione reſeruas. Cum ergo ad te
peruenerimus fontẽ uitæ & lumen æternum, & dulciſſimam ſpeciem & uiſionem tuam,erit
nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimulq; ſatietas.Sed longe aberit à ſiti ſatietas,longe à fa-
tietate faſtidium, quia ſitientes ſaturabimur,& ſatiati ſitiemus.Tu deniq; & æterna nobis
uita gaudium & corona eris.Tua beata uiſio erit noſtri laboris præmium,ut poſt mortali-
tatis huius tenebras accenſa gloriæ tuæ luce gaudeamus.Videbimus itaq; tuæ incommu-
tabilitatem eſſentiæ, ut per hanc & nos efficiamur incommutabiles.Sed non ſicut tu uides
te:in nobis enim quicquid erimus,poterimus noſſe:in te autem qui comprehendi nõ potes D
quod es,quicquid illud eſt quando poſſumus noſſe? & ſi poterimus, nondum poſſumus:
& tamen cum poterimus,nunquid ſic te noſſe ualebimus ſicut te noſti deus? Ipſa quoq; ra
tionalis & electa creatura non æqualiter uiſione tui potietur:unuſquiſq; enim pro mercede
laboris ſui: ſed plene ſibi ſufficiet,quod ſingulis dabitur intueri,Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ domine.Beati qui habitant in domo tua domine. Felices qui iam pelagus
huius mortalitatis tranſierũt, & ad portum perpetuæ ſecuritatis peruenerunt.Infelices nos
qui adhuc in ſalo huius uitæ circumflantibus agitamur procellis,& inter pericula multa ua
rioſq; caſus incerti uane laborantes trahimus. Dñe da nobis te rectore,te duce
De uita æterna Cap.XXX inter ſcyllam & charybdin ita tenere iter per mediũ,ut integra naue & ſaluis mẽtibus perue
nire poſſimus ad te portum tutiſſimum.Felix anima terreno reſoluta carcere,libera cœlum
petit,quæ beatis iam admixta ſpiritibus maieſtati tuæ aſſiſtit,quæ te incircumſcriptum lu-
men cernit,quæ nullo metu uel mortis uel hoſtis afficitur,quæ incorruptionis perpetuæ mu
nere lætatur.O uita uitalis,dulcis & amabilis & ſemper memorialis,ubi nõ eſt hoſtis impu
gnans,ubi nulla illecebra,ſed ſumma & certa ſecuritas, & ſecura trãquillitas,& tranquilla io
cunditas,& iocũda felicitas,& felix æternitas,& æterna beatitudo,& beata ſine fine tui uiſio
atq; laudatio. Vtinã hæc ſuccedat, & mortale hoc induatur immortalitate. Vtinã deſinat
& quamcito finiatur iſta uita,uita dubia,uita cæca,uita erumnoſa,quã humores tumidant,
dolores exterminant, ardores exiccant, aëra morbidant,eſcæ inflant,ieiunia macerant,ioci
ſoluunt,triſticiæ cõſumunt, ſollicitudo coartat, ſecuritas hebetat,diuitiæ iactant,paupertas
deijcit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, mors deprimit: & poſt hæc
omnia mors interimit & uniuerſis gaudijs finẽ imponit,ita ut cũ deſierint eſſe, nõ fuiſſe pu
tentur.Iam iamq; aduenias domine, aduolet obſecro regnũ illud carens morte,uacãs fine,
cui nulla tempora ſuccedunt per æuum, ubi cõtinuus ſine nocte dies neſcit habere tempus,
ubi illi angelorũ hymnidici chori & ſupernorũ ciuium ſocietas, ubi dulcis ſolẽnitas à pere-

grinationis

A grinationis huius triſti labore redeuntium,ubi prouidi prophetarum chori,ubi iudex apo-
ſtolorum numerus, ubi innumerabilium martyrum uictor exercitus, ſimulq; confeſſorum
conſtãtia præmij ſui perceptione conſolata,ubi fideles uiri,quos uirilitatis ſui robore uolu-
ptas huius ſeculi emollire non potuit,& ſanctæ pariter mulieres,quæ cũ ſeculo & ſexum ui-
cerunt,ubi pueri, qui dũ eſſent in carne annos ſuos moribus tranſcẽderunt,atq; ſenes quos
ætas debiles reddidit,& uirtus operis non reliquit.Ad horũ omnium ſanctam frequẽtiam
& tuæ inſpiciendã pulchritudinis mãſuram ſine fine læticiã,fac me domine deus toto cordẽ
intẽdere,uiriliter currere & feliciter peruenire. Interim dũ in iſto loco maneo corpore,in his
ſemper meditationibus mentem meam bonorum inſinuator exerce. Munda ergo cordis
intuitum, acue mẽtis intellectum, accẽde cœleſti igne animũ,ut te ſolum cogitem,te ſolum
amem, te ſolũ in corde habeã & in ore,qui es futurũ nobis ſine fine præmium.Et ut põdus
mortalitatis meæ leuius feram,da lumen in corde,da uerbũ in ore,aperi ſanctarum ſecreta
ſcripturarum, & profunda myſteriorũ regni tui uiſceribus meis propina.Da ex amore tuo
lachrymas,da fidei uirtutum q̃ pẽnas,quibus indutus ſurſum ad te uolitem,& peroſus ter-
ram,cœlũ petam. Hanc fidẽ per te,de te,in te,confiteor ô beata & benedicta & glorioſa tri-
nitas,ô uera & ſumma & ſempiterna unitas,pater & filius & ſpirituſſanctus,deus,dominus
paracletus,gratia, cõſolatio,uerum lumen,lumen ex lumine,uera illuminatio,uiuens uita à
uiuente,uiuificator uiuẽtium,fons, flumen,irrigatio,unus à ſe, unus ab uno,ab uno omnia,
per unũ omnia,in uno omnia,id eſt,à ſe pater,ab altero,id eſt,à patre filius,ab utroq; ſpiri-
tuſſanctus, id eſt, à patre & filio, ὃμ à ſe, ὃμ ab altero, ὃμ ab utroq;,omne autem ὃμ ſem-
per in tribus,& omne ὃμ æqualiter in ſingulis uerum genitor,ueritas genitus,amor ambo-
rum ſpirituſſanctus. Vna uirtus,æqualis maieſtas,par gloria,una eademq; eſſentia.Sapiẽs
genitor, ſapientia genitus, & charitas ſpirituſſanctus.Deus trine & une,deus omnipotens,
apud quẽ non eſt tranſmutatio, & ideo apud te curſus temporis dici noctisq; alternatione
B nequaq̃ uariatur. Deus lux uera quæ ſine acceſſu ea quæ elegis illuſtras, & ſine re- *De luce diuinâ Cap.XXXI*
ceſſu ea quæ reſpuis deſeris, & ideo in te nullus defectus, nulla mutabilitas uenit.Deus qui
in temetipſo manẽdo immutabilis,ſic in ſe tranſitoria cõdidiſti,ut apud te tranſire nequaq̃
poſſint,& ideo in conſpectu tuo tempus non defuit quod apud nos ſine decurrit. Deus in
cuius æternitate fixa manent ea quæ non fixa exterius ſeculorũ uolumina emanant,& ideo
æternitas tua dies eſt una,quæ nec ſine clauditur,nec initio aperitur. Deus qui ſine *Quòd ſit immutabilis deus Cap.XXXII*
mutabilitate tui ſimul cuncta reſpicis, ſine diſtenſione comprehẽdis,& bona quæ iuuas,&
mala quæ iudicas, & quæ iuuans remunerans,& quæ iudicans damnas,in his quæ diuerſo
diſponis ordine diuerſus nõ es.Deus qui opera tua extra circundas & intra reples, ſupra re-
gis,& infra fers,& licet ſis ſuperior per potentiã,inferior tamen per ſuſtentationem,exterior
per magnitudinẽ,interior per ſubtilitatẽ, cauſa ſuperior & inferior es, ſine loco,amplus ſine
latitudine,ſubtilis ſine extenuatione, & ideo per molem corporis nunq̃ es,ſed per incircun-
ſcriptã ſubſtantiã,immẽſibilitatem incõmutabilis naturæ nuſq̃ dees.Sed quia lõge diſtas
creator à creatura,q̃s ualet capere qualiter ſis in loco qui nõ caperis in loco? Omnino enim
in loco eſſe nõ potes,quoniam ubiq; es & nõ in loco.Ipſe tibi locus illocalis crederis eſſe,ſpi
ritus incircumſcriptus,unde difficile inuenitur ubi ſis,ſed multo difficilius,ubi non ſis. Quis
ſine te ſubſiſtere uel eſſe poteſt? Et tñ tecum nõ poſſunt omnes eſſe.Omnia enim à te ſunt,
& per te ſubſiſtunt.Deus uera & infinita beatitudo,à quo & per quẽ & in quo uiuũt omnia
quæ uere ſummeq; uiuunt.Deus bonum & pulchrum,à quo & per quem & in quo bona & *De infinitate dei Cap.XXXIII*
pulchra ſunt omnia quæcunq; bona & uere pulchra ſunt. Deus ſupra quẽ nihil,
extra quẽ nihil, ſine quo nihil,ultra quẽ nihil, infra quẽ nihil. Deus ſub quo totũ,cum quo
totum,in quo totũ.Deus à quo omnia,per quẽ omnia,in quo omnia.Deus cuius nos fides
excitat,ſpes erigit,charitas iũgit.Deus qui petere iubes,& inuenire facis,& pulſantibus ape-
ris.Deus à quo auerti cadere eſt, in quem conuerti reſurgere,in quo manere cõſiſtere.Deus
quẽ nemo amittit, niſi deceptus, nemo quærit niſi admonitus,nemo inuenit niſi purus aut

purgatus. Deus quem neſcire mori eſt,quem noſſe uiuere eſt,quẽ ſpernere perire eſt cui ſer C
uire regnare eſt. Deus cuius pietatis ope & bene ſeruit ſubiectus,& dominatur prælatus,& ideo ſine te nemo corũ recto incedit tramite uel ordine. Deus inuiſibilis & immẽſe,ineffabilis & æterne, incomprehenſibilis & corpore immortalis & perpetue, incommutabilis & incircumſcripte,mirabilis & benedicte,indicibilis, cui eſt uiuere ſapere, & intelligere ſcire & poſſe,pulchre ſancte & clare,unum & idem es & diuidi non potes. Tu es ipſe deus meus uiuus & uerus,deus pius, rex nimis magnus. Te unum deum colo, unum naturarum principium, à quo uniuerſitas inchoatur & perficitur & continetur. Vnum deum à quo ſumus, per quem ſumus,in quo ſumus,à quo diſceſſimus,cui diſſimiles facti ſumus,principiuſm ad quod recurrimus,& formam quam ſequimur, & gratiam qua reconciliamur,unum quo autore uiuimus,quem diligentes,& quem fruentes beate uiuimus,te laudo,benedico atq; adoro,tuæ clemẽtiæ & bonitati gratias refero pro uniuerſis donis tuis ac datis,& pro omnibus beneficijs miſericordiæ tuæ, quæ animæ corporiq; meo largitus es,& ſemper largiris à puero & cunabulis meis propter te & nomen ſanctũ tuum. Vnde expertus didici,quia tu deus noſter deus es infinitæ miſericordiæ & maieſtatis immenſæ pietatisq; gratuitæ,qui ſeruos tuos inter aduerſa & proſpera mirabiliter dirigis atq; cuſtodis, ſicq; moderaris uitam illorum in utraq; parte, ut aduerſa proſperis, & proſpera ſuccedant aduerſis. Confiteãtur ergo tibi domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi:ci ut confitendo reſipiſcant,non ceſſent à laudibus tuis ipſi etiã peccatores. Quorum unus licet in peccatis pronior,in corde tamen deſideranti tuas decanto laudes,ſi non ea qua debeo laude uel dignitate facio,qua ualeo facultate,reſpice quæſo ſereno uultu ad hoc meæ exiguitatis obſequium,& propitiabili dignatione accipe tantillum ſacrificium cõfeſſionis fidei meæ, ut ad te redeat quod à te uenit:non reſpiciens tantum ad id quod deuotus offero,quantum ad ea quæ deuotiſſime dicere uolui & uolo. Quicquid dedecet uel te offendit,abhorret anima mea. Vtinã poſſem talia qualia hymnidici chori. O quàm libenter me in laudibus tuis totum effunderem,& lu D
culẽter in medio eccleſiæ carmen gloriæ tuæ infatigabilis perorarẽ. Sed quia ut illi nequeo, prorſus tacebo. Væ dñe tacẽtibus de te,qui ora mutorũ reſoluis, & linguas infantium facis diſertas. Verũ quia paruulis licet laudes tuas uel balbutire,ſuſcipe ſacrificiũ precor de manu linguæ meæ,de cordis amore. Sed ignoſce rogo dñe indigniſſimo & infideli tecum de te loquẽti diutius ſeruo. Ignoſce pie, quia nõ temeritate præſumptionis,ſed auiditate tui deſiderij huic defloratiũculæ operã dedi,ut breue & manuale uerbũ mecũ de te ſemper haberem, ex cuius lectione quoties tepeſio,in tuũ reaccẽdar amorẽ. Sumus enim in medio laqueorũ poſiti,& ideo facile à cœleſti refrigeſcimus deſiderio. Vnde indigemus aſſiduo muniměto, quo expergefacti, ad te noſtrũ uerũ ſummumq; bonũ quũ defluimus, recurramus. Multæ deniq; ſunt cõtemplationes,quibus anima deuota exercitatur & proficit, ſed nulla earũ ita me delectat, ut mens mea intẽdit, ſicut illa quæ tua agitur proprietate. Idcirco neceſſarium duxi hic mihi ſolũ decerpere ſermũculum,ubi de omnipotẽtia maieſtatis tuæ,ſicut corde credo ad iuſtitiã, ita ore confiterer ad ſalutẽ te deum patrẽ ingenitũ,te filium unigenitũ te ſpiritumſanctũ paracletũ, ſanctam & indiuiduã trinitatẽ unum deũ,in magnitudine infinitũ, in uirtute omnipotentẽ,in bonitate ſummũ,in ſapiẽtia inexiſtimabilẽ, in cõſilijs terribilem, in iudicijs iuſtũ,in cogitationibus ſecretiſſimũ, in uerbis ueracẽ, in operibus ſanctũ, in miſericordijs copioſum:erga delinquẽtes patiẽtiſſimũ,erga pœnitẽtes piſſimũ,ſemper idipſum, æternũ ac ſempiternũ,immortalẽ atq; incõmutabilem,quẽ nec ſpacia dilatant,nec breuitas locorũ anguſtat,nec receptacula ulla coartãt,nec uolũtas uariat,nec neceſſitudo corrumpit, nec mœſta perturbãt,nec læta demulcẽt, cui nec obliuio tollit,nec memoria reddit,nec præterita trãſeunt,nec futura ſuccedunt,cui nec origo initiũ,nec tempora incrementũ, nec curſus finẽ dabit: ſed ante ſecula, & in ſeculis,& per ſecula in æternũ uiuis, & eſt tibi laus perennis & æterna gloria,ſumma poteſtas & ſingularis honor,perpetuum regnum & ſine fine imperium,per infinita & indefeſſa & immortalia ſecula ſeculorum, Amen.

Speculi finis.

A HVNC librum non eſſe ſancti Auguſtini non minus ſuperuacaneum ſit,quàm ſi quis admoneat,bubalum nõ eſſe equum. Fruatur ſuo quiſq; iudicio, ego nihil uideo dignum in quo tempus terat, cui ſit alioqui aliquid ſerij negocij.

DE VITA CHRISTIANA LIBER.

VT EGO peccator primus & ultimus,inſipiẽtiorq; cæteris & imperitior uniuerſis, te ut ſanctitatis & iuſtitiæ uiam pergas crebrioribus audeam litteris admonere,non meæ propriæ iuſtitiæ fiducia,non ſapientiæ peritia,non ſcientiæ gratia, ſed ſola quam concepi ſecundũ deum animo & mente, tuæ charitatis cauſa compellit, quæ me peccatorem & ignarum pariter ad dicendum,ita hæc hortatur & prouocat,ut cũ loqui neſciam, tacere non poſſim. Vellem itaq;, & libenter optarem te eorum habere noticiam, quorum & ſapientia affluentior eſt, & facundia maior,& ſcientia uberior,& conſcientia ab omni peccatorum contagione liberior, qui ſuis tete uerbis iuſte inſtruerent & exemplis. Nos enim præterq; quòd mentem noſtram ita inſipientiæ & ignorantiæ caligo cæcauit,ut diuinum aliquid nequeat ſentire uel dicere, adhuc inſuper & omnium redarguit conſcientia peccatorum, ut etiam ſi quid luminis poſſit habere abſcondat,& ita fit ut præterquam quod dicere non habemus,hoc etiam quod habemus,nõ fiducialiter proferre con ſcientia prohibente poſſimus. Tu tamen cum peritior tibi apparere poſſit & melior, rudibus admonitionibus noſtris interim eſto contenta,& charitati da ueniam,cuius eſt non conſyderare quid offerat,nec quod non habet quærit,ſed totum quod habet libenter impertitur: ad cuius non tam muneris ſpeciem, quàm animi reſpice uoluntatem, & diligenter aduerte quid tibi illa negare poterit, quæ totum dare uolũit quod habebat, obtuliſſet etiam quod nõ habebat ſi poſſet,quæ totum quod potuit offerebat. Sitit itaque ille,ſed parum,
B qui decurrentis interim riui aqua non poteſt eſſe contentus,donec ad fontem uberiorem puriorem q; perueniat. Nec illum ſatis eſurire credo,qui cum cibarios panes habeat,nitidos expectat & candidos:ita dulciſſima ſoror quam ego certus ſum eſurire nimium,& ſitire cœleſtia, cibarios interim mande panes, donec ſimilagines candentes inuenias. Exigui & turbulenti riuuli aquam pota, uſquequo fontis affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noſter, quamuis ruſticus uideatur eſſe diſpliceat. Ruſticus enim panis incultior eſſe uidetur,ſed fortior, & celerius eſuriẽtem ſtomachum ſatiat,feſſumq; corroborat,quàm qui ſiligineus uidetur & nitidus. Nunc ergo dicam ſermone prout ualeo,& quid Chriſtianum agere conueniat, ut potero explicabo. Cuius rei & unde prius exordium ſumam iuſtius non inuenio, quàm ut primum de Chriſtiano ipſo uocabulo diſputem, & cur quis Chriſtianus nuncupetur exponam. Chriſtum unctum interpretari, ſapientium & fidelium nullus ignorat. Vnctos uero non niſi ſanctos uiros & ſatis deo dignos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt,nec alios q; prophetas aut ſacerdotes aut reges. Et tam magnum fuit ipſius unctionis myſterium,ut in Iudaico populo,non omnes illud,ſed ſatis pauci de pluribus mererentur accipere,& hoc uſque ad aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti quem deus oleo lætitiæ,id eſt, ſpiritu ſancto præ cæteris conſortibus ſuis unxit. Ex quo tempore credentes illi & baptiſmatis illius ſanctificatione purgati,non aliqui ſicut ſub lege prius fuerãt,ſed omnes in prophetis & ſacerdotibus ungũtur & regibus. Cuius unctionis quales eſſe debeamus admonemur exemplo,ut in quibus tam ſancta eſt unctio, ſit nõ minus ſancta conuerſatio. Ex ſacramento enim unctionis huius & Chriſti & Chriſtianorum omnium, id eſt,in Chriſto credentium uocabulum deſcendit & nomen. Quod nomen ille fruſtra ſortitur,qui Chriſtũ minime imitatur. Quid enim tibi prodeſt uocari quod nõ es,& nomẽ tibi uſurpare alienũ? Sed ſi Chriſtianũ te eſſe delectat,quæ Chriſti ſunt gere,& merito tibi Chriſtianũ nomen aſſume. Aut forſitan non eſſe,ſed uocari deſideras,hoc ſatis miſerũ & fœdũ eſt,te uelle uocari quod nõ ſis. Nemo enim ita trãſit ad Chriſtum, ut Chriſtianus appelletur & nõ ſit.

Cur quis Chriſtianus nuncupetur Cap. I

Qui Christianus dicitur, Christum se habere dominum profitetur. Et uere habet si ei in C
omnibus obsequatur & seruiat. Si quo minus, Christi ille non famulus, sed subsannator est & derisor, qui eius se seruum dicit cui seruire dissimulat. Huic ergo iudicium geminum seruatur, & pro dei subsannatione quem sine causa deum appellauit, & pro qualitate peccati.

Quare peccatores deus sufferat, & nõ ilico puniat, Ca. II

Sed plerosq; incredulos & imprudentes & perfidos misericordis dei longa patientia peccare sinit intrepidos, ut ex hoc peccatorum suorum non arbitrentur ultionem, quia non statim uelit punire peccãtes. Miseri & ingrati, suæ salutis improuidi, quia etiã deo imputant q̃ eorum differatur interitus, ignorantes dei prouidẽtia duplici ratione seruari, ut & humano generi longa eius patientia consulatur, & ne ille iudicetur impatiens si ilico uoluerit damnare peccantes. Nam si tam patiens non esset, iam dudum humani generis origo defuisset. Nec iustos de peccatoribus haberemus, si cõfestim deus uellet punire qui peccãt. Nõnullos enim scimus & legimus qui antea, aut ignorantiæ cæcitate, aut causa perfidiæ, aut adolescentiæ uanitate decepti, multiplici & uario peccatorum genere tenebãtur obnoxij, & per sustentantis dei clementiam & patientiam postmodum cõuersi ab errore, maiores adhuc operas fecerunt iustitiæ q̃ antea peccata commiserant: deus enim non donat peccata, sed differt: nec perseuerãtem peccatorem à morte liberat, sed ut uel sero conuertatur & uiuat patienter ex-
1. Pet. 3 pectat: sic beatus Petrus apostolus ait, Non tardat dominus promissionem, sed patienter expectat uel agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam conuerti. Ille enim te quasi benignus, pius & clemens, ilico idcirco non percutit, ut tu quanta illius erga salutem tuam pietas, quanta clementia sit recognoscas, qui te peccatorem & impium expectare magis uult, & seruare conuersum quàm punire peccãtem: sicut per prophetam ipse dominus loquitur, & quantum uelit homini misericordiæ pietatisq; largiri, propriæ uocis
Ezech. 18. & 33 benignitate depromit, dicens, Et iniquus si conuertat se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecerit, & custodiat mandata mea, & faciat iudicium & iustitiam in terra & misericordiam, uita uiuet, & non morietur. Omnia delicta eius non erunt in memoria. In iustitia sua D
quam fecit uiuet. Et nũquid uoluntate uolo mortem iniusti, dicit Adonai dominus, ut auertat se à uia sua mala, & uiuere eum faciam? & alibi, Iniquitas impij non nocebit ei, in qua-
Hierc. 3 cunq; die conuerterit se à sua iniquitate: & iterum, Conuertimini filij conuertentes, & ego sanabo contritionem uestram. Ecce quomodo te deus, ut à peccatis tuis uel sero conuersus saluus esse possis, & monet & prouocat. Ecce qualiter morti obnoxiũ ut uiuat hortatur, quàm leniter, quàm clementer inuitat, ut etiam peccatoribus patris non neget pietatem, & adhuc filios appellat, qui patrem deum peccãdo perdiderunt, sicut & ipse se perdidisse peccatores filios alio in loco cum uoce flebili, & miserabili quadam lamentatione testatur, dicens, Sine filijs factus sum, perdidi populum meũ propter peccata eorum. Ex hoc ergo cognosce qualiter te deus diligat, quem maluit uiuere q̃ perire. Et tu eum contemnis & despicis, qui amplius q̃ tuipse te diligit, qui te mori cupientem uult uiuere, Nolo, inquit dominus, mortem peccatorum, sed ut conuertantur ut uiuant. Tu ergo mori uoluisti peccando, ille te uiuere uult conuertendo. O stulte, ô irreuerens & ingrate, qui nec in hoc deo, qui tibi uult misereri

Quõ de dei misericordia nimiũ præsumẽtes, plerũq; subito & occulte puniãtur etiã in præsenti, Cap. III

consentis, qui te magis uult sua pietate saluare quàm tuo perire peccato.

Nemo ergo sibi ideo blandiatur, nemo stulta & uana suspicione decipiatur, nemo idcirco securus delinquat & liber, quia super peccatores confestim dei ira iudiciumq; non uenit, ut ex hoc opinetur se impune peccasse, q̃ non ilico puniatur, sed hoc magis differre deum quàm dissimulare cognoscat, & iram dei peccatoribus quamuis seram subito & repente uenturam: sicut scriptum est, Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triste: est enim altissimus redditor patiens. Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem, subito enim ueniet ira eius. Quod in plerisque impletur, quibus ob nimia peccata, & in præsenti dei ira superuenit, & in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoscit, nec quisque aduersa sustinens malis suis æstimat irrogari, sed quod pertulerit consuetudinis potius putat esse quàm criminis. Et idcirco deus in præsenti non

uidetur

A uidetur punire peccantes, quia cum punit non cognoscitur. Multi sunt enim quos nemo intelligit, qui ob multitudinem peccatorum iam ante iudicij diem in præsenti ctiã iudicantur. Aut dicat mihi quis si quem sacrilegum, sanguinarium, rapacem, falsarium, homicidam, furem, fraudulentum, adulterum, cæterorumq; criminum reum, uel in præsenti tempore perire uidere longæuum. Nos enim plurimorum habemus exempla, per quæ probare sufficimus sceleratos & impios peccatorum suorum fine completo, & hoc tempore iudicari, & præsentem eis uitam negari non minus q̃ futuram. Sed hoc ille facilius intelligere potest, qui per diuersa tempora diuersorum iudicũ impie scelerate q̃ conuersantium spectauit interitum. Quorum quo potestas sublimior est, eo ad peccandum maior audacia, quæ totũ sibi licere credit quod potest. Et dũ alterius iudicium non timent qui alios iudicant, ita ad cadendum præcipites sunt. Ita fit ut qui hominis non timent in delinquendo iudicium, deum sentiant iudicem & ultorem. Ex quibus alij qui insontem animarum sanguinem frequẽter effuderant, ita iram dei iudiciumq; sensere, ut ipsi postmodum sanguinem fundere cogerentur suum, qui libẽter fundebant alienum. Alij uero qui similia commiserant, sic dei indignatione prostrati sunt, ut insepulti iacerent, & esca feris & cœli uolucribus fierent. Alij autem qui innumerabilium hominum multitudinem iniuste peremerãt, membratim particulatimue consisi sunt, ut nõ minor fuerit cõscissura membrorum numero punitorum quos interimi fecerant. Et quorum iudicio maritis iniuste peremptis multæ effectæ uiduæ, multi orphani patribus occisis derelicti, quibus præter orbitatem mendicitas inferebatur & nuditas: nam addebant impietati & crudelitati quod decrat, ut eorum quos fecissent occisi spoliarent & liberos: nunc uero ipsorum coniuges uiduæ, & filij orphani alienis quotidie egent panibus. Nonne uidetur tibi istud testimonium in ipsis esse completum comminantis dei, dicentis, Viduam & orphanos non uexabitis: q̃ si uexabitis eos, & uociferantes clamauerint ad me, *Exod. 22* exaudiam uociferationem eorum, & irascar animo, & percutiam uos gladio, & erunt coniuges uestræ uiduæ, & filij uestri orphani? O indignum facinus, ô scelestissimum facinus, ô nimia & non ferenda crudelitas, duo sæuissima & atrocissima uno perpetrantur in tempore, homicidium fit ut rapina succedat. Occiduntur mariti, occiduntur & patres, quo facilius uiduæ spolientur & orphani, & ita quisq; in alterius morte congaudet quasi non sit & ipse quandoq; moriturus. Merito ergo deus huiusmodi crudelitatibus & impietatibus commouetur. Merito iudicium suum in quibusdam ante tempus ostendit. Merito talibus uita nec præsens nec futura conceditur. Quorum nos nec sceleratum nec impium & in præsenti dei iudicium euadere posse æstimemus, admonemur exemplo. Sed hoc magis sentire nos conuenit, tamdiu unumquemq; dei patientia sustentari, quamdiu nondũ peccatorum suorum terminum finemq; compleuerit, quo consummato eum ilico percuti, nec illi ullam ueniam iam reseruari.

Quòd deus certo numero peccatorũ cõpleto puniat hominẽ, exẽplo probatur, Cap. IIII

Esse autem certum peccatorum modum atq; mensuram dei ipsius testimonio comprobatur. Et q̃ unusquisq; uel celerius uel tardius prout peccatorũ suorum modum expleuerit iudicetur, euidentissime quidẽ demonstratur, quando de Sodomorum & Gomorræorum interitu ac incẽdio, qui sua iam peccata repleuerãt ad Abraam deus loquitur, dicens, Clamor Sodomorum & Gomorræorũ repletus est, & peccata eorũ magna uehemẽter repleta sunt. De Amorræis uero quid dicit qui sua nondũ peccata finierãt, quos post multos annos q̃ supradictæ ciuitates crematæ sunt, constat esse deletos? Nondũ sunt repleta peccata Amorræorum usq; adhuc. Quo exemplo manifestissime instruimur & docemur, singulos secundũ peccatorum suorũ plenitudinem cõsummari, & tamdiu ut conuertantur sustineri, quamdiu cumulũ suorum nõ habuerint delictorũ consummatum. Nemo, inquam, se fallat, nemo se decipiat, malos nõ amat deus, peccatores non amat, iniustos non amat, rapaces, crudeles & impios non amat. Sed amat iustos, bonos, pios, humiles, innocentes & mites, sicut scriptum est, Quoniam nõ uolens deus iniquitatem tu es: Non habitabit *Psal. 5* iuxta te malignus, neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti, ait Dauid, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Sed

De bonorũ & malorũ differenti punitione, Cap. V

Sed dicet aliquis, Quid est q̃ uidemus bonos etiã perire cum malis? Illi non pereunt, C
sed euadunt qui de malorum consortio & persecutionibus liberantur, & ad requiem transferuntur. Illi & planè moriuntur & pereunt, quos de hoc mundo recedentes maioris adhuc iudicij supplicium expectat & pœna. Vocãtur enim ante tempus boni ne diutius uexentur à noxijs: mali uero & impij tolluntur, ne bonos diutius persequantur. Iusti de pressuris, tribulationibus & angustijs uocantur ad requiem: iniqui uero de luxurijs, opibus & delitijs rapiuntur ad pœnam. Illi uero uadunt ut iudicent, isti ut iudicentur. Illi ut uindicentur, isti ut
Sap.4 in eos uindicta celebretur, ut scriptum est, Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: & iterum, Viuens inter peccatores translatus est: & iterũ, Placita enim erat deo
Sap.3 anima eius & ideo properauit de medio iniquitatis eripere eum: & iterum, Cum impij eunt ad mortem, illi autẽ sunt in pace. Vides ergo hanc solutionem corporis iustis & dei electis requiem esse, nõ pœnam, ut cum dissoluuntur liberari eos potius q̃ perire. Et idcirco ipsam solutionem qui fideles sunt, nõ timent nec uerentur, sed uenire magis desiderãt & exoptant, per quam requiẽ intelligunt exhiberi, non pœnam. Iniqui uero & impij & suorum scelerum conscij, eam merito naturali prouidentia pertimescunt, per quam se non nescium iudicari. Quapropter hac ratione reddita & accepta, non oportet nos omnino peccare, præsertim cum non ignoremus peccatoribus iudicium, & in præsenti esse, & in futuro seruari.

De uecordia eorũ qui uirtutibus carẽtes, Christiani nominis sibi honorẽ arrogant, Cap. VI

Nec in hoc nobis q̃ nomine tantum Christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam iudicandos nos credamus, si nobis nomen frustra uẽdicemus alienum. Aut si aliquis tam incredulus est, tam infelix, tam pertinax, tam obstinatus, tam audax, ut quæ quandoq̃ uentura est, dei iudicis iram indignationem q̃ non metuat, uel saltem humanam consuetudinem erubescat, & id uideat q̃ brutus q̃ insipiens ille, q̃ stultus ab ipsis etiam gentibus iudicetur, cuius tanta est uanitas tantaq̃ dementia, ut sibi adipiscatur alienum nomen. Quis enim tam uanus & miser est, qui aduocatum se cum litteras nesciat audeat profiteri? Quis tam insanus & excors, ut se profiteatur militẽ qui nesciat arma gestare? Nemo enim quod- D
cunq̃ nomen sine causa sortitur. Sutor ut dicatur, necesse est ut calciamenta conficiat: ut uocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: ut negocians nuncupetur quis, carius quod uilius emerat distrahit. Huiusmodi exemplis cognoscimus nullũ sine actu nomen, sed omne nomen ab actu. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo Christiani actus non apparent? Christianus iustitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudẽtiæ, humilitatis, humanitatis, innocentiæ, pietatis est nomen, & tu illud tibi quomodo defendis & uendicas tibi, cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistunt? Christianus ille est qui non nomine tãtum, sed opere est, qui in omnibus Christum imitatur & sequitur, qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus, cuius in pectore malicia non habet locum, cuius in pectore sola pietas consistit & bonitas, qui neminem nouit lædere & nocere, sed omnibus opem ferre. Christianus ille est qui exemplo Christi nec inimicos nouit odire, sed magis aduersantibus sibi benefacere, & pro persecutoribus suis & hostibus exorare. Nam qui aliquẽ lædere aut nocere paratus est, ille mentitur se esse Christianum. Christianus est qui potest iusta uoce

Quòd deus præceptis sui obseruatiõe placetur, trãgressione offendatur Cap. VII

dicere, Nemini hominum nocui, iuste uixi cum omnibus. Sed ne me ex sensu proprio loqui quis arbitretur aut credat, aut eum putet se facile debere contemnere, qui sua potius uoluntate quàm legis autoritate loquatur, iam nunc ipsius legis cuius præceptis nobis uitæ aditus aperitur, tam ueteris quàm noui incipiam exempla proferre, & ostendere quid deus ab initio statim mundi humano generi obseruare præceperit, in quo semper placatus fuerit uel offensus. Lego enim post Adam qui à deo primus formatus est, de cuius causa nunc dicendum non est: in exordio mundi Cain & Abel fratres fuisse germanos, è quibus unus deo placuit, eo q̃ iustus esset & innocens: alter uero quia iniustus & nocens, deo placere non potuit. Deinde interueniente tempore, Enoch satis iustum fuisse scriptura designat. Cui tantum iustitia contulit, ut nec præsentem mortem sciret, sed & ad immortalitatem de medio omnium mortalium singulariter raperetur. Cuius mõstratur exemplo,

unum

A unum deo iustum plurimis peccatoribus chariorem. Noẽ quoque & ille iustus, cui iustitiæ meritum quid præstiterit nouimus, ut ipsi cum suis uita daretur per diluuium toto mundo damnato. Abraam quid per fidei merita & iustitiæ consecutus sit scriptura testatur, ut illo in tempore solus amicus dei esset in terris, qui solus fuerat iustus inuentus. Loth uero ut pereuntibus cunctis de Sodomitanorum liberaretur incendio, quid aliud quàm iustitiæ meritum fuit? Longum est nos ire per singulos, & omnium merita recensere.

Quare deus populũ Iudaicũ in Aegyptiũ induxerit, & tantũ affligi permiserit, Cap. VIII

Populum Iudaicum quem ad se deus primum de semine Abraæ præ cæteris gentibus pertinere optauit, quomodo erudierit, quid eum ut sibi placeret facere, quid obseruare præceperit, scire nos conuenit. Primo in loco q̃ derelicta regione in qua semper habitare optauerat patriaq̃ deserta, in alienam prouinciam, hoc est, in Ægyptum migrare fecit, non sine causa, nec sine dei prouidentia factum esse reor. Sed hanc fuisse puto rationem, quia deus populum suum quẽ elegerat, præceptis misericordiæ, pietatis, iustitiæ, cæterisq̃ bonis operibus cupiẽs erudire, uoluit eum in extera patria pro tempore peregrinum esse & captiuum, ut captiuitatis & peregrinationis miseriam disceret & labores, quo facilius postmodum miscreri peregrinantibus & laborantibus nosceret, si ipse ante peregrinationis miserias didicisset. Nemo enim tam libenter peregrino & aduenæ miseretur, q̃ qui peregrinationis exitus nouit. Nemo libentius hospitem sine tecto, suo introducit hospitio, nisi qui ante indiguerit alieno. Nemo ita esurientem cibat, nemo sic sitientem potat, nisi qui sitim esuriemq̃ perpessus est. Nemo tam facile nudum operit suis uestimentis, q̃ qui nuditatis & frigoris nouit penuriam. Nemo sic tribulato & misero & laboranti succurrit, q̃ qui tribulationum & miseriarum casus expertus est & laborum. Merito ergo deus misericordiæ & pietatis magister, qui legem postmodum erat æditurus, per quam populo suo misericordiæ & pietatis omnium q̃ bonorum operum præcepta erat traditurus, uoluit cũ prius omnes passiones,
B pressuras & tribulationes & angustias in terra perpeti aliena, quo facilius postea posset talia patiẽtibus misereri, & sic suis obtemperare mandatis. Vt putas cum bonũ fuisse agricolam, qui priusq̃ semen mittat, diu terrã aratris & rastris domat, ne quod illi traditutus est semen pereat: ita & deus populum suum diu ante macerat & domat, q̃ ei salutarium mandatorum semen impartiat. Deniq̃ ut ob hanc causam hæc eum pertulisse euidẽtius clareat, ipsius domini intueamur mandata, dicentis, Aduenam nõ uexabitis nec tribulabitis, fuistis *Exod.22* etenim & uos aduenæ in terra Ægypti: & iterum legimus, Deus magnus, qui non accipit *Deut.10* personam nec munera, faciens iudicium proselytis, & orphano & uiduæ date panem & uestimentum, diligite proselytum, quia & ipsi fuistis in terra Ægypti peregrini: & alibi dicit, Si autẽ messus fueris messem in agro tuo, & obliuiscaris manipulum, nõ reuertaris accipere *Deut.24* illum, proselyto & orphano & uiduæ erit, ut benedicat te dñs in operibus manuũ tuarum, & memor eris quia famulus eras in terra Ægypti, ideo præcipio tibi uerbum hoc. Vnde facile uidetur atq̃ dinoscitur cum populum ob hanc causam cunctis afflictũ fuisse miserijs, ut misereri alteri suo doceretur exemplo: sicut scriptũ est, Docuisti enim populum tuũ per talia *Sap.12* opera, quoniã oportet iustos esse & humanos. Qualem populum suũ esse uelit late, ut arbitror patet, & quibus possit operibus promereri plurimis probatur exẽplis. Sed ne ad manifestãdam eius uoluntatẽ parum uideatur esse quod diximus, legis & prophetarũ præcepta iungamus, & quid deo placeat semper q̃ placuerit, & quid crebrius fieri & obseruari præceperit, tam ueteris q̃ nouæ legis testimonijs comprobemus. Diliges dominum deum tuum *Deut.6* ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex totis uiribus tuis, & diliges proximum tuũ sicut teipsum. Legis & prophetarũ præcipuũ hoc mandatũ esse, domini & saluatoris nostri testimonio cõprobatur, dicẽtis, In his duobus mãdatis uniuersa lex pẽdet *Matth.22* & prophetæ. Quod rescindi nõ potest, nec mutari, in duobus istis mãdatis omne tam legis q̃ prophetarum cõstare præceptũ, & illum legem implesse qui hæc potuerit implere. Nihil enim à te aliud in lege ueteri quæritur, q̃ ut deum & proximum diligas. Et uere ille legis & consummator & factor est, qui nec in deum, nec in proximum peccat.

Sed

Quid sit deum diligere. Cap. IX

Sed quid deum, quid proximum sit diligere, præterire minime ac dissimulare cõuenit. Deum diligit, qui suis in omnibus mandatis obtemperat. Deũ diligit qui leges eius & præcepta custodit. Deum diligit, qui ut ille sanctus est, & ipse se sanctificat: sicut scriptũ est, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus deus uester. Deum diligit, qui & illud prophetæ dicentis implet eloquium, Qui diligitis dominum, odite malum. Deum diligit, qui non alia q̃ cœlestia cogitat & diuina. Deus enim non nisi sanctitatis, iustitiæ, & pietatis amator est. Et ille deum diligit, qui non aliud q̃ quod deus amare uidetur operatur. Quid sit enim deum diligere, domini saluatoris doctrina declarat, dicentis, Qui audit uerba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Si ergo ille deũ diligit qui quicquid deus præcipit facit, qui non facit, ille non diligit: omnis uero qui nõ diligit, odit. Vnde clarum atq; manifestum est, ab eis deum odiri, qui sua mandata non seruant: de quibus per prophetam dixisse puto, Nónne qui oderunt te domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Odit propheta iustus peccatores & adulteros & iniustos, & dei mandata spernentes: sicut ipse propheta alio in loco dicit, Vidi præuaricantes & tabescebam: & iterum, Iniquos odio habui, & legem tuã dilexi. Vide ergo q̃ iusti, q̃ integri esse debeamus & sancti, quibus postq̃ male conuersari nõ licet, sed nec male conuersantes agnoscere. Hoc etiam beatus Apostolus euidenter ostendit, quia nec panes cum peccatoribus frangi præcepit, dicẽs, Si quis frater cognominatur inter uos, & est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere quidem. Sanctum esse populum suũ deus uoluit, & ab omni contagione iniustitiæ & iniquitatis alienum: talem eum esse uoluit, tam iustum, tam purum, tam immaculatum, tam simplicem, ut nihil in eo agentes quod redarguerent inuenirent, sed quod admirarentur, & dicerẽt, Beata gens cuius est dominus deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. Tales conuenit esse dei cultores & seruos, mansuetos, graues, prudẽtes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, ut quisquis uiderit eos stupeat & admiretur, & dicat, Hi homines sunt dĩ, quorũ talis est cõuersatio. Ita se homo dei exhibere debet & agere, ut nemo sit qui eum uidere non uelit, qui eum non audire desideret, nemo eum cum uiderit non dei esse filium credat, ut uere in eo propheticum illud impleatur, Fauces plenæ dulcedinis, & totus desirabilis. Nam si se talem exhibeat Christianus, si se talem exhibeat dei seruus, ut his qui dæmonĩs idolisq; deseruiũt cõuersando fiat æqualis, incipiet deus per illũ blasphemari, & dici, O Christianum, ô dei seruũ, cuius tã nequam cõuersatio est, cuius tã mali actus, tam turpia opera, cuius uita tã impia, tã scelesta, tã luxuriosa, tam sordida, & erit illius prophetiæ reus, Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes. Sed uæ illis per quos fuerit blasphematum. Deus etiã à nobis nihil magis desiderat & requirit, q̃ ut per actus nostros nomen suũ magnificetur ab omnibus, sicut scriptũ est, Sacrificium laudis honorificauit me. Hoc est sacrificiũ quod deus super omnes hostias quærit & diligit, ut per iustitiæ nostræ opera nomen suum ubiq; laudetur, & deus uerus esse seruorum suorum actu & opere comprobetur. Illi uero deum diligunt, qui non aliud quàm unde nomen dei glorificetur exercent.

Deproximi dilectiõe & Christianorum uita. Cap. X

Quomodo deus diligi debeat, ut potuimus breuiter diximus: nunc uero quid sit proximum tanquam seipsum diligere, ut possumus explicemus, quanq̃ ipsius causæ expositio alio in loco breuiter differatur, cum dicitur, Quod tibi non uis fieri, alĩ ne feceris: dominus quoq; & saluator noster inquit, Omnia quæ uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis similiter. Nemo est enim qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximum suum tãquam seipsum diligit, qui ei nõ mali aliquid facit quod nec sibi uult fieri, sed si quid boni prout ipse ab omnibus recipere optat & consequi, libenter impertitur: quia nõ solum hoc à Christiano quæritur, ut malo careat, sed ut exerceat bonũ: qui etiam si nec quid mali nec boni fecerit, tamen ad æternæ uitæ præmium nõ admittitur, sed gehennæ ignibus mancipatur: sicut in euangelio dominum dixisse legimus de his qui mali faciunt nihil, nec boni tamen aliquid operantur, Discedite à me maligni in ignem æternum, quẽ præparauit pater meus

Tobiæ 4
Matth. 7
Matth. 25

A meus diabolo & angelis eius, Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare, Sitiui, & non dedistis mihi bibere, Hospes fui, & non suscepistis me, Nudus, & non uestistis me, Infirmus, & non uisitastis me, In carcere, & non uenistis ad me. Non quia male gesserunt, sed quia bonũ non fecerunt condemnãtur. Ex hoc enim quisq; prudens & sapiens recognoscat, quam spem illi habere possunt qui uersantur in malis, quãdo etiã illis uita negatur qui mali nihil fecerunt, nisi quia non aliquid gesserunt boni. Neq; enim deus hoc tantũ quærit à nobis ut mali non simus, sed ut efficiamur boni. Ex malis enim operibus uocantur mali, ita ecõtrario ex bonis appellantur boni. Et duo sunt quibus boni seruire uidentur & mali: bonus deus, cui omnes bene cõuersantes deseruiunt: diabolus autẽ malus, cuius quisq; qui male operatur famulus est. Non enim à nobis hoc solũ poscitur, ut non uiuendo male serui esse diaboli desinamus, sed etiam ut uiuẽdo bene deo seruire uideamur. Nam quisq; qui nec malũ uidetur operari nec bonũ, cuius seruus uideatur esse ignoro. Et quomodo à deo uitam poterit sperare perpetuam, quam bene faciendo non meruit? Nemo se inquam sensu proprio decipiat & illudat. Nemo se uana existimatione seducat. Quisquis bonus non fuerit, uitam non habet. Quisquis iustitiæ & misericordiæ opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus, demẽs, gehennæ non euadet incendiũ. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quisquis malũ fecerit, inimicus est dei. Quisquis sine dolo non fuerit, partem non potest habere cum Christo. Nihil enim amplius est Christiano quærendum, nihil desiderandum magis, nihilq; totis uiribus enitẽdum, quàm ut malitiam suo excludat ex corde, quàm ut nequitiam intra pectoris sui conscientiam non admittat, quàm ut bonitatem teneat, iustitiam seruet, puritatem mentis custodiat. Esto igitur innocens, si uis cum deo uiuere. Esto simplex si uis regnare cum Christo. Quid tibi prodest malicia quæ in mortem trahit, quid nequitia quæ prohibet regnare cum Christo, quæ se habentem exterminat, sicut scriptum est, Anima enim nequam disperdet eum qui se habet? *Eccl. 6*

B Si uiuere uis, audi prophetam qui loquitur: si regnum Christi diligis, audi quomodo illud merearis adipisci. Quis est homo, inquit, qui uult uitã, & cupit uidere dies bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonũ, inquire pacem & persequere eam. Huiusmodi homines deus honorat & diligit, qui malum nesciunt, qui mentiri non norunt, quorum labia dolum non loquuntur, in quibus non nisi bonitas esse uidet & puritas. Innocentia est quæ nos cõmendat deo: simplicitas est quæ nos regnare facit cum Christo. Quòd deus non nisi innocẽtes diligat, & sibi uelit esse cõiunctos, testimoniis plurimis declarat, sicut in psalmo scriptũ est, Innocẽtes & recti adhæserũt mihi: & alibi dicit, Custodi innocentiã, & uide æquitatẽ, quoniam sunt reliqui homini pacifico. Quãta innocentia homini præstet & conferat etiã si sero seruet, prophetæ Dauid testimonio comprobatur, qui cum grauiter ante peccasset, postea se iudicari nõ timuit, ex quo innocentiam nosse cœpit, sicut ipse dixit, Iudica me deus, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Sciebat ergo sibi iam non metuendum iudicium esse, quia innocentiam & sero cognouerat. Et in alio loco dicit, Me autem propter innocentiam suscepisti. Suscepit postmodum propter innocentiam illum deus, quem propter maliciam ante repulerat. Innocentes nõ cõfundi coram deo posse manifestũ est, cum dicitur, Quanto tempore innocentes custodiunt iustitiam, non confundentur. Nihil enim deo dignius, nihil charius esse potest, q̃ ut innocẽtia tota obseruatione teneatur. Licet quis in alĩs operibus deuotus appareat, si illam non habuerit, sibi frustra blanditur de sua deuotione. Si illam Iudæis etiam sub ueteri lege degentibus, quoniam adhuc illis inimicum licebat odire, obseruare præceptum est, quid te nunc agere conuenit Christiane, qui inimicum tuum iuberis amare? Quando enim innocens non eris, uel cui poteris esse malus, qui inimicis præciperis esse bonus? Sed tu forsitan & proximum odis, cui nec extraneum odisse conceditur: & fratrem persequeris, cui præcipitur amare inimicum: & Christianum te esse credis, qui nec noui nec ueteris testamenti præcepta custodis? Sed ne sine causa te Christianum æstimes, & de solo tibi nomine blãdiaris,

Psal. 96
Ioan. 14
Psal. 138
Psal. 118
1. Cor. 5
Psal. 32
Esa. 52
Psal. 49
Psal. 33
Psal. 24
Psal. 36
Psal. 25
Psal. 40

Ephe. 4 qualem te esse oporteat, Apostolum audi dicentem, Qui furabatur, iam nō furetur: magis A
autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessita-
tem patienti. Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad ædifica-
tionem fidei ut det gratiam audiētibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo si
gnati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphe
mia auferatur à uobis cum omni malitia. Estote autem benigni inuicē, misericordes, donan-
tes inuicem, sicut in Christo deus donauit uobis. Estote autem imitatores dei sicut filij cha-
rissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro
nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Impudicitia autem & omnis im-
mundicia & auaritia nec nominetur inter uos, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultilo
quium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc etiam sci-
tote, quòd omnis impudicus aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus, nō hæ
res erit in regno Christi & dei. Ille se merito Christianum iudicet, qui hæc præcepta custo-
dit, qui sanctus, humilis & pudicus & iustus est, qui in misericordiæ & iustitiæ operibus con
Caput XI uersatur. Num tu illum Christianum putas, in quo nullus Christianitatis actus est, in
quo nulla cōuersatio iustitiæ est, sed nequitiæ, impietatis & sceleris? An illum Christianum
putas, qui opprimit miserum, qui pauperem grauat, qui res alienas concupiscit, qui se ut diui
tem faciat plures efficit indigentes, qui lucris gaudet iniustis, qui de alienis laboribus cibum
capit, qui miserorum ditatur interitu, cuius os assidue uiolatur mendacio, cuius labia non ni
si indigna & obscœna & sceleste loquuntur & turpia, cui cū iubeatur distribuere sua, inua-
dit aliena? Et talis ad Ecclesiam audenter accedit, & temere & importune expandit in cœlū
impias manus, illicito raptu & innocentum cruore uiolatas: & ore illo polluto atq; sacrilego
quo fuerat pauloante aut falsa locutus aut turpia, preces ad deū, quasi sibi nihil cōscius ma- B
li, fundit. Quid agis imprudēs & miser? Quid te maiorum peccatorum onere grauas? Quid
deo præter cōtemptum iniurias irrogas? Quid ad prouocandam celerius eius iram in testi-
monium pœnæ tuæ sceleratas ad deū porrigis manus, ad quas ille non respicit qui non nisi
sanctas & immaculatas sibi manus iussit offerri? Quid ore illo deum rogas, quo pauloante
Esaie 1 locutus es male, cuius quamuis multiplicentur preces, abominatur, sicut scriptū est, Cum ex-
tenderitis manus uestras, auertam faciem meam à uobis, & si multiplicaueritis preces, nō ex
audiam, manus em̄ uestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mūdi estote, auferte nequitias ab
animis uestris. Bene ergo ille sibi conscius esse debet & certus, & suæ innocētiæ fidus, qui ad
1. Timoth. 2 deum manus extendit & porrigit innoxias, cum Apostolus dicit, Volo autem uiros orare
in omni loco, leuantes manus sanctas. Ille enim merito ad deum extollit manus: ille preces
bonæ conscientiæ fundit, qui potest dicere, Tu nosti domine, quàm sanctæ, quàm innocētes,
quàm pudicæ sunt ab omni fraude & iniuria & rapina quas ad te expando manus, quàm
immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi ut mihi miserearis, preces fun-
do. Talis enim cito meretur audiri, & antequam penitus preces fundat, potest impetrare
quod postulat. Scio enim esse quos ita nequitiæ & auaritiæ profunda caligo cæcauit, ut cum
illis prospere cesserit q; aut pauperem per potentiam uinxerint, aut infirmū uirtute supera-
uerint, aut innocētem testimonijs falsis obruerint, aut furtum fecerint, aut rapinam, deo gra
tias agant, quo opitulante talia se perpetrasse credunt, & tam iniquum deum iudicent, ut pu
Cap. XII tent eum scelerum suorum fuisse participem. Stulti & miseri usq; adeo suis iniquitati-
bus obcæcati, ut nō intelligant deo non posse placere quod prohibet, & quasi unum crimen
satis non sit, nisi adhuc male sentiendo de deo adijciatur & aliud. Alij uero in hoc se iustifica
ri æstimant, quòd de substantia pauperum exiguam eleemosynam faciant, & de eo quod à
plurimis abstulerūt, uni quiddam minimū largiuntur. Cibatur unus unde plures esuriunt,
& de multorum spolijs uix pauci teguntur. Non talem eleemosynam deus quærit, nec uult
pietatem uni de alterius crudelitate præstari. Melius est enim te non facere eleemosynam, cū
unde pauca paucis facias, plurimos denudare: & ut unū uestias, plurimos spoliare uestitos.

Illam

A Illam eleemosynam deus comprobat quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptum
est, Honora deum de tuis laboribus, & deliba ei de tuæ iustitiæ fructibus. Nam illam abo-
minatur eleemosynam & reprobat, quæ de lachrymis præstat alienis. Quid enim prodest
si te benedicat unus unde plures maledicunt? Vel quid confert tibi eleemosyna quæ de sub-
stantia præstatur alterius? Reuera timendum non est quòd deus non habeat unde paupe-
res suos pascat, nisi tu aliena diripias. Alios autem noui quos ita insipientiæ & impru Cap. XIII
dentiæ tenebrosa caligo & ignorantia fallit & decipit, ut fidem quam se habere simulant, si-
ne iustitiæ operibus apud deum sibi censeant profuturam, & hoc erroris genere decepti, si-
ne metu crimina nefanda committunt, dum credunt deum non criminum, sed perfidiæ tan
tum ultorem. Et huiusmodi non solum seipsos perisse contenti sunt, sed etiam alios in qui- Matth. 15
bus nullum diuinæ scientiæ lumen est, suis nituntur laqueis implicare. Et impletur in illis sal
uatoris nostri sententia dicentis, Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.
Nam si nullum crimen sed sola perfidia condemnatur, ergo securi peccamus & liberi, & sine
causa dedit deus mādata iustitiæ, si sola sine iustitiæ operibus fides prodest. Vnde hic tam
impius, tam sceleste, tam perfidus ignorantiæ error obrepserit, scire non possumus, nisi for-
te ex illis qui hoc exemplo in lege ueteri populum seducebant, & secum simul æternæ morti Hiere. 23
& perpetuo tradebant interitui. de quibus scriptum est, Nolite audire sermones propheta-
rum qui prophetant uobis, quoniam uana sunt ipsi, & uisiones à corde suo loquuntur, & nō
ab ore domini. Dicunt enim his qui repulerunt uerba domini, Pax erit uobis, & omnibus
qui uadunt in uoluntatibus suis. Omni qui uadit in errore cordis sui dicunt, non uenient su-
per te mala. Multa quidem nobis, imò totius legis testimonia aderant, quibus tam pernicio
sum destruere errorem ac sepelire poteramus, sed ne legentem diutius fatigemus, sufficiant
pauca de pluribus, Respōdeat ille mihi cuius talis est sensus. Adam à deo factus est homo
primus statim in principio mundi, perfidiæ an peccati causa damnatus est? In quo nihil fuit
B se incredulitatis inuenio præter solam inobedientiā, cuius causa ille damnatus est, & omnes
suo damnamur exemplo. Cain quoq; nō perfidiæ causa, sed quia fratrem interemerat con-
demnatus est. Quid plura? uniuersus hic mundus ut diluuio interiret, non perfidiæ causa le-
go factum fuisse, sed criminum. Sodoma & Gomorra ut repentino cremarentur incendio,
nullam causam incredulitatis inuenio, nisi peccatorum & scelerum, quod scriptura euidenter Gen. 13
demonstrat & dicit, Homines Sodomitæ mali & peccatores erant in conspectu dei ualde.
Populus ille Iudaicus ut tam frequenter interire uideretur & corripi, nōne peccatorum cau-
sa præstabat? Sed dicet aliquis, Veteris legis testimonia tantum non accipio, nisi mihi & no
ui testamēti exempla protuleris. Accipe Saphiram & Ananiam, quos apostolica sententia
non perfidiæ crimine, sed furti & mendacij causa damnauit: forsitan dicendum est. Quid em̄ Roma. 3
Apostolus dicit, Arbitramur enim iustificari hominē per fidem sine operibus legis? Ipsum
qui hoc dicit lego hominem absentem etiam condemnasse, quia uxorem patris acceperit. In
telligenda est scriptura quæ scientibus conuenire uidetur in omnibus, & non nisi solis à qui
bus minime intelligitur discrepare. Iustificari hominem, inquit Apostolus, per fidem, sine
operibus legis dicit, sed non sine illis operibus, de quibus alterum Apostolum audio dicen- Iacobi 2
tem, Fides sine operibus mortua est. Paulus enim Apostolus de operibus legis locutus est,
hoc est de circumcisione carnali, & neomenia, & sabbato, & huiusmodi cæteris, quæ lex fieri
ante præceperat, & iā Christi tempore non erant necessaria. Iste uero Iacobus de operibus
iustitiæ loquitur, quæ qui non fecerit uere mortuus est. Sed dicet aliquis illud Apostoli di-
centis, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Stulte hoc baptismi
impletur in tempore, quo ut baptizetur quis, sola confessio desideratur & fides. Nam quid
tibi ipsius baptismi lauacrum prodest, si sola sine iustitia fides quæritur? Baptismo enim pec
cata ablui fides omnium tenet. Si deinceps peccandū est, quid abluisse prodest? Audi quid
dicat dominus homini semel sanato, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne tibi quid de- Ioan. 5
terius eueniat. Hoc & beatus Petrus apostolus manifestissime docet, ei deterius aliquid qui

2. Petri 2 post agnitam uiam iustitiæ peccauerit euenire, cum dicit, Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini nostri saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim esset illis, uiam non cognoscere iustitiæ, quàm post cognitam retrorsum conuerti ab eo quod illis traditũ est à sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri prouerbij, Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro luti. Hoc & beatus Paulus apostolus testatur & loquitur, hominem post baptismi sanctificationem pristino errore peccantem non sine ingenti pœnitentia conseruari, dicens, Impossibile est enim eos qui postquam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes sunt facti spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonum dei uerbum, uirtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitẽtiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei & ostentui habentes. Quendam etiam ad saluatorem accessisse, & quid faciẽdo uitam æternam perciperet interrogasse, Euangelista testatur, cui ita à domino responsum est, Si uis uitam habere, serua mandata. Non dixit, seruate tantum fidem. Nam si sola fides quæritur, superflue uidentur mandata seruari. Sed absit ut ego deum meum aliquid dicam præcepisse superfluum. Sed dicant hoc illi qui peccãdo iam filij perditionis effecti sunt, & in hoc tantum solatium se habere credunt, si alios secum portuerint morti perpetuæ mancipare. Nam si deus peccatorem non punit, ubi est illud propheticum, Si iustus uix saluus erit, peccator & impius ubi parebunt? Et alibi, Quia peccatores peribunt. Et iterum, Deficient peccatores à terra, & iniqui ita ut nõ sint. Et iterum, Sicut deficit fumus, ita deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Nullum hic tantum incredulum & infidelem, sed peccatores audio condemnari. Et saluatorem nostrum quodam loco dixisse lego, Non omnes qui dicunt mihi domine domine, intrabũt in regnum cœlorum, sed qui faciunt uoluntatem patris mei qui in cœlis est. Vtiq; isti Christum credebant, qui eum etiam dominum nuncupabant. Nec idcirco illis cœlestis regni ianua panditur, quia illum ore quem factis abnegant confitentur. Negari autem deum factis non minus q̃ uerbis Apostolus dixit, Deũ confitentur se nosse, factis autem negant. Et dominus in Euãgelio, Multi mihi dicent in illa die, Domine domine, nónne in nomine tuo eiecimus dæmonia, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et dicam illis, Nunq̃ uos cognoui. Discedite à me omnes qui operamini iniquitátem. Vsq; adeo isti credidisse dicũtur, ut in nomine domini uirtutes etiam operentur, nec tamen eis proderit fides, quia iustitiæ opera non fecerunt. Itaq; si sola fides prodest, cur illi cum angelis satanæ in perpetuum gehennæ ignis mancipantur, qui non perfidiæ causa, sed quia boni nihil fecerunt, iudicantur, sicut scriptum est. Et dicet eis rex qui ad sinistram sunt, Discedite à me maligni in gehennam æternam, quam parauit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c̃. Non dixit utique, quia non credidistis mihi. Vnde intelligi datur, non eos incredulitatis causa, sed propter bonorum operum sterilitatem esse damnandos.

Ca. XIIII Nemo igitur alterum decipiat: nemo seducat, nisi qui iustus fuerit uitam nõ habebit: nisi qui in omnibus Christi mandata seruauerit, partem non potest habere cum Christo: nisi qui terrena despexerit, diuina non capiet: nisi humana contempserit, nõ potest habere cœlestia. Nec quisquam se Christianum iudicet, nisi qui Christi doctrinam sequitur, & imitatur exemplum. Sed tu Christianum illum putas, cuius nunquam pane ullus saturatur esuriens, cuius potu nullius sitis extinguitur, cuius mensam nemo pauper cognoscit, sub cuius tecto nec aduena nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur uestimentis, cuius pauper nullus foueẽ auxilio, cuius bonum nemo sentit, cuius misericordiã nemo cognoscit, qui in nullo imitatur bonos, sed deridet potius & subsannat? Absit ut huiusmodi Christianus dicatur, absit ut dei filius possit appellari qui talis est. Christianus ille est, qui
1. Ioan. 2 uiam Christi sequitur, qui Christum in omnibus imitatur, sicut scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Christianus ille est, qui omnibus misericordiam facit, qui omnium mouetur iniuria, qui opprimi pauperem se præsente non

A non patitur, qui miseris subuenit, qui indigentibus sæpe succurrit, qui cum mœrentibus mœret, qui dolorem alterius sicut proprium sentit, qui ad fletum fletibus alienis prouocatur, cuius omnibus communis est domus, cuius ianua nemini clauditur, cuius mẽsam pauper nullus ignorat, cuius donum panis cunctis offertur, cuius bonum omnes norunt, à quo nemo sentit iniuriam, qui deo die noctuq; deseruit, qui eius præcepta indesinẽter meditatur & cogitat, qui pauper mundo efficitur, ut deo locuples fiat, qui inter homines habetur inglorius, ut coram deo & angelis eius glorioſus appareat, qui in corde suo nihil uidetur habere simulatum uel fictum, cuius simplex & immaculata est anima, cuius conscientia fidelis & pura est, cuius tota mẽs in deo est, cuius omnis spes in Christo est, qui cœlestia potius q̃ terrena desyderat, qui humana spernit ut possit habere diuina. Nam his qui hoc seculũ diligũt, & qui in præsenti tempore gloriantur & cõplacent, audi quid dicitur, Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est deo. Et quicunq; uoluerit fieri amicus huius seculi, inimicus dei cõstituetur. Iacobi 4

Cap. XV Hic tibi soror dilectissima quid Christianũ agere conueniat, prout potui explicaui. Si ergo omnes generaliter qui Christiani nuncupantur, esse tales oportet, nũc tuæ prudentiæ est æstimare, qualem tu te uiduam debeas exhibere, quam cunctis bene conuenire oportet exemplũ. Tria aũt esse uiduarum genera non ignorare te credo. Vnũ quod perfectissimum est, cœlestiq; præmio destinatum, quod ritu illius de Euãgelio uiduæ de orationibus & ieiunijs die noctuq; deseruit. Aliud uero quod filiorum curam habere dicitur & domus, non tamen tanto præmio dignum, nec tamẽ peccatis obnoxium. Tertium autẽ genus est in epulis & delitijs, quod æternæ morti seruatur & pœnæ, sicut scriptũ est, Viduas honora quæ ueræ uiduæ sunt. Istæ sunt primæ, quæ dicunẽ & ueræ, & quæ iubẽ tur à tanto sacerdote, hoc est à Timotheo honorari. Secundæ sunt illæ quibus iam non iu 1. Timoth. 5
betur exhiberi honor, nec tamen uita negatur, de quibus dicitur, Quæ autem filios habent aut nepotes, discant primum domum suam pie tractare, & parem gratiam reddere parentibus. Illæ uero tertiæ sunt, de quibus scriptum est, Vidua autem quæ in delitijs est uiuens,
B mortua est. Vnde intelligi datur non omnes uiduas esse æquales, nec eas deo placere, quæ corpore tantum uiduæ uidentur esse, nõ opere. Qualis autẽ Christi uidua debeat esse, Apostolus dicit, Quæ uere uidua est, sperat in domino, & instat orationibus die ac nocte. Nec illud te præterire uolo, q̃ quãdo ueras uiduas Apostolus nominat, esse demõstrat & falsas, hoc est, actu, mente, cõuersatione & corpore. Et alibi uiduæ ueræ & electæ actum conuersationẽq; describit idẽ Apostolus dicẽs, Vidua eligatur quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, Si filios educauerit, & subintelligitur deo: si hospitem recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Hanc esse ueram uiduam iudicauit, cuius talia sunt opera. Illa uero quomodo se Christi uiduam dicit esse, quæ nihil tale aliquando operata est? Sed sunt aliquæ uiduæ diuites, nobiles & potentes, quibus forsitan uidetur indignum, ut aut filios deo, & non seculo educent, aut hospitio recipiant aduenam, aut sanctorum pedes laboriosos, lutulentos & horridos delicatis & nitidis manibus tãgant. Sed nec dignæ erunt tales in futuro tempore sanctorum esse consortes, quos ita hic spreuerunt, nec partem habere poterunt cũ Christo, quem susc̃ipere noluerunt, & cuius plantas contrectare manibus horruerunt, quia Christum spernit quicunq; eius famulos spernit, sicut ipse dicit, Qui uos spernit, me spernit. Luce 10
Mariæ lachrymæ undè Christi lauarentur pedes abundarunt: nostri autem temporis fœminis aut uiduis, peregrinorum undè pedes lauentur ipsa aqua deficit. Tu ergo sanctissima & prudentissima fœmina, ne uelis imitari huiusmodi, quæ cum audẽter malefecerint, bene facere erubescunt: & confunduntur iuste uiuere, quæ nõ sunt peccare confusæ: & quæ se morti ultro obtulerunt, nec inuitatæ reuertuntur ad uitam: quæ hominum magis risus & subsannationes & fabulas quàm dei iudicium pertimescunt, & quibus charius est miseris hominibus placere quàm deo. Sed esto talis, qualem te dominus esse præcepit, qualem Apostolus iubet exhiberi Christo uiduam. Esto sancta, humilis & quieta, misericordiæ & iusti-

tiæ opera indesinenter semper exerce. Et quisq; te in opprobrium habeat, quisq; te subsan/ C
net & irrideat, tu tantum deo placeas, & quæ Christi sunt geras. Ante omnia incessabiliter
domini meditare mandata, orationibus & psalmis instanter incumbe, ut si possibile est, ne
mo te aliquando nisi aut legentem inueniat aut orantem. Et cum fueris talis, nostri memen
to, qui te tantũ diligimus, ut quod præsentes præstare non possumus, cõferamus absentes.

DE ASSVMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS Liber unus.

AD LECTOREM.

Hic libellus ne pilum quidem habet Augustini.

AD INTERROGATA de uirginis & matris domini resolutione tem
porali, & assumptione perenni, quid intelligã respõsurus, te deus omni/
potens pater uoto supplici exoro, ut qui mandas nubibus & pluunt im
bres, qui tangis montes & fumigant, qui aperis terrã & germinat, quid
dicam iubeas, quid proferam præbeas, ad quid sermonẽ dirigam ape/
rias. Venerabile est enim mihi domine, & præcordijs meis reuerendissi/
mum, de matre filij tui loqui, & de sanctissimo corpore eius linguam sermonibus occupare,
quæ sola meruit deum & hominem paritura suscipere, facta thronus dei & aula regis æter/
ni, secundũ quod nos docuisti per sanctos tuos patriarchas, prophetas & apostolos, figuris
& sermonibus qbus credimus & certi sumus, quia nunc̃q; fefellisti, qui nec fallere nec falli no/
uisti, ostendens filium tuum coæternum tibi & consubstantialem incarnandum, & incarna/
tum per uirginis uterum, de qua carnem assumpsit qui corporalia cuncta tecum creauit au/
tor, administrator & deus, ab homine factus est homo, ab eo naturam sumens, non origi/
nem, sanctificante spiritusancto tuo in ea uterum humanum & purificante atq; mundante
ad cõceptionem filij tui, cuius dignitatis & gratiæ effectum nec cor concipere, nec lingua ua/ D
let exprimere. Non enim talis conceptus, talisq; partus, nisi deum decuerat, qui uenerat re/
dimere quos uoluit creare, creare profecto potestate, redimere humilitate: humilitatis natu/
ram sumẽs sanctam de sanctificato corpore, & immaculatam de immaculato. Ineffabilem
enim sanctificationis gratiam quam concipiendus præbuit, conceptus & natus non abstu/
lit. Quæ quantum in corpore ualuerit uirginis, illi soli notissimum est, qui de eius natura na
turam sumẽs sanctam de sanctificato corpore, & immaculatam de immaculato. Ineffabilem
enim sanctificationis gratiam quam concipiendus præbuit, conceptus & natus non abstu/
lit. Quæ quantum in corpore ualuerit uirginis, illi soli notissimum est, qui de eius natura na
turam suscepit quam condidit: Per quem te quæso domine, quia per illum bona cuncta tri/
buis, quæ ut tribuas elegis, ut me inoffense de tanta sanctitate loqui tribuas. Et si nõ totum
ut est, quod impossibile omni linguæ humanæ est, tamen ipsum ex parte quod est, dicatur
ut est. Sonet ergo preciosissimum sui preciositate, sanctissimum certa sanctitate, inæstimabi
lissimum fidelissima ueritate. Quæ quia humanã rationem excedunt, spiritus tuus assit, qui
suo sacro spiramine inducat in omnem dicendorũ ueritatem. Et quia de eius corpore & ani
ma loquendum est, quod ipse præter naturalem usum sanctificauit & gratiam contulit, non
aliena nos dicere patiatur, sed propria ad laudem & gloriam tuam deus omnipotẽs pater,
& ad honorem filij tui per uirginẽ nati, & eiusdem spiritussancti dei & domini nostri, cum
Caput I quo est tibi regnum & imperium in omnia secula seculorum. Amen. Quia profundis/
simæ & sua dignitate altissimæ sum responsurus quæstioni, lectorem meum obsecro, ut pro
me deprecetur, & si quæ à me pleniter dicta cognouerit, donis dei gratus existat: sin aũt mi/
nus, nostræ compatiatur humilitati, quia licet minus ualeamus, uera tamẽ proculdubio uo/
lumus. De sanctissimo igitur corpore perpetuæ uirginis Mariæ, eiusq; sacræ animæ assum/
ptione quantũ dominus donauerit loqui suscipientes, hoc primũ dicimus, q̃ in diuinis scri/
Ioan.19 pturis postq̃ dominus in cruce matrẽ discipulo cõmendauit, ut castitas castis tueretur obse
quijs, nihil de ea reperitur præter id quod Lucas cõmemorat in Actibus apostolorũ, cõme
Act. 1 moratis eisdẽ apostolis nominatim dicens, Hi omnes erãt perseuerãtes unanimiter in orati
one cũ mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Hoc dicimus, qa tanto quæ magna

existũt

A existunt cautius tractãda sunt, quanto specialibus autoritatũ testimonijs non possunt ad li/
quidũ roborari. Sed quia quædã scriptura sancta ueris indagationũ studijs quærẽda reliqt
quæ nõ sunt superflua æstimãda dũ uera indagatione fuerint patefacta. Fœcunda est enim
ueritatis autoritas: & dũ diligẽter discutit̃, de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Sæpe eñ
discussa ueram conuenientiã parit, quam manifestis sermonibus abscondit, & sæpe apertis
sermonibus insinuat, in quibus nihil præter id quod sonat quærendum inuitat: ut est illud,
q̃ Abraã genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudã & fratres eius, & cætera talia
in quibus sola tenenda est littera: quædã aũt sic cõmendat, ut pariter litteram & mysticũ in/
tellectũ insinuet, ut in transitu maris rubri, manna cœlesti, & tabernaculo dei, atq; arca testa
menti, ubi futurorũ figura, baptismi scilicet Christi & ecclesiæ ostensa est prærogatiua. Quæ
dam tantũ mystice, ut cũ deum dicit insufflasse in faciẽ Adæ spiraculũ uitæ, qui tamẽ os ad
spirandũ non habet, nec manus ad operandum, licet dicat propheta, Manus tuæ dñe feceꝛ *Iob.10*
runt me & plasmauerunt me. Sunt & quædã quæ q̃uis cõmemorari ex toto omissa sint, *Cap.II*
uera tamen ratione credunt̃, atq; ipsa conuenientia rei quodãmodo, quemadmodũ dux &
præuia creditur. Nihil enim de Melchisedech sacerdotis dei excelsi iustitia loquitur, cũ ipsa
præcessisse tantæ laudis merita cognoscatur. Nihil de Heliæ & Enoch postq̃ rapti sunt, ui/
tæ felicitate commendat, cunctis liquide scientibus eos beate uiuere quos dominus hinc in
futurum saluandos uoluit rapere. Quid ergo de Mariæ morte, quid de eius assumptione
dicendum est, unde diuina scriptura nihil cõmemorat, nisi quærendum ratione quod con/
ueniat ueritati? Fiatq; ipsa ueritas autoritas, sine qua nec est, nec ualet autoritas. Memores
enim conditionis humanæ, mortẽ illã subijsse temporalẽ dicere nõ metuimus, quam idem
certe eius filius qui & deus & homo est, lege sortis humanæ sustinuit, & hoc, quia homo
de eius susceptus & profusus est utero. Sed si dicimus eam mortis teneri uinculis, & re *Cap.III*
solutam in cõmunem putredinem, uermẽ ac cinerẽ: deliberandũ est si hoc conueniat tantæ
B sanctitati, tãtæ aulæ dei prærogatiuæ. Scimus eñ dictũ primo parẽti, Quia puluis es, & in *Gen.3*
puluerẽ ibis. Quod si de morte dicit̃, generalis est sentẽtia: si de resolutione in puluerẽ, hanc
conditionẽ Christi caro euasit, de carne Mariæ sumpta, quæ corruptionem nõ sustinuit. De
hoc eñ scriptũ est per prophetã dicentẽ, Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno, nec *Psal.15*
dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. De quo aũt sancto dictũ sit, archangelus prodidit, qui
ad Mariã ait, Et quod nascet̃ ex te sanctũ, uocabit̃ filius dei. Et uere sanctũ & sctm̃ sancto/ *Lucæ 1*
rũ, unde & illa sancta sanctorũ dicunt̃ quæ illa seruabant, qbus ille figurabat̃ qui ueraciter
solus sctũs sanctorũ dicit̃. Hic enim est de quo idẽ archãgelus Gabriel Danieli loquit̃, inter *Dan.19*
cætera quæ futura ostẽdit dicẽs, Et impleat̃ uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorũ.
Hic enim sanctus corruptionẽ nõ uidit, qui tertia die cũ triumpho de inferis rediẽs resurre/
xit. Caro eius quæ de Maria sumpta est, & si mortua est ex infirmitate, reuixit ex dei uirtu/
te. Sed hoc ille qui quãdo uoluit mori, quãdo uoluit resurgere, potuit. Excipitur ergo ab illa
generali sententia de uirgine sumpta natura. Quod si nõ Mariæ cõgruit, cõgruit tamẽ filio
quẽ genuit Iesu. Vocabulũ Iesu glorioſum, omni ornatu cultuq; dignissimũ, nomẽ qd' est
super omne nomẽ, non decuit ab hominibus appellari, neq; ab eis efferri in mundũ, sed ab
excellẽtiori quadã melioriq; natura. Post hæc quæ Adæ dicta sunt, de quibus excipit̃ *Ca. IIII*
Mariæ filius, contuẽda sunt quæ etiã Euæ dicta sunt, si cũctis fœminis sint generalia, & si in
aliquo excipiat̃ Maria. Scriptũ quippe est, Mulieri quoq; dixit deus, Multiplicabo erũnas *Gen.3*
tuas & cõceptus tuos, in dolore paries filios, & sub uiri potestate eris, & ipse dominabit̃ tui.
Erumnã Maria sustinuit, cuius animã gladius passiõis Christi ptransiuit,. Sed cõceptus nõ
multiplicauit, nec sub uiri. i. mariti potestate deguit, quæ integerrimis uiscerib. de spũsancto
Christũ suscepit, & uirginitatis integritate manẽte uirgo pmansit. Quẽ quia sine peccati col
luuione, & sine uirilis admixtionis detrimẽto suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis
uiolatione pudore uirginitatis integro pmansit. Hoc enim potuit efficere de matre, quia sic
de⁹ elegit nasci de hoĩe. Maria ergo & si cõmunicat erũnis Euæ, nõ cõmunicat parturiẽdo cũ

dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius & singularis gratia, qua susceptione C
dei singulariter existimanda est digna. Non immerito ergo excipitur à quibusdam genera
libus uera æstimatione, quam tanta seruat gratia & attollit dignitatis prærogatiua. Quan
tum enim Christi potestas possit, mundi ostendit uniuersitas: quantum gratia, Mariæ mõ
strat integritas: quæ sicut diuersa est à natura, ita diuersa est ab usu. Quid ergo si in tãta di
uersitate eam dicimus humanæ sortis mortem subijsse, nec tamen eius uinculis retineri, per
quam deus uoluit nasci, & carnis substantiæ communicaret, nunquid impium erit? Scimus
Matth.28 enim Iesum omnia posse, qui de seipso ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.
Cap.V Si ergo uoluit integrum Mariæ uirginitatis seruare pudorem, cur non uelit incorru
ptã à putredinis seruare fœtore? Dicat ergo qui cognouit sensum domini, & qui cõsiliarius
eius fuit: nunquid non pertinet ad benignitatem domini, matris seruare honorem, qui legẽ
non soluere uenerat, sed adimplere? Lex enim sicut honorem matris præcipit, ita inhonora
tionem damnat. Qui enim in uita præ cæteris illam gratia sui cõceptus honorauit, pium est
credere singulari saluatione eam in morte & speciali gratia honorasse. Potuit enim eam à
putredine & puluere alienam facere, qui ex ea nascens potuit uirginem relinquere. Putredo
namq; & uermis humanæ est opprobrium conditionis, à quo opprobrio cum Iesus sit ali
enus, natura Mariæ excipitur, quam Iesus de ea suscepisse probat. Caro enim Iesu caro est
Mariæ, & multo specialius quàm Ioseph Iudæ cæterorumq; fratrum eius quibus dicebat,
Gen.37 Frater enim & caro nostra est. Caro enim Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit ma
gnificata, & potenter super omnes cœlos ascensione glorificata, eadem tamen carnis mãsit
& manet natura quæ susceptа est de Maria. Ipse enim est qui cõceptus, genitus, atq; à mor
tuis suscitatus est per gloriã patris, sicut profecto ipse testat post resurrectionẽ, quãdo Apo
Lucæ 24 stolus dicit, Videte manus meas & pedes meos, qa ego ipse sum. Quid em̃ est, ego ipse sũ?
nisi quia alter nõ sum q̃ qui tũc erã quãdo passus sum. Et hoc siquidẽ cognoscere potestis,
qui in manibus & pedibus meis clauorũ signa clare uidetis. Ipse ergo idẽq; cœlos ascẽdit, D
& carnẽ quã de matre susceпit super astra transuexit, honorãs omnẽ humanam naturã, sed
multo magis maternã. Si igit̃ natura matris est filius, cõueniens est ut sit & filij mater, non
quantũ pertinet ad æquã administrationẽ, sed quantũ pertinet ad eãdem reciprocã substan
tiam, ut homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad unitatem perso
næ, sed ad unitatem corporalis naturæ & substantiæ. Si enim unitatem potest facere gratia
sine proprietate specialis naturæ, quãto magis ubi gratiæ unitas & corporis est specialis na
Ioan.17 tiuitas? Vnitas namq; gratiæ est, ut discipulorum in Christo, de quibus ipse dixit, Pater san
cte, serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, uolo ut sint unum sicut & nos. Et iterum de
omnibus iustis, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui crediturі sunt per uer
bum eorum in me, ut omnes unũ sint sicut & tu pater in me, & ego in te, hoc est, ut ipsi sint
per gratiam quod nos sumus per diuinitatẽ. Hæc quippe gratiæ unitas, quæ cunctis in Chri
stum credentibus seruatur, si Mariæ etiam minus sapientium æstimatione non tollitur, quã
to magis cum gratiæ unitate ipsa specialitas naturæ unum efficit matrem & filium, & filium
& matrem. Videndum est etiam quid de his quos secum per gratiam unum esse uoluit
consequẽter adiunxit. Ait enim, Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint me
cum, ut uideãt claritatem quam dedisti mihi. O magnam & inæstimabilem bonitatem dei,
qui habere secum suos in gloria uult, ut sua claritate fruantur, qui hic sua fide iuncti, unum
cũ eo esse digni iudicant̃. Si igit̃ eos secũ habere uult, & hoc potest qui omnia potest, quid
Caput VI æstimandũ est de matre ubi digna sit haberi, nisi in præsentia filij? Quantũ igitur con
tueor, quantũ intelligo, quantum credo, Mariæ anima claritate fruit̃ Christi, & gloriosis cõ
spectibus eum semper uidere sitiens, & semper cõspiciens, dum inæstimabiliter pascitur, ex
cellentiori quadam specialiq; prærogatiua à filio honoratur, possidens in Christo corpus
suum quod genuit, clarificatũ in dextera patris, & si nõ suum per quod genuit, tamen suum
quod genuit. Et quare non suum per quod genuit? Si enim nõ obuiauerit, necdũ perspecta

autoritas

C autoritas, uere credo, & per quod genuit, quia tãta sanctificatio dignior cœlo est quàm ter
ra, quoniam thronum dei, thalamum domini, domum atq; tabernaculum Christi dignum
est ibi esse ubi ipse est. Tam preciosum enim thesaurum dignius est cœlo seruari q̃ terra.
Tantam integritatẽ merito incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio sequitur. Istud
ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam huma
næ uniuit, non amittẽs quod erat, sed assumens quod nõ erat, ut uerbum caro, hoc est, deus
homo fieret, escam uermibus traditum, in communi sorde putredinis & futurũ de uermi
bus puluerem, quia sentire non ualeo, dicere pertimesco. De quo si nihil altius sentirẽ quàm
de proprio, nihil dicerem nisi quemadmodum de proprio. Quod abq; ulla ambiguitate sol
uendum est in mortem, post mortem est futurum putredo, post putredinem uermis, post
uermẽ, ut dignum est, abiectissimus puluis. Quod de Maria credendum non uidetur, nec
æstimabile, quia æstimationem procul pellit incomparabilis gratiæ munus. Quod me Cap.VII
dicere multarum cõsyderatio rerum inuitat, quarum & quædam illa est, quam suis alibi mi
nistris ipsa ueritas ait, Qui mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum, ibi & minister meus Ioan.12
erit. Si enim hæc est generalis sententia omnium per fidem & bonam operationem Chri
sto ministrantiũ, quãto magis quodammodo & specialius est Mariæ. Mariam nanq; ope
ris exhibitione & fidei rigidissima ueritate ministram Christi fuisse omnis qui sanè sapit in
telligit. Absq; dubio enim omni operi ministratrix extitit, quæ hunc in utero gessit, partum
perfusum aluit & fouit, atq;, ut Euangelium ait, in præsepio reclinauit, & à facie Herodis in Lucæ 2
Ægyptum fugiens abscondit, & omnem infantiã eius pro matris affectu ita prosecuta est,
ut usq; ad crucem, in qua filium iam uirum perfectum uidit pendentem, ab eius indubitan
ter ministerio non recesserit, consecuta eum non solum gressibus pedum tanquam pro reue
rentia dei, uerumetiam imitationis affectu. Maria ergo ministratrix Christi spiritaliũ ope
rum qualitatibus sicut deuotissima extitit, ita absq; dubio religionis fide, id est, ueræ creduli
D tis charitate secutrix fuit. Non enim potuit nisi diuinitatis eius esse credula, quæ se nouerat
hunc non uirili semine secundum ordinem naturæ, sed diuino spiramine nunciante archan
gelo concepisse, uidens semper famulantiũ angelorum ei adesse frequentiam ut cõcepto &
nato, quando uidelicet facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus clamantium & di
centium, Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis: & in Aegyptũ
fugituro, atq; inde iterum redituro, quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia
non nisi deum decuerãt. Vnde & stellæ demonstratio, & magorum de longinquis partibus
inspirata adductio, quàm maxime illi extitit indicium ueritatis. Similiter Simeonis atque
Annæ prophetali dignitate insolitus cæteris & huic specialis occursus. Quæ omnia profe
cto Maria conseruans, his cunctis altius ad fidem roborata, pio corde conferebat in tãtum,
ut omnino non nutabunda, sed certa de filij potestate, tanquam de dei uera uirtute, defici
ente in nuptijs uino dixerit, Vinum non habent, sciens planè hoc illum potuisse, quod eum Ioan.2
mox contigit diuino miraculo compleuisse. Ecce igitur Maria fide & opere Christi admini
stratrix, & deuota usque ad eius mortem secutrix, non plus gressu quàm imitationis affe
ctu, ut credendum est, si ibi non fuerit ubi Christus ministros suos uult esse, ubi ergo erit?
Et si ibi erit, nunq̃d æquali gratia? Et si æquali gratia, ubi æqua dei cẽsura, quæ unicuiq; red
dit secundum sua merita? Si ergo merito Mariæ uiuenti, præ omnibus donata est gratia,
mortuæ erit minuenda? Absit. Quia si omnium sanctorum mors est preciosa, Mariæ sanè
est preciosissima, quam tanta comitata est gratia, ut mater dei dicatur & sit.

Consyderatis igitur his uniuersis, uera ratione confitendum censeo, Mariam in Chri Cap. VIII
sto, & apud Christum esse, In Christo, quia in ipso uiuimus, mouemur & sumus: apud
Christum gloriose ad æternitatis gaudia assumptam, benignitate Christi honoratius susce
ptam cæteris, quam hic gratia honorauit præ cæteris, nec usq; ad cõmunem humilitatem
esse adductã post mortẽ, putredinis uidelicet & uermis, & puluеris, quæ suũ & omniũ ge
nuit saluatorem, in cuius si potestate est, sanctorum de capite capillum non perire, est & illã

anima

anima & corpore integram posse seruare. De cuius potestate si nullus dubitet ecclesiasti- C
corum, quin possit matrem sine corruptione in perpetuum seruare, cur dubitãdum est, uo
luisse qd attinet ad tantæ benignitatis gratiã? Si elegit diuina uoluntas sola gratia inter cre
pitantes uehementium ignium flammas, non solum puerorum corpora seruare illæsa, uerũ
& ipsa uestimenta seruare inusta: cur abnuat in matre propria quod elegit in ueste aliena?
Ionam seruare in uentre ceti præter naturalem usum uoluit incorruptum sola misericordia,
Mariam incorruptam præter naturam non seruabit gratia? Seruatus est Daniel ab intem
peratissima fame leonum, non seruanda est Maria tantis dotata meritis dignitatum? Hæc
contracta quæ diximus, quia naturam non seruasse cognoscimus, in Mariæ integritate plus
potuisse gratiam quàm naturã nõ dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera quæ dicimus,
& ideo possibilia, quia sunt ab omnipotentia. Christus autem dei uirtus est & dei sapiẽtia,
cuius omnia quæ patris sunt, sua sunt & uelle: uelle autẽ omnia quæ sunt iusta & digna. Sic
per hoc digne uidetur lætari Maria lætia inenarrabili anima & corpore, in proprio filio, cũ
proprio filio, per proprium filiũ, nec ullam sequi debere corruptionis erumnam quam nul
la secuta est tantum filium pariendo integritatis corruptio, ut sit semper incorrupta quam
tanta perfudit gratia, sit integraliter uiuens, quæ omnium integram perfectamq; genuit ui
tam, sit cum illo quem in suo gessit utero, sit apud illum illa quæ genuit, fouit & aluit illum.
Maria dei genitrix, dei nutrix, dei ministratrix, & dei secutrix. De qua ut iã dixi, quia aliter
Cap. IX sentire nõ audeo, aliter dicere nõ præsumo. Suscipiat igit hunc sensum fraterna chari
tas uestra, quem sanctus spiritus inspirauit. Ostensa sunt ex parte quæ taliter hortata sunt
me dicere. Si quis autem refragari his elegerit, quum dicere non uelit, hoc non posse Chri
stum: proferat quare non conueniat uelle, ac per hoc non esse. Et quum se ueraciter consiliũ
dei de his nosse manifestauerit, incipiam credere, de quibus aliter non possum sentire. Mi
rabor illum altitudinem consilij diuini inuestigasse, quam me cum Apostolo digna reuerẽ
Roma. 12 tia uideor debere admirari dicente. O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei, quàm in D
comprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Et quia secũdum eundẽ Apo
1. Cor. 13 stolum, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, dixi de his: & si non quantum est,
tamẽ quemadmodum me dicere debuisse credidi. Si ergo uera sunt quæ scripsi, tibi gratias
ago Christe, quia de sancta uirgine matre tua, nisi quod pium est ac dignum uisum, sentire
non potui. Si ergo dixi ut debui approba Christe tu & tui. Si autem non ut debui, ignosce
obsecro tu & tui: Qui cum deo patre & spiritu sancto uiuis & regnas per omnia secula secu
lorum, Amen.

Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Liber de disciplina Christiana, uel de domo disciplinæ.

Cap. I LOCVTVS est ad nos sermo dei, & deprõptus est ad exhortationẽ no
strã, dicente scriptura. Accipite disciplinã in domo disciplinæ. Disciplina
à discendo dicta est, disciplinæ domus est Ecclesia Christi. Quid ergo hic
discit, uel quare discit? Qui discunt, uel à quo discunt? Discit bene uiuere.
Propter hoc discit bene uiuere, ut perueniat ad semper uiuere. Discunt
Christiani. Docet Christus. Primo ergo quid sit bene uiuere: deinde quæ
sit merces bonæ uitæ: tertio qui sint ueri Christiani: quarto quis sit uerus magister, pauca lo
quentibus nobis sicut dominus donat audire dignemini. Omnes in domo disciplinæ su
mus, sed multi nolunt habere disciplinam, & quod est peruersius, nec in domo disciplinæ uo
lunt habere disciplinã. Cum propterea debeãt in domo disciplinæ accipere disciplinã, ut ser
uent illã in domibus suis: ipsi econtra disciplinationẽ nõ solum in domibus suis habere no
lunt, sed nec ferre illam secũ etiam ad domum disciplinæ. Ideo apud quos nõ uacat uerbũ
dei,

C dei, qui cor auri coniungunt, qui non sunt uia ubi semem cum ceciderit ab auibus colligitur,
qui non sunt petrosa loca, ubi semen altam radicem habere non potest, & ad horam exit &
in æstu arescit: qui nõ sunt ager spinosus, ubi semen cũ germinauerit & in auras surgere cœ
perit, spinarũ densitate suffocatur, sed qui sunt terra bona parata semẽ accipere, & fructum
reddere, uel centenum uel sexagenum uel tricenum, recordentur non sine causa intrasse disci
plinæ scholam, & has me similitudines ex Euangelio commemorasse. Qui igitur tales sunt,
accipiant quod per me dominus dicere dignatur. Ego enim, quoniã ille seminat, quid sum?
Vix cophinus seminantis. Ipse in me digneť ponere quod uobis spargat. Nolite ergo attẽ
dere ad utilitatẽ cophini, sed ad charitatẽ seminis & potestatẽ seminatoris. Quid est ergo be
ne uiuere? Quid hic discitur? Præcepta multa sunt in lege, qbus ipsa bona uita continet, im
peratur & discitur. Multa omnino præcepta sunt & innumerabilia. Præceptorũ ipsorũ pa
ginas uix quisquam enumerat, quanto magis ipsa quæ uoluit. Tamẽ deus propter eos qui
se possent excusare, uel quia eis nõ uacat legere, uel quia nõ norunt legere, uel quia non pos
sunt facile intelligere, ut excusationem nemo habeat in die iudicij, uoluit, sicut scriptum est,
consummare & breuiare uerbum super terram, sicut de illo propheta prædixerat, Verbum Esaiæ 10
enim consummans & breuians faciet dominus super terram. Hoc ipsum uerbum consum
matum & breuiatum, nec obscurum deus esse uoluit. Ideo breue, ne non uacaret legere: ideo
apertum, ne dicat, nõ mihi licuit intelligere. Thesaurus ergo est magnus diuinarum scriptu
rarum, habens in se mirabilia præcepta & multa, tanquam multas gemmas, & preciosa mo
nilia, & uasa ingentia, & magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurum istum, & uti eo,
& peruenire ad omnia quæ ibi sunt? Quando hanc similitudinem dominus dedit in Euan
gelio suo, & dixit, Simile est regnum cœlorum thesauro inuento in agro: ne quis se minus Matth. 13
idoneum diceret ad perscrutãdum thesaurum, continuo dedit aliam similitudinem, Simile
est, inquiens, regnum cœlorum homini negociatori quærẽti bonas margaritas, qui inuenit
D unam preciosam margaritam, & uendidit omnia quæ habuit & emit illã: ut si piger eras ad
perscrutandum thesaurum, non sis piger unam margaritam sub lingua ferre, & quò uis se
curius ambulare. Quid est ergo uerbum cõsummans & breuians? Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum
tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Ecce quid
discitur in domo disciplinæ? Diligere deum, Diligere proximum tanquam seipsum? De
um tanquam deum, proximum sicut teipsum. Non enim inuenis parem deo, ut possit tibi
dici, dilige deũ sicut diligis illum. De proximo inuenta est tibi regula, quia inuentus es pro
ximo tuo par tuipse. Quæris quomodo diligas proximum, attende teipsum, & quomodo
te diligis, sic dilige proximum. Non est ubi erres. Volo ergo iam & tibi committere proxi
mum tuum, ut diligas eum tanq; teipsum. Volo, sed adhuc timeo. Volo tibi dicere, Dili
ge proximum tuum sicut teipsum, & timeo, Adhuc enim discutere uolo quomodo dili
gas teipsum. Noli ergo ægreferre. Non es tuipse facile dimittendus, cui est proximus com
mittendus. Non transitorie tecum agendum est. Tu unus homo es, proximi tui multi sunt.
Non enim primo sic debes intelligere proximum, uel fratrem, uel cognatum, uel affinem.
Proximus est omni homini omnis homo. Proximi sibi dicuntur pater & filius, socer & ge
ner. Nihil tam proximum, quàm homo & homo. Sed si putamus non esse proximos, nisi
qui de ijsdem parentibus nascuntur, Adam & Euam attendamus, & omnes fratres sumus.
Et quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Chri
stiani sumus. Ad id quod homo es, unus pater fuit Adam, una mater Eua. Ad id quod
Christianus es, unus pater est deus, una mater ecclesia. Videte ergo quantos proximos ha
beat unus homo. Omnes homines in quos incurrerit, quibus iungi potuerit, proximi eius
sunt. Quomodo ergo discutiendus est, utrum diligat se, cui committendi sunt tot proxi
mi, ut sic eos diligat tanq; se? Non ergo irascatur unusquisq; si discutio quomodo se dili
gat. Certe ego discutio, ipse se inueniat. Vt quid enim discutio, quia ego inuenturus sum?
Ideo

Ideo discutio,ut ipse se interroget,ipse sibi appareat,ipse se non lateat, ipse se sibi nō abscon C
dat,ipse sibi se ante oculos suos, nō post dorsum ponat. Me loquēte faciat hoc,me nesciēte
faciat hoc. Quomodo te diligis? Quisquis me audis,imò quisquis deū per me audis in hac
domo disciplinæ, attende te quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogem utrum di/
ligas te,respōdebis quia diligis. Quis enim se odit? Hoc dicturus es: quis enim se odit? Ergo
non diligis iniquitatem,si te diligis. Nam si diligis iniquitatem,non ego dico,psalmum au/
Psal.10 di,Qui diligit iniquitatem,odit animam suam. Ergo si diligis iniquitatem,audi ueritatem,
ueritatem non te palpantem, sed aperte tibi dicentem. Odis te. Quanto magis dicis,quia
amas te,odis te. Qui enim diligit iniquitatem,odit animam suā. Quid dicam de carne, quæ
pars est uilior hominis? Si animam odit, quomodo carnem diligit? Deniq; qui amant
iniquitatem,& odiunt animam suam,omnem turpitudinem exercēt de carne sua. Iam ergo
qui diligis iniquitatem,quomodo tibi uolebas committi proximum,ut diligeres eum tanq̄
te? Homo quid perdis te? Si enim tuipse sic te diligis,ut perdas te, sic profecto perditurus
es & cum quem diligis sicut te. Nolo ergo quenquam diligas,uel solus peri. Aut corrige di/
lectionem,aut respue societatem. Dicturus es mihi,Diligo proximum tāquam meipsum.
Audio planè,audio. Inebriari uis cum illo quem diligis tanquam teipsum. Bene nobis facia
mus hodie,quantum possumus bibamus. Vide quia sic te diligis,& illum ad te trahis,& ad
quod amas uocas. Necesse est ut quem diligis tanq̄ teipsum, illuc illum trahas ad quod &
tu te amas. Humanus homo,imò beluinus, amando talia qualia beluæ. Beluas enim deus
prostratas in faciem fecit pastum quærētes de terra,te in duos pedes erexit de terra. Tuam
faciem sursum attendere uoluit. Non discordet cor tuum à facie tua,non habeas faciem sur
sum,& cor deorsum, imò uerum audi,& uerum fac sursum cor, ne mentiaris in domo disci/
plinæ. Quando enim audis,responde. sed sit uerum quod respondes. Sic te dilige,& diligas
proximum tuum tāquam teipsum. Quid est enim sursum habere cor, nisi quod dictum est
Matth.22 prius, Diliges dominum deum tum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte D
tua? Quia ergo duo præcepta sunt,si unum diceret non sufficeret. Sufficit & unum si intelli/
Roma.13 gatur. Nam aliquando sic loquitur scriptura sicut Paulus apostolus, Non adulterabis,non
homicidium facies,non concupisces,& si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapi/
tulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malū non operatur.
Plenitudo autem legis est charitas. Quid est charitas? Dilectio. Nihil uidetur dixisse de di/
lectione dei, sed solam proximi dilectionē dixit sufficere ad implendam legē. Quicquid est
aliud mandatum,in hoc sermone recapitulatur, in hoc sermone impletur. In quo? Diliges
proximum tuum tanq̄ teipsum. Ecce unum est. Certe duo præcepta sunt in quibus præce
ptis tota lex pēdet & prophetæ. Videte quomodo plus breuiatū est,& adhuc pigri sumus.
Ecce quæ duo erant,unum factum est. Prorsus proximum dilige,& sufficit. Sed dilige quo/
modo teipsum diligis,non quomodo teipsum odisti. Dilige proximum tuum tanquam te
ipsum: sed prius est ut diligas teipsum. Quærere habes quomodo diligas teipsum,& audi/
re habes, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua,& ex tota
anima tua. Homo enim quomodo à se fieri non potuit,sic nec beatus à se fieri potest. Alia
res fecit enim hominem, quod non est ipse homo: alia res eū factura est beatum quod nō
est ipse homo. Deniq; errās uidet ipse,quia per se nō potest beatus esse, & amat aliud unde
sit beatus. Vnde se fieri putat beatū,hoc amat. Quid putamus,amat,unde putat se fieri be/
atum? Pecuniam,aurum,argentū,possessiones? Breuiter dico pecuniam. Totum enim quic/
quid homines possident in terra, omnia quorum domini sunt,pecunia uocatur. Seruus sit,
uas,ager,arbor,pecus,quicquid horum est, pecunia dicitur. Et unde est primum uocata pe/
cunia? Ideo pecunia,quia antiqui totum quod habebant,in pecoribus habebant. A pecore
pecunia uocatur. Legimus antiquos patres fuisse diuites pastores. Ergo pecuniam diligis ô
homo,unde putas te fieri beatum. Pecunia est,& multū eam diligis. Volebas diligere pro/
ximum tanquam teipsum,diuide cum illo pecuniam tuam. Quid esses discutiebam. Inuen/
tus es,

A tus es,apparuisti tibi,uidisti te,consyderasti te. Non es paratus diuidere pecuniam
cum proximo tuo. Sed quid mihi respondet benigna auaricia? Quid mihi respōdet? Si di/
uisero cum illo,minus erit,& mihi & illi minuetur quod amo,nec totum habebit ille,nec to/
tum habebo ego. Sed quia diligo eum tanq̄ meipsum,opto illi ut tantum habeat, ut nec
meum minuatur,& ipse mihi coæquetur. Optas unde nihil perdas,atq; utinam hoc uerum
dicas uel optes: Timeo enim ne inuideas. Quomodo enim socialis erit felicitas tua,quā tor/
quet felicitas aliena? Nōne cum cœperit ditescere uicinus tuus, & incipere quasi surgere,&
ire post te,times ne sequatur te,times ne transeat te? Certe diligis proximum tuū tanq̄ te/
ipsum. Sed non loquar de inuidis: Auertat enim deus hanc pestem ab animis omniū homi
nū,nedū Christianorū,uitiū diaboli,cū quo solus diabolus reus est,& inexpiabiliter reus.
Non enim dicitur diabolo ut damnetur, adulterium cōmisisti,furtum feci sti, uillam alie/
nam rapuisti,sed homini stanti lapsus inuidisti. Inuidētia diaboli conuicium est,sed habet
matrem suam. Superbia uocatur mater inuidiæ. Superbia inuidos facit. Suffoca matrem,&
non erit filia. Ideo humilitatem docuit Christus. Nō ergo loquor inuidis,bene optantibus
loquor. Illis loquer qui optant bene amicis, ut habeant tantum quantum habent & ipsi.
Optant bene agentibus ut habeāt quātum & ipsi, sed nolūt illis dare ex eo quod habēt. In/
de te iactas homo Christiane,quia optas bene. Melior te est mendicus,qui plura tibi optat
& nihil habet. Bene uis optare nihil à te accipienti. Da aliquid bene optanti. Si bonum est
bene optare,redde mercedem. Optat tibi bene pauper,quid trepidas? Addo aliquid. In do
mo disciplinæ es. Addo aliud quod dixi. Da bene optanti, Christus est. Ipse à te petit qui ti
bi dedit. Erubesce. Ille diues pauper esse uoluit, ut haberes pauperes quibus dares. Da ali/
quid fratri tuo,da aliquid proximo tuo,da aliquid comiti tuo. Tu diues es,ille pauper est.
Vita ista uia est,simul ambulatis. Sed forte dicis,Ego diues,ille pauper. Simul ambulatis,
an non? Quid est quod dicis,ego diues,ille pauper,nisi ego oneratus,ille leuis? Ego diues,
B ille pauper. Sarcinam tuam cōmemoras,pondus tuum laudas. Et quod grauius est, cōstrin
xisti ad te sarcinam tuam,ideo non potes porrigere manū. Onera te,liga te: quid te iactas?
quid te laudas? Solue uincula tua,minue sarcinam tuam. Da comiti,& illum adiuuas, & te
releuas. Inter has uoces tuas laudantes sarcinam tuam,adhuc Christus petit & non accipit,
& obtendis nomen pietatis crudelibus uocibus & dicis: Et quid seruo filijs meis? Christum
illi oppono,filios suos mihi reponit. Ista uero iusticia magna,ut habeat unde luxurietur fi/
lius tuus,egeat dominus tuus. Cum enim uni ex minimis meis fecisti,mihi fecisti. Non le/ Matth.25.
gisti,non aduertisti: Cū uni ex minimis meis non feciſtis,nec mihi feciſtis. Non legisti,non
timuisti. Ecce quis eget,& filios tuos numeras? Postremo numera filios tuos,adde unum il/
lum inter illos,dominum deum tuum. Vnum habes, sit ille secūdus: duos habes,sit ille ter/
tius: tres habes,sit ille quartus: nihil horum uis. Ecce quomodo diligis proximum tuū, quē
tibi facis socium ad istam perditionem. Quid tibi dicturus sum: Diliges proximum tuum?
Quid illi in aures insusurrabis homo auare, nisi fili aut frater aut pater, bonū est nobis, ut
cum hic uiuimus,bene sit nobis? Quantum habebis,tantus eris: Frange lunam,fac fortunā.
Ista susurrabis proximo tuo,quæ non didicisti in domo disciplinæ, nec audisti hic. Nolo
sic diligas proximum tuum. O si possem facere,ut nulli iungereris: Corrumpunt enim mo/ 1.Cor.15.
res bonos colloquia mala. Sed non possum facere ut nemini iungaris,cui mala ista quæ nō Eccl.28.
uis dedisce re insusurres,& non solū nolis dedoceri,sed affectes etiam docere: Nolo,imò uo
lo,sed non possum te disiungere ab auribus aliorum. Alios admoneam,ad quorum aures
ambis,quorum aures penetrare moliris,ad quorū corda per aures intrare disponis. O qui
accipis uerbum sanum in domo disciplinæ,sepi aures tuas spinis. Corrumpunt bonos mo
res colloquia mala. Sepi aures tuas spinis. Sepi,& spinis sepi,ut ille qui importune intrare
ausus fuerit,non solum non repellatur,sed etiam compungatur. Repelle illum à te: Dic Chri
stianus es, Christianus sum,non hoc accepimus in domo disciplinæ,non hoc didicimus in
illa schola,quam gratis intrauimus,non hoc didicimus sub illo magistro,cuius cathedra in

cœlo est: Noli mihi ista dicere, aut noli ad me accedere. Hoc est enim: Sepi aures tuas spi- A
nis. Conuertam me ad illum: Auarus es, pecuniam amas. Beatus esse uis, deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum: Tu eam facis ornatam, non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam, & uideo quia pergis quò iusserit cupiditas, piger perge quò iubet charitas. Respice & uide quàm multum interfit inter pecuniam tuam & deum tuum. Pulchrior est iste sol quàm pecunia tua, & tamen iste sol non est deus tuus. Porrò si pulchrior est lux ista quàm pecunia tua, quantum est pulchrior qui fecit hanc lucẽ? An forte comparare uis pecuniam tuam luci? Ecce occidit sol: ostende mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, subtraho lucernam. Ecce dives es, Ostende mihi diuitias tuas. Iam si lumine priueris, iam si nõ habeas unde quod habes uideas, ubi sunt diuitiæ tuæ? Et sic tamen horrenda profũditas auariciæ non patet oculis, & scatet animis. Vidimus & cæcos auaros. Dicatur mihi, unde auari sunt cæci qui non uident? Quod habet non habet, & tamen auarus est cæcus: Quare? Quia credit se habere, auarus est: Fides eum facit diuitem: Credendo dives est, nõ uidendo. Quanto melius cum fidem conuertit ad deum. Non uides quod possides, & deum tibi sic prædico: Nondum uides, ama & uidebis. Amas pecuniam ô cæce, quam nunq̃ uidebis. Cæcus possides, cæcus moriturus es, quod possides hic relicturus es. Non tenebas & quando uidebas, quanto magis perdis, quia non uidebas quod habebas. De deo quid tibi dicitur? Ecce hoc tibi dicit ipsa sapientia, Ama illam tanq̃ pecuniam. Indignũ est, iniuriosum est, ut sapientia pecuniæ comparetur, sed amori cõparatur. Video enim hic uos sic amare pecuniã, ut iubente amore pecuniæ labores suscipiatis, ieiunia toleretis, mare transeatis, uentis & fluctibus uos cõmittatis. Habeo unde eligam quod ametis, sed non habeo quod addam ad amorem quo amatis. Sic me amate, plus nolo me amari dicit dominus. Improbis loquor, auaris loquor. Pecuniam diligitis, tantum me diligite. Certe melior sum incomparabiliter. Nolo à uobis ampliorem amorem. Quantum diligitis pecuniam, tantum me amate. Eruբescamus saltem, confiteamur & pectora tundamus, non ut super peccata nostra pauimen- B
tum solidemus. Nam qui tundit pectus & non corrigitur, solidat peccata & non tollit. Tundamus pectus & cædamus nos, & corrigamur à nobis, ne ille postea nos cædat, qui magister est. Diximus enim iam, quid hic discatur, quare discatur.

Cap. II Quare isti in scholam, & uapulasti, & à parentibus ductus, & fugitans quæsitus, & inuentus attractus es, & adductus extensus es? Quare uapulasti? quare tãta mala in pueritia pertulisti, ut disceres? Quid disceres? Litteras. Quare? Vt haberetur pecunia, aut ut compararetur honor, & teneretur sublimitas dignitatis. Vide quia periturus es propter perituram rem. Perituram rem cũ tanto labore didicisti in tantis pœnis, & amabat te qui te ad pœnas trahebat. Ipse qui te amabat, ipse te ad pœnas trahebat ut uapulares, amando faciebat ut disceres. Quid? Litteras. Bonum sunt litteræ? Bonæ. Noui dicturus es mihi: Quare & uos episcopi litteras non legistis? Quare nõ diuinas scripturas in ipsa litteratura tractastis? Ita uero: sed non ad hoc didicimus litteras. Non enim parentes nostri, quando nos in scholam mittebant, hoc nobis dicebant, discite litteras ut habeatis unde legere possitis codices dñicos. Nec ipsi Christiani filijs suis hoc dicũt. Sed quid? Discite litteras. Quare? Vt sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico ut sis homo, hoc est, ut sis eminens inter homines. Vnde & illud prouerbium: quantum habebis, tantus eris: ut habeas quantũ cæteri, aut quantũ pauci, aut plusq̃ cæteri, aut plusq̃ pauci, habeas inde honores, habeas inde dignitatem. Et ubi erunt ista omnia cũ mors uenerit? Quomodo stimulat, quomodo metus iste interpellat? Quomodo nomen ipsum à me cõmemoratum omnium corda percussit? Quomodo timorem uestrum teste gemitu declarastis? Audiui, audiui, gemuistis, mortẽ timetis. Si timetis, quare non cauetis? Mortẽ timetis. Quid timetis? Ventura est. Timeam an nõ timeam, uenire habet: sero an cito, uentura est. Si timeas, non efficies ut non sit quod times. Illud potius time, quod si nolis, non erit. Quid? Peccare. Peccare time, quia si amaueris peccata, in aliam mortẽ irrues, quò posses nõ uenire, si non amares peccata. Modo autẽ peruer-

sus plus

A sus plus amas mortẽ q̃ uitam? Abest, inquis. Quis est hominũ qui plus amet mortem q̃ uitam? Forte conuinco te, quia plus amas mortẽ q̃ uitã. Ecce unde te conuinco, Amas tunicã tuam, bonam eam uis. Amas uillam tuam, bonã eam uis. Amas filium tuũ, bonũ eum uis. Amas amicũ tuum, bonũ eum uis. Amas domũ tuam, bonam eam uis. Quid est q̃ etiã bonam uis habere mortẽ? Quotidie enim rogas, ut quoniã mors uentura est, bonã mortẽ tibi det deus, & dicis: Deus auertat à me malam mortẽ. Plus ergo amas mortẽ tuã q̃ uitam tuam. Mori male times, & male uiuere non times. Corrige male uiuere, time male mori, sed noli timere. Non potest male mori qui bene uixerit. Prorsus confirmo, audeo dicere, Credi psal. 115
di propter quod locutus sum: non potest male mori, qui bene uixerit. Iam tu dicis tibi: num multi iusti naufragio perierunt? Certe nõ potest male mori, qui bene uixerit. Num multos iustos gladius peremit hostilis? Certe nõ potest male mori, qui bene uixerit. Num multos iustos, latrones occiderũt? Num multos iustos bestiæ laniauerũt? Certe nõ potest male mori, qui bene uixerit. Et ego respondeo. Hæc eẽ tibi uidetur mala mors, naufragio perire, gladio percuti, à bestijs laniari, mors mala tibi esse uidetur. Nõne has mortes martyres subierunt, quorũ natalicia celebramus? Quod genus mortis nõ subierũt? Et tamen si Christiani sumus, si in domo disciplinæ nos esse meminimus, uel cũ hic sumus, uel cũ hic audimus, si ex eũtes hinc nõ obliuiscimur, si meminimus quod hic audimus, nõne martyres beatificamus? Quære mortes martyrũ, oculos carnis interroga. Male mortui sunt, oculos fidei interroga: Preciosa in conspectu dñi, mors sanctorũ eius. Quicquid ergo est quod exhorres in morte, omnino nõ exhorreas, si cos imitaris. Id age ut bonã uitã habeas, & quæcũq̃ occasio fuerit, ut exeas de hoc corpore, exis ad requiẽ, exis ad beatitudinẽ, quæ non habet timorẽ nec finẽ. Nam quasi bona mors diuitis in purpura & bysso, sed mala mors sitientis & inter torməta Luc. 16
guttã aquæ desiderãtis. Quasi mala mors iacẽtis pauperis ante ianuã diuitis, inter linguas canũ, in fame & siti micas de mensa desiderantis. Mala mors, auersanda mors, finem respi-
B ce: Christianus es, fidei oculũ intende. Cõtigit mori inopem illũ, & deferri ab angelis in sinũ Abraæ. Quid proderat diuiti sepulchrũ marmoreũ, sitienti apud inferos? Quid oberãt pauperi panni cum sanie ulcerũ eius requiescenti in sinu Abraæ? Longe uidit eũ requiescentem, quẽ cõtempserat iacentẽ. Modo elige mortẽ. Dic mihi, Quis bene mortuus est, quis male? Puto quia melius ille pauper, q̃ ille dives. An uis aromatibus sepeliri, & apud inferos sitire? Respondes: Absit à me. Puto q̃ hoc dices. Disce ergo bene mori, si didiceris bene uiuere: Merces enim bonæ uitæ æterna est. Qui discũt, Christiani sunt: qui audiunt & nõ di Cap. III
scunt, quid ad seminantem? Seminantis manũ nõ terret uia, nõ terrent lapides, non terrent Matth. 13
spinæ iactat ille quod suũ est. Qui timuerit ne cadat in terrã malam, non peruenit ad terrã bonam. Et nos dicimus, spargimus semina, iactamus semina. Sunt qui contemnũt, sunt qui reprehendũt, sunt qui irrident. Istos si nos timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. Ergo ueniat semen ad terrã bonã. Scio q̃ qui audit & bene audit, deficit & proficit. Deficit iniquitati, proficit ueritati. Deficit seculo, proficit deo. Quis est enim Cap. IIII
magister qui docet? Nõ qualiscũq̃ homo, sed Apostus, plane apostolus, & tamen non apostus. An uultis, inquit, experimẽtũ eius accipere qui in me loquit̃ Christus? Christus est q̃ docet, 2. Cor. 13
cathedrã in cœlo habet, ut pauloañ dixi. Schola ipsius in terra est, & schola ipsius corpus ipsius est. Caput docet mẽbra sua, lingua loq̃t̃ pedibus suis. Christus est q̃ docet. Audiamus, timeamus, faciamus. Et ne cõtẽnas ipsum Christũ, qa ꝓpter te in carne natus est, pãis mortalitatis circũdatus: ꝓpter te esuriuit & sitiuit: ꝓpter te lassatus ad puteum sedit: propter te fatigatus in naui dormiuit: propter te cõtumelias indignas audiuit: ꝓpter te à facie sua sputa hominũ nõ abegit: propter te alapas in faciẽ suã accepit: propter te in ligno pependit: propter te animã effudit: propter te in sepulchro positus est. Hæc oĩa forte cõtemnis in Christo? Vis nosse quis sit? Recole euãgeliũ quod audisti: Ego & pater unũ sumus. Nos cõuersi Ioan. 10
ad deũ præcepta eius custodiamus, ut æterna præmia ab ipso percipiamus, præstante eodẽ dño nostro Iesu Christo, qui cũ patre & spũ sancto uiuit & regnat in secula seculorũ: Amẽ.

Finis.

DIVI AVRELII AVGV

STINI HIPPONENS. EPISCOPI,
De decem chordis liber.

Cap.I

DOMINVS & deus noſter miſericors & miſerator, longanimis, & multum miſericors, & uerax, ꝙ largiter prærogat miſericordiam in præſenti ſeculo, tam ſeuere minatur iudicium in futuro ſeculo. Verba quæ dixi ſcripta ſunt, & diuinis autoritatibus cõtinentur, quia miſericors & miſerator dominus, longanimis & multũ miſericors & uerax. Multũ delectat omẽs peccatores & amatores huius ſeculi, quia miſericors & miſerator dominus, quia longanimis & multũ miſericors. Sed ſi amas tam multa mitia, time ibi & ultimũ quod ait, & uerax. Si eñ nihil aliud diceret, niſi miſericors & miſerator dominus, longanimis & multũ miſericors, quaſi iam conuerteres te ad ſecuritatẽ & impunitatẽ, & ad licentiã peccatorum, & faceres quod uelles, utereris ſeculo, uel quantũ tibi permitteretur, uel quantũ tibi libido iuſſiſſet. Et ſi quis te bene admonẽdo obiurgaret atq; terreret, ut cohiberes te ab immoderato fluxu eundo poſt cõcupiſcẽtias tuas, & deſerendo deũ tuũ, inter medias uoces obiurgantis obſiſteres, impudenti quidẽ fronte, ueluti audita diuina autoritate, & legeres de libro dominico: Quid me terres de deo noſtro? Ille miſericors eſt, & miſerator, & multũ miſericors. Ne talia homines dicerent, unum uerbũ addidit in fine, quod ait, & uerax: & excuſſit læticiam male præſumentium, & induxit timorem dolentiũ. Gaudeamus ad miſericordiã domini, ſed timeamus iudiciũ domini. Parcit
Eſa.42 dum tacet. Tacet, ſed nõ ſemper tacebit. Audi dũ non tacet in uerbo, ne non tibi uacet audi
Cap.I II re dũ non tacebit in iudicio. Modo enim licet tibi cauſam tuã componere. Ante ultimum iudiciũ dei tui cõpone cauſam tuã. Non eſt unde præſumas cũ ille uenerit, nec falſos teſtes adduces quibus ille fallatur, nec patronos fraudulentis circũuentionibus & linguoſis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, ut iudicem poſſis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicẽ, quẽ nec fallere nec corrũpere poteris, & tamẽ eſt quod agas? Tunc enim ipſe erit iudex cauſæ tuæ, qui modo eſt teſtis uitæ tuæ. Clamauimus & laudauimus, cõponamus cauſam noſtrã. Qui teſtis eſt operũ noſtrorũ, ipſe teſtis eſt uocũ iſtarũ. Nõ ſint inanes, cõuertantur ad gemitũ. Tẽpus eſt concordandi cũ aduerſario tuo cito. Tam longanimis eſt deus uidendo iniqua & nõ puniendo, ut tamẽ cito ſit futurũ iudicium. More quippe humanæ uitæ prolixũ eſt, quod deo breue eſt. Sed & ipſi ſeculo & humano generi quod longe uidetur, quid cõſolatur? Nũquid ſi totius generis hũani ultimus dies longe eſt, uniuſcuiuſq; dies ultimus longe eſt? Hoc dico, ex Adam multi anni euoluti ſunt, multi anni fluxerũt, & deinceps fluent, nõ quidẽ tam multi, ſed tamẽ uſq; in finem ſeculi trãſibunt anni, ſicut & illi tranſierũt. Longũ uidetur quod reſtat, ꝙ ꝙ nõ erit tantũ quantũ tranſactũ eſt, & tamen ex tranſacto præterito tẽpore, ſperandus eſt finis reliqui tẽporis. Fuit tũc quidẽ dies qui dicere tur hodiernus, ex illo uſq; ad hũc hodiernũ, nõne quicquid fuit futurũ, præteritũ factũ eſt? tale habeẽ ac ſi nõ fuerit. Sic erit quicquid reſtat extremũ. Sed ſi & hoc longũ ſit prolixũ, quantũ putaueris, quantũ dixeris, quantũ cogitaueris, quantũ tibi nõ format ſcriptura, ſed fingit cogitatio, quantũuis diẽ iudicij prolonga, nũquid ultimũ diẽ tuũ, id eſt, uitæ tuæ quo exiturus es de hoc corpore producturus es in longũ? Sit tibi ſenectus certa ſi poteſt, cui aũt poteſt? Nõne ex quo homo incipit uiuere, iam poteſt & mori? Poſſibilitatẽ mortis initiũ uitæ facit. In hac terra & in genere humano ille ſolus mori nondũ poteſt, qui nondũ cœpit uiuere. Incertus ergo dies tanꝙ quotidianus ſperandus eſt. Si aũt tanꝙ quotidianus eſt incer
Matth.5 tus dies, cõponatur cũ aduerſario dum eſt tecũ in uia. Via enim uocatur hæc uita, per quam omnes tranſeunt, & non recedit iſte aduerſarius.

Quis

A Quis autem eſt iſte aduerſarius? Aduerſarius iſte nõ eſt diabolus: nam nunꝙ te hor Cap.III
taretur ſcriptura ut cum diabolo cõcordares: Eſt ergo alius aduerſarius, quẽ ſibi homo facit aduerſariũ: nam ille ſi aduerſarius eſſet, tecum in uia non eſſet. At hic eſt tecum in uia, ut concordet tecum: Scit enim, quia niſi in uia ſecum cõcordaueris, iam tradet te iudici, iudex autẽ miniſtro, miniſter in carcerem. Eloquia iſta euangelica ſunt, recordantur nobiſcũ, uel qui leguerunt, uel qui audierũt. Ergo quis eſt aduerſarius? Sermo dei. Sermo dei aduerſarius tuus
Exod.20 eſt. Quare aduerſarius tuus eſt? Quia cõtraria iubet quàm tu facis. Dicit tibi, Vnus eſt deus tuus, unũ deum cole: Tu uis dimiſſo uno deo tuo tanꝙ legitimo uiro animæ, fornicari per multa dæmonia: & quod eſt grauius, non quaſi aperte deſerens & repudiãs, ſicut apoſtatæ faciunt, ſed tanꝙ manens in domo uiri tui admittis adulteros, id eſt, tanꝙ Chriſtianus nõ dimittis eccleſiam, conſulis mathematicos, aut haruſpices, aut augures, aut maleficos, quaſi de uiri domo non recedens adultera anima, & manens in eius coniugio fornicaris. Dicitur tibi, Ne accipias in uanum nomẽ dei tui. Ne exiſtimes creaturam eſſe Chriſtum, quia pro te ſuſcepit creaturam, & tu cõtemnis eum qui æqualis eſt patri, & unus cum patre. Dicitur tibi ut ſpiritaliter obſerues ſabbatum, nõ quomodo Iudæi obſeruant ſabbatũ carnali ocio: Vacare enim uolunt ad nugas atq; luxurias ſuas. Melius enim faceret Iudæus in agro ſuo aliquid utile, quàm in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœminæ eorum die ſabbati lanam facerent, quàm tota die in Neomenijs ſuis impudice ſaltarent. Tibi aũt dicitur ut obſerues ſpiritaliter ſabbatum, in ſpe futuræ quietis, quam tibi promittit dominus. Quiſquis autem propter illã quietem futuram agit quicquid poteſt, ꝙuis laborioſum uideatur quod agit, tamen ſi ad fidem promiſſæ quietis id refert, nondũ quidẽ ſabbatũ habet in re, ſed habet in ſpe. Tu autẽ ad hoc uis requieſcere ut labores, cum ad hoc debeas laborare, ut requieſcas. Dicitur tibi, Honora patrẽ tuum & matrẽ tuã: contumeliã irrogas parẽtibus, quã non uis pati à filijs tuis. Dicitur tibi, Non occides: Tu aũt occidere uis inimicũ tuum. Et ideo for
B te non facis, quia times iudicem hominẽ, non quia cogitas deum: Ignoras quia ille teſtis eſt cogitationum: Illo uiuo quẽ uis mori, te homicidam tenet in corde. Dicitur tibi, Non mœchaberis, id eſt, non ibis ad aliquã aliam præter uxorem tuã: Tu autẽ exigis hoc ab uxore, & nõ uis reddere hoc uxori. Et cum debeas in uirtute præcedere uxorem, quoniã caſtitas uirtus eſt, & tu ſub uno impetu libidinis cadis, & uis uxorẽ tuã uictricem eſſe, tu uictus iaces. Et cum tu caput ſis uxoris tuæ, præcedet te ad deũ, cuius caput es. Vis domũ tuã capite deor
Eph.5 ſum pendere: Caput enim mulieris eſt uir. Vbi autẽ melius uiuit mulier ꝙ uir, capite deorſum pendet domus. Si caput eſt uir, melius debet uiuere uir, & præcedere in oñibus bonis factis uxorem ſuam, ut illa imitetur uirum & ſequatur caput ſuũ. Quomodo caput eccleſiæ Chriſtus eſt, & hoc iubeẽ eccleſiæ ut ſequatur caput ſuum, & ut per ueſtigia ambulet capitis ſui, ſic uniuſcuiuſq; domus habet caput uirum, & tanꝙ carnẽ fœminã. Quò caput ducit, illuc debet ſequi corpus. Quare ergo uult caput ire, quò nõ uult ut corpus ſequatur? Quare uult ire uir quò nõ uult ut ſequatur uxor? Hæc iubẽdo ſermo dei aduerſarius eſt. Nolunt enim homines facere quod uult ſermo dei. Et quid dicam? Quia aduerſarius eſt ſermo dei, quoniam iubet. Timeo ne egoipſe aduerſarius ſim quibuſdã, quia hæc loquor. Quid ad me pertinet? Fortem me faciat qui terret ut loquar, ut non timeam querelas hominũ. Nam qui nolunt caſtitatẽ ſeruare uxoribus ſuis & abundant, tales nolunt me iſta dicere. Sed uelint nolint, dicturus ſum. Si enim uos nõ exhortor ut cum aduerſario cõcordetis, ego cum illo in lite remanebo. Qui uobis iubet ut faciatis, ipſe nobis iubet ut loquamur. Si nõ faciẽdo quod iubet ut faciatis, aduerſarij eius eſtis: nõ dicẽdo quod iubet ut dicamus aduerſarij eius remanebimus. Nunquid in cæteris quæ ſupra dixi multis immoratus ſum? Hoc eñ Cap.IIII
præſumimus de charitate ueſtra, quia unum deũ colitis, hoc præſumimus de fide catholica quæ in uobis eſt, quia filiũ dei æqualẽ patri creditis, nec in uanũ accipitis nomen dñi dei ueſtri, ut putetis creaturam eſſe filium dei, Quoniã omnis creatura uanitati ſubiecta eſt. Sed
Rom.8 creditis eum æqualẽ patri eſſe, deum de deo, uerbum apud deũ, uerbum deum per quod fa

cta sunt omnia, lumen de lumine, coæternum illi qui genuit, unũ cum illo qui genuit: & hoc A
uerbum creditis assumpsisse creaturã de uirgine Maria, assumpsisse mortalitatẽ, & passum
fuisse pro nobis: ea legimus & credimus ut saluemur, nec in eo immoratus sum, ut quicqd fa
citis, pro spe futura faciatis. Noui enim omniũ Christianorũ mentes de futuro seculo cogi
tare. Qui enim de futuro seculo non cogitat, nec propterea Christianus est, ut id quod in fi
ne deus promittit accipiat, nõdum Christianus est. Neqꝫ in eo immoratus sum, ubi dicit ser
Exod. 20 mo dei: Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuam. Multi enim honorãt parẽtes, & raro inuenimus
parentes cõquerentes de improbitate filiorũ, cꝫuis nõ desint: sed tamẽ cꝫ raro fit, tam bre
uiter monendũ fuit. Neqꝫ in eo ubi dictũ est: Nõ occides, immorari uolui, non enim credo
hic turbam esse homicidarũ. Illud uero malũ late serpens plus occupauit, & in eo uehemen
tius iritatur aduersarius ille, qui ideo clamat, ut sit aliquãdo amicus. Querelæ quotidianæ
sunt, q̃q̃ ipsæ fœminæ nec iam audent conqueri de uiris suis. Ita inuadens omnia consuetu
do, ꝓ lege obseruatur, ut iam & mulieribus forte persuasum sit, licere hoc uiris, nõ licere mu
lieribus. Solent enim audire adductas esse mulieres ad forum quæ forte cum seruis inuen
tæ sunt: adductũ uirum ad forũ, quia inuentus est cũ ancilla sua, nunquã audierũt: cum sit
par peccatum. In peccato pari innocentiorẽ facit uideri uirum, nõ diuina ueritas, sed huma
na peruersitas. Et si forte hodie acriorẽ quisqꝫ passus fuerit uxorẽ suã, & liberius murmuran
tem, cui iam uidebatur quia licebat uiro, & audiuit in ecclesia, quia nõ licet uiro. Si ergo pas
sus fuerit uxorem suã liberius iam ut dixi murmurãtem & dicentẽ sibi: non licet quod facis,
simul audiuimus, Christiani sumus, quod à me exigis, redde mihi: Fidem tibi debeo, fidem
mihi debes, fidem Christo ambo debemus: & si me fallis, cũ nõ fallis cuius sumus, nõ fallis
eum qui nos emit. Hæc atqꝫ huiusmodi audiens ille quæ nõ solet, dum non uult in se fieri sa
nus, in me fit insanus, irascitur, maledicit, fortassis etiã dicit: quomodo factum est ut huc ille
ueniret, aut uxor mea ipso die in ecclesiã procederet? Et hoc credo ꝙ in cogitatione sua di
cat: nam libere erumpere in uocẽ nõ audet, nec ante solam uxorem suã. Fortassis enim si sic B
eruperit & hoc dixerit, potest illa respondere & dicere: Quare maledicis, cui pauloante accla
mabas? Certe cõiuges sumus, cũ lingua tua discordas mecum, concorditer quomodo uiue
re poteris? Nos fratres pericula uestra intuemur, non uoluntates uestras attendimus: nam
& medicus si uoluntatẽ ægri attendat, nunquã illum curat. Quod nõ est faciendum, nõ fiat,
quod prohibet deus, nõ fiat. Qui deo credit, ab ipso audit quod dicimus. Certe melius erat
quibusdã nolentibus corrigi, ut uel huc non ueniremus, si ista dicturi eramus, uel quia iam
uenimus nõ ea dicerem⁹. Nudiustertiano die memini me dixisse sanctitati uestræ, quia si ci
tharœdi essemus, aut huiusmodi aliqd populariter exhibẽtes ꝓ studijs nugacitatis uestræ,
quæ iã quæsumus ut relinquatis, tenuissetis nos ut daremus uobis diẽ, & quisquis ꝓ modu
lo suo conferret nobis mercedẽ. Quare ambularemus delectati uanis canticis, nulli rei pro
futuris, ad tempus dulcibus, in posterũ amaris? Talibus etenim turpitudinibus cantionum
animi humani illecti eneruantur & decidũt à uirtute, defluentes in turpitudinẽ, & propter
ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cũ magna amaritudine digerũt quod cũ dul
cedine tẽporali biberũt. Melius ergo nos amara uobis cantamus ad tẽpus, quæ postea dul
cescant in uobis: nec mercedem aliquã exigimus, nisi ut faciatis quæ dicimus: imò nõ facia
tis, si dicimus nos. Si aũt oñibus ille dicit qui neminẽ timet, & per quẽ fit in nomine ipsius,
& in gloria misericordiæ ipsius, ut & nos neminem timeamus, omnes audiuimus, omnes fa
ciamus, omnes cum nostro aduersario concordemus. Putate me citharœdum esse, quid uo
bis possum amplius canere? Ecce psalterium fero, decem chordas habet, hoc uos pauloante
cantastis antequam inciperem loqui, chorus meus uos fuistis.

Cap. V Nõne uos pauloante cantastis: Deus canticũ nouũ cantabo tibi, in psalterio decem
chordarũ psallam tibi? Ipsas autem decem chordas modo percutio. Quare amara est uox
psalterij dei? Psallam tibi in psalterio decem chordarũ? Non uobis hoc canto quod uos nõ
faciatis. Decalogus enim legis decem præcepta habet, quæ decem præcepta sunt sic distribu
ta, ut

C ta, ut tria pertineant ad deum, septem pertineant ad homines. Tria ad deum, quæ iam dixi,
Vnus est deus noster, ei nullã similitudinẽ debemus facere, & nõ fornicari post deũ, q unus
est, qui deus, & Christus filius dei unũ est cũ patre. Et ideo nõ debet à nobis accipi in uanũ,
ut putemus eũ factũ, id est, creaturã aliquã, per quẽ facta sunt omnia, quia ipse unus deus
pater & filius & spiritus sanctus. In spiritu sancto, hoc est, in domo dei, requies nobis sempi
terna promittitur: Inde modo pignus accepimus. Sic enim dicit Apostolus, Qui dedit no- 2. Cor. 1 & 5
bis pignus spiritum. Si pignus accipimus ut incipiamus in dño & in deo nostro esse tran
quilli, ut simus in deo nostro mites, simus in deo patiẽtes, erimus etiam in illo unde pignus
accepimus, in æternũ quieti, quod erit sabbatũ sabbatorũ propter ipsam requiem pertinen
tem ad donũ spiritus sancti. Tertiũ itaqꝫ præceptũ de sabbato, quod diximus, quod carnali
ter Iudæi celebrant, nos spiritaliter agnoscamus. Nam quia spiritus sanctus septiformis di
citur, propterea septimum diem sanctificauit deus quãdo fecit omnia opera sua, sicut in Ge
nesi scriptum legimus, non ibi habes nominatam sanctificationẽ, nisi illo die ubi dicitur: Re Gen. 2
quieuit deus ab omnibus operibus suis. Nõ enim fatigatus erat deus ut diceretur, requieuit
deus ab omnibus operibus suis, sed in illo uerbo tibi laborãti requiem promisit: ut quia fe
cit omnia bona ualde, & sic dicitur, requieuit deus, intelligas etiã te post bona opera requie
turũ, & sine fine requieturum. Nam omnia superiora quæ dicta sunt, id est dies superiores
habent uesperam, septimus iste dies non habet uesperam, ubi deus sanctificauit requiẽ. Di
citur ibi, Factum est mane, ut inciperet ipse dies: non dictum est, factum est uespere ut fini
retur dies, sed dictum est: Factũ est mane, ut fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies no
stra quasi mane, sed nõ finitur, quia in æternum uiuemus. Ad hanc spem quicquid facimus,
si facimus, sabbatum obseruamus. Ipsa tertia chorda huius decalogi, id est, psalterij deca
chordi, in tribus enim chordis ad deum pertinent præcepta.

Si diceretur nobis, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, Cap. VI
D & ex tota mente tua, & de proximo nostro nihil diceretur, nõ esset decachordũ, sed trichor- Deut. 6
dum. Quia uero addidit dñs, Et diliges proximũ tuũ tanqꝫ teipsum, & cõtexuit dicens: In Matth. 22
his duobus mãdatis tota lex pendet & ꝓphetæ. Tota lex in duobus præceptis est, dilectio
ne dei, & dilectiõe proximi. Ad duo itaqꝫ præcepta, id est, ad dilectionẽ dei & proximi per
tinet decalogus. Ad primũ præceptũ tres chordæ pertinẽt, quia deus trinitas. Ad alterũ ue
ro præceptũ, id est, ad dilectionẽ proximi, septẽ chordæ, quomodo uiuatur inter homines.
Nam ipse nũerus septenarius tanq̃ septẽ chordarũ incipit ab honore parentũ. Honora pa Exod. 20
trem tuũ & matrem tuã. Ad parentes eñ suos homo aperit oculos, & hæc uita ab eorũ ami
citia sumit exordiũ. Quisquis aũt suis parentibus nõ defert honorem, quibus parcere pote
rit? Et dicit Apostus, Honora patrem tuũ & matrem tuã, hoc est primũ mandatum. Quomo Eph. 6
do primum, quãdo quartũ mandatum est, nisi quia in septenario numero est primum? Ad
dilectionem proximi primũ est in secunda tabula: nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt:
Deus enim famulo suo Moysi in monte duas tabulas dedit, in quibus duabus tabulis lapi Exod. 31
deis conscripta erant decem præcepta legis, quod est psalterium decem chordarum. Tria
in una tabula ad deum pertinentia, septem in altera tabula ad proximum. In altera ergo ta
bula primum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum, Non mœchaberis.
Tertiũ, non occides. Quartum, non furaberis. Quintũ, non falsum testimoniũ dices. Sextũ,
non concupisces uxorem proximi tui. Septimum, non cõcupisces rem proximi tui. Hæc iun
gamus illis tribus ad dilectionem dei pertinentibus, si in psalterio decem chordarum uolu
mus cantare canticum nouum. Audiat enim charitas uestra ut dicam uel quod Cap. VII
deus suggesserit. Accepit legem populus Iudæorũ: Ista in decalogo non obseruauit: Et qui
cunqꝫ obtemperabant, timore obtemperabant pœnæ, nõ amore iusticiæ: portabant psalte
rium, nõ cantabãt. Cantanti enim uoluptas, timenti onus est. Ideo uetus homo, aut non fa
cit, aut timore facit, non amore sanctitatis, nõ delectatione castitatis, tẽperantiæ, charitatis,
sed timore. Vetus enim homo est, & uetus homo uetus canticũ cantare potest, nõ nouũ. Vt

autē cantet canticum nouum,ſit nouus homo.Quomodo aũt poſſit eſſe nouus homo, au/ C
Eph.4 di nō me ſed Apoſtolũ dicentē,Exuite uos ueterem hominē & induite nouũ.Et ne quis pu
taret,cum dixit:Exuite uos ueterem hominē & induite nouum,aliquid deponēdum eſſe,&
aliquid accipiendũ,cũ de mutando præciperet homine,ſubiecit & ait:Quapropter deponen
tes mēdacium,loquimini ueritatē.Hoc eſt quod ait,Exuite ueterē hominē & induite nouũ,
hoc dixit,mutate mores:ſeculũ diligebatis, deũ diligite.Nugatoria iniquitatis,temporales
uoluptates diligebatis,proximũ diligite.Si dilectione facitis,nouum canticum cantatis. Si
timore facitis,facitis tamen,portatis quidē pſalteriũ,ſed nōdum cantatis.Si autem nec faciæ
tis,proiicitis ipſum pſalterium.Melius eſt tamen portare q̄ proiicere.Sed rurſus melius eſt
cum uoluptate cantare,q̄ cum onere portare.Nec peruenit ad canticum nouum,niſi iam cũ
uoluptate cantans.Nam qui portat cum timore,adhuc in uetuſtate eſt. Et quid eſt fratres
quod dico,attendite.Non concordauit cum aduerſario ſuo,qui cum timore adhuc facit:Ti/
met enim ne ueniat deus & damnet illum.Nam nondum delectat caſtitas,nondum illum
delectat iuſticia,ſed iudicium dei formidans à factis temperat:nondũ concupiſcentiã ipſam
damnat quæ ſæuit in eo:nondũ illum delectat quod bonũ eſt: nondũ ibi habet ſuauitatē
ut cantet canticũ nouũ,ſed de uetuſtate pœnas timet:nondũ concordauit cum aduerſario.
Cap.VIII Tales enim homines plerũq; ſupplantantur tali cogitatione,ut dicant ſibi:ſi fieri poſ/
ſet,non nobis minaretur deus,non talia per prophetas ſuos diceret quæ homines deterrēt,
ſed anteq̄ ueniret,daret omnibus indulgentiam,ignoſceret omnibus,poſtea ueniret,nemi/
nem mitteret in gehennam.Iam quia iniquus eſt,iniquum uult eſſe deum.Vult te deus fa/
cere ſimilem ſui,& tu conaris deum facere ſimilem tui.Placeat tibi ergo deus qualis eſt, non
qualē illum eſſe uis.Peruerſus ẽ̃ es,& talem uis eſſe deũ qualis es,nō qualis eſt.Si aũt pla/
ceat tibi qualis eſt,corrigeris,& diriges in eam regulã cor tuũ,à qua nunc alienus diſtortus
es.Placeat tibi deus qualis eſt,ama qualis eſt:nō te ipſe amat qualis es,ſed odit te qualis es.
Ideo tui miſeretur,quia odit te qualis es,ut faciat te qualis nondum es.Faciat te dixi qualis D
nondum es:nam illud tibi non promittit,quia faciet te qualis es.Nam eris qualis eſt,ſed ad
quēdam modum,id eſt,imitator dei uelut imago,ſed non qualis imago eſt filius:nam etiã
imagines in hominibus diuerſæ ſunt:Filius hominis habet imaginem patris ſui,& hoc eſt
quod pater eius,quia homo eſt ſicut pater eius.In ſpeculo autē imago tua nō hoc eſt quod
tu:aliter eſt enim imago tua in filio,aliter in ſpeculo.In filio eſt imago tua ſecundũ æquali/
tatem ſubſtantiæ,in ſpeculo autē q̄ longe eſt à ſubſtantia,& tamē eſt quædā imago tua,q̄/
uis nō talis,qualis in filio tuo ſecundũ ſubſtantiã:ſic in creatura nō hoc eſt imago dei quod
eſt in filio,qui hoc eſt quod pater,id eſt,uerbũ dei per quod facta ſunt oīa.Recipe ergo ſi
militudinē dei quã p mala facta amiſiſti.Sicut eñ imago in nũmo imperatoris aliter eſt,&
aliter in filio:nã imago & imago eſt,ſed aliter impreſſa eſt in nũmo,aliter in filio,aliter in ſo
lido aureo imago imperatoris.Sic & tu nũmus dei es,ex hoc melior,quia cũ intellectu & cũ
quadã uita nũmus dei es,ut ſcias etiã cuius imaginē geras,& ad cuius imaginē factus ſis:nã
nũmus neſcit ſe habere imaginē imperatoris.Ergo ut dicere cœperam, odit te deus qualis
es,ſed amat te talem qualē te eſſe uult,& ideo ille te ut muteris hortatur.Cōcorda cũ illo,&
incipe primo bene uelle,& odiſſe te qualis es:hoc ſit tibi initiũ concordiæ cum ſermone dei,
ut incipias primo tu odiſſe te qualis es.Cũ cœperis & tu odiſſe te talē qualis es, ſicut te talē
odit deus,incipis iam ipſum diligere deũ qualis eſt. Ægrũ attēdite.Æger ægrotantē ſe odit
qualis eſt,inde incipit cōcordare cũ medico,quia & medicus odit eũ qualis eſt.Nã ideo uult
ſanũ eſſe,qa odit eũ febrientē,& eſt medicus febris pſecutor,ut ſit hominis liberator.Sic a/
uaricia,ſic libido,ſic odium,cōcupiſcentia, luxuria,ſic nugacitas ſpectaculorũ,febres ſunt ani
mæ tuæ,debes illas odiſſe cum medico tuo:ita concordas cum medico,niteris cum medico,
& libenter audis quod iubet medicus,libenter facis quod iubet medicus,& proficiente iam
ſanitate incipiũt etiã iã delectare præcepta.Quàm oneroſus eſt cibus ægris qñ reficiunt̄, &
peiorē horã reputant ægri refectionis ſuæ q̄ ſuæ acceſſionis,& tñ cogũt ſe concordantes cũ
medico

C medico;& q̄uis inuiti & obluctantes uincunt ſe ut aliquid accipiant:quanta auiditate ſani
maiora percepturi ſunt,unde ægri minora uix accipiunt.Sed unde hoc factũ eſt? Quia ode
rant febrem ſuã & cum medico cōcordauerunt,& ſimul perſequebatur febrem medicus &
ægrotus.Cum ergo & nos talia dicimus,nō odimus niſi febres ueſtras,imò in nobiſipſis ſer
mo dei febres noſtras odit,cum quo concordare debetis.Nam nos quid ſumus niſi liberan
di uobiſcũ,ſanandi uobiſcũ? Modo non me intueamini,ſed ſermonē dei.Nolite iraſci me/
dicamēto ueſtro,nō inueni enim aliud quà tranſirem. Veni ad quintã chordam Cap.IX
homo:qui tango pſalteriũ decem chordarũ,nunquid prætermiſſurus eram quintã? Imò aſ
ſidue percuſſurus.In illa enim uideo iacere penè totum genus humanum,in illa uideo plus
laborare.Ipſam percutiendo quid dico? Nolite mœchari poſt uxores ueſtras,quia non uul
tis ut mœchentur poſt uos uxores ueſtræ.Nolite ire uos quò eas ſequi non uultis.Sine cau/
ſa uos excuſari conamini,quando dicitis,Nunquid eo ad uxorē alienam? ad ancillam meã
eo. Vis ut dicat uxor tua tibi: nunquid eo ad uirum alienum? ad ſeruum meum eo.Dicis,
non eſt uxor aliena ad quam uado.Nunquid uis dicatur tibi,non eſt uir alienus ad quē ua
do? Abſit ut dicat hoc illa.Melius enim dolet te q̄ imitetur te.Illa enim caſta & ſancta fœ/
mina & uere Chriſtiana,quæ dolet fornicantē uirũ,& non dolet propter carnē,ſed ptopter
charitatē,non ideo uult ut non facias,quia & ipſa nō facit,ſed quia tibi nō expedit.Nam ſi
ꝓpterea non facit ut tu nō facias,ſi feceris,faciet. Si aũt deo illud debeat,ſi Chriſto illud de/
beat quod tu exigis,& ideo reddit,quia iubet iſte,& ſi fornicatur uir,caſtitatem fœmina illa
deo exhibet.Chriſtus enim loquitur in cordibus bonarũ fœminarũ,loquitur intus ubi non
audit uir,quia nec dignus eſt,ſi talis eſt.Loquitur ergo ille interius & dicit,& filiam ſuã con/
ſolatur huiuſmodi uerbis:De iniurijs uiri tui torqueris,quod tibi enim fecit,dole,ſed ipſum
noli imitari ut male facias,ſed ipſe te imitetur in bono.Nam in eo q̄ male facit,noli eũ pu/
tare caput tuũ,ſed time me deum tuũ.Nam & ſi in eo q̄ male facit caput eſt,& ſecuturũ eſt
D corpus caput ſuũ,eunt ambo p præceps.Vt aũt nō ſequatur malũ caput ſuũ,teneat ſe ad ca
put eccleſiæ Chriſtum,huic debens caſtitatē ſuã, huic deferens honorem ſuũ:abſens ſit uir,
præſens ſit uir,nō peccet illa,quia nunq̄ eſt abſens cui debet ut nō peccet. Hæc ergo fratres
mei facite,ut poſſitis cōcordare cum aduerſario:nec amara ſunt quæ dico,aut ſi amara ſunt,
curant.Potio iſta ſi amara eſt,accipiatur:quia in periculo ſunt uiſcera, amara bibatur. Me/
lius eſt modica amaritudo in faucibus,q̄ æternũ tormentũ in uiſceribus.Mutate ergo uos:
Quicunq; non faciebatis hoc bonum caſtitatis,iam facite. Nolite dicere, non poteſt fieri.
Fœdum eſt fratres mei,turpe eſt,ut uir dicat,non poſſe fieri quod facit fœmina. Scelus eſt
ut uir dicat, non poſſum. Quod poteſt fœmina,uir non poteſt? Quid enim illa, carnem
non portat? Prior à ſerpente decepta eſt.Caſtæ uxores ueſtræ oſtendunt uobis,fieri poſſe
quod nō uultis facere,& dicitis fieri non poſſe.Sed forte dices,ideo illam facilius facere poſ/
ſe,quia multa illi cuſtodia eſt,legis præceptum,diligentia maritalis,terror etiam legum pu/
blicarum,eſt etiam uerecundiæ & pudoris illius magnum munimentum. Multæ cuſtodiæ
faciunt fœminā caſtã,uirũ caſtũ faciat ipſa uirilitas.Nam ideo mulieri maior cuſtodia,quia
maior infirmitas.Illa erubeſcit uiro,tu non erubeſcis Chriſto.Tu liberior,quia fortior, quia
facile uincis,ideo tibi cōmiſſus es.Super illam & diligentia uiri,& terror legum, & conſue/
tudo morum,& uerecundia maior,& deus ſuper te tantum deus.Inuenis enim facile pares
uiros quibus non timeas erubeſcere,quia faciunt id multi.Et tāta eſt peruerſitas generis hu
mani,ut aliquādo metuendum ſit ne caſtus erubeſcat inter impudicos.Ideo non ceſſo tan/
gere iſtã quintã chordam propter ipſam peruerſam cōſuetudinē & labem totius ut dixi ge/
neris humani.Si quis inter uos faciat homicidiũ,quod auertat deus,pellere eũ uultis de pa/
tria,& cōtinuo ſi fieri poteſt excludere.Si quis faciat furtum,odiſtis illũ,nec uidere uultis.Si
quis dicat falſum teſtimonium,abominamini,nec uobis homo uidetur.Si quis concupiſcat
alienas res,raptor & iniuſtus deputatur: ſi quis uolutatur cũ ancillis ſuis,amatur,blande ac
cipitur,conuertuntur uulnera in ioca. Si quis autem exiſtat qui dicat ſe caſtum,non facere
adulte

adulterium,notum autē sit q; non faciat,erubescit accedere ad illos non sui similes,ne insul C
tent,ne irrideant,ne dicant non esse uirum. Ad hoc delapsa est humana peruersitas, ut uir
habeatur à libidine uictus,& uir non habeatur uictor libidinis. Triumphantes exultant, &
nō sunt uiri,iacent prostrati & uiri sunt. Si ſt- -tares, ille tibi uideretur fortior qui iam iace
ret sub bestia,quàm qui perimeret bestiam? Sed quia dissimulatis à pugna interiore,& de/
lectant uos pugnæ exteriores,ideo non uultis pertinere ad canticum nouum, ubi dicitur,
Psal.17 Qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum. Est enim bellum quod se/
cum agit homo dimicans contra concupiscentias malas, frenans auariciam, elidens super/
biam,suffocans ambitionem,trucidans libidinem. Has pugnas facis in occulto,& non uin/
ceris in aperto. Ad hoc docentur manus uestræ ad prælium,& digiti uestri ad bellum. Non
est hoc in spectaculis uestris. In illis spectaculis non idē est uenator quod citharista: aliud
agit uenator,aliud citharista. In spectaculo dei unum est. Tange easdem decem chordas,
& feras occides,utrū q; simul facis. Tangis primam chordam qua colitur unus deus, cecidit
bestia superstitionis. Tangis secundam,qua non accipis nomen dei tui in uanum,cecidit be
stia erroris nefandarum hæresum quæ id putauerunt. Tangis tertiam chordam, ubi pro
spe futuræ quietis facis quicquid facis,interficis crudeliór cæteris bestijs, amor seculi huius.
Propter enim amorem seculi huius laborant homines in omnibus negocijs: Tu autem in
omnibus bonis operibus tuis labora,non propter amorem seculi huius,sed propter requiē
sempiternam quam promittit deus. Vide quomodo utrū q; simul facis,& chordas tangis,
& bestias occidis,id est,& citharista es & uenator. Non nos delectant talia spectacula ubi
non prometemur oculos æditoris,sed oculos redēptoris. Honora patrē tuū & matrem tuā,
tangis quartam chordam,ut honorem parentibus deferas, cecidit bestia impietatis. Non
mœchaberis,tangis quintam chordam,cecidit bestia libidinis. Non occides,tangis sextam
chordam, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies, tangis septimam chordam, ceci/
dit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices,tangis octauam chordam,cecidit be/ D
stia falsitatis. Non concupisces uxorem proximi tui, tangis nonam chordam, cecidit be/
stia adulterinæ cogitationis. Aliud enim est non facere aliquid tale præter uxorem,aliud nō
appetere alienam uxorem. Ideo duo præcepta sunt, non mœchaberis, & non concupisces
uxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui, tangis decimam chordam, cecidit
bestia cupiditatis. Ita cadentibus omnibus bestijs,securus & innocens in dei dilectione &
humana societate uersaris,tangens chordas decem quot bestias occidis. Nam multa capi/
ta sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias,sed greges interficis be/
stiarum. Sic ergo canticum nouum cum amore,non cum timore cantabis.

Cap. X Noli dicere tibi,quādo forte aliquid luxurianter uis agere,uxorē nō habeo,facere pos/
sum quod uolo,non enim post uxorem meam pecco. Iam nosti preciū tuum,iam nosti quò
accedis,quid manduces,quid bibas,imò quem manduces,quē bibas. Abstine te à fornica/
tionibus. Ne forte mihi dicas,ad fornicem uado,ad meretricem pergo, ad prostitutam eo,
nec illud præceptum uiolo quo dictum est,non mœchaberis,quia uxorem nōdum habeo,
Exod.20 nec post illam aliquid facio: nec illud præceptum uiolo ubi dictum est,non cōcupisces uxo/
rem proximi tui. Qui ad publicam uado,in quod præceptū incurro? Non inuenimus chor
dam quam tangamus,non inuenimus chordam,quo neruo ligemus fugitiuum istum? Nō
fugiat,habet unde ligetur,sed amet te. Non enim ligamentum,sed ornamentum in ipsis de
cem chordis inuenimus. Decem enim præcepta ad duo illa referunt, sicuti audiuimus,ut di
Tobie.4 ligamus deū & proximū,& duo illa ad unū illud: Vnū est aūt: Quod tibi fieri nō uis,alij ne
feceris: Ibi cōtinētur decē,ibi continētur duo. Sed dicis,furtum si faciam,id facio quod pati
nolo. Si occidam,id facio quod ab altero pati nolo. Si parētibus meis honorē nō deferam
quādo uolo ut deferatur mihi à filijs meis,id facio quod pati nolo. Si sim mœchus & aliqd
tale moliar,id facio quod pati nolo. Nam si qs interrogē dicit,nolo ut uxor mea tale aliqd
faciat. Si cōcupisco uxorē proximi mei, nolo qsq; cōcupiscat meā, id facio quod pati nolo.

Si con/

C Si concupisco rem proximi mei,nolo ut auferatur mea,id facio quod pati nolo. Cum uero
ad meretricem eo,cui facio quod pati nolo? quod grauius est ipsi deo. Intelligat sanctitas
uestra: Etenim quod fieri tibi non uis, alij ne feceris, ad duo præcepta pertinet: quomodo Tobie.4
pertinet ad duo præcepta,si homini non feceris quod pati non uis ab homine. Ad proximi
præceptum pertinet,ad dilectionem proximi,ad septem chordas. Si autem quod nō uis pa
ti ab homine,ipsi deo uis facere,quid est hoc,non facis alteri quod pati non uis? Charior fa
ctus est tibi homo quàm deus? Ergo quomodo facio,inquis,ipsi deo? Corrūpis teipsum.
Et unde iniuriam facio deo,quia corrumpo meipsum? Vnde tibi facit iniuriam qui uolue/
rit forte lapidare tuam tabulam pictam,in qua tabula imago tua est in domo tua inaniter
posita ad uanum honorem tuum,nec sentiens,nec loquēs,nec uidens? Si quis illam lapidet,
nōne in te facit contumeliam? Cum uero imaginem dei,quod es tu,corrumpis in te per for
nicationes & per diffluentias libidinis,attendis quia ad nullius uxorem accessisti, attendis
quia post uxorem tuam nihil fecisti,quia uxorem non habes: & non attendis per libidines
illicitas fornicationes,cuius imaginem uiolasti. Postremo deus qui scit quid tibi utile sit, qui
uere sic suos seruos gubernat ad utilitatem illorum,non ad suam: non enim indiget seruis
quasi ad adiutorium,sed tu indiges domini auxilio. Ipse ergo dominus qui scit quid tibi sit
utile,uxorem cōcessit,nihil amplius. Hoc iussit,hoc præcepit,ne per illicitas uoluptates cor/
ruat templum eius quod esse cœpisti. Nunquid hoc ego dico? Apostolum audite, Nescitis 1.Corin.3
quia templum dei estis,& spiritus dei habitat in uobis? Si quis templum dei corruperit,cor
rumpet illum deus. Videtis quomodo minatur? Non uis corrumpi domum tuam,quare
corrumpis domum dei? Certe non facis alicui quod pati non uis. Non est ergo quà euada
tur. Tenetur ille qui se teneri non putabat. Omnia enim peccata hominū, aut ad corrupte/
lam pertinent flagitiorum,aut ad facinora nocendi. Quia deo nocere non potes in facinori
bus,in flagitijs eum offendis,in corruptelis illū offendis,in te illi facis iniuriam. Facis enim
D iniuriam gratiæ ipsius,domui ipsius. Seruū si haberes,uelles ut seruiret tibi seruus tuus. Ser
ui tu meliori dño deo. Seruum tuū non tu fecisti,& te & seruum tuū ille fecit. Vis ut tibi ser/
uiat cum quo factus es,& nō uis seruire ei à quo factus es. Ergo cū uis ut seruiat tibi seruus
tuus homo,& tu non uis seruire domino deo,facis deo quod tu pati nō uis. Ergo illud unū
præceptum continet duo,illa duo continēt decem,illa decem cōtinent omnia. Cantate ergo
in psalterio decem chordarū canticū nouum. Vt autem cantetis canticū nouum, estote ho
mines noui. Diligite iusticiam,quia habet pulchritudinem suam. Ideo non uultis illam ui/
dere,quia aliud amatis. Nam si aliud non amaretis,eam utiq; uideretis. Quare illam uide/
tis,quando illam exigitis? Illam exigis; quare laudas fidem,quando illam exigis de seruo
tuo? Quàm pulchra res est fides,sed tunc pulchra est,quando de seruo exigitur: tunc uidet
quādo ab altero expetitur,quādo de te exigitur non uidet. Aurū uides,fidē nō uides. Sicut
lucet aurum ad oculos corporis,sic lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad illam oculos cor/
dis,quando uis ut exhibeat illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibuerit,laudas seruū tuū,
& prædicas eum & dicis: Præclarum seruum habeo,magnum seruum habeo,fidelem seruū
habeo. Quod laudas in seruo,non exhibes domino: & eo sceleratius,quia uis ut meliorem
tu habeas seruum quàm te deus. Iubet deus seruo tuo ut bonus sit erga te: quomodo iubet
uxori tuæ,ut & si tu mœchaberis non mœchetur,sic iubet seruo tuo ut & si tu nō seruis deo,
seruiat tibi. Sed hoc totum uide,ut ad monitionē tuam ualeat,nō ad perniciem tuam. Etēm
seruus ille quòd tibi seruit indigno digne,id est,quòd indigno tibi bene seruit,& fideliter ser
uit,& pure te diligit,deo debet non tibi. Iustū est ergo ut tu attēdas,quia sub dño es ad quē
& ille attendit,ut seruiat tibi. Imple ergo quod dictū est: Quod tibi fieri non uis,alij ne fece/
ris. Sed ipsum alij cū dicis,utrū q; attende,& proximū & deū. Canta in psalterio decem chor
darum,canta canticum nouum,concorda cum sermone dei,cum est tecum in uia. Cōcordā Matth.5
cū aduersario tuo cito,ne cum discordia uenias ante iudicem. Si facis quod audis,concorda
sti cum eo: si autem non facis,rixaris cum eo; & nondum compositi quousq; facias.

Vt autem

Cap. XI. Vt autem concordetis, abstinete uos à detestabilibus corruptelis, & à detestabilibus C
inquisitionibus, à mathematicis, ab haruspicibus, à sortilegis, ab auguribus, à sacrilegis: abstinete uos quantum potestis à nugatorijs spectaculis. Si quæ delectationes seculi subrepunt in anima, exercete uos in misericordia, exercete uos in eleemosynis, in ieiunijs, in orationibus. His enim purgantur quotidiana peccata, quæ non possunt nisi surrepere in animam, propter fragilitatem humanam. Noli illa contemnere, quia minora sunt, sed time quia plura sunt. Attendite fratres mei, minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, ut uno morsu guttur frangat, sed bestiæ plerunq; minutæ multæ necant. Si proijcia-tur quisq; in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiã minutissimis bestijs interimi potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt, & cauete, quia plura sunt. Quàm minutissima sunt grana arenæ, si arenæ amplius in naui mittat, mergit illam ut pereat. Quàm minutæ sunt guttæ pluuiæ, nónne flumina implent, & domos deijciunt? Ergo ista tolite cõtemnere. Sed dicturi estis: & quis potest sine istis? Ne hoc diceres quæ habere nemo potest, deus misericors uidens nostram fragilitatem, posuit contra remedia. Quæ sunt remedia? Eleemosynarum, ieiuniorum, & orationum, ipsa sunt tria. Vt autem uerum dicas in oratione, perfectæ implendæ sunt eleemosynæ. Quæ sunt perfectæ eleemosynæ? Vt ex quo tibi abundat, des ei qui nõ habet, & cũ te lædit aliqs, ignoscas illi. Sed ne putetis fratres, quia faciẽda sunt quotidie adulteria, & eleemosynis quotidianis mundanda sunt: ad illa scelera maiora non sufficiunt quotidianæ eleemosynæ ut ea mundent. Aliud est ubi mutes uitam, aliud est ubi toleres uitam. Illa mutanda est: Si mœchus eras, noli esse mœchus. Si fornicator eras, noli fornicari. Si homicida, noli homicida esse. Si ibas ad mathematicum, & ad cæteras pestes sacrilegas, iam desine. Arbitraris hæc, nisi fieri desinant, quotidianis eleemosynis posse mundari? Illa dico quotidiana peccata, quæ aut per linguam facile cõmittuntur, ut est uerbum durum, aut cum labitur aliquis in risum immoderatum, aut in huiusmodi nugas quotidianas. In ipsis concessis peccata sunt: Cum ipsa uxore si exceditur concũbendi modus procreandis liberis debitus, iam peccatum est. Ad hoc enim ducitur uxor, id etiam tabulæ indicãt, ubi scribitur liberorũ procreandorũ causa: quando tu uti uxore amplius cẽ necessitas procreandorũ liberorũ cogit, uolueris, iam peccatũ est: & ipsa talia peccata quotidianæ eleemosynæ mundant. In ipsis alimentis, quæ utiq; concessa sunt, si forte excedis modũ, & amplius accipis cẽ necesse est, peccas. Quotidiana sunt ista quæ dico, sed tamen peccata sunt, & non leuia, quia plura. Quia uero quotidiana & plurima, timenda est ruina multitudinis, & si nõ magnitudinis. Talia peccata dimittimus fratres quotidianis eleemosynis posse mundari. Sed facite eleemosynas, & nolite cessare. Attendite uitam uestram quotidianam ipsis peccatis scaturientem, minutis ipsis dico. D

Cap. XII Et cum facis eleemosynam, non superbe facias, nec sic ores quemadmodum ille phari-
sæus. Sed tamen quid ibi dixit? Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæcunq; pos-
Luc. 18 sideo, & nondum fusus erat sanguis dñi. Tantũ pro nobis precium accepimus, & saltem nec
Matth. 5 tantum erogamus, quantum pharisæus. Et habes alio loco aperte dicẽtem dñm: Nisi abundauerit iusticia uestra plus cẽ scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorũ. Ergo illi dant decimas, tu si centesimam dederis, aliquid magnum te fecisse gloriaris. Attendis enim quid alius non faciat, non quid te iubeat facere deus. Metiris te de comparatione peioris, nõ de iussione melioris. Non quia ille nihil facit, ideo tu magnum aliquid facis, sed quia gaudetur ad quædam minima opera uestra, quia tanta est sterilitas uestra ut ad modica gaudeatur. Quasi securi uobis blandimini de minimis eleemosynarum granis, & acer-
uos obliuiscimini peccatorum. Protulisti forte nescio quid paruum, quod alius aut non habuit, aut non protulit cum haberet. Noli attendere post te quis non faciat, sed quid te iubeat deus facere. Postremo, quare in istis affectiõibus secularibus nõ uobis sufficiunt quos præcessistis? Sed uultis esse diuites, æquales ditioribus uobis. Non attenditis quantos pauperi-

A periores transcenditis? Vincerete ultis ditiores: Sed in eleemosynis habetur modus. Hic dicitur, Iam quousq; facio? & illic nõ dicitur, quantis diuitibus ditior sum? Non attenditur egestates innumerabilium mendicorum, non respiciuntur posteriores multitudines pauperum, sed paucitas præcedentium diuitum ante oculos ponitur. Cur in opere bono nó attenditur ille Zachæus, qui dimidium rerũ suarum dedit pauperibus? Sed optare cogimur, ut attendatur saltem ille pharisæus, qui omnium quæ possidebat decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis, thesauris uanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniã. Filijs, inquis, meis seruo. Magna excusatio, filijs meis seruo. Videamus: seruat tibi pater tuus, seruas tu filijs tuis, filij tui filijs suis, & sic per omnes, & nullus facturus est præcepta dei. Quare non illi potius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipse te pascit, ex his quæ fecit ipse pascit & filios tuos. Neq; enim melius cõmittis filio tuo patrimoniũ tuũ cẽ creatori tuo. Et mentiunt quidẽ homines, mala est auaricia. Palliare se uolunt nomine pietatis & dealbare, ut quasi propter filios uideant seruare homines quod propter auaricia seruãt. Nã ut noueritis, quia sic plærunq; cõtingit, dicit de quodam, Quare nõ facit eleemosynam? quia seruat filijs suis. Cõtingit ut amittat unũ. Si propter filios seruabat, mittat post illum partem suã. Quare illam tenet in sacculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod suum est, redde quod illi seruabas. Mortuus est, inquit, sed præcessit ad deum, pars ipsius debetur pauperibus. Illi debetur ad quẽ perrexit, Christo debetur, ad ipsum enim perrexit. Et ille dixit. Qui Matth. 25
uni ex minimis istis fecit, mihi fecit, Et qui uni ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsius. Si uiueret ille, non erat cum suis fratribus diuisurus? O fides mortua, mortuus est enim filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod uiuo seruabas. Mortuus est filius meus, sed tamẽ partem filij mei seruo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est, si pro illo Christus mortuus non est, mortuus est ipse: si autem in te fides est, uiuit filius tuus. Viuit prorsus, non decessit, sed præcessit. Qua fronte uenturus es ad filium
B tuum qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cœlum? An non potest mitti in cœlum? Potest prorsus. Audi ipsum dominum dicentem, Thesaurizate uobis thesauros Matth. 6
in cœlo. Si ergo ille thesaurus melius est custoditus in cœlo, nunquid tunc mittẽdus est filio, quando si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic ubi potest perire, non mittitur illuc ubi Christus est custos. Certe ea quæ hic tenes, & non uis mittere post filium tuum, quibus cõmendas actoribus tuis, commendas illius partem qui præcessit, & Christo non commẽdas ad quem præcessit? An idoneus est tibi procurator tuus, minus idoneus Christus? Videtis fratres, quia mendacium est quod dicunt homines, Filijs meis seruo. Mẽdacium est fratres mei, mendacium est, auari sunt homines: uel si certe cogantur confiteri quod nolunt, cũ erubescunt tacere quod sunt, fundant, uomant in confessione quod portant. Pectus premitur crapula iniquitatis, euomat ea confessio, sed non canino more redeatur ad uomitum. Estote Christiani. Valde patũ est uocari Christianus. Quãta donatis uenatoribus, quãta turpibus psonis, quãta donatis eis qui uos occidũt? Per istas enim exhibitiones uoluptatũ interficiũt animas uestras, & insanitis qs plus donet? Si insaniretis quis plus seruet, nõ essetis ferẽ di. Quis plus seruet insanire, auaritiæ est: qs plus donet insanire, ꝓfusionis est. Nec auarũ te deus, nec ꝓfusum uult: collocare te uult quæ habes, nõ proijcere. Certatis qs uincat in peius, nõ datis operã quis sit melior, atq; utinam non daret is, quis sit peior. Et dicitis, Christiani sumus, ad fauorem populi proijcitis res uestras. Ecce non iubet Christus, rogat Christus, eget Christus. Esuriui, dicit Christus, & non dedisti mihi manducare: egere uoluit propter te, ut haberes ubi seminares, qui dedit ut meteres uitã æternã. Nolite pigri esse & male securi, mores emendate, peccata redimite, & cum hæc feceritis, deo gratias agite, à quo accepistis bene uiuere. Et sic ei gratias agite ut non insultetis his qui nondum bene uiuunt, sed eosipsos moribus uestris hortemini. Hæc faciendo habetis perfectam, quantum in hac uita potest, iustitiam. Conuersantes in bonis operibus, in orationibus, in ieiunijs & eleemosynis propter minuta peccata, & abstinẽdo uos ab illis magnis peccatis concordatis cum aduersario, & se-

Matth.6 curi dicitis in oratione, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus C
nostris. Habetis enim quod quotidie uobis dimittatur, qui habetis quod quotidie dimitta
tis. Sic ambulando securi in uia non timebitis latrocinia diaboli, quia Christus uiam & stra
tam magnã seipsum fecit, perducit ad patriam. Omnis ibi securitas, omnis quies, ubi & ipsa
misericordiæ opera cessabunt, quia nulla ibi erit indigentia miserorum. Erit ergo illud sab/
batum sabbatorum, ut quod hic desideramus, ibi inueniamus. Amen.

Finis.

DE CANTICO NOVO.

Concio est, sed notha Cap. I



OMNIS qui baptismum Christi desiderat, uitam nouam concupiscit. Tran
seat ergo à uetustate, ut perueniat ad nouitatẽ. Prius enim fuit testamen/
tum uetus, homo uetus: nunc autem testamentum nouum, canticum no/
uum propter hominem nouum. Demonstremus hoc quod dicimus testi/
monijs sanctarum scripturarum: Hieremias propheta, Ecce, inquit, dies ue
Hiere. 31 niunt dicit dominus, & consummabo super domũ Iuda testamentum no
Psal. 95 uum: Dauid quoq; propheta, Deus canticum nouum cantabo tibi: & iterum, Cantabo do/
Col. 3 2. Cor. 5 mino cãticum nouum: apostolus autem Paulus, Expoliãtes, inquit, uos ueterem hominem,
induite nouum: & alibi, Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Quæ uetera transie
runt? Quæ facta sunt noua? Si adsit spiritalis auditor, nõ solum intelligit, uerumetiam ui/
det quæ facta sunt noua. Si autẽ carnalis adsit, qui totum per oculos carnis, nihil per aciem
mentis intelligit, irridens respondet, Rogo te, dic quæ facta sunt noua? Nunquid aliud cœ/
lum respicio q̃ antea, aut sydera in nouum splendorem micantia? Nónne ijsdem cursibus
sol peragit diem, eisdemq; curriculis luna peragit noctem? Nunquid mare terminos suos
finesq; transgressum est, aut terræ facies immutata, alia insolita germina procreauit? Nun/
quid sicut ex initio horis duodecim peragitur dies, eisdemq; cremẽtis ætatis tẽpus, quibus D
detrimẽtis hyems peragitur? Progenies quoq; ipsa mortalium alijs decedentibus, alijs suc
cedentibus terminatos finiunt dies? Quũ ergo omnia sicut ex initio constituta sunt, ita con
currunt, suos motus finesq; seruantes, quid est quod nobis prædicatur, Vetera transierũt,
ecce facta sunt noua? Respondeo ô Paule talia de nobis requirenti, & quia minus ualeo ad
respondendum, te obsecro responde pro me. Ecce audi, audi Paulum, Quid quæris carnalis
auditor per oculos carnis respicere? erige mentis aciem, ut quod dicitur, possis intelligere,
Vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Quæ uetera transierunt, quæ facta sunt noua? Pri
mus homo, inquit, de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Transijt Adam ho/
mo uetus factus ex limo, uenit Christus deus homo missus è cœlo. Transijt uetustas men/
1. Cor. 15 tium, accessit nouitas credentium: transijt uita carnalis, successit spiritalis. An parua est hæc
nouitas ita demõstrata per hominem deum, ut moriẽdo susciperet uetustatem tuam, resur
gendo ostenderet nouitatem tuam, ascendendo firmaret claritatem tuam? Vetera transie/
runt. Quæ uetera trãsierunt? Quod eratis filij Adam, filij carnales. Noua accesserunt? Quæ
noua? Quòd efficimini filij dei, filij spiritales. Vetera transierunt: terra eratis, Ecce facta sunt
noua: cœli iam penè effecti estis. Cœli enim enarrãt glorã dei. Nõ uobis impossibile uide/
tur, quod quum sitis terrestres, efficiamini cœlestes. De terra non fecit cœlum qui de nihilo
fecit terram & cœlum. Vetera transierunt, lapides colebatis: Noua accesserunt, deum uerum
adoratis. Vetera transierunt, transijt mortalitas: Noua accesserunt, promissa est immorta/
litas. Vetera trãsierũt, perierat omnis caro per mulierẽ simul cũ uiro peccante: Noua acceſſe
runt, reparata est caro sine uirgine pariente. Vetera transierunt, transijt regio uetustatis: No
ua accesserunt, succedit Hierusalem ciuitas cœlestis nouitatis. Ad hanc ciuitatem nouã per/
Caput II uenire cupitis, qui nomina uestra conscribenda dedistis. Eia fratres mei, ardenter
desideremus propriam patriam: peregrinationem istam, quæ nos ab ea adhuc detinet, tole
remus, non amemus, festinemus tamen. Non est quare hic stare, nec inuenis in seculo quod
iam

A iam possis amare. Ipse enim amor parentũ, coniugis, filiorum, facultatum, aut magnũ qui/
busdam incusserunt laborem, aut magnum pariunt timorem, non est quare hic stare. Me/
lius enim festinando appetimus sempiterna, q̃ hic remanendo seculi nos apprehendat rui
na. Præparemus sistarcias, apprehendamus & ascendamus nauem fide simul & cruce, nec
desit ancora spes nostræ salutis, extendamus funes diuersas uirtutes, uela charitatis colli/
gamus, inuocemus uentum prosperum uerbum dei, exhauriamus sentinam à peccatis, per
eleemosynas mundetur conscientia. Non impediatur huius nostri cursus nauigij, operemur
manibus ut possumus. Manibus suis sentinam exhauriebat qui dicebat, Manibus meis co/ Psal. 76
ram eo nocte, & non sum deceptus. Non negligamus nostra peccata, minuta sunt, sed mul
ta sunt. Fluctus unus ualidus irruens obruit nauẽ, minaturq; naufragiũ. Humor aũt per ri
mas influẽs & in sentinã ueniens, nisi subinde siccet hoc idẽ facit. Ergo exhauriatur sentina,
ne negligat misericordia, quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Assit no/
stra tutela Christi gratia, celeuma nostrum dulce cantemus alleluia, ut læti ac securi ingredi/
amur sempiternam ac felicissimam patriam. Non metuat anima mare hoc magnũ, seculũ
scilicet, cuius fluctus ac turbines sentimus inimicas seculi potestates. In deo sperantes multi
iam sancti hos fluctus spreuerunt, multi calcauerunt, multi super eius aquas ambulantes se
curi ad patriam peruenerunt. Sed exurgit uẽtus ualidus & magna tempestas, sua cuiusq; cu/
piditas, titubat fides in mari: Clamet in te Petrus, Domine pereo: dabit manum mergenti, Matth. 14
nec finit pire ille qui propter nos dignatus est sup aquas ambulare. Vide apostolũ Paulũ,
hoc nauigium non solũ demonstrantem, uerumetiã ascendentem, & q̃ plurimos inuitãtem
quando dicebat, Habentes uictum & tegumẽtum, his contenti simus. Quid aliud q̃ com 1. Timoth. 6
petentẽ sistarciã imponendã esse mõstrabat, quãdo dicebat, Mihi aũt absit gloriari, nisi in Gal. 6
cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Na
uem ascendebat quando dicebat, Induite uos sicut electi dei, benignitate, humilitate, longa/ Col. 3
B nimitate, mãsuetudine. Quid aliud q̃ funes extendebat quando dicebat, Manet fides, spes, 1. Cor. 13
charitas, maior horum charitas. Vela colligebat, quando dicebat, Verbum dei habitet in Col. 3
uobis abundãter. Ventum prosperum inuocabat quando dicebat, Infatigabiles itaq; dum Gal. 6
tẽpus habemus operemur bonũ ad omnes. Et', Operãtes propriis manibus uestris. Quid 1. Thessa. 4
aliud q̃ sentinam exhauriri præcipiebat, quando dicebat, Gratia salui facti estis? Tutelam Ephe. 2
exorabat quando dicebat. In psalmis & hymnis cantantes in cordibus uestris domino. Ce/ Ephe. 5
leuma sanctũ docebat quãdo dicebat, Spe salui facti sumus. Ancorã in cordibus credentiũ Roma. 8
figebat, quãdo dicebat, Hierusalem quæ sursum est libera est, quæ est mater nostra. Ipsam Gal. 4
patriam demonstrabat, quãdo dicebat, Vbi est mors contentio tua? Gratias deo, qui dedit 1. Cor. 15
nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Non adhuc in mari periclitaba
tur, sed iam in propria patria lætabatur. O optime gubernator, ô pulcherrime magister &
doctor, docuisti & fecisti, & ideo celeriter peruenisti, quia quæ docuisti, prior ipse fecisti.

Si quis forte ut assolet refugit nauigiũ, & insolitos fluctus maris horrescit, desyderatq; Caput III
iter conficere, quo etsi tardius ad patriam ualeat peruenire, demonstrabo uiam, imò ipsa de
monstrat uia. Ecce in Euangelio clamat saluator, Ego sum uia. Habes uiam, ambula sollici/ Ioan. 14
tus: tamẽ doma iumentũ tuum, carnem tuam, ipsi enim insidet anima tua. Quomodo si in
hac uia mortali iumẽto insideres, quod te gestiẽdo uellet præcipitare, nónne ut securus iter
ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares quod fræno nõ posses? Caro nostra
iumentum nostrum est, iter agimus in Hierusalem. Plærunq; nos rapit caro, & de uia cona
tur excludere. Tale ergo iumentum cohibeamus ieiunijs. Vide illum gubernatorem eun/
dẽq; uiatorem apostolum Paulum, uide illum iumentum suum domantem, In fame, in/ 2. Cor. 11
quit, & siti, in ieiunijs sæpius castigo, corpus meum, & in seruitutem redigo. Ita ergo & tu
qui ambulare desyderas, doma carnem tuam, & ambula. Ambulas enim si amas. Nó enim
ad deum passibus, sed affectibus currimus. Via ergo ista nostra ambulantes quæ Ca. IIII
rit: tria sunt hominum genera quæ odit, remanentem, retro redeuntem, aberrantẽ. Ab his

tribus generibus malis domino adiuuante uindicet & defendatur greſſus noſter. Iam uero C
cum ambulantes ſumus,alius tardius ambulat, alius celerius,ambo tamen ambulant.Exci/
tandi ſunt ergo remanentes, retro redeuntes reuocandi, errantes in uiam ducendi,tardi ex/
hortandi,celeres imitandi.Qui non proficit,remãſit in uia:qui forte à meliore propoſito de
clinat ad id quod deterius reliquerat,reuerſus eſt retro : qui fidem deſerit,à uia errauit.Cum
tardis ſit nobis & cum celerioribus ratio,cum ambulantibus tamen.Quis eſt qui non profi/
Philip.3 cit? Qui ſe putauerit eſſe ſapientem,qui dixerit,ſufficit mihi quod ſum. Qui non attenderit
eum qui dicit,Quæ retro oblitus,in ea quæ ante ſunt extentus ſecundum intentionẽ ſequor
ad palmam uocationis dei in Chriſto Ieſu.Currentem ſe dixit,ſequentem ſe dixit,nõ remã/
ſit,non retroſpexit:abſit ut errauerit,quia uiam ipſam docebat qui & tenebat & oſtẽdebat.
1.Cor. 4 Celeritatem autem eius ut imitaremur ait,Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. Arbi/
tramur ergo uos dilectiſſimi in uia nobiſcũ ambulare,ſi tardi ſumus præuenite nos, non in/
uidemus,quærimus quod ſequamur.Si autem nos putatis celeriter ingredi,currite nobiſcũ,
unum eſt ad quod omnes feſtinamus,& qui tardius, & qui celerius ambulamus. Qui ſunt
& retro redeuntes? Qui ex continentia reuertuntur in immundiciam,qui ex ſancto & ſingu
lari bono propoſito uirginitatis diuertunt in turpitudines uoluptatis,& corrupta mẽte cor/
2.Pet.2 rũpunt ſimul & carnẽ.Hos increpat apoſtolus Petrus dicẽs , Melius illis erat nõ cognoſcere
uiã ſalutis,q̃ cognoſcentes retro reſpicere.O malũ,retro reſpicere.Vxor eñ Loth,quæ libe/
rata à Sodomis cõtra præceptum retro aſpexit,quòd euaſerat perdidit,nec immerito in ſta
tuam ſalis repente conuerſa eſt,niſi ut fatuos ſuos etiam explendo cõdiret . Qui ſunt & ab/
errantes? Omnes hæretici,qui relicta ueritatis uia errando per deſertum latrocinant,& ani/
mas captant in peccatis ,præpediũtq̃ ne quis ad patriam ualeat peruenire,effecti lupi ſemi
tarij induti ouina pelle,cum ſint intus lupi rapaces , prædicantes Chriſtum uiam, & qui eos
Cap.V ſequuntur ducentes ad mortem. Hicſi aliquis dicat , Quid ego faciam non in
uenio.Ecce homo Chriſtum uiam prædicat, Chriſti ſe dicit eſſe diſcipulum,ueritatem ſe di/ D
cit annuntiare,quare non ſequar talia prædicantem? Reſpondeo,quia aliud eius lingua ha
bet,aliud conſcientia. Vnde noui inquis ? Nũquid ego cõſcientias diſcutere poſſum? Chri/
Ioan.14 ſtum ab eo audio:quod audio hoc credo,hoc teneo . Non te ſeducat filius falſitatis,ſi filius
es ueritatis. Diſce iã Chriſtiane qui Chriſtũ deſyderas & audire & uidere. Si quis tibi Chri/
ſtum prædicat,attende,& conſydera,qualem prædicet,ubi prædicet . Chriſtus enim ueritas
eſt,per ſcripturas ſanctas prædicatur,non in angulis, non occulte,ſed palàm,publice.In ſole
enim poſuit tabernaculũ ſuum,hoc eſt,in manifeſto collocauit eccleſiã ſuã. Iam hic reſpice
Caput VI illum qui tibi Chriſtum prædicat , dicat qualem Chriſtum prædicet. Ecce hæreticus
Manichæus , qui per ſuam doctrinam promittit introducere te in ueritatem, ipſum Chri/
ſtum dicit eſſe fallacem.Non habuit,inquit,uerum corpus,phantaſma fuit,ſpiritus fuit. Et
Lucæ 24 hoc in illo fuiſſe negat nequiſſimus Manichæus. O peſſime hæretice Manichæe,ſi credere
non uis ueritatem dicentem diſcipulis ſuis,Palpate & uidete,quia ſpiritus oſſa & carnẽ non
habet,ſicut me uidetis habentẽ. Si credere non uis ut dixi ueritati, Iudæo crede crucifigenti.
Nam cum tu dicis,Chriſtus deus fuit,non homo:Iudæus dicit,non fuit deus ſed homo.Ca
tholica utroſq̃ conuincens,ego ait uerum teneo quòd Chriſtus & deus eſt & homo.Tu au/
tem Manichæe, unde probas Chriſtum ſpiritum fuiſſe? Spiritus alapas accepit, ſpiritus ſpi
neam coronam portauit,ſpiritus ſibi crucem baiulauit? Si ſpiritus fuit,cuius ueſtimenta mi/
lites diuiſerũt? Si ſpiritus fuit, quomodo cùm traderet ſpũm,corpus eius propè dimidium
diẽ exanime pepẽdit in cruce? Si ſpiritus fuit,quomodo latus eius perforatum eſt lancea?
Quomodo ſuſceptus eſt à Ioſeph ſepeliendus,quomodo ſepulchro eſt conditus ? Omnia
iſta ſpũs pati non poteſt.Sicut de eo antea per prophetas prædictum eſt, ita & factum eſt.
Erras tu nimis falſitas,in omnibus te ſuperat ueritas.Ergó ne hæretice ut doces,ueritas men
tita eſt,& tu uerũ prædicas? Et ubi hoc prædicas? In abſcõſo,in occulto.Si ueritati fulcit præ
dicatio tua,publica ſit doctrina tua.Demonſtra mihi eccleſiam tuã,Sed nouimus quid aga/
tis

A tis & decepti & deceptores . Apoſtolus Paulus uos prodidit dicens,Quæ enim occulte fiũt Ephe.5
ab eis,turpe eſt etiam dicere.Nobis eſt turpe dicere,ſed uos non quieſcitis agere. Manifeſta
eſt ignominia ueſtra,nudata eſt turpitudo ueſtra. Ex confeſſione ſimul & ſcriptura ueſtra,
omnibus palàm facta eſt turpis doctrina ueſtra: utinã aliquando corrigant corda ueſtra.
Alij hæretici Ariani ipſam uiam Chriſtum,per quam itur ad patrem, ſecundum di/ Ca.VII
uinitatem nolunt eſſe æqualem patri.Et cum ipſe dicat,Ego & pater unum ſumus:illi dicũt, Ioan.10
Si miſſus eſt Chriſtus , minor eſt:maior eſt utiq̃ qui mittit illo qui mittitur.Hæc argumen/
tatio eſt humana , non autoritas diuina. Alia eſt operatio trinitatis, quam tu hæretice non
aſſequeris, quia carnaliter ſapis.Mundum enim cor nõ habes,nec ad deum . Chriſtus enim
inquãtum hominem ſuſcepit,miſſus dicitur: inquantũ deus eſt, æqualis eſt patri.Nam quò
eum pater mitteret,ubi ipſe cum filio non eſſet? Aut quò filius ueniſſet,ubi non ſimul cũ pa
tre eſſet ille qui dicit, Ego in patre, & pater in me eſt. Et, Philippe qui uidet me,uidet pa/ Ioan.14
trem.Et qui per prophetam dicit, Cœlum & terram ego impleo.Et de quo Salomon dicit, Hiere.23
Attingit à fine uſq̃ ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter ? Attingit ubiq̃ propter Sapien.8
ſuam mũdiciam.Sed tu hæretice,ideo dicis maiorem eſſe qui mittit, minorem qui mittitur,
quia temporũ ſpacia cogitas.Sed multum erras,illi aſſignare tempora per quem facta ſunt
tempora.Si patrem confiteris deum,deum filium, æternũq̃ credis & patrem & filium, noli
minorem facere filium in eo quod fecit te , quia ideo minor factus eſt , ut redimeret te. Sed
ipſe, inquis, dixit,Pater maior me eſt,Intellige ſecũdum ſuſceptũ hominem ,& depones er
rorem.Secundum hoc ait, Pater maior me eſt, ſecundum quod de eo ait propheta, Mino/ Pſal.8
raſti eum paulominus ab angelis. Tu autem dic,ſecundum quid eum minorem aſſeris? Si
ſecundum poteſtatem,Pater nõ iudicat quemquam,ſed filius.Si ſecundum opera, Omnia
per filium facta ſunt.Si ſecundum tempus,hoc credis de deo tuo, quia ſicut tu maior es filio
tuo,ita ipſe filio ſuo.Auertat hoc deus ab auribus fideliũ.Indigna ſunt iſta credere de deo.
B Si enim filius ſecũdum deitatem dei uerbum eſt,ſicut euangeliſta Ioannes narrat, In prin/ Ioan.1
cipio erat uerbum,& uerbum erat apud deũ,& deus erat uerbum:fuit aliquod tẽpus quan/
do pater fuit ſine uerbo,aut fuit aliquod principium ante ipſum principiũ? Quoniam ipſe
filius dixit ſe eſſe principium.Interrogãtibus quippe Iudæis, Tu quis es? Reſpondit,Princi Ioan.8
pium.Ergo & illud quod in Geneſi ſcriptum eſt , In principio fecit deus cœlũ & terram,in/ Gen.1
telligitur in filio qui eſt principium. Si ergo ſemper deus pater, ſemper deus filius, quia nec
ille aliquando non pater,nec iſte aliquando non fuit filius. Non enim ut pater generaret fi/
lium,minuit ſeipſum,ſed ita genuit de ſe alterum qualem ſe,ut totus maneret in ſe.Spiritus
autem ſanctus non præcedit unde procedit, ſed integer de integro , nec minuit eum proce/
dendo , nec auget hærendo . Et hæc tria unus deus de quo propheta dicit, Tu es deus ſolus Pſal.85
magnus.Tu autem hæretice,compone gradus,ſepara trinitatem,fac patrem maiorem,filiũ
minorem,ſpiritumſanctum ſequẽtem. Sed & iam de filio quòd æqualis ſit patri aliqua di/
ximus,& quod occurrit,diximus,audi & de ſpirituſancto,quem minorem uis eſſe patre & fi
lio . Nempe ſpirituſſanctus ipſe ſpiritus eſt dei . Audi & ipſe quod ſimul ſit cum patre &
filio, & ubiq̃ ſit totus, Deus,inquit Ioãnes apoſtolus,ſpũs eſt.Et ipſe filius per prophetam Ioan.4
ait,Spiritus domini ſuper me:nõ ait poſt me , ut ſequentem cum faceret , uel minorem, ſed Eſaiæ 61
ait,ſuper me. Vnde & angelus Gabriel ad Mariam,Spirituſſanctus,inqt,ſuperueniet in te. Lucæ 1
Dauid quoq; propheta,Quò ibo à ſpiritu tuo,& à facie tua quò fugiam? Si aſcẽdero in cœ Pſal.138
lũ,tu illic es,ſi deſcendero in abyſſum,tu ades. Ergo ſi ſpiritus dei & in cœlo & in terra & in
inferno adeſt cum illo qui dicit,Cœlum & terram ego impleo : ergo trinitas unus eſt deus. Hiere.23
Sed audi adhuc hæretice unde conuincaris, quod trinitas unus ſit deus.In ipſo principio li/
bri Geneſeos,quod diximus ſcriptum eſt,In principio fecit deus cœlum & terram.Ecce deus Gen.1
pater,& principium filius ſecundum quod ſe dixit eſſe principium.Si autem & ſpiritumſan
ctum quæris,Spiritus, inquit,dei ſuperferebatur ſuper aquas.Cum ergo in conſequentibus
legitur,Dixit deus, fiat lux,& finxit deus de terra, & fecit deus, hoc demonſtrat quòd inſe/

parabilia ſunt opera trinitatis. Euidentius hoc in conſequentibus demonſtrat. Nam cũ uen C
tũ eſſet ad id ut homo formaret, ait ſcriptura, Et dixit deus, Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã: non dixit, faciã ad imaginem & ſimilitudinem meã, ut ſolus pater intelligeretur: nec dixit, fiat, ut filio ueluti iuberet facere per quẽ facta ſunt omnia: nec dictũ eſt, fecerũt, ut ſinguli ſingula in eo conferrẽt opera ſua: ſed cũ diceretur, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram, ut trinitas unus deus intelligeretur, ſtatim ſub iunctũ eſt, Et fecit deus hominẽ, ad imaginẽ ſuam fecit illũ. Ecce per ſcripturas ſanctas, trinitas unus deus prædicatur, ut Arianus conuictus, aliquãdo confundatur. Sed audi adhuc
Philip. 2 hæretice apoſtolum Paulũ conuincẽtem te, & docentẽ me, audi quid de deo filio dicat. Cũ, inquit, in forma dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Ille eũ prædicat æqualem, tu eũ aſſeris minorẽ. Cui credendũ eſt, Apoſtolo, an tibi? Tibi quem totus orbis abiecit, an illi, quem totus mundus ſuſcepit? Cedat igit̃ uel ſero conuicta peruerſitas tua, quia
Cap. VIII iam totũ mundũ poſſedit euangelica & apoſtolica doctrina. Alia quoq; ſpelũca latronum non bonorũ, hæreticorum Pelagianorũ & demonſtranda eſt & cauenda: hæc eſt
Hiere. 17 enim eorũ peruerſa doctrina. Cum ſcriptura dicat, Maledictus homo qui ſpẽ ſuã ponit in homine, & qui gloriatur, in domino glorietur: iſti contra hoc maledictũ, hominẽ nõ incurre re promittunt, ſi de ſe præſumpſerit, uel in ſeipſo gloriatus fuerit. Sed quid cõtra hos multa
Gen. 3 dicamus? Hoc promiſit & pater illorũ diabolus illi primo homini, Non morte, inquit, mori eris, eritis ſicut dij. Deũ contẽpſit, ſerpenti credidit, & quod acceperat, perdidit. Si tũc ille homo nõ fuit cautus, nũc homo caueat uel expertus. Odit deus præſumptores de uiribus ſuis. Quid enim ualeat liberum arbitriũ non adiutũ, in ipſo Adam demonſtratũ eſt. Ad malũ ſufficit ſibi, ad bonum nõ, niſi adiuuetur à deo. Primus enim ille homo accepit liberũ arbi
Eccl. 15 trium rectum, & poſuit deus ante eum, ſicut ſcriptura dicit, ignẽ & aquã, ad quod uolueris porrige manũ tuam. Elegit ignẽ, reliquit aquã, uidete iuſtũ iudicem. Quod elegit homo, liber accepit: malum uoluit, hoc illũ ſecutum eſt. Videte rurſum illũ iuſtũ iudicem miſericor D
diam facientem. Cum enim uideret q̃ homo totam ſtirpem ſuam, male uſus libero uoluntatis arbitrio, in ſe tanq̃ in radice damnaſſet, ipſe non rogatus de cœlo deſcendit, & humanum genus ſuperbia pereunte, ſua humilitate ſanauit, errãtes perduxit ad uiam, peregrinos perducit ad patriam. Nõ ergo glorietur humana natura de ſe, ſed in eo glorietur qui fecit ſe.
Cap. IX Iã uero cæteræ ſectæ hæreticorũ Chriſti uiã prædicantiũ, ſed longe à uia errantiũ, una
Matth. 7 uoce ipſius ueræ uiæ cõuincuntur atq; confundũtur dicẽtis, Multi mihi dicẽt in illo die, dñe domine, nõnne in tuo nomine ꝓphetauimus, & in tuo nomine dæmõia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc dicã eis, Non noui uos, Recedite à me omnes qui operati eſtis iniquitatẽ. Ideo operati eſtis inquitatẽ, quia eccleſiæ meæ perturbaſtis unitatẽ.
Cap. X Vos aũt fidelia germina ſanctæ matris eccleſiæ catholicæ per uniuerſum mundũ diffuſæ, fugite omnes hæreſes, Si quis aliud euangelizauerit uobis, anathema ſit. Rectos curſus facite pedibus ueſtris, nõ declinetis nec ad dexteram præſumẽdo, nec ad ſiniſtrã deſperãdo. Currite uelociter rectã uiã, ipſa em̃ uos ꝓducit ad patriã: ad patriã illã cuius ciues angeli ſũt, cuius tẽplũ deus, cuius ſplẽdor filius, cuius charitas ſpũſſanctus, ciuitas ſancta, ciuitas beata, ciuitas ubi null⁹ perit amicus, quò nullus admittit̃ inimicus, ubi nullus moritur̃, q̃ nullus oritur, nullus infirmat̃, q̃ incorrupta ſalute lætat̃. Cũ illuc uenerimus, nõ ibi eſuriemus aut ſitiemus, Viſio ipſa ſatietas noſtra erat. Nõ ibi dormiemus, q̃ nõ ibi laborabimus. Nulla cu
iuſlibet rei neceſſaria erit refectio, ubi nulla erit defectio. Viuemus, regnabimus, lætabimur. Si tantum delectat cum de ea loquimur, quid erit & uidere? Videre deum, uiuere cum deo,
Pſal. 83 uiuere de deo. Vita enim erit noſtra laudare deũ, & ſine defectu amare. Beati enim, ait prophęta, qui habitãt in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Fratres dilectiſſimi, ſi cum nauigãtibus laborauimus, & uiatoribus ducatum præbuimus, ſi deuias fauces latronum, hoc eſt, hæreticorum ſollicite demõſtrauimus, ſi ipſam patriam cœleſtem declaratam atq; demõſtratam iam cernitis oculis cordis ueſtri, reddite nobis fructũ laboris noſtri, reddite

A dite fratres reddite, exigimus à uobis. Talis eſt em̃ merces noſtra, quam à uobis exigimus, ut nec nos pudeat petere, nec uos pigeat erogare. Hoc quod exigimus, erogãdo cumulabitis magis quàm detrimentum patiamini. Si nõ erogaueritis, quæ eſt ergo noſtra merces? Nõ quærimus aurum ueſtrum, non argentum ueſtrum, non nummum ueſtrum, nec quicq̃ de rebus ueſtris, ſed merces noſtra eſt, ut in illo ſancto fõte adiuuetis nos orationibus ueſtris.

AD LECTOREM

Quũ hic ſermo nihil prorſus habeat Auguſtini, tamẽ qui finxit, haberi Auguſtinus uoluit. Sic enim homo ſuauis loquit̃ cap. 7. Non reputet quiſquam hæc uerba eſſe Auguſtini. Meminit Canonicorũ, quaſi hoc cognomen agnouerit ætas Auguſtini. Sed impudentius eſt, quod eũdem facit ſtatum, canonicorum, clericorum & monachorum. Negat eos poſſe remittere peccata, quum poſſident aliquid proprium, & pronunciat: ut regnum cœlorũ eſt pauperum, ita diuitum eſſe infernum. Eamus, & has indoctas nænias tribuamus Auguſtino.

DE CONTEMPTV MVNDI LIBER VNVS.



VDITE, fratres chariſſimi, ſalutiferam patris noſtri doctrinam, qui nõ Cap. I
terrenam, ſed æternam concupiſcitis hæreditatem, qui non uultis ſortem accipere in terra moriẽtium, ſed cum pſalmiſta decantare, Portio mea in Pſal. 141
terra uiuentium: qui Ægyptum reliquiſtis, & ad promiſſionis terram feſtinatis. Audite itaq; habentes aures audiendi pium patrem, ad hæreditatem cœlorũ nos uocantẽ & dicentem, Venite filij audite me, timorẽ do Pſal. 33
mini docebo uos, Quis eſt em̃ homo q̃ uult uitã? Quis eſt qui ad uitã uis ingredi? ſerua mã Matth. 19
data dei. Quorũ mãdatorũ alia ſunt ſpecialia, alia uero cõmunia. Specialia ſunt proprie canonicorũ ſiue clericorũ & monachorũ: cõmunia aũt omniũ catholicorũ. Specialia igit̃ ſunt hæc. Si uis ꝓfectus eſſe, uade & uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Et iterũ, Omnis q̃ reliquerit domũ, aut agrũ, aut patrẽ, aut matrẽ, aut fratres, aut ſorores, aut filios, aut agros ꝓpter me, centuplũ accipiet, & uitã æternã poſſidebit. Et ad diſcipulos, Vos
B qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Hæc itaq; fratres quã Caput II
to ſingularia, tanto præcipua: quanto acriora, tãto deo gratiora. Dicit iterũ ſaluator noſter inter cætera, Qui nõ renunciauerit omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. 14
Qui dixit, omnibus, nihil propriũ à ſuis diſcipulis poſſideri uoluit. Qui quicq̃ poſſidet in terra, remot⁹ eſt à Chriſti diſciplina. Qui aũt nõ eſt diſcipulus Chriſti, quomodo præſumit ſibi ligandi atq; ſoluendi poteſtatem? Intendite fratres uerba euãgeliſtę dicentis, Intrauit Ieſus ianuis clauſis ad diſcipulos, & inſufflans dixit eis, Accipite ſpiritum ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remittunt̃ eis, & quorũ retinueritis retenta ſunt. Nunquid illi habebãt propriũ Ioan. 20
quibus magiſter indixerat, Nihil tuleritis in uia? De quibus Lucas euãgeliſta refert, Erãt eis Luc. 9
omnia cõmunia. Videte quid Petrus dixerit ad Ieſum, Ecce nos reliqmus omnia, & ſecuti Acto. 4
ſumus te. Qui omnia reliquerãt, nihil ſibi penitus retinuerãt. Vnde ergo ſibi arrogant ligãdi Matth. 19
atq; ſoluẽdi poteſtatẽ, q̃ in terra præſumunt poſſidere facultatẽ? Quomodo nõ erubeſcũt dicere, Dñs pars hæreditatis meæ? Vbi eſt illud apoſtolicũ, Quæ conuẽtio Chriſti ad Belial? Pſal 15
Qui terrenas poſſeſſiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedũt? Si decimas cũ filijs Leui accipiunt, quomodo inter cæteras tribus partem accipient? Si nominis ſui etymologiã attẽdũt, cur clerici à ſorte dicti ſunt? niſi quia dominus eorũ ſors uel hæreditas ſit. Cur ſaltẽ clericatus ſui ſigna, q̃bus à laicis diſcernunt̃, nõ perpendũt? Nõ em̃ ſine cauſa capita Cap. III
eorũ raduntur̃ & tondentur̃, ſed perſpicaciſſima & euidẽtiſſima ratione. Nã his ſignis ſecernũtur à laicorũ conuerſatione. Quod ut multis deo propitiante proficiat, admonitioni utiliſſimæ duximus inſerere. Dicimus multorũ patrũ autoritate, cerebrũ eſſe ſedẽ ſapientiæ: Chriſtũ uero, Paulo atteſtãte, dei uirtutẽ & ſapientiã eſſe. Cum itaq; cerebrũ ſit in capite, ſapientia uero iuxta patrũ autoritatem in cerebro habeat ſedem, & ſic per ſapiẽtiam ſibi infuſam cũcta membra regãtur à capite, quod per cerebrũ eſt, quod eſt ſedes ſapientiæ: ſic inter nos & uerã ſapientiã, quæ ut diximus Chriſtus eſt, qui etiam iuxta Apoſtolũ caput noſtrũ eſt.

1. Cor. 11 Dicit enim,Caput mulieris est uir, caput uero uiri est Christus, Christi aũt caput est deus. C
Vt ostendamus,nullum obstaculum interesse,in ea parte pilos capitis incidimus,in qua no/
uã sapientiã.i. Christũ inesse.cognoscimus,ꝙ hoc signãtes malã terrenarũ rerũ sollicitudinẽ
nostræ mentis oculos ad deũ contẽplandũ impedire.Scimus enim ꝙ quisq; quanto magis
terrenis occupationibus implicaẽ,tanto magis à sui cõditoris uisione impediẽ. Vnde Apo
2. Timoth. 2 stolus,Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus.Item,Qui sine uxore est,cogitat
1. Cor. 7 quæ dei sunt.Hinc Moyses ait,Leuitæ radant pilos carnis suæ.Leuita interpretaẽ assũptus.
Numeri 8 Quisq; nãq; in officijs diuinis assumptus est,pilos carnis. i. superfluas cogitatiões cordis ra
dere debet.Caput igitẽ radere,signat cogitationes terrenas & supfluas à mẽte resecare. Nec
incõgrue per pilos & capillos significanẽ cogitationes superfluæ. Sic enim pili nõ sunt pars
corporis,sed quædã superfluitas procedẽs à corporis humore,sic bona tẽporalia nõ sunt no
bis naturalia,sed aliena & supflua.Hinc itaq; fideles Christi, qui ad æternã uitã medullitus
suspirant,qui mundũ cũ suis oblectationibus sub pedibus cõculcant,qui in terra nihil possi
Philip 3 dere uolũt,sed cũ Apostolo dicũt.Nostra cõuersatio in cœlis est,capillorũ minimã partẽ in
capitibus retinent,ut per eorũ abrasionẽ se minimã terrenorũ sollicitudinẽ habere designẽt.
Quapropter etiã illã minimã particulã capillorũ retinent,quia dũ in hoc mundo sunt,à ter/
renis cogitationibus omnino uacui esse non possunt.Quisquis igitẽ clericus ad sortẽ dñi uo/
catus,qui comã nutrit,& capillos radere uel tondere erubescit,profecto se non de dei,sed de
mundi sorte esse testaẽ.Quanto eñ quisq; carnis crines diligit,fouet & nutrit,tãto cor suum
Cap. III non in cœlis,sed in terra fixũ esse ostendit: quanto aũt radit & edomat,tanto se nõ terrena
sed æterna diligere cõprobat. Si uero,ut prædiximus,crines idcirco radimus,ut inter
1. Cor. 11 nos & deũ nihil interesse approbemus,profecto patet,ꝙ cũ in oratione psistimus, aliena ue
lamina capitibus nostris apponere non debemus, præsertim cum Apostolus dicat,Vir nõ
debet orare uelato capite,imago enim dei est. Cessent itaq; clerici psalmodiæ hymnisq; spi
ritalibus insistẽtes,capillos,mitras,cæteraq; uelamina in capitibus portare,ne dũ cũ deo lo/ D
qmur,famulatus sui signa occultantes,eius indigni iudicemur ꝓpitiatione,cuius salubri do/
ctrinæ præsumimus nõ obedire.Qui enim nõ obedit Apostolo,cõtradicit Euangelio.Et iu/
2. Cor. 13 xta eiusdẽ Apostoli uocẽ dicẽtis,An quæritis experimentũ eius qui in me loquitẽ Christus?
Gal. 1 Itẽ,Si angelus uenerit de cœlo,& aliud euangeliũ nunciauerit uobis, anathema sit.Extirpe/
tur ergo penitus de clero talis præsumptio,ne,quod absit,à deo expellatur eius oratio.
Cap. V His igitur signis clericalibus prælibatis, quibus à laicis discerni debemus,ad propositã
1. Ioan. 2 admonitionem redeamus. Audiamus apostolũ Ioannem dicentem,Nolite diligere mun/
Psal. 4 dum,neq; ea quæ in mũdo sunt.Audiamus & psalmistam mundi amatores increpantẽ,Fi
lij hominum ut quid diligitis uanitatẽ,& quæritis mendaciũ?Salomon quoq; subsequiẽ di
Eccles 1 cẽs, Vanitas uanitatũ & omnia uanitas.Libet intueri cꝫ bene cõsonant organa spirituſſan
cti.Monet Apostolus ut nõ diligamus mundũ: inuehit psalmographus in eius amatores:
clamat Salomõ, cuncta subiacere uanitati.Quare nõ diligamus mundũ,nec sequamur mẽ
daciũ,Ecclesiastes declarat,ac sic diceret, Ideo non sunt amanda ima,quia transitoria mẽda
cia,quia quæ promittunt non cõferunt, bona igitur nõ sunt.Cũ enim bonorũ omniũ autor
sit deus,& à fidelibus suis quæri & diligi quæq; bona præcipiat,si mũdana uera bona essẽt,
nec ipse quidẽ contemneret, nec suis sequacibus contẽni præciperet.Quid igitẽ ueritas de se
Matth. 8 testeẽ,audiamus, Vulpes foueas habẽt,filius aũt hominis nõ habet ubi caput suũ reclinet.
Item si mũdi gloria uana nõ esset,non se abscondisset, cum turbæ eum regem facere uoluis/
sent.Item si mundi gloria uana non esset,si diuitiæ terrenæ uera bona essent,non earũ pos/
Lucæ 6 sessoribus improperaret dominus dicens, Væ uobis diuitibus,&c.Et alibi, Facilius est came
Matth. 19 lum per foramen acus transire,cꝫ diuitẽ introire in regnum cœlorum. Audiamus etiã quid
suis dicat imitatoribus.Si uis perfectus esse,uade & uende omnia quæ habes & da pauperi
Lucæ 14 bus.Itẽ,Nisi qs renũciauerit omnibus quæ possidet,nõ potest meus esse discipulus.Itẽ,Ne/
Matth. 6 mo potest duobus dominis seruire,id est,deo & mãmonæ.Vidit ꝑitus magister suos disci/
pulos

A pulos luctaturos cum mundo,qui si haberent unde tenerentur,leuius deijcerentur.Tulit igi
tur arma suis & nostris hostibus,dum nos priuauit terrenis possessionibus.Nudus namq;
latrones non solet timere: qui uero se mundanis implicat, tela parat quibus confodiatur.
Qui ergo non uult confodi,nudus procedat per uiam huius exilij. Fortassis quæret ali, Cap. VI
quis,Cum deus sequaces suos mundana iubeat postponere, quæ sunt quæ iubet appetere?
Audi ipsum dicentem, Quærite regnum dei.Item, Thesaurizate uobis thesauros in cœlis. Matth. 6
Quæret itetũ aliquis,Si deus uult homines terrena odire,quæ debẽt diligere? Ista sunt quæ
præcepit diligere, cum per Moysen respondit, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde Deu. 6
tuo,& proximum tuum tanquam teipsum. Proximus in terra tantũ diligi præcipitur,quia
cœlestis regni hæreditatem nobiscũ consortitur. In quo charitate diuina perfusi,scriptura te
stante quæ ait,ut ciues nostros sicut nosipsos diligamus,propitiante deo ibi facturi sumus,
per quem & redempti sine fine uiuemus :qui etiam cum propter opera nostra mala inimici
eius essemus,prior dilexit nos, & cum essemus serui inutiles,in filios suos nos adoptauit &
hæredes:filium suum unigenitum tradens pro nobis,ut nos eriperet à perpetuæ mortis la/
queo.Quisnam puer tam benignum patrem digne potest diligere? Quis eius tantis benefi/
cijs aliquid dignum potest retribuere? Hæc tanta beneficia admirans psalmista ait,Quid re Psal. 115
tribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Cui ipse inquisitioni deinde subiungit,
Calicem salutaris accipiam,&c. Quantulacũq; sit hæc retributio,calicem scil.domini accipe/
re,nulla tamen alia ita digne uidẽ passioni dominicæ cõgruere. Hac itaq; ratione,ut quẽ/
admodum sanguinem suũ dedit pro nostra redẽptione, sic & nos nostrum fundamus pro
sui nominis confessione.Sed quomodo pro Christo suum dabit sanguinem,qui pro eo nõ
uult abijcere mundi uanitatem,cum nos minus cꝫ nostra diligamus? Quomodo pro Chri/
sto uitam tradet,qui contra eius præcepta hæc uana & falsa possidet? Ipse enim dicit,Si dili Ioan. 14
gitis me,mandata mea seruate. Loquitur & Ioãnes apostolus, Qui dicit se diligere deum,& 1. Ioan. 2
B mandata eius non custodit,mendax est.Conuincit itaq; se, & non deũ diligere,qui manda
ta eius nõ uult custodire. Cum Christus pro nobis pauper factus sit & egenus,nos pro Ca. VII
ipso cur pauperes esse erubescimus? Nunquid eius pauperes non facit diuites,ueritate atte/
stante,Regnum cœlorum non diuitum, sed pauperum est? Dicit nanq; pauperibus,Beati Matth. 5
pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Si est regnum cœlorum paupe/
rum,restat ut infernus sit diuitum. Hoc quoq; declarat nobis Euangelium dicens, Homo Lucæ 16
quidam erat diues.Et post pauca subiungit,Erat autem & quidam mendicus,Lazarus no/
mine,qui iacebat ad ianuam eius,ulceribus plenus,&c.Factum est autem ut moreretur mẽ/
dicus,& portaretur ab angelis in sinũ Abraæ. Mortuus est autem & diues,& sepultus est in
inferno.Non reputet quisq; hæc uerba esse Augustini, nõ sunt hominis,sed ueritatis, quæ
nec fallere potest,nec falli.Quisquis ergo uis regnare cum Christo, elige pauperiem cũ ipso,
ut requiescas cum Lazaro mẽdico. Nemo enim potest gaudere cum seculo,& regnare cum
Christo.Audi Apostolum dicẽtem, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Acto. 14
cœlorum.Et iuxta ueritatis uocem, primo nos oportet bibere calicem domini,ut sic pertin/
gamus ad regni confessionem. Qui autem uult epulari cum diuite,præparet se epulas uer/
mibus gehennæ,in qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetue cum capite suo diabo
lo. Infelix commercium, pro tam breui gaudio, cœlesti priuari regno.Felix paupertas, per
quam cœlestis acquiritur hæreditas.Felix commerciũ,pro perituris æterna recipere,& quod
ineffabile bonum est,cum Christo sine fine regnare. Ecõtrario ineffabilis miseria,perpetua
cum diabolo pati supplicia. Quapropter fratres chariſſimi,nos illud Euange Cap. VIII
licũ ruminantes, Quid prodest homini si uniuersum mũdum lucretur,animæ uero suæ de/ Matth. 16
trimentũ patiaẽ,uel quã cõmutationẽ dabit homo pro anima sua:uolũtarie nũc pro Chri/
sto ponamus quãdoq; dimittẽda, ne, quod absit, pro trãsitorijs amittamus æterna. Hau/
riamus antidotũ momẽtaneæ amaritudinis,ut qñq; ꝑcipiamus immẽsæ gaudia salutis.Sic
modo curramus,ut in futuro cõprehendamus, ubi inueniemur, ubi iudicabimur. Nõ ꝓda
mus

mus tempus acceptabile. Non enim erit apud inferos locus pœnitentiæ. Dum igitur uacat, C
dũ ſumus in uia, aduerſario noſtro legi dei cõſentiamus. Lex qppe diuina noſter ideo dicitur aduerſarius, qa noſtris carnalibus oĩno cõtradicit uoluptatibus. Aduerſario itaq; noſtro, id eſt, cuangelio, dũ rex expectat, dum nos adhuc ad pacẽ inuitat, nuncios mittamus, cum eo pacis fœdus ineamus, ut cum uenerit ille magnus paterfamiliâs, non ut ſeruos inutiles puniendos, ſed ut filios hæreditandos inueniat, ſecumq; introducat ad nuptias, ut de ſuis beneficijs ſibi perennes reddamus gratias Ieſu Chriſto domino noſtro, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DE VANITATE SECVLI LIBER VNVS.
Non eſt Auguſtini.

Cap. I IN HAC uita poſiti fratres, ita agite, ut cũ hinc migraueritis, & caro ueſtra à uermibus cœperit deuorari in ſepulchro, anima ornata bonis operibus cum ſanctis omnibus lætetur in cœlis. Retrahat uos à malis operibus uel peccatis interitus eorum quos præmiſiſtis. Attendite calamitates, conſyderate diuitum ſepulchra, uel eorum qui ante pauca tempora uobiſcum erãt, quid ſunt, uel quid fuerunt, uel quid eis diuitiæ & cupiditas ſeculi profuerint: ecce nihil ex eis niſi ſoli cineres remanſerũt, qui ſi modo lõqui poſſent, hæc uobis dicerent, Vt quid infelices tãtum pro ſeculi uanitate diſcurritis? Vt quid uos criminibus & uitijs repletis? Conſyderate oſſa noſtra, & uel ſic uobis horreat cupiditas & miſeria ueſtra. Quod uos eſtis, nos fuimus, & quod nos ſumus, uos eritis. Itaq; oĩa fratres chariſſimi, ſollicita conſyderatione penſate, & hæc conſyderãtes expaueſcite, diem mortis ante oculos ſemper ponite, ad emendationem quantum poteſtis feſtinate. Nolite negligere quod uos pius deus peccantes ſuſtineat, quia quanto diutius expectat ut emendetis, tãto grauius iudicabit ſi neglexeritis. Si forte putatis quia finis mundi tardius ueniat, uel ſuum unuſquiſq; conſyderet finem. Ecce dum libenter ac iucundiſſime moratur homo in mundo, multaq; in longa tempora diſponit agenda, repente rapitur in morte, & ex improuiſo aufertur à corpore. Sed ille eſt beatus qui ſemper illam habuerit ante oculos, & feſtinauerit in illa hora mortis paratus inueniri. Quòd ſi uultis ſcire chariſſimi q̃ magno metu magniſq; doloribus anima ſeparatur à corpore, diligenter aduertite. Veniunt enim angeli aſſumere eam, ut perducant illam ante tribunal iudicis metuendi, & tũc illa memorans opera ſua mala & peruerſa quæ die noctuq; geſſit, contremiſcit, & quærit ea fugere induciaſq; petere dicens, Date mihi uel unius horæ ſpacium. Tunc quaſi loquentia ſimul opera eius dicent, Tu nos egiſti, opera tua ſumus, non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus, tecumq; pergemus ad iudiciũ. Hæc quidem peccatoris anima agit, quæ cum horrendo timore ſeparatur à corpore, & pergit plena peccatis & ingenti confuſione: iuſti uero anima cum ſeparatur à corpore, non timet, nec expaueſcit, ſed magis cum magno gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad deum, deducentibus ſe ſanctis angelis. Illam horam fratres modo timete, ut non tunc timeatis: illam nunc præcauete, ut tunc ſecuri eſſe poſſitis. Mementote iugiter quod in medio laqueorum diaboli ambulatis, & ideo ſemper parati eſtote, ut quando domini præceptum fuerit miſſum, libere ab omni labe peccati ad requiem tranſire poſſitis. Non arbitremini uos in hoc mundo diu manſuros, quia nimirum prouenit, ut poſt dominicum miſſum præceptum, nec unius horæ momentum concedatur in hac uita conſiſtere. Cauete igitur ne in exitu ueſtro triſtitiam faciatis angelis, & gaudium inimicis. Scitote uero, quòd cum anima à corpore euellitur, ſtatim aut in paradiſo pro meritis bonis collocatur, aut certe pro peccatis in inferni tartara præcipitatur. Eligite modo quod uultis, & hoc iam in uita ueſtra diſponite, aut perpetualiter gaudere cum ſanctis, aut ſine fine cruciari cum impijs. Itaque fratres, ſaltem pœnæ uos terreant, ſi præmia non inuitant, & præſens ſeculum ſi deſpicere non ualetis, ſaltem cum iuſtitia poſſidete. Qui in adoleſcentia errauit, ſaltem iam in ſenectute

A ctute reſipiſcat, & mala quæ peccando commiſit, pœnitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus, & cuncta quæ uidentur, uelociter tanq; nebula, aut tanquam ueſpertina umbra tranſcurrunt. Ecce quod olim prænuntiabatur, præſenti iam tempore perſpicue cernitur. Subtrahuntur, ut ipſi uidetis, omnia bona, & creſcunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iam mundũ diligere, quem tanta cernitis cum uelocitate tranſire. Nolite in eius amore ancoram cordis iam figere, quem ſic ad finem conſpicitis declinare, præſertim cum apoſtolus Iacobus clamet, quod amicitia huius mundi inimica ſit deo. Si enim ipſe mũdus nos diligeret, diligendus utiq; nõ eſſet: quanto magis nunc, dum ipſe nos odire probatur, quos tantis malis inſequitur, à nobis omnino ſpernendus atq; fugiendus eſt. Vitam ergo Cap. II
æternam ex omnibus præcordijs ueſtris amate, quam nunquam in ſecula finiatis. Illuc feſtinate ubi ſemper uiuatis, & ubi iam mori nũquam timeatis. Si enim ſic amatis iſtam uitam miſeram fluidamq;, ubi cum tanto labore uiuitis, & ubi uix currendo, fatagendo, ſudando, ſuſpirando neceſſarijs corporis ſatiſfacitis, quãto magis amare debetis æternam uitam, ubi nullum laborem ſuſtinebitis, ubi ſemper ſumma ſecuritas, ſumma felicitas, ſumma libertas, felix beatitudo, ubi etiam implebitur illud quod dominus in euangelio dicit, Erũt homines Matth. 22
ſimiles angelis. Et illud, Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei. Qualis putatis tunc erit Matth. 13
ſplendor animarum, quando ſolis claritatem habebit lux corporum? Ibi iam non erit ulla triſtitia, nullus ibi labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, ſed perpetua ſemper ſanitas perſeuerat: nulla ibi conſurgit malitia, nulla carnis miſeria, nulla ægritudo, nulla omnino neceſſitas. Non erit ibi fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non laſſitudo ieiunij, nec ulla tentatio inimici, non peccandi uoluntas, nec delinquendi poſſibilitas, ſed totũ lætitia, totum exultatio poſſidebit, hominesq; ſociati angelis, ſine ulla carnis infirmitate uernabunt. Erit ibi iucunditas infinita, beatitudo ſempiterna, quam qui ſemel adipiſcitur, ſemper tenet. Nihil hoc loco magnificẽtius, nihil glorioſius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil uerius, nihil illa
B bonitate ſyncerius, nihil illa abũdantia copioſius. Ibi iam non formidabitur fortiſſimus hoſtis, qui cupit iugiter animas iugulare, nec facies omnino turbulenta tortoris. Non incutiet timorem barbarorum immanitas, nec ulla ulterius timebitur aduerſitas. Nemo in illo loco glorioſo indigebit ueſtimento, non eſt illic frigus, non æſtus, nec ulla aëris inæqualitas. Nullus ibi eſurit, nullus triſtatur, nullus eſt ibi peregrinus, ſed omnes qui illuc uenire meruerũt, ſecuri in propria patria uiuent. Non ultra aduerſabitur caro ſpiritui, ſed cum angelis inenarrabilia ſempiterna à Chriſto præmia tribuentur, & quod oculus non uidit, ſicut dicit Apoſtolus, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. 1. Cor. 2
Ecce qualem beatitudinem perditurus eſt, qui modo ſe dum licet, emẽdare noluerit. Idcirco nos fratres domino auxiliante dedignemur ultra ſeruire peccato, qbus tãta beatitudo præparatur in cœlo Dum ergo tempus eſt, feſtinemus propitium nobis habere dominũ, Cap. III
deſpiciamus quæ terrena ſunt, ut adipiſcamur cœleſtia, cogitemus peregrinos nos eſſe in hoc ſeculo, ut liberius feſtinemus ad cœlos. Velociter enim tranſeunt, & cito tanquam umbra pereunt cuncta quæ hic uidentur. Perpendamus chariſſimi fratres, quales erimus in die iudicij, dei & angelorum eius conſpectui præſentandi, quando opera noſtra erunt nobis ante oculos noſtros ponenda. Qualis erit tunc iſta confuſio, cui contigerit pro peccatis ſuis in conſpectu dei omniumq; hominũ & angelorum erubeſcere, qui hic nec unũ quidem hominem in ſe peccantem uult nunc inſpicere? Quis pauor erit, deum iratũ uidere, quẽ placatũ nõ ualet uniuerſitas cõprehendere? Illũ ergo diem ſemper timeamus, quẽ modo prœuidere nullatenus poſſumus. Illũ diem iugiter paueſcamus, & uel ſic actus noſtros reuocemus. Cõſyderemus qs terror in die illo erit, cũ dominus de cœlis ad iudicandum ſeculũ uenerit: qui metus erit, deũ uidere, ad cuius aduentũ uniuerſa elemẽta quatient, & cœlũ cũ terra contremiſcet, uirtutesq; cœlorum commouebũtur? Tunc nimirum præcinentibus angelorũ tubis, omnes gentes quæcũq; ſub cœlo fuerint, & omnis homo tã uiri q̃ fœminæ, in eo ſexu unuſquiſq; quo natus fuerat in mundo, boni & mali, ſancti & peccatores, uel quicunq; ab initio

nati

nati & mortui fuerint,siue à bestijs deuorati,siue ab igne consumpti,siue etiam ab aquis ab- C
sorpti,omnes simul in momento temporis, in ictu oculi resurgent, in ipsis sine dubio corpo
ribus,atq; in ipsa carne quam hic habuerunt, scilicet in uirũ perfectũ,in mensurã ætatis ple
nitudinis Christi,in qua & ipse dominus resurrexit à mortuis. Et omnes ante iudiciũ Chri
sti uenient,pariterq; eum electi & reprobi oculis suis uidebunt,sicut & ipse dominus in Euã
Matth.26 gelio dicit, Tunc uidebunt filiũ hominis ueniẽtem in nubibus cœli cũ uirtute magna & ma
iestate,constipatum agminibus angelorum,& congregabuntur ante eum omnes tribus ter
ræ,& separabit eos ab inuicẽ,sicut pastor segregat oues ab hædis,& statuet quidem iustos à
dextris,impios autem à sinistris. Tunc dicet ad eos qui à dextris erunt, Venite benedicti pa
tris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi, Esuriui enim & dedi
stis mihi manducare,sitiui,& dedistis mihi potum,& cætera quæ auditis in Euangelio. Tũc
omnibus aspicientibus ostẽdet liuores fixurasq; clauorũ,in ipso sine dubio corpore quod
pro nostris peccatis uulneratum est,& ita peccatores compellans dicet, Ego te homo de ter
ræ limo manibus meis formaui,& in paradisum meum quem non merebaris,collocaui,sed
tu me meaq; iussa contemnens,deceptorem sequi maluisti, unde & iusta pœna damnatus,
inferni supplicijs deputatus eras: postea misertus tui,carnem assumpsi in terris,inter pecca
tores habitaui, contumelias & uerbera pro te sustinui: ut te eriperem colaphos & sputa su
scepi: ut tibi dulcedinem paradisi redderem, acetum cum felle bibi. Propter te uepribus co
ronatus,cruci affixus,lancea uulneratus sum,propter te mortuus,in sepulchro positus sum,
ad inferna descendi,ut te ad paradisum reducerem: tartara adij ut in cœlo regnares. Agno
sce ergo impietas humana quæ pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te suscepi. Ecce clauorũ
foramina;quibus affixus in cruce pependi. Suscepi dolores tuos ut te sanarem, suscepi pœ
nam ut tibi gloriam darem, suscepi mortem ut tu haberes uitam immortalem, conditus
iacui in sepulchro,ut tu regnares in cœlo. Hæc omnia pro uobis sustinui. Ampliora horum
quid uobis debui facere & non feci? Dicite mihi nunc,uel ostendite quid passi estis propter D
me dominatorem uestrũ,uel quid boni egistis pro uobis? Ego cum essem inuisibilis & im
passibilis,propter uos dignatus sum sponte pati,propter uos incarnatus sum:cum essem di
ues,propter uos egenus factus sum. Sed uos humilitatem meam & præcepta mea semper
renuentes,seductorem magis q̃ me secuti estis. Ecce modo nõ potest iustitia mea aliud iu
dicare,nisi quod merentur opera uestra. Ergo quod ipsi elegistis,tenete. Contẽpsistis lucem,
possidete tenebras. Amastis mortem,ite in perditionem. Secuti estis diabolum,ite cum illo
in ignem æternum. Quis putas tũc erit mœror,quis luctus,quæ tristitia,quæ angustia,cum
hæc fuerit aduersus impios prolata sententia? Tunc erit malis dura separatio à dulcedine
consortij sanctorum. Et tunc impij traditi in potestatem dæmonum,ibunt in ipsis corpori
bus suis cum diabolo in supplicium æternum, & permanebunt semper sine fine in luctu &
gemitu. Procul quippe exulati à beata paradisi patria cruciabuntur in gehenna perpe
tua, nunquam lucem uisuri, nunquam refrigerium adepturi, sed per milia milium anno
rum in inferno cruciandi, nec inde in secula liberandi, ubi nec qui torquet aliquando fati
gatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Sic enim ibi ignis consumit, ut semper re
seruet, sic tormenta aguntur, ut semper renouentur. Iuxta qualitatem uero culpæ, pœ
nam unusquisque sustinebit gehennæ: & similis culpæ rei, suis similibus iunguntur cruci
andi. Non ibi audietur aliud nisi fletus & planctus atq; stridores dentium, nõ ibi erit aliud
consolamentum, nisi flammæ & terrores pœnarum, ardebuntq; miseri in igne æterno sem
per in secula seculorum. Iusti autem ibunt in uitam æternam,in ipsa sine dubio carne quam
hic habuerunt, & sociabuntur angelis sanctis in gloria sempiterna, nunquam iam ulterius
morituri, nunquam corruptionem uisuri, sed semper læti ac dulcedine Christi iugiter satiati,
fulgebunt sicut sol in gloria & claritate, quam præparauit deus diligentibus se. Et erit tunc,
quanto quis amplius alio hic obediens deo fuit, tanto ampliorem illic mercedem accipiet:
quantoq; hic amplius quis deum amauit, tãto propius eum uidebit. Benedicamus igitur
dominũ

A dñm deum nostrũ fratres,qui ad læticiam spiritalem congregauit nos,simus in humilitate
cordis semper,& gaudium nostrũ penes ipsum sit. Non igitur de prosperitate aliqua huius
seculi inflemur,sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint. Modo
gaudium nostrum fratres in spe futura sit,totum desiderium uita æterna sit,omnia suspiria
nostra Christo anhelent. Ille unus pulcherrimus,qui fœdos dilexit ut pulchros faceret,desi
deretur,ad illum unum curratur,illi ingemiscatur,& dicant:semper magnificetur dominus,
qui uolunt pacem serui eius: Amen.

Finis.

DE OBEDIENTIA ET HVMILITATE SERMO.

Hic sermo ne pilum quidẽ habet docti hominis,nedũ Augustini.

NIHIL sic deo placet quemadmodum obediẽtia. Cham maledictus fuit: Cap. I
& post multa secula manet quod dicitur, Semen Chanaam,& non Iuda, Gen.9
quia patri non est obsequutus. Cæterũ Sem,qui obsequutus est patri, be- Daniel,13
nedictionem habuit in omnia secula. Hoc itaq; dico,non est filiorum iudi
care de patribus. Nemo uadit ad magistrum & docet magistrum suũ. Ve
nisti ad me ut docerem te litteras: si tibi scripsero & dixero tibi,scribe quomodo ego scribo,
utiq; mirari debes quem magistrum elegisti. Ab aliquo doctus es, & uadis ad peritiorem
magistrum. Hoc totum quare dico? Vt obediẽtiam exhibeamus patribus nostris. Qui pa
tribus non obsequitur,deo non obsequitur. Dicit enim dominus, Qui uos contemnit,me cõ Luc.10
temnit. Qui ergo contemnit apostolos,contemnit Christũ. Qui cõtemnit patres,contemnit
Christum qui in patribus est. Hoc dico quia hæc in nobis summa & sola est uirtus obedien
tiæ. Si ieiunaueris diebus ac noctibus,orationẽq; feceris,si in sacco fueris uel cinere, si nihil
B aliud feceris,nisi quodcunq; præceptum est in lege,& tibi uisus fueris quasi sapiens, & obe
diens patri non fueris,omnes uirtutes perdidisti. Vna obedientia plus ualet q̃ omnes uir
tutes. Ieiunium uel continentia, nisi te diligenter attenderis, superbiam tibi facit,superbia
autem inimica est deo. Nihil sic odio habet deus,sicut superbiam. Quicunq; non obedit,nõ
facit de sanctitate,sed de superbia. Ideo enim nõ obedit,quia se meliorem putat illo, cui nõ
obedit. Simpliciter dico uobis,omnia peccata odio habet deus,mendacium, per- Cap.II
iurium,furtum, & cætera,in quibus si quis deprehensus fuerit,non potest oculos leuare,
sed sic eum habemus quasi execrabilem. Si quis superbus est,multo peius facit quàm adul
terium,& tamen loquimur cum eo, Qui fornicator est,potest aliquid dicere: Vicit me caro
mea,superauit me adolescentia mea. Non dico quòd sibi hoc facere liceat,aut quòd se excu
sare debeat,siquidem & hoc odio habet deus,sed in cõparatione mali dico. Quicunq; aliud
peccatum fecerit,uerbi gratia,si furtum fecerit,se excusare potest. Quid enim dicit? Propte
rea furtum feci quia algebam,quia fame moriebar,quia ægrotabam. Superbus quid dicere
potest? Ideo superbia maius malum est,quia excusationem non habet. Cætera uitia eis no
cent,qui ea cõmittunt:cæterum superbia plus omnibus nocet. Hoc ergo dico, ne cogitetis
peccatum non esse superbiam. Quid enim dicit Apostolus? Ne quis incidat in iudiciũ dia- 1.Timoth.3
boli. Videtis ergo quomodo quicunq; inflatur,in iudicium diaboli incidit. Hoc ergo dico
secũdum quod scriptum est, Deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam,ut oñia, Iacob.4
inquit,peccata fugiamus,maxime superbiam. Dico uobis quid agat qui per superbiam sibi
sapiens uidetur. Si quis uni de fratribus dederit consilium & dixerit ei: Frater,non debes sic
agere,non eum dignatur audire,quia se magis sapientem putat quàm illum qui dat consi
lium. Et quid dicit in corde suo qui sibi uidetur esse sapientior? Ego igitur non habeo consi
lium? Num tu es sapientior me? Licet non dicat,tamen ex eo quòd contemnit cõsilium fra
tris, in corde hoc loquitur. Ergo hoc dico, Qui superbiam habet,sine causa habet alias uir
tutes,imò eas non habet,sed uidetur habere aliquid quod deo amicũ sit. Superbia in mona

sterio fit. Si ieiunamus erigimur, si orationē facimus pro peccatis, in superbiā erigimur. Aliquis ieiunat pro peccatis suis, & pro peccatis suis pœnitentiā agens in superbiam extollitur. A
Cap. III Ideo ieiunas, ideo oras, ideo præcepta facis, ut cōtra deū facias? Monachus si supbus est, multū ei melius fuerat si uxorē duxisset. Ego simpliciter dico, & libera fronte hoc dico, qa quicūq; superbus est, melius esset ei (& hoc ad cōparationē mali dico) ut omnia alia uitia haberet, & ex malis suis inclinaretur ad pœnitentiam, & non omnes despiceret. Si autē post peccata ageret pœnitentiā, utiq; dei misericordiam mereretur. Qui aūt superbus est, omniū malorū habet principiū, & non agit pœnitentiā, quasi iustus sit. Propterea superbia contraria est deo, quia deo nō subijcitur. Sic enim se habet quasi iustus. Superbus nō agit pœnitētiam pro malis, & gloriat' quasi pro bonis. Hæc quare dixerim, & uos ipsi intelligitis, & aliorum ruinæ uestra debent esse exempla. Propterea uenimus in monasteriū, libertatem seculi perdidimus, ut seruitutē Christi accipiamus. Deinde ista de fratribus loquor, qui solēt longius sedere à monasterio, nō eis debet nasci superbia de exemplo. In cœnobio uixisti, placuit tibi ut maneres in decimo miliario, nō propterea debes synaxim sanctorū fratrum contemnere: nec te ideo uiliorem putes, si ad fratres ueneris ad ciuitates. Si necessitatem haberes, ires & uideres mulieres, & si necesse habuisses, ires in plateas, rectēq; non ires, ad synaxim sanctorum fratrum non uadis. O tu qui manes in secreto, aut melior es fratribus qui sunt in cœnobijs, aut peior es. Si melior es, ueni ut eis exemplum uitæ tuæ tribuas: si autem deterior es, ueni ut discas quæ non scis. Superbia nascitur, quando aliquis dicit se in secreto sedere, & fratres non dignatur uidere, & uisitare & in superbiam erigitur. Hoc propterea loquor præsente sancto fratre qui facit operē, ut hoc quod ego loquor, hunc sciatis opus facere. Deniq; multi sancti patres, qui uere patres sunt, qui regunt animas sanctorū, quando aliquos uiderint iuuenes ire ad secreta, & ad cœnobiū non uenire, & in superbia esse, uadunt & uim eis faciunt, & adducent eos, non ut eis noceant, sed ut tollatur eis superbia. Nec hoc propterea dico, ut illi qui manent in secretis, & ueniunt ad cœnobium, & fratres uisitant, ab his B
qui sunt in cœnobijs arguantur quasi sint impatientes, nec quasi humiles. Nemo dicat de uobis: Ecce ille qui in eremo sedet, quia non patitur, uenit: propterea uenit ut superbiam deponat: propterea uenit ut te ædificet, & non destruat: Videte qualis uitæ. Sic uiuit in deserto, & tamen gloriam non habet eorum qui in deserto sunt. Deus itaq; omnipotēs omnia quæ loquuti sumus, orationibus sanctorum nos quoq; implere faciat. Nihil enim grande est dicere, sed facere: & si quid facere non possum & loquor, ideo loquor, ut qui potest facere, faciat. Qui habet aures audiendi, audiat in Christo Iesu domino nostro, cui est honor, uirtus & potestas in secula seculorum. Amen.

Finis.

DE BONO DISCIPLINAE.

Non est Augustini.

Cap. I MVLTI sunt qui sanæ doctrinæ aduersantur, iusticiam culpant, & disciplinam imperium esse iudicant, ac rationabilem castigationem superbiæ assignant, cū non sit imperium, nisi ubi aliquid iubetur iniustum: nec sit superbia, nisi ubi negligitur disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis, magistra ueræ pietatis, quæ nec ideo increpat ut lædat, nec ideo castigat ut noceat. Deniq; mores hominum irata corrigit, inflammata custodit, ita Salomone dicente, Fili, ne deficias à disciplina domi
Prouer. 3 ni, neq; fatigeris cum ab eo increparis: Quē enim diligit dominus, increpat, flagellat autē omnē filium, quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina aut emendet, aut saluū faciat. Quam si quis sapiens apprehenderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum
Cap. II damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationabilem putet, sub qua uidet uniuersis quæ in cœlo, & sub cœlo sunt, uerbo cooperante compositis omnipotentis dei statre consilium. In principio enim operis sui, deus nihil prius quàm disciplinam fecit. Nam cū assistente

A assistente sapientia, cœlum suspenderet, terram pararet, maria cōcluderet, & suis locis, suisq; temporibus cursum solis, lunæq; globum disponeret, omnia sub disciplina cōstituit. Quid autem non esset tenebrosum, quid non incompositum, quid non haberetur absurdum, nisi constitutis legibus cuncta starent elementa? Nunquid sine disciplina agitur solis cursus? qui quamuis diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit, ad officium tamen suum matutinus occurrit, & se in parte cœli quotidie terrarum spacia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinæ ratio, ut intra temporum metas lege conscriptas ita indefessi itineris alternis uicibus syderū cursus agitetur, ut nec luna defectionis suæ damna effugiat, nec solem diurni luminis flamma destituat. Nunquid sine disciplina est, quòd tanti maris fluctus humili terrarum littore continentur, & in suo sinu frequenter incitata uentis altior aggere unda concluditur? Omnia profecto insipiens natura confunderet, nisi mundum disciplinæ ratio gubernaret. Hæc ideo proposuimus dicere, ut disceretis obedire euangelicis præceptis, & cœlestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animā, & ad dei imaCap. III
ginem factam expediat, facile potest homo intelligere, cum uidet sacratis per uoluntatem dei constitutionibus disciplinæ etiam elementa seruire. Audite prophetam dicentem: Ser- Psal. 2
uite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Bene in omnibus causis timor obtemperat disciplinæ, qui pro hoc ipso quòd imminentes periculorum casus aut iras iudicum cauere nouit, potestatē cōseruandæ salutis obtinuit. Quid igitur adultero castū? quid furi esset tutū? quid latroni non peruium? Quis non expauesceret concaua littorum, secreta syluarū? Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo uiuendi, nunquam profecto finem poneret natura peccādi. Nihil est quod non gula suadeat, si gulæ disciplina consentiat. Nihil est quod non perdat luxuria, si amore uitiorum à te disciplina discedat. Nihil est quod non habendi cupidiB tate animus occupet, nisi auariciæ uitium disciplina condemnet. Omnia sub metu disciplinæ uitia iacent. Iam non est in quo fides unquam erubescat, si homo futurum dei iudicium respiciat, & causam reddendæ rationis intendat, nec est in quo uindex scelerum flamma desæuiat, si intuitu disciplinæ, aut quæ sunt honesta cogites, aut quæ sunt pudenda castiges. Multi ibi nomen crudelitatis imponunt, ubi pro amore disciplinæ crimen admissi sceleris supplicio uindicatur latronis, cum sententia uindicantis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manum porrigat. Quis igitur non licite crederet se debere peccare, si impudicis & impijs actibus iudex non perscriberet disciplinam?

Videamus quid lex loquatur, Non occides, non adulterabis, non falsum testimoniū Cap. IIII
dices. Hæ sunt disciplinæ legis, quibus etiam districtio sententiæ secularis obsequitur, impu- Exod. 20
gnando turpia, resecando criminosa. Nam adijcit scriptura, Iudex non est uindex positus Rom. 13
boni operis, sed mali: ita ut etiam uicarium pœnæ genus exigat, cum dicit, Oculum pro ocu Leui. 24
lo, dentem pro dente. Sed istam antiquam sententiæ seueritatem facile uitare possumus, si flammas futuri iudicij cogitemus. Absolute autem docet Paulus apostolus posse cōtemni secularis arma iudicij, qui dicit, Si uis potestatem non timere, quod bonum est fac. Sed hæc Rom. 13
non ocioſe tractanda sunt: nam cum de his terrenis potestatibus Apostoli doctrina cōmemorat, sensibus nostris cœlestis iudicij partes insinuat. Nam cum docet seruiendum seculi legibus, admonet necessario hominem futuris cauere temporibus. Si uis, inquit, non timere potestatem, quod bonum est fac: Hoc est dicere, si uis futurum non timere iudicium, Declí- Psal. 36
na à malo, & fac bonum. Ergo hanc primam constitutionis formam, quæ seculi legibus caret, cauere debemus & uincere, ut possimus à nobis illud præiudicium perpetuæ mortis excludere. Quia quos ista temporalis non affligit pœna, hos illa in æternum insatiabili tormētorum persequitur dolore. Nemo autem illum homicidij crimen euasisse æstimet, quem excusatum secularis iudicij corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterij facinus prætermissum putet, qui indulgentiæ lege deprehensus euasit. Nemo cum sanam dexteram uidet, fal-

sitatis reo debita iure supplicia iudicet fuisse concessa. Defunctis corporibus salua sunt cri- A
mina, nisi fuerint prius apud deū lachrymarū intercessiõe purgata. Expectat em̄ reum suū
gehenna debitis armata supplicijs. Ad confusionem magis præsentis uitæ, non ad absolu-
tionem criminis pertinet autoritas sententiæ secularis. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogi
tanda supplicia, ubi homo uiuet durante pœna, ubi nec tormenta corpori, nec desunt mem
Cap. V bra tortori. Quæ tamen facile uitare possumus si habenas disciplinæ teneamus,
Rom. 13 dicente Apostolo, Si uis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex ea. Quis
sapiens non ad hæc disciplinæ bona animum lætus apponat, ubi potest homo non solum
criminis pœnam uitare, sed & gratiam laudationis acquirere? Audite prophetam dicen-
Psal. 2 tem: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. In
hoc loco ad illos puto pertinet ista sententia, ad quos nondum disciplina peruenit, qui ad-
huc in deuijs morantur, capti antiquo superstitionis errore. Probantur enim sub lege nun-
quam uixisse, qui admonentur ut apprehendant studium disciplinæ. Sequitur in hoc psal-
mo, Ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Igitur si illos propheta statuit
reos, ad quos disciplina nunquam peruenit, quid de illis iudicandum putamus, quos disci-
plina destituit? Inter utrorumq; actus autoritas propheticæ lectionis incusat minorem pla
nè culpam, non peruenisse ad disciplinam, quàm legem disciplinæ respuisse. Ecce dicit pro-
Sap. 3 pheta, Qui spernit disciplinam, odit animam suam. Et uere ut dixit ita est: nam hostis est &
inimicus animæ suæ qui spretis disciplinæ monitis, diabolicis occupatur officijs. Dicunt ali-
quanti disciplinam satis duris legibus constitutam. Loquantur ista satis miseri, quos ad
omne facinus ille diabolus autor mortis inuitat, quorum mentes insatiabilis gula possidet,
super quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captiuos tenet, & à quibus nunquam super
bia ingrata discedit. Illis autem quibus est studium honeste fidem seruare continentiæ, hu
militati, pietatiq; seruire, dulce disciplinæ onus est, & leue iugum domini, quod non grauat,
Cap. VI nisi aut perditos, aut perituros. Erubesco dicere in confusionem humanæ negli- B
gentiæ, quare apud aliquantos parum proficiat disciplina, cum uideamus pastorale magi-
sterium etiam apud muta animalia non perire. Doceant nos ecce seruare ordinem disciplī
næ tam docilis equorum animi, cum in gyrum ducti flexuosis gressibus membra compo-
nunt, & sub unius habenæ retinaculo ita laxari se cõsentiunt, ut & currēdi & standi modus
sub quadam legum dispositiõe seruetur. Ita quos natura numero diuidit, studio disciplinæ
coniungit. Videte quàm fortia boum corpora plaustro subiaceant, quæ intantum imperio
animum parant, ut tumentia naturaliter leui iugo colla supponant. Ita disciplinæ constitu-
tionibus seruiunt, etiam quæ in feritate nascuntur. Vnde miror aliquotiens hominem, cui
inest sapientia & intellectus prudentiæ, passim præcepta disciplinæ negligere, cũ uideamus
mutum animal uitia cauere, iussis obtemperare, imperio deseruire, atq; ita ad omnem obe-
dientiam animum aptare, ut cum opus fuerit, armatis legionibus occurrat, & hostilibus se
Esa. 1 telis iussum obijciat. Audite in hoc loco prophetam dicentem: Cognouit bos possessorem
suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit. Vereor dicere, ne uestrā
negligentiam pulset ista sententia. Non autem cognoscit dominum, qui conditionis suæ nõ
Cap. VII cognoscit officium. Ostendam sanè quomodo dominus possit aut inueniri, aut
cognosci, si tamen est animus uidentis. Si uis uidere dominum, require mendicum, respice
ad pauperem, suscipe peregrinum, uisita infirmum, curre ad carcerem. Si uis uidere deū, uin-
cula captiuitatis absolue, nodos iniquitatis incide. Audi de hoc dominum dicentem, Esuri-
ui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes fui, & suscepistis me, nu-
Matth. 25 dus fui, & operuistis me, infirmus fui, & uisitastis me, in carcere eram, & uenistis ad me. Mo-
neo itaq; ne despicias nudum, ne cæco manum subtrahas, ne inuolutum pannis cõtemnas.
In hac enim ueste primum dominus cum à magis quæreretur inuentus est. Et quia de disci-
plina fecimus mentionem, sub qua fides Christiana uiget, necesse est ut omnia in aures ue-
stras uitæ ornamenta deferantur, ut intelligat unusquisq; parum sibi prodesse conuersatio-
nis fa-

A nis famam, nisi in contemptu mundi amauerit disciplinam.
Ergo cui studiũ est, Christũ colere, prius cordis & corporis suscipiat indumenta. Oīs Cap. VIII
igitur uita religionis professæ, integritatis debet famam sentire, ne quē expectat corona uir-
tutis, pudoris damno feriat. Corporis integritas uitam muniat, integritatem fides incontа-
minata custodiat, ut manente utriusq; partis beneficio, immaculatum hominē faciat regna
re cũ Christo. Sed in hoc solum cõstat conuersationis nostræ ratio, ut boni simus. Laboran
dum igitur illi ante omnia est, ut qui bonitatē sequitur, bonus esse iudicetur. Nam q̄uis ho
mo purum corpus immaculatumq; custodiat, laceratam uitam ad deū portat, cuius actus
uultũ infamat, licet sciamus conscientiam solam bonis actibus posse sufficere. Sed quanto
melius est ut semper de te bene sentiat qui circa ianuam suam uanis suspitionibus frequen-
ter ægrotat? Insitũ est enim naturaliter uulgo, ut de bonis semper male iudicet. Sed tu qui
curam bonæ famæ colis, studio tuo gratiam integræ opinionis acquire. Vita ergo no-
stra ita sit lucida, ut sit omnibus nota. Integritas religioni, pudor seruiat humilitati. Quem
amor tenet seruandæ integritatis, ante omnia falsi ad se famam non admittat erroris. Ma-
gnum est quidem & gloriosum, & usq; ad cœlum omnium ore proferendum, nunc̄ malis
actibus locum dedisse: sed multo fortius est, nunc̄ falsis suspitionibus laborasse. Quid em̄
tibi prodest sobrietas, si uitia ebrietatis exerceas? Quis te non ebrium iudicet, si inter effluē-
tes uino calices saltantiũ gyros imiteris? Quis te castum putabit, si te uiderit meretricum fa-
bulis mixtum, scenico sermone compositis, aut loquētem turpia, aut inhonesta resonantē?
Laudo quidem conscientiam castitatis in te, sed odi colloquium meretricis.
In quo loco fortasse dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura cõscientia. Quantum ad in- Cap. IX
nocentiam pertinet tibi soli sufficit. Sed prouidendũ est, ne facilitate tua alter peccet, & alie-
num peccatum in te redundet, iuxta illud quod dicit scriptura: Væ illi per quem scandalum Matth. 18
uenit. Quamuis autem precioso serico corpus uestias, & niueo uellere membra componas,
B non sine macula diē transigis, si camini ardentis ora contigeris. In omni igitur actu tuo uitā
tuam disciplina comitetur. Si uis placere Christo, elabora ut professionem tuam fides adiu
uet, fama cõmendet. Præcedat uos patientia humilitatis socia, assistat pudicitia integritatis
magistra, fugiat cupiditas, erubescat ebrietas, luxuria actus suos lugeat, superbia confusa di
scedat. Quicunq; igitur est qui festinat deum agnoscere, sub hoc disciplinæ ordine Christũ
poterit inuenire. Multa quidem erāt adhuc dilectissimi, quæ disciplinæ ratio suadebat ape-
rire, quæ interim putauimus differenda, ne ociosis auribus fastidium pareret longa narra-
tio. Sanè ne quid in hoc opere subtraxisse uideamur, elaborabimus ut ea quæ religiosis acti
bus competunt sequenti tempore differamus.

Finis.

AD LECTOREM.

Sermo locutuleij, nec docti, nec diserti. Quid habuerunt uel frontis, uel
mentis, qui talia scripta nobis obtruserunt nomine Augustini.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HYPPONEN.
episcopi, De uisitatione infirmorum liber primus.

VISITATIONIS gratia nepoti meo charissimo morienti extremum ua Cap. I
ledicturus hesterna die processi: sed tactus dolore cordis intrinsecus, nõ si-
ne quantulacunq; oculorum humectatione, uix in uerbum aliquod tandē
ora singultuosa resolui, unde nec digna me, nec digna se satis proferre po-
tui. Si enim, quod omnium est ausus animus dolore nõ minimo affectus,
uerba attemperaret, ipsa uerborum attentatio lachrymarū esset augmentatio. Parcebam
itaq; uerbis, ut parcerem lachrymis. Non consolatorias siquidē effundere lachrymas, effœ-
minatorum est: porrò nullas, cum gaudere cum gaudentibus, flere cũ flentibus iubeamur,

& inobediẽtia & inhumanitas est: Nam & lachrymatus est Iesus. Plorabo igitur mi nepos dilectissime, ne si inobediens & inhumanus sum, non sim imitator saluatoris mei Iesu, temperabo quoq; me à lachrymis, ne nimis uidear effœminatus. A.

Cap. II Tu quoq; quia uiam uniuersæ carnis nepos amatissime ingredi festinas, quo uisurus es parentes tuos, patriarchas sanctos, omnium etiam summam beatitudinem. Ad tanti igitur itineris ne deficias in uia subsidium, grande uiaticum tibi est necessarium. In muro ciuitatis supernæ apponendus est lapis uiuus, in cuius ædificatione nõ auditur strepitus aut malleus. Hic proferendus est strepitus, hic adĥciendus est lapidi malleus, hic conterendum est totum lapidis quadrandi superuacaneum. Strepitus sit peccatorum tuorum recordatio, super quibus perstrepet in aure sacerdotis humillima tua confessio, iuxta illud apostoli Iacobi, Confitemini alterutrum peccata uestra. Malleus sit pœnitentia cordis plus quàm pectoris percussio, quæ utraq; dum adhuc aliquantulum in hac uita prævalent, ita modificentur, ut in ædificij dei appositione necessaria habeantur. Nam quò uadis? Ad uitam. Per quam uiam? Audi deum dicentem, Ego sum uia, ueritas & uita. Nõ potes errare, Christus uia est. Non potes falli, Christus ueritas est. Non potes non uiuere, Christus uita est. Per Christũ uiam uadis ad Christum ueram uitam: Christus uia est, tu uiator, Christum uiaticũ porta: conducet te ad seipsum uia, ueritas & uita. Sed quomodo inuenies uiam istã, quomodo inuenies uiaticum? Christus deus est, deus autẽ ubiq; est. Si deus ubiq; est, & in te est, post te est, ante te est, & incircũitu tuo est, dei oĩa plena sunt: ne longe deũ arbitreris, ubicũq; quæ sieris, ipsum inuenies. Si ascenderis in cœlũ, illic est, si descenderis ad infernũ, adest. Si assum pseris pennas tuas diluculo, ut habites in extremis maris, etenim illic manus sua deducet te, & tenebit te dextera sua. Deus igitur ubiq; est. Hospitem deum habes, hospitium acceptũ fac hospiti tanto, & tunc securus dices hospiti tuo, ut in eundo deducat te, & in deducendo conducat te, in conducendo perducat te, & in perducendo hospitetur te.

Cap. III Dico tibi, si sibi gratum exhibueris hospitium, gratum & gratius exhibebit tibi hospitium suum. O q̃ beatus eris si hospes dei fueris, si in ciuitate sua, cœlesti scilicet Hierusalem, mansionem acceperis. Si deus in die aliqua tibi gratias agens dixerit: Hospes fui, & collegisti me, & q̃diu fecisti uni ex his minimis meis, mihi fecisti: Veni benedicte patris mei, percipe regnum. Errabam equidem, quoniam pro hospitio tuo hospitium dei promiseram, tibi est iam conscriptum, imò iam conregnantem hospitem uocaueram. Non promittit tibi deus hospitium, promittit regnum, regnabis cum Christo, eris hæres dei, cohæres autem Christi. Sed ad tãtam felicitatẽ adipiscendam præparatio multifaria tibi charissime est necessaria. De cõfessione & pœnitentia superius breuiter notatũ est: Cõfiteri & pœnitere, à malo est declinare. A malo declinare, quodãmodo bonũ est. Sed audisti: Declina à malo, & fac bonum. Bona est à malo declinatio. Sed necessaria est ad bonũ faciendũ festina & efficax exhilaratio: Hilarem enim datorẽ diligit deus. Et quid est bonũ facere? In publico est boni faciendi regula. Enarrat sibi bona impensa doctor doctorũ ita dicens: Hospes fui, nudus & in carcere, sitiens & esuriens, & ministrasti mihi. Et hæc mihi fecisti q̃diu uni ex minimis meis fecisti. Grande bonum quod cum sit in pauperes, redundat in deum. Sed in pauperes largitio non est totius boni exhibitio. Dicit Apostolus, Si distribuero in cibos pauperũ oĩes facultates meas, charitatem aũt nõ habuero, nihil mihi prodest. Ergo totius boni sũma est charitas. Distributio facultatũ tuarũ in pauperes, nisi ex radice charitatis ꝓcedat, in deũ nõ redundat. Deus charitas est: quod ex deo procedit, in deũ redundat: quod in deum non redundat, ex charitate non procedit. Ex deo igitur processio, & in deum redundatio, dei dona sunt. Distribue igitur tua sic in pauperes, ut in deum distributio redundet. Sed quid distribues? Forsitan deest quod distribuas. Audi Tobiam, Fili, si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si autem exiguum, etiam illud exiguum impertiri stude. Si dederis alicui calicẽ aquæ saltem frigidæ, non perdes mercedem tuam. Sed forsitan & aqua deest: sed habes quod distribuas, habes teipsum, da teipsum deo, & habebis ipsum deum. Quomodo dabis te deo?

B

Matth. 25 Rom. 8 1. Pe. 3 2. Corin. 9 Matth. 25 1. Cor. 13 Tobiæ. 4

Dispone

C Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non uiues. Forsitan domum non habes, dispone tibi, si non disponis domui. Qualis erit illa dispositio? Dilige deum, & diliget te deus. Assume pennas cum quibus ad deum euoles. Pennæ quibus euoles sunt dilectio dei & proximi. Dei & proximi dilectio, aperta tuĩpsius est dispositio. Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. De dilectione dei quid dicam? Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis uiribus tuis. Diligat deum oculus tuus, os tuum, manus tua, pes tuus, omnis sensus tuus. Quicquid dilectionis in te est, tu totus diligas deum. Hæ sunt duæ alæ quibus euoles ad cœlos, transueharis ad sanctos, inseraris inter angelos. Si ociosa sit manus ab opere, pes à deambulatione, sed nũquam sancta anima uel mens timẽs deũ, uacare poterit à dilectione. Sed dicis, Diligo deũ. Bene, utinam sit in re quod promisisti sermone. Dilectionis dei probatio, mandatorum ipsius est completio. Operũ suorum uoluntaria completio, amare quod amat deus, ardenti desiderio amplecti quod facit deus. Si igitur deũ diligis, quod facit deus diligis. Et si quod facit deus diligis, disciplinam dei flagellantem te diligis, flagellum dei sustines, tussi laboras, pulmone deficis, cibum stomachus respuit, phthisi decoqueris, uinũ fastidis, dysenteria sauciaris, multimodo morborum genere afficeris. Sed & hæc, si oculum habes, si recordatus es, dei dona sunt. Disciplinam patris ne abijcias fili, Nemo filius quem non corripit pater, sed noli deficere à disciplina domini, & ne fatigeris dum ab eo argueris: Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Vis scire, quia infirmitas corporis salutem animæ parturit, audi dominum apostolo respondentem: Virtus in infirmitate perficitur: ac si dicat: Complectere quam pateris infirmitatem, quoniam ita proficies de uirtute in uirtutem, si in infirmitate uirtus augmentatur. Virtus autem est salus animæ, infirmitas corporis: quandoquidem per uirtutem animæ parit salutem. Donum dei est: Non enim est aliunde nisi ex deo salus animæ. Flagellũ ergo dei ne cõtemnas,

D sed flagellatus dic deo gratias. Dilige corripientem, dilige corrigientem, dilige arguentem. Non in furore, non in ira, sed in misericordia aperi pulsanti, deuotus esto uocanti, gratias age miseranti, redi ad te, cogita parumper: cogita de deo, pensa si potes: quoniam super omnia opera sua ipsius miserationes. Ipse deus est, ipse iudex est, nec te uult damnari, nec uult te male iudicari, uult tui misereri, flagellat in te misericorditer qui in cum deliquisti pertinaciter. Deus meus, deus meus audebo dicere, pace tua dicam, quoniam magno repletus gaudio dicam: In quodá ecstasis tripudio de te præsumendo dicam, nisi quia deus es, iniustus esses, quia peccauimus grauiter, inhæremus peccato pertinaciter, gaudemus de peccato, post peccatum ambulamus, extenso collo peccatum nostrum prædicamus, nec abscondimus, & tu placatus es: nos te prouocamus ad iram, tu autem conducis nos ad misericordiam. Nos iritamus te ad furorem, tu autem differs uindictam. Iusto exterminio punire poteras peccantes, subuertere negligentes, & patientia tua expectat ut corrigamur pœnitentes. Deus meus misericordia mea. Nunquid non hæc est iniusticia? Sed nunquid iniusticia apud deum? Absit. Quòd enim sustinet deus, iudex iustus patiens, quòd iusta fœcritas flectitur misericorditer, totum deus est. Neque enim aliter deus esses nisi flectereris, nisi patereris, nisi misereris, nisi deus esses. Quodcunque igitur facis, tuũ est. Fac igitur deus quod facis, quia quod facis, tuum est: quod tuum est, bonum est: quod igitur facis bonum est, deus meus misericordia mea.

Esa. 38 Cap. IIII Leui. 19 Rom. 13 Deut. 6 Cap. V Rom. 9

Tu igitur chare mi, ad modicum migraturus de mundo, tantam & tam ineffabilem benignitatem domini dei tui ne spernas, flagellum ipsius gaudenter suscipe: Flagellat in te quod nescis, nec iniuste: Iusta enim sunt ipsius iudicia, morbus hic corporis, medicina est spiritalis. Porrò recogita q̃ morbus tuus, ut aiunt medici, est incurabilis, & tecũ reuolue, q̃n si cõtra deũ præsumpseris murmurare, & morbum uelis nolis, sustinebis: nec murmurando sanaberis, imò anima debilitaberis, dũ contra deũ tuũ, patrẽ tuũ, medicum tuũ, magistrum

Cap. VI

tuum manſuetiſſimum & tranquilliſſimũ, in ipſo flagello pacatiſſimum,qui nunq̃ iratus C
eſt,cum iratus eſt miſericordiæ recordabitur,murmuraueris.Meis igitur acquieſce conſilijs,
& quandoquidem murmurando duo mala ſuſtineres,pacificus eſto,& grauamen corpora
le fac tibi antidotũ ſpiritale:Non enim ſi in flagello uis deũ recognoſcere,corpore & anima
flagellaberis,non enim flagellat deus bis in idipſum. O q̃ iucundo pectore,q̃ læto corde,
uiſitationẽ diuinã debes præoptare.Certe ſi corpore totus prævaleres,infirmitatem medici
nalem à deo debueras uotis omnibus expetere,ne ſanitas corporis infirmitas eſſet animæ
metuere. Nihil aliud ſcio,ſed quia infirmaris, utiliter debes gaudere,quia iuxta eſt uocatio
diuina:Debes ei totis niſibus lætus adhærere.Eia ſi epiſcopatũ aut honorẽ aliũ,aut ſanita
tem infirmis optabilẽ tibi conceſſiſſet deus,nõne omni gaudio illud donum dei ſuſciperes?
Certe maiori exultatione & affectuoſiori uoluntate,cũ gratiarũ etiam actione hanc dei ani
maduerſionem debes tibi unicam habere,quia & hoc utiliſſimũ donũ dei eſt.Porrò ſi de ui
tæ iſtius naufragio,decq̃ compendioſæ mortis cõparando cõmercio cogitares,q̃ inenarra
Apoc.14 biliter uiuere faſtidires,q̃ feſtinanter mori in dño concupiſceres,Beati enim mortui qui in
dño moriuntur.Nam ut collationẽ quandã breuiter faciamus,conferamus ſi placet de ui
ta præſenti,quæ initium dolorũ eſt,& quaſi per amicũ litigium quid potius appetendũ ſit,
male uiuere,an bene mori, diſcutiamus: nã bene uiuere præſentialiter nemo poteſt,Omnis
pſal.115 enim homo mendax.Et Apoſtolus homo præ cæteris hominibus uidens aliam legẽ in mẽ
Rom.7 bris ſuis legi mentis ſuæ repugnantẽ,cupit diſſolui & eſſe cũ Chriſto.Et ſcimus quia omnis
Phil.1 creatura ingemiſcit & parturit,uſq̃quo liberetur à ſeruitute corruptionis per eum qui ſubie
cit eam in ſpe.Deniq̃ quis numerare poteſt præſentis uitæ moleſtias? Eſurire, ſitire, algere,
calere,laſſari,& innumerabilia ex ipſa conſuetudine nobis domeſtica ſunt: tamen initium
dolorum hæc.Sed ut altius reuoluamus quæ intra nos ſunt,cupere, amare, odire, fornicari,
adulterari,occidere uel occidi,rapere,furari,nõne inimicæ paſſiões nobis ſunt,tamẽ quis im
munis,quis liber eſt ab his omnibus? Et quis tot & tantarum obnoxius paſſionum,immu D
nis erit à peccato? Et quis uiuens ſub peccato, bene uiuit? Ergo male uiuit omnis homo, &
peccatũ malũ eſt.Deniq̃ audenter ꝓnuncio,quia principiũ uitæ hominis initiũ dolorũ eſt.
Fuere philoſophi hoc nõ ignorãtes,qui in ortu puerorũ lugebant,in morte aũt gaudebant:
2.Reg.12 hoc ſignificãtes, quia homo ad laborẽ naſcitur,ad requiẽ aũt moritur.Sanctus etiã Dauid
& de ortu & de uita filij,quẽ de Berſabee ſuſceperat,intãtũ eſt cõtriſtatus,ut dũ puer adhuc
uiueret,lugens & incœnatus maneret,mortuo aũt puerulo & gauderet & cœnaret. O mors
deſiderabilis,ô mors omniũ malorũ præſentiũ finis,ô mors laboris clauſula,quietis princi
piũ,quis excogitare queat tuarũ utilitates beatitudinũ? Nam male mori, Chriſtianorũ nõ
eſt:bene aũt mori,cũ Chriſto uiuere eſt.Et quis ipſius beneficia ſufficiẽter expediat, quæ ho
minẽ Chriſto cõglutinat,quæ ut dictũ eſt,finis malorũ eſt,nutrix initiũq̃ ſecuræ felicitatis
eſt. Valeas mors mi dilectiſſima,confiteor ſi poſſem,libenter te cõplecterer, libenter te gu
ſtarem,ultro ſubirem:& teſtor, quia omnis mea cogitatio,& epiſtolæ præſentis frequẽtata
lectio inſtigat me ad tui dilectionẽ,tantum ne intempeſtiua uenias. Tu aũt caro mea & os
meũ,quẽ epiſtola mea uiſitat,quã & extremã moriturus accipis,de hac eadẽ epiſtola,& de
aliꝭ quæ in te ſunt exẽplaribus,cõſolationem accipe,ne in extremo poſitus,tanq̃ deſolatus
ad curiã dei tui uenias.His omnibus expletis oratio tibi eſt neceſſaria, ergo deũ alloquere,
& nihil ſecus egeris,de ipſo ſecurus ita affare:Deus meus,deus meus,miſericordia mea,refu
gium meũ,te deſidero,ad te cõfugio,ad te uenire feſtino,ne deſpicias me ſub tremendo diſcri
mine poſitũ,adeſto mihi ꝓpitius in his meis magnis neceſſitatibus:non poſſum me redi
mere meis operationibus,ſed tu redime me & miſerere mei.Diffido de meis meritis,ſed cõ
fido de miſerationibus tuis,& plus cõfido de tuis miſeratiõibus,q̃ diffidã de malis actibus
meis.Tu es ſpes mea deus meus,tibi ſoli peccaui,mea culpa:Qui fui tibi charus ad redimẽ
dũ,non ſim uilis ad perdendum, & nunc ad te uenio qui nulli dees:cupio diſſolui & eſſe te
cũ.In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ dñe.Reſpice in me dñe deus ueritatis,& præſta mi
hi deus

C hi deus meus,ut in pace dormiam & requieſcam:Qui in trinitate perfecta uiuis & regnas
deus,per omnia ſecula ſeculorum: Amen.

Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS epiſcopi, De uiſitatione infirmorum liber ſecundus.

SVPERIORIS tractatus curſum me clauſiſſe putaueram,cum quidam Cap.I
de fratribus illum accipientes,ipſi attentius inhærentes,accurate collauda
uerunt,& ſicuti teſtabantur pro alia utilitate ſui gratanter relegerũt,& eũ
cõmuni decedentium à ſeculo conſolationi neceſſarium iudicauerũt: ego
autem fraternum gaudium meũ exiſtimans,ita illud complexatus ſum,
ut in ipſorum lætitia mihi meũ complaceret opuſculum,& quod ipſe im
præmeditatus dictaueram,ſolitario peragerem ſcrutinio.Erant autem quæ ſcripta fuerant,
ſimpliciter,ſed ut reor catholice dicta. Vnde & dictorum ſimplicitati propter fratrũ bene
uolentiam,qui iam ita laudauerũt,peperci.Ipſi autem licet uolumen eſſet paruulum, Viſita
tionem illud infirmorum appellauerunt: ego autẽ ſuperiora uti erant,manere paſſus ſum.
Sed quoniam epiſtolari ſtudueram breuitati,quædã prætermiſerã quæ ad eandẽ infirmi ui
ſitationẽ neceſſaria fuiſſent.Ea ergo quæ cõpendij gratia prætermiſerã,necnõ & ea quæ ſup
idem negocium à me poſtea requiſita ſunt,ſtilo ſubſequẽti cõmendaui. Erãt quoq̃ ordine
præcedentia, ſed ipſa præpoſterauit ad alia tendenti non inutilis uelocitas.

Mi chariſſime receſſurus à nobis,te etenim compellit dies ultima,fidelis eſto,ſine fide Cap.II
enim nõ potes placere deo,neq̃ enim infidelis deo eſt acceptabilis.Sunt ergo de deo multa
credenda,ad ſalutẽ animæ neceſſaria.Sacramẽtis igitur diuinis fides plus q̃ uerborũ argu
mẽtatio adhibenda eſt:Neq̃ etenim ſingillatim de deo credẽda per rationis argumẽta poſ
ſumus cõprehendere,poſſumus aũt & debemus credere:nam neq̃ de deo loquimur, quin
D à nobiſmetipſis aliquantulũ mente excedamus.Vbi igit̃ eſt mentis exceſſio, idonea eſt fi
dei ſucceſſio.Mirabile ergo illud de trinitatis unitate,de unitatis deifica trinitate, ſacramẽtũ
magis eſt credendũ q̃ exponendũ:Enimuero credatur ſacræ ſcipturæ teſtimonijs. Sunt &
alia de deo filio,quaſi nobis propinqua & cõtigua,& ex ipſa ſui propinquitate & cõtiguita
te nobis familiaria,& ex ipſa familiaritate delectabilia.Delectabile quippe eſt homini & ſa
lutare morienti,loqui & ſatiari de humanitate Chriſti.Quòd em̃ uerbũ caro factum eſt, & Ioan.1
habitauit in nobis,hominis eſt:q̃ homo deus factus eſt,hominis eſt:utrũq̃ igit̃ hoc ineffa
bile ſacramentum hominis eſt.Quoniã ergo infirmus hominis intellectus ex ſuijpſius hu
manitate ponderoſa hebetatus,uidẽs nũc per ſpeculũ in ænigmate,dei nõ poteſt diuinitatẽ
ut dignũ eſt cõprehendere,ad illã quæ ſua eſt,Chriſti humanitatẽ,oculũ ſuũ intectualem re
flectat.In illa delectet̃,ex illa quoq̃ ſatietur,ad ipſam faciem ſuã cõuertat,ſicut de Ezechia
dictum eſt, Cõuertit Ezechias faciẽ ſuã cũ lachrymis ad parietẽ.Paries Chriſti humanitas 4.Reg.20
eſt. Vnde ita Salomon: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.Diuinitas ipſius uidelicet ad Cant.2
nullum deflexa uel deflectenda peccatũ, ſub carne noſtra latitabat:Nam & in terris uiſus Baruch.3
eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.Ad hũc reuera parietem Ezechias ſub mortis arti
culo,quem ei ꝓpheta per ſpiritum prædixerat,faciem conuertit & ita conualuit.Hac ualitu
dinis expectatione tandem ſecurus Iacob ita tripudiat: Vidi dominum facie diuinitatis,in Gen.32
qua erat deus,ad faciem humanitatis,quam erat aſſumpturus,& ſic ſalua facta eſt anima
mea.Huius incarnationis deſiderio flagrabant omnes ſancti.Quippe qbus erat manifeſtũ
nõ aliter poſſe ſaluari genus humanũ,niſi per filiũ dei incarnatũ, Nõ em̃ eſt in aliquo alio Act. 4
ſalus,nec eſt nomen aliud ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat hominem ſaluum
fieri.Ad hũc igit̃ parietẽ noſtrũ,mediatorẽ noſtrum cõuerte faciẽ tuã familiarius,qd̃ tuum
eſt,aggredere ſecurius,ſcit cõpati tuis infirmitatibus, qui factus eſt tuæ infirmitatis partici
pando cõſocius,prærogatiuã noſtræ carnis in cœlos euexit ſuperius,qa exaltatus eſt ſuper
cœlos homo deus,participatus eſt noſtræ hũanitatis,ut nos ꝓticiparemur ſuæ diuinitatis.

Aude

Aude igit̃ fili mi de homine tuo deo facere quoddã participiũ,quia prior fecit deus de ho/ C
mine tuo puro sibi participium:ex diuinitate processit saluatio, & ex humanitate redem/
ptio,utrumq; tamen ex utroq;.Sed quod meum est,& quod ex me mihi quadam agnatio/
ne & cognatiõe,& quadam secreta affectione conglutino,quodam proprio iure cõsangui/
nitatis mihi uendico.Tutius & iucúndius loquor ad meum Iesum,quàm ad aliquem san/
ctorum spirituum dei:plus debet mihi Christus quàm alicui cœlestium spirituũ. Quod tu
es,fieri dignatus est deus,non factus est quod est angelus:&si sit magni consilij angelus,te
exaltauit super angelos,tu etenim iudicabis angelos.Nollem habere locũ angeli,si possem
habere locum debitum homini.Ad curiam dei sui,dei tui,præcessit deus tuus, homo tuus,
tunica tua,tunica polymita,quam sibi decentissime coaptauit,indutus illa,assiduus interpel
Psal.8 lat pro nobis,non iam ab angelis minoratus,imò gloria & honore coronatus,& super ope
ra manuum dei constitutus.Quem igitur habes intercessorem,habes mediatorem, consti/
Rom.8 tue tibi propitium adiutorem.Et si deus pro te,quis contra te? Firmiter igitur & fideliter cre
denda est dei incarnatio,passio & resurrectio,& super cœlos ascensio,necnon & tuipsius fu
tura reformatio.Hæc fili mi fides tua habeat,perscrutetur & teneat cor tuum, nihil dulcius
Rom.10 sapiat,os tuum audacter confiteatur & concinat,Corde etenim creditur ad iusticiã,ore autẽ
Cap. III confessio fit ad salutem. Et licet hæc sufficere ualeant ad salutem,tamen sunt quæ
dam exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria,& quasi quandam com/
punctionẽ penetrabilibus suis figentia,quæ & Christianitatis religio uult obseruari, & ami
corũ ad infirmos conuenientium deuotio gaudet adimpleri.Hæc & tu fili mi non negligas,
erunt siquidem & tibiipsi salubria,& mihi charisq; tuis consolatoria.Habent siquidẽ Chri/
stianorum arcana illius dominicæ crucis quasi quoddam uenerabile monimẽtum, quod de
crucis ipsius imaginatione crucem cognominãt,quod & nos omni ueneratione dignissimũ
fatemur, & ad recordationem crucifixi nostri ueneramur. Adhũcitur etenim super crucem
quædam hominis inibi patientis imago, per quod salutifera Iesu Christi nobis renouatur D
passio:hanc complectere humiliter,uenerare suppliciter,tamen hæc ad memoriam tibi re/
Versus duces:Nec deus est,nec homo, præsens quam cerno figura:Sed deus est & homo,& quẽ si/
gnat sacra figura,Verus homo uerusq; deus,tamen unus utrq; Probra crucis patitur,mor
tem subit & sepelitur:Viuit idem,crucis hæc per signa triumphat ab hoste:Id notum uobis
crucis huius littera reddit:Scilicet ipsius nota sunt crux & crucifixus:Hæc & ego uenero,Ie/
sum quoq; semper adoro.Tu autem bone Iesu,qui pro me pendens ita passus es, miserere
mihi digneris,& præsta ut qui mihi mortuus es,& ad hoc mortuus es,ut mundo moriens,
Cap. IIII tibi uiuam bone Iesu. Nec prætermittendum est illud apostoli Iacobi præceptũ,
Iaco.5 Infirmatur quis in uobis,inducat presbyteros ecclesiæ,ut orent super eũ, ungentes eũ oleo
sancto in nomine domini Iesu,& oratio fidei saluabit infirmum.Ergo sic roges de te & pro
te fieri,sicut dixit apostolus Iacobus,imò per apostolum suum dominus:Ipsa uidelicet olei
sacrati delibutio,intelligitur spiritus sancti typicalis unctio.Illud etiam uiuificum dominici
corporis supplementum susципere fili mi non renuas,quin potius illud auidissime quæras,
fideliter comedas.Cibus ille etenim incomparabilis,ineffabilis,uiaticum tibi erit saluberri/
mum,redemptionis tuæ precium,redemptoris monimentum,& redempti munimentum.
De cõfessione superiori tractatu te breuiter commonere feci,quod urgebat me ad alia ten/
dendi curiosa necessitas.Nunc quoque de eodem confessionis capitulo, recapitulationem
compendiosam facere dispono.Sunt quidem qui sufficere sibi ad salutem autumant,si so/
li deo,cui nihil occultum est,quem nullius latet conscientia,sua confiteantur crimina.No/
lunt enim,aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus,quos tamen inter le
pram & lepram discernere per legislatorem constituit dominus. Sed nolo ut ipsa decipia/
ris opinione,quatenus confundaris confiteri coram domini uicario, tabescens præ rubore,
uel cruciosus præ indignatione:nam ipsius humiliter subeundũ est iudicium,quẽ dñs sibi
non dedignatur uicarium.Ergo ad te uenire roges sacerdotem,& fac ipsum conscientiarum
tuarum

C tuarum penitus participem.Non seducat te somniantium illa superstitio quæ in uisitando
confirmat,quia saluat sacerdote incõsulto ad deũ peccatorum confessio. Nos autem nõ ab/
negamus quin sit ad deum frequenter referenda confessio peccatorum, Beatus etenim qui *psal.136*
tenebit & allidet paruulos uel maximos suos ad petram,Petra autem Christus est. Sed te/ *1.Corin.10*
stamur, & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudentium faues auribus, quoniam
prius eges sacerdotis qui mediator sit ad deum tuum salubri iudicio:alioquin & sub lege &
sub gratia:Ite & ostendite uos sacerdotibus,responsum diuinum,quomodo consummare/ *Luc.17*
tur:Confitemini alterutrum peccata uestra,quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarũ *Iaco.5*
arbiter dei uice,dominus adhibeatur presbyter,& reuela ei uias tuas, & ipse tibi exhibebit
antidotum reconciliationis. Neq; quidem,sicuti quidam faciũt,cum quadam cal/ *Cap.V*
liditate alloquaris presbyterum,quoniam talis allocutio tuiipsius foret deceptio. Accedunt
siquidem decepti ad sacerdotes,ita eis præsentibus confitentes:Ego peccator,domine sa
cerdos, peccaui periurando, adulterando, fornicando, hominem occidendo, mentien/
do,sacrilegium committendo, furando,rapiendo.Hæc omnia commisi,mea culpa,uel ope/
re,uel uoluntate.Ita isti deum irridentes,cum tamen non irridetur,confitentur quæ non fece
runt interpolantes,reuelata uelantes,ut sit idem in eodẽ peccatum denudasse,& denudatũ
obumbrasse,de quo sacerdos tunc incertior recedit,cum certa incerte audierit.O quàm be/
ne & iuste huiusce modi uersutijs sacerdos ille consuleret,si his omnibus quæ audiuit,iudiciũ
suum apponeret,& quasi reum de omnibus cõpetenti correctione mulctaret,qui se de oĩ
bus nihil excipiens,nihil ex nomine detegens,semet infamando aggressus est,bona quoq;
inordinate dispensauit,& tunc non erat his locus,& temperatior locus esset quo generalem
morbum medico detegere debuisset,si prius uulnera,liuores,plagas tumentes sibi singilla/
tim,prout grauius uisceribus instabant,euiscerasset.Tu uero fili mi,non ita facies, quoniam
saniori cõsilio crediturus es.Astantem coram te sacerdotem angelũ dei existima.Labia qui/
D dem sacerdotis,ait Malachias,custodiunt scientiam,& legem requirũt ex ore eius:Angelus *Malah.2*
enim domini exercituum est.Et cum qua & deum & angelum eius decet reuerentia, dei mi/
nistrum affari.Aperi ei penetralium tuorum abditissima latibula, conscientiarum uerecun/
darum penitiora reuela repagula.Non te pudeat coram uno dicere,quod te nõ puduit for/
sitan coram multis & cũ multis facere:nam humanũ est peccare,Christianũ est à peccato de
sistere,diabolicum est perseuerare.Ergo quæ mentem grauius exacerbant facinora,dei ange
lo manifesta,nihil obscurũ dicẽs,culpam nullis ambagibus inuoluens,nullis circũitionibus
quod uerum est operiens.Designanda etiã sunt in quibus peccasti loca,si recordaris & tem
pora,cũ quibus peccasti personis,nõ nomina ipsarũ,etiã ut à peccato desistant secreto corri/
genda familiaritas,in qua peccasti labilis ætas,quo gradu iam ecclesiæ inseruiebas, utrũ se/
mel an ex consuetudine,utrum necessitate,an ex uoluptate cecidisti. His enim omnibus sua
instant iudicia:si enim in iudicijs secularibus à locis loca discernuntur,alia censura uindica/
tur homicidium in regis curia,alia in uia publica,alia in agresti uilla: aliquando pro tẽpore
temporibus ignoscitur infantiæ,defertur aliquãdo senectuti,quæ media deferuet ætas,sæue
ra cohibetur habena.In solẽnibus,præcipue natalitijs perpetrata,feroci plectuntur extermi
nio facinora,sic & cætera quãto districtioribus eliminãda sunt animaduersionibus,in locis
deo sacratis,in tẽporibus festis deo dicatis,in ætate discretiori,in personis ꝓprie deo delega
tis,in gradibus cõmissa sublimioribus:nõne cui plus cõmittit̃,plus ab eo exigitur? Nõne mi
nus est hominem occidisse q̃p homines? Nõne leuius est semel deliquisse q̃p centies? Nõn/
ne celeriorem consequitur ueniã ex necessitate cecidisse q̃p ex uoluptate? Et q̃uis ubicunq;
peccetur,peccatum semper sit peccatum,& nullum tempus,nulla ætas,nulla persona,nullus
locus muniat peccantem à peccato, tamẽ hæc omnia modo suo discutienda sunt,quoniam
hæc omnia corripienda & corrigenda sunt.Hæc autem omnia si taceantur, uel dicta calli/
de pallientur,animam iugulant.Si denudentur,cum pœnitentia euanescunt,in nihilum re/
digenda ordine cõpetenti ꝓsequere,sine circũlocutione edissere peccata pro uiribus,imò ui
riliter

riliter extirpare contende. Heu cur erubescis cõfiteri quod facere nequaq; erubuisti? Melius C
est coram uno aliquantulum ruboris tolerare, quàm in die iudicij coram tot milibus homi-
num graui depulsa denotatum tabescere. Confessionem tuam pœnitentia comitetur, quo-
Psal.31 niam ita tibi remittetur iniquitas tua. Et, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum
tecta sunt peccata. Peccati quoq; confessio, peccatoris est damnatio, pœnitentia uero confes-
sionem parit utilem. Odium quoq; peccatis adhibẽdum est, quoniam peccatorum amicus,
animæ suæ est inimicus. Et perfecto odio odienda sunt peccata, quoniam facta sunt nobis
inimica. Momentaneas autem ipsorum illecebras, quæ ad momẽtaneam cordis percussio-
nem possunt annullari, pro quorum annullatione æternam possidebis requiem, per thesau-
rizationem in cruciatum ibis infernalem: nolle destruere cum possis, extremæ est demen-
tiæ. Confitere igitur chare mi nominetenus quæ te remordent flagitia, detege specialiter
quæ scis specialia: quotidiana de quibus non fuisti mundus, saltem cogitatione in collecta
generali appone, sicq; ex indulgentia confide. Iam uero sacerdote consulto ad deum referẽ-
da sunt tua delicta, ipsi iam tunc erunt præsentanda. Non enim talis præsentatio ultra erit
infructuosa. Et quod forsitan oblitus prætermiseram, debitoribus tuis ex corde dimitte de-
bita sua, & omnes homines in deum propter deum dilige.

Cap.VI Paginulæ nostræ quasi documenta uilia uidentur & despicabilia, quia non sunt rhe-
torico flatu & fastu cothurnata: uidentur & superflua, quoniam eruditioribus hæc omnia
erunt peruia. Sed est aliquando ut multa nouerint eruditi, de quibus non dubitauerunt, &
cogitant ut in eodem discendi genere eadem didicerint omnes. Sed nos de minus capaciũ
numero fuimus, & quomodo lassus bos calcet, perspicue nouimus. Accesserũt etiam ad nos
animabus suis consuli concupiscentium copiosa frequentia, & quidam ex simplicitate, qui-
dam ita loquebantur ex industria. Illis autem prout nobis collibuit consuluimus, tibi uero
cui cor nostrum artius inuigilat, & quem epistolæ respectus uisitat, quoniã dolor impatien-
tissimus tollit colloquendi gratiam, ex his quæ ex ipsis hausimus peritiores, hũc tractatum D
direximus. Tuum est igitur, tuum est, tibi quoq; pernecessarium est, qui sub mortis articulo
positus es. Iamq; si uideri posset, mortẽ uideres, quatenus ex nostra eruditione uigilantior,
uel ex tuipsius necessitate circũspectior tibi inuigiles, tibi prouideas, tibi consulas. Si autem
in nostris tractatibus quæ nesciebas indicaui, uel quæ sciebas iterum inculcaui, tibi tamen in
utroq; ex summa erga te diligentia nostrũ desudauit exercitum. Et si tibi non proderit, quo
niam hæc omnia sciebas, harum dictionum cõmonitoria connexio, quibusdam saltem mi-
nus sciolis prodesse habebit, mihi quoq; cui te cõmonuisse uoluptuosum est, quoniam mi-
Cap.VII hi satisfeci, ualebit. Sed ne quædam quorundam superstitio presbyterorũ à no-
bis intacta quasi ignota transigatur, nũc aliquantulum nostri sermonis cõsummatio, quo-
niam coram illis confitendum est, respiciat presbyteros. Esset autem id scribere superuaca-
neum, nisi errori cuidam iam in multos serpenti prætenderetur obuium. Melius est quoq;
ignorantiæ presbyterorũ consulere, quàm ignorantes in ignorantia sua incastigatos rema-
nere. Posset autem & tibi, quoniam nocuit multis, nocere, prout superius intimatum est, co-
ram sacerdote confiteri habes, ipsiusq; iudicium subire debes. Sed sicut stella differt à stel-
la in claritate, sic sacerdos differt à sacerdote in sua conuersatione. Multorum siquidẽ est uo
cari sacerdotes, sed non est omnium esse sacerdotes. Siquidem multis presbyteratus cõmit-
titur dispensatio, sed non omnes pariter cõmissæ dispensationis inseruiũt ministerio. Alius
equidem cõmodis præsentibus, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi exquirẽs, inexplebiliter
inhiat, alius præpeditur ex incuria, alius suffocatur ex ignorantia, & tamen ignorans igno-
rabitur, alius uero concreditæ custodiæ competẽter locum & tẽpus explorat, respondetq;
probati uita ministri necessitatibus iniuncti ministerij. Ex his uocandi sunt si noueris pe-
ritiores & curiosiores. Si enim morbis corporum medici probatiores exquiruntur, quanto
magis spiritalibus animarum putredinibus adhibẽdi sunt medici subtiliores, & si dici licet,
2.Tim.2 spiritaliores. Non dico tamen ut damnes uel reprehendas domini sacerdotes, Nouit enim
dominus

A dominus qui sunt eius. Sed dico, si recipis prophetam in nomine prophetæ, uel iustũ in no-
mine iusti, mercedem uel prophetæ uel iusti recipies. Ergo tales uocandi sunt.

Iam uide quid de ignorantia ignorantium proueniat. Audiuit quidam ex minus eru Ca. VIII
ditis sacerdotibus confessionem tuam, uidet infirmitatem tuam, nescit tamen res huiusce-
modi æqua lance pensare: ignorat quia uelox medicina subitaneis infirmitatibus uel in ex-
tremis positis sit pernecessaria, respondet ægroto, Frater, si superuixeris ita ieiuna, ita face le-
emosynam, ita ora: hæc cum omnia bene dixit, sed errorem impium anima duerte, Si autem
ex hac infirmitate morieris, ne anima tua deo uideatur impœnitens, per obedientiam iniũ-
go tibi, quatenus anima tua uel totam septimanam, uel annum integrum, uel tantum tem-
poris patiendo pœnam quam meruisti, in pœnitentia post mortem tuam sit. O exterminã-
da cordis cæcatio, ad consolandum uenerat infirmum, & cui maior & propera incumbit ab-
soluendi necessitas, absolutione interdicta ligationis adjicit particulã. O perditionis anima
rum occasio. Vtrum autem hæc sacerdotis allocutio confitenti noceat? Certum est autem q;
non iuuat, dei iudicio reseruetur. Sed quid huic consolatori, uel potius desolatori respõden-
dum sit, si forte requiras, Absolute dico, quòd docendus est iste, non sequendus: nec ibi erit
inobedientia, ubi est eruditionis humilis officiositas. Si autem huiusce modi putredinibus
qd' apponendũ sit cataplasma scire desideras, ut saltẽ sub occasione tui doceãtur presbyteri,
& hoc etiam proficiat saluti, quod in extremo positis & tamen confitentibus responderem
subtexo, Nemini imponendũ est quod aut impossibilitas ei abdicat, aut tempus euanescẽs
adimplere prohibeat. Si autem aliquid quod pauperibus prodesse habeat, manus eius in-
uenerit, aut amici sui de suo dare uoluerint, legale est ut peccata sua eleemosynis rediman-
tur, orationes etiam amicorũ ei profuturas credimus. Si autem quantulacũq; pecuniæ sum-
ma deerit, aut qui orent pro eo amicorum religiositas defuerit, & ex toto nihil nisi confiteri
& pœnitere ualebit, enormitas quoq; culparum eum aggregabit, quid isti faciam? Deducã
B eum, aut ego etiam de eo in desperationẽ deducar? Sed quis ô bone Iesu de misericordia
tua desperet? Audẽter pronuncio, quoniam cumulatius delictum est, à te desperatio, quàm
qualiscunq; humanæ fragilitatis offensio. Quare apostolorum primicerio lachrymæ profu
erunt nisi prosint & mihi? Latronis illius in euangelio memoria quare nobis tam uenerabi
liter recensita est? Quibus eleemosynis quibúsue operibus, uel orationibus respondisti mi
Iesu benignissime, dulcissime, misericordissime, quasi sub iureiurando, Amẽ dico tibi, hodie Lucæ 23
mecum eris in paradiso: nisi fidei suæ orationiq; breuissimæ, Memẽto mei domine dum ue
neris in regnum tuum? Dico itaq; omnibus, dico tandem confitentibus, dico confessis con-
sulentibus ne confessi desperent, ne sacerdotes post mortem aliquos ligent, imò cum suo Ie-
su dicant, Soluite eum & sinite abire. Melius est enim ut talis prosit, uel non noceat absolu- Ioan. 11
tio, q; obsit indiscreta ligatio. Nec prætendãt sacerdotes de fallaci securitate occasionẽ, quo-
niam melius est ut morientem in manus misericordissimi dei commendẽt, quàm desperã-
tem cum quibusdam inducíarum fabulis à regno dei eliminent. Nam quomodo dicet sa-
cerdos pro defuncto quem ipse ligauit, Absolue domine animam famuli tui, uel cæteras so
lutionum eulogias? Absoluendi sunt itaq; omnes absolutionem dũtaxat rogantes, nec su-
spendendi sunt à fideliũ cõmunione, quibus mors timetur sine dilatione, & quos peccatorũ
amara recordatio uel ciet in lachrymas, uel metus mortis ducit ad ueniam, sicut scriptura te-
statur, Et territi purgabuntur. Si tamen tales conualuerint, canonum diuturnam non negli-
gant subire censuram. Subitaneum ergo dum nõ diutius licuerit, hoc in extremo positis ad-
hibeatur consilium: hoc etiam charissime do tibi amice, ascende oraturus in templum do-
mini corde, si non potes corpore. Dic iustificandus cum illo iam iustificato peccatore, Deus
propitius esto mihi peccatori, ut ascẽdas iustus ad deum, iustificatus ab ipso, qui uiuit & re-
gnat per omnia secula seculorum. Amen.

Finis.

DE CONSOLATIONE MORTVORVM SERMO PRIMVS.

Eiusdem omnino farinæ cuius est superior.

Cap. 1 PRAEBETE silentium fratres, ne uos prætereat sermo utilis, & in tẽpore necessarius. Nam tunc uel maxime opus est medicina, quãdo grauis nascitur ægritudo. Et tunc sollicite collyrium adhibendũ est, cum fuerit oculus dolore turbatus. Quicunq; ergo non habent hunc dolorẽ, non extrepent, sed potius audiant, quia non impedit sanam scire medicinã quæ prosit. Qui uero per hunc casum turbatum habent oculum mẽtis, & doloribus cruciãtur, magis intenti sint ut aperiant oculum ad suscipiendũ salutaris uerbi collyrium, quo non solum consolationẽ, sed etiam remedium consequantur. Certũ est, quia is qui dolet, oculum si nõ medico infundenti collyrium, aperire uoluerit, collyrium quidem foras extra pupillam fundetur, oculus uero remanet in dolore. Sic & mens dolentis, si propter nimiam tristitiam oculos clauserit, & non recipiat saluberrimam admonitionem, incipi
1. Cor. 7 et plus dolere, & forsitan pati illud quod in scriptura cõtinetur, Quia tristitia huius mundi mortem operatur. Beatus ille Paulus doctor gentium & medicus salutaris, duas esse dixit tristitias, unam bonã & alteram malam: unam utilem, & alteram inutilem: unã quæ saluat, & alteram quæ perdit. Et ne dubiũ alicui uideatur id quod dicitur, ipsa eius uerba recitabo. Ait enim, Quæ secũdum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: hæc est bona tristitia. Sequitur deinde, Nam huius mũdi tristitia, mortem operatur, hæc est illa
Caput II non bona. Videamus ergo fratres, ista tristitia quæ nũc habetur in manibus, quæ nunc agitur in pectore, & auditur in uoce an utilis sit, an inutilis, prodesse uideatur aut nocere. Iacet ergo corpus exanime, iacet in tabula homo sine homine, membra utiq; sine spiritu: clamatur, nec respondet: uocatur, & nõ exaudit, iacet facies pallida, forma mutata, per quæ mors ipsa cernitur & horretur: cogitatur præterea perpetuum silentium eius, cogitatur aut D delectatio quæ fuit, aut futura quæ erat utilitas, cogitantur necessitates, ueniunt in mentem uerba dulcissima, longa consuetudo requirit. Hæc sunt sine dubio quæ mouent lachrymas, incitant ululatum, & totum animum in tristitiam mergunt profundam. Contra hæc tam ualida, tã fortia doloris arma, spiritalibus debemus armari præsidijs. Illud ergo primũ omniũ opponendũ est, quia omne quod nascitur in hoc mundo, necesse erit mori. Hæc est lex dei & sententia immutabilis, quam post delictum princeps generis humani accepit, dicente do-
Gen. 3 mino, Terra es, & in terram ibis. Quid ergo noui contigit, si homo ad hoc natus, diuinæ legi ac sentẽtiæ satisfecit? Quid noui accidit, si ex mortalibus natus naturæ propriæ, quia nec poterat excusare, respõdit? Non est inusitatum quod antiquum est, non est inauditũ quod continuum est, nõ est proprium quod commune est. Si auos & proauos nouimus per hãc uiam mortis prouectos, & ipsos deniq; patriarchas & prophetas, ab Adam protoplasto, non sine hoc casu audiuimus migrasse de seculo, eleuemus animum de profundo tristitiæ, quia quod debebat hic reddidit. Et utiq; debitũ cum redditur, quam potest habere tristitiam? Hoc est uere debitũ, quod nulla potest pecunia redimi: hoc est debitum, quod nec sapientia, nec uirtus excusat, nec potestas, nec ipsi deniq; reges potuerunt declinare. Planè hortarer & ego, ut augeres tristititam, si fuisset talis res, quæ cum posset tua substantia redimi, uel differri, aut negligentia tua, aut parcitate prouenisset. At cum dei decretum firmum sit & immutabile, frustra dolemus & de nobis quærimus quare sit mortuus, cũ scriptum sit,
Psal. 67 Domini domini exitus mortis. Ista ergo communis uitæ conditio si recipiatur in animo, in-
Cap. III cipiet grauatus cordis oculus, quasi prima infusione releuari. Sed dicis, Scio commu nem esse hũc casum, scio quia is qui mortuus est, debitum soluit, sed delectationem cogito, necessitates reputo, consuetudinem requiro. Si propter hæc tristitia afficeris, errore duceris, non ratione gubernaris. Scire enim debes, quia dominus qui hanc dederat dilectionem, da re potest & aliam potiorem: & qui tibi hanc intulit necessitatem, sufficiens est per aliũ occasionem

A sionem supplere. Vtilitatem uero sicut tuã uidere debes, & eius qui defunctus est cogitare, quia sic ei forsitan expediebat, sicut scriptum est, Raptus est ne malicia mutaret eius intelle- Sapien. 4
ctum. Placita enim erat deo anima eius, ideoq; properauit de media corruptione educere eum. De cõsuetudine autem quid fuisse uidetur? Quod ergo tempus præstat & dies, multo magis debet & ratio, & bona præstare cogitatio. Et illud maxime cogitandum est, quod di-
uina sententia per Apostolum diffinit, Quia tristitia huius mũdi mortem operatur. Quòd 2. Cor. 7
si tam oblectatio cõ utilitas præsens, siue consuetudo, res mundi sunt & gaudia seculi transi
do. Repetens autem iterum atq; iterum dicam, Tristitia mundi mortem operatur. Quare
autem mortẽ operatur? Quia solet nimia tristitia aut ad dubitationẽ, aut periculosam per
ducere ad blasphemiam. Sed dicet aliquis, Prohibes lugere mortuos, cum & Cap. IIII
patriarchæ plorati sunt? & Moyses ille famulus dei, & multi inde prophetæ, præsertim cum
Iob quoq; iustissimus suam plagam super filiorum conscideret necem. Non ego prohibeo
lugere mortuos, sed gentium illuminator Paulus, qui sic ait, Nolo uos ignorare fratres de 1. Thessa. 4.
dormientibus, ut non tristes sitis, sicut & cæteri qui spẽ non habẽt. Non potest euangelij claritas obscurari, siue quia hi q ante legem, aut sub legis umbra positi fuerãt, suos mortuos flebant. Merito flebant, quia nondum de cœlis uenerat Christus, qui fontem illum lachryma
rum sua resurrectione siccaret. Merito flebant, quia adhuc sententia permanebat. Merito la
mentabantur, quia nondum resurrectio prædicabatur. Sperabant quidem sancti aduentũ
domini, sed mortuos flebant, quia nondũ uiderant quem sperabant. Deniq; Simeon unus
de ueteribus sanctis, qui prius fuerat de sua morte sollicitus, postquam Iesum dominũ ad-
huc puerum in manibus attrectare promeruit, de suo exitu gratulatur & dicit, Nunc dimit- Luce 2
tis seruum tuum in pace, Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. O beatus ille Simeon, qui
quod sperauerat uidit, Iam mortem suam pacem & requiem cõputabat. Sed dices, In euan
B gelio ecce legitur, archisynagogi deploratam filiam, & sorores Lazari Lazarũ fleuisse. Sed
& illi adhuc secundum ueterem legem sapiebant, quia necdum à mortuis Christum resurre-
xisse conspexerant. Fleuit planè & ipse dominus Lazarum iam sepultum, non utiq; ut flen-
di mortuos formam daret, sed ut se per lachrymas uerum corpus assumpsisse monstraret.
Vel certe fleuit amore humano Iudæos, qui nec dei signo mõstrato, erant in eum crediturí.
Neq; enim mors Lazari causa esse poterat lachrymarum, quem ipse Iesus & dormisse dixe
rat, & resurrecturum se promiserat, sicut & fecit. Habuerũt ergo ueteres suum Cap. V
morem, suamq; fragilitatem, Christi aduentum præcedentes. Iam ex quo uerbum caro fa-
ctum est, & habitauit in nobis: ex quo primi Adæ datam sentẽtiam, Adam nouissimus sol-
uit, ex quo nostram mortẽ sua morte destruxit, & ab inferis die tertia dominus resurrexit,
iam non est terribilis mors fidelibus, non timetur occasus, quia oriẽs uenit ex alto. Clamat Ioan. 11
ipse dominus qui mentiri nescit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me etiam si mor-
tuus fuerit, uiuet, & omnis uiuens & credens in me, mortem non uidebit in æternum. Mani
festa autem fratres chariſſimi uox diuina, Quia qui credit in Christo, & eius mandata custo
dit, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Hanc uocem beatus Apostolus accipiens, & totis fidei ui-
ribus retinens, instruebat dicens, Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes
sitis. O mira pronuntiatio Apostoli, uno sermone ut utramq; doctrinam proferat, resurre
ctionem commendat. Dormientes namq; appellat illos qui moriuntur, ut dormientes eos
dicens, resurrecturos sine dubio consignet. Vt non, inquit, de dormientibus, sicut & cæteri
qui spem non habent, contristentur: nos autem qui spei filij sumus, collætemur. Quæ au-
tem nobis spes sit, ipse commemorat, Si, inquit, credimus, quia Iesus mortuus est & re-
surrexit, ita & deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Iesus nobis & hic ui- Philip. 1
uentibus salus est, & hinc recedentibus uita est. Mihi, inquit, uiuere Christus est, & mori lu-
crum. Lucrum planè, quia angustias & cogitationes quas habet longior uita, mors accele-
rans lucrifacit. Iam uero ordinem & habitum spei nostræ describit Apostolus. Hoc, inquit,

1. Thessa. 4 dicimus uobis in uerbo domini, quia nos q uiuimus, qui residui sumus, in aduentu eius non C
præueniemus eos qui dormierunt, sed ipse dominus in iussu & in uoce archãgeli, & in tuba
dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde & nos qui ui-
uimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum do-
mino erimus. Quod dixit Apostolus hoc est, quia cum uenerit dominus, inueniet multos
in corpore Christianos, qui nondum experti sunt mortem, & tamen non ante rapientur ad
cœlum quàm mortui sancti de monumentis resurrexerint, in tuba dei & uoce angeli, susci-
ti. Cum autem fuerint suscitati sancti, pariter cum uiuentibus rapientur in nubibus obuiam
Christo in aëra, & sic semper cum Christo regnabunt. Nec sanè potest dubitari, quòd pos-
sint corpora grauia in aëra alleuari, cum iubente domino Petrus ipsum corpus habẽs super
undas ambulauerit maris, & Helias per huius spei confirmationem, per hunc aërem curru
Cap. VI flammeo sit raptus per aëra ad cœlos. Sed quæris forte, quales erunt qui à
Matth. 13 mortuis surrexerint? Audi ipsum dominum dicentem, Tunc iusti fulgebunt in regno pa-
tris eorum sicut sol. Quid speciem decoremq; commemorem solis, cum eos figurari necesse
Philip. 3 est ad ipsius claritatem domini, ut testatur Paulus, Nostra, inquit, conuersatio in cœlis est?
Vnde & saluatorem expectamus dominum Iesum, qui transfigurabit corpus humilitatis
nostræ ad conformitatem corporis gloriæ suæ: & trãsfigurabitur sine dubio caro ista mor-
talis, ad conformationem Christi claritatis, induet mortale immortalitatem, Quia quod se-
minatum fuerat in infirmitate, protinus surget in uirtute. Non timebit caro amplius corru-
ptionem, non patietur famem, non sitim, non ægritudines, nõ casus aduersos. Pax erit tota,
& firma securitas. Vita utiq; cœlestis, gloria ibi & gaudiũ sine defectione præstabitur. Hæc
Philip. 1 in sensu & oculis gerens beatus Paulus dicebat, Optabã dissolui, & cum Christo esse. Mul-
2. Cor. 5 to enim melius & adhuc aperte docẽs, Dũ sumus, ait, in corpore, peregrinamur à domino,
Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Habemus autem magis bonam uolunta-
tem peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominũ. Quid agimus nos paruæ fidei ho- D
mines, qui anxiamur & deficimus, si aliquis de charis nostris migret ad dominum? Quid
agimus, quos peregrinatio ad Christi cõspectum separat? Vere uere peregrinatio est omne
quod uiuimus, Nam sicut peregrini in seculo sedes habemus incertas, laboramus, desuda-
mus, uias ambulantes difficiles, periculis plenas, undique insidiæ, à spiritalibus, à corpora-
libus inimicis, ubiq; errorũ calliculi sunt præparati. Et cum tantis periculis urgeamur, non
solum ipsi cupimus liberari, sed etiam liberatos tanquam pereuntes lugemus & plangi-
mus. Quid nobis præstitit deus per suum unigenitũ, si adhuc mortis timemus occasum?
Quid nos renatos ex aqua & spiritu gloriamur, quos profectio de hoc mundo, quæ optabi-
Ioan. 12 lis debet esse, contristat? Ipse dominus clamat, Si quis mihi ministrat, sequat me, & ubi ego
sum, & minister meus erit. Putas si rex terrestris ad suum palacium uel conuiuium aliquem
uocet, nónne libens & congratulans properabit? quanto magis ad cœlestem currendum
est regem, qui quos receperit, nõ solum conuiuas, sed etiam conregnatores efficiet, sicut scri-
2. Timoth. 2 ptum est, Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & cõregnabimus. Nec ego
dico, ut quis manus sibi inferat, aut se interficiat contra uoluntatem dei creatoris, aut animã
de corporis sui expellat hospitio: sed hoc dico, ut lætus sit & gaudens, cum aut ipse uocatur
aut proximi sui uadunt, ut euntibus gratuletur. Hæc est enim Christianæ fidei summa, ui-
tam ueram expectare post mortem, reditum sperare post exitum. Accepta igitur uoce
1. Cor. 15 Apostoli, cum fiducia iam dicamus gratias deo, qui nobis contra mortem uictoriam de-
dit, per Christum dominum nostrum, Cui est gloria & potestas nunc & in secula seculo-
rum, Amen.

Finis.

Sermo

A

Sermo secundus eiusdem farinæ.

SVPERIORI quidem libello perstrinximus breuiter de cõsolatione mor- Cap. I
tuorũ, de spe resurrectionis, nũc planius ac ualidius de eisdem aliquid pro-
feramus. Siquidem hæc quæ locutus sum, fidelibus quidem certa sunt, infi-
delibus aũt & dubijs uidentur esse fabulosa, ad quos pauca strictius profe-
ramus. Certe quicunq; estis increduli, omnem dubitationem de substantia
corporis sustinetis. Discreditur enim à quibusdam, carnem conuersam in puluerem, iterum
posse resurgere, iterum reuiuiscere. Cæterum de anima nullum hominem posse dubitare. Si
quidem de animæ immortalitate nec philosophi ipsi, cum sint Pagani, dissentiunt. Nã quid
est mors, nisi separatio corporis animæq;. Recedẽte enim anima quæ semper uiuit, quæ mo
ri nescit, quia de flatu dei est inspirata, solum corpus emoritur, quia aliud in nobis mortale,
aliud immortale est. Sed recedens anima, quæ carnalibus oculis uideri non potest, ab ange-
lis suscipit & collocatur aut in sinu Abraæ, si fidelis est, aut in carceris inferni custodia, si pec-
catrix est, donec ueniat statutus dies, quo suum recipiat corpus, & apud tribunal Christi iu-
dicis ueri reddat suorum operum rationem. Ergo quia de carne, tota contradictio est, huius
est & infirmitas defendenda, & resurrectio consignanda. Quòd si quis requi- Cap. II
rat à me dubius & incredulus, quomodo mortui resurgent, quo aut corpore uenient: re-
spondebo ei ore ac uerbis Apostoli, Insipiens, tu quod seminas, non uiuificat, nisi prius mo 1. Cor. 15
riatur: & quod seminas granum tritici, aut alterius cuiusq; seminis, mortuum & aridum sine
humore, cum putrefactum fuerit, fœcũdum surgit, fitq; uestitum folliculis, aristis armatum.
Qui ergo granũ tritici suscitat propter teipsum, te non poterit suscitare propter se? Qui so-
lem quotidie quasi de sepulchro noctiũ resuscitat, & lunam quasi de interitu reparat, & tem
pora recedentia reuocat, ad utilitatem scilicet nostram, nosipsos, propter quos omnia repa-
B rat, non requiret, & cineres patietur extingui, quos suo flatu accẽdit, quos suo spiritu anima-
uit, ut non perpetuo iam uiuat homo, qui illum pie & agnouit & coluit? Si iterum dubi-
tas quo modo possis reparari post mortem, restitui post cineres & ossa consumpta. O ho-
mo, si dicere uelimus, quid fuisti anteq; in utero matris cõcipereris, nihil utiq;. Deus ergo qui
te creauit ex nihilo, nónne facilius potest facere quod ante iam fuit, qui potuit creare quod
nõ fuit? Qui te ex gutta informis liquoris in tuæ matris utero, in neruos, uenas & ossa iussit
excrescere, poterit, mihi crede, de utero terræ iterum generare. Sed times ne forte ossa tua
arida pristina carne uestiri non possint. Noli secundum tuam fragilitatẽ dei existimare ma
iestatẽ. Deus ille omniũ creator, qui uestit arbores foliis, & arua floribus, poterit & tua ossa
illo certo ueris tẽpore in resurrectione uestire. Dubitauerat de hoc ipso propheta Ezechiel,
& interrogatus à domino utrum uiuerent ossa arida, quæ uidebat aspersa per campum, re-
spondebit, Tu scis domine. Sed postq; deo iubente, & ipso prophetante uidit ossa ad sua lo Ezech. 37
ca & ad iuncturas currentia, postq; uidit ossa arida neruis ligari, uenis intexi, carne contegi,
cute uestiri, postea prophetauit de spiritu, Et ueniens spiritus uniuscuiusque, & introiuit in
corpora illa iacentia, & surrexerunt, & mox steterunt. Sic confirmatus de resurrectione pro
pheta, scripsit uisionem, ut ad posteros tantæ rei cognitio peruenire. Merito ergo clamat
Esaias, Exurgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, & lætabuntur qui sunt in ter Esa. 26
ra. Ros eũ qui abs te est, sanitas est illis. Vere enim sicut rore madefacta semina germinant
& exurgunt, sic rore sanctiſpiritus ossa fidelium uisitata, cum suo corpore in æternam glo-
riam germinabunt. Sed dubitas, quomodo de paruis ossibus totus possit homo re Cap. III
stitui. Reuera tu ex modica scintilla ignis ingentem suscitas flammam. Deus non poterit ex
modico cineris fermento totum corpusculi tui reintegrare conspersum? Sed & iam dicis,
Nusq; comparẽt carnis ipsius reliquiæ, Forsitan enim aut igne combustæ sunt, aut à bestijs
deuoratæ. Hoc primum scito, quia quicquid consumitur, in terræ uisceribus continetur, unde
rursus poterit deo præcipiente produci, Nam & tu cum non appareat semen ignis, adhibes

lapillum & modicum ferri, & excutis de uiſceribus lapilli quantum opus eſt ignis. Qui ergo C
per tuam induſtriam & ſapientiam,quam ipſe deus tibi conceſſit,tu facis ut producas quod
non apparet, maieſtas illa diuina facere ſua uirtute non poterit,ut quæ interim non uiden/
C4. IIII tur,excutiat? Mihi crede,poteſt omnia deus. Hoc enim require,utrũ promiſe
rit ſe facere reſurrectionem,& cũ promiſſam tantis didiceris teſtimonijs, imò cũ ipſius do/
mini Ieſu Chriſti certiſſimam teneas cautionem ,confirmatus fide, mortẽ deſine iam time/
re. Qui enim timet, adhuc non credit,qui nõ credit,peccatũ cõtrahit inſanabile,quia ſua in/
credulitate dominũ aut impotentem, aut certe aſſeuerat mendacem. Sed nõ ita beati apo/
ſtoli, non ita ſancti martyres probant. Apoſtoli propter hãc prædicationẽ reſurrectionis,
dũ Chriſtũ reſurrexiſſe prædicant,& in ipſo mortuos ſuſcitaturos annunciãt,nec mortẽ nec
tormẽta recuſauere, nec cruces. Si ergo in ore duorũ uel trium teſtium ſtat omne uerbũ,re/
ſurrectio mortuorũ,cui tot & tam idonei teſtes exiſtũt,cui cum effuſione ſanguinis teſtimo
niũ dicunt, quomodo poteſt in dubium reuocari? Quid autem ſancti martyres putas ha/
buerunt,certam ipſius reſurrectionis ſpem,an dubiam? Si non habuiſſent certam,nõ utiq;
per tãtos cruciatus & pœnas mortem pro lucro maximo ſuſcepiſſent: nõ cogitabant ſup/
2. Cor. 4 plicia præſentia,ſed præmia ſecutura. Sciebãt dictum,Quæ uidentur,ad tempus ſunt. Audi
2. Macch. 7 te fratres uirtutis exemplũ,Mater ſeptem filios hortabatur,& non lugebat, ſed potius læta
batur: uidebat filios ungulis tradi,ferro cõcidi, fartagine aſſari, & nõ lachrymas fundebat,
non ululatus tollebat,ſed ſollicite ad tolerantiã hortabat filios. Non erat crudelis illa, ſed
fidelis: amabat filios,non delicate,ſed fortiter. Hortabatur filios ad paſſionem,quam gau/
dens ipſa quoq; ſuſcepit. Erat enim de ſua & ſuorũ filiorum reſurrectione ſecura. Quid lo/
quar uiros,quid fœminas, quid pueros, quid puellas? Quomodo ſe de iſta morte luxerũt,
quomodo ſe ſũma celeritate ad cœleſtem militiã tranſtulerunt? Poterant utiq; ad præſens
uiuere ſi uoluiſſent,quia in ipſis erat poſitũ,an Chriſtum negando uiuerent,an confitendo
morerent: ſed magis elegerunt uitam proijcere temporalẽ, & uitam ſumere ſempiternã,ex/ D
cludi de terra,incolere cœlũ. In hoc fratres quis dubitationis eſt locus,ubi poteſt adhuc reſi/
dere mortis formido? Si martyrũ ſumus filij,ſi eorũ ſocij inueniri uolumus, nec cõtriſtemur
morte,non lugeamus charos, qui nos præcedunt ad dominũ. Si plangere uoluerimus, ipſi
nobis inſultant beati martyres,& dicunt, O fideles,ô regnum dei cupientes,uos qui charos
ueſtros delicate morientes in lectulis utique & plumis,tanto mœrore plangitis & lugetis,ſi
eos à gentibus propter nomẽ domini cruciari & interfici uideretis, quid facturi eſſetis? Aut
non uos præceſſit exemplum? Abraam patriarcha filiũ unicũ offerens ſacrificiũ,gladio obe
dientiæ iugulauit, nec ei quem tanto amore dilexit,pepercit,ne domino inobediens uidere
tur. Quòd ſi dicatis,illum propter dei hoc feciſſe præceptum,& uos habetis præceptũ,ut nõ
triſtes ſitis de dormientibus. Qui ergo minora non ſeruat,maiora quomodo ſeruabit? An
neſcitis quia animus qui in terribilibus frãgitur,ad fortiora reprobus inuenit? Timẽs quis
riuũ,mare quando ingredit? Sic qui plangunt impatienter amiſſum,quando poterunt ad
martyrij peruenire certamen? Nam qui in his conſtans & magnanimus exiſtit, iam ſibi gra
Cap. V tiam ad potiora ſubſternit. Sufficiũt hæc fratres ad mortis contemptũ,& ad
ſpei futuræ cõfirmationẽ: ſupereſt ut unũ de ueteribus exemplũ proferam, quod omnem
2. Reg. 12 conſolationem faciat,quod etiam patẽtibus cordis auribus uolo omnes audire. Dauid ille
rex magnus filiũ dilectũ,quẽ ſicut animã propriam diligebat, infirmitate percuſſum impati
entiſſime flebat:& cũ humana auxilia iã nihil prodeſſent,ſemetipſum cõuertit ad dominũ:
depoſita regali gloria,ſedit in terra,iacuit in cilitio, nõ mãducauit neq; bibit,ſeptem diebus
continuis orans deũ, ſi forte ſibi filius donaretur. Acceſſerũt ſeniores domus eius,conſolan/
tes rogauerunt eũ ut panẽ ſumeret,ueriti ne dũ filiũ uelit uiuere,ipſe ante deficeret. Non po
tuerunt torquere,nõ cogere: amor enim impatiens ſolet pericula ipſa contẽnere. Iacet rex in
ſqualore cilitij ægrotãte filio, nec uerba faciunt cõſolationem, nec ipſa eſcarũ neceſſitas auo
cauit, Mens triſtitiam patitur, pectus dolore reficitur, oculi lachrymis perpetibus fluunt.
Inter hæc factũ eſt quod decreuerat deus. Moritẽ puer,uxor in luctu tanto,domus in plan/
ctu,

A ctu,famuli pauidi, quid facerent æſtuantes: nemo enim audebat domino filium mortuum
nunciare,timentes utiq;,ne ille qui ſic adhuc impatiẽter uiuũ lugebat,ſi audiſſet mortuum,
uitæ faceret finem. Dũ ſtrepũt famuli inter ſe, dũ eum triſtes,& alter ad alterũ occulta ſuſur
ratione loquuntur,intellexit Dauid, præuenit nuncios,an uitã eius exhaleſcerit,interrogat,
negare non poſſunt factum,fletibus indicant. Fit concurſus inſolitus,expectatio grandis &
metus,ne quid ſibi periculi pius pater inferat. Surgit mox Dauid rex de terra,exuit ſe cilitio,
ſurgit hilaris,quaſi filium ſuũ audiſſet incolumem,uadit ad balneas,lauat corpuſculum,ua/
dit ad templum,adorat deum,epulatur cũ amicis,compreſſit ſuſpiria,gemitu omni depoſi/
to,uultu iam læto. Mirantur domeſtici,ſtupent amici,nouam & ſubitam conuerſionem: au/
dẽt deniq; interrogare, quid ſibi uelit hoc, ut cũ uiuente filio ſic doluerit,mortuo non dole/
ret. Reſpondit uir ille magnanimitate præcipuus, Neceſſe fuit cũ adhuc uiueret filius,& hu/
miliari,& ieiunare, & lugere in conſpectu domini, Erat enim ſpes impetrãdi cõmeatus ui/
tæ. At uero poſtq; uoluntas dei facta eſt, ſtultũ eſſe & nimiũ inutile,lamẽtatione animum
inundare,ſic dicens,Ego ibo ad illum,non ille reuertetur ad me. Ecce exemplum magnani/
mitatis atq; uirtutis. Quòd ſi ille Dauid,qui adhuc ſub lege poſitus erat,ſub illa non dico li/
centia,ſed neceſſitate lamẽtationis ſic animum à luctu irrationabili ſuperauit, ſic triſtitiam
ſuam ſuorumq; compeſcuit: nos qui ſub gratia ſumus, ſub certa ſpe reſurrectionis,quibus
omnis triſtitia interdicta eſt, qua fronte mortuos noſtros gentilium more plangimus,ulu/
latus inſanos tollimus, ueluti alio genere bacchãtes,cũ ſciſſis tunicis pectora nudamus,uer/
ba inania & nænias circa corpus & tumulum defuncti cãtamus? Poſtremo etiam qua rati/
one ueſtes nigras tingimus,niſi quos uere infideles & miſeros non tantum fletibus,ſed etiã
ueſtibus approbemus? Aliena ſunt iſta fratres,extranea ſunt,nõ licent: & ſi licerẽt, nõ decẽt.
Sed aliquantos de fratribus & ſororibus, licet fides propria & præceptũ domini fortes fa/
ciat,parentũ tamen & uicinorum opinio debilitat & frangit,ne lapidei & crudeles iudicent,
B ſi pepercerint ueſtimento,ſi non fuerint inſanis luctibus debacchati. Et hoc q̃ uanum eſt,
& q̃ ineptum,opiniones hominum errantium cogitare,& non timere ne quid minus de fi/
de faciat quam ſuſcepit. Quare non magis tolerat iã à mendicis ille qui diues eſt, quare non
fidem ille qui dubius eſt? Quamuis etiam ſi dolor eius tantus ſit,tacite tamen debet luctum
ſenſu dirigere,& non leuitate ſui animi publicare.

DE QVARTA FERIA, SIVE CVLTVRA AGRI DOMINICI,
Sermo,non Auguſtini,ſed locutulei cuiuſpiam.



OELESTI gratiæ & ſpiritali pluuiæ præparãdus eſt ager eccleſiæ,quia Caput I
imber diuinus in proximo eſt. Opemur dilectiſſimi in iſto agro qd̃ no/
bis creditũ eſt, nobis enim datũ eſt plantare,rigare, arare,nouellare,ſed
dei eſt incrementũ dare. Apoſtolus Paulus doctor gentiũ in fide & ue/
ritate ,per ſemetipſum & operãdo & monẽdo,hanc nos docuit domini/
cã exercere culturã dicens,Ego plãtaui,Apollo rigauit,ſed deus incremẽ/ 1. Cor. 3
tũ dedit. Et paulo poſt. Dei emi ſumus cooperarij,dei agricultura,dei ædificatio eſtis. Et ali/
bi,Coopatores mei eſtote fratres,& intẽdite eos, q̃ ſic ambulãt ſicut habetis formã noſtrã. Philip. 3
In iſta itaq; fratres dominica agricultura,in qua nos dñs operari præcepit, ſic operemur, ut
mercedẽ ꝓmiſſam dono gratiæ accipe mereamur. Tẽpus eſt,opemur,laboremus,qnq; illa
iuga boũ,quæ ille inuitatus in euãgelio dũ ad cœnã uenire nollet,ꝓbare ſe uellet dixit,& pro
pterea à cœna ſe excuſauit,quoniam ſibi ea,non agriculturæ dominicæ comparauit: nos ea
ipſa quinq; iuga in agro dominico iungamus, terrã duriſſimã ſulcis ſpiritalibus exaremus,
ſemen uerbi dei proñcientes,quaſcunq; ſpinas malarũ cupiditatũ inuenerimus,cuellamus,
eradicemus,diuino igne ſuccẽdamus,ut in tali opc laborantes,domino deo noſtro fiduciali/
ter dicamus,Dñe paterfamiliãs,quoniã te adiuuãte fecimus opus q̃d iuſſiſti,redde mercedẽ
quã prõmiſti. Quæ ſunt illa qnq; iuga boũ? Quinq; ſenſus corporis ſunt,uiſus in oculis,au/
ditus in auribus,olfactus in naribus,guſtus in faucibus,tactus in manibus. Et iſta iuga ſũt.
Duo ſunt oculi,duæ aures,geminæ nares,duæ manus,& in ipſo guſtu geminũ quiddã inue

nitur quando ſapor ipſe faucibus atq; palato iudicãte diſcernitur. Iſta ergò quinq; iuga ter/ C
ram uerſant, quando ſuis officijs deſeruientes, animum carnemq; peractam, aut uberes fru
ctus ſi ros cœleſtis infuderit, aut aridas ſpinas ſi ſicca terra remanſerit, & eorum opus in po/
Cap. 11 ſterum ſubſequetur. Sed quoniam nos dominus atq; paterfamiliãs noſter
paſſim & ſine ulla diſcretione cuiuſlibet glebæ ſemen uerbi ſui iacere præcepit. Inducit enim
Matth. 13 in euangelio huius miniſtri ſimilitudinem & dicit, Ecce exijt ſeminans ſeminare, & dum
ſeminat, aliud cecidit inter ſpinas, aliud in uia, aliud in petroſa, aliud in terrã bonam, & cum
demonſtraret quæ eſſet ſpinoſa terra, homines uidelicet qui uerbum dei ſpinis cupiditatũ
præfocant, tantum ſemen, & non reddũt fructus iuſtitiæ: ſimiliter de alia terra petroſa, atq;
conculcata uia ſuæ ſimilitudinis propoſitæ reddẽs rationem, ad terram bonam peruenit &
Roma. 2 ait, Quod autem cecidit in terram bonam, hi ſunt qui cum acceperint uerbũ dei, cuſtodiunt
illud & faciunt, Quia nõ auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabun/
tur. Non ergo nos dilectiſſimi aut timor ſpinatũ, aut ſaxa petrarum, aut duriſſima uia per/
terreat, dum tamen ſeminantes uerbum dei, ad terram bonam tandem aliquando peruenia
re poſſimus. Accipe uerbum dei omnis ager, omnis homo, ſiue ſterilis, ſiue fœcundus. Ego
ſpargã, tu uide quomodo accipias: ego erogẽ, uide quales fructus reddas. Melius eſt enim
Matth. 25 ut de accepto tu pro te rationem reddas, quàm nobis non erogantibus iuſte dicatur, Serue
nequam & piger, tu erogares, ego ueniens cum uſuris exigerem. Si uero te infœcundam aut
ſpinoſam uel ſiccam ſentis, recurre ad creatorem tuum. Hoc enim nunc agitur, ut innoueris,
ut fœcũderis, ut irrigetis ab illo qui poſuit deſertum in ſtagna aquarũ, & terram ſine aqua
in exitus aquarum, & habitare fecit illic eſurientes, & conſtituerunt ciuitatem habitationis,
& ſeminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum frumenti. Ex qua ter/
ra? Ex illa ſteili, ſpinoſa, & inaquoſa. Et tu unaquæque anima quæ accedis ad Chriſtum,
terra es ſpinoſa & arida. Vnde probamus, quia talis es? Recole illam ſententiam quam in
Gen. 3 primis parentibus accepiſti, & inuenies quid inde traxiſti, Spinas, inquit, & tribulos pariet D
tibi. An reſpondebis, nõ te eſſe terram ſpinoſam? Si ſpinas non haberes, capiti creatoris tui
coronam ſpineam non imponeres. Quia ergo & tu talis es, ſpinarum multitudine peccato
rum prægrauata es. Ideo tibi talis cultura impenditur, propterea crucis ligno exararis, pro/
pterea cœleſti pluuiæ præpararis, ut cũ fœcũda effecta fueris, nõ gratuleris de tuis quæ nul/
la ſunt meritis, ſed reddens bonos fructus Chriſti prædices gratiã. Vis noſſe qualis tibi ad/
hibeat cultura, qualis te deſuper perfundat gratia? Ecce agnoſce. Chriſti cruce exararis, quã/
do eius ſigno in fronte ſignaris: eius ſanguine rigaris, quando in morte ipſius baptizaris.
Roma 6 Quotquot em̃, ait Apoſtolus, in Chriſto baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus.
Cap. III Multum eſt quod dictũ eſt, eius ſanguine rigaris, uideamus quomodo per aliquam
ſimilitudinem hoc quod diximus probare poſſimus. Non enim noſtris ſermonibus, ſed do
cumentis diuinis, fides accommodãda eſt. Ecce dilectiſſimi intendite, Iudas ille malus & fal/
ſus diſcipulus uenalis & uenditor, fur & traditor, emptus à Iudæis, ut cum eis mancipium
eſſet diaboli, precium accipiens de illo qui nõ habet precium, uenditor ſanguinis Chriſti,
ex ipſo precio, ut ſcriptura narrat, emit ſibi agrũ figuli, ut is qui hæreditatem integrã Chri/
ſtũ nõ habebat in cœlo, partẽ aliquã habere uellet in ſeculo, quã nec ipſam poſſedit, quia ſce
leris tanti facto ſibimet conſcius collum ſibi alligauit, & ꝓſtratus in faciem diruptus eſt me/
dius. Ager tamen ille qui ab eo cõparatus eſt, uocatus eſt ager ſanguinis, quoniã ex precio
cõparato eſt tãti ſanguinis. Vẽdidit diſcipulus ſanguinẽ magiſtri, & emit exinde agrũ figuli.
Quid eſt hoc? Putamus dilectiſſimi uacare hãc actionẽ in illa uẽditione uel emptione uel in
ipſa Chriſti myſtica paſſiõe? Cõparauit, ait ſcriptura, Iudas agrũ figuli, & uocatus eſt ager
ille, ager ſanguinis. Clamat hic terra quali uel q̃ precio fuerit cõparata, imò preciũ ipſum cla
mat, ſanguis ipſe clamat, Abel ille iuſtꝰ ab impio fratre occiſus clamat. Nãq; dilectiſſimi cũ
hæc ſimilitudo paſſiõis Chriſti & negtia Iudæ ac Iudæorũ in illis duobus primis monſtra/
retur, Cain & Abel, poſteaq̃ à maiore fratre minor occiſus eſt, ab inuido innocẽs emptus eſt,

à ſcele/

A à ſcelerato pius interfectus eſt, interrogat deus Cain, quaſi neſcius, quaſi ignarus & dicit ei,
Vbi eſt Abel frater tuus? Quæ uox non eſt ignorãtis, ſed peccatum ante oculos ſcelerati po Gen. 4
nẽtis, ut inexcuſabilis ſit omnis homo, qui & admonitus pœnitere nõ uult in malo. Vbi eſt
Abel frater tuus: hoc fuit dicere dei. Agnoſce Cain, non me potuiſſe latere id quod me puta
ſti poſſe latere. Agnoſce quid feceris, de proximo age pœnitentiam, ut poſſis accipere indul/
gentiam. Verum ille ſenſu durior, in ſcelere pertinacior, moribus peruerſis in anima percuſ/
ſus, reſpondit deo dicenti, Vbi eſt frater tuus, & dicit, Neſcio. Nunquid ego cuſtos ſum fra/
tris mei? Quid dicis Cain? cui dicis, neſcio? Cũ illo loqueris, q̃ omnia uidet oculis ſuis. Quid
eſt quod dicis, Nunqd ego cuſtos fratris mei ſum? Talia perpetrando repuliſti à te in omni
bus timorem dei. Et dominus illi, Quid feciſti? uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de ter/
ra. Si enim eſſes fratris tui cuſtos, eius non eſſes interfector. Si cognoſceres fraternitatẽ, tan/
tam non committeres immanitatem. Si timeres meum iudicium, in fratrem non committe
res parricidium. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et nunc ait dominus, Ma/
ledictus tu à terra. Non maledicta terra, ſed maledictus tu à terra, quæ accepit ſanguinẽ fra
tris tui de manu tua. Agnoſce iam terra, quoniam ſanguine rigata es innocentis, cõuince uo
cem negantis, ſuſcipe ſanguinem confitentis. Interrogentur & nunc Iudas & Iudæi, imò in
Iuda omnes Iudæi. Interroget dominus Iudã, & dicat ei, Iuda, ubi eſt Chriſtus frater tuus?
An forte dicturus es, ô malus frater, q̃ Chriſtus tuus nõ fuit frater: cõuincat te prius ipſe dñs
q̃ tuus fuerit frater. Dic nobis dñe Ieſu Chriſte, utrũ Iudas fuerit frater tuus. Reſpõdet, & ſi
fuit, fuit: nõ enim eſt quod fuit, & ſi fuit, fuit: ego em̃ generaliter de omnibus patri dixi, Anũ/ Pſal. 21
ciabo nomẽ tuũ fratribus meis. Ecce Iuda cõuictus es, q̃ Chriſtus fuerit frater tuus. Vbi eſt
frater tuus? reſpõde, dic, ſequere, dic qđ dixit & ille, Neſcio. Nunqd ego ſum cuſtos fratris
mei? Nõ em̃ & tu fuiſti cuſtos qui & proditor factus es & uẽditor. Dic, Nunqd ſum cuſtos
fratris mei, ut reſpõdeat & tibi: uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quid enim
B dicit, omnis homo terra? Primus em̃ homo de terra terrenus: & qualis terrenus tales & ter/ 1. Cor. 15
reni. Quid dicit? Omnis homo terra, quando accipit ſanguinem Chriſti? amen dicit. Quid
eſt amen? uerum eſt. Quid eſt uerum? Quia fuſus eſt ſanguis Chriſti. Quo faciente diſcipu
lo Iuda tradente, amen dicendo, uerum clamãdo dicit hoc, omnis homo terra. Ecce Iuda,
uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: probauimus, quia eius ſanguine rigaris.

Vide terra quomodo accipias hũc ſanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit bene/ Ca. IIII
dictionem, qui uero eum male accipit, iudicium ſibi bibendo acquirit. Hoc figuratum eſt &
in illo agro Iudæ, de quo dictum eſt q̃ eſſet ager ſanguinis, ſecutum eſt enim ut diceret, Fiat Matth. 27
uilla eius deſerta. Si enim ad Iudam perrines, ſi facta eius imitaris, ſi ſanguinem Chriſti nõ
cum timore & tremore accipis, eris uilla deſerta, maledicta, reproba & ſpinoſa. Si autem ſan
guinem Chriſti cum reuerentia percipiens, cognoſcis per illum tua tibi dimitti peccata, quo
niam ager ille quem comparauit Iudas, figuli dictus eſt, Habet poteſtatem figulus luti, ex Roma. 9
eadem conſperſione aliud quidem uas facere in honorem, aliud in contumeliam. O terra
tãto rigata ſanguine, reſpõde de tanto ſanguine, non ſicut Cain & Iudas uerba excuſatio/
nis, ſed ſicut ſancti martyres uerba confeſſionis. Reſponde ſicut reſpondit beatus Stepha/
nus, qui in iſto agro dominico ut bonus colonus plurimum laborando genuflexit, atque de
terra petroſa uulneratus, ex ea lapides in ſuo corpore tanquam in ſinu ſuo collegit, & ſu/
dando in opere, terram ſancto ſanguine rigando centenum fructum ex martyrio domino
præſentauit. Reſponde ſicut reſpondit Cyprianus, Laurentius, cæteriq́ue ſancti pueri & pu
ellæ. Ætas omnis & uterque ſexus, qui percipientes ſanguinem Chriſti, teſtimonium dice/
bant, & non negantes nomen Chriſti, pro ſanguine non biberunt, quem ſanguinem ſu/
um fundere non dubitauerunt, ſimúlque cum perpetua felicitate in æternum regnare me/
ruerunt, Hoc in Apocalypſi reuelante angelo Ioannes uidit turbam multam, quam di/ Apoc. 7
numerare nemo poterat. Hanc requirens quæ nam eſſet, reſponſum tale accepit. Hi
ſunt, dictum eſt, qui lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni. Iam

agno/

agnoſcis anima Chriſtiana, quemadmodum & tu ex illo ſanguine efficiaris candida, ut C
omnis & corpore & corde pulchra aſcendas de fonte Chriſti conſecrata in ſanguine. Quid
enim manauit ex illo latere crucifixi? Sanguis & aqua, ex ſanguine rubor, ex aqua ſplẽdor.
Cap. V In iſtis duobus ſacramentis decorantur ſingulæ animæ, ex quibus una illa pulchra efficitur ſponſa eccleſia, cui dicitur in Cantico canticorum, Quàm ſpecioſa es ſoror mea, dilecta mea, quàm ſpecioſæ ſunt genæ tuæ. Et cum ipſe eam talem fecerit, ipſamq; pulchritudinem ei ipſe donauerit, uidens eam talem quaſi miratus exclamat atq; circumſtantes interrogãs
Pſal. 44 dicit, Quænam eſt hæc quæ aſcẽdit dealbata? Et illi, Æquitas dilexit te, Ipſa eſt regina quæ aſtitit à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circumamicta uarietate linguarum diuerſarum gentiũ, uarietate decorata. Audiens hæc ſponſi ſui uoces dicentis, Quæ nam eſt hæc quæ aſcendit dealbata: uerecunde etiam ipſa reſpondere cogitur, & dicit ſuo ſpõſo, De me interrogas quæ nam ſim quæ aſcendi dealbata? Ego ſum quam fœdam inueniſti, pulchramq; feciſti.
Pſal 50 Ego ſum cuius preces audiſti, quando me in pſalmo cantare feciſti, Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Quid ergo miraris pulchritudinem meam, cum ſcias hãc eſſe operã tuam? Quid interrogas, quod ipſe feciſti? Vides me dealbatam, tu lotam ſuper niuem feciſti candidam, ut uideas me aſcendentem te cognoui de cœlo deſcendentem, te amaui in cruce pendentem. Humilitas tua facta eſt exaltatio mea, fœditas tua eſt pulchritudo mea. Niſi enim tu de cruce uulneratus deſcenderes, ego dealbata de fonte non aſcenderẽ. Vere dictum eſt,
Can. 8 Quia ualida eſt ſicut mors dilectio. Quouſq; ſe ſpõſus hic inclinauit, qui quantum amãdo fœdam ut faceret pulchrã, uſq; ad mortis exitum uenit? Et domini domini, inquit, mortis
Pſal. 68 exitus. Vidimus enim eum, ait propheta, & non habebat ſpeciẽ, neq; decorem. Quid mira-
Eſaiæ 53 ris, amando talis factus eſt. Hanc tamen amiſſionem decoris huius timuit Petrus, quando
Matth. 16 prænuntianti domino paſſionem ſuam, dixit. Abſit à te domine, propitius tibi eſto, ne fiat iſtud. Sed ille talia ſapientẽ increpauit, & apoſtolũ diabolũ uocauit dicens, Redi retro ſatanas, nõ enim ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. Æſtimauit enim Petrus totã illam D
diuinitatis pulchritudinem abſorberi potuiſſe in corporis humani ſpecie, & neſciebat agi illud magnum ſacramentum q; propterea ſe illam pulchritudinem quodãmodo expoliaret, ut quam ſibi coniũgere dignabatur ſponſam eccleſiam, eandem ipſam pulchritudinem ipſe ueſtiret. Non enim dando perdebat illud quod erogando creſcebat. Ille dedit, hæc accepit: & iſta quod non habuit inuenit, & ille dando quod dedit non amiſit, quia cum ipſa pulchritudine à mortuis reſurrexit. Quid expaueſcis Petre quaſi perdiderit Chriſtus illã pulchram ueſtem, quando eum nudum intendebas in ligno pendentem? Noli expaueſcere, noli timere, noli negare: tunicam illam diuinitatis atq; immortalitatis Chriſtus non perdidit in cruce, quia ſponſæ ſuæ eam conſignauit in dote. Vidiſti eum ô Petre non habentem ſpeciem neq; decorem, & continuo negaſti illũ quem omnibus relictis tuis amaſti, & non ſolum ſemel, ſed ſtans in atrio ſacerdotis ab una ancilla tertio interrogaris, & negas. At ubi te gallo canente conuicit præſumptorem, qui prædixerat antea negatorem, reſpexit te intus in
Matth. 26 corde, & ut amare fleres, intus quodammodo tecum loquebatur illa ipſa eius diuinitas, & dicebat tibi, Vbi es Petre? Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, ubi eſt in tempore tribulationis illius, permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres ſis. Vbi eſt, Petre, Animam meam pro te ponam, & tecum ſum uſque ad mortem? Quàm celeriter negaſti quaſi hominem mortuum, quem antea confeſſus fueras uiui dei filium. Hæc dum ille tecum in corde ſermocinaretur, reſpexit diuinitas, & fleuit humanitas. Agnita eſt dulcedo, & perijt amaritudo, ſuſcepta eſt charitas, & deleta eſt iniquitas, redijt amor, & fugatus eſt timor. Ecce ſubito quem negauerat, quia non habebat ſpeciem neque decorem, agnoſcit reſurgentem ſpecioſum forma præ filijs hominum, coniunctámque illi uidet ſponſam, tunicam illam immortalitatis, quam autea Petrus timuerat perituram: indutum uidet, cognoſcit quòd tali ſit circumamicta ueſte, & alloquitur illã ipſam ſonſam Petrus, ut
1. Pet. 2 ſeruet huius tunicæ dignitatẽ, & dicit animæ humanæ, Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens

A quens nobis exemplũ, ut ſequamur ueſtigia eius. Sequere ſponſa, ſequere ueſtigia ſpõſi tui, nullus te metus reuocet à conſortio dilecti tui. Ama amantem, quia prius ille amauit non amantem, require requirentem, quia prius ille quæſiuit non quærentem. Require & dic ſpõſo tuo, ubi paſcis, ubi cubas in meridie? Ne forte fiam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum, quam ſic dilexiſti, pro qua ſanguinem fudiſti, cuius tabernaculum in ſole poſuiſti. Pſal. 18
Non fiam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorũ. Ecce dum te quæro ubi paſcas, Cap. VI
ubi cubes in meridie, meridies Africa eſt, quæ in ſolis occaſu eſt, & tamen quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum laudatur nomen tuũ, & ſunt qui te prædicant non caſte, quærẽtes quæ ſua ſunt, nõ quæ tua ſunt, dum te quæro in meridie, id eſt, in Africa, ecce greges ſodalium tuorũ, ſcholæ peſſimæ hæreticorum, fraus Manichæorum, nequitiæ Pelagianorũ, ſuperba congregatio Arianorum, inſultant uelut opertæ, id eſt, uelut incognitæ, & dicunt mihi, Quem quæris? Chriſtum quæris? Ecce hic eſt, ecce illic eſt. Tu autem quia me admonuiſti dicens, Si aũt Matth. 24
dixerint, ecce hic eſt, ecce illic eſt, ne abieris poſt eos, cum te nouerim ubiq; totum eſſe, non partes defendere, ſed unitatem diligere, facta ſum illis incognita & uelut operta, & derident me, quia neſciunt te. Et quid magnum, quia ego ab eis ſuſtineo tale opprobrium, cum tu eorum nunc uſq; contumelioſum ſuſtineas uerbũ, qui te cum patre nolũt eſſe unum, ſed diuidendo inter patrem & filium, inter ſponſum & ſponſam, magnum incurrunt ſacrilegium, magnũ ſuæ animæ inferunt morbum, quia nec te unius unicum ſponſum, nec fidelem atq; integrum habere deſiderãt medicum? Tu autem anima Chriſtiana quæ aſcenſura es ex ſacratiſſimo fonte, rubore atq; decore perfuſa, nimis ſpecioſa & candida, ſerua decorem tuũ, agnoſce quid fueris & quid eris, uide ne deſeras menſam ſponſi tui. Vt pulchra permaneas, carnem eius quotidie mãducabis: ut uitam æternam habeas, ſanguinem eius potabis, uide ne deſeras hanc mẽſam. Plurimos apparatus hæreticorum fuge, & ſi plurima illic prauis diſputationibus apponuntur, aut fœda ſunt, aut ſemieſa ſunt. Non eſt enim illic quicq; inte-
B grum, ubi pater & filius & ſpiritusſanctus nõ eſt unum. Menſa ſponſi tui panem habet integrum, & calicem ſanctum, quem panem, & ſi fractum comminutumq; uidimus in paſſione, integer tamen manſit in illa ſua cum patre indiuidua unitate. De iſto pane & de iſto calice dicebat ipſe dominus, Panis quẽ ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi uita, Et calix quem Ioan. 6
ſanctificauero, ſanguis meus eſt, qui pro uobis fundetur in remiſſionem peccatorum. Superius enim dixerat, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis uitã in uobis. Quod uerbum audientes, nec intelligentes diſcipuli dixerunt, Durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt audire? Et multi ex hoc uerbo ſcãdalizati diſceſſerũt. Cum uideret autem Ieſus, ait reliquis, Nunquid & uos uultis ire? Tũc Petrus qui ſanctæ figuram portabat eccleſiæ, reſpondit pro omnibus, Et ad quẽ ituri ſumus? Verbum uitæ habes, & dimittimus te? Videtis dilectiſſimi, quid ſit exire, quid permanere. Qui exierunt, qa uerbum Chriſti non intellexerunt, non iam diſcipuli, ſed hæretici remanſerunt: qui perſtiterunt, uerbũ uitæ tenuerũt. Agnoſcite hæretici exitũ ueſtrũ, quia minorẽ prædicatis Chriſtũ noſtrũ. Et uos cũ eo ſtare noluiſtis, quia Chriſtũ unũ eſſe cũ patre non intellexiſtis. Ideo foras exiſtis, quia uerbũ uitæ reliquiſtis. Nõ in uobis manet, qui cum patre æqualis manet. Audi ipſum, quia ſimul cum patre manet, Si quis, inquit, me diligit, diligetur à patre meo, Ioan. 14
& ego diligam eũ, & ueniemus ad eũ ego & pater, & manſionẽ apud eũ faciemus. Dic mihi obſecro hæretice Ariane, unã animã tuã ſimul habitat hæc trinitas, pater & filius & ſpũſanctus? Quoniã & ſpũſanctus habitat in uobis. Neſcitis, inquit Apoſtolus, quia templũ dei 1. Cor. 3
eſtis, & ſpũſanctus habitat in uobis? An diuerſas manſiones in corde tuo præparas trinitati, ut maiorem partem teneat pater maior, minorẽ filius minor, inferiorem ſpiritusſanctus inferior? Iam ergo non habes unum cor, ſed duplum, aut triplum. Non ergo illic habitat trinitas. Quare? Quia dictum eſt, Væ duplici corde. Inſenſate, inepte, fatue: ignis, ſplendor & Eccl 2
calor ſimul atq; inſeparabiliter, nec diſtincte, ſed æqualiter habitant unam lucernam, & una trinitas deus ſimul non poteſt inhabitare animã humanã. Si apud te æqualitas unitatis in-

diuiduæ

Matth.23 diuiduæ trinitatis non fuerit digna mansio inuenta,respondebitur tibi,Ecce relinquetur uo- C
bis domus uestra deserta,Non enim de lapidibus uiuis construis templum deo,quos reba
ptizando præfocas, exhonoras,reprobas,uastas,dānas,exterminas.Nec fundamenta apo
stolorum sequeris ,cum sint ipsi columnæ dei uiui , super quas fabricauit sapientia domum
suam,ut construeretur uerum illud templum,in quo erat pietatis magnum sacramentū.De
Ioan. 2 quo templo dicebat Iudæis,Soluite templum hoc,& in triduo resuscitabo illud.In patribus
tuis non habes lapidem angularem , quæ secundum diuinitatem patri æqualem nō credis:
nec tecum ex duabus pennis charitatis dilectionem dei & proximi te habere demonstras,
Deu. 6 quia nec deum diligis,sicut diligendus est,nec proximum sicut teipsum. Diliges enim domi
num deum tuum,dictum est,ex toto corde tuo , & ex tota anima tua,& ex tota uirtute tua.
Da cor tuum patri,animam filio, uirtutem spiritui sancto. Ecce tria trinitati,ex quibus unū
hominem uni trinitati sacrificium obtulisti,hæresim Arianam uicisti , quoniam deus domi
nus tuus nō tres dij,sed dominus unus est.Hæc est fabrica sancta,hæc est aula uera, in qua
Cap. VII sunt oues Christi,nō lupi diaboli. Cauete dilectissimi fraudes hæreticorum,
oues Christi timete insidias luporum,uidete quia nihil subtractū est utilitati uestræ, inquā
tum ipse dominus donauit de annūciatione uerbi dei.Quid Christus sit,& quid ecclesia au
distis,approbastis, damastis,& quare tanta mala patiamur,uel quibus meritis peccatorum
in manus tribulantiū nos traditi fuerimus , dum ante paucissimos dies loqueremur simul
& agnouimus; simul fleuimus,nunc etiam quid accepturi estis,uel quid eritis,adhuc in auri
bus uestris insonat strepitus nostræ uocis,admonemus uos ut fratres , obsecramus ut pa
tres,hortamur ut filios.Nolite perdere tantum bonum,amor Christi in cordibus uestris nō
refrigescat:amor matris huius circa uos cum torpescat,quæ uos parturit, quæ curā magnam
pro salute uestræ animæ gerit, quæ spem uestram diligit,quæ quotidie redeuntes materno
sinu excipit,quæ uobis spiritales cibos præparat, quæ ad æternam saturitatē perducere desi
derat.Immaculatos filios deo patri uult assignare , quos tāta cura ac sollicitudine dignatur D
nutrire.Hāc toto corde amate,hanc amādo conseruos uestros, fratres uestros,dei ministros
puro amore dilígite,atq; pro nostra mercede in illo sacratissimo fonte pro nobis orate.Ora
te pro pace,orate pro liberatione huius terræ,orate ut misereatur qui iuste indignatur.No
uelli filij , dum in uestra sancta natiuitate pater exultat , uestris orationibus & fletibus mi
tigate irascentem,quem sensimus fortiter uindicantem.In summa autem rei,apostolorū no
strorum uerbis utentes cōmendamus uos deo in uerbo gratiæ eius qui potens est custo
dire in uobis quod ipse donauit,Ipsi gloria cum spiritusancto in secula seculorum.

Finis.

DE CATACLYSMO SERMO.

Nihil habet Augustini.

Caput I 

VONIAM in proximo est dies redemptionis uestræ,percipite dilectissi
mi ea quæ uos erudiant , atq; corda uestra enutriāt,erigant,corroborēt ad
timorē dei:& feruor iste tanti amoris non pigrescat in cordibus uestris, nec
putet quis tantum esse Christianum quòd his imbuitur mysterijs , quòd
renascitur ex aqua & spiritu,& postmodū dimittat se uoluptatibus uarijs:
securusq; effectus quòd sacramento baptismatis munierit animam suam,
non eam custodiat contra uersutias inimici,immo & ipse quātum potest custodiat & custo
diendam petat,ne tempestatibus huius mundi procellisq; depereat. Baptizatus est quis,na
uis est instaurata,subuncta,uelificata , missa in mare, indiget gubernaculo,quousq; ad por
tum desideratum perueniat.Mare hoc seculum scilicet ,nō solum tempestatibus scopulisq;
periculosum est, uerumetiam bestijs cupiditatum insidiantibus abundās.Omni sollicitudi
ne,omni cura, omni industria excitati iam uigilent nautæ. frequenter etiam Christus inuo
cetur gubernator , ut nauem tantis periculis ereptam ad portum securitatis ipse perducat.

Baptiza-

A Baptizatus es,signatus es,regio charactere cœpisti consequi annonam de mensa regis tui:
noli esse desertor, nec ut miles delicatus defluas per uoluptates,& te hostis diabolus iner
mem defluentem q; inueniat,sed ut fortis miles quicquid potes age in hoc bello, ut uirtus
tua Christus non solum te tueatur,uerumetiam alij proficiant ad salutem. Postula à rege
tuo arma spiritalia,bellum tibi,inquit,indicitur,in quo enitescas pugnando,ut ad plenam
pacem triumphando peruenias.Non contra unum dimicabis,multi enim contra te exient
aduersarij:pugnabis enim cum uitijs,& ut beatus martyr Cyprianus ait,si depresseris aua
riciam,exurget libido,q; & si libidinem superabis,succedet ambitio,& si ambitio à te fuerit
deuicta,ira,zelus,æmulatio,inuidentia,superbia,ebriositas cum cæteris suis pestiferis socijs
in unum contra te dimicantium constituent castra.

Sed non metuas,habes quod agas,inuoca dominū uirtutum,induat te ex alto uirtu- Cap. II
te,ut illam proferas uocem,Si consistant aduersus me castra,non timebit cor meum,& si ex Psal.26
urgat in me prælium,in hoc ego sperabo.In illo,in quo,nisi in domino uirtutum qui militē
suum ita expectat dimicantem,ut adiuuet laborantem? Baptizatus es, mundatus es,un
ctus es,oleo restauratum est corpus tuū,ad priorem statum primi illius hominis ante pec
catum,noli postmodum male securus esse.Ad agonem produceris,contra diabolum uitio
rum principem dimicabis in arena huius mundi,utræq; partes,Christi scilicet & diaboli,in
finita populi multitudo te expectat luctantem,& quisnam uincat uide omnem turbam ni
mia intentione pendentem.Nō de te triumphet pars diaboli:Si uis uincere,noli de te præ
sumere,sed illi assigna uictoriæ gloriam,qui tibi donat ut uictoriæ perferas palmam. Vis
uincere,caput prius contere inimici,excludendo de corde tuo suggestiones diaboli. Vis uin
cere,manus tuæ fortes inueniātur in bono opere. Vis uincere,fige pedes,nō nutent uestigia
tua frequentando spectacula & deferendo ecclesiam.Sed ut hanc etiam in tam magno ago
ne & tam grandi luctamine possis implere uictoriam,mittat tibi dns auxilium de sancto,
B & de Sion tueatur te. Ecce dilectissimi,uenturi estis ad fontem aquæ,non dicatis Cap.III
in cordibus uestris,hoc est totū quod pro magno desiderabamus:Fons iste uisibilis ,simili
tudo est æterni fontis.Renascemini ex aqua & spiritu.Aqua illa non solum corporis sordes
mūdat,sed animam à peccatis liberat.Debetis autem nosse cur uirtus illius aquæ & animæ
prosit & corpori. Non enim omnis aqua mundat:sanctificatur hæc per consecrationē uer
bi.Tolle enim uerbum,& quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum,& fit sa
cramentum,uirtus uerbi per aquam mundauit nos,quia super aquas ambulauit.Vt autem
à tempestate huius seculi liberaret uos,uidete potentiam uerbi dei quemadmodum domi
netur cunctæ creaturæ suæ.Quod dicturus sum nostis.In euangelio legitur,cum quarta no Matth.14
ctis uigilia ueniret dominus Iesus ad discipulos suos ambulans super aquas maris,& inue
niret eos piscantes quos iam fecerat hominum piscatores, perterriti discipuli putauerunt se
phantasma uidere. Accessit Iesus,& ait illis,Nolite timere,ego sum.Tunc unus illorum Pe
trus ille præsumptor, & postea negator,post uero confessor & amator:Si tu es,inquit,dñe,
iube me uenire ad te super aquas.Et dns, Veni,inquit. Descēdit Petrus & cœpit ambulare
super mare plenus fiducia.Dum ambulat,trepidauit infirmitas,sed statim subuenit diuini
tas.Cœpit mergi,clamat,domine pereo.Porrexit manum dominus,erexit mergentem,con
firmauit diffidentem,& ait illi:Modicæ fidei,quare dubitasti? Videtis dilectissimi, quantū
adiuuet fides,& quantum deprimat infidelitas.Si quis enim ueniens ad aquas baptismi,fi
de plenus est,subleuatur:si quis infidelis est,mergitur.Sed porrigat manum dns etiam infi
delibus mergentibus,& plenam fidem operetur in cordibus.Audite adhuc,aquæ sacramen
tum quid in uobis operabitur? Proponā figuram ut ex ea uobis ueritas eluceſcat.Cū Ægy Exod.1
ptij duris operibus populum premerent Hebræū,clamor factus est populi in auribus dei,
& deprecati sunt ut eos liberaret à dominatu gentis pessimæ. Missus est Moyses qui eos
ex Ægypti educeret seruitute.Apud Pharaonem principem Ægyptiorum fidelissimus dei
famulus allegat imperatoris sui iussionem,& quid rex omniū gentium præceperit, auribus

duriſſimi regis inſinuat. Obdurat Pharao cor ſuum, nec ſcire ſe dicit deum, atq; eius mini- A
ſtros repudians, grauioribus pœnis affligit populum. Ex maiori anguſtia populi maior cla
mor exurgit. Suſcipit certamen famulus dei Moyſes, congreditur cum Pharaone, nullo te
lo, nullo gladio, nulla uiſibilia indutus arma, ſed munitus poteſtate diuina: inferuntur de
cem plagæ in Ægypto, & uindex ira in populum cõtumacem ſurgit, ut ex minutiſſimis ani
mantibus, uermiculis, ranis & locuſtis ceruix caderet ſuperborum: in quibus plagis, ultima,
mors primogenitorum Ægyptiorum omnium facta eſt, ut ſuos iuſte perderẽt qui alienos
iniuſte detinebant. Dimittit populum Pharao, non uoluntate, ſed nimia neceſſitate conſtri
ctus. Pergit populus erutus ad mare rubrum feſtinans, ut per aquas ſaluarẽtur qui à peſſi
mo hoſte liberabantur. Sequuntur Ægyptij, imminent populo fugienti: uident ſuper ſe
Iſraëlitæ hoſtes & inimicos ſuos, expectant gladium. Mors in oculis, timor & tremor in ma
nibus ſingulorum, ne in fauces caderent perſequentium. Exurgit Moyſes famulus dei por
tans uirgam quam à domino acceperat, & per quam iam multa ſigna fecerat, percuſſit ma
re, & diuiſum eſt. Vbi eſt illa potentia, non numinum, ſed dæmoniorũ? Vbi eſt uana ſuper
ſtitio Paganorum? Nũquid ut mare diuideretur ille Neptunus eſt inuocatus, quem regem
maris eſſe uolunt, qui regem uerum deum ſuum agnoſcere nolunt? Virga extenſa manu
aquas percutit Moyſes, & ſtatim cogitur fluctus in cumulum, & unda in ſemetipſa repreſſa
curuatur: ſoliditatem recipit liquor, & ſolum maris areſcit in pulueres. Ingreſſi ſunt alij ſal
uandi, alij damnandi. Vnum elementum aquarum autore totius creaturæ iubente iudica
uit utroſq; ſeparauit eñ pios ab impijs: Illos abluit, iſtos obruit: illos mundauit, iſtos occi
dit. Moyſes figuram habuit domini Chriſti, quoniam dux fuit populi. In uirga agnoſcite
crucem, in mari rubro agnoſcite baptiſmum Chriſti ſanguine purpuratum. Regem Ægy
ptiorũ populoſq; eius, autorem peccatorum diabolum cum omnibus miniſtris eius. Sæuit
diabolus quando nos uidet per aquam baptiſmi à ſua oppreſſione liberari. Exclamate ad
Moyſen ueſtrum dominum Chriſtum, & uirga crucis percutiat mare baptiſmi, reuertatur B
aqua & operiat Ægyptios, ut quemadmodum nullus remanſit Ægyptiorum, nihil rema
neat etiam noſtrorum peccatorum. Totum mundet, qui totum fecit: reparet perdita, qui cre
auit omnia integra: extinguat Pharaonem diabolum mortis autorem, & ſuum populum
Cap. IIII liberet per aquam ſalutarem. Audiſtis dilectiſſimi, figuræ illæ quomodo tranſie
runt ad ſpeciem ueritatis: illud ſupereſt, ut noueritis quemadmodum celebrauerit paſcha.
1. Cor. 10 Liberatus populus ex Ægypto, baptizatus, ut ait Apoſtolus, in nube & in mari rubro, acce
perunt præceptum domini per Moyſen, ut in occiſione agni celebrarẽt paſcha, ex cuius ſan
guine poſtes domus ſuæ unuſquiſq; liniret, nec timerent angelum uaſtatorem qui ſignum
Exod. 12 ſanguinis agni occiſi in ſuæ fronte domus haberent. Os, inquit, dictum eſt, non cõminuetis
ex eo, nec relinquetis quicquam in mane, cum picridis & azymis comedetis agnum. Fecerũt
quod præceptum eſt filij Iſraël. Demonſtra & tu Iſraël ſpiritalis fili Abraæ, ſecundum fidẽ,
non ſecundum carnem, demonſtra & tu quomodo celebras paſcha, habes agnum occiſum,
Ioan. 1 demonſtra. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Lini ſanguine eius poſtes domus
tuæ, demonſtra & dic: Ecce crux ſanguinis Chriſti in frontibus eſt pudoris noſtri. Dic cum
Gal. 6 Paulo, Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Os non cõminuetis ex
eo, dictum eſt, Impletum eſt hoc in ipſa domini paſſione, ipſius ſancti agni immolatione,
quando crucifixus cum duobus latronibus in medio pendebat ipſa ſumma iuſticia, liberãs
unum confitentem, alium puniens blaſphemantem. Ita factæ ſunt tres cruces, tres cauſæ.
Vnus latronum Chriſto inſultabat, alter ſua merita confeſſus Chriſti ſe miſericordiæ com
mendebat: crux Chriſti in medio non fuit ſupplicium, ſed tribunal. Mox ut peregit oñia
quæ de ſe erant ſcripta, accepto felle & aceto, propter illud quod prædictum erat, Dederunt
Pſal. 68 in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, inclinato capite tradidit ſpiritũ. Ve
nerunt milites, fregerunt crura latronibus in cruce pendentibus: ad Ieſum autem cum ue
niſſent, non fregerunt eius crura, ut impleretur, ait euãgeliſta, quod ſcriptum eſt, Os non cõ
minuetis

A minuetis ex eo, ſed unus ex militibus latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua,
quæ ſunt matris eccleſiæ gemina ſacramenta. Percuſſit latus lancea perſecutor, & fudit præ
cium redemptor. Hic ſanguis inebriat mentem, ut amorem obliuiſcatur mundi. Hæc aqua
mundat animam, ut corpus ſordibus careat diaboli. Nec relinquetis ex eo quicquam uſq;
in mane. Hoc nunc agitur: Comeditur enim agnus per noctem huius ſeculi, ut cum mane il
lud uenerit quod ueſperum non habebit, non iam offeratur ſacrificium imaginis agni, ſed
ipſum agnum quẽ quotidiè comedimus, & cuius ſanguinem bibimus. Inueniamus illic eũ
ſacerdotem perfectum, quem conſtat hic pro noſtra ſalute occiſum. Quæ ſunt hæ picridiæ
olera amaritudinis, quæ comedit Iſraël ſpiritalis, niſi uox illa amara ad tempus ſanctorum
martyrum emiſſa per ſanctum Dauid ac dicentium, Cibabis nos pane lachrymarum, & po Pſal. 79
tum dabis nobis in lachrymis, in menſura. Et per apoſtolum Paulum, In omnibus tribulã- 2. Corin. 4
tionem patimur, ſed nõ anguſtiamur. Demonſtra & azyma ſancte Paule, ex Iſraëlita car
nali ſpiritalis affectus: Celebraſti enim paſcha cum populo ueteri, & quemadmodum no
uus populus figuras in ueritate conuerteret, tu docuiſti, tu demonſtraſti. Oſtende ergo azy
ma conſperſionem nouam, Non in fermento, inquit, ueteri, neq; in fermento maliciæ & ne- 1. Cor. 5
quitiæ, ſed in in azymis ſynceritatis & ueritatis. O agne occiſe, ô Chriſte ſancte pro nobis
crucifixe, qui ut lapſa reparares in cruce pependiſti.

Ipſa eſt illa uirga regni tui, crux ipſa, inquam, quia uirtus in infirmitate perficitur, ipſa Cap. V
illa uirga crux ipſa, illa uirga quæ floruit ex radice Ieſſe, ipſa illa uirga quam portabat Moy
ſes, quæ conuerſa eſt in ſerpentem, glutijt magorum ſerpentes, doctrina Chriſti diffuſa per
oñes gentes hæreticos ſuperãs demẽtes. In illo enim populo fratres, in quo multa ſigna fa
ciebat Moyſes per uirgam, exurrexerunt magi Pharaonis, facientes & ipſi prodigia contra
famulum dei Moyſen. Sed ad hoc quædã mira facere permiſſi ſunt ut mirabilius uinceren
tur. Magi Pharaonis quid aliud ſignificabant, niſi omnes hæreticos miniſtros diaboli; qui
B ſub nomine Chriſti deuorare cupiunt populum Chriſti. Scatent nunc hæreſes in hac terrã
tanq; ſerpẽtes magorũ, quos deuorauit & deuorat ille ſerpens exaltatus in ligno. Sed quo
niam non eſt temporis ire per multos, ſingulorum capita conterantur, quomodo exurgũt,
ſic deuorentur. Fuit hic, ut noſtis dilectiſſimi, uiperea doctrina Donatiſtarũ, contrita eſt, cõ
ſumpta eſt. Mox Maximianiſtarũ ſerpẽtina fraus pullulauit, contrita eſt, conſumpta eſt.
Manichæorum uenenum aſpidis ſurrepſerat, contritum eſt, conſumptum eſt. Pelagianorũ
nouũ dogma à miniſtris diaboli tanq; à magis Pharaonis excitatũ, illi noſtro ſerpenti cer
tamen indixit, conteritur, conſumitur. Cum tot ſerpentum capita catholica doctrina contri
uerit, diſſipauerit, conſumpſerit, ecce nobis unus anguis Arianus olim mortuus inſultat, ca
put erigit, ueluti uiuum ſe demonſtrare conatur, quem iam olim cõſtat occiſum. Redi Moy
ſes noſter, redi uirga, redi ſerpens Chriſte ſancte, æqualem poteſtatem cum patre habens,
redi, contere capita draconum ſuper aquas, confringe caput draconis magni, uiuum ſeſe p
fitentis, ſed ueram uitam non habentis. Dic tu quid es, quoniam ille aliud docet q; es. Dic,
dic, audiamus unde hæreticos conuincamus. Audite quid dicat, Ego ſum uia, ueritas & ui- Ioan. 14
ta, Nemo uenit ad patrem niſi per me. Secundum humanitatem uia, ſecundum diuinitatẽ
ueritas & uita. Tu autem hæretice Ariane, qui minorem uis eſſe in diuinitate uitam & ueri
tatem, ſequitur ut non per eum uenias ad patrem. Sed adhuc domine Ieſu contere caput
draconis, dic quid ſis cum patre, te audiamus docentem, non hæreticum blaſphemantem.
Dic quid ſis cum patre: Ego, inquit, & pater unum ſumus. Dic adhuc, Ego in patre & pater Ioan. 10
in me eſt. Adhuc dic, Qui me uidet, uidet & patrem. Credis iam hæretice tantæ autoritati?
An ipſius teſtimonium de ſeipſo non admittis, ſed alios de eo teſtes requiris. Ecce introdu
cantur aduerſus te, dicant conuinceris, refutaris, & legis laqueis irretiris. Dic teſtis dei Paule,
qui uſq; ad ſanguinẽ pro iſto teſtimonio acceſſiſti, & ne falſæ doctrinæ ſuccumberes animã
poſuiſti. Dic, audiat qui cõuinci formidat: Conuincat qui nec cõuictus mutat. Singuli qq; Phil. 2
ait, hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cũ in forma dei eſſet, nõ rapinam arbi

tratus est esse se æqualem deo. Audis æqualem, audis formã dei, & tu audes dicere, minorẽ filiũ dei? Veniat & alius testis ut in duobus uel tribus cõfirmetur æquitas ueritatis. Dic & tu
Matth. 16 sancte Petre, quid tibi reuelauerit, nõ caro & sanguis, sed pater cœlestis, Tu es, inquit, Chri-
2. Pet. 1 stus filius dei uiui. Et in epistola sua ad gentes secũda: Notam facimus uobis, inquit, dñi nostri Iesu Christi uirtutẽ, & præscientiã, & magnitudinẽ. Audis uirtutẽ, audis magnitudinẽ, audis præscietiã. In q̃ hæretice Christũ dicis esse minorẽ? Sed audi adhuc quid aduersum te hic testis & de filio & de spũ sancto dicat: Nõ uolũtate hũana allata est, inquit, pphetia, sed spũsancto acti, locuti sunt homines dei. Fuerũt uero & pseudo pphetæ in populo, sicut & in uobis erũt magistri mẽdaces, qui subinducent sectas perditionis, & qui emit eos dominato rem abnegãtes. Vides te ualidis testimonijs & demonstrari & cõuinci. Negãtes, inquit, dominatorẽ esse qui emit eos. Quẽ negas dominatorẽ, nisi filiũ quẽ dicis esse minorẽ? Et qs est qui uos emit, nisi qui uos suo sanguine redemit? Sed ingrediat & tertius testis, ut tres unũ
Ioan. 1 uerũ testimoniũ dicant uni trinitati & trinæ diuinitati. Dic & tu sancte Ioãnes, qui super pe
1. Ioan. 5 ctus saluatoris discumbebas, & uidebas supercœlestia mirabilia uerbum dñi. Dic & tu qui noueris filiũ dei, In principio, inquit, erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Et in epistola sua. Scimus, inquit, quoniã filius dei uenit, & dedit nobis intellectũ ut sciamus quid uerũ sit, & simus in uero filio eius: Hic est eñ uerus deus & uita æterna. Tu aũt minorẽ dicẽdo filiũ qui est deus uerus, nõ habes uitã æternã. Sed ad cõfutandã cõtumaciã puersam
Psal. 109 hæresis ad deglutiẽdũ te serpens magice factus, nõ à ueritate susceptus, ipse pater testimo-
niũ dicat de filio, ut nihil amplius quæras, nihil amplius credas. Per pphetã inqt, Tecũ prin
cipiũ in die uirtutis tuæ. Principiũ pater, principiũ filius, ergo pater & filius principiũ sine ul
lo principio. Tecũ principiũ in die uirtutis tuæ, in splẽdoribꝰ sanctorũ ex utero generaui te.
tãq̃ diceret, ut sancti illuminarẽt, pcessisti ex me. Nec fuit dilectissimi alia causa cur uel ipsa
nomina patris & filij & spũs sancti seiuncta uiderentur, nisi ut sancti homines instruerẽtur.
Exod. 3 Cæterũ quod dictũ est Moysi ab ipsa substãtia trinitatis, Ego sum qui sum. Et sic dices, Qui B
est misit me. Ergo ex utero in splendoribus sanctorũ generatus est filius. Sed ne hãc genera
Psal. 44 tionẽ carnaliter uel tẽporaliter acciperes factã, audi quomodo eũ genuerit. Eructauit, inqt,
cor meũ uerbũ. Ioannes testis dicit, In principio erat uerbũ. Deus pater dicit, Eructauit cor
meũ uerbũ. Propheta Abacuk dicit, Ambulauit uerbũ. Audis dñm uerbum, & hoc esse in
principio apud deũ, & deũ esse uerbũ. Testimoniorũ uox, & ipsius trinitatis unitas per totũ
mundũ cõtra te clamat, & tu uelut canis rabidus cõtra totũ mundũ latras. Sed audi adhuc
unde plenius cõuincaris, q̃ trinitas unus deus sit. Patris uox est per pphetã ad filiũ: In splen
dore sanctorũ ex utero genui te. Patris uox est per Esaiã prophetã de spũ sancto: Spũs, in-
Ioan. 14 quit, à me exiet. Et filij uox in euangelio, ostendens in se patrẽ esse & se in ipso ubi ait, Pater
in me manens ipse facit opera. Filij uox est de spũ sancto ostendens, quia quomodo proce-
Ioan. 20 dit ex patre, ita ex seipso, ubi ait discipulis suis post resurrectionẽ, Accipite spiritũ sanctũ. Et
insufflauit in eis, ait euãgelista, spiritũ sanctũ dans eis ac dicẽs: Si cui remiseritis peccata, re-
Rom. 8 mittẽtur illi. Vnde est & illud apostoli Pauli, Si qs spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius.
Si ergo filius in patre & ex patre, & spũs sanctus simul est & in filio & patre: nõ est seiuncta
trinitas, ubi est perfecta unitas. Descedat Arianus cõfusus reus, quia trinitas unus est deus.

Cap. VI Sed quando tibi peruersa hæresis uerba mea proficiũt, cũ sis aspis surda obturans au
res ne audias uoces incantantiũ? Noueris te tamen à uirga serpente esse comedendũ, dum
oues quas tenes captiuas, ad suum ouile ille pastor adduxerit, ut sit unus grex & unus
Ioan. 10 pastor. Ille pastor noster dilectissimi qui in uirga ferrea pascit & regit, cõfringit & restituit,
ipse pastor est, ipse rector, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnũ te pastorẽ uideo
dñe Iesu oues pascentẽ, errãtes requirentẽ, inuentas cũ gaudio ad gregẽ tuis humeris repor
tantẽ, magnũ te architectũ uideo uirgã portantem, in uirga pendentẽ, & de ista uirga mul
ta miracula facientẽ. Multũ expauesco expositionem uirgæ huius dilectissimi, dum loca di
uinarũ scripturarũ cõsydero. Virga Maria sancta, uirga ipse Christus, uirga crux. Et de ista
uirga

A uirga q̃ magna & mira fecit hic architectus, & arborẽ fecit crucis ubi ipse angularis pepen-
dit lapis, & scalas cœli per quas hominẽ lapsum ad patrẽ leuauit. Quale miraculũ fratres hu
ius architecti, ut de uirga sua faceret scalas, & tales, quarum caput in cœlũ poneret, & per eas
ipse & ascenderet & descenderet, & propter confirmationẽ ipse super eas incumberet. Ascẽ-
de securus qui desideras cœlum: non te terreat eatum, nec angustia, nec longitudo, nec altitu
do: nihil timeas, non nutant gradus eius quos ille architectus sic cõfirmauit, ut in eius ligno
manus suas clauis affigi uoluerit. Vide has scalas huius architecti, discipulũ apostolũ Pau-
lum & demonstrantẽ, & gradus quasi numerantẽ & ascendentẽ, & q̃plurimos inuitantem,
Flecto, inquit, genua mea ad patrẽ dñi nostri Iesu Christi, ut det nobis cõprehendere cum Eph. 3
omnibus sanctis quæ sit altitudo & latitudo, longitudo & profundum. Quatuor gradus
posuit crucis. Non ergo laboriosæ sunt hæ scalæ. Quatuor gradus habent, & perducunt ad
cœlum. In altitudine crucis caput positũ est crucifixi. Sursum cor habeat Christianus ad do
minum, quod interrogatus quotidie respondet, & ascendit unum gradũ. In latitudine cru-
cis, manus affixæ sunt crucifixi. Perseuerent manus Christiani in operibus bonis, & secundũ
gradum ascendit. In longitudine crucis corpus pependit crucifixi. Castiget quis corpus suũ
obseruationibus, ieiunijs illud suspendat, ut seruituti animæ subijciat, & tertiũ gradũ ascen-
dit. In profundo crucis occultũ est quod nõ uides, sed inde exurgit hoc totũ quod uides. As
sit fides Christiana, quod non potest comprehendere, credat corde, altiora à se non quærat,
spes eum nutriat, & tunc quartũ gradũ ascendit. Per hos gradus ascenderunt sancti omẽs,
continentes, cõiugati fideles, euaserunt ruinas mundi, migrauerũt ad loca tutissima, ubi iam
nec barbaros timent, nec fragiles casus humanos exhorrent, nec corruptiones metuunt, nec
ægritudines patiuntur, nec tribulationibus affliguntur, nec ipsam iam mortẽ timent, sed cũ
deo de deo uiuunt. Hanc uitam dilectissimi amemus, ac petamus, desideremus, ad quam
omnis qui currit non graditur uia pedum, sed uia morum. Boni ergo mores requirãtur, ipsi
B in omnibus inueniantur. Vterq̃ sexus & omnis ætas habet in hoc sanctorũ hominũ imita-
tionis exemplũ. Imitentur senes, mores Tobiæ, qui cũ cæcus esset corpore, uiam uitæ filio de
monstrabat in corde. Ille eũ manu ducebat in terra, & pater monẽdo eũ perducebat ad cœ-
lũ. Imitentur adolescẽtes Ioseph sanctũ, pulchrũ corpore, pulchriorẽ mente, quẽ castitas sic
possederat ut irruentes minæ dñæ mulieris impudicæ nõ possent eũ uiolare nec corpore, cu-
ius iam deus possederat mentẽ. Imitentur uirgines sanctæ sanctã dñi sui matrem Mariam.
Imitentur uiduæ religiosam uiduam Annam. Imitentur & coniugatæ castam Susannam.
Virgo mater quod uouit, impleuit. Anna uidua in orationibus atq̃ ieiunijs usq̃ in finem
perseuerantiã tenuit. Susanna casta pro pudicitia coniugali usq̃ ad periculũ mortis accessit.
Intendite coniugatæ, qualis uobis huius à scriptura sancta imitatio proponatur. Nõ enim
prædicat eam, q̃ fuerit auro, monilibus uel ueste preciosa forinsecus compta, cũ fuerit intrin-
secus pudore castitatis ornata. Omnibus uitam donauit qui bonos mores instituit. Propte
rea nãq̃ ipse uir de fœmina est nasci dignatus, quia ab ipso uterq̃ sexus est liberatus. Multa
diximus, intentissime audistis, epulas dñicas libentissime comedistis, repẽdite uicẽ ministra
tori uestro, ut si non uerbo, saltem uestris orationibus pascar.

Finis.

DE TEMPORE BARBARICO.

Eiusdem farinæ Sermo de tempore barbarico.

ADMONET dñs deus noster, nõ nos debere negligere nostra peccata, quãdo Cap. I
talẽ demonstrat itã suam: ipse quippe iuste punit nocentẽ, quia nullum inuenit
pœnitentẽ. Quotiẽs dilectissimi intonuerunt atq̃ intonant tubæ diuinæ: Agi
te pœnitentiã, appropinquabit ad uos regnũ cœlorũ: & clausis auribus cordis,
magis operamur mala & petimus ut ueniãt bona? Sed taliũ iudiciũ iustũ dicit esse Aposto
lus: In eo enim ipso q̃ talia sapiunt qui tales sunt, ex malis operibus posse se bona suscipere,
obdurati sunt, pœnitentiæ locum nõ requirunt: Merito iuste iudicati, qui à semetipsis inue-

niuntur esse damnati,licet nō omnes hic noster tangat sermo,omēs tamen astringit sermo A
Psal.13 diuinus,dicens,Omnes declinauerunt,simul inutiles facti ſsunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Quomodo omnes,& quomodo non omnes? Quia sunt multi qui gemunt & dolent ob iniquitates quæ fiunt in medio eorum,uolentes resistere,sed timore se cularium rerum non audentes, quas adhuc uel adipisci desiderat humana fragilitas, uel amittere formidat infirmitas. Secundū id qđ dolent,nō omes secundū q; rem nō timendā timent,omnes declinauerūt,simul inutiles facti sunt,quia plus existimatur timor hominis q; timor dei,& præferūt homines res quas acceperūt à deo ipsi deo,ne eas tollat malus ho mo,cōtemnitur deus per quē factus est homo. Vellem uos quidē qui adhuc tales estis, & a more rerū seculariū obligati peccātibus aut parcitis aut fauetis,uellem uos quidē aliquibus exhortationibus admonere,quid cui rei præponere debeatis,nisi nos fluuius lachrymarum cōpelleret plāgere eos qui peccāt,& nolūt agere pœnitentiā. Si esset in nobis humanus affe ctus,si esset in nobis cōpassionis sensus,unius hominis mortē flere,dolere ac plangere debe remus. Quibus lachrymis,quo gemitu,quibus planctibus exagitamur,quādo aut maximā partē,aut penè totā plāgimus ciuitatem. Æger est charus,& uena eius malū renūciat: omēs qui eū diligunt,ægrotant simul animo: Si eū & in ipsa uicinia mortis ridere uiderint, quēad modū ab eo oēm spem salutis ablatā sentiūt,eum q; adhuc uiuū tanq; mortuū merito plā gunt. Inter tantas angustias,& in ipso fine rerū posita est uniuersa prouincia,& quotidie fre quentantur spectacula,sanguis hominū quotidie funditur in mundo,& insanientiū uoces increpitant in circo. O planctus omni tristicia acceptior,ô planctus omni mœsticia affligēs cor,quod libet flere. Plangimus em̄ dilectissimi & illos & nos, quia & nos digni sumus qui cum talibus merito flagellamur. Nos enim,cū alios accusamus,omnes declinauimus,simul inutiles facti sumus prorsus omnes. Nullus est excusatus,quia talis est iudex, ut omnis ho
Prouer.20 mo ab illo inueniatur reus. Cū enim rex iustus sederit in throno,quis gloriabitur castum se habere cor,aut quis gloriabitur mundū se esse à peccato? Aduenit tēpus illud quod prædi B
Luc.18 xit dns. Putas cū uenerit filius hominis,fidē inueniet in terra? Quis habet fidē? Quis credit uerbis diuinis? Audebit aliquis uestrū sibi assignare fidē,quādo audit dn̄m dicentē discipu-
Luc.17 lis,Si haberetis fidem sicut granū synapis,diceretis arbori huic,eradicare & plantare in ma ri,& obaudisset uobis? Quis sibi audebit assignare,q; faciat omnia quæ præcepit deus? Ne mo,prorsus nemo. Prædicamus,& non facimus,auditis,& facere nō curatis. Merito omnes sumus sub flagello,& doctor & factor & auditor & contemptor. Studemus inuicē repre hendere,& non studemus opera nostra discutere. Detrahit proximus proximo,detrahit de ricus clerico,detrahit laicus laico. Video quidem scinuicem accusantes,sed neminem uideo iuste se excusantem: unusquisq; enim dilectissimi propriū onus portat, Nolite detrahere al
Iaco.4. terutrum fratres,ait apostolus Iacobus: Qui enim detrahit fratri suo, aut iudicat fratrem, detrahit legi,aut iudicat legem. Si autem iudicas legem,non es factor legis,sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex,qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es qui iudices pro ximum? nec tamen uoces detrahentium,silentium possunt imponere uerbo dei.

Cap.II Clamat ille per bonos & per malos: Agite pœnitentiā,appropinquabit ad uos regnū
Matth.3 dei. Nolite esse auditores legis tantum,sed factores: Facite dignos fructus pœnitentiæ. Ecce enim ait euangelista: Securis ad radices arborum posita est: Omnis enim arbor nō faciens fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur. Video,inquit,omnes homines diuersas ar bores,fructus etiam̄ diuersos habentes,sed bonus fructus quæritur qui pascat,nō qui puri gat. Sūt em̄ & arbores spinosæ igni deputatæ merito incendēdæ,quia in eis nullus fructus est animæ. Putatis ne dilectissimi,nos omnes tales sumus qui in istis malis pro peccatis no stris dimissi sumus? Exacuit agricola ferrum,amputat inutile lignum, abscissum seruat in cendio concremandum,hoc nunc agitur à uero agricola. Videntur sibi quidem mali ad huc stare,adhuc florere. Quisquis talis es,quisquis malus es,quisquis corrigi non uis,non te consoletur altitudo tua,quia maior te expectat ruina,ampliorq; sustinet flamma, quia se
curis

C curs hæc ad te nōdum uenit. Ideo putas te posse semper stare,cum uideas uel audias alias arbores te ampliores cecidisse. Quòd te hic agricola differt,eius est patientiæ,ne forte inter cedat apud eū locus pœnitentiæ. Colonus enim ille in euangelio qui intercedebat pro arbo re,quam dominus eradicare uolebat quòd fructum per trienniū non haberet, uidete quid
Luc.13 ait,Domine,dimitte illam,& hoc anno faciam ei fossam,adhibeam cophinū stercoris. Si fe cerit fructum,bene, sin autē, ueniens abscindes eā. Arbor hæc sterilis,genus hominū est nō habens fructū pœnitentiæ. Dns eius,conditor eius est. Intercessor huius arboris apostolus Paulus est. Vnde probamus? Audi in quadā epistola sua quemadmodū intercedebat pro talibus,Flecto,inquit,genua mea ad patrem dn̄i nostri Iesu Christi,ut det uobis uirtutem.
Eph.3 Hoc ergo eis petebat,ut acciperent quod non habebāt. Faciam,inquit,ei fossam,adhibeam cophinum stercoris. Fossa,locus est humilitatis: cophinus stercoris,lachrymæ sunt pœniten tis,quem locum si quis contempserit,amplius sustinebit tormentum,quando illius agrico læ acutissimum senserit ferramentum. Agite mali pœnitentiam,corrigimini mali, quia uo biscum flagellantur & boni. Dicet aliquis: Si mali merito flagellantur, boni qua- Cap.III re talia à malis,& cum malis patiuntur? Quare? quia secundū quendam modū dicūtur bo ni,secūdum autem rectum uerum q; bonū, Nemo bonus nisi solus deus. Ergo & ipsi boni, Luc.18 quicunq; sunt boni,non tales sunt quales esse debent boni: Non enim sunt perfectū bonū, proficiunt enim de die in diem. Si proficiunt,uti q; exercitationibus proficiunt. Nemo se iu stificet,tanq; iam sit perfectus. Recedat de medio male iustificator Pelagianus, cōfundatur hæreticus Arianus: Nemo enim bonus,nisi solus deus. Quid ergo? Christus non est deus? Planè deus. De ipso quippe dicit scriptura diuina: Hic est uerus deus,& uita æterna. Quid spūs sanctus,non est deus? Planè deus. Vnde probamus,quoniā & ipse deus? Audi in acti bus apostolorū Petrū Ananiæ fraudatori improperantem,Anania,inquit,cur impleuit sa- Act.5 tanas cor tuū, mentiri te apud spiritū sanctū? Nō es mentitus hominibus, sed deo. Ecce & D spūs sanctus deus. Ergo trinitas unus est deus: & uerū est,quia nemo bonus nisi unus deus. Patiētes estote boni,ut sitis uere boni: Patiētes esto te usq; ad aduentū dn̄i. Tolerate mala quæ patimini à malis cū malis,quia ista tentatio,uestra est examinatio. Si aurū es,qd times paleā,quid times ignem? Simul quidē eritis in fornacem,sed ignis paleas in cineres uertit, tibi sordes tollit. Si frumentum es,quid times tribulam? Non apparebis qualis antea eras in spica,nisi tribula conterendo à te separauerit paleas. Si oleum es, quid times pressuram præli? Non declarabitur species tua,nisi etiam pondus lapidis à te seperauerit amurcam. Veruntamen interroget se unaquæque anima,& uideat si iniuste patitur, proferatur sta thera iusticiæ,appendatur amor mundi cum amore dei,uide quemadmodum præponde ret amor mundi, proferatur speculum scripturæ diuinæ: Speculum hoc neminem palpat, qualis es,talem te tibi demonstrat. Intende & uide,& si est aliquid quod offendat,abi con fusus,& redi correctus: an non confunderis, & in malis tuis gloriaberis? Eris enim perfectū malum, non qualecunque bonum. Talis non uis flagellari cum mundo, aut flagellatus murmuras sub flagello? Serue male,fecisti quod dominus iussit,qui ne uapulares ista fla gella ante tibi prædixit. Quis iussit? Dominus iussit, creator tuus iussit. Quid iussit? Qui amat,inquit,patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Ecce quid iussit? Ait: Matth.10 Qui amat filium aut filiam plusq; me,non est me dignus. Ecce quid iussit? Et qui est,inquit, qui odiat patrem aut matrem aut filios? Nec illos ille odire præcipit,sed uel quantum illos, tantum se diligi iussit. Plus quidem debueras diligere creatorem q; creaturam. Sed si nō ua les præferre,saltem uel æquare dignare. Vere filios tuos diligeres,si Christum filijs præfer res,ipsos q; filios ipsi cōmitteres. Vere filios tuos diligeres,si in ipso illos diligeres,qui eos ti bi dedit ut diligas. An ideo eos uideris diligere,quia eorū uoluptatibus faues? Audis blas phemātes,& patiēter fers Christiane quod rex Nabuchodonosor alienigena non potuit sustinere, dicens, Si quis dixerit blasphemiam in deum Sidrach, Misac & Abdenago, in Daniel.3 interitum erit. Vides frequentare spectacula, & non reuocas; uides luxuriantes, & non

uerberas. Nec potes te talem exhibere patrem qui paratus sis indisciplinatos filios uel exhæ C
redare uel abijcere, cum paratus esse debueras sicut Abraam etiam filium immolare. Omis
enim qui filiorum trucidat uoluptates, sacrificium tale quale Abraam, offert deo. Sed dum
ista non fiunt, & his moribus deprauatis male nutriuntur, qui isto mundo utuntur, labefe/
Esa.24 cit mundus, nec immerito ait propheta. Defluxit terra, & omes inhabitãtes in ea. Nõ quie/
scunt usq; nũc murmurare homines, laudare tẽpora præterita, accusare tẽpora Christiana.
Magna erant tẽpora patrũ nostrorũ, dicunt: O q̃ bona tẽpora habuerunt patres nostri.
Cap.IIII Sed uidete quid fecerint patres nostri. Phinees sacrificantẽ uirũ idolis manu propria
Num.25 peremit, ut placaret iram dei. Moyses populum oberrantem, uitulum q̃ fusilem adorãtem,
Exod.32 ita certa emendatione coërcuit, ut unam tribum ex duodecim ad se deuocans, quæ sequi
uoluit deum, præceptum eis daret, ut acceptis gladijs in manibus suis filij percuterent paren
tes, & parentes occiderent filios: nullus eos reuocauit affectus, nullus humanitati reseruatus
est locus, quia timor & amor dei præ omni desideriorum carnalium amore ferebatur. Iepte
ut hostes dijs ac dæmonibus immolantes superaret, unicam filiam in sacrificio dedit. San/
son cum gentes dæmonicolas uirtute, quã à deo in capite acceperat, diutius bellis contereret
atq; fatigaret, seductusq; postea per mulierem oculos simulq; uirtutem capitis perdidisset,
postea q̃ cognouit in opprobrium suum omnes illos conuenisse ad templum idolorum
suorum, eosq; magnificare deos suos quòd eis tradiderant acerrimum inimicum suum, cũ
crescente coma capitis eius ei creuisset & uirtus, à puero qui sibi ducatum præbebat, ut sibi
manum porrigeret petijt, secq; ad illud templum deducere poposcit: ad quod cum uenisset,
columnas duas, super quas totum illud ædificium ferebatur, singulis manibus singulas colu
mnas apprehendens, ruina se simul & illos uoluit opprimi, ne laudes dæmonum in contu/
meliam dei sui à quo q̃ libenter pateretur audiri. Daniel ne à rege homine petitionem ali/
quam posceret, sed à deo uiuo, qui præstat omnia bona suis, leonibus ieiunãtibus in escam
datus est ut periret, sed dñs fidelem seruum suũ non deserens, & ipsum intactũ reseruauit, D
& per Abacuk prophetã simul & ipsum & leones pauit. Quid dicam de tribus pueris, qui cũ
nollent imaginem regiam adorare, ignes tulerunt? In quibus pueris micans gratia, ita eni/
tuit, ut ligati in fornacem mitterẽtur, deambulantesq; uiderentur, os aperientes dominũq;
laudantes, flãmas ad se non admitterent, sed fugarent, ut secum filiũ dei habere meruissent,
anteq̃ mundo in homine apparuisset ut esset eorum uindex flamma, Chaldæorumq; mi
nistros fornacis deuorans consumeret: producti quoq; de fornace incolumes, populos in se
mirabiles redderent, regemq; mutarent, eumq; facerent dei sui adoratorem, quem sensẽrãt
antè persecutorẽ. Sed hæc omnia faciebat fides, timor & amor dei. Oderant isti non solum
omnia quæ habebant propter deũ, uerũetiã animas suas. Et deus eos hic claros fecit, & æter
næ uitæ remuneratione ditauit. Quid tale dilectissimi fecimus, imò ecõtrario quæ talia non
fecimus? Illi nec minis, nec tormentis conuenti, dæmonijs sacrificauerunt. An non sacrifica/
uit qui imagines idolorum per noctem ludentes, quod nocturnum uocant, libentissime spe
ctauit? Sacrificauit, prorsus sacrificauit, & quod est peius, non tauri uel cuiuslibet pecoris
aliquam uictimam, sed ipsam animam hominis precioſam. In hoc tam nefando sacrificio
nõ unus uel pauci accusantur, tota hoc ciuitas fecit quæ tota consensit: nec ab hostibus, nec
à barbaris, sed à seipso omis homo in anima se occidit uidendo, cõsentiendo, nõ prohiben
do, omes remãsimus rei. Et dũ noluimus pacẽ ciuitatis turbari peruersam, pacem quã desi/
deramus nõ accipimus rectã. Cõtemnimus pacẽ seruare bonorũ morũ, & perijt pax tẽporũ
nostrorũ. Discite nũc dilectissimi qd cui rei præponere debeatis. Nolite diligere uitia in filijs,
in amicis, in seruis, in omibus notis præponaẽ singularis potestas omi potestati, honorẽ ex
hibeamus cæsari tanq̃ cæsari, timorẽ aũt deo. Præferatur creator creaturæ, diligamus deũ,
quia diligit nos, & in hoc q; nos flagellat, diligit. Quis est em filius cui nõ det disciplinã pa/
ter eius? Qui sanã consyderationẽ habet, qui credit dei uerbis, metuit plus ignem æternũ, q̃
cuiuslibet truculenti barbari ferrũ, plus metuit mortem perpetuã morte quãlibet hic pessi/
ma.

C ma. Irrideant hæc infideles, irrideant stulti, nolunt credere nec rebus expertis. Ecce cõterunt,
ecce omnia pereunt, ecce cũ ipsis nõ potest stare mũdus quẽ amauerũt, ecce ad deũ attrahũ/
tur cuius præcepta cõtempserũt, nõ enim bona uolũtate pergit qui blasphemãdo moritur.
Ecce itur. Cũ illuc uentũ fuerit, quid agitur? Quò itur? Per quẽ abitur? Quis iterũ huc redire
cogitur? Finitũ est &quod male fecerat, & emẽdare finitũ est. Redite filij redite, redite præ/ Esa.46
uaricatores ad cor, facite gaudiũ ex cõuersatiõe uestra, corrigãtur corda uestra, displiceãt uo
bis opera uestra, estote fortes, tribulatio mũdi nõ uos frangat, dominus in proximo est, ni/
hil solliciti sitis, habetis uirorũ fortiũ magna exẽpla. Vicerũt martyres mundũ. Inter Cap.V
quos martyres mares, etiam fœminæ repertæ sunt fortiores. Antè paucos dies natalicia cele
bramus martyrũ Perpetuæ & Felicitatis, & comitũ. Et cũ tot ibi sint uiri, quare istæ duæ
præ omnibus nominãtur, nisi quia infirmor sexus, aut æquauit, aut superauit uirorum forti
tudinẽ? Vna earũ erat prægnans, alia lactans. Felicitas parturiebat, Perpetua lactabat. Sed
tamdiu hæc Perpetua lactauit q̃diu acciperet ab illo pastore simul & patre buccellã lactis,
qua accepta dulcedo felicitatis perpetuæ eam fecit cõtemnere filiũ, spernere patrẽ, nõ inhære
re mũdo, perdere animã pro Christo. Felicitas uero, quæ sociã habebat Perpetuã, & partu/
riebat & dolebat, obiecta bestijs gaudebat potius q̃ timebat. Quæ uirtus in fœminis qua/
lis est gratia, quæ cũ se infundit nullũ indignũ iudicat sexũ. Gratias gratiæ dei, reparauit em
sexũ muliebrẽ: in opprobriũ magnũ mulier remanserat, quia ab initio per mulierẽ peccatũ,
& propter hãc omnes morimur. Diabolus unã Euam deiecit, sed Christus natus ex uirgi/
ne, multas fœminas exaltauit. Perpetua & Felicitas caput calcauerũt serpẽtis, quod Eua ad
cor suũ intus admisit. Istã seduxit falsa promittendo, illas nõ ualuit superare sæuiendo: illã
decepit in paradisi felicitate, has non potuit adire nec substãtiarũ deposita potestate. Illius
inter paradisi delitias ruinã, harũ inter pœnas fortitudinis constantiã ipse quodãmodo dia
bolus expauit. Merito sic sunt exaltatæ, merito uiris uel coæquatæ uel prælatæ. Quãuis em Gal.3
D in Christo Iesu nõ sit seruus neq; liber, nõ sit masculus neq; fœmina, sed omnes sint unũ oc
currẽtes in uirũ perfectũ, descendit tamẽ hoc donũ ex magna gratia. Perpetua enim & Feli
citas nomina istarũ sanctarũ fœminarũ, merces est sanctorum omnium martyrum.

Vicit mundũ etiã Iob ille omnibus notissimus totiẽs tentatus, sed minime superatus, Cap. VI
impleuit dominicũ præceptũ, cõtempsit filios, ne blasphemaret qui dederat filios, repulit à
se uxorẽ quæ ei blasphemiã persuadebat, quã diabolus proptera solã dimiserat, quia sibi eã
necessariã esse nouerat. Nõ enim dimiserat marito cõsolatricẽ, sed suæ tentationis adiutricẽ
fecerat eã nouã Euam, sed ille nõ erat uetus Adam. Existimauit etiã istũ sicut illũ per mulie/
rem posse decipi, sed iste spernendo uxorem pessima suggerentẽ, diuinitus adiutus, etiam
ipsum diabolũ in illa ualuit supare. Fortior fuit Iob in doloribus q̃ ille Adã in nemoribus:
iste nõ cessit tormẽtis, ille superatus est in delitijs. Videtis dilectissimi quid agat tentatio, q̃
utiles sint huius mũdi pressuræ, & quẽadmodũ corrũpãt terrenæ delitiæ. Cõtẽpsit Iob uxo
rem, filios, omia sua, postea & carnẽ suam: plus amauit eũ qui dederat q̃ id quod dederat,
usus est quod acceperat tanq̃ bonus uiator, possedit, nõ possessus est. At ubi ea placuit au/
ferre qui dederat, benedixit, non blasphemauit: Dñs, inquit, dedit, & dñs abstulit, sicut dño
placuit ita factũ est, sit nomẽ dñi bendictũ. Imitamini talẽ uirũ, imitamini tales filij esse etiã
flagellati, ut mereamini recipi: Flagellat cm oẽm filiũ quẽ recipit, disciplinam eius sustinete, Heb.12
sicut filios, ita uos aggreditur deus. Quod probat ille filius iunior in euãgelio po Cap. VII
situs, qui disciplinã paternã cõtempsit, substantiã suam in meretricibus erogauit, porcos pa/
uit, fame cõtritus est, siliquis porcorũ uentrẽ suũ implere nõ potuit, tandẽ aliquãdo reuersus
est ad se, & inuenit se qui perdiderat se, in mentẽ ei uenit q; multi mercẽnarij patris sui abun
darẽt panibus, ipse uero fame periret. Statim surrexit, ad patrẽ recurrit, nõ se filiũ, sed tanq̃
unũ ex seruis cõputari rogauit. Inclinatur humilitas, excitatur misericordia, uoces filij pœ/
nitentis cõcutiũt paterna uiscera. Dicit se filius indignũ, ut ille eũ iudicet dignũ, rogat ut in
numero seruorum iubeatur suscipi: & pater ei illam primam stolam iubet afferri, mactat

uitulũ

uitulum ſaginatum,chorũ congregat,aduocat amicos,facit epulum magnũ. Quare? Quia C
hic filius meus,inquit,mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuentus eſt. Hanc ſimilitudinẽ
dñs in euangelio propoſuit,quam ipſe expoſuit dicens,tale gaudiũ fieri in cœlo ſuper pecca
tore pœnitentiam agente. Nunc uero quoniã tempus eſt exhortari omnes ad pœnitentiã,
ut filij errantes reuertantur,eiſcꝫ conuiuiũ à patre ſaginati uituli præparetur,etiam nos dile
ctiſſimi parati ſimus huic conuiuio tancꝫ amici domeſtici intereſſe,maxime quia cũ iſto pa
trefamiliâs ad menſam eius quotidie accedentes nõ nos iam dignat uocare ſeruos,ſed ami
cos. Percurramus,ſi placet,ipſam parabolam à dño in euangelio propoſitã,in qua nobis &
affectum patris demonſtrauit pium,& filij perditi indicauit reditum,filijꝫ maioris qui de
paterna domo non diſceſſerat,cõmotum retulit animũ. Hoc quippe habet textus ipſius le
ctionis. Veniens,ait,filius eius primogenitus de agro cum uideret ſymphoniam,interroga
uit ſeruos quid nam illud eſſet? Eiꝫ dixerũt: Frater tuus reuerſus eſt,& occidit illi pater tu
us uitulum ſaginatum,eo q̃ ſaluum illum ſuſceperit. Et indignatus noluit introire. Egreſſus
eſt autem ad illum pater ſuus ut cum introduceret. Improperauitꝫ ille patri ſuo,q̃ laboraſ
ſet ſemper cum illo,& nunꝫ illi talia exhibuiſſet: at ubi uenisſet filius ille qui omnẽ ſubſtã
tiam paternam male conſumpſerat,occidiſſet illi uitulũ ſaginatũ. Et reddit pater rationẽ fa
cti ſui,conſolaturꝫ filiũ ſuũ ſecum permanentẽ, de domo nõ diſcedentẽ, & dicit illi: Fili, tu
meus es,& mecũ es ſemper,& omnia mea tua ſunt: uerũtamẽ oportuit nos iſta facere,quo
niam frater tuus mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuẽtus eſt. Nõ uacat hæc talis à dño
propoſitio. Donet itaqꝫ nobis qui iſta propoſuit,ut demonſtremus ab ipſo fuiſſe impletũ
hoc quod per quandã ſimilitudinẽ nos quodãmodo excitauit ad aliquid inquirendũ. Affe
ctum paternũ exhibuiſſe ſuis dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ,nullus ambigit Chriſtianus.
Illud magis requiramus,qui ſit filius iunior,qui prodige uiuens ſubſtantiã paternã diſſipa
uit,& qui ſit filius primogenitus qui indignatus q̃ filio perdito redeũti uitulus ſaginatus oc
ciſus ſit,intrare noluerit. Quis eſt iſte filius perditus q oẽm ſubſtantiam paternã in meretrici D
bus erogauit,niſi ille latro qui ſubſtantiã animæ à deo ſibi datã per ſcelera defluendo etiã
in cruce pependit? Porcos pauit,quando dæmonũ uoluptates ſuis factis impleuit. Fortaſſe
Matth.8 illos porcos pauit,quos petierat diabolus à domino dicens: Iube nos introire in gregẽ por
corum. Fame cõtritus eſt,quia panẽ uerbi dei nõ inueniebat. Siliquis cupiebat ſaturare uen
trem ſuũ,quando tortuoſis cogitationibus replebat animã ſuã. Sed reuertatur ad ſe,uideat
Luc.23 ſe latro in cruce pendentẽ,cõcurrat ad patrẽ,dicat pendens in cruce,Dñe memẽto mei dũ ue
neris in regnũ tuũ. Dñe memẽto mei,nõ ſum dignus uocari filius tuus,ſuſcipe me ſicut unũ
ex ſeruis. Dñe memẽto mei. Latro enim ſua attendens merita de ſeipſo diffidebat, ſed dñs
tancꝫ pius pater latroni filio quod deſperauerat offerebat. Proferat huic pater ſtolã illã pri
mã,induat filiũ immortalitate, quẽ ſecũ uidet in cruce pendentẽ,introducat eũ in domũ,di
cat Chriſtus latroni: Amen dico tibi,hodie mecũ eris in paradiſo. Mactet uitulũ ſaginatũ,
hominem illũ ſuſceptũ etiã pro latronibus crucifixũ, aduocet amicos ſuos diſcipulos qui
Ioan.15 bus dicebat. Si feceritis quæ mando uobis,iam uos nõ dicã ſeruos,ſed amicos. Præparetur
Luc.2 illud conuiuiũ cœleſte,aſtet ille chorus angelorũ ſuauiter declamans, Gloria in excelſis deo,
Matth.26 & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Veniat & primogenitus filius ille & nolit intra
Ioan.13 re. Quis eſt iſte filius primogenitus qui noluit intrare,niſi ille primus apoſtolorum Petrus,
qui ad interrogationẽ unius ancillæ,in atrio ſacerdotis ter dominũ auſus eſt negare? Dixi
ſti quidẽ ô Petre tancꝫ patri Chriſto,ego tecũ laboraui,quãdo dicebas ſaluatori, Tecũ ſum
uſq; ad mortẽ,animam meã pro te ponam. Vbi eſt quod promiſiſti? Interrogaris ſemel,&
negas: ſecundo interrogaris,& negas: tertio,& negas. Non uis ad cõuiuium intrare,ideo au
ſus es ter dominũ negare. Vbi eſt, Animã meã pro te ponã? Ter negantẽ nõ terruit ungu
la,ſed una oppreſſit muliercula. Certe tecum ſum uſq; ad mortem. Vide,uide igitur Petre,
quantũ de te antea præſumpſeris: Ecce nunc ter negando,gallo teſte conuinceris. Sed egre
diatur pater ad primogenitũ filiũ nolentẽ intrare,dicat Chriſtus Petro: Intra in gaudiũ dñi
tui,

C tui,reſpiciat negantem,compungat flentem,faciat amatorem,exhortetur eum paterna uo
ce: Fili,inquit,tu meus es,tu es Petrus,& ſi me negaſti,meus es. Tu es Petrus,& ſuper hanc Matth.16
petram ædificabo eccleſiam meam. Tu meus es,& omnia mea tua ſunt. Tibi dabo claues
regni cœlorum. Apud te Petre ſunt claues,dignare iam ad cõuiuium intrare,oportebat hæc
fieri,quoniam frater tuus latro mortuus erat,& reuixit,perierat & inuentus eſt. Si Petrus an
tè cꝫ Chriſtus pro omnibus crucifigeretur,regni cœlorum claues accepit, quà illuc introiuit
latro,ille iam non reus,niſi per latus quod aperuit Iudæus? Et nunc ueniant omnes quicũcꝫ
amant paradiſum locum quietis,locum ſecuritatis,locum perpetuæ felicitatis,locum in quo
non pertimeſcas barbarum,in quo nullum patiaris aduerſarium,nullum habebis inimicũ.
Venite omnes,intrate omnes; eſt quà poſſitis intrare,patet latus. Oſtendit enim ille latro,
quò debeant omnes intrare,neminem ſuo exemplo docuit deſperare.

Contendite,ait dominus,intrare per anguſtam portam. Quid anguſtius illo foramine,quod unus è militibus percutiendo latus crucifixi aperuit,& tamẽ per has anguſtias pene iam totus mundus intrauit? Venite & uos Iudæi,uocat uos quem crucifixiſtis,filius dei, contendite intrare per anguſtam portam; per hanc enim introierunt patres ueſtri: Illi qui ut crucifigeretur clamauerunt,qui in ligno ſuſpenſum uiderunt,qui irriſerunt,qui caput agitauerunt,per iſtas tamen anguſtias introierũt. Non enim inaniter clamabat ille pendens in cruce, Pater ignoſce illis,quia neſciũt quid faciunt. Per has ergo,ut dixi, anguſtias,per anguſtam portam lateris Chriſti ingreſſus eſt latro mutatus,pœnitens Iudæus,conuerſus omis paganus,& ab eo exijt foras malus hæreticus Arianus. Exijt,quoniam non erat de numero permanentiũ. De illis enim erat,de quibus Ioannes dicit, Ex nobis exierunt,ſed nõ erant ex nobis: ſi enim ex nobis eſſent,manſiſſent utiqꝫ nobiſcum. O hæretici Ariani, agnoſcit latro in cruce pendentem,ipſi inimici Iudæi expaueſcũt reſurgentem,& uos male tractatis in cœlo regnantem. Cauete dilectiſſimi Arianam partem,non uos ſeparent à Chriſto terrena p
D mittendo, propter tunicã nõ uos expolient fide; membra Chriſti ſeruate unitatem atqꝫ integritatẽ unius tunicæ,quam nec percuſſecutores Chriſti auſi ſunt ſcindere. Nolite iniurias irrogare capiti ueſtro,pro uobis ille mortuus eſt,ne uos moreremini. Quẽ Chriſtus per baptiſmum uiuificauit,quare eum Arius rebaptizando occidit? Erubeſce,erubeſce hæretice. Negauit Petrus & reuerſus eſt,& flendo deleuit quod timore negauit. Chriſtum in ſuis perſecutus eſt Paulus,ſed ad eius uocem cecidit & ſurrexit. Aliter cecidit; aliter ſurrexit. Cecidit perſecutor,erectus eſt prædicator. In Chriſtianis Chriſtum perſecuti ſunt reges; ſed multũ eis præſtiterunt,quando membra ad caput ſuum uelociter tranſierũt. Nemo talia damna,qualia tu ingeris Chriſto, animas eñ multorũ cupis interficere, p qbus Chriſtus in carne uenit occidi. Erubeſce,erubeſce hæretice. Quid iteras quod ſimul daẽ in mẽbris ſuis? Iã intus eſt Chriſtus,noli in iſtis ipſum uelle rebaptizare. Semel enim pro omnibus cũ Ioanne in aquã Matth.3
dignatus eſt ipſe deſcẽdere. Redemit Chriſtus animas,cuſtodite quod ille redemit. Integro Chriſto integrum aſſignate prædium. Nemo inuadat,nemo inuaſori conſentiat,characterem dominicum nullus abſtergat,titulos Chriſti nemo deponat. Reddituri eſtis rationem domino rei,boni,ſerui,data eſt nobis occaſio bene operandi. Abundant peregrini; captiui, expoliati. Facite uobis amicos ex mãmona iniquitatis,ut & ipſi recipiant uos in habitacula æterna.

Finis.

DE SOBRIETATE ET VIRGINITATE.

Sermo neſcio cuius, certe nec pilum habet Auguſtini,ne ſcriptoris quidem eruditi:

QVVM mortalium mutabilis mens uel bonis aliquando uel malis intentionibus delectetur,plericꝫ ſeu pœnitudine malorum ad actus bonos,ſiue concordia mentis ex bonis ad malos præcipites transferantur, diſputandi materias morũ ponderatoribus gignunt,quibus agnitis correcti lætentur; inconuertibiles autem in ſuis iniquis moribus confundantur. Difficilius nanque bonorum appetitores inuenies, quàm malorum deſertores: quia quamplurimis & penè cunctis mortalibus Cap. I

dulcia

dulcia ſunt magis ea quæ carnem fouent, quàm quæ, à uitijs frenant. Et quoniam ſtu/ C
dij commoda à nobis ſuggerenda ſunt honeſtatis, admonemus in tali propoſito militare
uolentem, ſegnem, ſomnolētum atq; temulentum eſſe non debere, quoniá ab his uitijs tri/
bus, niſi quis fuerit declinatus, ſecurus nunquam eſſe poteſt uel tutus, imò & periculis omni/
bus, & ipſi etiam morti erit is ſemper obnoxius. Fortitudo enim inimicū opprimit: uigilan/
tia tendentibus inſidias obſtat, ſobrietas uero præparatum cor hominis facit. Propterea
enim dominus deus noſter paterno affectu per prophetas & apoſtolos ſuos nobis præce/
pit, ab omnibus uitijs, & maxime ab ebrietate, quæ omnium uitiorum gurges eſt, penitus
abſtinere. De cuius uitij malo uolumus lectori aliquanta proferre, quem tantum monitis
hortamur, animum intentum apponere & ſermoni noſtro, & ſi minus lucenti quàm audi/
tus exigit eloquētium, ueniam dare. Suademus enim, auditores rationem dicti debere ad/
uertere, non fucum ſpumantis ſermonis, aut artificioſam eloquentiam expectare. Vnde pri
mitus propter libelli titulum uel decorem, fructus & bona ſobrietatis in quantū poſſumus
proferamus, & poſtea ebrietatis indecoras moleſtias publicemus. Sobrietas nāq; caſtitas
eſt ſenſus & mentis, membrorū omnium corporisq; tutela, caſtitatis pudicitiæq; munimē,
pudori proxima, amicitiæ pacisq; ſerua, honeſtati ſemper cōiuncta, criminum uitiorumq;
omnium profuga, recti iudicij tenax, memoriæ recordationisq; inſeparabilis ſapientia, ſe/
cretorum cuſtos arcani uclamen, lectionum & doctrinæ capax, ſtudiorum & artium bona/
rum diſcipula pariter & magiſtra, ingeniorum capiendorum pediſſequa, bonæ famæ ſem/
per auida, in cogitationibus ſalubria atq; utilia creans, uirtutis ſingulare auxilium, cuncta
cū ratione diſponens, in cōgregatione honeſtorū ſeipſam ſemper ingerens. Sobrietas teme
ritatē fugit, pericula cūcta declinat, mutuis officijs obtemperat, ſuperbiam deteſtatur, do/
mum familiamq; cum moderatione gubernat, fidem ſibi cōmittentibus ſeruat: & ut ſum/
matim breuiterq; dicam, ſobrietatis perſeuerātia inæſtimabilis eſt animi fortitudo: omnes
eam uirtutes, & omnes laudum ſemper tituli concupiſcunt, quia ſine ipſa ornari aut placere D
non poſſunt. Econtra ebrietas ab animæ iniuria incipit, & flagitiorum omnium mater eſt,
culparum materia, radix criminum, origo omnium uitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſen
ſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis. Ebrietas temporis amiſſio
eſt, inſania uoluntaria, ignominioſus languor, mentis ſanæ debilitatio, turpitudo morum,
dedecus uitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela. Ebrietas, ut cernimus, quotidie ampla
rum familiarum plurimos labefacit, & cura gubernationis deſtitutos, parentum auorumq;
ſuorum bene diuq; congregata, atq; ingenti precio comparata uili nummo diſtrahere fe/
cit. Ebrietas in utroq; ſexu cuncta mala ſemper appetit, & nefanda cōmittit. Ebrietas timo/
rem dei aufert, futurum dei iudicium de corde ſe habentium tollit. Ebrietas, ut ait Apoſto/
lus, regna cœleſtia appetentibus denegat. Ebrietas temulentis tēpora furatur, dies ſurripit,
depoſiti ſui non reminiſcitur, & ante illum poſita nec mente nec oculis cōtuetur. Famulo ue/
ro non ſolum fidem aufert, ſed etiam fraudum & ſeruitutis officio inutilem facit, & alia ma/
la quæ comprehendi non poſſunt. Et quoniam ab aliquantis uini non temperatur uſus, ſed
potius appetitur exceſſus, habitus corporis & uitæ periculum & opinionis ac famæ grauiſſi
mum acquiritur damnum: nam fomentis corporalibus prouiſum eſt uini munus: abuten/
tibus penitus interdicitur, & ſobrietatis diſciplina cuſtodienda ſancitur. Eſt quidem in mul/
tis uitæ mortalium uinum neceſſarium, debilem ſtomachum reficit, uires deficientes repa/
rat, algentem frigore calefacit, uulneribus infuſum medetur, antidotis etiam diuerſisq; me/
dicaminibus adiunctum ſalutem operatur, triſticiam remouet, languores omnes animi de/
let, lætitiam infundit, conuiuas honeſta miſcere colloquia facit: paulo amplius uero ſumptū
potanti quodammodo conuertitur in uenenum. Propterea enim uini abſtinentiam ſacer/
dotibus primo & Leuitis à domino legimus imperatam, quia oportebat ut illi primitus ſo
brietatis modum obſeruandum ſuſciperent, qui cæteris mortalibus nō dictis ſed factis præ/
cepta diuina obſeruanda aliſs traderent, caſtitatis & ſanctitatis moribus adimplerent. Leui

tico

A tico libro dicente, Et dixit ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare poteſt, nō bibes tu & Leuit. 10
filij tui quando intratis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempi
ternum eſt in generationibus ueſtris. Ezechiel quoq; phopheta ſimiliter dicit, Et uinum nō Ezech. 44
bibet omnis ſacerdos cum introire cœperit in atrium interius. Autorum uero ſecularium cū
plurimi ſobrietatis præcepta libris plurimis ædiderunt, quorum aſſertiones contra ebrieta/
tis uitia non proferimus, quia humana decet diuinis, non diuina humanis teſtimonijs cōfir
mari. Quare debet cōgrua obſeruatione ſobrietas cū ſacerdotali affectu certare, qa qui nō
ſobrius acceſſerit ad diuinæ maieſtatis altarium, ſentiet immaturæ mortis interitū. Quicūq;
erit honore ſacerdotali præditus, & ꝓximus fuerit ebrietati, uicinus eſt ultioni. Et in eos qui
deo proximant ſi fuerint temulenti, procul non ſunt uindictæ ſæuienti. Ergo quiſquis diui/
no munere ſacerdos conſtitutus, uinolētus acceſſerit ad ſacramenti celebrationē, mortis con
ſequēdæ non habet dilationē. Contrarius namq; eſt unicuiq; rei ſemper exceſſus, & in quo/
cunq; ſexu nimietas adhibita fuerit, uitium facit. Quare quicquid immoderatum indiſcipli/
natumq; eſt, proximum ruinæ conſequitur caſum: quia ubi modus non eſt, periculū totum
eſt: & quæcunq; res non habet temperamentum, præcipitat in exitium. Sic itaq; dū quiſquis
immoderatus cōuiuioq; medius amiſſis modeſtiæ frenis, inſana fuerit ebrietate proſtratus,
auerſos reſpicit nutantes, quos integros uidere nequiuit, aut ſermone lōgo ſuperflua uerba
emittit, & uana dicta componit, male clamans & bene ſibi ſonās, uultu deiecto ſupinus ac/
cumbit, uomens & ſui omnino neſcius, ſpectaculum conuiuio præbet: & dum nihil conſe/
quitur ſanum, nullo alio cogente præter uinum, cordis ſui archana patefacit, & amicorū ſibi
commiſſa ſecreta in medium prodit. Ad uniuerſa autem uel crudelitatis uel turpitudinis fa/
cinora perpetranda facilis inuenitur, cui nulla ſobriæ mentis ratio, ſed ebrietas dominatur.
Aſſumit inter pocula iniuſta certamina, & nullis ſtantibus cauſis aſperam excitat rixā, quia
interponendo uerba uana, aliorum ſana dicta non patitur, & in contumeliam erigitur con/
B uiuarum & crimina proximorum. Iſta lector ut libenter accipias, admonendum te credi/
di. Quare lege caute Petri apoſtoli epiſtolā ad Gentes, Pauli ad Romanos, ad Corinthios
primam, ad Epheſios, ad Theſſalonicenſes, ad Titum. Præterea ad ebrietatem cauēdam do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum audi in euangelio dicentem, Attendite uobis, ait, ne for/ Luce 21
te grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate. Et dominus ſeruo iraſcitur, cui multas pla/
gas in aduentu ſuo imponere comminatur. Quare abſtinete uos talia agentes uel facien/
tes, abſtinete ueſtram inſaniam, & homines uos humanos cognoſcite, & tantam turpitudi/
nem à uobis abijcite, & ebrietatis crimina totis uiribus declinate. Ruſticanum quidem,
ſed ſanum dictum aduertite, Vinum medicamentum, plus iuſto ſumptum, uenenum
eſſe cognoſcitur. Tantam ergo turpitudinem à uobis abijcite, & ebrietatis crimina totis ui/
ribus declinate. Iucunditati, non ebrietati creata eſt uini natura, per cuius moderationem
ſitis extinguatur, non tamen ut uſq; ad ebrietatem bibatur. Fugite crapulam, eaq; loquen/
tes aut facientes quibus ſobrij non erubeſcant. Fugite crapulam, quæ ſolis lugentibus à con
ſolantibus amicis uel proximis in exequijs ingeritur. Dolor enim amiſſi funeris ſine ui/
ni quauis nimietate temperari non poteſt. Tu uero ô homo incolumis, quotidie uino
co gente deſideras uomere, & tanto repleris, quanto poſſent plurimi cum iucunditate
lætari & ſobrie ſaturari. Non conſyderas turpe eſſe plus ſibi uelle inferre hominem quàm
capit, nec ſtomachi ſui noſſe mēſuram? Non conſyderas ebrietati deuinctum, ſuæ poteſta/
tis eſſe non poſſe? Vt quid potando facis exceſſus, niſi ut per prouocationē uini inſoleſcas
in peius? Naſcitur ex hac potandi infelicitate inter prouocatos & prouocātes ignominioſa
certatio, & uincenti eſt turpitudo deterior. Ex hoc enim multorum membra cibos recuſant,
& uino dedita, præcoqua debilitate & cruda ſenectute marceſcūt, & adhuc ætate uirides tre
mula uibratione quaſſantur. Inde pulmones uſtione uini quotidiana putreſcunt, & per ora
ueluti mortuorum ſpiritus tetros mittunt. In his ergo talibus non ratio ulla, non ullum ge/
rendæ uitæ conſilium, nō geſtorum aut lectionum memoria, nec ulla artium aut induſtriæ

prouidentiá,utpote quem prandio accumbentē ſolis occidentis uidet occaſus,& cœna per/ C
noctantem inſperatus occupat dies,& dum iugi amentia die nocteq; diſcumbendo dormi
Cap. II tat aut bibit,in hac uita adhuc poſitus quotidie ſepelitur. Sed quid iam dicā
uel qd taceā? Huius igitur ebrietatis ſi quippiam in fœminis ceciderit,quæ uirilē ſexum ſu/
perius tactis criminum molibus onerauit,nihil tacendū eſt, imò laborandum eſt, ut & quæ
tales ſunt fœminæ,hæc diuina admonitio corrigat, & ſobrietas metu correptionis ab ebrie
tate compeſcat.Sed quoniam in admonendis uiris à ſacerdotibus & leuitis uel miniſtris hu
ius libelli opuſculum inchoauimus,merito conuenienterq; in fœminilem ſexum admonen/
dum à dominicis ſacrisq; uirginibus ſumamus exordium,quo generaliter omnis dignitas,
uel ſexus ab hac admonitiõe inexcuſabilis habeatur.Dominica uirgo debet agnoſcere qui/
bus præceptis conueniat inſiſtere,uel à quātis uitijs debeat abſtinere, ſi uult & in ſeculo po
ſita cum deo,& cum eodem poſt huius uitæ reſolutionem in claritate cœleſti regnare. Do/
minica uirgo primitus publicos debet uitare conſpectus,& platearum frequentiam declina
re,atq; in domo poſita lanificio inſiſtere uel lectioni diuinæ. Dominica uirgo in fœminarū
laicarum conuentu conſidens uel conſiſtens,ne uerbis ſcurrilibus neq; lubricis earū aut can/
ticis præſentiæ tuæ copiā facias,ſed magis fugias,oculos tuos aureſq; cõcludas,ne dei timo/
re priuata,diabolicas cogitationes ſenſibus tuis immittas,qbus in breui forte diſpereas. Do
minica uirgo nec ornatu capitis,nec habitu comæ, nec oculis erectis aut lætis, ſed pronis ad
terram cum uultu procedat, ne in ſeruiles indurata amores, & ſi ipſa non pereat,alijs cauſa
perditionis exiſtat, Oculorum enim cupiditas quos animæ interitus faciat,euangelica uox
nobis pronuntiat.Dominica uirgo ab omni inuerecundo ſermone uel riſu ſe debet penitus
abſtinere,& cum ſilētio & diſciplina omnem uitam ſuam ornare.Dominica uirgo quæ uul/
tum ſuum ob ſplēdorem genarum aliquo fuco infecerit,in Eſaia propheta de filiabus Sion
promiſſam ſententiam pertimebit.Dominica uirgo,ut de uiduis Apoſtolus docet,aut ſer/
mone garrula,aut loquacitate uerboſa, uel curioſitate ſuperflua, caſta non poteſt iudicari, D
imò proſtituta ad luxuriam alios magis accendit. Dominica uirgo nulli te uitrorum cuiuſli/
bet ætatis ſine grauiſſimarum mulierum præſentia ſingulari habitaculo uel colloquio cre/
das: & cum ſola in tabernaculo conſiſtis,clauſis ſuper te ianuis ſedeas,nulliq; uirorum pul/
ſanti,facile ianuam tuam pandas, ne forte in ſuſpitionem turpiſſimam, aut in pudoris tui
naufragiū cadas.Dominica uirgo in locis in quibus uiri cubant non debet accedere,ne ipſa
ſe uelut ſcortum credatur ſuis corruptoribus præbuiſſe. Dominica uirgo male docenti miſe
rabilisq; uitæ fœminæ,aut aliquando ſiniſtra opinione uexatæ, conſortium colloquiumq;
1. Cor. 15 declina,quoniam corrumpi mores bonos colloquijs maliſ,Paulus apoſtolus docet. Domi/
nica uirgo,ob extinguendas libidinis uel omnis laſciuiæ flammas,ieiunijs & abſtinētiæ de/
bet operam dare,orationibus die noctuq; inſiſtere,ſi cupit & laqueos & inſidias diaboli in/
ſidiantis euadere, & ad promiſſa uirginitatis præmia peruenire. Dominica uirgo ,omnem
fratrem quem uitandum mala fama commendat,nimis fuge,& quantum potes ab eo, uel
ab eius conuiuijs tuos acceſſus declina. Dominica uirgo non neſciat,ex conuiuali colloquio
inoleſcere libidinis uitia,& exinde ad fornicatiõis uenire peccata.Dominica uirgo,ut cito cõ/
cludam,ab omnibus illecebris gulæ abſtinens eſſe debet, & parco uictu uel potu debet eſſe
contēta,& honeſta taciturnitate ſemper ornata. Dominicam uirginem,dei beneficium eſt,
iraſci neſcire,noſſe magis iracundiam cohibere,cunctis benignam exiſtere,oculis non annu
ere,dolo & malicia linguam non fabricare, alienæ domus ſecreta nec auſcultare nec prode/
re, auariciam cupiditatemq; fugere,ſibi depoſita non negare,in uſuris pecuniam non habe
re,ſorori culpam ex corde dimittere, ſcādalum nulli apponere,tribulatis conſolationē præ/
bere,infirmantibus miniſtrare,detrahenti alteri non conſentire,& à detractione ſe penitus
abſtinere. Dominicam uirginem in eccleſia cum ſilentio ſtare debere, & nihil legis docere;
1. Cor. 14 Apoſtolum audi loquentem,Mulieres in eccleſia taceant,turpe eſt mulieribus,loqui in eccle
1. Timoth. 2 ſijs.Item ait,Mulieres in ſilentio diſcant.Item mulieribus docere non permitto.Si ergo mu

lieri/

A lieribus turpe eſt docere,aut in eccleſia loqui, quanto magis uirginibus, quas caſtitatis deo
promiſſæ cura profeſſioq; conſtringit,ut eas magis aliæ in bonis operibus imitentur. Do/
minica uirgo ne quid prauum aut ſcurrile aut ſimulate loquatur,& omne mendaciū ex ore
ſuo penitus eradicet.Loquentes enim mēdacium dominus perdet,ut in quinto pſalmo Da
uid,& eius filius in libro ſapientiæ docet.Dominica uirgo quātam fidem debet in omnibus
exhibere,tātum caueat iurare.De his quæ egerit, propter ueritatem confirmandam iuramē
ta perſoluere,ne in totū,aut omnino iuret,dominum agnoſcat in euangelio præmonētem.
Dominica uirgo furta fraudēſq; facere,aut falſa teſtimonia dicere,aut ea facientibus cõſen/
tire caueat,quia ea committētes beatus Paulus obiurgat.Dominica uirgo matronalibus cõ
uiuijs,quibus uiri miſcentur,intereſſe declinet, ne concupiſcentiæ peccatum ſecum inter po/
cula loquētibus uiris importet. Dominica uirgo contra omnes ſonos muſica arte prolatos,
contra cuncta cantica ſecularia, contra omnia quæ dulciter delectentur audire aures,& cor
tuum conclude ne diabolicum melos,Chriſti de corde eius abſcindat amorem. Dominica
uirgo motibus,flexibusq; ſaltātium,cymbaliſtriarum,uel tympaniſtriarum omniumq; ui/
rilium ludicrorum, quātum potes, uultum tuum auerte,ne cuiuſlibet eorū repentino amo
ris telo percuſſa,grauiter incipias interire. Dominica uirgo non tantum ne ſuperbia liti/
get caueat,ſed etiam à ſuperbientibus & litigantibus quantum poteſt procul abſcedat.Su/
perbis namq; deus reſiſtit,humilibus autem dat gratiam, Salomon in prouerbijs clamat. Prouer.3
Dominica uirgo nec ſermonis iactantia,nec diuitijs,nec generis nobilitate ſe debet extolle/
re,ſed in humilitate & paupertate ſpiritus Chriſto accepto debet quādiu uixerit permane/
re.In iudicio enim dei non natales,ſed actus proprij penſabuntur,ex quibus ſinguli merce/
dem ſicut geſſerunt non ſicut nati ſunt reportabunt. Dominica uirgo uiglias funebres uel
cæteras quæ in priuatis domibus eueniunt, debet effugere,ubi præcipue ſine diſcretione ſe/
xus commixti cõueniunt. Dominica uirgo quæ ſecundum proprias uires ulli manum porri
B git,non poteſt ancilla dei uel dici uel credi. Sed ut breuiter dicam,dominica uirgo quæ pu/
doris ſui domino promiſſi cuſtodiam gerere nititur, nec inceſſu notabili,nec nutu aut dicto
molli,nec ocioſitate uerbi,nec corpore,nec mente debet omnino peccare.

Et quoniam quæ in admonendis uirginibus ſacris dicta ſunt, credamus poſſe ſuffice- Cap.III
re,ex quibus præceptis etiam dei ſeruis uel laicis cunctis conueniat obſeruare:iam debemus
ad uinolentiæ crimina enumeranda uenire,& docere ebrietatem cuncta uitia ſuperare.Ipſis
primo uirginibus ebrietas caſtitatis promiſſa implere nō pmittit,quia ſanctæ pollicitationi
in utroq; ſexu inimica ſemper extitit,& ideo ebrietas pudori comes eſſe nō poteſt, quia nec
caſtitas fuit aliquando comes temulentiæ. Sobrietas in fœminis ad terram deponit aſpe/
ctum:ebrietas autem amiſſo pudore inuerecundos erigit uultus. Sobrietas enim cum ſum/
ma trepidatione irreprehenſibile,& cum ſilentio propinquum emittit uerbum:ebrietas im/
pudoratum facit fœminæ & ſermonem & uultum. Elicit namq; atq; extorquet ebrietas in
fandam inuerecūdiam de omnibus ſe habentibus uocem,& cui ſurrepſerit per auiditatem
nimietas uini,nullum poteſt habere tacendi pudorem: ex qua temulentia membrorum cõ/
ſequitur infirmitatem,& ita fit,ut ſicuti nauis quæ ualidiſſimi maris fluctibus ſcopulo illiſa
comminuitur,ita fœminæ corpus ac mens grandi uini procella illiſa,membris omnibus diſ/
ſoluaſ. Nam quæ naturaliter firma figere nō poteſt gradiendo ueſtigia, quomodo incede/
re ualebit,cum uini fuerit ingenti procella percuſſa,lallabunda greſſu ac innuens,ſemper cõ
tortis oculis reſupina,aut inclinata ceruice famula regēte pediſſequa de temulentiæ ſuæ cul/
pa? Ibi ſanitas & cura domus nulla,uel familiæ gubernatio,lingua balbutiēs ſermonis offi/
cio priuatur,aut in uocem prorumpere uolens,nō tantum non intelligitur,ſed etiam ab au/
dientibus deridetur, Eſt autem mēte alienata,& ſui omnino neſcia,cui cultus capitis uergit
in partem,& ſeminudam monſtrat uidentibus ceruicem,& omni ex parte dimiſſa à cõſpi/
cientibus erubeſcitur,& quid domi geratur,ignorat. Periclitatur in tali ſine dubio pudor,&
omne ſecretum quod ſobrietas in fœminis cuſtodit, temulentia publicat. Quæ cum humi

fuerit uertigine rapta lectoq; prostrata,circumcursare sibi cunctos conspicit parietes,culmi/ C
naq; domus in imo, & ima in altum putat esse porrecta, & uelut sepulta somno recipitur.
Lectisternia uero quæ ab infantibus contumelijs deformantur, à cunctis fœminis uel an/
cillis non iam occultis sed uidētibus cachinnis talis dominæ temulentia deridetur. Sic itaq;
transeunte tempore & ebrietatis uitio permanente de eius corde omnis euolat timor,nec
correptionem,nec terrorem sæpe obiurgantis uiri cogitat,aut uigorem. Inde quotidie negle
cta domus per illapsum tempus ornatu quotidiano intātum destituitur,ut semper sibi ma
ritus mortem exoptet, cuius labor gubernatioq; sub tali domina quotidie minuitur,& in
lapsum uenit. Non est cum qua quippiam de cura domus conferatur, ut in melius aliquid
disponatur, quia scilicet uxoris nomen tantum, non mores ostendit. Nihil ea disponente,
maritalis quotidiana cura non sine tristicia fatigatur, quia uelut iuncti in uehiculo boues,si
unus conari sub onere cesset,alterum conatus dirumpet. Vinolentia igitur dominæ subtra
ctis locorum clauibus, omnia tentantur, cellariorum plenitudo furtis quotidie seruilibus
inanitur, indisciplinataq; familiæ clamoribus domus omnis perstrepit. Lanificij uero aut
negligens,aut nulla,aut abominabilis efficitur cura. Tali enim dominæ ancilla charior atq;
amabilior erit quæ capaciorem poculum porrexit, q̄ quæ pensum integrū ante uesperum
assignauerit. Cathinis enim aut uarijs persinisq; coloribus in uino,non in tunicis delecta/
tur,& non uestium faciendarum, sed uini quærit allatam mensuram. Non tuendæ castita/
tis causa telas ad texendum erigit, quæ usum telæ olim de domo per ebrietatem amisit,&
telas quas ancillis ociantibus subtraxit,texandas araneis dedit. Hæc cum cibos capit,uix co
medendo semiunciam panis attingit,& pocula deinceps absorbet,& propterea pulmento/
rum sibi cataplasmata quærit. Hæc quàm diu uigilauerit, bibit: aut si obdormierit, sitis ei
somnum abrumpit. Sed adhuc quid immoror? Si ebrietatis uoluero cuncta uitia enarra/
re,ante me tempus deficiet,cum potiora in ecclasiastico Salomonis spiritussanctus clamet,
Eccl 26 dicens,Mulier ebria,ira est magna, & cōtumelia & turpitudo eius non tegetur. Et de utroq; D
Eccli 31 sexu,Multos, ait, exterminat uinum : & iterum,Prudentiam absorbet ebrietas : & iterum,
Vinum multum potatum, iritationes & iras & ruinas multas facit. Amaritudo animæ ui/
num multum potatum. Quare ut finem libri faciam,summatim cuncta perstringam. Per
uinum enim castitas submersa est, & plurimæ à corruptoribus turbæ deceptæ sunt. Multæ
uirginum etiā pellente uino thori genitalis oblitæ, pudicitiam suam adulteris tradiderunt,
& cum mœchis de morte pactæ sunt maritorum. Quàmplures impellente uino precipites
indecentibus se conuentibus polluerunt, & de genitoribus aut genitricibus, de filijs aut fi/
liabus,de fratribus aut sororibus,de generis aut nuribus per nefandos, ut dictum est, con/
cubitus sibi filios genuerunt. Per uinolētiam enim plurimi plurimæq; à sancto pioq; pro/
posito exciderunt, & sui obliti amissis honoribus ignobiles remanserunt, & sedibus patrijs
profugi,uitam nō ubi sumpserunt finierunt. Per hoc quippe uinum fortes ab infirmis elisi
sunt,& in mortem quàmplures ictu muliebri prostrati:& inuicti exercitus uino dominante
extincti sunt, & seruitutis iugo subacti. Innumerabiles iugum domationis diu recusan/
tes, uinolentia in alienum redegit arbitrium. Consuetudine uini quàmplures in insaniam
sunt conuersi, ac mentis durante insania ab humana conuersatione seiuncti, ferino sunt
plerunq; dente consumpti. Quàmplures uini immoderatus excessus ex diuitibus pauperes
reddidit & egenos. Infiniti numero uino impellente iniusta impiaq; homicidia commise/
runt. Quàmplurimæ urbes diu obsessæ nec captæ,custodibus somno uinoq; sepultis,ab ho
stibus patefactæ sunt & incendijs concrematæ. Sunt quoq; alia multa nefanda & innume/
ra,quibus per ebrietatis uitia mundus iste dudum frequenter est uexatus,& nunc uexatur:
quarū rerum si de dominicis uel secularibus libris uellem ad singula exempla personasq;,
per quas res gestæ sunt,proferre, enormitas libri legentibus fastidium afferret. Nos tamen
in hoc opere propterea sacerdotibus & leuitis uituperationem simul & admonitionis ini/
tium fecimus, ne ab hac inuectione,qua cunctos huic uitio deditos de dominica correptio/

ne

A ne cōfundimus, immunes forte clericos,aut dei ministros facere uideremur,qbus magis cō/
uenit,ut qui populum à diuersis culpis abstinere docēt,ne in aliquod uitium aut culpam ca/
dant,cauta obseruatione procurent, & eos iusta increpatione Apostolus obiurget dicens, Roma. 2
Æstimas autē ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea,quoniam tu effugies iudi
cium dei? Item,Qui alium doces,teipsum non doces,Qui abominaris idola,sacrilegium fa/
cis. Et cætera quibus arguit eos qui à uitijs,quibus prohibēt,ipsi se non abstinent, & in quo
alios iudicāt, seipsos condemnant. Quare omnibus clericis & laicis in diuersis huius mundi
dignitatibus constitutis, hunc libellū frequentius lectitandum suademus,ut cum moribus
bonis & sobrietate deo gratus quis profecerit, de correptione nostra in domino deo lætus
semper exultet,agens deo gratias per dominum nostrum Iesum Christū,cui honor & glo/
ria in secula seculorum. Amen.

Finis.

TRACTATVS QVI SPECVLVM PECCATORIS INTITVLATVR.

Eiusdem omnino farinæ cuius est superior.



VONIAM charissimi in uia huius uitæ fugacis sumus ,dies nostri sicut Cap.I
umbra prætereunt. Necesse est igitur corde sollicito sæpius memorari,
quod nostra fragilitas, nostra mortalis infirmitas totiens cogit obliuisci.
Quid est istud quod ipse omnipotens deus noster in sua gratia uolens Deu. 32
profectum , per beatum Moysen nobis consuluit dicens, Vtinam sape/
rent & intelligerent, ac nouissima prouiderent ? Eia frater mi , ecce felici/
ter possumus euadere mortis periculum, si diligenter studeamus sequi diuinum consilium,
quod nobis intimat dominus dicens, Vtinam saperent,& cætera. O felix & utile consilium,
mortis remedium,salutis antidotum, peccatoris speculum,utinam saperent,& cætera. O sa/
B lutifera nostri redēptoris sententia,ex qua nobis instructio sapientiæ,admonitio continen/
tiæ,speculum prouidentiæ,exultatio pœnitentiæ, acquisitio diuinæ gratiæ datur. Ait ergo,
Vtinā saperēt,& cætera. O admiranda bonitas nostri creatoris,ô ineffabilis charitas nostri
redēptoris,ô prædicāda humanitas nostri saluatoris,nos serui necq; sumus,serui negligētes,
serui inutiles, qui nostris exigētibus meritis mortem meruimus potius q̄ uitam. Ecce pius
autor,ipse dator ueniæ,ipse largitor gratiæ,nos inuitat ad salutem dicens, Vtinam saperēt,
& cætera. Quis nisi periturus homo hæc audiens, ista considerans,non uehemētissime gra/
tuletur,& ultra quàm fari possit;exultat in gaudio spiritus in utero eius, quòd ipsi omnipo/
tenti deo,ipsi regi cœlorum,ipsi domino angelorum, ipsi creatori omnium creaturarum cu/
ra est de nobis infirmis ac miseris mortalibus? Cura ergo maxima nobis inesse debet,qua/
tenus præ omnibus & supra omnia sacris eius præceptis diligēter obediamus, & ea deuote
diligamus,& studiose eadem impleamus. Væ nobis in perpetuum,quoniam,teste Apostо
lo,Miserabiliores omnibus hominibus erimus ac deteriores, si hæc non fecerimus. Vere ad 2.Cor.15
obsequenda domini mandata ociosi & inanes existimus,nisi in primis omnia odio habea/
mus,quæ ipsi domino displicere cognoscimus:& illa fideli corde diligamus, quæ tremendæ
eius maiestati placere credimus. Proinde die noctuq; exorandus est ipse clemens & miseri/
cors deus & dominus,ut nobis largiatur auxiliū, qui suum tam salutare præstare dignatur
consilium dicens, Vtinam saperent. Valde mira & utilis est sententia illa non semel tātum,
sed sæpius repetēda, Vtinā saperent,&c. Frater mi charissime,intellige quæso Cap. II
quæ legis,Consideratio enim huius sentētiæ,destructio est superbiæ, extinctio inuidiæ,me/
dela maliciæ,effugatio luxuriæ, euacuatio uanitatis & iactantiæ,constructio disciplinæ, per
fectio sanctimoniæ, præparatio salutis æternæ. Ait ergo, Vtinam saperent,& cætera. Heu
heu quàm paucorum est ista uirtus. Pauci sunt qui salutarem hanc saluatoris nostri sapiant
sententiam. Pauci sunt quibus est ante oculos propriæ fragilitatis cognitio,corruptibilis car
nis corruptio,peccatorum recordatio, instantis mortis meditatio, feruentis gehennæ putei

cõsideratio. Ecce cũ utile speculum peccatorũ. Reuera chare frater, si te sæpius in huiusmodi speculo prospexeris, eris absq; dubio, Samsone fortior, Dauid cautior, Salomone sapientior. Illi autem in hoc speculo se sæpius considerare neglexerunt, ideo in carnis suæ delitijs cæcati corruerunt. Igitur si tanti uiri tam horribiliter lapsi sunt in culpam, quibus tanta affuit fortitudo & sapientia, quanta cautela, quanto cũ studio nobis est uigilãdum, quibus inest tanta debilitas, tantaq; imperitia? Porrò isti tres uiri ualidi ideo leguntur in sancta ecclesia, ut fidelibus nõ ad exemplum sint ruinæ, sed ad speculum cautelæ, quatenus nemo nostrum in sua confidat fortitudine, nemo præsumat de sua sapientia, imò semper timidi, semper reatus nostri conscij, semper de nostra salute simus solliciti, nunq; nostræ corruptionis & nostræ mortalitatis obliti. Qui uero huiusmodi uerba negligenter attendunt, non sapiunt, nec intelligunt, nec nouissima prouident, & sic in mortem & damnationem uadunt. Vt igitur mens nostra circa prudentiæ studium euigilet, dominica nos hortatur sentẽtia dicens, Vtinam saperent, & cætera. Hanc admonitionem omnino salutiferam, oculo rationis considera charissime, non in transitu, sed cum studio & deliberatione sapissime reuoluẽdo, quia sicut thus non redolet nisi ponatur in igne, ita nulla sacræ scripturæ sententia, nisi cocta sit in corde. Ca. III Vtinam saperẽt, & cætera. Ecce hic frater mi, tria in hoc uersu proponuntur, scilicet scientia, intelligentia & prouidentia. Vult ergo deus ut scias & intelligas, insuper & prouideas. Vult ut scias uitam præsentem fugitiuam, periculosam, brevem, miserijs tabescẽtem, uniuersæ uanitati subiectam, peccatorum sordibus pollutam, cupiditate corruptam, in breui periturã, ut quanto infelicior mundus iste esse cõspicitur, tanto facilius pro amore cœlestis patriæ cõtemnatur. Vult itaq; deus ut fragilem tuam condicionẽ intelligas, sic meditãdo uidelicet, quia nudus egressus es ex utero matris tuæ, & nudus reuerteris illuc, quia terra es, & in terram ibis: in huius uitæ miseriam nudus intrasti, lugens dies tuos in dolore & erumna pertransisti, cum luctu & labore hinc exiturus es. Intelligas ergo quãtum sit exitus & ingressus tuus flebilis, progressus tuus debilis, & egressus horribilis. Intelligas ergo quantum sis in hac ualle miseriæ exul & egenus, uirtutibus pauper & mẽdicus, labilis & infirmus, ac in proximo moriturus. Frater, felix eris, si huiusmodi admonitionem intelligas, & in corde tuo quasi in libro scribas, & hanc unam quam tibi trado regulam, seruare studeas. Viue deo gratus, toti mundo tumulatus, crimine mũdatus, semper transire paratus. O cũ beatus uir, cuius anima circa huiusmodi studium euigilat, quàm prudenter sapit & intelligit, ac nouissima prouidet. Charissime & tu fac similiter. Legisti iam in hoc speculo peccatoris, quid sanè sapias, quid intelligas, restat ut nouissima prouideas. Ora ergo, & dic cũ propheta, Notũ fac mihi dñe finẽ meũ, & numerum dierum meorũ quis est, ut sciã qd desit mihi. O utilis oratio, ô felix contẽplatio, ô necessaria postulatio. Nõ planè tẽpora uel momẽta quæ pater posuit in sua potestate præscire deposcas, sed q; sis aduena & pegrinus in huius peregrinatiõis erumnosæ exilio, homo infirmus & exigui tẽporis super terram, intelligas & cognoscas. Ergo, Vtinam saperent, scilicet peccata præterita q̃ sint amara, Vnde Hieremias, Vide quàm amarum est & malum, dereliquisse te deum tuum, malum est in culpa, & amarum est in pœna. Et intelligerent scilicet præsentia q̃ sint uana. Ecclesiastes, Vanitas uanitatium & omnia uanitas. Et nouissima prouiderent. Prouiderent contra sterilitatem futuram sicut Ioseph. Vnde Salomõ, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Reuera charissime frater, si præsentis uitæ tuæ breuitatẽ attendas, & quid tibi deest in agenda deo condigna pœnitentia, in disciplina præceptorum eius obseruãda, in sanctitate coram ipso proficienda, saperes & intelligeres, & mortem ante oculos prospices, proculdubio mox sine mora, spretis pompis, postpositis mundi curis, despectis carnis illecebris, proiectis uoluptatibus, contemptis delitijs, in tui custodia uigilares, ac nouissima prudenter prouideres. Sapientis enim est, non tam cuiuslibet rei principium prospicere, quàm finem exitũ q; prouidere. Deniq; felix esse comprobatur, qui sic cogitat de supplicio ante supplicium, ut postea supplicij effugiat periculum.

Psal. 38

Hiere. 2

Eccles 1

Eccl 7

Dicis

A Dicis ergo mihi, Paratus sum præ omnibus acquiescere diuino consilio, ut sapiam & intelligam, ac nouissima prouideam, sed quæ sunt mea nouissima? Illa utiq; de quibus spiritussanctus tibi per Salomonem loquitur dicens, Fili, in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Non melius poterit caro luxuriosa domari, quàm qualis erit post mortem præmeditari: & si huiusmodi assiduam habueris meditationem, felicem te dicent omnes generationes. Meditatio enim nihil aliud est quàm mentis ditatio. Peroptime ergo mens tua ditatur, quando contra cuncta aduersantia prouidentiæ sciẽtia illustratur. Legitur in poëta, quòd Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quod ex omni parte ita potest intelligi, quòd mentis suæ circumspectionem & prudentiam possidebat. Igitur si tantæ studio cautelæ pollebat poëta paganus, multo fortius puriorem prouidentiæ oculum debet habere clericus Christianus. Esto ergo alter Argus, imò illo cautior, illo studiosior, illo prouidẽtior, ut sapias & intelligas, ac nouissima prudẽter prouideas. Cap. IIII Eccli. 7

Sed quæ sunt nouissima tua quæ prouidere sollicite debes? Summa totius prouidentiæ est utique illa terribilis hora, in qua misera anima tua ex hoc corpusculo corruptibili timens est egressura. Frater crede mihi, ad huius rei tremẽdam considerationem maluisse debueras prouidentiam possidere, quàm totius mundi dominationem. Vtinam ergo saperes & intelligeres quæ mundi sunt, & prouideres quæ inferni sunt, profecto deũ timeres, superna appeteres, mundum contemneres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua, quis amicorum, quis parẽtum tuorum ueniet cum gladijs & armis auxilium ferre? Non enim erit tunc qui cõsoletur te ex omnibus charis tuis. Respicientibus etiam ad auxilium & adiutorium hominum, sed refugium tuum tantummodo est apud deum. Cogita igitur tecum, charissime, quo timore timendus, quo amore diligendus, quo honore reuerendus sit ipse dominus Iesus Christus deus noster, qui salutis præsidium solus præstare poterit post mortem. Reduc ergo fili mi sedulus in memoriam illũ extremum exitus tui Cap. V

B diẽ, & antequam misera anima tua de carcere carnis exeat, prouideas quò uadat. Istiusmodi recordatio contritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio contemplationem, scilicet piũ & humilem affectũ in piũ deum, uidelicet ex fiducia & adiutorio diuinæ bonitatis & clementiæ, humilem considerationem propriæ fragilitatis & miseriæ. Hic lector attẽde, quid enim est in omni scientia quod hominem prouocet facilius ad sui custodiam & omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore dei perficiendam, cũ suæ corruptiõis cõsideratio, suæ mortalitatis certa cognitio, postremo tremẽdæ mortis suæ recordatio? Quando eñ homo fit non homo, hoc est, quando ægrotescit, ægrotando ægritudo crescit, peccator expauescit, cor contremiscit, caput obstupescit, sensus euanescit, uirtus exarescit, uultus pallescit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, nasus putrescit, lingua fatescit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit, tunc carnis pulchritudo fœtor efficitur, & putredo tunc soluitur in cinerem & uertitur in uermem. Post hominem uermis, post uermen fœtor & horror: sic in non hominem uertitur omnis homo. Ecce frater mi charissime, ecce satis horribile spectaculum, quoniam nulla artis medicina, nulla q; doctrina sic superat superbiam, nec sic uincit malitiam, nec sic extinguit libidinem, nec sic mũdi calcat uanitatem, sicut huiusmodi horrendæ mortis recordatio. Vtinam ergo saperent. Et quid huic mundo tantum uilescit, sicut homo cuius corpus cum sit exanime, non permittit esse intra domũ triduo præ fœtore, sed ut uile stercus foras proijcit, & in pfundo terræ abscõdit. Erubescat ergo, quia uermibus dat, cadauer efficit. Erubescat ergo superbus & infelix peccator, & timeat, elatione cæcatus, ira inflãmatus, impatientiæ uitio fœdatus, sciẽtia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis cũ scientia de apostolis, plus codex Platonis cũ liber diuinus, quẽ nulla lectio lætificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grãmatice conceptus, dialectice imaginatus, rhetorice purpuratus. Stultus es, qui hæc ignoras, & erras, quoniam qui talia agunt, & in talibus dies suos consumunt, peccatũ sibi generant, & mortem parant, quia ex simili studio similẽ concipiunt scientiam, hoc est, folia colligunt, non Cap. VI

fructus,ſcilicet uerba,& nõ uirtutes:uerba enim in uentũ proferunt,& aêrem uerbis uerbe/ C
Pſal.106 rant,uerboſitatem ſonant,iactantiam oſtentant, de quibus per pſalmiſtam dicitur,Tur/
bati ſunt & moti ſicut ebrius,& omnis ſapiẽtia eorũ deuorata eſt. Sicut enim homo ebrius
neſcit quid agat,aut quò uadat, eo ꝙ ſeipſum ignorat: ita inſipientes clerici ſeculares in ha/
bendo huiuſmodi ſcientiam ſe conturbant, libros deuorant,ſententias multiplicant,ſed qd
agant penitus ignorant,quia ad quem finem miſerũ tradant, miſeri nõ attendunt. Si enim
fugientis uitæ ſuæ breuitatem perpendiſſent, ſi damna dierum ſuorum ante oculos conuer
tiſſent,ſi quem tremendo iudicio,non tantũ de mortuis eorum operibus,imò de omni uer/
bo ocioſo ꝙ diſtricte reſpõſuri ſunt,præuidiſſent, mox terrore perterriti,mox diuino amo
re percuſſi,uana huius uitæ ſtudia reliquiſſent, & de ſtudio uanitatis ueniſſent ad ſtudium
ueritatis,& de ſtudio ſtultitiæ ad ſtudium ſapientiæ,hoc eſt,de ſtudio curioſitatis ad ſtudiũ
ſanctæ humilitatis,de ſchola luxuriæ & prauitatis ad ſcholam mundiciæ & ſanctitatis, hoc
eſt,de uita fornicationis ad uitam beatæ religionis, id eſt,de domo conuerſationis munda/
næ ad domum ſanctæ diſciplinæ. Vnde ipſe ſpirituſſanctus per prophetam peccatoribus
Pſal.2 præcipit,dicens, Apprehendite diſciplinam,ne quando iraſcatur dominus.O q̃ terribilis eſt
ſententia & nimis metuenda his qui diſciplinam non apprehendunt: ex hac ſpirituſſancti
Leuit.23 ſententia patet quòd peribũt.Hinc eſt quod dominus per Moyſen ait, Omnis anima quæ
non fuerit afflicta die hac, peribit de populo meo.Notanda ſunt attentius uerba iſta diui/
na,Anima, inquit,quæ non fuerit afflicta,ſubaudi, per diſciplinam,per morum correctio/
nem,per pœnitentiæ ſatiſfactionem, per cordis contritionem,per conſcientiæ purificatio/
nem.Et dicebat, die hac,in præſenti tempore gratiæ, ſed die huius uitæ:quoniam qui non
ſuſcipit modo tempus pœnitentiæ,poſt mortem non inuenit locum indulgentiæ. Quapro
pter time tu peccator,tu caro ſuperba,tu uile cadauer,quem adhuc uiuentem uermes quoti/
die corrodunt,qui de tuo corruptibili corpuſculo generantur: cõtremiſce ſuperbiam,proĩce
uanitatem, fuge luxuriam, apprehende diſciplinam ne pereas. Vide in hoc ſpeculo quis es, D
& quid eris,cuius conceptio tabes menſtrua,origo lutum,putredo finis, Vtinam ergo ſape/
res,& cætera.Ecce miſer,cauſas mille dolorum habes, & adhuc ſuperbis.Iterum te frater cõ/
moneo,ut quicquid agant alij, ſis memor ipſe tui, uileſcat tibi mundus plus ꝙ tu mundo.
Huius igitur tantæ calamitatis miſeriam conſidera attentius,& cum propheta ingemiſcens
Pſal.37 dicito,Iniquitatem meam annũciabo,& cogitabo pro peccato meo, Quoniã ego in flagel/
la paratus ſum,& dolor meus in conſpectu meo ſemper. Iterum dic cum Apoſtolo,qui fra/
Rom.7 gilem humanæ conditionis ſtatum deplorabat dicens,Infelix ego homo,quis me liberabit
de corpore mortis huius? Hæc ſalutifera Apoſtoli ſententia exigit prudẽtem lectorẽ. Ad/
huc corpore Apoſtolus uixit, quando tamen corpus mortuum nominauerat,quia qui ſa/
piens eſt, iam mortem ante oculos conſiderat,iam ſe mortuum reputat, cum ſe moriturũ
Cap.VII pro certo ſciat. Attẽde ergo in illa terribili hora,de qua loquimur,miſera pec/
catoris anima,quãdo de mũdo exitura & itura es,aderunt mox miniſtri maligni illi,ſcilicet
maledicti diaboli:illa uera tartarea monſtra,illi ſpiritus terribiles & peſſimi,uelut leones ru/
gientes ut rapiant prædam,ſed tuam peccatricem & miſeram animam, tunc horribilia pate
bunt loca,pœnarum chaos,& caligo tenebrarum, horrorum miſeriæ, & tribulationis tre/
mor, timor anguſtiæ & confuſionis, dolor horrendæ uiſionis, tremor tremendæ man/
ſionis, locus ſtentium, ubi ſtridor dentium, ubi morſus uermium, ubi clamor dolentium,
ubi luctus gementium, ubi eſt uox clamantium peccatorum & dicentium, Væ uæ no/
bis filijs Euæ. Cúmque hæc & his ſimilia, mò milleſies plus quàm dici poſſunt peiora,de
corpore egreſſura miſera anima, imò miſerrima audierit,uiderit & ſenſerit, qualis quan/
tuſcꝙ & quàm magnus terror & timor ac tremor erit in ea, quæ lingua poteſt dicere,quis
liber exponere? Quid tunc proderit ſcientiæ iactantia, ſeculi pompa, mundi uanitas,
terrenæ dignitatis cupiditas? Nunquid proderint luxuriæ, appetitus cibi exquiſitus,po/
tus delicatus, ueſtis curioſitas, calciamenti ſpecioſitas, carnis mollicies, uentris ingluuies,
cibo/

A ciborum ſuperfluitates,crapula & ebrietates,domorum cõſtructio,præbendarũ acquiſitio,
diuitiarum aggregatio: nunquid omnia iſta poterunt animam miſeri hominis eripere de
ore horrendi & horribilis leonis,ac de faucibus maledicti draconis.Hanc utilem lectionem
legat aliqs, ſapiat ſanè,& intelligat,& in corde ſuo retineat,q eſt implicatus peccatis, amore
mũdi & carnis inebriatus & cæcatus,cui plus placet luxurioſi cadaueris uenenoſa uoluptas,
q̃ animæ ſuæ ſanitas,qui plus ſtudet circa aream quàm circa Martham,cui plus eſt de mũ/
do q̃ de Chriſto,cui plus eſt de lege bouina quàm de lege diuina. Legat igitur lectionem
iſtam inſipiens ille qui eiuſmodi eſt, & ſpeculetur in hoc ſpeculo peccatoris ſpeciem ſuam,
& conſideret diligẽter,unde ueniat,quid ſit,& quò uadat,perpendat ex præmiſſis per quã
ſemitam uehementer metuendam, per quod iter tenebroſum, per quorum horrendas ma/
nus miſera eius anima tranſitura eſt. O ſtulte peccator,qui iſta conſiderare neſcis,ſiue præ/
meditari nõ uis, & quia iſta præuidere negligis, ideo ſæpe te inuadit ſuperbia, exagitat ira,
excruciat malitia, uulnerat inuidia,inflãmat luxuria,fatigat pigritia,ligat auaritia. Et quo/
niam horrenda imminentia tibi tormenta prudenter non proſpicis,iccirco contumax, iniu/
rioſus,obſtinatus ſæpe efficeris piger, acidioſus ad opus diuinum accedis,illud negligenter,
& deſidioſe agis.Quare hoc? Quia non uis prouidere quò uadis, quia ſi ille ſerpens ueneno
ſus diabolus & ſatanas auſus fuit cum furore impetum facere in ſanctiſſimam beati Marti/
ni animã, qui erat, ut dicitur, gemma ſacerdotum, quam felicem animam præſentibus an/
gelis cuntem in cœlum curabat impedire:quomodo timendum eſt tibi peccatori,& tremen/
ter præmeditandum, q̃ horribiliter occurret miſeræ animæ tuæ ille doli artifex, ille filius
iniquitatis,ille animarum hoſtis amariſſimus:quomodo poteris ſtare ad horrendum aſpe/
ctum tremẽdi uultus eius,ad intolerabilem fœtorem oris eius,ad flammas ſulphureas ocu/
lorum eius? Certus eſto,quòd timor huius horrendæ beſtiæ omne genus tormentorum ſu
perat,plus q̃ in hoc mundo cogitari queat.Quod propheta pauidus expaueſcens,ad orati
B onem confugit dicens,Exaudi deus deprecationem meam cum deprecor, & à timore inimi. Pſal.63
ci eripe animam meam.Non dicit,à poteſtate,ſed à timore. Quare? Ad inſinuandũ quàm
maxima iã ſit pœna, quàm horribilis,quàm intolerabilis ſit terror ipſius inimici. Heu heu
frater mi, ſi talis & tantus tremor eſt animæ peccatrici ex ſolo ſatanæ uiſu,quanta confuſio,
quantuſcꝙ horror,quanta afflictio,quanta lamentatio erit eius conſortium? Cap.VIII

O ſtulti filij hominum,uani filij hominum mentiẽtium,Qui enim diligit iniquitatem, Pſal.10
odit animam ſuã.Et, Odibiles ſunt deo impius & impietas eius. Vnde pſalmus, Nónne Sapien.14
qui oderunt te domine,oderã,& cætera.Perfecto odio oderam illos.Item,Altiſſimus odio Pſal.138
habet peccatores,& miſertus eſt pœnitentibus. Quare tam horrendam tamꝙ horribilẽ nõ Eccli.12
circumſpicitis miſeriam? quare nõ proĩcitis ſuperbiam? quare non extinguitis auaritiam?
quare non contemnitis luxuriam? quare mores ueſtros non corrigitis? quare mandatum
dei ſalutiferúmq; eius conſilium negligenter auditis? quare non ſapitis & intelligitis,ac no/
uiſſima prouidetis? Hinc eſt quòd nos peccatores terribiliter deus alloquit, dicẽs,Ego, in/
quit,in interitu ueſtro ridebo & ſubſannabo uos,cum in uobis quod timebatis aduenerit, Prouer.1
O quàm metuenda eſt illa domínica ſententia. Vtinam lector ſaperet, & in palato cordis
ruminaret, quantum contineat amaritudinis, quantumúe formidinis,quia reuera ſi ſciret,
omni hora uitam ſuam cautius cuſtodiret. Si dicis forſan quòd deriſio & ſubſannatio non
cadunt in ipſum deum, nec eius reuerenda ſanctiſſimáq; ſimplex natura huiuſmodi paſſio
nes ſiue ironias admittit, cur ergo ab omnipotenti deo peccatoribus dicitur,Ego in interi/
tu ueſtro ridebo? Attende qui interrogas, quomodo dicta tibi debeat exponi ſententia.
Ego in interitu ueſtro ridebo,hoc eſt,cum finis ueſter uenerit, uos deriſione dignos clama/
bo, & cum irruerit ſuper uos repentina calamitas,ſubſanabo, id eſt,cum amara mors uos
momorderit, æterna ſubſannatione dignos damnabo. Audi tu peccator terribilem ſen/
tentiam,quam ſi intelligeres,ſine dubio expaueſceres.Sed quare non intelligis? quia ſcriptu
ras ſacras negligenter legis, actus tuæ uitæ malæ quos facis,peccataq; committis,facta & di/

cta

cta & opera tua mala non sapienter respicis:uelox ad mensam, tardus ad ecclesiam:potens C
ad potandum, sed æger ad psallendum:peruigil ad fabulas,somnolētus ad uigilias: procax
ad loquendum, sed tardus & mutus ad canendum:promptus ad iram & detractionem,pi-
ger uero ad orationem: inuidiæ amator, pauperum Christi persecutor: festucam in alieno
oculo respiciens,sed trabem in oculo tuo non consyderans: cæteros reprehendens,teipsum
non consyderās:alios uituperans,te collaudās:maliciæ inuentor,disciplinæ destructor:ami-
cus uitiorum,hostis uirtutum. Hæc sunt quæ hominem excæcant,& à deo ipsum separant:
hæc sunt quæ monachum conuersum efficiunt peruersum, clericum hæreticum,Christianū
antichristum,Qui enim Christianus non est,antichristus est.Non est Christianus qui uita
& moribus Christo est contrarius, Heu heu uir insipiens non cognoscit, & stultus non in-
Psal.48 telligit.Et ideo dicit propheta,Simul insipiens & stultus peribūt.Sed quæ distātia est inter
insipientē & stultū? Omnis stultus est insipiēs. Insipiens enim dicit quasi nō sapiēs. Multi
ēm manent qui sapientes nō sunt,tamen stulti non sunt.Multi iusti sunt, & multi iusti non
sunt,& tamen iniqui nō sunt. Vis noscere quis sit insipiens, & qs stultus? Respōdeo, Insipi
ens est,qui se à paradisi gaudijs peregrinum esse non consyderat, & se exulem in hoc exilio
non attendit: stultus est,qui licet ista cognouerit,liberari tamē à mūdi miseria per uitæ me-
ritum non intendit.Item insipiens est,qui non credit,futura supplicia reproborum esse per-
petua,& gaudia iustorum æterna: stultus autem est,qui licet credat,tamen ut mortem per-
petuam euadat,& gloriam æternam caste uiuendo,pieq; conuersando acquirat, non inten-
dit. Iusto igitur dei iudicio simul insipiens & stultus peribunt. Quod tamen non fieret si
saperent & intelligerent,ac nouissima prouiderent.Ecce frater mi,iam legisti,iam uidisti, in
hoc speculo peccatoris,quid sapias, quid intelligas,quomodo nouissima prouidere debeas:
supersit igitur ut diligēter discas & in corde firmes,quid sane sapias,& recte intelligas,quo-
momodo nouissima tua prudenter prouideas, ut per hæc æternam damnationem eripias,
& cum domino nostro Iesu Christo uitam æternam possideas. Amen. D

Finis.

DE POENITENTIAE MEDICINA LIBER VNVS.

Hic libellus De pœnitētiæ medicina non omnino ineptus est, sed plurimum discrepās ab
Augustino,quemadmodum & sequens.

Caput I



VAM SIT utilis & necessaria pœnitentiæ medicina, facillime homines
intelligunt, qui se homines esse meminerunt. Scriptum est enim, Deus
Iacobi 4 superbis resistit,humilibus autem dat gratiam.Et dominus in Euangelio
Luc. 14. dicit,Qui se exaltat,humiliabitur,& qui se humiliat,exaltabitur.Magisq; iustificatus descendit de templo ille publicanus peccatorum confessione sollicitus,cp pharisæus meritorum enumeratione securus, quamuis etiam
Lucæ 18 gratias egit deo dicens,Deus gratias ago tibi,quia nō sum sicut cæteri hominū,raptores,in-
iusti,adulteri,quomodo & publicanus iste, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniū quæ
possideo:& tamē ei prælatus est ille q longe stabat,neq; oculos ad cœlū leuare audebat,sed
pcutiebat pectus suū dicēs, Deus propitius esto mihi peccatori.Nō enim tā ille pharisæus
sanitate,cp morborū alienorū cōparatione gaudebat. Vtilius aūt illi erat,qm̄ ad medicū ue
nerat,ea de quibus ægrotabat, confitendo monstrare,cp dissimulare uulneribus,& de cica-
tricibus auderet gloriari. Non ergo mirum si publicanus magis curatus abscessit,quē non
puduit ostēdere quid doleat.In rebus quippe uisibilibus, ut excelsa quisq; cōtingat in excel-
sum erigit.Deus aūt cū omniū sit excellētissimus,nō elatiōe,sed humilitate cōtingit. Vnde
Psal.33 per prophetā dicit,Prope est dns omnibus q obtriuerūt cor.Et iterū, Excelsus est dns,& hu
Psal.137 milia respicit,& alta à longe cognoscit. Excelsa ipse posuit pro supbis.Illa ergo respicit ut at-
tollat,ista cognoscit ut deprimat & dejciat. Cum enim ait q à longe excelsa cognoscit,satis
eū ostendit humila de proximo attendere, ipsum tamen deū excelsum esse prædixit.Solus
enim

A enim deus arrogans non est,quantacunq; se prædicatione laudauerit. Nō igit arbitretur se
ab oculis dei abscondi quantacunq; superbia. Deus enim excelsa cognoscit, Nec se rursus
deo coniunctam putet,excelsa enim à longe cognoscit.Quisquis itaque pœnitentiæ humili-
tatem recusat,deo propinquare non cogitat. Aliud est enim leuare se ad deum,aliud eleua-
re se contra deum. Qui ante illum se projcit, ab illo erigitur:qui aduersus illum se erigit,ab
illo projcitur.Alia est soliditas magnitudinis, alia est inanitas inflationis. Qui foris tumes-
cit,intus tabescit. Qui eligit abjci in domo domini, magis quàm habitare in tabernaculis
peccatorum,eligit eum deus ut inhabitet in atrijs eius.Vnde in psalmis,Beatus uir cuius est Psal.83
susceptio eius abs te domine.Ne putes eum qui se humiliat semper iacere,cū dictū sit,exal-
tabitur.Et ne opineris,eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corpora-
les.Cum enim dixisset,Beatus uir cuius est susceptio eius abs te domine,consequenter anne
xuit,& ostendit eiusdem susceptionis celsitudinem spiritalem, Ascensus, inquit, in corde
suo disposuit in conualle plorationis, in locum quem disposuit. Vbi ergo disposuit ascen-
sus in corde? In conualle plorationis,hoc est,Qui se humiliat,exaltabitur. Sicut enim ascen-
sus exaltationē indicat, ita ualles humilitatem, & cōualles plorationes. Sicut enim comes
esse pœnitentiæ dolor creditur,ita lachrymæ sunt testes doloris. Optime autem sequitur &
dicit,Etenim benedictionem dabit qui & legē dedit.Ad hoc enim lex data est, ut superbo
infirmitatem suam notam faceret,infirmo pœnitētiam suaderet.Ad hoc etiam lex data est,
ut uulnera ostenderet peccatorum,quæ gratiæ benedictione sanaret.Ad hoc etiam lex data
est,ut diceremus in conualle plorationis,Video aliam legem in membris meis,repugnātem Roma. 7
legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quæ est in membris meis.Et cū ipso plo
ratu clamaremus,Infelix ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Et succurret
nobis exaudiente deo qui erigit elisos, & soluit compeditos,illuminat cæcos gratia dei, per
Iesum Christum dominum nostrum. Tres autem sunt actiones pœnitētiæ, Cap. 11
B quas mecum uestra eruditio recognoscit. Sunt enim usitatæ in ecclesia,& diligenter attēden
tibus notæ. Vna est,quæ nouum hominem per baptismū parturit, donec salutaris omniū
præteritorum peccatorum fiat ablutio,ut tanquam nato puero dolores transeāt,quibus ui-
scera urgebantur ad partum, & tristitiam lætitia consequatur.Omnis enim qui iam uolun
tatis suæ factus est arbiter,cum accedit ad sacramenta fidelium,nisi eum pœniteat uitæ uete
ris,nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur, soli pueri immunes
sunt,Nondum enim uti possunt libero arbitrio.Quibus tamen ad consecrationem remissi
onēmq; originalis peccati prodest eorum fides à quibus offeruntur,ut quascunq; maculas
delictorum per alios ex quibus nati sunt contraxerunt, aliorum etiam interrogatione ac re-
sponsione purgantur.Verissime quidem in psalmis plangitur,Ecce enim in iniquitatibus cō Psal.50a
ceptus sum,& in peccatis cōcepit me mater mea.Item scriptum est, Nō esse mūdum nec in- Iob 25
fantē in conspectu dei, cuius est unius diei uita super terram. Et apostolus Petrus clamat
Iudæis, Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque nostrū in nomine domini nostri Actō. 2
Iesu Christi. Et dominus, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, Matth.3
De hac etiam Ioannes baptista plenus spiritusancto, præcursor & præparator uiæ domi-
ni ita dicit,Generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fru
ctus dignos pœnitētiæ. Altera uero pœnitētis est, cuius actio per totā istā uitā,qua in car-
ne mortali degimus, ppetua supplicatiōis humilitate subeūda est.Primo,quia uitā æternā,
incorruptibilē, immortalēq;,nullus desiderat,nisi eū uitæ huius tēporalis,corruptibilis,mor
talisq; pœniteat. Nō enim sic quisq; in uitā nouā p sanctificationē baptismi nascit,ut quē-
admodū deponit ibi omnia peccata pterita, ita etiā statim mortalitatē ipsam carnis corrupti
onēq; deponat. Quod si ita nō est,restat ut illud quod scriptū est,quod etiā quisq; in se sen
tit adhuc dū in hac uita est, Corpus quod corrumpit aggrauat animā:& deprimit terrena Sapien.9
inhabitatio sensum multa cogitantem.Quod tunc in illa beatitudine quia non erit,cum ab
sorbebit mors in uictoria, quis dubitet,in quacūq; tēporali felicitate uersemur,pœnitere tn̄
huius

huius uitæ nos debere,ut ad illam incorruptionem tota auiditate curramus? Inde est illud C
2.Cor.5 quod Apostolus ait, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino,per fidē quippe ambulamus,& non per speciem. Quis ergo festinat atque optat ad patriam remeare,& illam per speciem quæ est facie ad faciem contemplari, nisi quem peregrinationis suæ pœ-
Psal.119 nituerit? Ex quo dolore pœnitentis etiam uox illa miserabilis erumpit & sonat, Heu mihi, quoniā peregrinatio mea lōginqua facta est. Et ne putes nondū fidelē ista loqui, uide quid sequatur, Inhabitaui cum habitantibus cedar, Cum eis qui oderunt pacem,eram pacificus, cum loquerer eis,impugnabant me ualde. Non solū hominis fidelis,sed etiam euangelistæ firmissimi,& martyris fortissimi hæc uerba sunt,Scimus autem quia &si terrena domus nostra huius habitationis dissoluatur,ædificationem habemus ex deo,domum non manu factam,sed æternam in cœlis. Quapropter sanctus Iob non ait esse tentationem in hac uita,
Iob.7 sed hancipsam uitam tentationem dixit esse,ita loquens,Nunquid non tētatio est uita humana super terram? Quo in loco etiam mysterium lapsi hominis mirabiliter tetigit dicēs, Tanquam seruus fugiens dominum suum,& consecutus est umbram. Non enim hæc uita dicenda est potius quàm umbra uitæ. Nec immerito fugitiuus Adam post offensionē peccati abscondit se à facie domini,tectus foliis arborum,quibus opacantur umbracula, tanq̄ fugiens dominum suum, & consecutus umbram, sicut dictum est. Quæ uniuersa ad hoc dicta sunt,ne quis per baptismum,quamuis iustificatus sit à prioribus peccatis, tamē superbire audeat,etiam si nihil cōmittat. Vnde ab altaris participatione priuetur, quasi iam de pleSecci 10 na securitate se iactans,sed potius seruet humilitatem, quæ penè ima disciplina Christiana est, Nec superbiat terra & cinis, donec ista nox tota transcat, in qua pertranseunt omnes bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes, quærentes à deo escam sibi. In hac esca Iob ipse petitus est,qui dixit, Tentatio est uita hominis super terram, Quæ quamuis singula non lætali uulnere ferire sentiantur,sicuti homicidium uel adulterium uel cætera huiusmodi,tamen simul omnia congregata,uelut scabies,quo plura sunt necant, aut nostrum decus ita exterminat, D
ut ab illius sponsi specioſa forma præ filijs hominum, castissimis separent amplexibus,nisi medicamento pœnitentiæ quotidianæ desiccentur. Quod si falsum est,unde quotidie tundimus pectora? Quod nos quoq̄ antistites ad altare assistentes,cum omnibus facimus. Vn-
Matth. 6 de etiam orantes dicimus,quod in tota uita ista oportet ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non ea dimitti precamur, quæ iam in baptismo dimissa credimus,nisi de ipsa fide dubitamus:sed utique de quotidianis peccatis hoc dicimus,pro quibus etiam sacrificia eleemosynarum, ieiuniorum & ipsarum supplicationum ac orationum quisq̄ pro suis uitibus offerre non cessat. Quisquis itaq̄ se diligenter attendens,nulla seipsum adulatione seducit,satis intellīgit cum quāto periculo mortis sempiternæ,& cum quanta penuria perfectæ iustitiæ peregrinetur à domino,cūius iam in Christo,hoc est,in uia cōstitutus,redire conetur, Nā si non habemus peccata & tundentes pectora,dicimus, Dimitte nobis debita nostra:ex hoc ipso certe & grauiter nullo dubitante peccamus,cum inter ipsa sacramenta mentimur. Quamobrem inquātum deo nostro fide & charitate connectimur, & eum inquantum possumus imitamur,non peccamus,sed filij dei sumus: inquantum aūt ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondum morte resoluta,nondū resurrectione mutata est,motus reprehensibiles improbiq̄ subrepūt,peccamus. Quod fateri nos conuenit,ne dura ceruice non languorū nostrorum sanitatem,sed damnationem
1.Ioan.3 superbiæ mereamur. Vnde scriptum est, Et qui natus est ex deo, non peccat. Et quod in ea-
1.Ioan.1 dem epistola Ioannis legimus,Si dixerimus,quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est. Sed neq̄ facilius ab inimico deijcimur,quàm cum cum superbiendo imitamur: nec uehementius cum prosternimus,cūp cum humilitate deum sequimur: nec acriores ei dolores infigimus, cūp cum plagas peccatorum nostrorum confitēdo & pœnitendo sanamus. Tertia actio pœnitentiæ est,quæ pro illis peccatis subeunda est,quam
Gal.5 legis decalogus continet, & de quibus Apostolus dicit, Quoniam qui talia agunt,regnum dei

A dei non possidebunt. In hac ergo pœnitentia maiorem in se quisq̄ seueritatem debet exer-
cere,ut à seipso iudicatus,non iudicetur à domino,sicut ipse Apostolus ait,Si enim nosmet- 1.Cor.11
ipsos iudicaremus,non utiq̄ iudicaremur. Ascendit itaq̄ homo aduersus se tribunal mentis suæ,si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisq̄ quæ per corpus gessit,siue bonum seu malum: Cōstituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat: nam minatur deus hoc peccatori dicens, Arguam te & statuam contra faciem Psal.49
tuam. Atq̄ ita constituto in corde iudicio,assit accusatrix cogitatio,testis conscientia, carnifex timor: inde quidem sanguis animi cōfitentis per lachrymas profluat: postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur,ut se indignū homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini,ut qui separari à regno cœlorum timet per ultimam sententiam summi iudicis,per ecclesiasticam disciplinam à sacramento cœlestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicij,ut alij accedant ad altare dei,quo ipse non accedit: cogitet quàm sit contremiscenda illa pœna,qua percipientibus alijs uitam æternam,alij in mortem præcipitantur æternam. Ad hoc enim altare quod nunc in ecclesia est,in terra positum,terrenis oculis expositum,ad mysteriorum diuinorum signacula celebranda,multi etiam scelerati possunt accedere,cum deus cōmendat in hoc tempore patientiam suā,ut in futuro exerat seueritatem suam. Accedunt enim ignorantes,quoniam patientia dei ad pœnitentiam eos adducit: Illi autem secundum duriciam cordis sui & cor impœnitens,thesaurizāt sibi irā Rom.2
in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qui reddet unicuiq̄ secundum opera sua. Ad illud autem altare quò præcursor pro nobis introijt Iesus,quò caput ecclesiæ præcessit, membris secuturis cæteris,nullus eorum accedere poterit. De quibus ut iam cōmemoraui,dixit Apostolus, Quoniam qui talia agunt,regnum dei non possidebunt. Quomodo ergo interiora Gal.5
ueli,& in illa inuisibilia sanctasanctorum intrare audebit aut poterit,qui medicinam disciplinæ contemnens,noluit paulisper à uisibilibus separari? Qui enim noluit humiliari ut exB altaretur,cum exaltari noluerit,deijcietur,& in æternum seiungetur ab æternis sanctis. Quisquis hoc tempore per merita obedientiæ, & per satisfactionem pœnitentiæ non sibi proui
det locum in corde sacerdotis, qua fronte impudentiæ tunc uolet auerti faciem dei à peccatis suis,qui nunc toto corde non dicit, Quoniam facinus meum ego agnosco,& peccatum Psal.50
meum cōtra me est semper? Quo pacto quæso deus dignatur ignoscere,quod in seipso homo dedignatur agnoscere? Aut illud quale est,in quo sibi blandiuntur,qui sua uanitate se seducunt,perseuerantes in malicijs atq̄ luxurijs suis,cum audiunt Apostolū dicētem: Quoniam qui talia agunt,regnum dei non possidebunt: audent sibi præter regnum dei, salutem quam desiderant polliceri,atq̄ ita inter se loquuntur dum recusant agere pœnitentiam pro peccatis suis,& perditos mores suos in melius cōmutare? Angeli ergo nuncij sunt. Nuncios autem rectissime accipimus omnes,qui salutem cœlestem hominibus nunciant: unde etiam euangelistæ boni nuncij interpretantur. Et de beato Ioanne baptista dictum est, Ecce mitto Marc.1
angelum meum ante faciem tuam. His ergo ut dicere cœperam exceptis,cætera omniū mul Malac.3
titudo,sicut in ipsius domini uerbis manifestum est,in duas partes diuidetur. Positurus est Matt.25
enim oues ad dexteram,hædos autem ad sinistram,& dicetur ouibus, Venite benedicti patris mei, possidete regnum præparatum uobis à constitutione mundi. De hoc regno dicit Apostolus, Quoniam qui talia agunt,regnum dei non consequentur. Item ad impios, Ite,inquit,in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Quapropter qui gaudet de nomine Christiano, & non cum omni obedientia & timore,audiat Apostolum dicentē, Hoc eū scitote intelligentes,quòd omnis fornicator,aut auarus,aut immūdus,quod Eph.5
est idolorum seruitus,non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis: Propterea enim uenit ira dei in filios diffidentiæ: Nolite effici participes eorū. Nolite errare,neq̄ fornicatores,neq̄ idolis seruiētes,neq̄ molles,neq̄ masculorū cōcu- 1.Cor.6
bitores,neq̄ fures,neq̄ auari,neq̄ ebriosi, neq̄ maledici,neq̄ rapaces regnum dei possidebūt. Sed uidete quēadmodū timorem & desperationē salutis abstulerit eis,qui hæc in uita

ueteri cõmiserunt. Et hæc quidem, inquit, fuistis, sed ablu-
ti estis, sed sanctificati estis in nomi A
ne domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquo-
rum pristinorum malorum opere obligatus tenetur, usq; nũc sibi inimicus est, ut adhuc du-
bitet uitam mutare cum tempus est, cum ita peccat & uiuit. Nam utiq; q; ita perseuerantes
peccat, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Quòd autem adhuc
uiuit, patientia dei ad pœnitentiam eum adducit. Implicatus igitur tam mortiferorum uin-
culis peccatorum, detrectat, aut differt, aut dubitat ad ipsas claues ecclesiæ confugere, qui-
bus soluatur in terra, ut sit solutus in cœlo, & audet post hanc uitam, quia tantum Christia-
Matth.7 nus dicitur, salutem aliquam polliceri: nec ueridico illo dñico tonitruo contremiscit. Non
omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uolunta-
tem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Et Apostolus scribens ad
Gal.5 Galathas inter cætera dixit, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, im-
mundicia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, ri-
xæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comesationes, & his similia, quæ prædico uo-
bis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur.

Cap.III Iudicet ergo seipsum homo in istis uoluntate dum potest, & mores conuertat in me-
lius, ne cum iam non poterit, etiam præter uoluntatem à domino iudicetur. Et cum ipse pro
tulerit seueriss imæ medicinæ, sed tñ medicinæ sentẽtiam, ueniat ad antistites, per quos in ec-
desia claues ministrantur, & tanq; bonus incipiens iam esse filius, maternorũ membrorũ or-
dine custodito, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, ut in offe-
rendo sacrificio cordis contribulati deuotus & supplex, id tamen agat quod non solum illi
prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum. Vt si peccatum eius non so-
lum in graui eius malo, sed etiam in scandalo est aliorum, atq; hoc expedire utilitati eccle-
siæ uidetur antistiti in noticia multorum, uel etiam totius plebis, agere pœnitentiam non re
cusset, non resistat, non lætali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem: meminerit B
Iaco.4 tamen semper q; superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid est enim infe-
licius, quid peruersius, quàm de ipso uulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de li-
gatura illius erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consilium salutiferæ huius de
bere pœnitentiæ contemnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris ac-
cedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur ut Petrus, multi toleran-
tur ut Iudas, multi nesciũtur, donec ueniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebra-
rum, & manifestabit consilia cordium: nam plerisq; propterea nolunt alios accusare, dum se
per illos cupiunt excusare. Plerisq; autem boni Christiani propterea tacent & sufferunt alio-
rum peccata quæ nouerunt, quia documentis sæpe deserũtur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus
ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim uera sint quædam, nõ tamen iudici facile
credenda sunt, nisi certis indicijs demonstrent. Nos uero à cõmunione prohibere quenq;
non possumus, quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut spon-
te confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atque conui-
ctum. Quis enim sibi utrũq; audeat assumere, ut cuiquam ipse sit accusator & iudex? Cuius
modi regulã etiam Paulus apostolus in eadem ad Corinthios epistola breuiter insinuasse
intelligitur, cũ quibusdam cõmemoratis criminibus, ecclesiastici iudicij formã ad omnia simi
1. Corin.5 lia ex quibusdam daret. Ait enim, Scripsi uobis in epistola, non commisceri fornicarijs: non
utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alioquin
debueratis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo uiuentes, nisi
cum talibus uiuere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium conuictumq;
Matth.9 uitauerint. Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus comedens, Non est opus, in-
quit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Et
ideo sequitur Apostolus & adiungit. Nunc scripsi uobis nõ cõmiscri. Si quis frater nomina
tur in uobis, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut

rapax,

A rapax, cum huiusmodi nec quidẽ cibũ simul sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt
iudicare? Nõne de his qui intus sunt uos iudicatis? De his autem qui foris sunt deus iudica
bit. Auferte malũ à uobisipsis. Quibus uerbis satis ostendit, nõ temere aut quomodolibet,
sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ cõmunione, ut si per iudiciũ auferri non
possunt, tolerentur potius, ne peruerse malos quisq; euitando, ab ecclesia ipse discedens, eos
quos fugere uidetur uinciat ad gehennam. Quia & hoc nobis sunt in scripturis sanctis exẽ-
pla proposita, uelut in messe ut palea sufferatur usq; ad ultimum uentilabrum, uel intra illa
rætia ubi pisces boni cum malis usq; ad segregationem quæ futura est in littore, id est, in fi-
ne seculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic loco id quod alio loco di-
cit Apostolus, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo dño stat aut cadit. Noluit em Rom.14
hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, uel etiam extraordinario usurpato iudi-
cio, sed potius ex lege dei secundum ordinẽ ecclesiæ, siue ultro cõfessum, siue accusatum atq;
conuictum. Alioquin illud cur dixit: Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ser- 1. Cor.5
uiens & cætera, nisi quia eam nominationem intelligi uoluit quæ fit in quenq;, cum sentẽtia
ordine iudiciario atq; integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, multi damnan-
di sunt innocentes, quia sæpe falso in quoquam crimina nominantur.

Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiã, quærant sibi comites ad supplicium, Cap.IIII
nec gaudeant quia plures inuenerint: non enim propterea minus ardebũt quia cũ multis ar
debũt: non est enim hoc sanitatis certũ consiliũ, sed maleuolentiæ malũ solatiũ. An forte at-
tendũt multos etiã in ipsis honoribus ecclesiasticis præpositorũ & ministrorũ, nõ cõgruẽter
uiuere sermonibus & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur? O miseros homines,
qui hos intuendo Christũ obliuiscunt, qui tanto ante prædixit, ut legi dei potius obtẽpera
retur, cuius imitandi uideãtur illi qui ea quæ dicũt non faciũt, & traditorẽ suũ tolerans usq; in
finẽ, etiã ad euãgelizandũ cũ cæteris misit. Tam sunt aũt isti absurdi & præposteri & miseri,
B q; prælatorũ suorũ malos mores imitari eligũt, cuius per eos prædicta dñi præcepta seruare,
q; si q;q; uiator remeandũ sibi esse existimet in itinere, cũ uiderit miliaria lapidea litteris ple-
na, uiã docere & non ambulare. Cur enim nõ potius si peruenire desiderat, tales comites in-
tueatur & consequatur, qui & uiam bene demonstrãt, & in ea perseuerant, atq; alacriter nõ
ambulant? Quòd si isti desint, uel potius minus appareant: nam deesse nõ possunt: nõ em
sic quærunt homines charitate studiosa quod prædicent ad imitationẽ, quomodo quærũt
iniquitate suspitiosa quod murmurent ad deceptionẽ, partim non inueniendo bonos, dũ
ipsi mali sint, partim timendo inuenire, dum mali esse semper uolunt. Sed tantum conceda
mus non apparere nunc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, deum mente in-
tuere, qui homo factus est ut te hominẽ uiuere doceret. Si habitet Christus in interiore ho- Eph.3
mine per fidem in corde tuo, recordarisq; illud quod Ioãnes ait, Qui dicit se in Christo ma 1.Ioan.2
nere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare, & ita nõ tibi deerit quẽ sequa-
ris. Et cum te alius uiderit, de bonorũ inopia conqueri desinet. Si enim non nosti quid sit re-
cte uiuere, diuina præcepta cognosce. Fortassis enim multi recte uiuunt, sed propterea tibi
nullus uidetur, quoniam quid sit recte uiuere ignoras. Si autem nosti, age quod nosti, ut &
tu quod quæris habeas, & alijs quod imitentur ostendas. Christũ animo attende, attende
apostolos, quorum nouissimus est ille qui dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. 1. Cor. 4
Attende animo tot martyrum milia. Cur enim te natalicia eorum conuiuijs turpibus cele-
brare delectat, & eorum uitam sequi honestis moribus non delectat? Ibi uidebis non solũ
uiros, sed etiam fœminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate
peruerti, nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid
excuses, non solum præceptorum ineuitabilis rectitudo, sed etiã exemplorũ innumerabilis
multitudo circũdabit. Sed de utilitate ac salubritate pœnitentiæ, ut quod instituimus Cap.V
aliquãdo peragamus, si iam de sanitate desperans, addis peccata peccatis, sicut scriptum est, Prouer.18
Peccator cũ uenerit in profundum malorum, contemnet. Noli contemnere, noli desperare,

Psal.129 clama etiam de profundo ad dñm,& dic ei,De profũdis clamaui ad te domine,domine ex A
audi uocem meam:Fiant aures tuæ intendẽtes in uocẽ obsecrationis meæ:Si iniquitates ob
seruaueris domine,domine quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est.De tali pro-
fundo Niniuitæ clamauerunt,& hanc propitiationem inuenerunt. Faciliusq; est euacuata
cõminatio prophetæ,quàm humiliatio pœnitentiæ.Hic fortasse dicis:Sed ego iam baptiza
tus sum in Christo,à quo omnia mihi peccata præterita dimissa sunt,uilis factus sum, ni-
Psal.138 mis iterans uias meas,& canis horribilis oculis dei,conuersus ad uomitum suum,Quò abi-
bo à spiritu eius,& à facie eius quò fugiam? Quò frater,nisi ad eius misericordiam pœni-
tendo,cuius potestatem peccando cõtempseris? Nemo enim recte fugit ab illo nisi ad illũ,
ab eius seueritate ad eius bonitatem.Quis enim locus te excipiet fugientem, ubi eius præ-
sentia te non inueniat? Si ascenderis in cœlum ibi est,si descenderis ad infernum adest. Re-
cipe ergo pennas tuas in directum,& habita in spe in extremo huius seculi.Etenim illuc ma
nus tua deducet me,& perducet me dextera tua.Quicquid enim feceris,quæcunq; peccaue-
ris,adhuc in hac uita es,unde te deus si sanare nollet,auferret.Cur ergo ignoras,quia patiẽ-
tia dei ad pœnitentiã te adducit? Qui enim clamando tibi persuasit ut non recederes,parcẽ-
do clamat ut redeas.Intuere Dauid regem,iam utiq; & ipse illius temporis sacramenta per
ceperat,iam circũcisus erat utiq;,quod patres nostri pro baptismo habebant:nam ad hoc
Rom.4 dicit Apostolus,sanctũ Abraham signaculũ iustitiæ fidei recepisse.Iam etiam unctus erat
2.Reg.11 unctione uenerabili, qua regale sacerdotiũ præfigurabatur ecclesiæ. Repente autem factus
est & adulterij & homicidij reus.Non frustra tamen de tam immani & abrupto profundo
Psal.50 sceleris pœnitens clamauit ad dominũ dicens, Auerte faciẽ tuam à peccatis meis,& omnes
iniquitates meas dele.Quo tandem merito,nisi quia item dicit,Iniquitatẽ meam ego agno-
sco,& peccatum meum ante me est semper? Quid autem obtulit domino unde illũ propi-
tiaret sibi? Quoniã si uoluisses sacrificium,dedissem utiq;, holocaustis nõ delectaberis.Sa-
crificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Non B
solum ergo deuote obtulit,sed etiam ista dicendo quid offerri oportebat,ostẽdit. Nõ enim
sufficit mores in melius cõmutare,& à factis malis recedere,nisi etiã de his quæ facta sunt,
satisfiat deo per pœnitentiæ dolorem,per humilitatis gemitum, per cõtriti cordis sacrificiũ
Matth.5 cooperãtibus eleemosynis.Beati enim misericordes,quoniam ipsorũ miserebitur deus. Nõ
enim dictum est,ut tantum abstineatis à peccatis,sed & de præteritis,inquit, deprecare do-
minum ut tibi dimittantur.Et Petrus iam erat fidelis,iam in Christo & alios baptizauerat.
Intuere ergo Petrum præsumentem accusatum,timentem uulneratũ, flentem sanatũ. Iam
etiam post aduentum de cœlo spiritus sancti,quidam Simon pecunia uoluit eundem spiri
tum emere,sceleratissimum & impium mercimonium cogitans,iam baptizatus in Christo,
& tamen pœnitentiæ cõsilium ab ipso Petro correptus accepit.Dicit etiam apostolus Pau-
2.Cor.12 lus,qui utiq; fidelibus mittebat epistolas,Ne iterum cum uenero ad uos,humiliet me deus
ut lugeam multos ex his qui ante peccauerunt,& nõ egerunt pœnitentiam super immundi
cia & luxuria,& fornicatione quã gesserunt.Circũstant ergo nos & præcepta recte faciendi,
& exempla non tantũ recte facientiũ,sed etiam ad recipiendã salutem pœnitentiũ,quæ fue
rat amissa peccando.Sed fac incertũ esse utrũ ignoscat deus. Quid perdit cũ supplicat deo
qui salutem perdere non dubitauerit cum offenderet deũ? Quis enim certus est q; etiam im
perator ignoscat? Et tamen pecunia funditur,maria transmeantur,procellarũ incerta subeũ
tur,& pene ut mors uitetur,mors ipsa suscipitur: supplicatur deinde per homines homini,
sine dubitatione fiunt ista,cum sit dubiũ quo fine proueniant,& tamen certiores sunt claues
ecclesiæ q; corda regia.Quibus clauibus quodcũq; in terra soluitur,etiã in cœlo solutũ esse
promittitur.Et multo est honestior humilitas qua se quisq; humiliat ecclesiæ dei, & labor
minor imponitur,& nullo temporalis mortis periculo mors æterna uitatur.

Finis.

De utilita-

A DE VTILITATE POENITENTIAE TRACTATVS.



O X pœnitentis in his uerbis agnoscitur,Auerte faciem tuã à peccatis meis, Cap. 1
& omnes iniquitates meas dele.Vnde cum sermonem ad uestram charita- Psal. 50
tem non præpararemus,hinc nobis esse tractãdum domino cooperante co
gnoscimus.Volebamus enim hodierna die uos in ruminatione permitte-
re,scientes q; abundantes epulas cœperitis.Sed quia salubriter quod appo
nitur accipitis,quotidie multum esuritis.Præstet ergo dñs ipse deus noster,& nobis uirium
sufficientiam,& uobis utilem audientiam.Neq; enim ignoramus, esse seruiendũ bonæ ue-
stræ & utili uoluntati.Adiuuemur ergo à uobis & uoto & studio,uoto ad deum, studio ad
uerbum,ut ea dicamus quæ uobis esse utilia ipse iudicat,qui uos pascit per nos. Vox igitur
in his uerbis pœnitentis agnoscitur:Auerte faciem tuam à peccatis meis,& omnia facinora
mea dele.Proinde aliquid de pœnitentia dicere diuinitus iubemur.Neq; enim nos istũ psal
mũ cantandũ lectori imperauimus,sed quod ille censuit uobis esse utile ad audiendũ,hoc
cordi etiam puerili imperauit.Dicamus aliquid de utilitate pœnitentiæ, præsertim, quia &
dies iam sanctus anniuersarius imminet,quo propinquante humiliari animas & domari
corpora studiosius decet.Triplex autem consideratio agendæ pœnitentiæ in sacra scriptura
inuenitur.Nam neq; ad baptismum Christi,in quo omnia peccata delentur,quisquam be-
ne accedit,nisi agendo pœnitẽtiam de uita pristina.Nemo enim eligit uitã nouam, nisi quẽ
ueteris pœnitet.Hoc autem etiam autoritate diuinorum librorum probare debemus, utrũ
baptizandi egerint pœnitentiam,quando spiritus sanctus missus est antè promissus,& im-
pleuit dñs fidem pollicitationis suæ.Accepto spũ sancto discipuli,ut nostis,cœperunt loqui
omnibus linguis,ut in illis qui aderant linguã suam quisq; cognosceret.Hoc autẽ miraculo
territi,cõsiliũ uitæ ab apostolis petiuerũt. Tunc eis Petrus annunciauit,cũ colendũ quẽ cruci
fixerũt,ut eius iam sanguinẽ nossent bibere credentes, quẽ fuderant sæuientes.Annunciato
B autẽ illis dño nostro Iesu Christo,& agnoscentibus reatũ suũ,ut impleretur in eis quod pro
pheta antè prædixerat:Conuersus sum in erumna mea dum configitur spina.Cõuersi enim Psal.31
sunt in erumnam doloris,cũ figeretur spina peccati recordationis.Nihil enim se mali feciss
putauerant,nondũ infixa erat spina.Loquente aũt Petro,ut agnoscas infixam spinam,scri-
ptura dixit,Petro loquente compuncti sunt corde.Proinde in eodem psalmo,cũ dictũ est: Act. 2
Conuersus sum in erumna mea dũ configitur spina,sequitur:Peccatum cognoui,& facinus
meũ nõ operui.Dixi,proloquar aduersum me delictum meũ dño,& tu dimisisti impietatẽ
cordis mei. Cũ ergo spina illa recordatiõis cõpũcti dicerẽt apostolis:Quid ergo faciemus?
Ait illis Petrus: Agite pœnitentiã, & baptizetur unusq;q; uestrũ in nomine dñi Iesu Chri
sti,& remittũtur uobis peccata.Ergo interim nũc si qui forte assunt ex eo numero qui bapti-
zari disponũt,credimus enim eos adesse tanto ad uerbũ studiosius,quãto ad indulgẽtiam
uicinius:hos primũ paucis alloquimur,ut erigãt mentes in spem,ament fieri quod nõ sunt,
oderint quod fuerunt.Nouũ hominẽ nasciturí iam uoto cõcipiãt,quicquid de uita præteri-
ta remordebat,quicquid angebat conscientiã,quicquid omnino uel magnum uel paruum,
uel dicendũ uel nõ dicendũ, non dubitẽt posse dimitti:ne forte quod uult dei miseratio di
mittere,cõtra se teneat humana dubitatio.Exemplũ etiã in primo illo populo exhibitum,
unusquisq; fideliter recordetur.Ait enim Apostolus,Omnia hæc figuræ nostræ fuerunt, cũ 1.Cor.10
de rebus talibus loqueretur.Quid enim dixerat? Nolo enim uos ignorare fratres,quia pa-
tres nostri omnes sub nube fuerũt,& omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari,&
omnes eundẽ cibũ spiritalẽ manducauerunt,& omnes eundẽ potũ spiritalẽ biberunt. Bibe
bant enim de spiritali sequẽti petra:Petra aũt erat Christus.Has figuras nostras fuisse ille
dixit,cui nemo fidelis unq; contradixit.Et cum multa enumeraret,unam rem solam soluit,
quia dixit:Petra aũt erat Christus.Soluendo unum aliquid, cætera proposuit inquirenda.
Sed ne recedens à Christo inquisitor erraret,ut firmus quærat,in petra fundatus est,Petra,
inquit,erat Christus.Dixit illas figuras nostras fuisse,& obscura erãt omnia.Quis reuolue

ret inuolucra ista figurarum,quis aperiret,quis discutere audereꝰIn quibusdam quasi du/ A
metis densissimis & crassa umbra lumen accendit.Petra,inquit,erat Christus.Iam ergo lu/
mine illato quæramus quid cætera significent, quid sibi uelint, mare, nubes, manna: Hæc
enim non exposuit, sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus, baptismum est. Sed
quia baptismum,id est,salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro
nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur, & ut hoc significaret ille baptismus,
mare rubrum fuit.Manna de cœlo aperte ab ipso domino exponitur, Patres uestri man/
ducauerunt,inquit, manna in eremo,& mortui sunt. Quando enim uiuerent: figura enim
prænunciare uitam posset, uita esse non posset. Manducauerunt, inquit, manna, & mor/
tui sunt, id est, manna quod manducauerunt, non illos potuit de morte liberare: non
quia ipsum manna mors eis fuit,sed quia à morte non liberauit.Ille enim liberaturus erat
à morte qui per manna figurabatur.De cœlo certe manna ueniebat,attende quem figura/
bat.Ego sum,inquit,panis uiuus qui de cœlo descendi.Sicut studiosi autem & bene uigilan
tes,uerba dominica attendite,ut proficiatis & legere & audire noueritis.Eundem, inquit,ci/
bum spiritalem manducauerunt.Quid est,eundem,nisi quia eum quem etiam nosꝰVideo
aliquantum esse ad promendum explicandumq; difficile quod dicere institui, sed adiuua/
bor beneuolentia uestra,hæc mihi à domino impetrat facultatem. Eundem, inquit, cibum
spiritalem manducauerunt.Suffecerat ut diceret,cibum spiritalem manducauerunt.Eundē,
inquit.Eundem non inuenio quomodo intelligam, nisi eum quem manducamus & nos.
Quid ergo,ait aliquisꝰHoc erat manna illud quod ego nunc accipioꝰErgo nihil modo uc/
nit si antè iam fuitꝰErgo euacuatum est scandalum crucisꝰQuomodo ergo, eundem, nisi
quia addidit spiritalemꝰNam qui manna illud sic acceperunt, ut tantummodo indigen/
tiæ suæ corporali satisfieri putarent,& uentrem suum pasci, non mentem, nihil magnum
manducauerunt: factum satis est eorum indigentiæ. Alios deus pauit, alijs aliquid nun/
ciauit.Hi tales & cibum corporalem manducauerunt,non cibum spiritalem.Quos ergo di/ B
cit patres nostros cibum spiritalem eundem manducauisseꝰQuos putamus fratres,nisi qui
uere patres nostri fuerunt,imò patres nostri non fuerunt,sed suntꝰOmnes enim illi uiuunt.
Ioan. 6 Sicut enim quibusdam infidelibus dicit dominus,Patres uestri manducauerunt manna in
eremo,& mortui sunt.Quid est enim,patres uestri,nisi quos infidelitate imitamini,quorum
Ioan. 8 uias non credendo,& deo resistendo sectaminiꝰSecūdū quē intellectū quibusdā dicit,Vos
à patre diabolo estis.Neq; enim diabolus aliquem hominem uel potentia creauit,uel gene
rando procreauit,& tamen dicitur pater impiorum,nō propter generationem, sed propter
imitationem.Sicut ecōtra de bonis dicitꝰ:Ergo Abraæ semen estisꝰcū loquaꝰ gentibus,quæ
stirpem carnis ex Abraæ genere nō ducebant:Filij enim erant nō nascendo, sed imitando.
Abrogatur autē & alijs natura perfidis pater Abraam, quando eis dominus dicit: Si filij
Ioan. 8 Abraæ essetis,opera Abraæ faceretis,Et ut malæ arbores de Abraæ patre nitate gloriantes
eradicarentur,filij Abraæ de lapidibus promittūtur.Sicut ergo hoc loco dicit,Patres uestri
manducauerunt manna in eremo,& mortui sunt:non enim intellexerūt quod manducaue/
runt,itaq; nō intelligentes, cibū non nisi corporalē acceperunt:sicut & Apostolus dicit,pa/
tres nostros,non patres infideliū,non patres impiorū manducātes & morientes,sed patres
1. Cor. 10 nostros,patres fideliū,spiritalem cibum manducasse,& ideo cundē:Patres nostri,inquit,eū
dem cibum spiritalem manducauerunt, & eundē potū spiritalem biberūt:Erant cm̄ ibi qui
quod manducabant,intelligebāt.Erant ibi quibus plus Christus in corde q̄ manna in ore
sapiebat.Quid de alijs loquamurꝰInde erat primitus ipse Moyses famulus dei fidelis in to
ta domo eius,sciens quid dispensaret.Et quia illo tēpore ita dispensari debuerūt,causa præ
sentiū aperta futurorū,breuiter ego dixerim:Quicūq; in māna Christū intellexerūt, eundē
quem nos cibū spiritalē manducauerūt: quicūq; aūt de manna solā saturitatē quæsierunt,
patres infideliū,manducauerunt,& mortui sunt. Sic etiā eundē potū:Petra enim Christus.
Eundem ergo potum quem nos,sed spiritalem,id est,qui fide capiebatur,non qui corpore
hauric-

C hauriebatur.Audisti eundem potum,petra erat Christus.Non enim alter Christus, altera
quidem illa petra,alter lapis quem sibi posuit ad caput Iacob,alter agnus occisus ut mādu/
caretur pascha,alter aries hærens in uepribus immolādus,quādo filio suo pepercit Abraā
iussus,quem iussus obtulerat,altera ouis & altera ouis,alter lapis & alter lapis,idem tamen
Christus:ideo eundē cibū,ideo eūdē potū. Deniq; percussa est ipsa petra ligno,ut aqua de
flueret.Virga enim percussa est.Quare ligno,non ferro,nisi quia crux ad Christum accessit, Exod. 15
ut nobis gratiam propinaretꝰEt eundem ergo cibum,eundem potum,sed intelligentibus
& credentibus.Non intelligentibus autem illud,solum manna,illa sola aqua,ille cibus esu/
rienti,potus iste sitienti, nec ille,nec iste credenti: credenti autem idem qui nunc. Tūc enim
Christus uenturus,modo Christus uenit. Vēturus & uenit,diuersa uerba sunt,sed idē Chri
stus.Aliquid etiam,quoniā res uenit in medium,de dubitatione famuli dei Moysi uolo di/
cere.Figura enim erat ueterum etiam ista sanctorū.Dubitauit ad aquā Moyses,quādo pe/
tram uirga percussit,ut aqua flueret dubitauit.Dubitationē autem eius legens quisq; forte
transiret,nec intelligeret,quia nec quærere auderet.Dño autē deo dubitatio illa displicuit,&
eam notauit,non solum arguendo,sed etiā uindicando:nam propter hanc dubitationē di/
citur Moysi,Non introduces tu populū in terrā promissionis:Ascēde in montē & morere. Numeri. 20
Deus hic utiq; apparet iratus.Quid ergo de Moyse fratres charissimi:Omis ille labor eius,
omis pro populo æstus eius,& illa charitas dicēs,Si dimittis illi peccatū,dimitte,sin aūt,dele Exod. 32
me de libro tuo:hac subita & repentina dubitatione damnata est.Et quid est quo conclusit
lector cū Apostolū legeret:Charitas nunq; cadit? Cū quædā soluenda ꝓponeret studiū ue 1. Corin. 13
strum,me fecit & aliud proponere,quod forte nō quæreretis. Videamus ergo,& adhuc quā
tū possumus conemur penetrare mysteriū.Irascit deus,dicit eū nō introducturū populū in
terrā promissionis:iubet ut ascendat in montē & moriatur,& tn̄ multa iniūgit agenda cidē
Moysi:iubet qd agat,quomodo populū disponat,quomodo nō relinquat passim & negli/
D gēter.Nūq; ista dānato iniūgere dignaretur. Aliud accipe mirabilius,qm̄ dictū est Moysi
hoc cm̄ placuit deo certi mysterij dispēsationisq; gratia,q; ipse in terrā ꝓmissionis nō intro
duceret populū:eligitur alius Iesus Naue,& iste homo nō hoc nomine uocabatur,uocabat
Osee:& cū ei introducendū populū Moyses cōmēdaret,uocauit eū,& mutauit ei nomen.&
appellauit eū Iesum,ut nō per Moysen,sed per Iesum,id est,nō per legē,sed p gratiā popu/
lus dei in terrā ꝓmissionis intraret.Sicut aūt Iesus ille nō uerus sed figuratus, ita etiā terra
promissionis illa nō uera sed figurata.Illa em̄ populo primo tēporalis fuit,nobis quæ pro/
missa est,æterna erit.Sed figuris tēporalibus ꝓmittebātur & prænūciabantur æterna.Sicut
ergo ille nō uerus Iesus,nec illa terra promissionis uera,sed figurata:ita māna nō cibus uere
cœlestis sed figuratus,ita petra illa nō uere Christus,sed figuratus,& sic omia.Quā ergo sibi
exigit cōsiderationē dubitatio Moysiꝰ Ne forte & ibi aliqua figura expressa sit & innuerit in
telligēti,& ad inquirendū cōmouerit & ꝓuocauerit animū. Video em̄ & post illā dubitatio
nē,& post irā dei,& post minas mortis,& post remotionē ab introductiōe ppli in terrā pro
missionis,multa deū sic dicere ad Moysen tāq; ad amicū q̄ & antea loquebaꝰ, usq;adeo,ut
ipsi Iesu Naue obediētiæ exēplū de Moyse ꝓponaꝰ,& hoc eū moneat deus ut sic ei seruiat
quō seruiuit Moyses,& sic se pollicetur cum eo futurū quō cū Moyse.Euidēter charissimi cō
stringit nos ipse deus,non passim reprehēdere,sed intelligere dubitationē Moysi.Figura pe
tra iacens, figura uirga percutiens,figura aqua fluens,figura & Moyses dubitans:& ibi dubi/
tauit ubi percussit.Hinc facta est dubitatio Moysi,quādo lignū accessit ad petram.Iam ue/
loces prævalent,imò tardos patienter expectent.Dubitauit Moyses quādo lignum accessit
ad petrā:dubitauerūt discipuli quādo uiderunt dñm crucifixum.Horum figuram gerebat
Moyses.Figura erat Petri illius ter negantis. Quare Petrus dubitauitꝰ Quia lignum petræ
propinquauit.Cū mortis suæ genus,id est,crucē ipsam prænūciaret deus,ipse Petrus expa/
uit:Absit à te dñe,non erit hoc.Dubitas,quia petræ imminere uirgā uides.Adeo spem suā, Matth. 16
quā gerebant de dño discipuli tunc perdiderunt,quodāmodo intercepta est quādo crucifi/

xum uiderunt,quando planxerunt occisum.Inuenit eos post resurrectionem,loquentes in/ C
ter se de hac re, tristi colloquio, & tenens oculos eorum ne ab eis agnoscerentur:non se aufe/
rens credentibus,sed differens dubitantes,se tanc̃p tertium collocutorem sermoni commi/
scuit,& quæsiuit ab eis unde loquerentur.Mirantur illi quia solus ignorat quod in eo factũ
Luc.24 fuerat qui quærebat:Tu solus,inquiũt,peregrinaris in Hierusalẽ:& cõmemorant quæ gesta
sint de Iesu.Et continuo iam desperationis suæ medullas aperiũt,& uulnus medico licet ne/
scientes ostendunt:Nos autem,inquiunt,sperabamus quòd in illo redemptio esset Israël.
Ecce facta est dubitatio,quia lignum accessit ad petram,impleta est figura Moysi. Videa/
Deut.32 mus & hanc:Ascende in montẽ & morere.Per mortem corporalẽ Moysi,figurata est mors
ipsius dubitationis,sed in monte.O mira mysteria.Hoc certe expositum & intellectũ,quan/
to dulcius,quàm magna ad petram nata est dubitatio.In monte mortua est, quando fuit
humilis Christus in passione,quasi petra iacebat ante oculos:merito in illo dubitabatur,hu
militas illa nihil magnum prætendebat: merito ipsa humilitate factus est lapis offensio/
nis,resurrectione autem clarificatus magnus apparuit,iam mons est.Iam ergo illa dubita
tio quæ nata erat ad petram,in monte moriatur.Agnoscant discipuli salutem suam, reuo/
cent spem suam.Attende quemadmodum oriatur illa dubitatio,attende quemadmodum
moriatur Moyses in monte,non intret in terram promissionis:nolumus ibi dubitationẽ,
Matth.26 moriatur.Ostendat nobis eam Christus mori:trepidauit Petrus & negauit ter.Petra enim
1. Cor. 10 erat Christus,Resurrexit,mons factus est,firmauit & Petrum,sed moritur dubitatio.Quo/
Ioan.21 modo moriatur? Petre amas me? Cordis inspector,cordis cognitor,interrogat,& uult audi
re quòd ametur,& parum est.Semel interrogat,hoc audit propè cum tædio ipsius Petri:
miratur enim interrogari à præscio,sed etiam totiens interrogari, cum semel sufficeret re/
spondere etiã nescienti.Sed tanc̃p tibi diceret dñs:Expecto,numerus legitimus impleat ter
tio:confiteatur ter per amorẽ,quia ter negauerat per timorem.Quòd ergo dominus totiens
interrogabat,dubitationem illam in monte occidebat.Quid ergo charissimi,si patent hæc? D
Non ad fraudem,sed ad iucunditatem clausa erant.Neque enim tam dulciter caperentur
si prompta uilescerent.Respiciat ergo negocium suum competiturus baptismum quem al/
loqui cœperam.Mare rubrum baptismus erat, populus transiens baptizabatur, transitus
ipse baptismus erat,sed in nube. Adhuc enim nubilabatur quod prænunciabatur: adhuc
occultabatur quod promittebatur.Iam modo præcessit nubes,manifestæ ueritatis sereni/
tas facta est,quia recessit & uelum per quod loquebatur Moyses. Hoc uelum & in tem/
plo pendebat,ne secreta templi uiderentur,sed in cruce domini uelum conscissum est ut pa
terent. Veni ergo ad baptismum, ingredere intrepidus uiam per mare rubrum:noli esse
de peccato præterito tanquam de Ægypto sequente sollicitus:prèmebant te peccata tua du
ro onere seruitutis,sed in Ægypto,in amore huius seculi,in peregrinatione longinqua:co/
gebant te sectari opera terrena, tanquam lateres facere, opera lutea operabaris, premunt
te peccata,ueni securus ad baptismum,usc̃p ad aquam hostis sequi potuerit, ibi morietur.
Time aliquid de uita præterita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si ali/
quis remansit Ægyptiorum. Audio uocem pigrorum: Ego, inquit, de præteritis peccatis
non timeo,omnia mihi in aqua sancta per ecclesiæ etiam charitatem dimitti non dubito,
sed timeo futura peccata. Placet ergo in Ægypto remanere:Interim hostẽ præsentem eua/
de qui iam te premit, & iam subiugauit.De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iam
feci,& si nolueris erit:quod futurum te putas,si uolueris non erit. Sed periculosa est uia:
Neq̃p enim cum rubrum mare transiero,iam ero in terra promissionis.Ductus est ille po/
pulus per longa deserta.Interim ab Ægypto liberare.Quid ergo putas defuturum tibi au/
xiliatorem in uia, qui te eruit de uetusta captiuitate? Nouos tuos inimicos non compescit,
qui te à uetustis hostibus liberauit? Tantum intrepidus transi,intrepidus ambula, obediẽs
esto,noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat, in hac obedientia fateor non de/
sunt hostes. Sicut enim non deerant qui sequerentur fugientes, ita non deerant qui im/
pedirent

C pedirent ambulantes.Prorsus charissimi figuræ nostræ fuerunt:Interim in te non sit quod
contristet Moysen: noli esse aqua amara, quam post mare rubrum non potuit ille popu/
lus bibere:Erat enim & ibi tentatio.Et tamẽ ista quãdo euenit,quãdo amaricat populus,
ostẽdimus eis Christũ,quæ pro illis tulerit,quomodo pro eis sanguinẽ fuderit,& mitescit,
tãc̃p nobis lignũ in aquã mittẽtibus.Planè hostẽ aduersantẽ itineri tuo habebis Amalech. Exod.17
Tũc orabat Moyses,tũc extendebat manus:& ubi deponebat manus, cõualescebat Ama/
lech:ubi extendebat manus,deficiebat Amalech.Et tuæ manus extentæ sint,deficiat Ama/
lech tentator,& huius itineris impeditor:esto uigil & sobrius in oratiõibus,in operibus bo/
nis,non tamen præter Christum,quia extensio illa manuum,Christi crux fuit.In illa exten/
ditur Apostolus cũ dicit,Mũdus mihi crucifixus est & ego mundo.Ergo deficiat Amalech, Gal.5
uincatur,& non impediat transitũ populi dei.Sed si demittis manus à bono opere, à cruce
Christi,prævalebit Amalech.Tamen noli omnimodo aut continuo te fortẽ futurum puta
re,aut penitus desperãdo deficere.Alternatio enim illa defectus & fortitudinis in manibus
serui dei Moysi,forte alternatio tua fuit.Aliquãdo enim in tentationibus deficis,sed nõ suc/
cumbis.Deponebat ille paululũ manus,nõ omnino ruebat.Si,dicebã,motus est pes meus, Psal.93
ecce misericordia tua dñe adiuuabat me.Noli ergo timere,adest in itinere auxiliator qui in
Ægypto nõ defuit liberator.Noli timere,aggredere uiam,præsume securus: aliquando ille
deponebat manus,aliquãdo erigebat,tamẽ uictus est Amalech: debellare potuit,superare
non potuit. Itaq̃p admonemur iam de altera loqui pœnitẽtia. Triplicem quippe Cap.11
eius cõsiderationẽ in sancta scriptura esse proposui.Illa prima competentium est,& ad ba/
ptismum uenire sitientium.Hanc de scripturis sanctis ostendi.Est alia propè quotidiana,&
ubi illam ostendimus pœnitentiam quotidianã? Non habeo ubi melius ostendam,quàm
in oratione dominica,ubi dñs orare nos docuit,& quid ad patrem dicamus ostẽdit,& in his
uerbis posuit,Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth.6
D Quæ debita fratres? Quandoquidem debita hic intelligi nõ possunt nisi peccata,quæ debi
ta dimisit & in baptismo,iterum ut dimittat oramus.Certe mortuus est omnis Ægyptius
qui sequebatur.Si nihil de sequentibus hostibus residuum factũ est,quid oramus ut dimit
tatur,nisi propter manus deficiẽtes cõtra Amalech? Dimitte nobis sicut & nos dimittimus.
Constituit medicinam,firmauit pactum.Hic preces constituit,ibi precanti respondet:nouit
quo iure res agat in cœlo,quomodo impetrari possint desiderata. Dimitti uis, dimitte,ait.
Quid enim habes quod deo præstes,à quo uis ut præstetur tibi? Nũquid iam Christus sal
uator in terra ambulat? Nũquid suscipit illũ modo in domũ gaudens Zachæus? Nũquid
ei hospitiũ & epulas præparat Maria? Nihil horũ indiget,ad dexterã patris sedet.Sed quã
do uni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.Hæc est extensio manuũ,sub qua defecit Ama
lech.Et erogas quidem pauperi, quando aliquid das esurienti:forte id quod dederis,minus
habebis,sed in domo,non in cœlo.Sed hic quoq̃ in terra,quo iubente præstitisti, ipse sup/
plet quod dedisti.De hac re cum loqueretur Apostolus,ait,Qui administrat semen seminã 2. Corin.9
ti,& panem in escam subministrabit.Operarius enim dei es,quãdo das egenti,seminas hye
me quod metas æstate.Quid ergo metuis infidelis,ne in hac magna domo tantus paterfa/
miliãs non pascat operarium suum? Erit & ibi quod sufficiat tibi.Dabit deus totum neces/
sitati,nõ cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus,deficiat Amalech. Sed hinc,
ut dixi, aliquid in domo tua cum dederis uel minus uides:uides quod ibi uidebas,non ibi
uides cum dederis,donec iterum det deus. Dic mihi cum ignoscis de corde quid perdis? Cũ
ignoscis ei qui peccat in te,quid minus habebis in corde tuo? Inde enim dimittis, sed nihil
amittis:imò uero unda quædam charitatis ibat in corde tuo,& tanquam de uena interiore
manabat. Tenes odium contra fratrem,obturasti fontem.Non solum ergo nihil perdis
cum ignoscis,sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Ponis ibi lapidem
offensionis,& tu tibi facis angustias. Vindicabo me, ulciscar me, ego illi ostendam,ego
faciam, æstuas,laboras. Cuilibet ignoscendo esse securum,securum uiuere, securum orare.

Nam

Nam ecce quid acturus es, oraturus es? Quid dicam? Quando hodie oraturus es, an nō es oraturus ira & odio impletus? Vindictam minaris, non dimittis ex corde. Ecce oras, ecce uenit orandi hora, incipis uerba illa uel audire uel dicere. Dictis & auditis superioribus, uenturus es ad hunc uersum: At si non uenturus, quò iturus? Ne ignoscas inimico, deuiabis à
Matth. 6 Christo. Planè si in oratione deuiabis, ut noueris dicere, Dimitte nobis debita nostra: quare non potes dicere, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Ne tibi cito respondeatur: Sic dimitto quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc non potes dicere, & non uis dimittere, deuiabis ab hoc uersu, & prætermittes, & dices quod sequitur: Ne nos patiaris induci in tentationem: Ibi te capiet creditor tuus, cuius quasi faciem deuiabas. Quomodo quisque in uico cum occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manum est diuerticulum, dimittit quò ibat, & it per aliam partem, ne faciem uideat creditoris. Hoc tu in isto uersu te fecisse arbitratus es, deuitasti dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, id est, non dimitteret: quia non dimittis, & noluisti dicere deuitans faciem creditoris. Quem deuitas? quid deui-
Psal. 138 tas? quò ibis, ubi tu esse possis, & ille nō esse? Dicturus es: Quò abibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum, ades. Quantum potest à Christo debitor fugere, quàm ut eat in infernum? Adest & iste creditor. Et ibi quid facturus es nisi quod sequitur: Si assumpsero pennas meas in directum, & uolauero in extrema maris, id est, spe mea finem seculi meditabor, in præceptis tuis uiuam, duabus alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis, Dilige proximū sicut teipsum, & non teneas odium unde fugias creditorem.

Cap. III Restat pœnitentiæ tertium genus, unde aliquid breuiter dicam, ut adiuuante domino proposita & promissa persoluamus. Est pœnitentia grauior atq; luctuosior, in qua proprie uocantur in ecclesia pœnitentes, remoti etiā à sacramentis altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducent & bibant. Illa uero pœnitētia luctuosa est, graue uulnus est: adulterium forte cōmissum est, forte homicidium, forte aliquod sacrilegium. Gra- D
uis res, graue uulnus, lætale, mortiferum: sed omnipotens medicus, iam post suggestionem facti, & delectationem, & cōsensionem, & præparationem, quasi quatriduanus mortuus pu-
Ioan. 11 tet, sed nec ipsum dominus deseruit, sed clamauit, Lazare prodi foras. Cessit uoci misericordiæ, moles sepulturæ, cessit mors uitæ, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit de tumulo, & ligatus erat, sicut sunt homines in confessione peccati agentes pœnitentiā. Iam processerunt à morte, nam non confiterentur nisi procederent. Ipsum cōfiteri, ab occul-
Matth. 18 to & à tenebroso procedere est. Sed quid ait dñs deus ecclesiæ suæ: Quæ solueritis in terra, soluta erūt & in cœlo? Proinde Lazaro ꝓcedente, quia impleuit dominus misericordiæ suæ bonū, perducere ad confessionem mortuū latentem, putentem, iam cætera implet ecclesiæ ministeria: Soluite illū & sinite abire. Sed charissimi, hoc genus pœnitentiæ nemo sibi proponat, ad hoc genus pœnitentiæ nemo se præparet: tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus quod cōmisit, cꝫ indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Non erat dignus misericordia, ideo ei non fulsit lumē in corde, ut ad eius indulgentiam concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerant, sed desperando se occidit, & laqueo suspendit se, suffocauit se. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius. Spiritus enim dicitur etiam iste uentus aëris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aëris huius: sic illi qui desperant de indulgētia dei, ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos spūs sanctus uisitare nō possit. Solent inde Christianis Pagani insultare de pœnitentia quæ instituta est in ecclesia, & contra nonnullas hæreses tenuit ecclesia catholica istam ueritatem de pœnitentia agenda. Fuerunt enim qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam pœnitentiam, & exclusi sunt de ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscūq; peccatis nō perdit uiscera pia mater ecclesia. Ergo solēt inde etiā Pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquantur, quia ad uerbū dei, quod linguas infantiū facit disertas, nōdū peruenerūt: Vos, inquiūt, facitis ut peccēt homi-

C homines, cùm illis promittitis ueniam si egerint pœnitentiam. Dissolutio est ista, nō admonitio. In hanc sententiā exaggerant uerba quanta quisq; potest, lingua uel sonanti uel titubanti, nō tacent: non tamen quādo eis loquimur, & si uincantur, nobis consentiūt. Tamen quomodo uincātur, breuiter accipiat charitas uestra, quia dñi misericordia totū optime cōstituit in ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiā, quia portū pœnitētiæ pollicemur. Si clauderetur aditus pœnitentiæ, nōne ille peccator tāto magis adderet peccata peccatis, quāto magis sibi desperaret ignosci? Diceret enim sibi: Ecce peccaui, ecce scelus admisi, iam mihi ueniæ nullus est locus, pœnitentia infructuosa est, damnatus sum. Quare iam nō uiuo ut uolo? Quia ibi non inuenio charitatem, hic saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi em̄ mihi locus omnis clausus est, hic quicquid nō fecero, perdo: quia alia uita quæ post hāc futura est, nō mihi dabitur. Quare ergo nō seruio libidinibus meis, ut eas implēā & saturē, & faciā quicq d nō licet, sed libet? Diceretur ei fortassis, sed miser capieris, accusaberis, torqueberis, punieris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici, & inter homines seruare: attendūt multos male & scelerate uiuentes impunita habere peccata, occultare possunt, redimere quæ occultauere nō possunt: Redimere usq; in senectutē uitæ lasciuia, blasphemia, sacrilegio. Perdita enumerāt sibi, cur ille qui tanta fecit, nō senex mortuus est? Nūquid attendis ideo illum peccatorem & sceleratum senem mortuū, ut ostenderet in illo deus patientiā,
Rom. 2 expectans pœnitentiam? Vnde Apostolus dicit, Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiā te adducit? Ille autē secundū duriciam cordis sui & cor impœnitens, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundū opera sua. Opus est ergo ut hic timor mentes obsideat, opus est ut ille qui peccare non uult, præsentem deū sibi cogitet, non in publico solum, sed etiam in domo: non in domo solum, sed in cubiculo, in nocte, in lecto suo, in corde suo. Ergo si tuleris portū pœnitentiæ, desperatione augebūtur peccata.
Ecce nihil dicunt illi qui putant ideo augeri peccata, quia portus pœnitentiæ in Christiana fi-
D de præponitur. Quid ergo? deus ne per illam spem indulgentiæ rursus augerentur peccata, non dehinc prouidere poterit? Quomodo enim prouidit ne sperando augeantur, sic prouidere debuit ne desperādo augeant. Quomodo enim reuera auget peccata qui desperauerit, sic potest augere peccata & qui ueniam sperauerit, ut dicat sibi, faciam quod uolo: deus bonus est, quādo me cōuertero, ignoscet mihi. Ita planè dic tibi: quādo me cōuertero, ignoscet
Eccl. 5 mihi, si crastinus dies certus est tibi. Nōne ad hoc te admonet scriptura dicens, Ne tardes cōuerti ad dñm, neq; differas de die in diem, subito enim ueniet ira eius, & in tēpore uindictæ disperdet te? Ecce ad utrūq; uigilauit pro nobis prouidentia dei: ne desperando augeamus peccata, propositus est pœnitētiæ portus: rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus.

Finis.

DE CONFLICTV VITIORVM ET VIRTVTVM LIB. VNVS, Cæteris sanior, sed nihil habens Augustini.

Cap. I 2. Timoth. 3 APOSTOLICA uox clamās per orbē, atq; in procinctu fidei positis, ne securitate torpeant, dicit, Omnes qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu, persecutionē patiētur. Et ecce quia iam Christianitas in suis principibus iam religiosa iamq; fidelis est, desunt pie uiuentibus in Christo Iesu uincula, uerbera, flagella, exules, carceres, cruces, & si qua sint diuersa genera tormentorū. Quomō ergo uerū erit quod per apostolū sonuit, ut oēs pie uiuentes persecutionē patiātur? An forte pacis tēpore nemo uult pie uiuere in Christo Iesu, & ideo desunt ista? Quis modo hoc uel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia, nō specialis quorundā, sed & generalis omniū psecutio debet intelligi. Et quidē sunt multi intra sinū matris ecclesiæ cōstituti, qui uiuētes in Christo, cōtumelijs afficiuntur, opprobrijs, iniurijs, derisionibusq; lacessunt: ista nec est illa generalis psecutio quam Apostolus omnes pie uiuentes in Christo pati describit, & cū sint quidam religiosi, quibus nemo prauorū audeat in faciē derogare. Alia ergo intelligēda est, quæ immanior & magis noxia est, quā nō mortalis intorquet seueritas, sed uitiorū gignit aduersitas, Dum em̄ cōtra humilitatē

humilitatem ſuperbia,contra amorem patriæ cœleſtis,appetitus huius ſeculi & cætera,quid C
aliud quàm pie uiuentium crudelis perſecutio aduerſus conglobatas uirtutum acies deſæ/
uit? O q̃ durus,ô quàm amarus eſt ſuperbiæ congreſſus,quæ angelos de cœlo proiecit, ho
mines de paradiſo minauit,cuius exercitus atq; armorum conflictus uitians quæ breuiter
comprehenſa tetigimus. Sed uideamus quemadmodum caſtra cœli & inferni dimicent,ar/
Cap. II ma Chriſti & diaboli colliſa decertent. Multis,imò penè omnibus melior es, uer/
bo,ſcientia,honoribus,cunctisq; quæ carnalibus uel ſpiritalibus ſuppetunt chariſmatibus.
Cunctos ergo deſpice,cunctis temetipſum ſuperiorem attende. Memento quia puluis es,
quia cinis es,quia putredo & uermis es, quicq; & ſi aliquid es,niſi tãtum te humilies quantũ
magnus es,perdes omnino quod es.Nunquid tu altior es quàm primus angelus? Nũquid
tu ſplẽdidior in terra quàm Lucifer in cœlo? Quòd ſi ille de tanta ſublimitate cecidit per ſu
perbiam,quomodo tu ad tãtam ſublimitatem ſuperbiens de imis cõſcendes,qui illa q̃ diu
Sap.9 hic uiuis cõditione cernis? De qua per quendam ſapientem dicitur,Corpus quod corrumpi
tur aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Quàm
denſiſſimis putamus in terra tenebris ſuperbiæ lutum inuolui,ſi poterat in cœlo ſtella quæ
Ioan.8 mane oriebatur lucis ſuæ globos amittere? Audi ergo potius lucem ueritatis dicentẽ,Qui ſe
quitur me,non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen uitæ. In quo autem eſſet ſequenda,
Matth. 11 alibi præmonuit dicens,Diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem
Luc. 14 animabus ueſtris.Audi tumor ſuperbiæ,audi dicentem ad hæc humilitatis magiſtrũ, Qui
Eſa.66 ſe exaltat,humiliabitur,& qui ſe humiliat,exaltabitur.Et iterum,Super quem requieſcet ſpi
ritus meus,niſi ſuper humilem & quietum & tremẽtem ſermones meos? Audi etiam de illo
Phil.2 quid Apoſtolus dicat,qui te adhuc ad ſectãdam humilitatem inuitat,ait enim, Qui cum in
forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinani/
uit,ſerui formam accipiẽs, & in ſimilitudinẽ hominum factus,& habitu ut homo inuentus,
humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mortem,mortem aũt crucis.Si igitur tanta D
humilitate ſe opprimit diuina maieſtas, ſuperbire debet humana fragilitas?

Cap.III Age bonum quod uales,oſtende cũctis bonum quod agis,ut bonus à cunctis dicaris,
ut ſanctus & uenerabilis ab hominibus prædiceris, ut dei electus uoceris, ut nemo te con/
temnat,nemo deſpiciat,ſed uniuerſi tibi debitum honorem perſoluãt.Si boni aliquid agis,
non pro tranſitorijs,ſed pro æternis honoribus id age.Occulta quod agis inquantũ uales:
q; ſi ex toto nõ uales,ſit in animo occultãdi uolũtas,& nõ erit de oſtẽtatione ulla temeritas,
nec criminis erit aliq̃ manifeſtare,quod ſpernis celatũ habere.Sic has duas denicq; redẽpto
Matth.6 ris ſentẽtias,ſibi q; quaſi cõtrarias uideberis adimpleſſe,qbus dicit, Te faciẽte eleemoſynã,
neſciat ſiniſtra tua qd faciat dextera tua,ſed ſit eleemoſyna tua in abſcõdito,& pater tuus q
uidet in abſcondito, reddet tibi, Vt uideãt opera bona ueſtra, & glorificẽt patrẽ ueſtrũ qui
in cœlis eſt.Caue prorſus ne tibi illa ſententia conueniat quæ de hypocritis dicitur: Omnia
opera ſua faciunt ut beatificentur ab hominibus:Amen dico uobis, receperunt mercedem
ſuam ab hominibus,laudes quas amauerunt.Attende in cunctis quæ agis,ne elatione pul/
Luc.10 ſatus cum his quidem qui de miraculorum ſignis gloriabantur,audias, Videbam ſatanam
ſicut fulgur de cœlo cadentem.Timor domini gloria & gloriatio,& lætitia,& corona exulta
tionis.Timor domini delectabit cor,& dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum.
Timenti deum in extremis bene erit,& in die defunctionis ſuæ benedicetur.Timor domini
ſcientiæ religioſitas,& religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor,iucunditatẽ atq; gaudium da
bit.Plenitudo ſcientiæ timere deum,& plenitudo à fructibus illius.Corona ſapientiæ timor
domini.Radix ſapientiæ eſt timere deum:rami enim illius longæui.

Cap.IIII Quia nihil boni in abſcondito facis,ne à cunctis cognitus deteſteris,finge te foris eſſe
quod intus non appetis.Imò magis ſatage eſſe quod non es:nam oſtendere te hominibus
Matth.23 quod non es,quid aliud quàm damnatio eſt? Memor eſto igitur quod dicitur, Væ uobis
ſcribæ & phariſæi hypocritæ,qui mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis,intus autẽ
pleni

A pleni eſtis rapina & immunditijs. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & pa/
ropſidis,ut fiat id quod foris eſt mundum.Itemq; illud quod inculcando repetitur,Væ uo/
bis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,qui ſimilis eſtis ſepulchris dealbatis,qui à foris apparetis ho
minibus iuſti,intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Nec non & illud quod de tali/
bus legitur ſcriptũ, Veniunt ad uos in ueſtimentis ouium,intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Matth. 7

Quis tu es ut peioribus obtemperes, deterioribus famulatũ exhibeas:te magis quàm Cap.V
illos decuerat imperare, qui tibi non poſſunt ingenio uel induſtria coæquari? Obtempera
igitur magis domini imperio,& non ſit tibi cura de aliquo. Si domini obtemperãdum eſt
imperio,humano ſubdi neceſſe eſt magiſterio. Ipſe enim dixit, Qui uos audit,me audit,& Luce 10
qui uos ſpernit,me ſpernit.Ita,inquis, oportet.Sed ſi talis q imperat eſſet qualis debet eſſe,
non talis eſt per quem imperat deus.Sed Apoſtolus cõtra ait,Non eſt poteſtas niſi à deo, Roma.13
Quæ autẽ à deo ſunt,ordinata ſunt.Ita q; qui reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit. Qua/
les enim eſſe debeant hi qui imperant, non eſt à ſubditis diſcutiendum. Et quidem prius
eccleſiæ paſtoribus dominus dicit,Scitis quia reges gentium dominantur eorum,& qui po Matth.20
teſtatem exercent,inter eos benefici uocantur, Vos autem non ſic, ſed qui uult in uobis ma/
ior eſſe,erit omnium ſeruus.Sicut filius hominis non uenit miniſtrari,ſed miniſtrare,& ani/
mam ſuam dare pro multis in redemptionem. Sed tamen quia non omnes tales futuros
præuidit eſſe ſubiectorum omnium,& in diſcipulis aſſumens præmonuit dicens,Super ca/ Matth.23
thedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi,quæ dicũt uobis,facite: quæ autem faciunt,fa/
cere nolite.Imponunt enim humeris hominũ onera grauia & importabilia, digito autem
ſuo nolunt mouere ea. In quo illo uel illo minor es? Cur ergo eis uel æqualis Cap. VI
uel ſuperior non es? Quanta uales ipſe quæ ipſi non ualent. Non ergo tibi aut ſuperiores
aut æquales eſſe debent. Si cæteros uirtutibus antecellis,tutius in loco infimo q̃ in ſummo
temetipſum cõſeruas, Semper enim de alto peior fit ruina. Quid ſi tibi, ut aſſeris, quidam
B ſuperiores uel æquales ſunt,quid te lædit,quid te nocet? Caue prorſus ne dum alij locum cel
ſitudinis inuides, illum imiteris,de quo ſcriptum retines, Inuidia diaboli mors introiuit in Sapien.2
orbem terrarum, Imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.

Abſit ut illum ames quem in omnibus contrarium habeas,qui tibi derogat, qui tibi Cap. VII
inſultat,qui te conuitijs exaſperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis, operibus,
honoribus ſemp præire feſtinat,niſi enim tibi inuideret,nequaq̃ ſe tibi ita præferret. Nun
quid quia hæc quæ narras odio habenda ſunt in homine, propterea non eſt amanda dei
imago in homine? Sicut Chriſtus qui in cruce poſitus,inimicos ſuos dilexit, ante crucis tor
mẽta admonuit dicens,Diligite inimicos ueſtros,benefacite his qui uos oderũt, & orate p Matth.5
perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. Et ſicut per
Apoſtolum & Salomonem dicitur, Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum:ſi ſitit,pota illum, Roma.12
hoc enim faciens,carbones ignis congeres ſuper caput eius. Cui ſententiæ idem Apoſtolus Prouer. 25
ex proprio ſubiunxit dicens,Noli uinci à malo,ſed uince in bono malum.De his quoq; qui
fratres odiſſe noſcuntur, per Ioannem dicitur, Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt.Et ſci/ 1.Ioan.3
tis,quia omnis homicida non habet uitam in ſemetipſo æternam manentẽ.Et rurſum, Qui 1.Ioan.2
odit fratrem ſuum,in tenebris ambulat, & in tenebris eſt uſq; adhuc, & neſcit quò eat,quo/
niam tenebræ obcæcauerunt oculos ſuos. Ait inquis, Sufficit mihi quod amantes me,dili/
go.Sed do minus contra,Si enim diligitis eos qui uos diligũt,quam mercedem habebitis?
Nónne & publicani hoc faciunt? Quod tu quoq; ad hoc obijcere uales.Certe qui odit fra/
trem ſuum,manet in morte:& qui diligit, in deo manet,& deus in eo.Dictam ergo amari/
tudinẽ fellis euome,& quoquo pacto ualueris,charitatis dulcedinem ſume.Nihil enim ſua/
uius,nihil illa beatius.Ioannes euangeliſta hoc affirmans ait, Deus charitas eſt.Et egregius 1.Ioan.4
prædicator Paulus,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui da/ Roma.5
tus eſt nobis. Vnde nec immerito delictorũ facinora tegere dicitur, ſicut ſcriptum eſt, Vni/ Prouer.10
uerſa delicta operit charitas.

Caput VIII

Quis poteſt ſuſtinere,quis ſilentio tegere,quanta illa praua committit, niſi forte qui C
conſentit? Nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentiẽda,ſed charitate fraterna in faciem
protinus eſt redarguendus , non autem occulte detrahendus.Quòd ſi obiicitur, idcirco fra/
trem coram oculis increpare nolle, ne exaſperatus increpatione non proficiat,ſed magis ex
correptione ſcandalum ſumat , accedit ſcriptura diuina, & uerſa uice hoc magis ſcandalum
Pſal.46 eſſe denunciat,dicens,Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris,& aduerſus filium matris
tuæ ponebas detractionem . Maius enim ſcandalum ſumit , qui ſe detrahentem intelligit,
quàm qui correctionem ſuſtinet . Et quia nonnunquam errata delinquentium ad tempus
ſilentio tegenda ſunt,ut à priori tempore corrigantur , propterea ſubiungitur,Hoc feciſti,&
tacui.Sic nec ex hoc diſcreto ſilentio detractores ſibi applauderent,qui dum ſemper occulte
derogare malunt,nunquam in apertam detractionem proſiliunt, adhuc ſubinfertur,Æſti/
maſti utique quòd ero tui ſimilis : ac ſi diceretur , Iniquum eſt cogitare ut inde detractori
ſimilis appaream, unde ad tempus reticens nec derogans , locum apertæ correptionis expe
cto.Vnde & protinus ſubditur,Arguam te, & ſtatuam te contra faciem tuam : ueluti dice/
retur, Non occulte, ut eſt tua conſuetudo,ſed in aperto,ut eſt mea ſollicitudo,aptum corri/
gendi tempus expectans,peccatorem arguam , ut eius delicta contra faciem eius ſtatuam.
At inquis,Non odio, ſed amo,quem ita in abſconditis diiudicans reprehẽdo : imò magis
odis & non diligis,unde detrahis & nõ corripis. Quàm ſit autẽ deteſtanda detractio pro/
ximi,plæriſq; in locis diuina eloquia teſtantur,ut eſt illud,Detrahentem aduerſus proximũ
Pſal.100 ſuum occulte,hunc perſequebar.Et iterum,Qui detrahit fratri,detrahit legi.Et illud,Qui de
Iacobi 4 trahit fratri,eradicabitur.Sic enim & illud Apoſtoli,Videte ne dũ inuicem mordetis, ab in/
Gal.5 Ca . IX uicem conſumamini. Quæ erga te aguntur,hæc æquanimiter ferri nõ poſ/
ſunt,imò tolerare peccatum eſt:quia ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, cõtra te
deinceps ſine menſura cumulatur.Si paſſio redemptoris ad mẽtem reducitur,nihil tam du/
1.Petri 2 rum quod non æquo animo toleretur.Chriſtus enim,ait Petrus,paſſus eſt pro nobis,uobis D
Matth.10 relinquens exemplum,ut ſequamini ueſtigia eius.Ipſe autem dixit,Si patremfamiliãs Beel
zebub uocauerunt,quanto magis domeſticos eius.Si me perſecuti ſunt,& uos perſequẽtur.
Sed quanta in comparatione paſſionum eius quæ patimur ? Ille enim opprobria, irriſio/
nes, contumelias,alapas , ſputa,flagella,ſpineam coronam,cæteraq; ſuſtinuit, & nos miſe/
ri ad noſtram confuſionem uno ſermone fatigamur,uno uerbo deiicimur. Et quid agimus
2.Timoth.2 de eo quod dicitur,Si non compatimur,non conregnabimus? Quapropter recõdendi ſunt
Matth.5 reſtimuli coartatione,& eius metuẽda damnatio.Vnde ſcriptum legimus,Qui irascitur fra
tri ſuo,reus eſt iudicio,Qui autem dixerit fratri ſuo racha,reus erit concilio,Qui autem dixe
rit fatue,reus erit gehennæ ignis.Vbi tamẽ remedium inuenitur,cum ſubinfertur,Si offers
munus tuũ ante altare ,& recordatus fueris qa frater tuus habet aliqd aduerſum te, remitte
ibi munus tuũ ante altare,& uade prius reconciliare fratri tuo,& tunc ueni offer munus tuũ:
ac ſi aperte diceretur , ne in corde tacitam precem effundas,niſi prius offenſum proximum
ſatiſfaciendo ad lenitatis manſuetudinem perducas . Munus enim noſtrum eſt oratio no/
ſtra,altare uero cor noſtrum eſt. Ille enim qui hoc facere, quotiens inter duos ira ſine cauſa
fuerit excitata,ſtuduerit,præmiſſam damnationem nequaq; incurrit. Sed ſunt multi qui pe
tenti ſibi ueniam delicta non remittant,contra quos illa ſententia domini uenit qua dicitur,
Matth. 6 Si non remiſeritis hominibus peccata eorum de cordibus ueſtris,nec pater ueſter cœleſtis
remitteret uobis peccata. Plura ſunt,inquis, quæ commiſit,& me ſæpius offendit . Ad hoc
Matth. 18 non ego,ſed dominus reſpondet,Nam cum Petrus ad dominum diceret, Quotiens pecca/
bit in me frater meus,uſq; ſepties dimittã illi? Et ille ad eum,Non dico tibi ſepties, ſed uſq;
ſeptuagieſſepties . Quàm multi autem ſunt qui ſuas iniurias tarde relaxant , dei uero citius
indulgent: fitq; nonnunq;,ut occaſione domini iniurias uindicãdi ſuas uindicẽt irati.Quid
quoq; de illis dicendũ eſt,qui furore cæcitatis uſq; ad uerba prorumpũt maledictionis, ni/
1.Cor.6 ſi hoc quod Apoſtolus ait,Neq; maledici regnũ dei poſſunt poſſidere? Quod Iacobus ex/
aggerã/

A aggerando deteſtans ait , Linguam nullus hominum domare poteſt : inquietum malum, Iacobi 3
plena ueneno mortifero: in ipſa benedicimus deum & patrem , in ipſa maledicimus homi/
nes,qui ad ſimilitudinẽ dei facti ſunt,ex qua procedit benedictio & maledictio.Non opor/
tet,fratres mei, hæc ita fieri,nũquid fons de eodem foramine manat, & dulcem & amaram
aquam habens? Hac de cauſa etiam alibi dicitur,Mors & uita in manibus linguæ. Prouer.18
Nunquid ſtultis,nunquid brutis animalibus ac inſenſatis leuia uerba non aſpertima Cap.X
magis,ut tales decet,dum delinquunt obiicienda ſunt? Non tua in his perſuaſio,ſed Apo/
ſtoli ſequenda eſt præceptio, qui de hac ſententia dilectum diſcipulum admonuit dicẽs,Se/ 1.Timoth.4
niorem ne culpaueris,ſed obſecra ut patrem ,iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas
ut ſorores,in omni caſtitate.Seruum, inquit , domini non oportet litigare,ſed manſuetum 2.Timoth.2
eſſe ad omnes,doctorem patiẽtem, cũ modeſtia corripientem eos,qui reſiſtunt.Rurſumq;, 2.Timoth.4
Argue,obſecra,increpa,in omni patientia & doctrina.Quod uidelicet proteruiæ malum de
terius adhuc ſubditis,quàm prælatis nocet : ſæpius enim cõtingit, ut leuiter ac cũ charitatis
dulcedine prolatam correptionem ſpernant, & contra humilitatis uerba diſceptationis
emittunt iacula : unde ſcriptum eſt,Qui arguit deriſorem,ipſe ſibi iniuriam facit. Quo con/ Prouer.9
tra de illo qui per increpationem proficit,dicitur,Argue ſapientem,& amabit te.
Teſtem habes deum in cœlis, non ſit tibi curæ quid de te ſuſpicentur homines in ter/ Cap.XI
ris.Non eſt danda detrahandi occaſio, non ſuſurrandi ſuſpitio:ſed ſi aſſunt,quæ corrigan/
tur manifeſtanda,aut certe ſi deſunt,humili proteſtatione neganda,quia Apoſtolus admo
net nullam occaſionem dare diabolo maledicendi gratia.Quod etiam in illis deteſtatus eſt
qui Chriſtianæ fidei conſentientes,in idolio ad comedendum recumbebant. Et quanq; ipſi
idoliũ pro nihilo ducẽtes , immolata quaſi innoxios cibos ſumerent,infirmas tamen factas
conſcientias per hoc factum, ad nefandum idolorum ritum trahebant.
Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis ſpargas? Perpende cum Cap.XII
B quo mœrore omnes intuendi ſunt , qui in tanto contra te amaritudinis felle uerſantur.Ge/
minam eſſe triſtitiam noui , imò duas eſſe triſtitias noui:unam ſcilicet quæ ſalutem opera/
tur : alteram uero quæ ad perniciem trahit , & ad deſperationem perducit.Tu quidem una
ex illis eſſe cognoſceris,ſed omnino quæ mortem operaris.Non eſt igitur in his contriſtan/
dum quæ ſuades,ſed econtra magis gaudendũ in his qui nondum intelliguntur,quia & da/
tor gaudij perennis dixit. Cum perſecuti uos fuerint homines,& dixerint omne malum ad/ Matth.5
uerſus uos,mentientes propter nomen meum , gaudete in illa die & exultate,Ecce enim mer/
ces ueſtra multa eſt in cœlis. Memẽto quia religionis noſtræ apoſtoli ibant,gaudẽtes à con
ſpectu conſilij:quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nullus ergo
locus mœroris eſſe debet ubi tanta lætitia ſuccedit. Si lectioni & continuato Cap.XIII
ſtudio ſemper inſiſtis , oculorum caliginem incurris: ſi indeſinenter lachrymas fundis,ipſos
etiam oculos amittis: ſi protelatis uigilijs pſalmorum cenſum perſoluis,inſaniem capitis ac/
quiris:ſi quotidiano labore te conficis,ad opus ſpiritale quando cõſurgis? Quid tibi ad hoc
proferendũ tam longa temporum ſpacia proponis ? Nunquid ſcis ſi craſtinum uiuas? imò
etiam ſi unam horam in hac uita facias , ignoras . An forte mente excidit quod ſaluator in
euangelio dicit, Vigilate itaq;,quia neſcitis diem neq; horam ? Quapropter diſce corporis Matth.25
inhærentiam,ſemperq; memento,quòd regnum cœlorum nõ tepidi , neq; molles,neq; deſi
des, ſed uiolenti atq; feruentes diripiunt illud. Si deum ubiq; eſſe credis, cur Ca.XIIII
unum locum ſingulariter,quo tanta mala perpetrantur cuſtodis,& non potius ad alia tran/
ſis? Si ita eſt, ut aſſeris,quia ubiq; deum eſſe fatetis:ergo nec iſte locus deſerẽdus eſt, quem
fugere appetis,quia & in ipſo deus eſt. At inquis,meliorem inquiro,meliorem inuenio. Sed
reſpondeo , Nunquid meliorem, aut etiam talem inuenies, qualem diabolum & angelos
eius,& hominem perdidiſſe cognoſcis? Memor eſto itaq;,quia primus angelus de cœlo ru
it,& primus homo de paradiſo expulſus,ad erumnam huius ſeculi peruenit: attende quia
Loth exercitio malorum probatus,inter Sodomitas ſanctus fuit;in mortis uero ſecuritate

torpens, inebriatus cum filiabus suis peccauit. Quod uidelicet uagationis tædium adhuc C
alteram speciem reddit, dum quosdam in uno loco perseuerantes,à spiritalibus retrahens,
uel terrenis negocijs implicare, uel rebus uilissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli
2. Timoth. 2 perpetrans,qui ait, Nemo militans deo,implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se
1. Thessa. 5 probauit.Et rursum,Sine intermissione orate,in omnibus gratias agite.
Cap. XV Quæ & quanta commisisti,quàm grauia crimina,quàm innumerosa delicta,& tamen
in melius uitam nondum mutasti,necdum conuersationem utiliter correxisti: ex te enim,ut
cernis,mala semper consuetudine obligatus teneris.Conaris exurgere,sed peccatorum one/
ribus prægrauatus delaberis. Quid ergo agẽdum est,quando de præteritis certa damnatio
imminet,& de præsentibus emendatio nulla succurrit,nisi ut non amittantur rerum tempo
ralium uoluptates,dum consequi nequeunt futuri seculi delectationes? Si de criminibus &
de delictis agitur, ecce Dauid adulterij simul & homicidij reus,domini misericordia descri/
bitur liberatus.Ecce Manasses peccatorum operator nefandissimus, impurissimus ac sordi/
dissimus,illecebrosissimus quoq; & sceleratissimus,per pœnitentiam ad uitam de morte re/
dijt.Ecce Maria Magdalena innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad fontem pieta/
tis anxia currens,dñi uestigia lachrymis rigans,capillis detergens,deosculans quoq; & lam/
bens,unguentoq; ungens, ablui promeruit. Ecce Petrus negationis suæ uinculis astrictus,
amarissimos infidelitatis nodos resoluit. Ecce seditione simul & effusiõe fratrum sanguinis
latro obnoxius,unius horæ momento,unáq; confessionis uoce,de cruce ad paradisum tran
sijt.Ecce Saulus ecclesiam dei persequens,multos pro Christi nomine perimens, & ut ita di/
cam,martyrum cruore totum se inficiens, apostolus factus, in uas electionis est commuta/
tus. Vbi ergo tot,tantaq; procedunt exempla,dent locum desperationis mala colloquia, cũ
Ezech. 18 & scriptum sit, In quacunq; die peccator conuersus ingemuerit,saluus erit.Et rursum,Nolo
Ezech.33 mortem peccatoris,dicit dominus.De cõuersione uero in melius nequaquam mutata, quid
aliud respondeam? Nisi ut quod heri quisq; nõ egit, agit hodie dum adhuc uiuere licet, nec D
differat de die in diem,dum nescit si uel unam diem correctionis habeat,semperq; pro uiti
bus desuper acceptis, prauæ cõsuetudini resistẽs,dicat uespere & mane, Nunc cœpi,hæc mu
Caput XVI tatio dexteræ excelsi. Valde sine culpa es,quòd quædam habenda cõcupi/
scis,quia non multiplicare appetis,sed egere pertimescis,& quod male alius retinet,ipse me/
lius expendis.Ista nec apud homines seculares sine periculo uel offensione procurant,quia
quanto quisq; amplius habere cœpit,tanto amplius habere concupiscit, fitq; ut modum in
concupiscendo non habeat, dum innumeris huius seculi curis deseruire festinat,ut enim ait
Eccles 5 scriptura, Auarus pecunijs non implebitur.Quæ nimirum quàm sit detestanda, Paulus in/
Col.3 dicat dicens,Et auaritia,quæ est idolorum seruitus.Quàm sit noxia,idem expenẽs ait, Qui
1. Timoth. 6 uolunt diuites fieri,incidunt in tentationem & in laqueum diaboli,& desideria multa & no/
ciua,quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Quàm sit noxia,Iacobus aperit
Iacobi 5 dicens,Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs quæ aduenient uobis, Diuitiæ ue/
stræ putrefactæ sunt:uestimenta uestra à tinea comesta sunt:aurum & argentum uestrũ eru
ginauit,& erugo eorum in testimonium uobis erit, & mãducabit carnes uestras sicut ignis.
Marci 10 Sed nec redemptor noster præterire uoluit, cupiditatis malum quàm noxium sit. Ait enim
difficile q pecuniã habent in regnũ cœlorũ intrabunt.Et rursum, Facilius est camelũ per fo/
ramen acus transire, quàm diuitem regnum cœlorum intrare. Si igitur secularibus uiris
est pernicioſa cupiditatis industria:quanto magis illis periculosior, qui habitu & conuersa
tione iam seculares esse desierunt, qui totum quod uiuunt, domino deo deuouerunt: ad
Matth. 6 quos specialiter redemptoris transeunt uerba,quibus destrui possit auaritiæ morbus,Noli/
te, inquit, solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis,aut quid induamini,Hæc enim o/
mnia gentes inquirunt. Quærite autem primum regnũ dei & iustitiam eius,& hæc omnia
adijcientur uobis. O quàm beata, ô quàm secura, ô quàm amplectenda sententia, nullus
in

A in hac uita securus est,ita ut ille q nihil præter Christum appetit possidere,cuncta quæ neces/
saria sunt sub hac sponsione probatur habere, sicut Paulus ditissimus pauper dicebat,Tã/ 2. Cor. 6
quam nihil habentes & omnia possidentes:omnia itaque superflua,sed necessaria tantum,
ipso confirmante & dicente, Habentes uictum & uestitum,his contenti simus. Dicis forte, 1. Timoth. 6
Ideo à sanctis religiosis uitris plura habenda sunt, ut melius ab ipsis quàm à popularibus
erogentur pauperibus Christi. Et ego consentio,sed prælatis,non autem subiectis. Quod
maxime illud mulieris Loth exemplum docuit, quæ dum post tergum à Sodomis exiens,
respiciens,in statuam salis conuersa spiritum efflauit. Vnde & Christus tale quid præcauen
dum denunciat dicens, Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus Lucæ 9
est regno cœlorum. Hinc Petrus ait, Melius erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm 1. Pet. 2
post cognitionem retro conuerti ab eo quod traditum est illis secundum mandatum.Con/
tigit autem eis illud ueri prouerbij,Canis reuersus ad uomitum suum,& sus lota in uoluta/ Prouer. 26
bro luti. Qui nimirum auaritiæ morbus nunquam melius compescitur,nisi cum dies mor/
tis sine fine meditatur, cum qualis post modicum in sepulchro futurus sit homo, conside/
rat.Hoc certe fixum manebat in illius corde qui dicebat,Homo putredo,filius hominis uer Iob 25
mis. Hæc ab illius ore non recesserunt, qui dicebat, In omnibus operibus tuis memorare Eccli. 7
nouissima tua, & in æternum non peccabis.Quid tunc,rogo, quid tunc diuitiæ conseruatæ
proderunt? Audi quid dicit beatus Iob, Nudus egressus sum de utero matris meæ,nudus Iob. 1
reuertar illuc.Et Apostolus,Nihil intulimus in hunc mundũ, sed nec auferre qd possumus. 1. Timoth. 6
Caput XVII
Si ea quæ possides indigentibus tribuis,unde subiectos absque penuria nutris? Si apo
stoli modum in hac parte tenueris,utraq; perficere ualebis.Hinc enim idem ipse ad Corin
thios ait,Si uoluntas prompta est ex eo quod habet,accepta est non secundum id quod nõ
habet:non enim ut alijs sit remissio,uobis autem tribulatio, sed ex qualitate in præsenti tem 2. Cor. 8
pore nostra abundãtia illorum inopiam suppleat,ut & illorum abundantia nostræ inopiæ
B sit supplementum, ut sit æqualitas, sicut scriptum est, Qui multum habuit, nõ abundauit, Exodi 16
& qui modicum, non minorauit.Hinc quidem iustus prolem dilectam admonet dicens,Si Tobiæ 4
multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem exiguum,& hocipsum libenter impertire.
Hinc quoq; incarnata ueritas dicit, Verũtamen quod superest,date eleemosynam, & ecce Lucæ 11
omnia munda sunt uobis. Audite obdurata præcordia, Iudicium sine misericordia ei qui Iacobi 2
non fecerit misericordiam. Quos contra per prophetam dominus admonet dicens, Frange Esa. 58
esurienti panem tuum,& egenos uagosq; induc in domum tuam,& carnem tuam ne despe
xeris,cum uideris nudum operi eum. Memento quid purpurato diuiti contigerit, qui non
ideo damnatus est,quòd aliena abstulerit,sed quòd ægrotanti pauperi sua non tribuerit,&
in inferno positus ad petenda minima peruenerit, quia hic parua negauit:quid etiam ad si/
nistram positis iudex cœli dicturus sit, Ite maledicti in ignem æternum,qui præparatus est Matth. 25
diabolo & angelis eius, Esurui, & non dedistis mihi manducare:& cætera quæ ibi terribili/
ter numerantur. Furtum & fraus quantos gradus habent locutionis, unum Cap. XVIII
tamen est quod dicunt, Si aliena non tollis,ex proprio uel diues uel sufficiens esse non po/
tes. Si cuncta quæ tibi prælatus seruanda commisit, illibata consignas, & nec modicum
quid reseruandum existimes: unde uel proprijs utilitatibus consulis,uel amicis & commili/
tonibus places? Melius est pauperem & sufficientem esse,nulliq; ex dato placere,quàm ali/
quẽ lædere furto uel fraude: qui enim aliena quomodolibet iniuste percipit, ipse sibi regni
cœlestis aditum claudit. Vnde & prædicator egregius quosdam redarguit dicens, Omnino 1. Cor. 6
delictum est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos: quare non magis iniuriam accipitis
quàm non fraudem patimini, si iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus, An nescitis
quia iniqui regnum dei non possidebunt?
Fallacia atque mendacium & ipsa unum dicunt: fallacia autem ingenio, mendacium Cap. XIX
uero ex simplici uerbo. Vt enim ex multis unum proferamus,fallacia est,cum in non dando

aliquem illudere quærit. Quid in petendo moras innectis? Non habeo quod tibi tribue/ C
re possim, celans utiq; in corde quæ habet, uel quod sibi conseruet quod alijs uoluntate tri/
buat. Omnino quod postulas non habeo, scil. nõ artificioso ingenio sicut fallacia, sed sim
plici negationis uerbo frustratur poscentem. Nec artificioso ingenio, nec simplici uerbo
Sapien.1 oportet decipere quenquã, quia quolibet artis modo mentiatur, os quod mentitur occidit
animam. Et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis ardentis & sulphure.
Cap. XX Ad esum deus omnia munda condidit, & qui saturari cibo respuit, quid aliud quàm
muneri concesso contradicit? Vnum horum quod dicis uerum est, Ne enim homo fame
moreretur, omnia ad esum deus creauit: sed ne mensuram comedendi excederet, & absti/
nentiam imperauit. Nam inter cætera sua mala, saturitate panis maxime Sodoma perijt,
Ezech. 16 domino attestante, qui ad Hierusalem per prophetam loquitur dicens, Hæc est iniquitas
sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis. Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumen/
das dapes debet quisque accedere, nequaquam uidelicet in illis uoluptatem appetens, sed
Lucæ 21 necessitati succurrens. Hinc ueritas per euangelium dicit, Attendite ne grauentur corda ue/
stra in crapula & ebrietate. Quo contra de insatiabili Iudæorum uoracitate Apostolus di/
Philip. 3 cit, Multi ambulant, quos sæpe dicebam uobis: nunc autem & flens dico, inimicos crucis
Christi, quorũ finis interitus, quorum deus uenter est, & gloria in pudẽdis eorum, qui terre/
1. Cor. 6 na sapiunt. Et rursum, Esca uentri, & uenter escis, deus autem hunc & has destruet. Ille au/
tem plene hoc uitium superat, qui in sumendis dapibus non solum parsimoniam, ut scili/
cet per refectionem semper esuriens imperet, uerumetiam accuratiores & suauiores epulas,
Ca. XXI excepta corporis infirmitate, & hospitem susceptione contemnit.
Vt quid animi gaudium intus abscondis? Egredere in publicum lætus, dic aliquid
foris unde uel tu uel proximi rideant, fac eos læros tua lætitia. Vnde tibi inest tanta læti/
tia? Nunquid iam inferni pœnas euasisti? Nunquid iam de exilio ad patriam uenisti?
Nunquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in obliuionem uenit quod D
Ioan. 16 dominus dixit, Mundus gaudebit, uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur
Luc. 6 in gaudium. An forte memoriam excessit quod idem alibi dicit, Væ uobis qui nunc ride/
Prouer. 14 tis, quia plorabitis & flebitis. Quod quidem per Salomonem dicitur, Risus dolore misce/
Matth. 5 bitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et econtra per euangelium, Beati qui lugent, quo/
Eccles. 9 niam ipsi consolabuntur. Rursum per Salomonem, Nescit homo utrum amore, an odio
dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Comprime inanem lætitiam, qui nec/
dum euasisti pœnalem erumnam. Nónne apud omnes insanus iudicatur is, qui tenebris
Ca. XXII reclusus carceris, gaudere conatur? Non ille reus tenebitur qui plura qui/
dem, sed bona loqui, sed ille qui saltem rara, sed mala dicere probatur. Verum est quod di/
cis, sed dum multa bona proferri uidentur, sæpe contigit ut à bonis locutio inchoata, ad
Prouer. 10 aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta scriptura denunciat, quare, In multiloquio,
inquit, peccatum non deerit. An forte inter innumera uerba declinantur criminosa? Sed
nunquid declinari poterunt inutilia atque ociosa, de quibus utiq; ratio in futurum erit red/
denda? Tenendus est ergo modus in loquendo, & ab ipsis nonnunquam utilibus parcen
Psal. 38 dum, sicut psalmista legitur fecisse. Dicit enim, Humiliatus sum & silui à bonis.
Cap. XXIII Non est grande facinus siue concubitu maris & fœminæ, uel proprijs, uel alterius in/
1. Cor. 6 quinari manibus. Non sic ait Apostolus. Quid ergo ait? Neque immundi, inquit, regnum
Ca. XXIIII dei possidebunt. Cur me in uoluptate tua no dilatas modo, cum quid
te sequatur ignoras? Acceptum ergo tempus in desiderijs perdere non debes, quia quàm
cito pertranseat, nescis. Si enim misceri deus hominem in uoluptate coitus nollet, in ipso
humani generis exordio masculum & fœminam non fecisset. Nolo ut ignorare te fingas,
quid post hanc uitam recipias. Si enim pie & caste uixeris, sine fine gaudebis: si uero impie
& luxuriose, æternis incendijs subiacebis. Inde autem castius magis debet uiuere, unde
q̃p

A quàm citius tempus acceptum pertranseat ignorare te dicis. Quòd quia in exordio gene/
ris humani ad hoc masculum & fœminam deum creasse profiteris, ut mutuis se amplexi/
bus misceri deberent, omnino uerissime dicis. Sed quia nubendi lætitia quibusdam tribu/
itur, hoc est, qui uirginalem, uel uidualem castimoniam nequaquam professi sunt: quibus/
dam autem non tribuitur, id est, qui uirgines uel continentes esse decreuerunt: fornicatio
uero nulli impune conceditur. Non attendis, aut contemnendum putas, quod Apostolus
iubens dicit, Fugite fornicationem: omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra 1. Cor. 6
corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Quòd si hoc paruipendendum
existimas, audi quid postea in sempiternum gemas & deplores, Neque adulteri, inquit,
neque fornicarij, neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt. O quàm par/
ua est concubitus hora, qua perditur uita æterna. Quod ergo emolimentum affert corpo/
ri, quodue tribuit lucrum, quod tam cito ducit animam ad tartarum?
Nunquid damnandum aliquid agit is, qui in corde libidini consentit, & ad opus Cap. XXV
concupitæ libidinis non pertransit? Omnino delinquit, qui castimoniam animæ non cu/
stodit. Vnde & autor munditiæ in euangelio dicit, Qui uiderit mulierem ad concupiscen/ Matth. 5
dum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quo contra per beatum Iob dicitur, Pe Iob. 31
pigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Quam enim partem in
me haberet deus desuper, & hæreditatem omnipotens deus in excelsis? Nisi enim autori
nostro cogitatio praui consensus displiceret, nequaquam per Esaiam diceret, Auferte ma Esaiæ 1
lum cogitationum uestrarum, & cætera. Et in Euangelio, Quid cogitatis mala in cordi/ Matth. 9
bus uestris? Sed nec Paulus apostolus diceret, Cogitationum inter se inuicem accusan/ Roma. 2
tium, aut etiam defendẽtium, in die quo iudicabit deus occulta cordium hominum secun/
dum euangelium meum per Iesum Christum.
Quid pulchrius, quid honestius, quidue potest esse delectabilius quàm quod in præ Cap. XXVI
B senti uita quotidie cernimus? O quàm mirabilis cœli camera in aere iucundo, in lumine
solis, in augmento lunæ atque defectu, in uarierate stellarum & cursu, quàm oblectabilis
terra in nemorum floribus, in fructuum suauitatibus, in pratorum riuulorumque amœ/
nitatibus, in segetum culmis luxuriantibus, in uinearum uitibus & botrionibus plenis pal
mitibus, in syluarum umbris & planis exitibus, in equorum & canum cursibus, in ceruo/
rum & caprarum saltibus, in accipitrum uolatibus, in pauonum, colũbarum, turturumq;
pennis & collis, in domorum pictis muris & laquearibus, in organorum omniumq; mu
sicorum tumultuosis cantibus, in mulierum uenustis aspectibus, earumq; supercilijs, & cri/
nibus, & oculis, & genis, gutture & labijs, naso & manibus, atq; extrinsecus adhibitis au/
ro & gemmis, distinctis monilibus, & si qua sunt alia quæ modo non recolit sensus. Si te
ista delectant quæ sub cœlo sunt, cur non magis delectant ea quæ super cœlos sunt? Si car/
cer ita pulcher est, prima ciuitas & domus qualis est? Si talia sunt quæ colunt peregrini,
qualia sunt quæ possident filij? Si mortales & miseri in hac uita taliter sunt remunerati,
immortales & beati qualiter sunt in illa uita ditati? Quapropter recedat amor præsentis
seculi, in quo sic nullus nascitur, ut non moriatur, & succedat amor futuri seculi, in quo sic
omnes uiuificantur, ut non deinceps moriant. Vbi nulla aduersitas turbat, nulla necessitas
angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis lætitia regnat. Si quæris quid ibi sit, ubi ta
lis & tanta beatitudo persistit? Aliter dici non potest, nisi quicquid boni est, ibi est: &
quicquid mali est, ibi nusquam est. Quod, inquis, illud bonum est? Quid me interro/
gas? A propheta & Apostolo definitum est, Quod oculus, inquit, non uidit, & auris Esaiæ. 64
non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus eum. Ad 2. Cor. 2
hanc felicitatem multis seculi diuitijs constipatus Dauid anhelabat cum diceret, Quid Psal. 72
enim mihi est in cœlo, & à te quid uolui super terram? Dulcis regalibus dapibus

Psal. 16 abundans dicebat, Satiabitur cum manifestabitur gloria tua. Et rursum, Sitiuit anima C
Psal. 41 mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei. Rursumque,
Psal. 119 Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Hinc & Paulus ait, Cupio dissolui & esse cũ
Philip. 1 Christo: multo enim melius. His itaq; decursis, quanquam multa prætermiserim, tamen ut mihi uidetur, hostis nostri fortia castra monstraui, quibus modis pie uiuentes in Christo Iesu non desinit impugnare. Sed necdum his contentus diabolus ad alia conuertitur argumenta, dum quibusdam in somnis uera pronunciat, ut eos quandoque ad falsitatem protrahat, dum dormientes ante horam uel ipse exuscitat, ut eos uigiliarum tempore, grauissimo somno deprimat, cum psallentes atque orantes sibi, uel stridoribus atque latratibus diuersis & incognitis uocibus, iactis etiam lapidibus uel stercoribus perturbat, ut eos quoquo pacto à spiritali opere retrahens, inanes efficiat. Tu autem homo dei, uigilanti studio attende quæ dico, & mihi magis adhuc stupenda narranti, fidem præbeto.

Finis.

DE QVATVOR VIRTVTIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

Non est Augustini.

DESIDERIVM charitatis uestræ à nobis exigit debitũ sermonis officium: sed tanta sunt quæ terrent & reuocant animum nostrum, ut si uelimus parere desiderio uestro, non sit sine periculo nostro. Primũ, quòd iuuenis loqui cogor præsentibus senibus: deinde temerarium esse arbitror, loqui uelle imperitia inter eos, quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silentio præterire, & illum locum turissimum eligere, au dire potius quàm aliquid dicere. Sed quid facio? Instat uester amor, reuocat noster pudor, cogit sanctorum patrum iussio, à quibus si uelim obsecrans ueniam petere dicens, Ignoscite patres, ignoscite, parcite nostræ uerecundiæ, parcite nostræ ætati, maxime cum
Eccl 32 recolam uobis fuisse præceptum, Loquimini seniores, decet enim uos. Ipsi sancta charitate qua prævalent, respondebunt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si repetam, Sancti patres quid loquar? Rursum mihi respondebunt, Quod à nobis sæpe au
2. Timoth. 3 diisti, Memento fili, quia ab infantia sacras litteras didicisti. Sed nec sic uobis excusatus esse potero, quorum corda ita ista me sua uoce pulsabunt, Quid metuis proferre uerbum?
1. Timoth. 4 Si ætas reuocat? Paulus Timotheo iuueni præcipiebat dicens, Nemo adolescentiam tuam
Matth. 10 contemnat, prædica uerbum. Si sermo deest, pete & accipies, Non enim uos estis qui loquimini: sed quod donatur uobis, hoc ministratur nobis. His coartatus angustijs, quò me conferam, nisi ad sancta uestigia charitatis, eamq; deprecer ut donet mihi aliquid dignum de se dicere, quo & meum suppleam ministerium, & uestro satisfaciam desiderio. Inter cæteras uirtutes eius quas commemorat apostolus Paulus, q; charitas non æmulatur, non agit
1. Cor. 13 perperam, non irritatur, non cogitat malum, & cætera: in ultimo quatuor eius uirtutes breuiter comprehendit dicẽs, Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunq; excidit. Ex his igitur quatuor uirtutibus sanctæ charitatis loqui cõuenit sanctitati uestræ, delectarq; primitus intueri, quemadmodum uelut quatuor cardines orbis continens, totũ possederit mundum. Requiramus igit̃, si placet, aliquorũ exempla sanctorũ, eorũ scil. qui his uirtutibus sanctæ charitatis possessi sunt, & eis singulis ita singula tribuamus, ut omnes in omnibus esse noscamus. Quoniã omnis qui pie tolerat, recte credit: & omnis qui recte credit, aliquid sperat: & qui sperat sustinet ne ab spe cadat. Sed iã qui nã isti sint uideamus, quorum fidem inquantum desuper adiuuamur, assequi ualeamus. Virtus charitatis quæ

A quæ omnia tolerat, eminuit in sancto Noë, quæ omnia credit in sancto Abraã, quæ omnia sperat in patribus nostris, id est, in populo Israël: unde ipse noster exortus est dominus, quæ omnia sustinet in ipso capite nostro domino Iesu Christo, qui est uera charitas, quæ nunquam cadit. Nec cæteros sanctos ab his uirtutibus uestra charitas deputet alienos, quos pro breuitate temporis, & pro sermone suscepto ita prætermissos esse cognoscite, ut tamen certissime noueritis omnes esse in Christo, & in omnibus Christum. Sed iam uideamus quemadmodũ sanctus Noë possederit uel possessus sit uirtute charitatis, quæ omnia tolerat. Prædixit ei deus, quòd iniquitate hominum crescente, diluuium perderet mũdum. Statim ille admonitus confugit ad lignum, & post camporum amœnorum faciem, angu/ Gen. 6 & 7
stijs se recluſit arcæ, tolerat cœli fremitum, sonitum aquarum, fragorem nimborum. Et post ista omnia, qui solet gaudere consortio hominum, socius quodammodo efficitur serpentum ac ferarum. Nec expauescit uir iste, quòd cum eo sint feræ in arca: imò ibi agnoscit ordinem suum feritas, quia se cognouit humanitas: & iubenti homini obediunt, quia hominem superiori domino obedisse cognoscũt. Ostensum est in Noë quid Adam præceptum contẽnendo perdiderit, & demonstratum est, posse homines bestijs etiam dominari si subdant obedientiam conditori. Expectat & tolerat sanctus iste finem diluuij, nec antequam finiatur, causa ferarum arca relinquitur. Tolerat bonus mala, & donec in fine etiam corpore separentur, intus manens, corde non corpore separatur. Si qua es anima, quæ cupis possidere uirtutem charitatis, quæ omnia tolerat, relinque mundum, confuge ad crucis lignum, non metuas procellas & turbines huius diluuij: non mergeris, si ligno portaberis, nouit gubernare, qui dignatus est creare, tantum adsit uirtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ soliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius enim est ut intus positus propter bonos toleres malos, quàm foras exiens & periens, & bonos relinquas & malos. Si ergo sunt tecum feræ, id est, si sunt tecum in ecclesia praua docentes, falsa
B sentientes hæretici uel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarum animas deuorare quærentium, tolerentur usque ad finem seculi, tanquam finem diluuij, rugiant licet, fremant dentibus, atq; ipsam arcam confringere conentur, non expauescas: finito diluuio, illas rapiet inanis ac spinosa sylua, te fertilis suscipiet terra. Post finem seculi, impij rapientur ad tenebras exteriores, ubi est fletus & stridor dentium, pios suscipiet terra uiuẽtium. Nam & ipse sanctus Noë post finem diluuij obtulit sacrificium deo: sed de animabus mundis, non de immundis. Simul enim & munda & immunda animalia in arca natare potuerunt, sed mala ad sacrificium dei non peruenerunt. Sed iam hinc aliquando transeamus, ut cætera perscrutari ualeamus. Procedat in medio sanctus ille Abraam, & suo nos doceat exemplo possidere uirtutem charitatis, quæ omnia credit, qui non est cunctatus ad unam uocationem relinquere patriam, sedem, domum, familiam: omnia relinquũtur, ut domino præcipienti pareatur. Exi, inquit ei deus, de cognatione tua, & de domo tua, & ueni in terrã quam/ Gen. 12
cumque tibi ostendero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, Quò eam, cui me committã, in quam terrã uadam? sed statim atq; audit, surgit, currit, festinat, accelerat. Terram promissam non uidet, sed credendo eam firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus uestigijs alibi quàm debuit declinauit: quia qui eum ad ignotam terram mittebat, nõ dimittebat, nec eum ipse fefellit. Redditur merces credenti, ad terram peruenit, dilatatur, multiplicatur, ex paupere efficitur diues, ex ignobili potens, ditatur omnibus bonis. Et in illo impletur, quod dominus in euangelio suis discipulis promisit dicens, Si quis dimiserit Matth. 19
domũ, aut agrũ, aut parentes causa nominis mei in hac uita, centuplũ accipiet, & in futuro seculo uitã consequetur æternã. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & seni promittit̃ filius. Adest uirtus charitatis, quæ oia credit, audit, exultat, amplius diligit, suscipit filiũ ex cũiuge sterili, quã spe pariendi destitutã sterilitas, ætasq; iã fecerat, atq; in illo benedictionẽ omniũ gentiũ promissam firmissime tenet. Sed adhuc eũ charitas probat, probatũq; cõmendat, & quẽadmodũ nihil deo p̃ferat, posteris mõstrat. Vocat eũ dñs de cœlo dicẽs, Abraã Abraã. Gen. 22
Et

Et ille tanquam seruus obediens, Ecce assum ait. Et dominus, Accipe filium tuum illũ quem C
diligis Isaac, & uade in terram excelsam, & offeres eum holocaustũ in unũ montium, quem
tibi dixero. Nec hac quidem iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei uirtus
charitatis, quæ omnia credit. Surgit, domum pergit, asinam sternit, ligna concidit, gladium
& ignem sumit, puerũ simul adducit & pergit ad locum. Tunc intẽtus factus Isaac, patrem
interrogat dicens, Pater, ait. Et ille, Quid est fili? Et filius, Ecce, ait, ignis & ligna, ubi est ouis
quam immolaturus es ad holocaustum? Et pater respõdit, Deus prouidebit sibi ouem ad
sacrificium fili. Magnum hic & grande uideo sacramẽtum. Aliud Abraam corde gestabat,
aliud filio promittebat. Sed neq; quæ promittebat, filium fallebant: neq; aliqua infirmitas
cor eius à proposito immutauerat. Quid pluribus? Pergit uiam, uidet locum de longe, & sta
tuens pueros suos ibi eis talia uerba profert, dicens, Sedete hic cum asina, ego autem & puer
ibimus usq; illuc, & cũ adorauerimus, reuertemur ad uos. O sancte Abraam, quid est quod
dicis, cum aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit, sed
quod prophetice uel dico uel gerõ, uirtus charitatis in me manens, quæ omnia credit, & fa
cit, & dicit. Audio enim eam sine strepitu uocis intus ad cor loquentem & dicẽtem mihi, Tu
quidem licet resurrecturum credens, pleno & perfecto uoto puerum ducas immolandum,
filius tuus in isto sacrificio non crematur, qũia resurrectio filio dei seruatur. Merito huius ui
Iacobi 2 ri fidem commemorans Iacobus apostolus ait; Credidit Abraam deo, & deputatum est illi
ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Amicos, ut nouimus, coniunctio animorum facit.
Vnde quidam sapiens huius mũdi ait, Idem uelle atq; idem nolle, ea demum firma amici
tia est. Ergo amicos, ut nouimus, cõiunctio animorum facit. Quemadmodum iste sanctus
animum coniunxerit deo, ut eius amicus appellaretur, uultis nosse? Sicut enim deus pater
unico suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ: ita & iste unico filio nõ pe
percit, sed iubente ut immolaretur ei qui dederat eum, deuoto corde obtulit eum. Sed quæ
sequuntur uideamus. Delectat enim nos, adiuuante domino deo nostro, huius historiæ ple D
nam reddere notionem. Postquam relictis pueris ad locum sacrificij, pater cum filio uenit,
aram construit, ligna componit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna, depo
nit humana paternæ pietatis indicia, induit sacerdotis diram constantiam, educit gladium
ut perimat filium. Quid uidetis fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanum, quia totũ
cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui pauloante ouem requirebat, sub ingenti silentio
talia fieri in se sentiebat: & ita patiens inuenitur, tanquam iam ille esset, qui sicut ouis ad im
Esaiæ 53 molandum ductus est, & tanquam agnus coram tondẽte se sine uoce, sic non aperit os suũ.
O & tu sancte Isaac, indica nobis silentij huius tam grande secretum. Pauloante nihil in te
fieri sentiebas, & à patre arietem requirebas, nunc autem manibus ligaris, in aram impone
ris, ligno quodammodo suspenderis, & modo taces. Taceo, inquit. Dic quare obsecro, ut no
uerimus. Vultis nosse ait, quare modo taceo? Quia figuram illius gesto, qui uoluntate
ponit animam suam, non necessitate. In hoc tam grandi mystico fidei sacramento, & A
braam sanctus apparuit probatus, & filius in præsenti est liberatus, in quo est Christus
prænunciatus. Si qua es anima, quæ cupis sequi uestigia fidei patris nostri Abraam, exi
de terra tua, & de cognatione tua, relinque populum tuum, & domum patris tui, id est, fide
liter renuncia diabolo, pompis, & angelis eius, & sequere uiam rectam, quæ te perducat
ad terram, in qua dilatescas & emineas, & efficiaris socius Abraam. Sed cum ista omnia fe
ceris, si uirtus charitatis, quæ omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatum co
ronabit te, & expetit à te sacrificium dilecti tui. Quid à te expetit? Quod Abraam illi di
Gen. 22 ctum est, Da mihi unicum dilectum filium tuum: tibi dicit sapientia, Da mihi fili cor tu
Prouer. 23 um. Ipse est dilectus unicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificium contritio
Psal. 50 nem cordis domino deo tuo, & dic ei cum propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacri
ficium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus nõ spernit. Nihil me
tuas tali sacrificio oblato, & tibi acceptum erit, & quod obtuleris integrum permanebit.

Aliam

A Aliam uirtutem charitatis, quæ omnia sperat, placet inspicere: hanc superius plebi Israël
& patribus nostris assignasse cognoscimus. Eius namq; uirtutis uox est in uersu illo pro
phetico, In te sperauerunt patres, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Ægypto fugere Psal. 21
iubentur, terra eis lac & mel fluens promittitur. Per mare rubrum transeunt, ad eremum ue
niunt, ducebat eos spes charitatis, ut discerẽt deũ amare gratis. Redditur & his merces fidei.
Non enim potest nõ reddere qui se dignatur facere debitorem. Post eremum mella de pe
tra suxerunt, panem cœli manducauerunt, non sunt priuati à desiderio suo. Quod sperauc
runt, terram etiam promissionis acceperunt. Exurgit anima quæ huius charitatis uirtute cõ
prehensa est: effugiat ex Ægypto, id est, ex huius seculi desiderio: pergat ad mare rubrũ, scili
cet Christi baptismũ, ideo rubrũ, quia Christi sanguine purpuratum. Persequãtur hostes,
peccata cum suo autore diabolo, tãquam Aegyptij cum suo rege Pharaone sæuiant, sequã
tur fugientes. Quid metuis? Vsq; ad aquam sæuiant. Ingredieris tu, ingredientur & illi post
te, sed aqua conuersa, illis erit in perniciem, tibi proficiet ad salutem: illos obruet, te abluet:
illos damnabit, te liberabit. Post hæc suscipies mel de petra, quo sitim tuã saties. Petra enim
erat Christus, ex cuius præceptis tanquam ex fontibus dulcedinis satieris. Gustabis & pa
nem illum, scilicet qui dixit, Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Gustabis & uide Ioan. 6
bis, quoniam suauis est dominus. Et si in te eminet uirtus charitatis, quæ omnia sperat, per
eremum te necesse est transire, id est, utaris hoc mundo tanq; non utens: & in hac uita pere
grinum te noueris esse, si terram promissiõis cupis intrare. Hæc terra est de qua propheta
cantat & dicit, Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Vltima uirtus charitatis re Psal. 26
stat, quæ omnia sustinet & nunq; cadit. Hanc ipsi capiti nostro domino Iesu Christo con
uenire nouimus. Ideo in ultimo, quoniam finis legis Christus est. Quanta aũt ipse pro no
bis sustulerit, puto charitatem uestrã ignorare non posse, tamẽ exinde aliquid dicã, si tamẽ
de tanto aliqd digne dicã. Prius illud, q̃ deus homo, q̃ uerbũ caro factũ est, q̃ multa bona
B fecit, & mala ppessus est, q̃ mortuos suscitauit, & mortuus est, q̃ singularis illa patienia per
tulit diabolũ tentatorem, discipulũ traditorẽ, q̃ ipsum Iudã priusq̃ ostẽderet traditorẽ, per
tulit furem, & ante experimẽtum uinculorum crucis ac mortis, labijs eius dolosis non nega
uit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit? Pertulit odiorum flammas, mini
strorum pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige crucifige: & ne rei remane
rent Iudæi, innocens ab eis crucifixus est filius dei. Ad crucem ducitur, expalmatur qui est
uera palma uictoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum uenit confringere. Ligatur,
qui soluit compeditos. Ligno suspẽditur, qui erigit elisos. Aceto poratur fons uitæ, discipli
na cæditur, salus uulneratur, ita moritur: occiditur, ad tempus uita, ut in perpetuum à uita oc
cideretur mors: quia hic Iudæi in hac morte Christi exultauerunt quasi uictores, & cum ter
renum & caducum regnum timuerunt perdere, regem cœli & terræ non dubitauerunt occi
dere. Sed nec sicut putauerũt uictores extiterunt. Si enim uicerunt, regnum quomodo per
diderunt? Quomodo nunc usque serui remanserunt? Ista namq; causa est qua ab eis Chri
stus occisus est. Dixerunt apud se principes Iudæorum, ut euangelista narrat, Videtis, in Ioan. 11
quiũt, quia totus mundus post eũ abibit, si dimiserimus eũ uiuere, ueniẽt Romani & tollent
nobis locum & gentem. Et Christum occiderunt, locum & regnum gentemq; perdiderunt.
Quid uobis profuit ô insani Iudæi, quòd tantum scelus commisistis? Nunquid quia Chri
sto domino, ut decuit, seruire noluistis, ideo eius dominio caruistis? Dum illi seruiunt re
ges, quibus uos seruitis, facti estis mali serui bonorũ seruorũ Christi. Per ipsos cõterit con
tumaciã uestrã, per ipsos dissipat cõsilia uestra, p ipsos retribuet scelera in capita uestra. Ipse
aũt dñs quẽ uos interemistis, nõ uos seruos, sed liberos esse cupiebat, quãdo dicebat. Si uos
filius liberauerit, tũc uere liberi eritis. Vos aũt deum dñm & regẽ, & ipsam ueram libertatẽ Ioan. 8
non solum repudiastis, uerũetiam necare cupientes clamastis, Nõ habemus regẽ nisi solũ
Cæsarem. Sed ne in hoc quidem gloriemini q̃ Christũ occidistis, actũ est de uobis potius
& nescitis, audite ipsum dominum dicentem per prophetam, Ego dormiui & somnũ cœpi: Psal. 3

somnum

somnum appellans mortem à uobis illatam. Cæterum qualis mors potuit esse triduana, C
Psal.40 maxime illius qui per eundem prophetam alio loco dicit, Nunquid qui dormit,nõ adijcict
Ioan.1 ut resurgat? Ego,inquit,dormiui,Ego qui potestatem habeo ponendi animam meam,Ego dormiui,non quia sæuistis,non quia insaniistis,ego implcui quod uolui:uos autem in scelere remansistis.Quis exigit tanta de deo nostro fratres pro nostra salute ac redemptione,nisi charitas quæ nunquam cadit? O charitas,cꝫ magnas uires habes. De cœlo deum deposuisti.O chara sanitas,ô sancta ac uera charitas,quæ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cœlis? Quæ tantũ potes in hac pugna mortalitatis adhuc sollicita,quãtum poteris in illa perfecta pace secura? Euigila itaq; omnis anima Christiana,& si in te eminet uirtus charita-
1.Pet.2 tis,quæ omnia sustinet,domini tui imitare uestigia. Christus enim, ait apostolus Petrus,pro nobis passus est,relinquens uobis exemplum ut sequamini uestigia eius. Et si ille propter te de cœlesti sede ad terrena descendit:tu propter te fuge terrena,appete cœlestia.Si dulcis est mundus,dulcior est Christus.Si amarus est mũdus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator:surge ambula,pigrescere noli,habes quò.Sed forte quæris,quó? Vides enim uiã, & quæris quò ducat hæc ipsa uia? Ad ueritatẽ & ad uitã ducit.Si amas ueritatẽ,si amas uitã,& cupis ad ueritatẽ & ad uitã uenire,à uia noli errare. Video, inquis,uiã,&
Matth.7 cupio ambulare,sed amara est,aspera est.Arta enim & angusta uia quæ ducit ad uitam.Christus transiuit,sed adhuc aspera est? Caput transiuit,& membra dubitant? Sed Christus,inquis,deus & homo,ego autem homo. Tot milia martyrum transierũt,& adhuc tibi aspera est? Transierunt senes,transierunt iuuenes,transierunt pueri,puellæ transierunt,uiam quam timebas,tritam tibi fecerunt.Ambula ergo uiam,securus ambula. Quid enim metuis in hac uia? Mortem? Et mortem times,qui ad uitam curris? Si bonus es,bene in hac uita curris, mors tibi ianua erit,quæ te repræsentet,non quæ auferat uitæ.Ambula ergo uiam,imò ipse qui propter te factus est uia,ipse te ducet per seipsum ad seipsum. Ipse enim est uia,ueritas & uita. Dic ergo domino deo tuo,O anima fidelis & pia,dic,secura dic,& cũ propheta uera D
Psal.118 citer exclama, Deduc domine me in uia tua, & ambulabo in ueritate tua. Tunc ad te securus perueniam, si in finem usq; tua gratia non deserat. Hæc fratres dilectissimi quæ dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati uestræ,ita hæreant cordibus & sensibus uestris,ut eadem ipsa charitas fructum in uobis inueniat operis,non folia laudis. Amen.

Finis.

DE LAVDIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

Non est Augustini.

Rom.13 1.Timoth.1 DIVINARVM scripturarum multiplicem abundantiam, latissimãq; doctrinam,fratres charissimi,sine ullo errore comprehendit,& sine ullo labore custodit, cuius cor plenum est charitate, dicente Apostolo, Plenitudo autem legis est charitas. Et alio loco, Finis autem præcepti est charitas de corde puro,& conscientia bona,& fide nõ ficta.Si ergo non uacat omnes paginas scripturarum reuoluere, tene charitatẽ, & in ea inuenies omnem scientiam. Quid est autem præcepti finis, nisi præcepti adimpletio? Quid est præcepti adimpletio,nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit,Plenitudo legis est charitas,hoc etiã hic dixit,Finis præcepti est charitas.Nec dubitari ullo modo potest, quòd templum dei sit homo,in quo habitat charitas. Respice ad munera ecclesiæ, & uniuersis excellentius charitatis munus cognosces,quæ,ut oleum, nõ potest premi in imo,sed semper superebullit. Dilige, & fac quod uis. Charitas causa est & mater omnium uirtutum,quæ si desit,frustra habẽtur cætera:si autem assit,habentur omnia.Omnia fiunt facilia charitate. Mandatum dei nõ habet graue.Quomodo enim est graue,cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quis nõ di-
1.Ioã.4 ligit,& iam graue est:aut diligit,& graue esse non potest.Dicit enim & Ioannes, Deus charitas est.

A tas est.Hæc autem dicentes apostoli,& nobis præcellentiam charitatis cõmendantes, non utiq; aliud nisi quod comederant,ructare potuerũt.Ipse quidem dominus pascens eos uerbo salutis,uerbo charitatis,quod est ipse panis uiuus qui de cœlo descendit, Mandatum,in- Ioan.13
quit,nouum do uobis,ut uos inuicem diligatis sicut dilexi uos.Et iterũ:In hoc scient omnes quia discipuli mei estis,si uos inuicem dilexeritis.Ille ergo qui uenit per crucis irrisionem,carnis perimere corruptionem,& uetustatem uinculi mortis nostræ,suæ mortis nouitate dissoluere,mandato nouo fecit hominẽ nouum.Res enim uetus erat,ut homo moreretur:quod ne semper ualeret in homine,res noua facta est,ut deus moreretur.Sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate, per sempiternam uitam diuinitatis,non permisit esse sempiternum interitum carnis.Itaq; sicut dicit Apostolus,Christus mortuus est propter delicta Rom.4
nostra,& resurrexit propter iustificationem nostram.Qui ergo contra mortis uetustatem, attulit uitæ nouitatem,ipse contra uetus peccatum opposuit nouum mandatum.Quapropter quisquis uetus peccatum uis extinguere,mandato nouo extingue cupiditatem, & amplectere charitatem.Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas,ita & radix omniũ bonorum est charitas.Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum & latitudinem secura possidet charitas,qua deum proximumq; diligimus.Docet enim nos cœlestis unus magister,& dicit,Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex Matth.22
tota mente tua:& diliges proximum tuum tanq; teipsum.In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Si ergo nõ uocat omes paginas sanctas pscrutari,omia uolumina sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare,tene charitatem,ibi pendẽt omia: ita tenebis quod ibi didicisti,tenebis etiam quod nondum didicisti. Si enim nosti charitatem,aliquid nosti unde & illud pendet quod forte non nosti. Et in eo quod in scripturis intelligis, charitas patet: in eo quod non intelligis,charitas latet.Ille itaq; tenet & quod pãtet & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.Charitas est,ut mihi
B uidetur,recta uoluntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa,iuncta deo inse parabiliter,& unita igne quodam spũs sancti,à quo est, & in quem refertur incensa; inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia,nulli cõmutabilitati obnoxia, super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa,affectionum omnium potentissima,diuinæ cõtemplationis auida,in omnibus semper inuicta,summa actionum bonorum,salus morum,finis cælestium præceptorum,mors criminum,uita uirtutum,uirtus pugnãtium, palma uictorum, arma sanctarum mentium,causa meritorum bonorum,præmium perfectorũ,sine qua nullus deo complacuit,fructuosa in pœnitentibus,læta in proficientibus,gloriosa in perseuerãtibus,uictoriosa in martyribus,operosa in omnibus omnino fidelibus,ex qua quicquid est boni operis,uiuit.Quapropter fratres sectamini charitatem,dulce ac salubre uinculum mentium,sine qua diues pauper est,& cum qua pauper diues est.Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat,in duris passionibus fortis,in bonis operibus hilaris,in tẽtatione tutissima,in hospitalitate latissima,inter ueros fratres lætissima,inter falsos patiẽtissima. In Abel per sacrificium grata,in Noë per diluuium secura,in Abraæ peregrinatione fidelissima,in Moyse inter iniurias lenissima,in Dauid tribulationibus mansuetissima: in tribus pueris blandos ignes innocẽter spectat,in Macchabæis sæuos ignes fortiter tolerat,casta in Susanna erga uirum,in Anna post uirum, in Maria præter uirum:libera in Paulo ad arguendum,humilis in Petro ad obediendum,humana in Christianis ad confitendum,diuina in Christo ad ignoscendum.Sed ego de charitate quid maius aut uberius possim dicere,quàm per os Apostoli laudes eius intonat dominus,supereminẽtem uiam demonstrantis atq; dicentis,Si linguis hominum loquar & angelorum,charitatem autem nõ habeam, 1. Cor. 12
factus sum uelut æramentum sonans,aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia,& omnem scientiam,& habuero omnem fidem,ita ut montes transferam,charitatem aũt nõ habeam,nihil mihi prodest.Charitas magnanima est,benigna est,charitas non æmulatur,non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non

quærit quæ ſua ſunt,no iritatur,non cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem ueritati,omnia tolerat,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuffert,charitas nunq̃ cadit. Quanta eſt,anima,iſta litterarum prophetiæ uirtus,ſacramẽtorum ſolum,ſcientiæ ſolidamentum,fidei fructus,diuitiæ pauperum,uita morientium. Quid tam magnanimum, quàm pro impijs mori? Quid tam benignum quam inimicos diligere? Sola eſt quam felicitas aliena non premit,quia non æmulatur:ſola eſt quàm felicitas ſua non extollit,quia nõ inflatur: ſola eſt quam conſcientia mala non pungit,quia non agit perperam. Inter oppobria ſecura eſt,inter odia benefica eſt,inter iras placida eſt,inter inſidias innocẽs,inter iniquitates gemens,in ueritate reſpirans. Quid illa fortius,non ad tribuendas, ſed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelius,non uanitati,ſed æternitati? Nam ideo tolerat omnia in præſenti uita,quia credit omnia de futura uita:& ſuffert omnia quæ hic irrogantur, quia ſperat omnia quæ ibi promittuntur. Merito nunq̃ cadit. Ergo ſectemini charitatem, & eam ſancte cogitantes afferte fructum iuſticiæ. Et quicquid uberius quàm ego dicere potui,uos inueneritis in eius laudibus,appareat in ueſtris moribus. Oportet enim ut ſenilis ſermo non ſolum ſit non grauis,ſed etiam breuis. A

Finis.

DE HONESTATE MVLIERVM,

LIBER VNVS.

Cap. I NEMO dicat fratres quòd temporibus noſtris martyrum certamina eſſe nõ poſſint: Habet enim pax martyres ſuos: nam ſicut diximus frequenter iracundiam mitigare, libidinem fugere, iuſticiam cuſtodire, cupiditatem contemnere, pars magna eſt martyrij. Contemnenda nanq̃ eſt cupiditas, quæ quidem uelut ignis quanto amplius accipit, tanto amplius requirit. Iracundia uero eſt mitiganda, quæ prius nocituris nocet quàm nocendis. Quòd autem libidinem B fugiendã eſſe diximus, Apoſtolo doctore, euidenter didicimus, quia cũ omnibus uitijs reſiſtendum eſſe prædixerat, contra libidinem non dixit, reſiſtite, ſed ait, Fugite fornicationem: ac ſi diceret, reliquis uitijs deo adiuuante debemus in præſenti reſiſtere, libidinem uero fugiendo ſuperare. Sic & in ſcripturis alibi legimus: Noli attendere in faciem uirginis, ne ſcandalizet te uultus eius. Nam & beatus Ioſeph ut impudicam dominam poſſet euadere, pallium quo apprehenſus erat, reliquit & fugit. Contra libidinis impetum apprehende fugam ſi uis obtinere uictoriam. Nec ſit tibi uerecundum fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere. Videte fratres quomodo ab omnibus Chriſtianis, præcipue tamen à monachis ſeu clericis, indigna & inhoneſta familiaritas fugienda ſit, quia ſine ulla dubitatione qui familiaritatẽ mulierum non uult fugere, cito dabitur in ruinam.

2.Cor. 6

Eccli. 9

Gen. 39

Cap. II Sed forte negligens quiſq̃ & minus de animæ ſuæ ſalute ſollicitus reſpondet & dicit: Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum extranearum,& tamen arma caſtitatis cuſtodio. Infelix eſt & nimium periculoſa præſumptio. Multi enim ſe putant uincere cum uicti ſunt. Sed adhuc addet aliquis & dicet: Ego inter extraneas mulieres habito,& cõtinentiam ſeruo,& uolo habere quod uincam. Quid eſt,uolo habere quod uincam, niſi hoc uolo habere quod pereã? Sed ego,inquit, libidinis impetum tanquam aduerſarium meum retinere uolo. Vide ergo ne cõtra te incipiat captiuitas ipſa prævalere, & unde putabas obtinere triumphum, inde æternum incurras opprobrium. Inter omnia enim Chriſtianorum certamina, ſola dura ſunt prælia caſtitatis, ubi quotidiana pugna & rara uictoria. Grauem nanque caſtitas ſortita eſt inimicum, cui quotidie reſiſtitur,& ſemper timetur,& ideo ſicut dictũ eſt, nemo ſe falſa ſecuritate decipiat, ut de ſuis uiribus periculoſe præſumat, ſed audiat Apoſtolum clamãtem, Fugite fornicationem. Dauid enim ille ſanctiſſimus in mille paſſionibus preſſus uidit mulierem nudam,& adamauit eam,& ſtatim hõmicidium ſimul fecit & adulterium. Et qui cum mulieribus habitantes putant ſe caſtitatis obtinere triumphum, ignorant

A rant ſe apud deum dupliciter reos exiſtere, dum ſeipſos in periculum mittunt. & alijs exemplum peruerſæ familiaritatis oſtendunt. Quanti enim per illarum inhoneſtam familiaritatem, caſticatis decorem perdiderunt? Illorum animæ qui pereunt, ab illis in die iudicij requirendæ ſunt, qui illis exemplum perditionis oſtendunt. Et ideo fratres, contra mortifera blandimenta, & contra adiutores diaboli, qui familiaritatem ſuſpectam habere non metuunt, nec erubeſcũt, ne nos ſuo exemplo decipiant, dei adiutoriũ imploremus, ut de laqueo uenãtium nos liberare dignetur, ſcientes quòd in his omnibus quæ ſupra diximus bonis & caſtis quotidiana non deſunt martyria. Omnibus Chriſtianis martyria deeſſe non poſſunt. Sicut caſtitas, ueritas & iuſticia Chriſtus eſt, ſic & ille qui eis inſidiatur, perſecutor Chriſti eſt. Ille uero qui caſtitatem, ueritatem & iuſticiam in fratribus ſuis defenſare, in alijs & in ſeipſo cuſtodire uoluerit, martyr erit. Et ideo qui hæc tota uirtute animi diligit, & ut alij diligant, uerbis ſimul & exemplis oſtendit, & ubicunq̃ ueritas uel iuſticia uel caſtitas laborat, quantum prævalet ſe etiam ultro ingerit, & ſecundum uires ſuas defenſare contendit, non unam, ſed plures coronas domino remunerante percipiet. Et ut hæc obtinere mereamur, cum dei adiutorio, non ſolum extranearum mulierum, ſed ancillarum noſtrarũ & quorumcunq̃ uicinorum, aut filiæ, aut ancillæ unuſquiſq̃ noſtrum collocutionem uitare procuret: Quia quanto uilior eſt illarum conditio, tanto ruina facilior. De tali re admonet Salomon omnes dicens, Nunquid alligabit aliquis ignem in ſinu ſuo, & ueſtimenta eius non ardeant? Aut quis ambulabit ſuper prunas, & plantæ eius non comburantur? Et illud: Preciũ meretricis uix eſt dimidij panis. O quanta iniquitas, ô quãta peruerſitas, ut animam, quam Chriſtus ſuo ſacro ſanguine redemit, luxurioſus quiſq̃ propter unius momenti delectationem libidinis diabolo peſſimo inimico ſuo uendit ac tradit. Vere nimiũ miſeranda & plangenda conditio eſt, ubi cito præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. Sub momẽto eñ libidinis impetus trãſit, & permanet ſine termino animæ infelicis opprobriũ.

Prouer. 6

B Cap. III Sed dicit aliquis: Iuuenis homo ſum, faciam quod me delectat modo, & poſtea pœnitentiam agam. Quomodo ſi dicat, percutio me crudeli gladio, & poſtea uadam ad medicũ. Heu miſer homo, neſcis quòd unius horæ pũcto uulnus accipit, ſed uix longo tẽpore ad ſanitatem priſtinam reuocatur? Qui enim fornicans dicit pœnitentiam ſe acturum, quare nõ timet ne eum ſubitanea febricula, uel aliquo caſu ſubita mors ſuperueniens rapiat, & pereat dilatio, & ſuccedat æterna damnatio? Et quia de infelici libidine, unde locuti ſumus, credendum eſt quod dicit propheta: Cõfractus eſt malleus uniuerſæ terræ. Quamuis poſt aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti per uniuerſa monaſteria monachorum & per clericos uel etiã laicos caſtitatẽ ſeruantes, quaſi confractus malleus ille uideat, tamẽ quod multo peius eſt, adhuc multo plures ſunt qui ab illo malleo quotidie cõfringuntur, quàm illi qui de ruina colliſionis illius liberantur. Vnde iterum atq̃ iterum rogo, ut diligentius conſideremus, & quantum poſſumus timeamus illud quod dominus in euangelio dicit, Qui uiderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Pro qua re, ſicut iam dictum eſt, non ſolum ab extraneis mulieribus, ſed etiam à uicinis & domeſticis, & ancillis noſtris refrenanda eſt, & ſecreta familiaritas & oculorũ incauta fragilitas: ne illud eueniat nobis, quod dominus per prophetam terribiliter clamat dicens, Mors intrauit ad animas noſtras per feneſtras noſtras. Per quas? per uiſum oculorum, & auditum aurium.

Hiere. 50

Matth. 5

Hiere. 9

Cap. V Si per linguam tuam amico tuo aut famulo tuo iuſſeris ut adducatur ad te meretrix adducatur, aut tuipſe cum meretrice locutus fueris per os tuum, ad animam tuam gladius æternæ mortis ingreditur. Si autem malum uel ſordidum conſilium libenter audieris, ſi detrahentem, aut luxurioſe loquentem, aut cantica turpia proferentem non reſpuis, per aurium tuarum feneſtras mors intrauit ad animam tuam. Et quia dominus dixit, Qui uiderit mulierem & cætera: uoluntas prona faciendi, reputatur pro opere factum: ac ſi dum aliquis mulierem libidinoſo oculo conſiderat, per feneſtras corporis ſui in ſecretum mentis uenenum mortis inſtillat. Talis enim cogitatio, & ſi aliquando impeditur caſu ut non impleat uoluntatem ſuã,

nihilominus tamen actionis crimine condemnatur à domino: ac si illa casta est cum qua libidinis malum uoluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Ideo audiamus scripturam dicentem illud, Omni custodia serua cor tuum. Et illud, Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, & cætera. Quomodo si aliquis carbones apprehenderit, si cito eos proiecerit, nihil ei nocebunt: si uero diutius tenere uoluerit, sine uulnere abire non poterit: ita ille qui ad concupiscendum oculorum defixerit intuitum, & libidinis malum in corde suscipiēs, morari in corde suo libere permiserit, excutere à se sine animæ plaga non poterit. Ideo iuxta ter clamamus cum propheta, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, præstante domino nostro Iesu Christo mediatore dei & hominum, cuius misericordia plena est terra: Amen.

Prouer. 4
Psal. 118
Psal. 24

A

Finis.

DE PASTORIBVS.

Cap. I

PES tota nostra quia in Christo, & quia omnis uera & salubris gloria nostra ipse est, non nunc didicit primum charitas uestra: Estis enim in eius grege qui intendit & pascit Israël. Sed quoniam sunt pastores qui pastorum nomine gaudere uolunt, pastoris autem officium implere nolunt, quid ad eos propheta dicat, sicut lectum audiuimus, recenseamus. Audite uos cum intentione, audiamus nos cum tremore. Et factum est ad me uerbum domini dicēs, Fili hominis prophetiza super pastores Israël. Hanc lectionem cum legeretur audiuimus. Hinc cum uestræ sanctitati aliquid loqui decreuimus, adiuuabit ipse ut uera dicamus. Si nos nostra dicamus, pastores erimus pascentes nos, non oues: si autem illius sunt quæ dicimus, per quælibet ipse nos pascet. Hæc dicit dominus deus, Væ pastoribus Israël, qui pascunt se solos. Nunquid oues pascunt pastores, id est, non se pascunt pastores, sed oues? Hæc prima causa est quare arguantur pastores isti, quia seipsos pascunt, non oues. Qui sunt qui seipsos pascunt? De quibus dicit Apostolus, Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Nos enim quos in loco isto, de quo periculosa ratio redditur, dominus secundum dignationem suam, non secundum meritum nostrum cōstituit, habemus duo quædam: unū, quòd Christiani sumus: alterum, quòd præpositi sumus. Illud q̄ Christiani sumus, propter nos est: q̄ aūt præpositi sumus, propter uos est. In eo quòd Christiani sumus, attenditur utilitas nostra: in eo q̄ præpositi, nō nisi uestra. Sunt aūt multi Christiani & nō præpositi, qui peruenīūt ad deū faciliore fortasse itinere, & tanto expeditius ambulantes, quanto minorem sarcinam portant. Nos autem excepto q̄ Christiani sumus, unde rationem reddimus deo de uita nostra, sumus etiam præpositi, unde rationē reddimus deo de dispensatione nostra. Ad hoc istam difficultatem proponimus, ut compatientes nobis oretis pro nobis. Veniet enim dies quo cuncta adducuntur in iudicium. Et ille dies si seculo longe est, unicuiq̄ homini uitæ suæ ultimus prope est. Tamen utrūq̄ latere deus uoluit, & quando ueniat finis seculi, & quando sit in unoquoq̄ homine huius uitæ finis. Vis non timere diem occultum, quando uenerit inueniat te paratum. Cum ergo præpositi ad hoc sint, ut his qui subiecti sunt consulant, non in eo q̄ præsunt, omnino utilitatem suam attendant, sed eorum quibus ministrant. Quisquis ita præpositus est, ut in eo q̄ præpositus sit gaudeat, & honorem suum quærat, & cōmoda sua sola respiciat, se pascit, non oues. Ad uos sermo dirigitur. Audite tanq̄ oues dei & uidete quemamodū uos securos fecerit deus: qualescunq̄ sunt qui uobis præsunt, id est, qualescunq̄ nos sumus, nobis deus securitatē dedit qui pascit Israël. Nā deus non deserit oues suas, & mali pastores pœnas debitas luent, & oues promissa percipient.

Eccl. 12

Cap. II

Videamus ergo quid loquatur pastoribus seipsos pascentibus non oues, sermo diuinus neminem palpans. Ecce lac consumitis, & lanis uos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatum est nō confortastis, & quod ægrotat non corroborastis, & quod contribulatum est non colligastis, & quod

A quod errabat non reuocastis, & quod periit non inquisistis, & quòd forte fuit confecistis, & dispersæ sunt oues meæ eo q̄ non sit pastor. Dicitur in pastores pascentes semetipsos, non oues, quid diligant, quid negligant. Quid ergo diligunt? Lac consumitis, & lanis uos tegitis. Propter quod dicit Apostolus, Quis plantat uineam, & de fructu eius non sumit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis quicquid à plebe distribuitur præpositis ad sustentādum uictum tēporalem. Inde enim loquebatur Apostolus cum hæc diceret quæ cōmemoraui. Et quidem Apostolus quanq̄ eligeret manibus suis laborare, nec ipsum lac quærere ab ouibus, tamē lactis potestatem percipiendi habere se dixit, & sic dominum expositisse, ut qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant. Et dicit alios coapostolos suos usos fuisse hac potestate, non usurpata, sed data. Plus ille fecit, ut nec quod debebatur acciperet. Ipse ergo donauit & debitum, sed alius nō exegit indebitum: ille plus fecit. Fortassis enim illum significabat, qui ægrum cum adduceret ad stabularium dixit, Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, uel potius ipsi misericordiæ officium largius impendunt. Possunt enim, & quod possunt faciunt. Laudentur hi, neque damnentur illi. Nam & ipse Apostolus datum non quærebat, fructuosas tamen oues esse cupiebat, non steriles sine lactis ubertate. Itaq̄ cum esset quodam tempore in magna indigentia uictus, in confessione ueritatis, missum est illi à fratribus unde necessitati & indigentiæ eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens & dixit: Bene fecistis cōmunicare necessitatibus meis. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse: Scio & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verūtamen uos bene fecistis usibus meis mittere. Sed ut ostenderet in eo quòd illi bene fecerunt quod non ipse quæreret, ne inter illos esset qui seipsos pascunt, non oues, non tam suæ gaudet subuentum esse necessitati, quàm illorum gratulabatur fœcunditati. Quid ergo ibi quærebat? Non requiro, inquit, datum, sed requiro fructum. Non ergo, inquit, ut explear, sed ne uos inanes remanea-

B tis. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, ut in manibus suis transigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem, non hoc sibi quærant tanquam cōmodum suum, ut ex necessitate suæ pecuniæ uideantur annunciare euangelium, sed hominibus illuminandis præbeant lucem uerbi ueritatis. Sint enim tanq̄ lucernæ, sicut dictū est, Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes: &, Nemo accēdit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nōne adiiceres oleum ne extingueretur? Porrò si lucerna accepto oleo non luceret, non erat planè digna quæ in candelabro poneretur, sed quæ continuo frangeretur. Vnde enim uiuitur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere, nō tanquam uenale sit euangelium, ut istud sit precium eius, quod sumunt qui annunciant unde uiuant. Si enim sic uendunt, magnam rem uili precio uendunt. Accipiant sustentationē necessitatis à populo, mercedem dispensationis à domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem nisi unde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, unde arguuntur, qui cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebant? Sua ergo tantū quærebant, nō quæ Iesu Christi.

1. Cor. 9

Luc. 10

Phil. 4

Luc. 12
Matth. 5

Cap. III

Sed quoniā diximus quid sit lac sumere, quæramus qd sit lanis se tegere. Qui præbet lac, uictū præbet, q̄ præbet lanam, honorē præbet. Ista sunt duo quæ à populis quærūt, qui semetipsos pascunt, non oues: cōmodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Etenim uestimentum propterea bene intelligitur in honore, quia nuditatē tegit. Etenim unusquisq̄ homo infirmus: & quid est quisquis uobis præest, nisi quod uos estis? Carnem portās mortalis est, māducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogitatis quid sit, & ipse homo est, tu tamen honorando eum uelut angelum, contegis quod infirmū est. Huiusmodi indumentum acceperat à bona dei plebe idem Paulus cum diceret, Sicut ange-

lum dei ſuſcepiſtis me,teſtimonium uobis perhibeo,quia ſi fieri poſſet,oculos ueſtros eruiſ A
ſetis,& dediſſetis mihi.Sed cum tantus honor exhibitus eſſet,nunquid propter ipſum ho/
norem ſibi exhibitum,ne forte cum argueret negaretur,& minus ipſe Apoſtolus laudare/
tur,pepercit errantibus? Nam ſi hæc feciſſet,eſſet inter illos qui ſeipſos paſcunt,non oues,di
ceret apud ſeipſum: Quid ad me pertinet? quiſq; quod uelit agat,uictus meus ſaluus erit,
& lac & lana ſatis eſt mihi,eat quiſque quò poteſt.Ergo integra tibi ſunt omnia,ſic eat quiſ/
1. Cor.12 que quò poteſt.Nolo te præpoſitum facere,unum te conſtituo de ipſa plebe, Si patitur
unum membrum,compatiuntur omnia membra.Proinde ipſe Apoſtolus cum eos com/
memorat quales fuerint erga illum,ne quaſi oblitus eorum honoficentiæ uideretur,& teſti
monium perhibet,ſicut angelum dei ſuſceperint eum,& quod ſi fieri poſſet,oculos ſuos uel/
lent eruere,& illi dare,& tamen accedit ad ouem languidam,ad ouem putridam,ſecare uul
nus,non parcere putredini.Ergo inimicus factus ſum uobis uerum prædicans? Ecce & acce/
pit de lacte ouium,ſicut pauloante memorauimus,& indumentum ex lanis ouium,ſed ta/
men oues non neglexit,Non enim ſua quærebat,ſed quæ Ieſu Chriſti.Abſit ergo ut dica/
mus uobis: Viuite ut uultis,ſecuri eſtote,deus neminem perdit, tantummodo fidem Chri/
ſtianã tenete:non perdet ille quod redemit,non perdet pro quibus ſanguinem ſuum fudit:
& ſi ſpectaculis uolueritis oblectare animos ueſtros,ite:quid mali eſt? Et feſta iſta quæ ce/
lebrantur per uniuerſas ciuitates in læticia conuiuantium & publicis menſis ſeipſos ut putãt
iucundantium,reuera magis pereuntium,ite celebrare:Magna eſt dei miſericordia,quæ to/
Sap.2 tum ignoſcat.Coronate roſis uos antequam marceſcant,In domo dei ueſtri quando uolue
ritis conuiuamini, impleamini cibo & uino,cum ueſtris,ad hoc enim data eſt iſta creatura,
ut perfruamini,non enim impijs & Pagnis eam dedit deus,ſed uobis eam dedit.Hæc ſi di/
xerimus,forte cõgregabimus turbas ampliores,& ſi ſint quidam qui nos ſentiant hoc dicen
tes non recte ſapere,paucos oſtendimus.Quod ſi fecerimus,non uerba dei,non uerba Chri
ſti dicentes,ſed noſtra,ſumus paſtores noſmetipſos paſcentes, non oues. B

Cap. III Cum autem dixiſſem quæ diligant iſti paſtores,dicam & quæ negligant. Vitia enim
ouium late patent,craſſæ oues perpaucæ ſunt,id eſt,ſolidæ in cibo ueritatis utentes paſcuis
bene de munere dei.Sed mali illi paſtores non parcunt talibus, parum eſt quòd illas lan/
guentes & infirmas & errantes & perditas non curant, ſed iſtas fortes & pingues necant,
quantum in ipſis eſt.Illæ uiuent de miſericordia dei,tamen quantum ad paſtores malos at
tinet,occidunt male uiuendo,malum exemplum præbendo. An fruſtra dictum eſt ſeruo
Titum.2 dei eminenti in membris ſummi paſtoris,Circa omnes teipſum bonorum operum præbe
exemplũ,& forma eſto fidelis.Attendit enim ouis etiam fortis plerũq; præpoſitũ ſuũ male
uiuentem,ſi declinet oculos à regulis domini,& intendens in hominem,incipit dicere in cor
de ſuo:Si præpoſitus meus ſic uiuit,ego quid ſum qui non faciam quod ille facit? Si fortem
ergo occidit ouem,iam de cæteris quid faciet,qui illud quod non ipſe fortificauerat,ſed for/
te aut robuſtum inuenerat,male uiuendo interfecit? Dico charitati ueſtræ & ſi uiuunt oues,
Matth. 23 & fortes ſunt oues in uerbo domini,& tenent iſtud quod audierunt à domino ſuo:Quæ di
cunt facite,quæ autem faciunt facere nolite:tamen qui in cõſpectu domini male uiuit,quan/
tum in illo eſt,cum à quo attenditur occidit.Nõ ſibi ergo blandiatur,quia ille non eſt mor/
tuus,ſed homicida eſt. Quomodo cum laſciuus homo intendit in mulierem ad concupiſcẽ
Matth.5 dam eã,ecce illa caſta eſt,& mœchus eſt iſte. Domini enim uera & aperta eſt ſentẽtia,Quiſ/
quis uiderit mulierem ad concupiſcendum eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Non
peruenit ad illius cubiculũ,& in interiore iam ſuo cubili uolutatur.Sic omnis qui male uiuit
in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt,quantum in ipſo eſt,occidit & fortes oues. Qui
ergo imitatur præpoſitum malum,moritur:qui non imitatur,uiuit:tamen quãtum ad illos
pertinet,ambos occidit. Et quod craſſum eſt interficitis,& oues meas non paſcitis.

Cap.V Iam audiſtis qui diligant,audite qui negligant:Quod infirmum eſt,non confortaſtis,
& quod tabuit, non corroboraſtis,& quod contribulatum eſt,id eſt,confractum,non colli/
gaſtis,

C gaſtis,& quod errabat,non reuocaſtis,& quod periit,non inquiſiſtis,& quod forte fuit,con
feciſtis:id eſt,interfeciſtis & occidiſtis.Infirmum quippe animum gerit ouis,quando tenta/
tiones ſibi profuturas non credit.Paſtor enim negligens,quãdo ſic credit talis infirmus,nõ
illi dicit, Fili accede ad ſeruitutem dei,ſta in iuſticia & timore,& præpara animam tuam ad Eccĩ.2
tentationem.Qui autem hoc loquitur,confortat infirmum,& ex infirmo facit firmũ,ut non
cum crediderit proſpera huius ſeculi ſperare.Si autem doctus fuerit ſperare proſpera ſecu/
li,ipſa proſperitate corrumpitur.Superuenientibus autem aduerſitatibus fauciatur,aut for
taſſis extinguitur.Non ergo cum ædificat ſuper petram qui ſic ædificat,ſed ſuper arenam.
Petra autem Chriſtus eſt.Chriſti autem paſſiones imitandæ ſunt,non à Chriſtiano deli/
tiæ conquirendæ.Confortatur infirmus cum ei dicitur:Spera quidem tentationes huius ſe/
culi,ſed ab omnibus eruet te dominus,ſi ab illo non recedet retro cor tuum.Nam ad cõfor/
tãdum cor tuum uenit ille pati,uenit ille mori,uenit ille ſputis liniri,uenit ſpinis coronari, ue
nit opprobria audire, uenit poſtremo ligno configi:omnia hæc ille pro te,tu nihil pro illo,
ſed pro te.Quales autem ſunt qui timent eos lædere quibus loquuntur,non ſolum non
præparant ad imminentes tentationes,ſed etiã promittunt felicitatem huius ſeculi, quam
deus ipſi ſeculo non promiſit.Ille prædicit labores uſque in finem uenturos ipſi ſeculo,& tu
uis ab iſtis laboribus exceptum eſſe Chriſtianum,quia Chriſtianus eſt, aliquid plus paſ/
ſurus eſt in ſeculo.Etenim ait Apoſtolus,Omnes qui pie uolunt in Chriſto uiuere, perſecu/ 2. Tim.3
tionem patientur:tu dicis,Si uoluero in Chriſto pie uiuere, abundabunt tibi omnia bo/
na:& ſi filios non habes,ſuſcipies,& nutries omnes,nemo tibi moritur.Hæc enim eſt ædifi/
catio tua.Attende quid facias,ubi ponas,ſuper arenam eſt quod conſtituis,uenturus eſt im
ber,influxurus eſt fluuius,flaturus eſt uentus,& impingent in domum iſtam, & cadet, &
fiet ruina eius magna.Leua de arena & pone ſupra petram, in Chriſto ſit quem uis eſſe
Chriſtianum. Attende ad paſſiones Chriſti,attende ad illum ſine ullo peccato, quæ non Pſal.68
D rapuit,exoluentem,attende ſcripturam dicentem, Flagellat autem omnem filium quẽ reci/ Heb.12
pit.Et para te flagellari,aut certe non quæras recipi. Flagellat autem omnem, inquit,filium
quem recipit. Et tu forte exceptus à paſſione flagellorum,exceptus à numero filiorum,ità
ne,inquies,flagellat omnem filium? Prorſus flagellat omnem filiũ ut & unicum. Et unicus
ille de patris ſubſtãtia natus,æqualis patri in forma dei,uerbum,per quẽ facta ſunt omnia,
non habebat ubi flagellaretur,ad hoc carne indutus eſt ut ſine flagello non eſſet. Qui er/
go flagellat unicum ſine peccato, nunquid relinquit adoptiuum cum peccato? In ado/
ptionem uocatos nos eſſe Apoſtolus dicit, Adoptionem filiorum accepimus, ut eſſemus Gal.4.
uni cohæredes,eſſemus etiam hæreditas.Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem Pſal.2
tuam.Exemplum nobis propoſuit in paſſionibus ſuis.Sed ne futuris tentationibus defi/
ciat infirmus,nec falſa ſpe decipiendus,nec errore frangendus ſit,dic ei: Præpara animam Eccĩ. 2
tuam ad tentationem.Sed forte incipit labi,contremiſcere,nolle accedere, habes aliud, Fi/ 1.Cor.10
delis deus qui non uos ſinit tentari ſupra quàm ferre poteſtis. Illud autem promittere &
prædicare futuras paſſiones,infirmum confirmare eſt. Timenti autem nimium & ex hoc
deterrito cum polliceris miſericordiam dei,non quia tentationes deerunt,ſed quia non per
mittit tentari ſupra quàm poteſtis ferre,fractum colligare eſt.Sunt enim qui cum audie/
rint uenturas tribulationes,armant ſe magis,& quaſi potum ſuum ſicut paruam ſibi eam
putant fidelium medicinam,ſed quærunt martyrum gloriam.Sunt alij qui auditis futuris
& neceſſario uenientibus tentationibus,quas proprie oportet uenire Chriſtiano, quas ne/
mo ſentit niſi qui uoluerit eſſe uere Chriſtianus: imminentibus ergo ſibi aliquibus, fran/
guntur & claudicant.Affer conſolationis alligamentum,alliga quod fractum eſt,dic,ne ti/
meas, nõ deerit in tentationibus ille in quem credidiſti, gdelis deus,qui non ſinit te tentari
ſupra quàm potes ferre.Non hoc à me audis,Apoſtolus dicit,qui etiam dicit,An uultis ex 2.Cor.13
perimentum eius accipere qui in me loquitur Chriſtus? Hoc ergo cũ audis ab ipſo Chriſto,

Psal.79 audis & ab illo paſtore qui paſcit Iſraël. Illi enim dictum eſt, Potabis eos in lachrymis, in menſura. Quod enim ait Apoſtolus, Non ſinit tentari uos ſupra quàm poteſtis ferre: hoc ait propheta, in menſura. Tantum tu noli dimittere corripientem & adhortantem, terrentem & conſolantem, percutientem & ſanantem.

Cap. VI Quod infirmum eſt, inquit, non confortaſtis, paſtoribus malis dicit, paſtoribus falſis, paſtoribus ſua quærentibus, non quæ Ieſu Chriſti, ex cõmodo lactis & lanæ gaudentibus, oues omnino non curantibus. Et quod male habuit, non corroboraſtis, aut infirmum, id eſt, non firmum. Nam dicuntur infirmi etiam ægrotantes: ſed inter infirmum & ægrotũ, id eſt, male habentẽ, hoc mihi uidet intereſſe. Etenim iſta fratres quæ diſtinguere utcũq; conamur, forte & nos poſſumus maiore diligentia melius diſtinguere, & alius peritior uel lumine corporis plenior: interim ne fraudemini quãtũ ad uerba attinet ſcripturæ quod ſentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eũ frangat, timendum eſt: languens autem iam cupiditate aliqua ægrotat, cupiditate aliqua impeditur ab intranda uia dei, à ſubeundo iugo Chriſti. Attendite illos homines uolentes bene uiuere, iam ſtatuentes bene uiuere, & minus idoneos mala pati ſicut parati ſunt bona facere. Pertinet autem ad Chriſtianam firmitatẽ, non ſolum operari quæ bona ſunt, ſed & tolerare quæ mala ſunt. Qui ergo uidentur feruere in operibus bonis, ſed imminentes paſſiones tolerare nolle, aut non poſſe, infirmi ſunt. Qui uero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipſis bonis operibus reuocantur, languidi & ægroti iacent, quippe in ipſo languore tanquam ſine ullis uiribus nihil boni poſſunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit, quem cum domino inferre non poſſent qui eum portabant, tectum aperuerunt & depoſuerunt: id eſt, tanquam ſi in anima hoc uelis facere, ut tectũ aperias, & deponas ad dominum animam paralyticam, diſſolutam omnibus membris, & uacantem ab omni opere bono, grauatam utique peccatis ſuis, & languentem morbo cupiditatis ſuæ. Si ergo diſſoluta ſunt membra omnia, & eſt paralyſis interior, ut peruenias ad medicum. (Forte enim latet medicus, hoc eſt, iſte uerus intellectus in ſcripturis occultus eſt) exponendo quod occultum eſt, aperi tectum & depone paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt, audiſtis quæ audiant. Quod male habuit non corroboraſtis, & quod contribulatum eſt, non colligaſtis. Iam hinc diximus. Fractus enim erat terrore tentationis. Accidit aliquid unde quod fractum eſt colligetur conſolatio-

1. Cor. 10 ne illa, Fidelis deus qui non uos ſinit tentari ſupra quàm poteſtis ferre, ſed faciet cum tenta-

Cap. VII tione etiam exitum ut poſſitis ſuſtinere. Et quod errabat, non reuocaſtis: Ecce unde inter hæreticos periclitamur. Et quod errabat, non reuocaſtis, & quod perijt, non inquiſiſtis. Hic inter manus latronum, & dentes luporum furentium utcunq; uerſamur. Et pro his periculis noſtris ut oretis, oramus. Et contumaces oues quia quæruntur errantes, alienas ſeſe à nobis dicunt: errore ſuo & perditione ſua dicunt, quid uos ultis? quid uos quæritis? quaſi non ipſa cauſa ſit ut quærere eas uelimus. Et quare quærimus? Quia errant & pereunt. Si in errore, inquit, ſum, ſi in interitu, quid me uis? quid me quæris? Quia in errore es, reuocare uolo: quia periſti, inuenire uolo. Sic uolo errare, ſic uolo perire. Sic uis errare, ſic uis perire, quanto melius ego nolo. Prorſus audeo dicere: Importunus ſum. Audio enim

1. Timoth. 4 dicentem Apoſtolum, Prædica uerbum, inſta opportune importune. Quibus opportune? quibus importune? Opportune utique uolentibus, importune nolentibus. Prorſus importunus audeo dicere, tu uis errare, tu uis perire, ego nolo. Non uult poſtremo ille qui me terret. Si uoluero, uide quid dicat, uide quid increpet. Quod errabat non reuocaſtis, &

2. Corin. 5 quod perijt non inquiſiſtis. Te magis timebo quàm ipſum? Oportet nos omnes exhiberi antè tribunal Chriſti. Non te timeo, non enim potes euertere tribunal Chriſti: reuocabo errantem, requiram perditum. Et ſi me lanient inquirentem uepres ſyluarum, per oĩa anguſta me coartabo, oĩes ſepes excutiam, quãtum mihi uiriũ dñs terrẽs donat, oĩa per agrabo, reuocabo errantẽ, requirã pereũtem. Si me pati non uis, noli errare, noli perire. Pa-

rum

C rum eſt quòd doleo te errantem atq; pereuntem, timeo ne negligẽs te, etiam quòd forte eſt occidam. Vide enim quod ſequitur: Et quod forte fuit confeciſtis. Si neglexero errãtem atq; pereuntem, & eum qui fortis eſt delectauit errare atq; perire, cupio lucra exteriora, ſed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum, attendit qui fortis eſt, putat nihil eſſe, ire in hæreſim, quando aliquod commodum de ſeculo reluxerit unde imitetur. Statim mihi dicit fortis ille periturus, cum te perditum nõ requiro: & hac & hac deus eſt. Quid intereſt, homines inter ſe litigantes hoc fecerunt, ubicunq; colendus eſt deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatiſta: Non tibi do filiam meam niſi fueris de parte mea: Illé opus eſt ut attendat & dicat: Si nihil mali eſſet eſſe de parte eorum, non contra illos dicerẽt tanta paſtores noſtri, nõ pro illorum errore ſatagerent. Si ergo ceſſemus & taceamus, contraria locuturus eſt, utiq; ſi malum eſſet eſſe in parte Donati, loquerentur contra, redarguerent eos, ſatagerent lucrari illos, ſi errant, reuocarent illos. Non fruſtra ergo cum ſam dixiſſet ſuperius: Quod craſſum eſt, interfeciſtis: Ipſa eſt enim repetita ſententia, niſi ex his quæ ſupra dixit nata eſſet. Quod errabat, non reuocaſtis: & quod perijt, non requiſiſtis: & hoc faciendo, quod forte eſt interfeciſtis. Proinde audi quid ſequitur de iſta negligentia Cap. VIII malorum, imò falſorum paſtorum. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non ſit paſtor, & fa Ezech. 34 ctæ ſunt in comeſturam omnibus beſtijs agri. Furantur lupi inſidiantes, rapiunt leones fre-

D mentes, cum oues non hærent paſtori. Nam præſens eſt paſtor, ſed male agentibus non eſt paſtor: & inhærent paſtoribus, ſeipſos, non oues paſcentibus, & lætalis error conſequitur. Eunt in beſtias deprædantes ſe, & de illarum morte ſe ſatiari cupientes. Tales enim ſunt oĩs, qui gaudent de erroribus alienis, beſtiæ ſunt paſtæ morſibus diſperſarũ. Et diſperſæ ſunt, & errauerunt oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum. Viam montibus & collibus, tumor terrenus, & ſuperbia ſeculi extulit. Superbia Donati fecit ſibi partem ſubſequentem, cum Parmenianus illius confirmauit errorem. Ille mons eſt, ille collis eſt. Sic omnis cuiuslibet autor erroris terrena elatione intumeſcens, promittit ouibus requiem, bona paſcua, & aliquando inueniunt ibi oues paſcua de pluuia dei, non de duricia montis: Habent enim & ipſi ſcripturas, habent ſacramenta: Non ſunt iſta montium, ſed cũ inueniuntur in montibus, male remanent in montibus. Errando enim in montibus, & in collibus deſerendo gregem, deſerunt unitatẽ, deſerit unitas cohortes aduerſus leones & lupos. Inde ergo reuocet deus ipſe: reuocet modo, audietis ipſum reuocantem, Errauerunt, inquit, oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum, hoc eſt, in omnem tumorem terrenæ ſuperbiæ. Sunt enim & montes boni, Leuaui oculos meos in montes, unde ue- Pſal. 120 niet auxiliũ mihi. Et uide quia non tibi in montibus ſpes eſt: Auxilium, inquit, meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus ſanctis, quando dixeris: Auxiliũ meũ non in montibus, ſed à dño qui fecit cœlũ & terram. Ipſi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in uobis ſchiſmata fieri, ut unuſquiſque ue- 1. Cor. 1 ſtrum dicat, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Chriſti. Leua oculos in iſtum montem, audi quid dicat, & in ipſo remaneas. Audi etiam quid ſequatur: Nunquid Paulus crucifixus eſt pro uobis? Ergo poſteaquam leuaueris oculos tuos in montes, unde uenit auxilium tibi, id eſt, in autores ſcripturarum diuinarum, attende omnibus medullis ſuis, omnibus oſſibus clamantem. Domine quis ſimilis tibi? ut ſecurus ſine ulla iniura mõ- Pſal. 81 tium dicas: Auxilium meũ à domino qui fecit cœlum & terram. Non ſolũ tũc tibi non ſuc- Pſal. 120 cenſebunt montes, ſed tunc amabunt, tunc magis fauebunt: ſi in ipſis ſpem tuam poſueris, contriſtabuntur. Angelus multa diuina & mira oſtẽdens homini, ab homine adorabatur, tanquam leuantem oculos in montem, ait ille ſe reuocans ad dñm, Noli, inquit, facere, illum Apoc. 22 adora: nam ego conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. In omnem montem, & in omnem collem, & in oĩm faciem terræ diſperſæ ſunt, & in omnẽ faciẽ terræ lucent. Quid eſt, in oĩm faciem terræ diſperſæ ſunt? Omnia terrena ſectantes, ea quæ in faciem terræ lucent, ipſa

amãt

amant,ipſa diligunt. Nolunt mori,ut abſcondatur uita ipſorum in Chriſto ſuper omnem
faciem terræ & dilectionem terrenorum. Et quia errantes oues ſunt ſuper omnem faciẽ ter- C
ræ,non omnes hæretici per totam faciem terræ,ſed tamen hæretici per totam faciem terræ,
alij hic,alij ibi,nuſquam tamen deſunt,ipſi ſe non nouerunt. Alia ſecta in Africa,alia hære-
ſis in oriente,alia in Ægypto,alia in Meſopotamia. Verbi gratia: Diuerſis locis ſunt diuer-
ſæ,ſed una mater ſuperbia omnes genuit,ſicut una mater noſtra catholica omnes Chriſtia-
nos fideles toto orbe diffuſos. Non ergo mirum ſi ſuperbia parit diſſenſionem, charitas
unionẽ: tamen ipſa catholica mater & ipſe paſtor in ea ubiq; quærit errantes, confortat in-
firmos,curat languidos,alligat confractos,alios ab iſtis,alios ab illis non ſe inuicem ſcienti-
bus. Sed tamen illas omnes nouit,quia cum omnibus fuſa eſt. Verbi gratia: Eſt in Africa
pars Donati,Eunomiani non ſunt in Africa, ſed cum parte Donati eſt hic catholica. Sũt in
oriente Eunomiani,ibi autem non eſt pars Donati,ſed ibi eſt catholica. Illa ſic eſt tanquam
uitis creſcendo ubiq; diffuſa,illi ſunt tanquam ſarmenta inutilia agricolæ falce præciſa,meri
to ſterilitatis ſuæ,ut uitis putaretur,non amputaretur. Sarmenta ergo illa ubi præciſa ſunt,
ibi remanſerunt. Vitis autem creſcens per omnia,& ſarmenta ſua nouit quæ in illa manſe-
runt,& iuxta ſe,quæ de illa præciſa ſunt. Inde tamen reuocat errantes,quia & de ramis fra-
Rom. 11 ctis dicit Apoſtolus, Potens eſt enim deus iterum inſerere illos, ſiue dicas oues errantes à
grege,ſiue dicas ligna præciſa de uite. Nec ad reuocandas oues,nec rurſus ad inſerenda li-
gna minus idoneus eſt deus,quia ille ſummus paſtor,ille uerus agricola. Et in omnem fa-
ciem terræ diſperſæ ſunt,& non fuit qui reuocaret,ſed in malis illis paſtoribus nõ fuit homo
Cap. IX qui requireret. Propterea paſtores audite uerbum domini, Viuo ego dicit domi-
Ezech. 34 nus deus. Videte unde cœpit. Tanquam iuratio eſt dei teſtificatio uitæ: Viuo ego dicit do-
minus,mortui ſunt paſtores,ſed ſecutæ oues: Viuit dominus. Viuo ego dicit dominus de-
Phil. 2 us. Qui autem paſtores mortui? Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Erunt ergo & in-
uenientur paſtores,non quæ ſua ſunt quærentes,ſed quæ Ieſu Chriſti? Erunt planè,& in- D
uenientur planè,nec deſunt,nec deerunt. Videamus ergo quid dicat dominus, qui ſe dicit
uiuere,utrum dicat ablaturum ſe oues à paſtoribus malis,paſcentibus ſeipſos,non oues,&
daturum ſe eas paſtoribus bonis,paſcentibus oues,non ſe. Viuo ego dicit dominus deus,
quia pro eo quòd factæ ſunt oues meæ in commeſturam omnibus beſtiis campi, eo
quòd non eſſet paſtor. Rurſus paſtorem dicit,& pauloante,& nunc non ait ex eo quòd
non ſint paſtores. Ouibus enim talibus male errantibus, male pereuntibus non eſt pa-
ſtor, & ſi præſens eſt paſtor: quia & cum præſens eſt lux,non eſt cæcis lux. Et non quæſie-
runt paſtores oues meas,& pauerunt paſtores ſeipſos, oues autem meas non pauerunt.
Propter iſtud paſtores audite uerbum domini. Sed qui paſtores audite? Dicit dominus
deus: Ecce ego ſuper paſtores,& requiram oues meas de manibus eorum. Audite & diſcite
oues dei: à malis paſtoribus inquirit deus oues ſuas,& de manibus eorum inquiret mor-
Ezech. 3 tem eorum. Dicit enim alio in loco per eundem prophetam, Fili hominis ſpeculatorem de-
di te domi Iſraël,& audies ex ore meo ſermones,& præmonſtrabis eis ex me. In eo cum
dixero peccatori: Morte morieris & non fuerit locutus,ut impius caueat à uia ſua, ille faci-
noroſus in ſuo facinore morietur,ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu au-
tem ſi prænunciaueris facinoroſo uiam eius ut auertatur ab ea,& non fuerit auerſus à uia
ſua,ille in facinore ſuo morietur,& tu animam tuam liberabis. Quid eſt fratres? Videtis
q̃ ſit tacere periculoſum: moritur ille,& recte moriẽ,in impietate ſua & in peccato ſuo mo-
ritur: Negligentia enim eius occidit eũ. Nam paſtorẽ inueniet uiuentẽ qui ait: Viuo ego di-
cit dñs deus: ſed cũ fuerit negligens, nõ admonente illo qui ad hoc eſt præpoſitus & ſpecula
tor ut admoneat,& ille iuſte moriẽ,& ille iuſte damnabiẽ. Si aũt dixeris, inqt, impio: morte
morieris, cui ego fuero gladiũ cõminatus,& ille neglexerit uitare imminentẽ gladiũ,& uene
rit gladius & interfecerit eũ, ille in peccato ſuo moriẽ,tu aũt animã tuã liberaſti: ꝓpter hoc
ad nos

C ad nos quidem pertinet non tacere: ad uos autem & ſi taceamus, de ſcripturis ſanctis uer-
ba paſtoris audire. Videamus ergo, quia ſic propoſueram, utrum auferat oues à Cap. X
paſtoribus malis,& det eas paſtoribus bonis. Video eum auferentẽ oues à paſtoribus ma
lis. Hoc enim dicit dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores,& inquiram oues meas de mani-
bus eorum,& auertam ab eis ut nõ paſcant oues meas,nec paſcant amplius paſtores ſemet-
ipſos. Cum enim dico, paſcant oues meas, illi non paſcunt oues meas. Auertam ut non pa-
ſcant oues meas. Quomodo auertit ut non paſcant oues ipſius? Quæ dicunt facite,quæ au- Matth. 23
tem faciunt,facere nolite: tanq̃ diceret,mea dicunt,ſua faciunt. Si diceret: Facite ſecuri quod
faciunt,ipſos damnabo male uiuentes,uobis autem parcam qui ſecuti eſtis præpoſitos ue-
ſtros. Si hoc diceret,dederat malis paſtoribus paſcendas oues,paſcentibus non oues,ſed ſe.
Sed quoniam terret non ſolum cæcum ducentem,ſed & cæcum ſequentem: Neq; enim ait,
cadit in foueam ducens,& non cadit ſequens,ſed, Cæcus cæcum ducens, ambo in foueam Matth. 15
cadunt. Admonuit oues & ait, Quæ dicunt,facite,quæ autem faciunt,facere nolite. Cũ enim
non facitis quæ faciunt mali paſtores,non uos ipſi paſcunt: cum facitis autem quæ dicunt,
ego uos paſco: Mea enim dicunt,& non faciunt. Securi, inquiunt, ſequimur epiſcopos no-
ſtros. Dicunt hoc ſæpe hæretici,quando ueritate manifeſtiſſima conuincũtur: Nónne oues
ſumus? illi de nobis reddent rationem. Reddent planè malam de morte ueſtra. De mor-
te ouis malignæ reddet malus paſtor malam rationem. Nunquid ideo uiuit ouis,quia de-
ſignatur pellis ipſius? Increpatur paſtor,quia neglexit ouem errantem,& propterea in fau-
ces lupi irruit ut deuoraretur. Quid illi prodeſt,quia affert pellem ſignatam? Paterfamilias
uitã ouis inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pellem,reddat de pelle rationẽ. Forte men-
titurus eſt. Videat deſuper qui poſtea iudicat: Cui uerba ille ficta numerat,cogitationes in
ſpicit. Reddat paſtor malus rationem de pelle ouis mortuæ. Clamaui ei uerba tua,& ſequi
noluit,dedi operam ut à grege non aberraret,& non obtemperauit. Planè ſi hoc dicat,& ue
D rum dicit,nouit autem ille utrum uerum dicat,reddit bonam rationem de oue mala. Si au-
tem inſpicit deus quia neglexerit errantem,quia non quæſiuit pereuntem, quid prodeſt q̃
inuenit pellem quam referret? Ipſam reuocaret ne pellem mortuæ demonſtraret. Si ergo
non bonam rationem reddit,quia non quæſiuit errantem, qualem reddet qui fecit erran-
tem? Hoc eſt quod dico: Si in catholica conſtitutus piſcopus non bonam rationem red-
dit de oue,ſi non quæſierit errantem de grege dei: qualem rationem redditurus eſt hæreti-
cus,qui nõ ſolum non reuocauit ab errore,ſed etiam compulit in errorem? Sed uideamus,
ut dixi,quomodo reuocet deus oues à paſtoribus malis: Iam cõmemoraui, Quæ dicunt,fa-
cite,quæ autem faciunt,facere nolite. Et non uos ipſi paſcunt, ſed deus, quia uelint nolint
paſtores ut perueniant ad lac & lanam,uerba dei dicturi ſunt. Qui prædicas nõ furandũ,fu- Rom. 2
raris, dicit Apoſtolus ad eos qui bona dicunt,& mala faciunt. Tu audi prædicantem: ne
fureris, noli imitari furantem. Si furantem imitari uolueris, ipſe te paſcet facto ſuo, tibi
uenenum ſubminiſtrat,non cibum. Si uero hoc ab illo audis quod non dicit de ſuo,ſed
de deo,non poteſt quidem uua de ſpinis colligi: nam & ipſius domini ſententia eſt, Nemo Matth. 7
colligit de ſpinis uuam,& de tribulis ficus. Nec ideo tamen quaſi calumnieris domino tuo
& dicas: Domine noluiſti me,quia fieri non poteſt,de ſpinis legere uuam. Et rurſus dixiſti
mihi de quibuſdam: Quæ dicunt,facite,quæ autem faciunt,facere nolite. Nempe mala fa-
cientes utique ſpinæ ſunt. Quomodo uis de ſpinis me colligere uuam uerbi? Reſponde-
bit: Non eſt illa uua ſpinarum,ſed aliquando increſcens ſarmentum implicat ſe in ſepem,
& pendet uua inter denſa ſpinarum,ſed non ſurgit de radice ſpinarum. Tu ſi eſurieris,&
aliud non habes unde ſumas,caute manum mitte ne lacereris à ſpinis, id eſt,ne facta imi-
teris malorum,& lege uuam inter ſpinas pendentem,ſed de uite naſcentem. Ad te perue-
niet botri alimentum,ſpinis ſeruatur ignis tormentum.

Extraham, inquit, oues meas de ore eorum & de manibus eorum,& non erunt eis ad Cap. XI
huc in cibum. Hoc & in pſalmo dicitur, Nõne cognoſcent omẽs qui operãtur iniquitatẽ, qui Ezech. 34
deuorant Pſal. 15

deuorant populum meum ut cibum panis? Et non erunt eis adhuc in cibum: quoniam hæc C
dicit dñs deus: Ecce egoipse abstuli à malis pastoribus oues, monẽdo, ut dixi, ne quod faciũt
faciant, id est, ne quod faciunt mali pastores, faciant incaute negligentes oues. Et quid ait:
Cui dat quod illis abstulit? Forte bonis pastoribus. Nõ hoc sequitur. Et quid dicemus fra-
Hiere,3 tres, nõne sunt pastores boni? Nõne alio loco scripturarũ dicitur: Et cõstituam eis pastores
secundum cor meum, & pascent eas scientia & disciplina? Quomodo ergo oues quas malis
pastoribus tollit, nõ dat bonis, sed tanq̃ omnino nusq̃ remanserint boni, dicit, Ego pascã?
Ioan,21 Petro dixerat, Pasce oues meas. Quid ergo faciemus? Cum Petro cõmendantur oues, non
ibi dixit dominus, Ego pascam oues meas, non tu: sed Petre, amas me, pasce oues meas. An
forte quia modo non inuenitur Petrus? Iam enim assumptus est in requiem apostolorum
& martyrum. Non est cui dicat securus dominus ouium, Pasce oues meas, & quodammo-
do quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas, non habens quibus cõmen-
det, nec tamen deserens. Hoc enim uidetur sequi. Hæc dicit dominus deus: Ecce egoipse. Vi-
Psal,79 deamus, Qui pascis Israël, intende, qui deducis tanq̃ oues Ioseph populum in Ægypto cõ
Gen.27 stitutũ. Iam diffusus in gentibus Israël, ipse est Ioseph. Nostis enim quia migrauit Ioseph
in Ægyptum, uendentibus fratribus factum est. Vendiderunt Christum Iudæi sine causa,
& inter apostolos ipse Iudas uenditor fuit. Cœpit esse Christus in gentibus, ibi honorãtus
est, ibi creuit populus eius, non eũ deseruit pastor eius. Excita, inquit, potentiam tuam & ue
ni, ut saluos facias nos. Plene facit & faciet. Ait enim, Ecce egoipse, & inquiram oues meas, &
uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum. Non curauerunt mali pastores: non enim
suo sanguine redemerunt. Sicut uisitat, inquit, pastor gregem suum in die. In qua enim die?
Cum fuerit nimbus & nubes, id est, in pluuia & nebula. Pluuia & nebula, error seculi huius,
caligo magna surgens de cupiditatibus hominum, & nebula ualida cõtegens terram: & dif-
ficile est, ut non errent oues in ista nebula, sed pastor non deserit eas, inquirit eas, penetrat ne
bulam oculis acutissimis, non impeditur caligine nubium, uidet undiq̃, errantem reuocat, D
Ioan,10 tantum ut fiat quod dicit in euangelio: Quæ sunt oues meæ, audiunt uocẽ meam, & sequun
tur me. In medio ouium dispersarum, sic inquiram oues meas, & educam eas ab omni loco
quo dispersæ sunt. Illic in die nubis & nimbi, quando difficile est eas inueniri, tunc ego inue-
niam. Crassa nebula est, pinguis nimbus est, oculos enim eius nihil latet. Et educam eas de
gentibus, & colligam eas de regionibus, & inducã eas in terrã earũ, & pascam eas super mõ-
tes Israël. Constituit montes Israël, autores scripturarum diuinarũ: ibi pascite, ut secure pa-
scatis: quicquid inde audieritis, hoc uobis bene sapiat: quicquid extra est, respuite, ne erretis
in nebula. Audite uocem pastoris: Colligite uos ad montes scripturæ sanctæ, ibi sunt deli-
tiæ cordis uestri, ibi nihil uenenosum, nihil alienum, uberrima pascua sunt, uos tantum sanè
uenite, sanè pascimini. In montibus Israël & in riuis & in omni habitatione terræ. A monti
bus enim quos ostendimus, manauerunt riui prædicationis euangelicæ, cum in omnem ter-
ram exiuit sonus eorum. Et facta est omnis habitatio terræ ad pascendas oues læta atq̃ fœ
cunda. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus altis Israël: & erunt stabula earum illic,
hoc est, ubi requiescant, ubi dicant: Bene est, uerum est, manifestum est, non fallimur. In glo
ria dei requiescent tanq̃ in stabulis illis & dormient, hoc est, requiescent in delitijs bonis, &
in pascua pingui pascẽtur super montes Israël. Iam dixi, montes Israël, montes bonos, quò
leuamus oculos, ut inde nobis ueniat auxilium nostrum à domino qui fecit cœlum & terrã.
Ideo ne uel in montibus bonis esset spes nostra, cum dixisset: Pascam oues meas super mon
tes Israël: rursus ne tu spem poneres in montibus, subiecit statim: Ego pascam oues meas.
Leua tu oculos tuos in montes, unde ueniet auxilium tibi: sed attende dicentem: Ego pa-
scam. Auxilium enim tuum à domino qui fecit cœlum & terram. Et ego requiescere faciam
eas, dicit dominus deus. Sed ut requiescere faciat, quid primo curauit? Quod enim primo
curauit, posterius dicit: Hæc dicit dominus deus: Quod perijt, requiram, quod errauit, reuo-
cabo, & quod cõminutum est, colligabo, & quod exanime est, cõfortabo, & quod pingue est
& forte,

A & forte, custodiam. Quod non faciebant mali pastores, seipsos pascentes, non oues. Nõ, ait
dominus, constituam alios bonos pastores qui faciant hæc, sed ego, inquit, pascam oues
meas, nulli committam. Securi uos fratres, securæ uos oues: nobis uidetur timendum, quasi
desit pastor bonus. Et addit sic, Et pascam eas cum iudicio. Vide, quia sic solus Cap. XII
pascit cũ iudicio pascẽs. Quis em̃ homo iudicat de homine? Temerarijs iudicijs plena sunt
omnia. De quo desperauimus, subito conuertitur & fit optimus: de quo multum præsum-
pserimus, subito deficit & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est.
Quid sit hodie quisq̃ homo, uix nouit ipse homo: tamen utcũq̃ ipse quid hodie, quid au-
tem cras, nec ipse. Pascit ergo ille cum iudicio, dispertiens propria proprijs: hæc istis, illa illis,
debita eis quibus debetur hoc aut illud, Nouit enim quid agat, cum iudicio pascit, quos
iudicatus redemit. Pascit ergo ipse cum iudicio. In propheta enim Hieremia clamauit qui-
dam, Perdix congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. Con- Hiere,17
tra istum perdicem facientem diuitias suas non cum iudicio, pascit iste pastor cum iudicio.
Quare ille sine iudicio? Quia cõgregauit, quæ non peperit. Quare iste cũ iudicio? Quia fo-
uet quod peperit. De pastore tamen bono loquitur. Pastores boni aut non sunt, aut latent.
Si non sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis tacetur? Perdix quidem illa à quibusdam
maioribus, & ante nos scripturas tractantibus diabolus intellectus est, congregans quæ nõ
peperit. Non enim ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cum iudicio. Non
enim ad eum pertinet, quis isto aut illo modo erret: omnes errantes uult quibuslibet errori-
bus. Quàm diuersæ sunt hæreses, & diuersi errores, ille in omnibus uult errare homines.
Non dicit diabolus, Donatistæ sint, & non Ariani: siue illi sint, siue isti, ad eum pertinẽt con
gregantem sine iudicio. Idola, inquit, adoret, meus est: in Iudæorũ superstitione remaneat,
meus est: deserta unitate in illam uel in illam hæresim pergat, meus est. Congregat ergo si-
ne iudicio faciens diuitias suas. Sed quid sequitur, In dimidio dierum eius derelinquet eas,
B & in nouissimis suis erit insipiens? Venit ille congregans undiq̃ oues suas in dimidio dierũ
eius, priusquam sperabat, antequam putabat, derelinquet eas, & erit insipiens in nouissimis
eius. Quare in primis suis sapiens erat? ut in nouissimis suis sit insipiens. Audite fratres, Di-
citur aliquando in scripturis sapientia pro stultitia abusione uerbi, non proprietate. Vnde
etiam dicitur, Vbi sapiẽs, ubi scriba, ubi conquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit deus Esa. 33
sapientiam huius mundi? Et iste perdix, idem draco, idem serpens sapiens erat, quãdo Adã
per Euam decepit: uerum dicere putatus est, bonum consilium dare existimatus est, contra
deum creditus est. Quòd uero dicitur sapientia abusiue uerbi & in malo, consuetudine qui-
dem scripturarum nostrarum: nam quemadmodum loquantur autores mundi, quid ad
nos? Habes in eodem libro, Erat ibi serpens sapientior omnibus bestijs. Iste sapientior Gen.3
omnibus bestijs, astutus & acutus ad decipiendum agnoscitur, postea non ei creditur. Et di
citur ei, Renunciamus tibi, sufficiat quòd incautos primo decepisti. Ergo ita erit in nouissi-
mis suis insipiens: apertæ erunt fraudes eius, & ideo iam fraudes non erunt. In nouissimis
suis erit insipiens, qui congregauit quæ non peperit, & fecit diuitias suas non cum iudicio.
Pascit contra illum redemptor noster cum iudicio. Existat & aliquis hæreticus, & si non fra-
ter diaboli, certe adiutor & filius, & ipsum dixerim perdicem contentiosum animal, Hoc
enim animal, ut aucupes norunt, etiam contendendi studio capitur. Contendunt isti contra
ueritatem, & contenderunt ex quo se diuiserunt. Modo dicunt, contendere uolumus, quia
iam capti sunt. Nõ habet quod dicat, Nolo contendere. O capte, aliquando tu eras qui pri-
mis temporibus seditionis tuæ traditores arguebas, innocentes damnabas, iudicium impe-
ratoris quærebas, iudicio episcoporum non consentiebas, uictus totiens appellabas, apud
ipsum imperatorem studiosissime litigabas, congregabas quæ non peperisti: ubi est nunc
ceruix tua, ubi lingua tua, ubi sibilus tuus? Certe in nouissimis tuis factus es insipiens, paui-
sti sine iudicio. Non enim uerum uis, uel de errore tuo, uel de ueritate iudicare, pascit contra
te Christus cum iudicio, discernit oues suas ab ouibus non suis. Quæ sunt oues meæ, inqt,

Cap. XIII audiunt uocem meam & sequuntur me. Hic inuenio omnes pastores bonos C
in uno pastore, Non enim uere pastores boni desunt, sed in uno sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic unus prædicatur, quia unitas commendatur. Neq; enim uere modo ideo tacentur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideo commendauit, quia Petrum inuenit, imò uero & in ipso Petro unitatem cõmendauit,
Ioan. 21 multi erãt apostoli, & uni dicitur, Pasce oues meas. Absit ut desint modo boni pastores, absit à nobis ut desint, absit à misericordia ipsius ut nõ eos gignat atq; constituat. Vtiq; si sunt bonæ oues, sunt & boni pastores: nam de bonis ouibus fiunt boni pastores. Sed omnes boni pastores in uno sunt, unum sunt. Illi pascunt, Christus pascit. Non enim uocem suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudent propter uocem sponsi. Idem ergo ipse pascit cum ipsi pascunt: & dicit, Ego pasco: quia in illis uox ipsius, in illis charitas ipsius. Nam & ipsum Petrum cui commendauit oues suas, quasi alter alteri unum secum facere uolebat, ut sic ei oues commendaret, ut esset ille caput, ille figuram corporis portaret, id est, ecclesiæ, & tanquã spõsus & sponsa essent duo in carne una. Proinde ut oues commendaret, quid illi prius dicit, ne illi tanquam alteri commendaret? Petre amas me? Et respondit, Amo. Et iterũ, Amas me? Et respondit, Amo. Et tertio, Amas me? Et respondit, Amo. Confirmat trinitatem, ut consolidet unitatem. Ipse ergo pascit unus in his, & hi in uno, & tacetur de pastoribus: sed non tacetur, Gloriantur pastores, sed qui gloriatur in domino glorietur. Hoc est Christum pascere, hoc est Christo pascere, præter Christum sibi non pascere. Neq; enim uere inopia pastorum tanq; ista futura mala tempora propheta prædiceret, dixit, Ego pascam oues meas, nõ habeo cui commendem. Etiam cum ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi apostoli erãt in hac
Ioan. 10 carne & in hac uita, tunc ait ille unus, in quo uno omnes unum, Habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, oportet me & eas adducere, ut sit unus grex & unus pastor. Sint ergo oẽs in pastore uno, & dicant uocem pastoris unam, quam audiant oues & sequantur pastorem suum, & non illum, aut illum, sed unum: & omnes in illo unam uocem dicant, diuersas uo- D.
ces non habeant. Obsecro uos fratres, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Hanc uocem eliquatam ab omni schismate, purgatam ab omni hæresi audiant oues, & sequantur pastorem suum dicentem, Quæ sunt oues meæ, uocẽ meam audiũt, & sequuntur me. Nam uis nosse hæretice quàm non habeas uocem pastoris, & periculose te sequãtur oues tectum indumento ouium, & intus lupum rapacem, audiant uocem tuam. Videamus an Christi sit, ecclesiã quærit infirma ouis à grege aberrans, nesciens ubi sit grex, quærit quò se aggreget, quò intret ædem. Vocem audiamus an Christi sit: audiamus utrum agni sit, an perdicis. Ouis dei gregem suum quærit. Puta ouem de oriente uenisse in Africam, quærit gregem suum, incurrit in te, incurrit in basilicam tuam, intrare uult, commoueris ignota facie, uel tu, uel minister tuus, stans uel sedens ad ostium, interrogat ouem quærẽtem gregem suum, imò gregem dei cum grege suo intrare uult, ubi eum esse putat, quæris Paganus sit, an Christianus? Respõdet, Christianus. Ouis est emẽ dei. Quæris ne forte catechumenus sit & irruat in sacramentis? Respondet, Fidelis. Quæris cuius communionis sit. Respondet, Catholicus. Christianum fidelem catholicum reprobas: qui sunt intus quos tenes? Ita uero proijcere reproba. A te reprobatus, à Christo probatur. Vtinam & illi qui sunt apud te cognoscant te, & in dimidio dierum tuorum derelinquant te. Quidam fratres nostri hesterno die ierunt ad basilicam eorum, & si ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, quid intersit inter fiduciam ueritatis & timorem falsitatis. Quãdo aliquos eorũ in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudetis, quia in uobis ille est qui quærit quod perierat? Sug geretur aliquando uobis, Audiet & discedet. Et uos audiat & discedat. Audiet & irridebit. Audiat & irrideat. Aliquãdo sapiet, aliqñ agnoscet, aliquãdo relinquit à populo suo, remanet cũ corde suo, renũtiat errori suo, gratias agat deo suo. Illi aũt quid? Quid estis? Christiani sumus. Nõ, sed exploratores. Et illi, Catholici sumus. Conati sũt iniuriare meliori cõsilio. Pœnitet eos, atq; utinã sic pœniteat & ibi remanere, quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt

A sunt iniuriare. Tamẽ quos proiecerũt Christianos, fideles: catholicos, quos tenuerũt, nolo dicere, quos proiecerunt uideo, quos tenuerunt ipsi dicant. Dicant ergo uocem suam, Videamus an Christi sit uox, an pastoris sit uox, quam sequantur oues: siue per bonum sit uox ista, siue per malũ hominem, utrũ pastoris sit uox, attendamus. Quærit infirmus eccCa. XIIII
siam, quærit errans ecclesiam, tu quid dicis? Partis Donati est ecclesia. Ego uocem pastoris inquiro. Lege hoc mihi de propheta, lege mihi de psalmo, recita de lege, recita de euangelio, recita de Apostolo. Inde ego recito ecclesiam toto orbe diffusam & dominum dicentem, Quæ sunt oues meæ, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Quæ est uox pastoris. Ioan. 14
Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes, in- Luce 24
cipientibus ab Hierusalem. Ecce uox pastoris, agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus idolis posuerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, non sunt pastores: tu uocem pastoris edicito, quia nec de illis uocem pastoris annuncias. Tu accusas non euangelium, tu accusas non prophetam, non Apostolum, de quo mihi uox ista loquit, de illo credo, alijs nõ credo. Sed acta ꝓferes, acta ꝓfero. Credamus tuis, crede & tu meis. Non credo tuis, noli credere meis. Auferantur chartæ humanæ, sonent uoces diuinæ. Æde mihi unã scripturæ uocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarum. Quis eas numerat? Quis eas terminat? Tamen ut pauca commemoremus, legem attende, primum dei testamentũ. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in psal Gen. 22
mo, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos Psal. 2
terræ. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ: & adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ. Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient illi. Quis enumerare sufficiat? Prope omnis pagina nihil aliud sonat quàm Christũ & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi una uox pro parB te Donati. Quid magnum est quod quæro? Ecclesiam toto orbe diffusam perituram esse dicunt. Peritura prædicta est tot testimonijs mansura? Nec una uox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Neque enim illi uerum dicere sine uerbo dei potuerunt, quod est Christus. Audi uocem uerbi, & ex ore uerbi: miratus fidem Centurionis, Amẽ in- Matth. 8
quit, dico uobis, non inueni tantam fidem in Israël. Propterea dico uobis, quia multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Ab oriente multi & occidente uenient: ecce ecclesia Christi, ecce grex Christi: tu uide si ouis es. Non enim te latet grex qui ubiq; est. Non habebis, quem non uis esse pastorem tuum: non habebis, inquam, quod respondeas iudici tuo, Nesciui, non uidi, nõ audiui. Quid est quod non sciisti? Nec est qui se abscõdat à calore eius. Quid est quod non uidisti? Viderũt Psal. 18
omnes fines terræ salutare dei nostri. Quid est quod non audisti? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed recte à uobis quæritur uox Christi, uox pastoris, quam oues audiant & sequantur. Non inuenitis quid dicatis, uocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimittite uocem lupi, sequimini uocem pastoris, aut date uocem pastoris. Damus, inquiunt, Audiamus. Damus & nos uocem pa- Cap. XV
storis. Audiamus, In canticis, inquiunt, canticorum loquitur sponsa ad sponsum, ecclesia ad Christum. Nouimus cantica canticorũ, sancta cantica, amatoria cantica: sancti amoris, sanctæ charitatis, sanctæ dulcedinis. Planè uolo inde audire uocem pastoris, uocem dulcissimi sponsi ecclesiæ. Quid habes? Audiamus. Sponsa, inquiunt, dicit ad sponsum, Annuncia mi- Can. 1
hi quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas? Et ille, inquiunt, respondet, In meridie. Manifesta tibi testimonia proferebam, non erat quemadmodum aliter interpretareris. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ. Quid est quod mihi de canticis canticorum profers, quod forte nõ intelligis? Etenim illa cantica canticorũ ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur. Tene, & deuote acci

pe aperta,ut merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscurorum, con- C
temptor manifestorum? Ecce tamen ut possumus fratres, hæc uerba discutiamus:aderit do
minus ut uideatis ibi sanum intellectum. Primo,quod ab omnibus & imperitis facillime iu
dicatur,uerba ipsa male distinguunt. Nunc audietis,nunc probabitis. Etenim sic se habet te
xtus ipse lectionis. Sponsa loquitur ad sponsum,Annuncia mihi quem dilexit anima mea,
ubi pascis,ubi cubas? Quòd sponsa sponso dicat,quòd ecclesia Christo dicat,nec nos dubi
tamus nec illi. Sed omnia uerba sponsæ audi. Quare uerbum quod adhuc sponsæ est,uis tri
buere iam sponso? Omnia quæ dicit sponsa,dicat,tunc respondebit sponsus. Audi euiden
tius:hac distinctione quam dicturus sum,non inuenies aliquid plus. Annuncia mihi quem
dilexit anima mea,ubi pascis,ubi cubas in meridie? Ipsa adhuc dicit,ubi pascis,ubi cubas in
meridie? Et uide quia ipsa adhuc dicit. Sequitur enim, Ne forte fiam sicut operta super gre
ges sodalium tuorum. Puto omnes peritos imperitosq; discernere genus masculinũ & fœ
mininum. Operta quæro,cuius generis sit, ab omni homine quæro,masculini est, an fœ
minini? Annũcia,inquit,mihi quẽ dilexit anima mea: quẽ,cũ dicit,masculũ alloquitur,spõ
sũ alloquit. Quia uere fœmina uirũ alloquitur,cõsequentia uerba indicant. Annũcia mihi,
ubi pascis, ubi cubas in meridie? ne forte fiã sicut operta. Audi tu operta,ut fiant tibi hæc a
pta. Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea,ubi pascis,ubi cubas in meridie? ne forte fiã sicut
operta super greges sodalium tuorum. Hucusq; uerba sponsæ. Iam incipiunt uerba sponsi
de manifesto, Nisi cognoueris temetipsã. Agnosce euidenter fœminã. Temetipsam ô pul
chra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam. O pulchra inter mulieres,exi tu in uesti
gijs gregum,& pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum,nõ in tabernaculo pastoris. Vi
de quomodo commineturꝑ spõsus:uide quẽadmodum in periculo,quamuis ille dulcis abstu
lit de medio blandimenta. Quàm blande illa:annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi
pascis,ubi cubas in meridie? Veniet enim dies medius, quando ad umbracula concurrãt pa
stores,& forte latebit me ubi tu pascis,& ubi cubas in meridie,& uolo mihi annũcies ne for D
te fiam sicut operta, id est,sicut occulta & nõ cognita. Ego enim manifesta sum,sed ne sicut
occulta & sicut celata incidam super greges sodalium tuorũ. Omnes enim hæretici à Chri
sto exierunt,omnes qui facti sunt pastores mali,habentes greges suos sub nomine Christi,
illius sodales fuerunt,illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tanquam unius
conuiuij. Latina enim lingua sic dicti sunt sodales, quasi simul edales,eo quòd simul edant.
Psal. 54 Audi illũ in psalmo arguentẽ sodales malos,id est,unius conuiuij: Si inimicus, inquit,meus
maledixisset mihi,sustinuissem utiq;,& si super me magna locutus fuisset,absondissem me
utiq; ab eo:tu uero unanimis & notus meus,dux meus,qui simul mecum dulces capiebas ci
bos. Ergo multi sodales ingrati mensæ dominicæ exierunt foras,mali sodales fecerunt sibi
mensas suas,& erexerũt sibi altaria contra altare,in eos ista timet errare. Et si putas quia me
ridies Africa est, quanquam possem obtinere magis mundi meridiem esse partes Ægypti,
& illas exustas sole regiones ubi pluuia nõ apparet,quia ipsa est meridies ubi feruet medius
dies,ibi aũt eremus plena milibus seruorum dei. Vnde si ad meridiem locorũ uelimus ad
uertere,quare non ibi pascat magis ille & ibi requiescat, quando antè prædictum est, Vbe
ra erunt deserta eremi? Sed ecce consentio, Africa sit meridies. Hic sunt sodales mali. Ecclesia
transmarina in aliquo suorum nauigante, in Africa sollicita ne erret,inuocat sponsum suũ,
& dicit ei, Abundare audio hæreticos in Africa, abundare audio rebaptizatores in Africa:
esse autem ibi tuos non minus audio. Et illud audio, & hoc audio,sed qui sint tui,à te uolo
audire, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Audio
duas partes esse,unam Donati, alteram uniuerso tuo cohærentem. Tu mihi dic quò eam,
ne forte uelut operta,id est,ignota fiam super greges sodalium tuorum,& incurram in gre
ges hæreticorum, conantes ponere lapidem super lapidem qui destruatur,ne i: ruam in re
baptizatores, annuncia mihi. Et ille qui commendat unitatem pastoris, in hac lectione di
xit, ego pascam. Pastores autem reprobat, qui multi esse uoluerunt,unitatem amiserunt.

Seuerissime

A Seuerissime non blande respondens,sed pro magnitudine periculi: Nisi cognoueris,inquit,
temetipsum ô pulcha inter mulieres. Pulchra es inter mulieres, sed agnosce te. Vbi te agno
sces? In toto orbe terrarum. Si enim pulchra,unitas est in te:ubi diuisio, fœditas est,non pul
chritudo. Nisi cognoueris temetipsam, in me credidisti,agnosce te in me. Quomodo credi
disti? Quomodo & illi mali sodales consentiũt,uerbum carnem factum, natum ex uirgine,
crucifixum,resurrexisse,ascendisse in cœlos. Si talem me credidisti,talem & illi sonãt. Cogno
sce & tu me in cœlo, & in toto orbe. Vnumquemlibet ex ecclesia tanq; ecclesiam Christus
alloquitur. Nam quomodo ecclesia quærit ecclesiam? Secundum ipsos loquor. Annuncia
mihi quem dilexit anima mea,ubi pascis,ubi cubas? Quid quærit? Ecclesiam. Et ille tãquam
ostendens ecclesiam dicit, In meridie,sicut illi uolunt. Respondeant mihi, quomodo ecclesia
quærat ecclesiam:annũcia mihi quem dilexit anima mea. Quæ loquitur? Ecclesia. Quid sibi
uult annunciari? Vbi pascis ubi cubas,id est, ubi sit ecclesia. Ecclesia loquitur & interrogat,
ubi sit ecclesia: & respondet ille, ut putant, in meridie. Si in solo meridie est, ut dicunt,in
Africa,quomodo ipsa interrogat ubi ipsa sit? An uero portio ecclesiæ transmarinæ bene in
terrogat de meridie ne hic erret? Alloquitur unumquodq; membrorum ecclesiæ suæ Chri
stus,tanq; suam ecclesiam,& dicit, Nisi cognoueris temetipsam ô pulchra inter mulieres,exi.
Exire hæreticorum est. Aut cognosce te,aut exi: quia si te non cognoueris,exitura es. Exitu
ra es,quo? In uestigijs gregum,sequendo malos greges. Ne forte putes quia oues sequeris si
exis,audi quid sequitur, Exi tu in uestigijs gregum,& pasce hædos tuos,iam non oues. No
stis fratres,ubi erunt hædi? Ad sinistram erunt omnes qui exierunt ab ecclesia. Manenti Pe
tro dicitur, Pasce oues meas:exeunti hæretico,pasce hædos tuos. Est, inquiunt,& aliud testi- Ioan. 21
monium nihilominus contra te. Dic,audiamus. Erit sic contra te,quomodo hoc quod puta
bis pro te. Si meridiem,inquiunt,interpretaris Ægyptum:multis quidem modis interpreta
mur meridiem, & Ægyptum possumus ad locum mundi, & ipsam Africam sic intelligere.
B Audi quid intelligam per meridiem, intelligo feruorem spiritalium,flagrantem igne chari
tatis,splendẽtem lumine ueritatis. Nam dicit in quodam psalmo, Dexteram tuam notam Psal. 89
fac mihi,& eruditos corde in sapientia. Dexteram,non hædos:& eruditos corde in sapiẽtia,
ipsi sunt in meridie. Vnde dicitur à prophera, Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt. Multis er Esaiæ 58
go modis possumus intelligere meridiem,sed prorsus Africam intelligo. Accipio à te aliqd
forte melius quàm saperem,nisi à te cõmemorater,Africa sit meridies. Timet ecclesia trans
marina incidere in rebaptizatores, timet incidere tanq; ignota in greges sodalium, quærit
ab sponso suo ut annunciet illi ubi pascat, ubi cubat in meridie,quia in ipso meridie in alijs
pascit,in alijs non pascit:in alijs cubat,in alijs non cubat. Audiat consilium,ueniat ad catho
licam ecclesiam,non incurrat in greges sodalium,nõ pascat hædos suos. Sed dic aliud quod
te dicebas esse dicturũ. Propheta,inquit air, Deus ab Africo ueniet. Et iã ubi Africus, utiq;
Africa. O testimonium, Deus ab Africo uenier,& ab Africo ueniet deus. Alterum Christũ
in Africa nasci,& ire per mundum hæretici annunciant. Rogo quid est, Deus ab Africo ue Abacuc 3
niet? Si diceretis, Deus in Africa remansit,utiq; turpiter diceretis:nunc autem etiam ab Afri
ca ueniet dicitis Christus. Nouimus ubi sit natus Christus,ubi sit passus,ubi in cœlum ascẽ
derit,unde discipulos miserit, ubi cos spiritusancto repleuerit,ubi per totum mundũ euan
gelizare iusserit,& obtemperarunt ei, & adimpleretur orbis terrarum euangelio, & tu dicis,
Deus ab Africa ueniet. Ergo tu mihi,inquit, expone quid est, Deus ab Africo ueniet? Dic
totum,& fortassis intelliges, Deus ab Africo ueniet,& sanctus de monte umbroso. Tu mi
hi expone,si iam ab Africa,quomodo de monte umbroso? De Numidia nata est pars Do
nati,ipsi missi sunt primi in dissensionem & tumultum & scandalum,quærentes ingens uul
nus. Numidæ miserũt, Secundus Tigisitanus misit. Vbi sit Tigisi,notum est. Qui missi sunt
clerici,extra congregauerunt ab ecclesia,ad clericos Carthaginis accedere noluerunt,uisitato
rem posuerunt, à Lucilla susceptí sunt. Autor totius huius mali Numidia,hæreticus fuit in
Numidia,unde uentum est huccum tanto malo uiscarium uix inuenitur, cũ incursionibus

habitant,quomodo mons umbrosus Numidiæ? Dic mihi ergo,noli mihi hucusq; recitare, C
Deus ab Africo,exigo & sequentia,Et sanctus de monte umbroso. Sed ostende mihi par-
tem Donati à Numidia,de monte umbroso uenire. Inuenis nuda omnia,pingues quidem
campos,sed frumẽtarios,non oliuetis fertiles, non cæteris nemoribus amœnos. Vnde ergo
mons umbrosus in Numidiæ partibus? Vnde hoc scandalum uenit?

Cap. XVI Tu mihi,inquit,ergo expone quid est, Deus ab Africo ueniet,& sanctus de mõte um-
Lucæ 24 broso? Vide quàm facile exponam. Primo illud audi quod ait dominus, Oportebat Chri-
stum pati,& resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem
peccatorum per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem. Ecce unde uenit, incipientibus
cum dicit: inde utiq; se in sanctis suis ad alias gentes uenturum esse prædixit. Lege diuisio-
nem terræ filiorum Israël in omnibus tribubus in libro Iesu Naue, ubi aperte dictum est,
Hiebus ab Africo,quæ est Hierusalem. Lege,quære,& inuenies. Vtinam cum inueneris,cre-
das: utinam animositatẽ deponas. Hiebus ab Africo quæ est Hierusalem. Et dominus, In-
cipientibus ab Hierusalem,hoc est,deus ab Africo ueniet. Quomodo ergo à monte umbro
so? Euangeliũ iã lege. De mõte oliueti Christus ascendit in cœlũ. Sequere. Et quid lucidius?
Audis,ab Africo: audisti,de mõte umbroso. Legem recitamus, Euangeliũ recitamus. Audi-
sti, Incipiẽtibus ab Hierusalem, audi, per omnes gẽtes, in eodẽ propheta. Sequere uerba illa
quæ contẽpsisti, Deus ab Africo ueniet, & sanctus de monte umbroso. Cooperiet montẽ
umbra eius,& gloria eius plena est terra. Per oẽs ergo gẽtes incipiẽtibus ab Hierusalẽ? Quo
modo incipiẽtibus ab Hierusalẽ? Deus ab Africo ueniet,& sanctus de mõte umbroso & cõ
dẽso,id est,à mõte oliueti unde ascendit in cœlũ, unde misit discipulos suos,ubi etiã ascen-
Act. 1 surus ait, Non enim uestrum est scire tempora quæ pater posuit in sua potestate,sed accipie
tis uirtutem ex alto,& eritis mihi testes. Videte quomodo incepit euangelium, Et eritis mi-
hi testes in Hierusalem & in Iudæa & Samaria & usq; in totam terram. Ergo deo ueniente
Christo,& nomen eius,& prædicatio euangelij eius ab Hierusalẽ,id est,ab Africo & monte D
umbroso,id est à monte oliueti,per omnes gentes diffamatũ est euangelium. Operuit mõ-
tes umbra eius,id est,refrigerium eius,protectio eius,& laudis eius plena est terra. Cantate
ergo cum tota terra canticum nouum,non canticum uetus cum angulo terræ.

Ca. XVII Dicunt & aliud, Cyreneus,inquiunt,quidam Simon angariatus est ut tolleret crucem
domini. Legimus,sed quid te adiuuet uolo scire. Cyreneus,inquit. Afer est, Quare ipse anga
riatus est qui crucem tolleret? Vbi sit Cyrene,forte nescis,Libyæ pentapolis est,contigua est
Africæ,ad orientem magis pertinet,uel in distributione prouinciarum imperatorem cogno
sce. Imperator orientalis mittit iudicem ad Cyrenem. Breuiter respondeo, Vbi est pars Do
nati,non inuenitur Cyrene: ubi est Cyrene, non inuenitur pars Donati. Manifesta ueritas
conuincit errorem. Det mihi Cyrenem ubi est pars Donati,det mihi partem Donati ubi est
Cyrene. Manifestum est enim fratres,in Pentapoli ecclesiam esse catholicam,partem Dona
ti ibi non esse. Sed securi irrideamus flendos, & fleamus irridendos. Quid dicis? Meritum
Cyrenensis huius magnum commemoras, quia tulit crucem domini,& Afrum dicis,Orié-
talis est. Libya enim duobus modis dicitur,uel ista quæ proprie Africa est, uel illa orientis
pars,quæ contigua est Africæ,& omnino collimitanea. Sed Afer fuerit Cyrenensis,beatum
putas quòd angariatus crucem tulerit? Quanto melius forte diceret quis in Arimathia re-
mansisse ecclesiam Christi,quia Ioseph ille diues ab Arimathia, habẽs ante oculos regnum
dei,non angariatus,non coactus uenit ad crucem domini, cum cæteri formidarent, petijt à
Pilato sepeliendũ corpus domini,de ligno deposuit, obsecutus est funeri,in sepulchro con-
didit,laudatus est in euangelio. Quia uero de Arimathia fuit iste pius,tantum exhibẽs ob-
Ioan. 19 sequium corpori domini,in Arimathia remansit ecclesia? At si magis uos delectat angaria
tus, id est, qui cogitur tollere crucem: recte ergo faciunt imperatores catholi.i, qui uos co-
gunt ad unitatem.

Finis.

Diui

A DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De ouibus Liber siue Homilia.

VERBA quæ cantauimus continent professionem nostram, quia oues Cap. I
dei sumus: nec importune poscimus cum lachrymis eius misericordiã,
cuius oues sumus. Diximus enim, Ploremus ante dominum qui fecit Psal. 94
nos, quoniam ipse est dominus deus noster. Ne quisquam plorans se
exaudiri posse desperet, commemorata est necessitudo quædam exau
diẽdi nos deo, quoniam ipse est dominus deus noster qui fecit nos. Ille
deus noster, nos populus pascuæ eius,& oues manuum eius. Pastores
homines,uel etiam patresfamiliâs domini pecorũ, oues quas habent non ipsi fecerunt, oues
quas pascunt, non ipsi creauerunt: noster autem dominus deus, quia deus & creator est, fecit
sibi oues quas habeat, & quas pascat, nec alter instituit quas ipse pascit, nec quas ipse insti-
tuit alter pascit. Ploremus ergo ante illum. Neq; enim in bono sumus, dum in hoc seculo su
mus. Cum enim placebimus domino in regione uiuorum, tunc detergentur lachrymæ no-
stræ,& dicemus ei laudes qui nos exemit de uinculis mortis, pedes nostros à lapsu, oculos
nostros à lachrymis, ut placeamus domino in regione uiuorum: quia difficile est ut ei place
atur in regione mortuorum. Est autem & hic unde illi placeamus, eius misericordiam in his
deprecando, à peccatis nos quantum possumus abstinendo, inquantum autem non possu-
mus confitendo atq; plangendo. Ita in hac uita sumus sperantes aliam uitam, plorantes in
spe, imò plorantes in re, gaudẽtes in spe. Professi ergo in hoc cantico, quia sumus oues eius,
populus pascuæ eius, oues manuum eius: audiamus quid ad nos loquatur, tanq; ad oues
suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione, præsenti autem & hodierna ouibus
B loquitur. In illis ergo eius uerbis, nos cum tremore audiebamus, uos cum securitate. Quid er
go in istis uerbis hodiernis? Nunquid uicissim nos cum securitate, uos cum tremore? Non
utique. Primo, quia etsi pastores sumus, pastor non solum quod dicitur ad pastores, cum
tremore audit, sed etiam quod dicitur ad oues: si enim securus audit quod ad oues dicitur,
non est illi cura de ouibus. Deinde iam & tunc diximus charitati uestræ, duo quædam in
nobis esse cõsideranda, unum quòd Christiani sumus, alterũ quòd præpositi sumus. Quòd
ergo præpositi sumus, inter pastores deputamur, si boni sumus. Quòd autem Christiani
sumus,& nos uobiscum oues sumus. Siue ergo dominus pastoribus loquatur, siue ouibus,
nos omnia cum tremore oportet audire, nec recedat sollicitudo de cordibus nostris, ut plo-
remus ante dominum qui fecit nos. Audiamus itaq; fratres, unde dominus Cap. II
oues suas improbas corripiat,& quid promittat ouibus suis. Et uos, inquit, oues meæ, hæc Ezech. 34
dicit dominus deus. Primo, quanta felicitas est esse gregem dei, si quis etiam cogitet, fratres,
in istis lachrymis,& in istis tribulationibus magnum gaudium concipit. Neq; enim in eius
grege est quem lupi possũt flagellare, aut cuius somniũ possunt captare prædones. Illi enim
dictum est, Qui pascit Israël, de quo dictum est, Non dormiet neq; dormitabit, qui custo- Psal. 97
dit Israël. Vigilat ergo super nos ille uigilantibus nobis, uigilat & dormientibus nobis. Si Psal. 120
ergo de pastore homine securum est pecus hominis, quanta debet esse nostra securitas pa-
scente deo, non tantum qui pascit nos, sed etiam qui fecit nos? Vna est nostra Ca. III
sollicitudo quæ nobis imponitur, audire uocem pastoris,& est nunc tempus audiendi, quia
ille nondum assumpsit tempus iudicandi. Qui loquitur modo, tacet. Loquitur enim modo
in præcepto, tacet in iudicio. Ideo dicit quodã in loco, Tacui, nunquid semper tacebo? Quo- Esaiæ. 42
modo tacuit, cum hoc ipsum loquẽdo dixerit? Qui dicit, tacui, non tacet, quia & hoc ipsum
dicere, tacui, non tacere est. Audio ergo te loquentem in tot præceptis, in tot sacramentis,
in tot paginis, in tot libris. Audio denique in hoc ipso quod dicis, Tacui, nunquid semper
tacebo? Quomodo ergo tacuisti? Quia nondum dico, Venite benedicti patris mei, Matth. 25

percipite regnum: & nondum dico alijs, Ite maledicti in ignem æternũ, qui præparatus est C
diabolo & angelis eius, & nondum hæc ipsa ita dico ut iam prædicaui. Vltimam sentẽtiam
quam dicturus est iudex, in tabella descripturus manu sua, ultra quam sentẽtiam nihil iam
iudicaturus est, partes non audiunt. Illis foras exeuntibus scribitur, attonitæ sunt ambæ par
tes atq; suspensæ, contra quam uel pro qua sententia illius procedat. Magnum secretum iu
dicis, unde secretarium nominatur. Magnus timor eorum qui in causa sunt, quid ille cogi
tet, & quid scribat ignorat, & homo est, & illi de quibus ille iudicat, utiq; homines sunt. Ille
autem deus noster est, & nos populus pascuæ eius, & oues manuũ eius. Et cum sit ille crea
tor, nos creatura, ille immortalis, nos mortales: ille inuisibilis, nos uisibiles, noluit nos latere
in hac uita, quam ultimam sententiam in fine dicturus sit. Nemo ante dicit, damno, qui
uult damnare: nemo ante dicit, ferio, qui uult ferire.

Cap. IIII Magna ergo lenitas, magna misericordia, magna mansuetudo, sed non abutamur pa
tientia eius ad nostram nequitiã, & illo peccata nostra portante, nos quasi faciendo ei onus
augeamus peccata peccatis, quasi ut ille plus portet qui non laborat cum portat peccata no
stra, quibus adhuc parcit, quia adhuc sustinet, & illius ostendunt patiẽtiam, nostram cumu
Roma. 2 lant sarcinam. Ignoras, inquit, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Patientia dei
illa est quam taciturnitatem uocat, de qua dicit, Tacui, nunquid semper tacebo? Ergo cũ ar
gueret quosdam & diceret, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandũ,
adulteras, &c. ait: an diuitias bonitatis eius & longanimitatis contẽnis? Quia ille bonus est,
quia longanimis, quia uidet & tacet, quia uidet & sustinet, putas illum iniquum? Ignoras
quia patientia dei ad pœnitẽtiam te adducit? Et uide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu
aũt, inquit, secũdum duriciam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ
& reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundũ opera sua. Ergo tacet, nunqd sem
per tacebit? Itẽ dicit post quædã enumerata peccata, hæc feci & tacui, id est, hæc feci & D
non uindicaui, suspicatus es iniquitatem, quòd ero tui similis. Et reuera hoc cogitant mali,
cum multa fecerint mala, & mali sibi accidere nihil uiderint, nõ tantum placent eis facta sua
mala, sed etiam deo placere putant: intantum procedit impietas, ut & deũ similem sibi exi
stimet impius contemptor. Et cum deus adducat eum monendo, docendo, hortando, corri
piendo ad similitudinem suam, non solum non sequitur similitudinem dei, sed deum uult
ducere ad similitudinem suam. Hæc est iniquitas maior, dum ipsa peccata, à quibus se non
corrigit, deo placere putat. Suspicatus es iniquitatẽ quòd ero tibi similis. Et quid sequitur?
Arguam te. Quare hoc? Tacui, nunquid semper tacebo? Itaq; fratres, quoniam sermo iste
qui de ore procedit & me terret & uos: omnes enim unam spem habemus bonam in illo, &
omnes pariter timere debemus, ne illo offenso non inueniamus quod speramus, sed experi
amur quod contempsimus, audiamus omnes tanquam oues dei, dum loquitur qui tacet,
dum monet nos, & nondum iudicat nos qui fecit nos, dum uacat audire, dum licet & legere.

Cap. V Et uos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus deus, Ecce ego iudico inter ouem
Ezech. 34 & ouem, & hircos & arietes. Quid hic faciunt hirci in grege dei? In ijsdem pascuis, in
ijsdem fontibus, & hirci tamen sinistræ destinati, dextris miscentur, & prius toleranẽ q̃ se
parabuntur, & hic exercetur ouium patientia ad similitudinem patientiæ dei. Separatio eñ
ab illo erit, aliorum ad sinistram, aliorum ad dexteram. Nunc autem ipse tacet, tu uis loqui.
Sed unde dico, tu uis loqui? Vnde ipse tacet? A uindicta iudicij, non à uerbo correptio
nis. Ipse nondum separat, tu uis separare? Ipse mixta tolerat qui seminauit. Si ante uenti
lationem frumentum uis esse purgatum, tuo uento pessime uentilaberis. Licuerit dicere
Matth. 13 seruis, Vis, imus, & colligimus ea? Stomachati sunt enim uidendo zizania, & doluerunt
segeti bonæ permixta zizania, & dixerunt, Nónne bonum semẽ seminasti, unde ergo appa
ruerunt zizania Ille rationem reddidit unde apparuerunt, non tamen permisit ut ante tem
pus euellerent: q̃uis & ipsi serui stomachati aduersus zizania, consiliũ tamen & præceptũ à
domino expetierunt. Displicebant illa inter segetem, sed uidebant serui, quia si uel in ipsis
zizã-

A zizanijs euellendis aliquid sua sponte facerent, ipsi zizanijs annumerarentur. A domino ex
pectauerunt præceptum, iussionem regis sui quæsierunt: uis imus & colligimus ea? Et ille,
Non. Et reddidit inde causam, Ne forte cum uultis colligere zizania, eradicetis simul & tri
ticũ. Sedabat eos ab indignatione, nec reliquit in dolore. Graue enim uidebatur seruis esse
zizania inter frumentum, & uere graue erat. Sed alia est agri conditio, alia quies horrei.
Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte toleratus es. Si semper bonus fuisti, ha
beto misericordiam: si aliquando malus fuisti, noli perdere memoriam. Et quis est semper
bonus? Facilius si te deus diligenter discutiet, inueniet te etiam nunc malum, q̃m tu te semper
bonum. Ergo toleranda sunt zizania hæc inter frumentũ, hirci inter arietes, hædi inter oues.
Quid autẽ ille de frumento? In tempore, inquit, messis dicam messoribus, Colligite primũ
zizania, & alligate fasciculos ad comburẽdum ea, triticum autem meo recondite in horreo.
Transiet ergo agri cõcretio, ueniet messis discretio. Exigit nunc dominus de nobis patienti
am, quã proponit in se dicens tibi, Ego certe si uoluero modo iudicare, nunquid inique iudi
cabo? Ego si modo uoluero iudicare, nunquid falli potero? Si ego qui semper recte iudico,
& qui falli non possum, differo iudiciũ meum, tu ignorans quemadmodum iudicandus sis,
audes tam præpropere iudicare? Videte fratres quemadmodum illis seruis uolẽtibus ante
tempus eradicare zizania, hoc opus nec in messe concessit. Ait enim, In tempore messis di
cam messoribus, non ait, dicã uobis. Sed quid si ipsi serui messores erunt? Non. Nam expo
nens omnia singulatim, messores ait angeli sunt. Homo ergo carne septus carnẽ portans,
aut forte caro totus, id est, caro corpore, carnalis animo, audes usurpare officium alienum,
quod nec in messe erit tuum? Hoc de separandis zizanijs. De hircis autem quid? Cum uene
rit filius hominis & omnes angeli cũ eo, sedebit in sede gloriæ suæ, & congregabuntur ante
eum omnes gentes, & separabit eas sicut pastor separat oues ab hædis. Et ueniet & separa
bit, ueniet messis, & separabuntur. Modo ergo tempus separationis non est, sed toleratio
B nis. Nec ideo ista dicimus fratres, ut corripiendi dormiat diligentia, immo uero ne in illud
iudicium incauti ueniamus & cæci, negligentes cæcitatem nostram subito nos ad sinistram
ueniamus. Disciplina exerceatur, iudicium nõ præcipitetur. Quid ergo domi Cap. VI
nus? Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Ecce ego iudico. Magna secu
ritas, ipse iudicat, securi sint boni. Iudicem ipsorum nullus aduersarius corrumpit, nullus
aduocatus circumuenit, nullus testis illudit. Sed quantum securi sunt boni, tantũ timeant
mali. Non talis iudicat cui aliquid absondetur. Nũquid enim deus iudicans quæsiturus est
testes, per quos discat quis sis? Vnde potest falli qui sis, qui nouerat quid esses futurus? Te
interrogat, non aliũ de te. Dominus, inquit, interrogat iustũ & impium. Interrogat autẽ te, Psal. 10
non ut discat à te, sed ut confundat te. Habentes uero talem iudicem, quem nemo cõtra nos
fallit, nemo pro nobis, sic agamus ut eius iudiciũ uenturum non timeamus, sed expectemus
& desideremus. Nunquid enim frumenta timent ne mittantur in horreum? Immo optant
uehementer & desiderant. Nunquid oues timent ne ponantur ad dexterã? Immo nihil eis
tam tardũ est quàm donec fiat. Hi uero ex animo & tota syncerítate dicũt cum orãt, Adue
niat regnum tuum. Mali uero hominis in his uerbis & cor trepidat, & lingua titubat. Quo
modo enim dicis, Adueniat regnum tuum? Ecce ueniet. Qualem te inueniet? Sic ergo age
ut securus ores. Et si quid forte inest in conscientia errati atq; peccati, habes in ipsa oratione
medicinam, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Volu
it enim deus sic te esse debitorem, ut habeas debitorem. Peccando quippe inimicũ te facis
deo, sed attende ne forte tu habeas inimicũ. Dimitte, & dimittet tibi. Quod facis qui potes
in peccato inueniri, hoc in te faciet, q de nullo peccato poterit iudicari. Si aũt ut homo in pec
cato positus, peccatori tuo nõ parcis, nec tuã in illo cõditionẽ respicis, nec de cætero lapsũ tuæ
fragilitatis horrescis, quid tibi facturus est qui tã securus iudicat, quõ qui nunq̃m peccat? Dã
da ergo opera est puræ cõscientiæ, & si forte aliquis inest scrupulus, præueniamus faciem
eius in confessione. In psalmo aũt cũ nunc cantaret, audiuimus: Præueniamus faciem eius
in

in confessione. Præueniamus eũ,ne ipse nos præueniat. Post confessionẽ non afferet ultio C
nem,si & tu post cõfessionẽ non repetas iniquitatẽ. Præueni,antecp̃ præueniaris.Quia eũ
uẽturus est,certũ est: perdes,si non desideras quod futurũ est.Nã & te nolẽte uẽturus est.
Nunquid eũ dilaturus es recusando,ne ueniat? Sicut nouerat horam qua iudicari debuit,sic
nouit & horam qua debeat iudicare. Veniet ille,tu uide qualis futurus sis. Hodie inest scru/
pulus,hodie sit confessio,hodie renuncietur scrupulo,hodie dimittetur,hodie laxetur. Non
est ut dicas, differt deus ueniam: tu noli differre medicinam tuam.Habes enim aliquid in
animo quod te angat,& si angit,& sollicitat. Vtique si in domo tua esset lapis offendens
oculos tuos,iuberes eum auferri de medio,maxime si aliquem paulo maiorem hospitem in
domo tua esses recepturus. Cũ ergo deum inuocas,in te uocas:quomodo ueniet ad te, cui
locũ quò recipias,non mundasti? Sed minus idoneus es auferre de corde tuo,quod tibi ipse
feci sti, ipsum inuoca,ut mundet:ipsum inuita,ut intret: dum tamẽ quod facturus es,modo
facias,cum loquitur monendo,& tacet iudicando. Dixit hic hircos,dixit & arietes,& iudicat
Cap. VIII inter eos. Et quid eis dicit? Nunquid non sufficit uobis,quia bona pascua
Ezech.34 pascebatis,& reliquias pascuæ uestræ cõculcabatis pedibus uestris,& potabatis aquam,quæ
subsidebat,id est,quæ pura & trãquilla erat,& reliquam pedibus uestris turbabatis,& oues
meæ cõculcationes pedum uestrorũ depascebãt,& conturbatam pedibus uestris aquam po
tabãt? Quid est hoc? Pascua dei bona sunt.& fontes dei puri sunt.Habemus hoc in scriptu/
ris sanctis.Qui sunt ergo qui quod tranquillum est inde bibunt,& quod mundum est inde
pascuntur,& conculcant reliquias & turbant aquã, ut oues aliæ conculcatas herbas accipiãt,
& aquam conturbatam bibãt? Et hoc utiq; uidetis displicere pastori,qui dicit dum fiũt ista,
Ego iudico inter ouem & ouẽ:ad hoc utiq; ne fiant. Sunt multi qui tranquille discunt,per/
turbate docent,& cum habeant doctorem patientem,fæuiunt in discentem. Quàm nos eĩ
tranquille doceat ipsa scriptura,quis nescit? Veniet ergo aliquis & legit præcepta dei,legit &
capit, capit tranquillus de tranquillo bibens,de uiridi & mundo pascens. Velit aliquis au/ D
dire ab illo aliquid,indignatur,perturbatur: tarditatẽ aliquando serius intelligentis accusan
do turbatum facit minus intelligere quod potuit audire tranquillus.Nec hoc ideo dixerim
Luce 14 fratres, quia non est aliquando corripienda duricia, quam ipsa tanta ueritatis tranquillitas
corripit dicens,O insensati & tardi corde ad credendum: si ista fiunt ea dilectione qua uolu
mus curam incutere hominibus ad incutiendam diligentiam intentionis,& ad serenandam
forte nubem mentis suæ,quam de curis seculi contraxerunt,& forte cogitando alia inutilia,
quod utile est audire non possunt.Deinde etiam si in se aliquis uideat tarditatem,non sine
causa ille accusatur,ut deum roget,& soluat tarditatem,donet ueritatem.Aut enim si negli/
gentia nostra minus intelligimus quod audiuimus,utiq; negligentia corripienda est.Aut si
tarditas est,cum fuerit accusata, erit unde rogetur deus. Nec doctores ergo tales reprehen/
dendi sunt:sed qui hoc faciunt animo amaro,animo inuido,ipsi conculcant pascua & cõtur/
bant fontes,quicquid forte nouerint,ita uolũt nosse ut alij non nouerint. Malignæ mentis
homines,tartareo zelo pleni,liuidi non in corpore, sed in corde,legerunt & intellexerunt:cũ
interrogati fuerint,multum est ad te,Ego tibi ista credam,& tu dignus es ista legere uel au/
dire.Quid turbas aquam? Ambobus fons manat. Quid conculcas herbas cõmunes? Non
Cap. IX tu pluisti ut nascerẽtur. Est aliud in his uerbis quod non absurde potest intelligi.
Sunt homines qui putant sibi in bene uiuendo sufficere conscientiam, & non ualde curant
quid de illis alter existimet,ignorantes, quia cum homo uiderit hominem bonæ conscietiæ
negligentius uiuentem,passim se cuilibet & ubilibet coniungentem, habentem scientiam q̃
nihil sit idolum,& tamen in idolio recumbẽtem ,conscientia illius cũ sit infirma,ædificat nõ
ad ea quæ perscrutatur, sed ad ea quæ suspicatur. Neq; enim homo pater tuus,frater tuus,
intrare potest in conscientiã tuã quam nouit deus.Conscietia tua coram deo est, cõuersatio
tua coram fratre tuo.Si de te ille aliquid mali suspicans, perturbatus ædificatur ad aliquid
faciendũ,quod te putat facere dum sic uiuis, quid prodest,quia uenter cõscientiæ tuæ hausit
aquam

A aquam puram,& ille de tua negligẽtia conuersationem bibit turbatam? Et audis tales cum
corripiuntur ne ista faciant,respondere nobis & dicere, Apostolus dixit,Si hominibus pla/ Gal. 1
cere uellem,Christi seruus non essem. Et hic aquam turbas,pascua conculcas.Attende me/
lius, ne & tibi aquam turbet quod ait Apostolus, Si hominibus placere uellem,Christi ser/
uus non essem.Optime accipio apostolicam sententiã,libenter agnosco.Sed aliud in Apo/
stolo non legisti? Placete omnibus per omnia,sicut & ego omnibus per omnia placeo, non 1.Cor.10
quærens quod mihi prodest,sed quod multis ut salui fiant. Rursus eundem Apostolũ non
audisti? Sine offensione estote Iudæis & Græcis & ecclesiæ dei. Tertio eundem Apostolum
non audisti? Prouidemus enim bona,non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. 2. Cor.8
Ait ergo ille, Expone itaq; mihi,quomodo intelligam diuersa atq; contraria hæc dicentem
Apostolum, Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem:ac dicentem, Placete 2. Cor. 1
omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo ,ac dicentẽ, Gloria nostra hæc
est,testimonium conscientiæ nostræ:ac dicentem , Prouidemus bona,nõ solum coram deo,
sed etiam coram hominibus.Si tranquillus audias, si tibĩpsi aquam tuæ mentis nõ pertur/
bes,quãtum potero fortassis exponam.Sunt homines temerarij iudices,detractores,susur/
rones, murmuratores,quærẽtes suspicari quod non uident, quærentes etiam iactare quod
nec suspicantur, contra tales quid remanet,nisi testimonium cõscientiæ nostræ? Neq; enim
fratres etiam in illis quibus placere uolumus, gloriam nostram quærimus,aut gloriam no/
stram quærere debemus,sed illorum salutem:ut si bene ambulamus, nos sequendo non er/
rent: imitatores nostri sint,sicut & nos Christi: si aũt nos non Christi,imitatores sint Chri/
sti.Ipse enim pascit gregem suum, & cum omnibus bene pascentibus,ipse solus est,quia o/
mnes in illo sunt.Non ergo utilitatem nostram quærimus,quando hominibus placere uo/
lumus,sed gaudemus eis placere quod bonũ est,propter ipsorũ utilitatem,non propter no/
stram dignitatẽ.Contra quos aũt dixerit Apostolus, Si hominibus placere uellem,Christi
B seruus nõ essem,manifestũ est:& propter quos dixerit, Placete omnibus per omnia,sicut &
ego omnibus placeo per omnia,manifestũ est:utrunq; dilucidum,utrunq; tranquillũ,utrũ/
q; purum,utrunq; nõ perturbatũ: tu tantum pasce & bibe,noli conculcare,noli perturbare.
Nam & ipsum dominũ Iesum Iesum Christũ magistrũ utiq; audisti,Luceant opera uestra Matth. 5
bona coram hominibus,ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in
cœlis est,id est,qui uos fecit tales. Nos enim populus pascuæ eius, & oues manuum eius.
Ille ergo laudetur,qui te fecit bonum,si bonus es:non tu,qui per teipsum nõ poteris esse nisi
malus. Quid autem uis in contrariũ ducere ueritatẽ, ut quando boni aliquid facis, te uelis
laudari:quando mali aliquid facis,dominum uelis ituperari? Vtiq; enim qui dixit. Luceãt Matth. 6
opera uestra bona coram hominibus:ipse dixit in eodem sermone, Nolite facere iustitiam
uestram corã hominibus. Sed sicut in Apostolo ista tibi cõtraria uidebantur,sic & in euan
gelio,Si autem non perturbes aquam cordis tui, & hic agnosces pacem scripturarum,& ha/
bebis pacem cum eis & tu. Si autem tu cum eis habere nolueris pacem, tu in te commit tis li
tem tuam, illæ non amittent pacem suam. Propter illos enim qui se hominibus iactando
commendant, & ita uentilant opera sua bona, ut finem bonorum operum suorum in lau
de hominum ponant,eandemq; laudem hominum quasi pro mercede computent bono/
rum operum suorum,de his dicitur,Amen dico uobis,perceperunt mercedem suam. Cõtra
eos dicitur,Cauete iustitiam uestram facere coram hominibus.Proinde sequitur, Vt uidea
mini ab eis. Vltra non porrexit intentionem, hic fecit finem ,Nolite sic facere coram homi/
nibus,quicquid boni facitis,ut uideamini ab eis, ut sit ipse finis operis uestri, uideri ab eis.
Nolite ergo sic,ut uideamini ab eis. Hic autem,non ibi ponit finem, ut uideamur ab homi
nibus, coram quibus uult esse bona facta nostra, sed ait, Luceant opera uestra coram
hominibus, ut uideant bona opera uestra. Non quieuit, neque hic remansit, sed duxit
te hinc rursum, & tulit te à te. Caderes enim si esses in te, & ubi tutus esses, posuit te.
Videant, inquit, bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.
Noli

1. Cor. 1 Noli irasci, quia ille glorificatur. Apud illum esto, & in illo glorificaberis, ut nō glorietur, ait C
Apostolus, omnis caro coram illo. Ergo sine gloria remanebimus? Non. Ait enim ipse, Qui
gloriatur, in domino glorietur. Nam & testimonium conscientiæ nostræ in nobis gloria est,
quia in illo est. Nam si ita est gloria nostra, ut nobis placeamus & efficiamur placentes no-
bis, ualde stulto homini placet qui sibi placet. Curemus ergo fratres, nō tantum uiuere, sed
etiam coram hominibus bene conuersari, nec tantum amemus habere bonam conscientiam,
sed quantum potest nostra infirmitas, quātum uigilantia fragilitatis humanæ, curemus, ni-
hil etiam facere quod ueniat in malam suspitionē infirmo fratri, ne forte puras herbas man
Ezech. 34 ducent, & turbatum bibant, & uel propter istum qui dicit, Ego iudico inter ouem & ouem.
Pro istis hæc dicit dominus deus ad eos, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem
Cap. X imbecillem. Aliud aliquid dicat. Iam audiuimus de his qui conculcāt herbas, &
qui conturbant aquas: audiamus aliud genus mali, & magnum genus mali. Postea de hir-
cis nullam facit mentionem, semel illos nominauit, ut sciremus eos esse. Ipse enim illos bene
nouit. Postea sic loquitur, tanquam omnes sint oues. Primo quomodo ipse uidet, postea ue
ro quomodo nos uidemus, locutus est. Hirci enim quia insunt, & quia in fine seperabūtur,
notum sit ouibus, modo tanq; inter ouem & ouem discerno. Nam scit prædestinatione
& præscietia oues & hircos ille solus, qui prædestinare potuit, q; præscire. Modo quia omnes
sub iugo Christi sunt, & omnes ad gratiam dei accedunt, ouem te putas, hircū te forte deus
nouit, sed tanquam ouis audi quod audis, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem
imbecillem, quoniam lateribus & humeris uestris impellebatis, & cornibus uestris percutie-
batis, & omne quod deficiebat cōprimebatis, quoadusq; dispergeretis eas foras. Quis hoc
non intelligat? Quis non exhorrescat? Si mille oues foris sunt, non est factum. Si autē mul-
tas oues foris errare plangimus, uæ quorum humeris & lateribus & cornibus factū est. Nō
enim hæc facerent nisi fortes oues. Quæ sunt fortes? De suis uiribus præsumentes. Quæ D
sunt fortes? De sua iustitia gloriantes. Non diuiserunt oues, non foras miserunt, nisi qui se
iustos esse dixerunt: humeris audaces ad impellendum, quia non portant sarcinam dei: la-
tera mala, conspirantes amici, societas pertinaciæ: cornua erecta, elata superbia: impelle late-
ribus & humeris, uentila cornibus, mitte foras quod non emisti: certe ipsa tota causa est,
quia tu iustus, & alij iniusti, & indignum erat ut iustus esset cum iniustis: indignum uideli-
cet, ut frumēta essent inter zizania: indignum ut oues inter hircos pascerentur, donec pastor
ueniret qui in separando non errat. Ità ne tu angelus eradicans zizania? Nō te agnoscerem
angelum eradicantem zizania, nec si iam messis uenisset. Ante messem non tu, sed quisquis
fuerit non est uerus. Qui designauit messorem, designauit & tempus. Possent & homines se
dicere angelos. Inuenimus fortasse in scripturis & homines dictos angelos: sed tamen ego
tēpus messis attendo. Angeli tibi nomen potes imponere, tēpus messis nō potes breuiare.
Itaq; falsum dicis, qui sis, quia nōdum uenit quando sis. Proinde cum uenerit, & ueri messo-
res missi fuerint, nescio ubi te inueniant, utrum purgandum qui in horreo recondaris, an
alligandum qui in ignem proijciaris. Ideo enim dico, forte, quia non audeo iudicare. Modo
te foris doleo: utrum sis futurus intus, ignoro. Interim audi ex alio scripturæ testimonio de
te scriptum esse, dum uiuis, & noli uelle zizania eradicare, quādo tempus non est, sed tu ipse
intro redi cum tempus est. Dicit alia dei scriptura, Filius malus ipse se iustum dicit. Hi sunt
humeri & latera & cornua tua. Male fortis, quantum melius esses infirmus. Male fortis, sed
non sanus. Male fortis phreneticus cædit & medicum. Dicis te perfectum ut facias defectū.
Quanto potius, quanto utilius esses infirmus, ut ille te perficeret qui nouit imperfectū tuū.
Et apostolus Paulus uas electionis, ne extolleretur in reuelationibus, q̄d dicere nō audere-
2. Cor. 12 mus, nisi ipsi dicēti crederemus, In magnitudine, inqt, reuelationū ne extollar, datus est mi-
hi stimulus carnis meæ angelus sathanæ, qui me colaphizet. Ne cornua erigeret, colaphi-
zari se dicebat. Propter quod, inquit, dominū ter rogaui ut auferret eū à me, & dixit mihi,

Sufficit

A Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Est ergo utilior infirmitas
quæ perficitur, quàm illa firmitas quæ impellit oues, quæ uentilat ut excludat. Filius er-
go malus ipse est, tu te iustum dicis: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suū non
abluit. Attendite fratres mei sententiam quandam breuem numero uerborum, sed ingen-
tem pondere ueritatis. Iustum se dicit ut exeat & excludat. Iustū se dicit, sed malus est, ideo
exitum suum non abluit. Quid est non abluit? Non purgat, nō defendit, non excusat. Qua
re enim te separasti, quare existi? Quare tibi tremit cor quādo audis ex libris diuinis: Ex no 1 Ioan. 2
bis exierunt, sed non erant ex nobis: si tamē illa mala fortitudo, qua oues dei impellis & im-
pingis & uentilas, permittit tremorem ad cor tuum? Nam utiq; cum audis: Ex nobis exie-
runt, sed non erant ex nobis, ille loquebatur qui in ecclesia erat. Ecclesia toto orbe diffusa est,
tu quid facis foris? Neq; enim ego annuncio ecclesiam toto orbe diffusam: prophetæ an-
nunciauerunt, apostoli annunciauerunt, ipse dñs annunciauit ecclesiam toto orbe diffusam.
Modo cum psalmus legeretur, audiuimus, Non repellit dñs plebem suam: tanq; quærere- Psal. 94
tur, quoniam in manu eius, inquit, omnes fines terræ. Ipse non repellit, & tu impellis. Impel-
lis, uentilas, excludis, iactas, traditor es, nō cōprobas. Cornua sunt ista uentilantis, non mā-
suetudo pascentis. Ecce plebs dei in finibus terræ, ecce plebs dei gemens & plorans ante deū
qui eam fecit, dicit in psalmo ipsi domino ante quem plorat, A finibus terræ ad te clamaui, Psal. 60
dum angeretur cor meum. Vide quemadmodum se humiliat in angore cordis, & quid sibi
præstitum dicit: In petra exaltasti me. In petra Christo exaltasti, nō de monte Donati præ
cipitasti. Nunc & iacta cornua, extende latera, infla humeros tuos, & impelle oues & dic: Iu
stus sum. Respondebit tibi scriptura: Malus, non iustus filius, malus ipse se iustum dicit. Si
iustus es, quare exis foras? Quid ejcis foras? Quid cum his quos ejcis facis foras? Tanq;
ouis inter hircos fuisti, melius ab istis à pastore ad dexteram separaris, quàm cum ipsis ad si
nistram confutaris. Hirci erāt, tu ouis, pascēris cum hircis. Quid te pascua, quid te fontes of-
B fenderant? Postremo quid te ipse pastor offenderat, qui ad tempus gregem utrūq; permi-
scuit, qui etiam sibi quando libet hoc bene facienti, tamen separationem in finem seruauit?
Neq; ille etiam si modo separaret, erraret. Ille in finem differt, tu ante tempus separas. Non
expectas finem, nescis quādo tibi sit finis. Vnde hoc, nisi quia & ipsos quos tanq; hircos
accusasti, falso accusasti? Nam si uere accusasses, non te separasses. Tua separatio, illorum
est purgatio. Si zizania erant, quid ea uoluisti ante tempus separare, cum ipsis permixtū tri-
ticum esses, & eodem agro radicareris, eadem pluuia rigareris? Quare ergo existi? Nūquid
inuenies causam? Quos accusas non conuincis, exeundo autem ante tempus & te separan-
do, ipse conuinceris. Vide quia filius malus es, ipse re iustum dicis, exitum autem tuum non
abluis. Ego nō dico tibi, tu es potius traditor. Quod si etiam facile probo: sed ideo nolo di-
cere, quia tui fecerunt, non tu fecisti. Non tibi imputo facta aliena, etiam tuorū: tuum factū
attendo, quòd foris es arguo. Exitum tuū arguo, prorsus certe omnia remoueo quæ in uos
dici possunt. Omitto ebriositates uestras, fœnus & usuras, supusuras, omitto greges & furi-
as Circūcellionū, omitto hæc oīa & quæcūq; alia quæ enūerare nō possum. Nō oīes for-
te apud uos ista faciunt. Ille qui ibi ista non facit, ille cui displicent ista quæ ibi fiunt, ipse er
go accedat, ipse loquatur: non ei obijcio crimen alienum, abluat exitum suum. Vides quia
recte illi dicitur, Filius malus ipse se iustum dicit. Dominus enim dicit, qui uerū dicit: Filius
malus ipse se iustum dicit, Non ego, sed ipse. Si uult ut ego dicam iustum, ueniat, bonos fru
ctus in catholica pace afferat, in catholica pace custodiat, quia & fructus non est, ubi nō est
tolerantia: Et fructum, inquit, afferent cum tolerantia. Vis uidere quemadmodum grandi-
natus es? Audi ex alio loco, Væ his qui perdiderunt tolerantiam. Modo aliquem putate co Eccli. 2
gitare, quia & sæpe cōtingit, ubi sit Christianus. Motus est ut sit Christianus, attendit in no
men Christi concurrere genus humanum, nulla temporali proposita cōmoditate uult esse
Christianus, non ut maiorem amicum conciliet, non ut ad concupitam uxorem perueniat,
non ut aliquam pressuram huius seculi euadat, quanq; multi etiam sic intrantes corrigūtur

ingressi. Sed faciamus aliquem cogitantem de anima sua & uolentem esse Christianũ, attendit ubi duas partes uidet, quærit causas quare se illi ab illis separauerunt. Respondent illi: Separauimus nos tanq; iusti à peccatoribus. Quasi uero cæco loquantur audienti quid dicant, non uidenti quid agant. Si itaq; inspiciens morem ipsorum & ea quæ pauloante cõmemoraui dicat illis: Rogo uos, iustos uos esse dicitis, & ideo uos recte separasse contenditis, quare apud uos sunt tales & tales? Et illi fortasse, quia negare nõ audẽt, quia ea dicũtur quæ oculis obijciuntur, sunt quidem apud nos tales, sed nunquid omnes sumus tales? Optime. Video te foris cum peccatoribus. Quare non intus? Merces enim separationis tuæ esse debuit, cum peccatore non uiuere. Si foris sic esses, ut quales te fingis fugisse non haberes, quo quo modo ferrem separationem tuam. Attendat ergo iste cupiens esse Christianus, ubi sit Christianus. Videt illos separatos quasi à peccatoribus, plenos peccatoribus. Rursus attendat ecclesiam Christi secundũ probabilem uitam morum generis humani, secundum quos mores potest ipse etiam ueniens de seculo utcunq; iudicare. Videat & hic aliquos sobrios, aliquos ebriosos, aliquos patientes pauperes, aliquos rapinam rerum alienarum appetentes, & cætera talia, uidet hic, uidet & ibi, attendat iam deum, quid dicat de ecclesia sua: inuenit deum dicentem per omnes gentes ecclesiam suam, inuenit deum etiam in ista similitudine zizaniorum dicentem: Ager est hic mundus. Non ager est Africa, sed hic mundus. Per totum mundum frumentum, per totum mundum zizania, tamen ager est mundus. Seminator filius hominis, messores angeli, non principes Circũcellionũ. Sinite crescere utrũq; usq; ad messem, non crescere zizania, & decrescere frumenta, sed utrũq; crescere usq; ad messem. Quam messem? Ipsum audi: Messis est finis seculi. Audit hæc planè, & recte iudicans quid dicit? Non ero in illa concisione, hac ero, & bonus ero in nomine eius cuius ero, & bonus ero, non meipsum bonum faciens, sed ab illo fieri expectans, nõ meipsum bonum & iustum dicens, sed ab illo dici desiderans. Intrat, fit catholicus, ecce ipse abluit ingressum suũ, ablue & tu exitum tuum. Non potes. Filius enim malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. Lateribus & humeris uestris impellebatis, & cornibus uestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusq; dispergeretis eas foras. Et saluabo oues meas. Sicut detestanda illorum iniquitas & crudelitas, ita laudanda pastoris nostri ueri dei nostri misericordia, saluauit oues suas. Forte fratres mei quamuis per minimos seruos suos, forte per indignos hoc facit cum hoc dicimus. Saluat oues suas, audiant uocem pastoris sui & sequantur eum: non quærant ecclesiam ex ore hominum, ex ore dei quærant, ex ore Christi quærant. Ille quem dicit impium, impius est: quem dicit iustum, iustus est: quem dicit ouem, ouis: quem dicit hircum, hircus est. Ipse est ueritas, ipse loquatur, ab illo ecclesia quæratur. Dic nobis domine, ubi est ecclesia tua? Et ille omnibus: Vbi ego sum, scitis. Respondeant omnes: In cœlo ad dexteram patris. Integra fides. Hanc docui, hanc seminaui, sed per mundum seminaui. Cum me, inquit, cõfitemini in cœlo, uenit uobis certe in mentem ille psalmus, Exaltare super cœlos deus. Ecclesiam quæritis, legite quod sequitur: Et super omnem terram gloria tua. Vbi fratres, ubi dictum est, Exaltare super cœlos deus: de Christo resurgente & ascendente, ibi statim sequitur: Et super omnem terram gloria tua. Sponsus in cœlo est, sponsa in terra est: ille super omnes cœlos, illa super omnem terram. O hæretice, credis quod in cœlo non uides, negas quod in terra uides. Dicat ergo hæc, dicat & audiatur, saluat oues suas. Et saluabo, inquit, oues meas, & iam non erunt in uastatione, & iudicabo inter ouem & ouem, & excitabo super eas pastorem unum. Nónne ipse in superiori lectione dixerat: Ego pascam? Modo excitat pastorem unum ille qui pascit. An forte intra tam paruum interuallum lectionis tædio affectus est pascendo, & excitauit pastorem cui cõmendaret curam ouiũ ut ipse esset securus? Audiamus quẽ pastorem dicit, & ibi intelligimus quare & ipse pastor etiam excitato isto pastore ipse pascat, & solus pascat. Excitabo super eas pastorem unũ, & pascet eas. Seruus meus Dauid ipse pascet eas. Prophetiam esse de Christo ueniente ad homines ex semine Dauid intelligitis fratres, si tempora cognoscatis. Ipse

Matth. 13

Cap. XI Ezech. 34

Psal. 107

tis. Ipse propheta Ezechiel tempore captiuitatis fuit, quæ facta est ex transmigratione populi in Babyloniam. A tempore Dauid usq; ad tempus huius transmigrationis, generationes sunt quatuordecim. Ecce quanto post dicit: Et Dauid pascet eas. Si hoc diceretur tempore Noë, aut tempore Abraam, aut tempore Moysi, aut tẽpore saltem ipsius Saulis, cui successit in regno Dauid, recte intelligeremus de ipso Dauid filio Iesse dictum esse hoc, q; ipse futurus esset pastor gregis dei, cui regnãti populus ille cõmissus est: nunc uero iam regnauerat Dauid, iam de uita ista exierat, iam patribus appositus erat, iam pro merito suo quiescebat. Quid est quod dicit, Excitabo Dauid, & faciam eum pastorem unum: nisi quia Dauid ille est, qui uenit ex semine Dauid? Quomodo ergo erigit nobis pastorem deus? Quem pastorẽ unũ? Et pascet eas seruus meus Dauid. Iam dudũ ipse pascebat nos, modo pascit nos seruus eius Dauid. Quare tanq; alter? Nam utiq; cum ille pascebat, deus pascebat: & cum deus pascebat, pater & filius & spiritus sanctus pascebat. Modo excitatur & fit tanq; alter pastor, sed non alter. Non alter secundum formam dei, quia in forma dei ipse & pater unus deus: in forma autem serui tanq; alter excitatur ut pascat, qua maior est pater. Audi unum pascentem, & Christum pascentem, Ego & pater unum sumus. Audi excitari Christum pascentem, Pater maior me est. Vnus ergo pascit, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Excitatur autem ut pascat, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Hoc & hic ipsa uerba testantur: Pascet eas seruus meus Dauid. Seruus in forma serui: seruus, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Excitetur ergo ut pascat. Propter quod, inquit, deus exaltauit eũ à mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Iam excitato seruo suo Dauid, iam excitata forma serui, quam posuit ad dexteram suam, donauit ei nomẽ quod est super omne nomen. Vide quemadmodum pascat, q; late pascat, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorũ. Ad quã angustã partẽ latũ possessorem uanitas hæretica impingis? An tantum *fidis superbis humeris & cornibus tuis*, ut nõ congreges ad pastorẽ, sed & ipsum pastorem à grege coneris excludere? Pascet eas seruus meus Dauid. Audite oues pascentem uos Dauid. Audite uocem pastoris uestri Dauid, non uocem latronum, non ululatus luporum. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas. O cõmendanda res. Ipse pascet eas. Qui uult pascere, in illo pascat, quia ipse pascit eas. Deus pauloante dicebat, Ego pascam: modo dicit, Ipse pascet eas. Respondeat filius & dicat nobis. Vtrumq; uere dictum est, Ego & pater unum sumus. Qui dicit, ego pascam, non mentitur dicendo, ipse pascet: & cum dicit, ipse pascet, non mentitur dicendo, ego pascam. Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me est? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Recte dicitur, Ego pascam: recte dicitur, Ipse pascet. Distinctio est, non separatio, ipse pascet eas. Nolite oues expauescere, non relinquet uos qui dicit, ipse pascet eas. Deus pascit pater & filius & spiritus sanctus, ipse deus pascit. Sed distinguenda erat forma serui, non separanda & alienanda, & in aliam personam cõstituenda. Accepit in se creator creaturam, non mutatus est creator in creaturã, assumpsit quod non erat, nõ amisit quod erat.

Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas, & erit eis in pastorem, & ego dominus ero illis in deum. Attendite fratres: Videte unitatem deitatis, & personarum tamen distributionem, ne dicamus eum esse filium qui pater est, aut eum esse patrem qui filius est. Ecce dixit: Ipse pascet eas, qui pauloante dixerat: Ego pascam eas. Et erit eis, inquit, in pastorem, & ego dominus ero illis in deum. Expone nobis domine. Nemo aquam turbet, quod purum manat de puro fonte potemus. Quid enim quasi singillatim quod dixisti, erit ipse in pastorem, ego ero in deum, tanq; ipse sit pastor noster, tu lis deus noster? Quare domine tu non es pastor noster, & ille non est deus noster? Tranquille audi, esto mansuetus ad audiendũ uerbũ, ut intelligas. Forte enim modo audit me aliqua auris diuersa sentiens & hæretico ueneno tabefacta, & irridet me dicentem, patrem & filium unum deum, cum non irrideat tot

Ioan. 10 Ioan. 14 Phil. 2

Cap. XII

milia fratrum habentium animam unam,& dicit mihi,ecce aperte deus dicit:Erit eis in pa/ A
ſtorem ſeruus meus Dauid:quem tu ipſe Chriſtum intellexiſti, nec aliter poteſt intelligi.
Rationem enim reddidiſti,hæc eſſe dicta,cum iam dormiſſet Dauid.Chriſtus ergo erit eis
in paſtorem,& ego,dominus ait,ero illis in deum.Ille in paſtorem,ille in deum.Tu ergo mi
hi expone,quid eſt:Ego paſcam:Quis dicebat,ego paſcam:Certe deus loquens dicebat,
ego paſcam.Quomodo non ſeparauit Chriſtum à paſcendo,cū diceret,ego paſcam: ſic nō
ſeparauit Chriſtum à deitate,cum diceret,ego deus.Ecce paſtor eſt Chriſtus, paſtor eſt &
pater.Sic deus eſt pater,deus eſt & Chriſtus.Sicut à paſtore Chriſto non ſeparas patrem,
ſic à deo patre non ſepares Chriſtum.Habet cum filio pater paſcendi miſerationem,habet
cum patre filius diuinitatis æqualitatem.Sed niſi ita diceret,putares eum eſſe patrem qui
eſt filius. Ergo ad unitatem deitatis te admonuit,& ad perſonarum diſtributionem,ut
quod dicit,ipſe paſcet,& ego ero illis in deum,non ſe ſeparans à filio paſcente,nec filium ſe/
parans à ſe dominante, & in patre intelligas deum filium, & in filio intelligas paſtorem
patrem.Ego,inquit dominus,ero illis in deum,& ſeruus meus Dauid princeps in medio eo/
rum,quia uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Princeps in medio eorum:inde &
mediator dei & hominum,quia deus cum patre,quia homo cum hominibus.Non media/
tor homo præter deitatem,non mediator deus præter humanitatem.Ecce mediator.Diui/
nitas ſine humanitate non eſt mediatrix, humanitas ſine diuinitate non eſt mediatrix,ſed
inter diuinitatem ſolam & humanitatem ſolam mediatrix eſt humana diuinitas & diui/
na humanitas Chriſti.Et ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum.

Cap. XIII Ego dominus locutus ſum.Non neſcio quis hæreticus.Ego dominus locutus ſum, Et
diſponam ad eos teſtamentum pacis,per ipſum utiq; qui ait,Pacem meam do uobis, pacē
meam relinquo uobis.Hoc eſt teſtamentum patris noſtri,teſtamētum pacis. Quælibet hæ
reditas diuidatur inter conſortes,pacis hæreditas diuidi nō poteſt.Pax noſtra Chriſtus eſt,
Eph.2 pax facit utraq; unū, non duo de uno.Ipſe enim pax noſtra dicit,qui fecit utraq; unū.Te/ B
ſtamentum dei eſt,hæreditas pax eſt.A concordibus conſortibus poſſideatur,nō à litigan/
tibus diuidatur.Et diſponam ad eos teſtamentum pacis. Vigilate hæretici,audite à paſto/
re teſtamentum pacis, uenite ad pacem:iraſcimini Chriſtianis imperatoribus,quia teſtamē
ta ueſtra ualere noluerunt in domibus ueſtris,uidete quàm digna ſit pœna. Et quid eſt q,
teſtamentum non ualet in domo ueſtra:Quid eſt:Quantū eſt:Dolor iſte admonitio eſt,
nondū damnatio: Voluit eīn deus cōpati teſtamēto pacis ſuæ. Condoles teſtamento tuo,
Pſal.145 ſi non ſtet teſtamentum tuum in domo tua.Certe moriturus es, & quid agatur in illa do/
mo,poſtea neſciturus. In illa enim die peribunt,inquit,omnes cogitationes eius,& non co/
gnoſcet amplius locum ſuum. Non ergo ſciturus quid poſtea agatur in domo tua, cum
mortuus fueris,doles tamen teſtamentum tuum non ſtare in domo tua.Chriſtus mortuus
reſurrexit,de cœlo reſpexit,ut ſtet teſtamentum eius.Euigila ex dolore tuo,corrigere ex cru
ciatu tuo. Ligno male curuo noſti calorem ſolere adhiberi: corrigatur dolor iſte, nondum
eſt flamma ignis æterni,tanquam calor foci eſt admotus curuo cordi tuo,ut hic admonea/
tur & corrigatur.Dole prorſus.Recte doles,non ſtare teſtamentum tuum in domo tua.Do
mus dei cor tuum eſt.Si uis ualere teſtamentum tuum in domo tua,quare non uis ualere
teſtamentum dei in domo ſua:Dimittis filijs tuis parietes, & ſi aliter filios tuos diuiſuros
noueris quàm tu diſpoſueris,doles.De una domo uiliſſima,de tecto ruituro quantam cu/
ram habes,quantam ſollicitudinem concipis:quemadmodum ardentibus febribus premē/
ti morbo, ipſi morti urgenti quantum potes reſiſtis, anhelans uerba extrema ut im/
pleas teſtamentum.Quot iuriſperitos conſulis,quantas fraudes,ut ſtet teſtamentum tuum
contra ipſam legem imperatoris, inquiris:De proximo tibi reſpondet deus, Noli frau/
des quærere,noli calumnioſas formulas aucupari. Vis ſtare teſtamentum tuum, ſtet in te
meum.Doles,quia acquiſitionem tuam tollit alius quem ignorabas,quid de hæreditate
mea tam lata,tam pia:In ſemine tuo benedicētur omnes gentes.Dixi ego ſeruo meo,dicit
tibi

A tibi deus,& credidit cum hæc non uiderit,tu uides & negas. Ecce ille factum teſtamentum
ſeruauit,tu apertum diſcindis.Tunc enim teſtamentum ſeruatum eſt,quādo auditum eſt:
tunc apertum eſt,quando impletum eſt. Vſq; ad manus tuas ſeruatum eſt teſtamentum.
Certe hæres uis eſſe.Nunquid ſic tecum contendit cohæres tuus,ut dicat tibi,tolle iſtam par
tem,ego illam,aut tolle tu minorem,& ego maiorem:Non dicit, ſimul diuidamus, ſed ſi/
mul habeamus:hoc enim uoluit,qui teſtatus eſt.Aperi & lege:& clamans, ne intenderetur
ego feci,ne intenderetur ego ſeruaui,ne intenderetur tu ſeruaſti. Aperi & uide, quia unde
intendereris,ſeruaſti,q̄uis te ſeruaſſe abſit ut credam,quem uideo non ſeruare quod iubet.

Et ponam ad eos teſtamentum pacis,& exterminabo beſtias malas à terra. Beſtias, Cap. XIIII
hoſtes teſtamenti pacis.De illis beſtijs dicitur in pſalmo,Increpa feras calami.Quid eſt fe/ Ezech.34
ras calami:Beſtias aduerſarias ſacræ ſcripturæ,quia calamo ſcriptæ ſunt.Exterminabo be/ Pſal.67
ſtias malas à terra,& habitabo in eremo in ſpe.Quid eſt in eremo:In ſolitudine. Quid eſt
in ſolitudine:Intus in conſcientia.Magna ſolitudo,qua non ſolum nullus hominum tran/
ſit,ſed nec uidet.Ibi habitemus in ſpe,quia nondum in re.Etenim totum quod foris eſt no/
ſtrum,fluctuat tempeſtatibus & tentationibus ſeculi.Eſt interior eremus,ibi interrogemus
fidem noſtram, interrogemus ſi eſt charitas intus,uideamus ſi non labia ſonant, ſed & pe/
ctus cū dicimus,Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, Matth.6
ſi uerum ſonat,ſi uerum dicimus,ubi nemo hominū uidet:ibi eſt eremus, ubi requieſcimus
in ſpe,quia tranſit hæc omnis tribulatio:& quæ ſpes erat,fiet res, & erit totum noſtrum in
requie,quia iam conſpicui nobis erimus,& non erit ouis tanq̄ abſcondita cogitatio,& non
erit eremus cōſcientia,quia omnes ſibi noti erūt,& cogitationes ſuas ignotas non habebūt,
cum uenerit dominus,& illuminauerit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitatio/
nes cordis,& tūc laus erit unicuiq; à deo.Nūc uero uides duos homines in tribulatione,cor
ipſorū uidere nō potes.Forte alius conſcientia mordet,alius in cōſcientia tanq̄ in eremo re
B quieſcit,& habitabūt in eremo in ſpe,& ſomnū habebūt,id eſt,requiē,tāq̄ alienatis ſenſibus
ab oīi ſtrepitu ſeculi intus ibi reqeſcēt in riuis.In ipſa intus eremo ſunt riui quidā memo/
riæ manātes,liquores diuinos ſcaturientes,ex mente ſcripturā tenentis & recolentis.Etenim
quod legiſti,quod audiſti,ſi purum & liquidum & ſanctum memoriæ mandaueris,cum cœ
peris in illa interiore eremo,id eſt,in bona conſcientia requieſcere,eliquatur de interioribus
mentis tuæ,& manat quodammodo recordatio uerbi dei,& cum cæteris requieſcis in ſpe,
& dicis:Verum eſt,bene mihi eſt,ipſa eſt ſpes mea,hoc mihi promiſit deus, non mentitur,
ſecurus ſum.Et iſta ſecuritas ſomnus eſt in riuis.Et ſomnum habebunt in riuis, & dabo eis
in circūitu collis mei benedictionem. Mons licet ſit,collis licet ſit in circūitu eius,bene ſit no
bis.Collis ipſe Chriſtus eſt.Sic enim ipſe in medio noſtrum,nos ſumus in circūitu eius.Iam
enim dudum dixerat:Dauid princeps in medio eorum.Et quia princeps,ideo collis, lenis,
non arduus & difficilis aſcendenti,ſed ſi non de alto pedes ponat.Et dabo eis in circumitu
collis mei benedictionem,& deferam imbrem in tempore ſuo,pluuiam uerbi dei. Eſt enim
& imber malus,qui deijcit domum ſuper arenam conſtitutam, cui magnum eſt ut reſiſtat
domus ſuper petram fundata:tentationis enim imber eſt,ruinam quærens,non terram ri/
gans.Non erit talis imber iſte quem ſe dicit deferre dominus.Quid enim ait:Imbres bene
dictionis erunt.Suſpectum te fecerat nominatus imber.Imbres erunt benedictionis, non
tentationis.Imbres erunt benedictionis.Et uide quid profecit ille imber. Et ligna quæ in
campo ſunt dabunt fructum ſuum.In campo,in planicie quadam,non arduis, in facilitate
quadam uitæ.Facilitatem quandam uitæ huius nihil in ſe habentem ardui,laborioſi, diffici
lis,campum dixit,qualis eſt uita fidelium multorum in eccleſia dei,habentium coniuges, fi/
lios,domos ſuas, uelut in campo ſunt ligna, arduum nihil accendere ualuerunt:ſed accipiāt
imbrem,dabunt & hæc ligna fructum ſuum.Horum lignorum fructus eſt:Frange eſurien Eſa.58
ti pānem tuum,& egenum ſine tecto,induc in domum tuam.Talibus lignis dicebat Apo/
ſtolus,Non quia quæro datum,ſed requiro fructum.Et ligna quæ in campo ſunt dabunt Philip.4

fructum suum,& si non habent maiorem,habẽt tamen quendam suum.Et terra dabit ge/ A
nerationem suam,tota terra,& inhabitabunt in terra sua.Iam campi,colles,montes dabũt
generationes suas. Quid potest campus? Quid potest collis? Quid potest mons? Solus
agricola agnoscatur,& habitabunt in terra sua in spe. Videtis quia ea promittit quæ hoc
tempore donat nobis.Quàmdiu dicit in spe,adhuc in hoc tempore intelligo:cum enim per
uenerimus ad promissa, iam non erit spes,sed res ipsa erit.

Cap.XV Et scient quoniam ego sum dominus in eo,cum confregero furcas iugi eorum. Furcas
Ezech.34 quibus premitur collum eorũ.Dñe frange furcas eorũ,quibus hæretici premunt colla infir/
morum.Quid enim tam angustum & furca compressum,quàm,noli audire Christum, au/
di me? Remoue furcam,respirare permitte.Nescio quid dicas.Audio uocem pastoris mei
per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem,sine me sequi pastorem.Quid premis? Tol
le furcam de collo meo,tollam iugum leue domini mei.Hæc audit & premit. Domine non
uult hæreticus furcam suspendere,tu furcam frange.Crux domini sursum leuat,furca hæreti
ci deorsum premit.Sed confringentur in eo cum confregero furcas iugi eorum. Dominatio
nem enim suam uolunt hominibus imponere,uolentes eos sub se esse, non sub deo. In eo
cum confregero furcas iugi eorum,& eximam eos de manu eorum,qui eos in seruitutem re
Ioan.8 digebant.Quid est,in seruitutem redigebant? Ad peccatum eos cogebant. Omis enim qui
facit peccatum,seruus est peccati.Videte quid eis persuaserint fratres,ut dicant,Illi de nobis
reddent rationem,nos oues sumus,quò duxerint sequimur.Ouis es,pastorem audi,non lu/
pum.Et non erunt in uastationem gentibus.In omnibus enim gentibus nõ desunt alij hic,
alij ibi,non illi ibi qui hic,sed tamen nõ desunt furcis prementes colla fideliũ,nec hic nec ibi.
Dissentiunt inter se,contra unitatem omnes consentiunt.Vnitas autem non dissentit à se,
sed contra omnes dissentientes à se ubiq; pugnat,ubiq; laborat.Sed est requies in eremo.
Et non erunt adhuc in uastationem gentibus,& bestiæ terræ iam nõ comedent eos.Audien
tes uocem pastoris seruentur à dentibus luporum,bestiæ illæ calami non comedent eos,uo B
lentes ad sensum suum conuertere scripturas,ab apertis scripturis auertentes aures, uolen/
tes se audiri,& scripturas non audire.Et bestiæ terræ non comedent eos,& inhabitabunt in
pe.Videte quotiens ostendat,quia quod nunc promittit,hic promittit, de rebus loquitur
quas adhuc hic exhibet.Et non erit qui eos terreat.Quomodo non erit qui eos terreat? Nõ
Psal.55 erit prorsus.In domino confido,iam cum cœperit dicere homo,In domino laudabo sermo
nem,in deo laudabo uerbum:in deo speraui,non timebo quid faciat mihi homo:nõ in me.
Illi laudabant uerbum in se dicentes,Quod uobis dicimus,credite.Nos laudamus uerbum
in domino dicentes,quod nobis dicitur à domino,credamus.Nõ erit qui eos terreat.Et ex/
citabo eis plantariũ pacis,testamentum pacis.Plantariũ pacis germinet quod plantat deus,
& exterminetur quod seminauit hæreticus.Quod plantauit deus de se,de ecclesia sua: de se
in cœlo,de ecclesia in terra:de se super omnes cœlos,de ecclesia per omnes terras,hoc planta
uit deus.Veni autẽ huc,esto in parte Donati,in sola Africa ecclesia est.Nõ plantauit deus,
non agnosco plantam dei:eradicandum est quod loqueris,non rigandum.Et excitabo eis
plantariũ pacis,& iam non erunt qui exterminentur fame in terra.Vere fratres quia fames
est,quærite & uidete quantam famẽ patiantur,& quod peius est,circum os habent escam,
sed non manducant:prorsus quomodo ægri moriuntur sæpe fastidio,nõ quia deest quod
comedant,sed quia comedere nolunt & auersantur.Nam utiq; & scripturæ istæ loquuntur,
Psal.21 & hic utiq;,& ibi sonat psalmus,Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi
fines terræ,& adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium.Ecce esca posita est in
uasculo.Si sanus esses & manducares,nunquid ibi remaneres? Et iam non erunt qui exter/
minentur fame in terra,& iam non portabunt maledictum gentibus.Vere fratres in tantũ
culmen in nomine Christi erecta est ecclesia,ut iam confundantur omnes maledici, nec au/
deant maledicere.Hoc solum illis remansit,quod contra nos dicant:quare inter uos non cõ/
sentitis? Gentiles Pagani qui remanserunt non habentes quod dicant contra Christi no/
men

C men,dissensionem Christianorum in Christianis obiciunt.Ergò quicũq; ab hæreticis tran
sierunt ad catholicam,non habebunt hoc opprobrium gentiũ,nec portabunt maledictũ
dissensionis,quia permanent in radice unitatis,in plantatione charitatis, non reportabunt
maledictum. Et scient quia ego sum dominus deus eorum,& ipsi populus Cap.XVI
meus domus Israël,dicit dominus deus.Ecce sunt oues,ecce est & uinea.Quomodo quum
de uinea loqueretur Esaias, arguens quandam uineam malam, ne diceret uitis,non intel/
lexi,exposuit in fine dicens: Vinea autem domini sabaoth, domus Israël est:ne dicerent, Esa.5
non nobis dictum est,sed uineæ nescio cui.Sic & hic,quum loquutus esset de ouibus, ad ex/
tremum ne quis dicat,forte sunt aliquæ oues dei nescio ubi,quas curat deus,&ego illas non
noui,quanquam absurdus est nimis humano sensui qui ista cogitauerit: tamen pastor ille
compatiens infirmis usq; ad tales cogitationes descendit,& quæ essent oues eius apertissi/
me exposuit.Et uos oues meæ,& oues gregis mei homines estis.Sed qui homines? Oẽs ho psal.39
mines? Non. Beatus enim cuius est dñs deus spes eius.Et cũ bonus deus Israël rectis cor/ Psal.72
de.Beatus uir cuius dñs deus est ipsius.Super omnes deus est:tamen nescio quomodo non
facile quisq; audet dicere:Deus meus,nisi qui in eũ credit,& qui eum diligit, ipse dicit,deus
meus:tuũ fecisti tibi,cuius es.Hoc amat ipse,prorsus dulcedine affectus tui,& secura,& præsti
denti dilectione dic, deus meus. Securus dicis,uerum dicis,quia tuus est,& nõ fecisti ut non
sit alterius.Non enim sic dicis,deus meus,quomodo,equus meus.Equus enim tuus est,non
alterius equus.Deus & tuus est,& eius qui sic dixerit,deus meus,quomodo tu dicis.Singuli
dicunt,deus meus & deus meus,ille omnium est, communiter omnibus se ad fruendũ præ/
bens,in omnibus integer:non enim qui dicunt, Deus meus,singuli diuidunt inter se: Si ser/
mo iste quem iacto lingua & sono constante litteris & syllabis,totus ad singulos peruenit,
nec diuidunt illum inter se qui audiunt, si sermo ad aures corporis corporaliter sonans, in
propinquo clarius,in longinquo languidius, ab omnibus tamen audientibus totus excipi/
D tur,non inter se syllabatim cum diuidentibus,sed ab omnibus totum accipientibus:quanto
magis ille deus ubiq; præsens,implens omnia,non propinqua clarius,& longinqua langui
dius,sed pertendens à fine usq; ad finẽ fortiter,& disponens omnia suauiter, æqualiter pos/
sidetur ab omnibus.Lux ista fratres mei certe corporea de cœlo fulget,oritur,occidit,circũit,
de loco in locum mutatur, tamen procedunt in ea & diriguntur oculi omnium, & omnium
oculi pariter eam possident,non eam diuidunt,nullus in ea dies limitẽ fixit,nec prior præ/
occupando ut uideret oculos pauperis,aut exclusit aut angustauit.Dicat pauper,Deus me/
us:dicat dives,Deus meus:minus ille habet,plus hic habet,sed argentum nõ deum,ut per/
ueniret ad deum. Zachæus dives dedit dimidiũ patrimonij sui ut perueniret. Petrus retia
& nauem dimisit ut perueniret.Vidua duo minuta dedit ut perueniret. Pauperior calicem
aquæ frigidæ porrexit ut perueniret,Penitus pauper & egenus solam bonam ualetudinem
tribuit.Diuersa dederunt,sed ad unum peruenerunt:quia non diuersa amauerũt.Sic & uos
homines oues dei, nolite perturbari tẽporalibus diuersitatibus uestris:quod alij in honore,
alij sine honore,alij cum pecunia,alij præter pecuniã,alij pulchri corpore,alij minus pulchri,
alij ætate fessi,alij iuuenes, alij pueri,alij uiri,alij fœminæ,deus oĩbus æqualiter adest.Ille
apud eum plus habet loci,qui plus attulerit,nõ argenti,sed fidei.Et uos,inquit,oues meæ &
uos greges mei homines estis,& ego deus uester,dicit dñs deus.O beatos uos tali possessio
ne,& tali possessore.Nã & possidet nos,ut possideamus illũ.Possidet nos,ut colat nos,pos/
sidemus illum ut colamus illũ.Sed nos tanc̃ deum colimus,ille colit tanc̃ agrum.Ille colit
nos ut fructum afferamus,nos eum colimus ut fructum demus.Totum ad nos recurrit, ille
nostri non eget.Dabo,inquit,tibi hæreditatem tuam,& possessionem tuam fines terræ.Ec/
ce possessio eius sumus.Dominus,inquit,pars hæreditatis meæ & calicis mei.Ecce possessio
nostra est,sed tamen qua distinctione:uos homines estis,ego dñs deus uester, dicit domi/
nus deus noster,Qui uiuit & regnat deus in secula seculorum. Amen.

Finis.

De symbolo uel regula fidei ad catechumenos, liber primus. C

Cap. I

ACCIPITE filij regulam fidei, quod symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud uos, antequam dormiatis, antecq; procedatis, uestro symbolo uos munite. Symbolum nemo scribit ut legi possit, sed ad recensendum, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit uobis codex uestra memoria. Quod audituri estis, hoc credituri, & quod credideritis, hoc etiam lingua reddituri. Ait enim Apostolus,
Rom. 10 Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hoc est enim symbolum quod retenturi estis & reddituri. Ista uerba quæ audistis per diuinas scripturas sparsa sunt, sed inde collecta & ad unum redacta, ne tardorum hominũ memoria laboraret, ut omnis homo possit dicere, possit tenere quod credit. Nũquid modo audistis, quia deus oĩpotẽs est? Sed incipitis eũ habere spiritũ, quãdo nati fueritis per ecclesiã matrẽ. Inde ergo iam accepistis, meditati estis, & meditati tenuistis ut dicatis: Credo in deum patrem omnipotentem. Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri nõ potest, & quod ait Apostolus, negare seipsum nõ potest. Quoniã multa non potest & omnipotẽs est. Et ideo oĩpotẽs est, quia ista nõ potest: nam si mori posset, nõ esset oĩpotens, si mẽtiri, si falli, si fallere, si inique agere, nõ esset oĩpotens: quia si hoc in eo esset, nõ fuisset dignus qui esset oĩpotens. Prorsus omnipotẽs pater noster peccare nõ potest. Facit quicquid uult, ipsa est oĩpotentia, facit quicqd bene uult, quicquid iuste uult: quicqd autẽ malefit, nõ uult. Nemo resistit omnipotẽti, ut nõ qd uult faciat. Ipse fecit cœlũ & terrã, mare & oĩa quæ in eis sunt, inuisibilia & uisibilia. Inuisibilia, sicut sunt in cœlis sedes, dñationes, principatus, potestates, archãgeli, angeli, si bene uixerimus ciues nostri. Fecit in cœlo uisibilia, solẽ, lunã, stellas. Suis animalibus terrestribus ordinauit terrã, impleuit aërẽ uolatilibus, ter-
Gen. 1 ram ambulãtibus & serpentibus, mare natantibus, omnia impleuit suis creaturis ꝓprijs. Fecit & hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã in mente: ibi eĩ est imago dei, ideo mens ipsa D
non potest cõprehendi nec à seipsa, ubi est imago dei. Ad hoc facti sumus ut creaturis cæteris dominemur, sed per peccatũ in primo homine lapsi sumus, & in mortis hæreditatẽ oĩes deuenimus. Facti sumus humiles mortales, impleti sumus timoribus, erroribus, hoc merito peccati, cum quo merito & reatu nascitur omnis homo. Ideo sicut uidistis hodie, sicut nostis & paruuli exufflantur & exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominẽ, ut possideret homines. Nõ ergo creatura dei in infantibus exorcizatur aut exufflatur, sed ille sub quo sunt omnes qui cũ peccato nascũtur: est enim princeps peccatorũ. Ac
Cap. II per hoc propter unũ qui lapsus est, & omnes misit in mortẽ, missus est unus sine peccato, q omnes in se credẽtes perducat ad uitã, liberãs eos à peccato. Ideo credimus & in filiũ eius, id est, in dei patris oĩpotẽtis unicũ dñm nostrũ. Quãdo audis unicũ dei filium, agnosce deũ. Nõ enim filius dei unicus posset esse nõ deus. Quod est, hoc genuit, & si nõ est quem genuit. Si uerus est aũt filius, hoc est quod pater: si hoc nõ est quod pater, nõ est uerus filius. Mortales & terrenas creaturas attẽdite: quod est res quæcq; hoc generat, nõ generat homo bouem, non generat ouis canẽ, nec canis ouẽ. Quicquid est quod generat, id quod est generat. Tenete ergo fortiter, firmiter, fideliterq; hoc genuit deus pater, quod est ipse oĩpotẽs. Creaturæ istæ mortales per corruptionẽ generãt. Nũquid sic deus generat? Mortalis natus id quod est generat, immortalis quod est generat, corruptibilis corruptibilẽ generat, incorruptibilis incorruptibilẽ, corruptibilis corruptibiliter, incorruptibilis incorruptibiliter, usq; adeo hoc quod est, ut unus unũ, ideo unicũ. Scitis quoniã cũ uobis prænunciarẽ symbolum sic dixi, & sic credere debetis, quia credimus in deũ patrẽ omnipotentẽ, & in Iesum Christũ filiũ eius unicum. Iamq; unicum crede omnipotentẽ: non enim deus pater facit quod uult, & deus filius non facit quod uult, una uoluntas est patris & filij, quia una natura: nec enim uoluntas filij potest à patris uoluntate aliquantulum segregari. Deus & deus, ambo unus deus: Omnipotens & omnipotens, ambo unus omnipotens. Non introducimus

duos

C duos deos, quomodo quidam introducunt, & dicunt: Deus pater & deus filius, sed maior deus pater, minor deus filius. Ambo quid? Duo dij? Erubescis dicere, erubesce credere. Dominus deus pater dicis, & dñs deus filius, & dicit ipse filius, Nemo potest duobus dominis Matth. 6
seruire: in familia ipsius sic erimus, ut quomodo in domo magna, ubi est paterfamilias & habet filium: dicamus & nos, dñs maior, dominus minor. Auersamini talem cogitationẽ: si uobis talia feceritis in corde, idola ponitis in anima, unà prorsus repellite. Prius credite, postea intelligite. Cui autem donat deus, ut cum crediderit cito intelligat, dei donum est, nõ humana fragilitas. Tamen si nondum intelligitis, credite: Deus unus pater, deus Christus filius dei, amboq; unus deus. Et quomodo ambo unus deus dicitur? Quomodo miraris
Act. 4 in actibus apostolorum, Et erat, inquit, credentium, anima una & cor unum? Multæ animæ erant, fides eadem unam fecerat: tot milia animarum erãt, amauerũt se, & multæ sunt una: amauerunt deum in igne charitatis, & ex multitudine ad pulchritudinis unitatem uenerunt. Si tam multas animas fecit animã unam charitas, qualis charitas est apud deum, ubi summa bonitas & integra æqualitas? Si in terris & in hominibus potuit esse tanta charitas, ut de tot animabus faceret unam animam, ubi semper inseparabilis fuit pater à filio, filius à patre, potuerint ambo esse nisi deus unus. Sed illæ animæ, & multæ animæ dici potuerunt & anima una, deus aũt ubi est ineffabilis & summa coniunctio, unus deus dici potest, nõ dij duo. Facit quod uult pater, facit quod uult filius. Nolite putare omnipotentẽ patrem & non omnipotentem filium, error est, delete hoc in uobis, non hæreat in memoria uestra, non bibatur in fide uestra, & si forte aliquis uestrum biberit, uomat. Omnipotens est pater, omnipotens filius. Si omnipotens non genuit omnipotentem, non uerum filium genuit. Quid enim dicimus fratres? Si pater maior minorem filium genuit, quid enim dixi genuit? Homo enim maior generat filium minorem, uerum est, sed quia senescit ille, crescit iste, & ad formã patris sui, uel crescendo peruenit. Filius dei non crescit, quia nec potest
D deus senescere, perfectus natus est. Perfectus quidem natus, si non crescit, & minor non remansit, æqualis est. Nam ut sciatis omnipotentem de omnipotente natum, ipsum audite qui ueritas est: de se quid dicat ueritas, hoc est, uerum, quod agit ueritas. Quid agit filius, qui est ueritas? Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Omnipotens est filius, Ioan. 5
omnia faciendo quæ uoluerit: nam si facit aliqua pater, quæ non facit filius, falsum dixit filius: quæcunque pater facit, hæc & filius facit similiter. Sed quia uerum dixit filius: credite quæcunque pater facit, hæc & filius facit similiter, & credidistis in filium omnipotentem. Quod uerbum & si in symbolo non dixistis, tamen hoc est quod expressistis, quando uni-cum ipsum deum credidistis. Habet aliquid pater quod non habet filius? Hoc Ariani hæretici blasphemi dicunt, non ego. Sed ego quid dico? Si habet aliquid pater quod non ha-
Ioan. 16 bet filius, mentitur filius qui dicit, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Multa & innumerabilia sunt testimonia quibus probatur, quia filius, uerus dei patris est filius, & pater deus genuit filium deum, & pater & filius unus est deus.

Cap. III Sed iste filius unicus dei patris oĩpotẽtis uideamus quid fecit propter nos, quid passus est propter nos, natus est de spiritu sancto & Maria uirgine. Ille deus tantus æqualis patri natus de spiritu sancto & uirgine Maria, humilis unde sanaret superbos, exaltauit se homo & cecidit, humiliauit se deus & erexit. Humilitas Christi quid est? Manum deus homini iacenti porrexit: nos cecidimus, ille descendit: nos gemebamus, ille se inclinauit: præuideamus & surgamus, ut non in pœnam cadamus. Ergo inclinatio ipsius hæc est. Natus est de spiritu sancto & uirgine Maria: & ipsa humana natiuitas, humilis & excelsa. Vnde humilis? Quia homo natus est ex hominibus. Vnde excelsa? Quia de uirgine uirgo concepit, uirgo peperit; & post partum uirgo permansit. Quid deinde? Sub Pontio Pilato, qui præsidem agebat, & iudex erat ipse Pontius Pilatus, quando passus est Christus, iudicis nomine signata sunt tempora, quando passus est, sub Pontio Pilato, quando passus est, crucifixus, mortuus & sepultus. Quis, quid, pro quibus? Quis?

Filius

Filius dei unicus dominus noster. Quid? Crucifixus, mortuus, & sepultus. Pro quibus? Pro C
impijs & peccatoribus. Magna dignatio, magna gratia. Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Natus est ante omnia tempora natus ante omnia secula. Natus ante quid, ubi non est ante? Prorsus nolite cogitare aliquod tempus ante natiuitatem Christi, qua natus est de patre: de ipsa natiuitate loquor, qua est filius dei omnipotentis unicus dominus noster, de ipsa prius loquor. Nolite cogitare in hac natiuitate initium temporis, noli te cogitare ullum spacium æternitatis, quãdo erat pater & nõ erat filius. Et quid est, ex quo, ubi non est initium? Ergo semper pater sine initio, semper filius sine initio. Et quomodo, in quies, natus est, si non habet initium? De æterno coæternus. Nunc̃p fuit pater & nõ erat filius, & tamen filius à patre est genitus. Vnde datur qualiscũq; similitudo? In rebus terrenis sumus, in creatura uisibili sumus: det mihi similitudinẽ terra, nõ dat: det mihi aliquam similitudinẽ undarum elementũ, nõ habet unde: det mihi similitudinẽ aliquod animal, nec hoc potest. Animal quidem generat, & quod generat, & quod generatur, sed prior est pater, & postea nascitur filius. Inuentamus coæuam, & credamus coæternam. Si potuerimus inuenire patrẽ coæuum filio suo, & filiũ coæuum patri suo, credamus deũ patrẽ coæuum filio suo, & filiũ deum coæternũ patri suo. In terra possumus inuenire aliquã coæuam, nõ possumus inuenire aliquã coæternam. Intendamus coæuam, & credamus coæternam. Intentos faciet forte aliquis & dicet: Quando potest inueniri pater coæuus filio suo, aut coæuus filius patri suo? Vt generet pater, antecedit ætate: ut nascatur filius, sequitur ætate, sed hic coæuus pater filio, uel filius patri quomodo potest esse? Occurrat uobis ignis pater, splendor filius: ecce inuenimus coæuos. Ex quo ignis esse cœpit, continuo splendorem gignit, nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. Et si interrogemus, quis quem generat, ignis splendorẽ, aut splendor ignẽ, cõtinuo uobis occurrit sensu naturali prudẽtia insita mentibus uestris: omes clamatis, ignis splendorẽ, nõ splendor ignẽ. Ecce pater incipiens, ecce filius simul, nec antecedens, nec sequens. Ecce ergo pater incipiens, ecce filius simul incipiens. Si ostẽdi uobis patrẽ D
incipientẽ, & filiũ simul incipientẽ, credite patrẽ non incipientẽ, & cum illo filiũ nec ipsum incipientẽ, illum æternũ, illum coæternũ. Si proficitis, intelligetis, date operam, pficere, nasci habetis, sed & crescere debetis, quia nemo incipit à perfecto. Dei filio licuit nasci perfectũ, quia natus est sine tempore, coæternus patri, antecedens omnia, non ætate, sed æternitate. Iste er-
Esa.53 go natus patri coæternus, de qua generatione dicit propheta, Generationẽ eius quis enarrabit? Natus patris sine tempore, natus ex uirgine est in plenitudine tẽporis, istam natiuitatẽ antecesserant tẽpora, opportunitate tẽporis, quãdo uoluit, quãdo sciebat tũc natus est: non enim nolẽs natus est. Nemo nostrũ quia uult nasci, & nemo nostrũ quãdo uult mori. Ille quãdo uoluit natus est, qñ uoluit mortuus est, quomodo uoluit natus est de uirgine, quomodo uoluit mortuus est in cruce. Quicqd uoluit fecit, quia sic erat homo, ut lateret deus, susceptor deus, susceptus homo, unus Christus deus & homo. De cruce ipsius quid loquar, qd dicam? Extremum genus mortis elegit, ne aliquod genus mortis eius martyres formidarẽt. Doctrinam ostendit in homine, exemplũ patientiæ demonstrauit in cruce: ibi opus, quia crucifixus: exẽplum operis, crux: præmium operis, resurrectio. Ostendit nobis in cruce quid tolerare, ostendit in resurrectione quid sperare debeamus. Prorsus tanc̃p agonotheta summus dixit, fac & tolle, fac opus & accipe præmium, certa in agone, & coronaberis. Quod est opus obedientiæ, quod est præmium? Resurrectio sine morte. Quare addidi, sine morte?
Rom.6 Quia resurrexit Lazarus & mortuus est, resurrexit Christus, iam non moritur, mors ei ultra
Iaco.5 non dominabitur. Scriptura dicit, Patientiam Iob audistis, & finẽ dñi uidistis. Iob quanta pertulerit, legitur & horretur, expauescitur, cõtremiscitur. Et quid recepit? Dupla c̃p perdiderat. Ergo ne homo propter præmia tẽporalia uelit habere patientiam, & dicat, si tolero damnum, reddet mihi deus filios duplos: Iob omnia dupla recepit, & tot filios genuit, quot extulerat. Non ergo dupla sunt? Prorsus dupla sunt, quia & illi uiuebant. Ne quis dicat, ferã mala & reddet mihi deus quemadmodũ reddidit Iob, ut iam nõ sit patientia, sed auaricia:

nam

C nam si patientiam ille sanctus nõ haberet, nec ea quæ cõtingebãt fortiter sustineret, testimonium quod ei dñs reddidit unde haberet? Aduertisti, ait dñs, puerũ meũ Iob, non enim est Iob.1
illi similis quisc̃p in terris, homo sine querela, uerus dei cultor. Quale fratres testimoniũ hic sanctus uir à dño meruit? Et tamen cũ sua persuasione mala mulier decipere uoluit, habẽs & hæc figuram illius serpentis, qui sicut in paradiso decepit hominẽ primum factum à deo, ideo etiã blasphemiã suggerendo putauit posse decipere placentẽ hominẽ deo. Quãta passus est fratres? Quis potest tanta pati in re sua, in domo sua, in filijs suis, in carne sua, in ipsa quæ remanserat tentatrice uxore sua? Sed etiã ipsam quæ remanserat, olim auferret, nisi ad iutricẽ sibi seruasset, quia primũ hominẽ per Euam debellauerat, Euam seruauerat. Quanta ergo passus est, perdidit omnia quæ habebat, domus ipsius cecidit, utinã sola, oppressit & filios. Et quia in illo patientia magnũ locũ tenuerat, quid responderit, illum audite, Dñs dedit & dñs abstulit, sicut dño placuit ita factum est, sit nomen dñi benedictũ. Abstulit qui dedit, nũc̃p perijt qui dedit: tanc̃p diceret, abstulit omnia, auferat omnia, nudũ dimittat me, & seruet mihi se. Quid em̃ mihi deerit, si deũ habuero? Aut quid mihi alia prosunt, si deũ nõ habuero? Accessũ est ad carnẽ, pcussus est uulnere à capite usq; ad pedes, sanie diffluebat, uermibus scatebat, & se in deo suo immobilẽ demõstrabat atq; figebat. Voluit illic mulier, diaboli adiutrix, non mariti consolatrix, persuadere blasphemiam. Quamdiu, inquit, ista & Iob 2
ista pateris? Dic aliquid uerbum in domino, & morere. Ergo quia humiliatus erat, exaltandus erat, & fecit hoc dominus ut ostenderet hominibus: nam ipsi seruo suo in cœlo maiora seruauit. Ergo humiliatum Iob exaltauit, elatum diabolum humiliauit, quia hũc humiliat, & hunc exaltat. Ne quis autem fratres charissimi quando aliquas eiusmodi patitur tribulationes hic expectet mercedem, uerbi gratia, si damna aliqua patiatur, ne forte eo animo dicat: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, ut duplum accipiat. Patientia deum laudat, non auaricia. Si ea quæ perdidisti, dupla quæris recipere, & ideo deũ laudas, de cupiditate laudas, nõ de charitate. Non tibi
D sti, dupla quæris recipere, & ideo deũ laudas, de cupiditate laudas, nõ de charitate. Non tibi occurrat ipsius sancti uiri exẽplum, fallis te. Quãdo Iob omnia tolerabat, dupla non sperabat, & in prima eius cõfessione quãdo damna pertulit, & filios extulit, & in secunda cũ iam tormenta uulnerum pateretur in carne, potest aduerti quod dico. Prioris eius confessionis hæc uerba sunt, Dominus dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factum est: sit nomẽ dñi benedictũ. Poterat dicere, dñs dedit, dñs abstulit: potest iterũ dare qui abstulit, potest plura reuocare c̃p tulit: nõ hoc dixit, sed sicut domino placuit, inquit, ita factum est, quia ei placet, placeat mihi. Quod placuit bono domino, non displiceat subdito seruo: quod placuit medico, non displiceat ægroto. Audi ipsius aliam confessionẽ: Locuta es, inquit uxori suæ, tanc̃p Iob. 2
una ex insipientibus mulieribus: si bona percepimus de manu dñi, mala quare non sustinebimus? Nõ addidit, quod si diceret, uerũ diceret, potẽs est dñs & meã carnẽ in pristinũ reuocare, & quod nobis abstulit multiplicare: ne ista spe illa tolerasse uideretur. Ista non dixit, ista nõ sperauit. Sed ut nos doceremur, nõ speranti dñs præstitit, quo nos doceremur, quia deus illi affuit, quia si & illa illi non redderet, occultam coronam eius uidere minime poteramus. Et ideo quid ait scriptura diuina exhortando ad patientiã & spem futurorũ, non mercedem præsentium? Patientiam Iob audistis, & finẽ dñi uidistis. Quare patientiam Iob, & Iaco.5
finem ipsius dñi uidistis? Fauces si aperires, ad dupla diceres, deo gratias, sustineam, duplũ recipio, sicut Iob, patientiam Iob, finem domini. Patientiam Iob nouimus, & finem domini nouimus. Quem finẽ domini? Deus deus meus, ut quid me dereliquisti? Verba sunt dñi psal.21
pendentis in ligno: quasi reliquit illum ad præsentẽ felicitatem, sed non eum reliquit ad æternam immortalitatem. Ibi est finis dñi, tenent Iudæi, insultant Iudæi, ligant Iudæi, spinis coronant, sputis dehonestant, flagellant, opprobrijs obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, postremo sepeliunt, quasi relictus est. Sed quibus? Illis insultantibus. Ideo ergo habeto patientiam, ut resurgas & nõ moriaris, id est, nunc̃p moriaris, sicut Christus. Sic enim legimus, Christus surgens ex mortuis, iam non moritur:

Ascendit

Cap.IIII Ascendit in cœlum,credite.Sedet ad dexteram patris,credite.Sedere,intelligite, habi- C
tare,quomodo dicimus de quocunq; homine:In illa patria sedit per tres annos. Dicit illud
& scriptura,sedisse quendam in ciuitate tantum tempus.Nunquid sedit,& nunc̄ surrexit?
Ideo hominum habitationes sedes dicuntur,ubi habitantur sedes nūquid semper sedetur,
non surgitur,non ambulatur,non iacetur?& tamen sedes uocantur. Sic ergo credite,habi-
tare Christum in dextera dei patris ubi est.Ne dicat uobis cor uestrum,quid agit? Nolite
quærere quod non licet inuenire,ibi est,sufficit uobis.Beatus est,& à beatitudine,quæ dexte
ra patris uocatur,ipsius beatitudinis nomen est dextera patris.Nam si carnaliter acceperi-
mus,quia sedet ad dexteram patris,ille erit ad sinistram,nunquid fas est ut sic illos compo-
namus,filium ad dexteram,patrē ad sinistram?Ibi omnis dextera est,quia ibi nulla est mi-
seria. Inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Viuos,qui superfuerint,mortuos,qui præ-
cesserunt.Potest & sic intelligi,uiuos,iustos:mortuos,iniustos.Vtroq; em̄ iudicat sua cuiq;
Matth.25 retribuens,iustis dicturus in iudicio.Venite benedicti patris mei,percipite regnū,quod uo-
bis paratum est ab initio mundi.Ad hoc uos parate,hæc sperate, propterea uiuite,propte
rea credite, propterea baptizamini,ut possit uobis dici,Venite benedicti patris mei,percipi
te regnum quod uobis paratum est à constitutione mūdi.Sinistris quid?Ite in ignem æter
num,qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic iudicabuntur à Christo uiui & mortui.
Dicta est prima sine tempore natiuitas Christi.Dicta est alia in plenitudine temporis de
uirgine natiuitas Christi:dicta est passio Christi,dictum est iudicium Christi. Totum di-
ctum est quod dicendum erat de Christo filio dei unico domino nostro,sed nondum per
Cap.V fecta est trinitas. Sequitur in symbolo: & in spiritum sanctū,ita trinitas unus
deus,una natura,una substantia,una potentia,summa æqualitas,nulla diuisio,nulla diuer-
sitas,perpetua charitas.Vultis nosse quid est deus spiritus sanctus? Baptizamini,& templū
1.Cor.6 eius eritis.Apostolus dicit,Nescitis quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti qui in
uobis est,quem habetis à deo?Templum habet deus:nam & Salomon rex & propheta iuſ D
sus est ædificare templum deo.Si ædificaret templum soli,aut lunæ,aut stellæ alicui,aut ali-
cui angelo,nónne damnaret illum deus?Quia ergo templum ædificauit deo,ostendit se co-
lere deum.Et unde ædificauit de lignis & lapidibus,quia dignatus est deus facere sibi ser-
uum suum domum in terra,ubi rogaretur,ubi moraretur. Vnde dicit beatus Stephanus,
Act.7 Salomon ædificauit illi domum,sed altissimus non in manufactis templis inhabitat.Si er-
go corpora nostra templū sunt spiritus sancti,qualis deus est qui ædificauit templum spiri
tui sancto?Sed deus.Si enim templū spiritus sancti sunt corpora nostra,ille spiritui sancto
1.Cor.12 ædificauit templū qui & corpora nostra.Attendite Apostolum dicētem, Deus temperauit
corpus ei cui deerat,maiorem honorem dans,cum loqueretur de diuersis membris,ut non
essent scissuræ in corpore.Deus creauit corpus nostrum,herbam quis creauit?Vnde probe-
Matth.6 mus, quia herbam deus creat. qui uestit, ipse creat. Euangelium lege.Si ergo fœnum agri,
ait,quod hodie est,& cras in clibanū mittit̄,deus sic uestit:ille ergo creat qui uestit.Et Apo-
1.Cor.15 stolus,Stulte quod seminas non uiuificatur,nisi moriat̄.Et quod seminas,nō corpus quod
futurū est seminas,sed nudū granū,ut forte triticum,aut alicuius cæterorum.Deus autē illi
dat corpus quomodo uoluerit,& unicuiq; seminum proprium corpus.Si ergo deus corpo-
ra nostra ædificat,si deus membra nostra ædificat,& corpora nostra sunt templum spiri-
tus sancti,nolite dubitare,deum esse spiritum sanctum,& nolite addere quasi tertium deū,
quia pater & filius & spiritus sanctus unus est deus.Sic credite.Sequitur post trinitatis cō-
1.Cor.3 mendationem, sancta ecclesia. Demonstratus est deus & templum ipsius.Templum enim
dei sanctum est,ait Apostolus,quod estis uos. Ipsa est ecclesia sancta, ecclesia una, ecclesia
uera,ecclesia catholica,contra omnes hæreses pugnans,pugnare potest, ex pugnari tamen
non potest.Hæreses omnes de illa exierunt, tanq̄ sarmenta inutilia de uite præcisa,ipsa au
tem manet in radice sua,in uite sua,in charitate sua,portæ inferorum non uincent eam.

Cap.VI Remissionem peccatorum.Habetis symbolum perfecte in uobis,quando baptizami
ni.Ne-

A ni.Nemo dicat, illud feci,forte mihi non dimittitur. Quia fecisti,quantum fecisti,dic imma-
ne aliquid quod commisisti,graue,horrendum,quod etiam cogitare horres,quicquid uis fe-
ceris,nunquid Christum occidisti? Nō est isto facto aliquid peius, quia & Christo nihil est
melius.Quantum nefas est occidere Christum,Iudæi tamen eum occiderunt,& multi in eū
postea crediderunt,& biberunt sanguinem, dimissum est illis peccatum quod commiserūt.
Cum baptizati fueritis,tenete uitam bonam in præceptis dei; ut baptismū custodiatis usq;
in finem.Nō uobis dico,quia sine peccato hic uiuetis,sed sunt uenialia, sine quibus uita ista
non est.Propter omnia peccata baptismus inuentus est: propter leuia,sine quibus esse non
possumus,oratio inuenta,Quid habet oratio? Dimitte nobis debita nostra sicut & nos di- Matth.6
mittimus debitoribus nostris. Semel abluimur baptismate,quotidie abluemur oratione.
Sed nolite illa committere,pro quibus necesse est ut à Christi corpore separemur, quod ab-
sit à uobis.Illi enim quos uidetis agere pœnitentiam,scelera commiserunt,aut adulteria,aut
aliqua facta immania, inde agunt pœnitentiam: nam si leuia peccata ipsorum essent, hæc
quotidiana oratio delendo sufficeret. Ergo tribus modis dimittuntur peccata, in ecclesia,in
baptismate,in oratione,in humilitate maioris pœnitentiæ,tamen deus non dimittit pecca-
ta,nisi baptizatis.Ipsa peccata quæ primum dimittit,nisi baptizatis dimittit, quando bapti
zantur. Peccata quæ postea orantibus dimittuntur, Nam quomodo dicunt, Pater no-
ster,qui nōdum nati sunt? Et pœnitentibus,quibus dimittit,baptizatis dimittit?Catechu-
meni q̄diu sunt,super illos sunt peccata eorum.Si catechumeni,quāto magis Pagani,quan
to magis hæretici.Sed hæretici baptismum non mutamus.Quare?Quia sic habent baptis-
mum, quomodo desertor habet caracterem: ita & isti habent baptismum: habent, sed
unde damnentur,non unde coronentur.Et tamen si desertor ipse correctus incipiat milita-
re, nunquid audet quisquam ei caracterem mutare? Credimus etiam resurrectionem car-
nis quæ præcessit in capite.Caput ecclesiæ Christus,ecclesia corpus Christi. Caput nostrum
B surrexit,ascēdit in cœlum,ubi caput,illic & membra.Quomodo carnis resurrectionem? Ne
forte putet aliquis quomodo Lazari,ut scias non sic esse,additum est,in uitam æternam.Re
generet uos deus, conseruet & tueatur uos deus,in se, qui est ipsa uita æterna,perducat uos
deus. Amen.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De symbolo ad catechumenos Liber alter.

SACRAMENTORVM rationem, siue transactæ noctis,siue præsen- Cap. I
tis sancti symboli exponendam susceptimus sanctitati uestræ,donante
illo qui dat omnibus affluenter, & non improperat,Diues est enim in Iacobi I
omnibus qui inuocant illum.Ipse quippe potest adiuuare intentionem
nostram,acceptabilem pro nobis faciens orationem uestram. Accipite
itaq; uos qui fidem desideratis uerbum dei, tanquam competentem ci-
bum,ex quo uobis dominus operetur incrementum. Nondum quidem adhuc per sacrum
baptismum renati estis, sed per crucis signum in utero sanctæ matris ecclesiæ iam concepti
estis.Agat itaq; hæc mater cōgruis alimentis prius pascere quos portat, ut post partum læ-
tetur se tales suscepisse quos spiritaliter nutriat. Quid est dilectissimi quod in uobis celebra
tum est? Quid est quod hac nocte circa uos actū est, quod præteritis noctibus actum non
est,ut ex locis secretis singulis produceremini in conspectu totius ecclesiæ, ibiq; cernice hu-
miliata quæ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum cilicio substrato in uobis cele
braretur examen,atq; ex uobis extirparetur diabolus superbus, dum super uos inuocatus
est humilis altissimus Christus? Omnes itaq; humiles eratis,humiliterq; petebatis,orādo, Psal. 138
psallendo atq; dicendo,Proba me deus & scito cor meum.Probauit,examinauit corda ser-

uorum ſuorũ, ſuo timore tetigit, diabolũ ſua uirtute fugauit, atq; ab eius dominio ſuam familiã liberauit. Nõ aliter hic actus eſt pauper, aliter diues, aliter dominus, aliter ſeruus, quia unus eſt omnibus introitus ad uitam. Et ſi ſic ad hanc fragilem atq; caducam, quanto magis ad illam immortalem atq; ſempiternam. Purgata itaq; familia redẽptoris, poſtea quam cantauit canticum ſalutis, accepit ſymboli remedium contra ſerpentis uenenum, ut ſi quando uoluerit aduerſarius diabolus inſidiari, nouerit redemptus cum ſymboli ſacramento & crucis uexillo ei debere occurri, ut talibus armis indutus facile uincat Chriſtianus, de cuius oppreſſione male antea triũphauerat nequiſſimus diabolus. Ex qua re nobis factus eſt aduerſarius diabolus, niſi ex hac, quia uidet liberos quos tenebat ante captiuos, quia uidet ſanos quos ſuis iaculis proſtrauerat uulneratos, qa uidet ueſtiri denuo immortalitate quos nudauerat propinãdo inquitatem, quia muſcipula eius comminuta eſt, & nos eruti ſumus? Adiutorium noſtrum in nomine domini. Si adiutorium noſtrum in nomine eius eſt, rẽnũciemus diabolo, pompis & angelis eius. Hoc audiſtis, hoc & uos profeſſi eſtis renũciare uos diabolo, pompis & angelis eius. Videte dilectiſſimi, quia hanc profeſſionem ueſtram in curiam profertis angelicam, nomina profitentium in libro excipiuntur uitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate. Optimi iam tyrones dei, fortes milites Chriſti, dum arma ſacramentorum ſuſcipitis, pugnam aduerſus diabolum indicitis, dum eius operibus renunciatis, uehementius in uos eius furias prouocatis. Sed nõ metuat miles Chriſti, induemini enim ipſum Chriſtum, ut per eum uelociter ſuperetis aduerſarium diabolum. Quibus armis pugnat ille? Illecebroſis & ſubdolis. Duo ſunt genera armorum eius ualde fortia, contra quæ uigilanter ac fortiter ſtare debet omnis miles Chriſti, qui triumphare cupit & ſuperare uirtutem diaboli. Quæ ſunt iſta duo genera armorum? Voluptas & timor. Alios enim uoluptate capit, alios timore frangit. Confirmetur & noſtra acies, proferantur arma ſpiritalia contra timorem diaboli, aſſit timor domini caſtus, permanens in ſeculum ſeculi. Contra uoluptatem turpiſſimæ delectationis non deſit fides orationis. Et quid metuit
Pſal. 117 Chriſtianus, quando admonetur ſic orare, ſic præſumere, ſic fidere, ut dicat, Dominus mihi adiutor eſt, & ego deſpiciam inimicos meos? Plures tamen noueritis dilectiſſimi capere aduerſarium per uoluptatem quàm per timorem. Nam quare quotidie muſcipulam ſpectacu lorum, inſaniam ſtudiorum ac turpium uoluptatum proponit, niſi ut his delectationibus capiat quos amiſerat, ac lætetur denuo ſe inueniſſe quos perdiderat?

Cap. II Quid nobis opus eſt ire per multa? Breuiter admonendi eſtis quid ſpernere, & quid diligere debeatis. Fugite dilectiſſimi ſpectacula, fugite caueas turpiſſimas diaboli, ne uos uincula teneant maligni. Sed ſi oblectandus eſt animus, & ſpectare delectat, exhibet uobis ſancta mater eccleſia ueneranda, hæc ſalubria ſpectacula, quæ & mentes ueſtras oblectent ſua delectatione, & in uobis non corrumpant, ſed cuſtodiant fidem. Amatores quiſpiam circi? Quid delectat in circo? Aurigas uidere certantes, populos inſana furia anhelãtes, quẽlibet celerem præcedentem, aduerſarij ſui equum frangentem. Iſta eſt omnis delectatio, clamare, quia uicit quẽ diabolus uicit, exultare & inſultare, quòd aduerſa pars perdiderit equũ, cum is qui tali ſpectaculo delectatur, iam perdiderat animum. Vide econtra noſtra ſancta,
Act. 3 ſana, ſuauiſſima ſpectacula. Intuere in libro Actuũ apoſtolorum, claudum ex utero matris nunquam ambulantem, quem Petrus fecit currentem: uide ſubito ſanum quem antea inuebaris infirmum, & ſi in te eſt ſanitas mentis, ſi in te fulget ratio æquitatis ac delectatio ſalutis, uide quid debeas expectare, uide ubi debeas exclamare: illic ubi equi ſani frangũtur, an hic ubi homines fracti ſaluantur? Sed ſi te pompa illa, figura ea equorum, cõpoſitio curruum, ornatus & aurigæ ſuperſtantis equos regentis, uincere cupientis: ſi hæc te, ut dixi, põpa delectat, nec hanc tibi denegauit, qui pompis diaboli renunciare præcepit: habemus &
4. Reg. 2 nos ſpiritalem noſtrum aurigam ſanctum prophetam Heliam, qui quadrigæ igneæ ſuperimpoſitus, tantum concurrit, ut metas prenderet cœli. Et ſi aduerſarios quos & uera uirtus uicit, & quos ille uolando tranſijt, atq; ex quorum uictoria palmam ſupernæ cœleſtis ac cepit

A cepit, uidere deſideras: currus Pharaonis & omnem uirtutẽ eius proiecit in mare. Alius fortaſſis theatri amator admonendus ſit, quid fugiat, & quid delectetur, ac ſic uoluntatem ſpectandi non perdat, ſed mutet in theatris labes morum, diſcere turpia, audire inhoneſta, uidere pniciosa. Sed adiuuante domino ea ex cordibus ueſtris fortiter repellamus, ſingula ſingulis comparemus. Illic intuentur ſpectatores propoſitum neſcio quem confictum deũ Iouem, & adulterantem, & tonantem: hic reſpiciemus uerum deum Chriſtum, caſtitatem docentem, immundiciam deſtruentem, ſalubria prædicantem. Illic fingitur quòd idem Iouis in Iunone habeat ſororem & coniugem: hic prædicamus ſanctam Mariam matrem ſimul & uirginem. Illic ſtupor ingeritur uiſui, ex uſu hominem in fune ambulantem: hic magnum miraculum, Petrum mare pedibus tranſeuntem. Illic per inimicam turpitudinem caſtitas uiolatur: hic per caſtam Suſannam caſtumq; Ioſeph libido comprimitur, mors contemnitur, deus amatur, caſtitas exaltatur. Chorus illic & cantio Pãtomimi illicita indicitur, ſed expugnat ſanum affectum: & quid tale noſtro cantico comparãdum ſit, in quo dicit qui
amat & cantat, Narrauerunt mihi peccatores delectationes ſuas, ſed non ita ut lex tua do- Pſal. 118
mine, Omnia mandata tua ueritas? Nam illic uniuerſa fingit uanitas. Scãdaliſtarum quis illic forte peritiam admiretur, uidere paruulos in aëra ludentes, diuerſas hiſtorias exhibẽtes, ſed uidete noſtrorum luſus infantũ, In utero Rebeccæ duo certant infantes procedente maiore, minoris manu, emiſſa ex utero planta maioris apprehenſa eſt. In quorum certamine magni ſacramenti figura monſtrata eſt, ut minor ſupplantaret maiorem, eiq; poſtmodum primatum atq; benedictionem auferret. In quibus paruulis quaſi ludentibus & ſacramentum, ut dixi, magnum exhibentibus, & reprobi in Eſau demonſtrantur Iudæi, & prædeſtinati in Iacob apparent Chriſtiani. Ille enim Iacob unus paruulus ſic garriens multos in ſe prædeſtinatos etiam paruulos demonſtrabat. Infantes qui ex utero matris ſuſcipiunt manibus fidelium, nec eos ſic excutiunt, ut in aëra pendeant, ſed ut renati in cœlo uiuant. His igit
B oblectamentis mens delectetur, paſcatur anima Chriſtiana, hanc ſobrietatem retinens mẽtis, fugiat ebrietatem diaboli. Nec amphitheatri certamina ſeducãt aut pertrahant Chriſtianum, ad quod quidem tãto auidius curritur, quanto tardius exhibetur. Sed etiam ibi quid non periculoſum ingeritur aſpectibus, quid non cruentũ, ubi, ut ait beatiſſimus Cyprianus, uoluntas noxia ad feras homines nullo crimine dãnat? Non ergo uos dilectiſſimi illud ſpectaculum crudele inuitet intueri, nouem urſis duos altercantes uenatores, ſed delectet uidere unum noſtrum Danielem orãdo ſuperantem ſeptem leones. Diſcerne ſpiritalis amator certamina, uide duos noxios uoluptate, uide unum innocentem ac plenũ fide: uide illos pro
præmio terreno ſuas animas beſtijs obtuliſſe: uide iſtũ in oratione clamantem, Ne tradi- Pſal. 73
deris beſtijs animas confitentes tibi. In illo ſpectaculo contriſtat æditor, ſi uenator euadat illæſus, qui ei plures beſtias interemit: in iſto noſtro, ſine ferro pugnat, nec Daniel læditur, nec fera occiditur, & ſic uincitur, ut rex miretur atq; mutetur, & populi pertimeſcant, & inimici diſpereant. Admirabile ſpectaculum noſtrum, planè admirabile, in quo deus adiuuat, fides uires impetrat, innocentia pugnat, ſanctitas uincit, præmium conſequitur tale, quod & ille qui uicerit accipiat, & qui donauerit nihil amittat. Iſta ſpiritalia munera concupiſcite, ad hæc intuenda & cum omni ſecuritate expectanda, alacriter ad eccleſiam conuenite, ab omni cupiditate carnali propoſitum cordis reuocate, omnem ſollicitudinem ueſtram deo gubernandã committite, ut aduerſarius reuereatur, nihil in uobis inueniens ſuum, uosq; illum repudiãtes, eiusq; pompis renunciantes, poſteaquam ab eius inſidijs ueſtra fuerit eruta libertas, ne uos inueniat uacuos ille nefarius, quem nouimus etiam non ſuos temere cupientem.

Fideliter credite in deum patrem omnipotentem. Omnipotentem deum credimus, Cap. III
qui omnia faciens factus non eſt, & ideo omnipotens eſt, quia de nihilo fecit quæcunq; fecit. Non enim eum aliqua materies adiuuit, ex qua demonſtraret artis ſuæ potentiam, ſed ex nihilo, ut dixi, cũcta creauit. Hoc eſt enim eſſe omnipotentẽ, ut nõ ſolum fabrica ipſa, ſed etiam materies ab illo inueniatur eſſe, qui non habuit initium, ut eſſet & is qui ſempiternus

est,crearet nō id quod ipse esset, sed ab illo ut essent, iā accepisse. Omne enim quod est, ab C
illo est:ipse autem à seipso est qui non ab aliquo factus est. Fecit ergo facta non factus,cre-
auit creaturam non creatus, qui etiam ipsi creaturæ conuenientibus gradibus per diuersas
ordinationes constituit potestates. Potest quippe secundum datam potestatem quilibet an
gelus uel homo dici potēs, sed nunquid potest dici omnipotens? Potest dici rex uel impe-
rator,quòd multa quæ uelit possit,non tamen cum qui sanum sapit audebit dicere omnipo
tentem,nam si uoluerit eum adulando ita laudare,incipit & illum & seipsum fallendo deci-
pere. Quomodo enim audebit dicere omnipotentem,quem uidet multum uelle uiuere &
uitam succedente morte finire? Si omnipotens est,non moriatur,à morte excludatur. Si au
tem ei mors terminum dabit,omnipotentem eum non fuisse ipsa mors demonstrauit. Nō
ergo quispiam audebit quamlibet creaturam siue cœlestem siue terrestrem dicere omnipo-
tentem,nisi solam trinitatem,patrem scilicet & filium & spiritumsanctum. Non enim cum
dicimus nos credere in deum patrem omnipotentem,sicut hæretici Ariani,negamus filium
omnipotentem,aut spiritumsanctum negamus omnipotentem. Si filium negaueris omni-
potentem,negabis & patrem omnipotētem. Sed maior est,inquiunt,pater,minor est filius:
hoc in hominibus,hoc in omnibus,& tu in omnibus perturbaris. Diuinam naturam consi-
dera,deum attende,sempiternum cogita,nam uanus turbaris. Si sempiternus est pater,sem
piternus est utiq; & filius. Si enim fuit filius quando non fuit filius,fuit & pater quando nō
fuit pater:quòd si aliquando fuit pater non pater,nō fuit omnipotens,minus enim habuit
ineo quòd postea effectus est pater. Si das initium filio, das initium & patri, Pater enim à
filio appellatus est pater. Si autem semper fuit pater,semper fuit & filius,& si deus est pater,
deus est & filius:non enim aliud potuit procedere de deo quàm deus. Quòd si deus est pa-
ter,deus est & filius, & sempiternus est pater, sempiternus est & filius,quem non præcessit
ætate nec dignitate, nō enim minuit æqualitatem. Apostolum audi quid de deo filio dicat,
Philip. 2 Cum in forma dei esset,inquit,nō rapinā arbitratus est esse æqualis deo, Non rapuit, quia D
naturaliter habuit. Omnipotentia itaq; patris in filio,omnipotentia filij in patre,quia ali-
quando neq; pater sine filio,neq; aliquādo filius sine patre. Diuina illa natiuitas qua filius
processit ex patre,qua natus est deus de deo,sine initio,sine tempore,sine matre,sine aliqua
Esaiæ 53 fragilitate,sine ulla sui diminutione:nō possumus explicare, Natiuitatē autem eius,ait pro-
pheta, quis enarrabit? Et reuera quis comprehendere uel dicere potest quomodo natus sit,
qui semper est in patre & nunquam recedit à patre? Digne,ut dixi,non possumus enarrare,
sed debemus corda nostra ipsi filio præparare,ut illuminādo & per fidem gubernando per
ducat nos ad speciem ueritatis suæ,ne remaneamus in tenebris infidelitatis nostræ,ne aliud
æstimando de filio quàm quod est pater,ipse filius non docendo,sed increpādo nos admo-
Ioā. 14 neat sicut Philippum dicens, Philippe qui uidet me,uidet & patrem. An nō agnoscis, quia
ego in patre & pater in me est? Sicut ergo deus de deo natus est,& lux de lumine,& dies ex
die,ita & omnipotens ex omnipotente. In ista mortali nostra generatione qui est pater,ali-
quando non fuit,& qui est filius,non semper est filius,quia & ipse filius cum accessu tempo-
ris patrem amiserit,coniugem acceperit, prolemq; susceperit, non erit filius,sed ipse uocabi-
tur pater,& quilibet pater antequam suscipiat filium non uocabitur pater. Accedit ergo ali-
quid tempore quod precedat tēpore. Non ergo æstimemus hoc in illa diuinitatis esse sub-
stantia,in illa generatione sempiterna. Non enim illic deficiendo moritᵉ pater,ut filius cresce
do perueniat ad patris dignitatem, aut sunt ibi tempora,quia per ipsum facta sunt tēpora.
Caput IIII In quo autem tu hæretice audes dicere filium minorem, quem nos confitemur æqua-
lem? In ætate? Non ibi sunt tempora. In diuinitate? Deus est pater,deus est & filius. In
opere? Omnia per filium facta sunt. Dicit quidem scriptura,quòd deus fecerit mundum,si-
Gen. 1 cut & in libro Geneseos, In principio fecit deus cœlum & terram. Sed nos audientes deum
patrem cognoscimus filium & spiritumsanctum. Tu forsitā dicis, Deus pater fecit mundū.
Ioan. 1 Sed audi quid Ioannes euangelista dicat, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud
deum,

A deum,& deus erat uerbum, Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Ecce,
sine filio dicit nihil esse factum, quoniam omnia per ipsum facta sunt. Sine filio factum est
nihil. Quid fecit pater quod non fecit filius,de quo dicit euangelista,quòd sine filio factum
est nihil? Si autem,sicut uera fides catholica habet,in filio operante constituas patrem,& in
patre operante constituas filium, quoniam filius in patre est,& pater in filio,omnipotēs in-
uenietur filius, si in ipso omnipotens est pater: si autē non est omnipotens filius,ut prædi-
cat hæreticus Arianus,non est in illo omnipotēs pater, falsumq; erit secundum ipsos quod
ipse filius ait, Ego in patre & pater in me est. Absit autem ut falsum sit quod ueritas dicit. Ioan. 14
Confundatur Arianus qui ueritati cōtradicit. Demonstramus ex scripturis,dictum filium
omnipotentem sicut & patrem,ut non solum ratio uera, sed etiam diuina testimonia hære
ticorum frontem percutiant impudentem. Dictus est pater omnipotens, propheta dicen-
te,Hæc dicit dominus omnipotens. Dictus est & filius omnipotens, Ioanne Apostolo in
apocalypsi dicente, de Iesu Christo domino nostro, qui est & qui fuit & qui uenturus est Apoc. 1
omnipotens. Dictus est spiritussanctus omnipotens,Salomone prophetante,Spiritus do- Sapien. 1
mini repleuit orbem terrarum,& is qui continet omnia,scientiam habet. An non est omni-
potens qui continet omnia? Dicit enim scriptura quòd deus iudex sit, dicente Apostolo,
Omnes astabimus ante tribunal Christi,ut referat unusquisq; secūdum ea quæ per corpus 2. Cor. 5
gessit,siue bonum,siue malum. Sed nos quando audimus deum iudicem, totam intelligi-
mus trinitatē. Tu aūt hæretice,dic quis sit iste deus iudex,pater,an filius? Si dixeris, pater
est,negas filium iudicem,quem in symbolo etiam tu confiteris uenturum uiuos mortuosq;
iudicaturum. Contradicis etiam euangelio dicenti, Cum filius hominis uenerit in claritate Matth. 25
sua,congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem,sicut separat pa-
stor oues ab hædis. In quo loco euangelistæ,expressius iudex demōstratus est filius,ut etiā
eiusdem iudicis sentētia panderetur, dicentis, Ibūt impij in combustionem æternam, iusti
B autem in uitam æternam. Si nolens subsistere tantæ autoritati dixeris filium iudicem, pa-
trem ergo negabis iudicem. Non, inquis, nego patrem iudicem. Quomodo non negas?
Quia pater, inquis, potestatem dedit, filius accepit. Video quidem hæretite, quò stra-
bis oculis intendas,quò peruersæ mentis aciei intētionem dirigas. Recitaturus enim mihi es
ex euangelio & dicturus, Pater non iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit filio. In eo, Ioan. 5
inquis,quod pater dedit, filius accepit, maior est utiq; qui dat, q̄ qui accipit, maior est pa-
ter,minor est filius. Non ex hac sententia glorietur tua uanitas:quoniam ex ipsa te nunc di-
uina conuincit autoritas. Pater, inquis, non iudicat quenq̄, sed omne iudicium dedit filio.
Cognoscimus:nouit quippe sana fides quomodo hoc intelligat. Homo enim ille susceptus,
qui etiā ipse appellatus est dei filius, accipiet potestatē,sed dante patre & filio,quoniam fi-
lius in patre est,& pater in filio. Cæterum si tu hæretice secundum illam peruersam uestram
doctrinam illi hoc uolueris assignare diuinitati qua filius æqualis est patri,quæro abs te di-
ligentius,& ut mihi respondeas celeriter,insistam,qui sit ille qui in libro Deuteronomij Mo
ysi dicebat, In die iudicij reddā illis. Non potes dicere pater est,quoniā secundū euāgelij sen Deut. 32.
tentiam à te prolatam,pater non iudicat quenquam. Ergo filius est qui dicebat, In die iudi-
cij reddam illis, Filius est. Respondē,quid dubitas? Filius dixit hoc,an non? Non est quod
dicas,nisi filium dixisse, In die iudicij reddam illis, quoniam pater non iudicat quenquam.
Sed uide sequentia huius libri,quemadmodum te prouocet, quemadmodum conuincat.
Cum enim dixisset, In die iudicij reddam illis, post paululum secutus adiunxit, Videte,in-
quit,quoniā ego sum deus,& non est alius præter me. Quid agis Ariane? nō est quà exeas.
Dic si audes,filium solum hoc dixisse,& negabis patrem nec deum esse nec iudicem. Depo-
ne uel nunc conuictus animositatem,audi ueritatem,intellige deum iudicem trinitatem:au-
di quòd & spiritussanctus iudex sit, ipse dominus in euāgelio ait, Cum uenerit paracletus, Ioan. 16
ipse arguet mundum de peccato,de iustitia,de iudicio. Quid quæris amplius? Item demon
strat scriptura diuina quòd simul habitet pater & filius & spiritussanctus in homine tanq̄

Ioã. 14 in templo suo. In euangelio filius, Si quis me, inquit, diligit, diligetur à patre meo, & uenie- C
mus ad eum, ego & pater, & mansionem apud illum faciemus. Ecce pater & filius. Quid
1. Cor. 3 spiritussanctus? Apostolum audi. Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus dei ha-
bitat in uobis? Item demonstratur quòd simul deserat impios pater & filius & spiritussan-
Sapien. 1 ctus. Salomon propheta, Peruersæ, inquit, cogitationes separant à deo. Ecce deus pater de-
serés peruersas cogitationes. Quid deus filius? Sequitur, Quoniam in maleuolam animam
non introibit sapientia. Christus est enim dei uirtus & dei sapientia. Ecce filius deserit male-
uolam animam, in qua sunt peruersæ cogitatiões, quas deseruit pater. Restat de spiritu san-
cto. Audi post paululum quid sequatur, Spiritus, inquit, sanctus disciplinæ effugiet fictũ,
& aufert se à cogitatiõibus quæ sunt sine intellectu. Audi, sine intellectu deserere hominem
spiritumsanctum. Quando ista idem ipse spiritussanctus per prophetam dicebat, uos præ-
uidebat. Ecce tam illa inseparabilis trinitas testimonijs diuinarum scripturarum demonstra-
tur, quòd simul habitet, simul regnet, simul possideat, simul deserat, quam uos Ariani sepa-
rando & per diuersos gradus filio & spiritui sancto iniurias irrogando, non in uobis ha-
bitare finitis: quoniam & deus pater aufert se à cogitationibus peruersis, quæ sunt in uo-
bis, & in maleuolam animam non introibit sapientia, quæ per uestræ animæ malitiam
sicut filium à patre, ita gregem separatis à summo pastore: & spiritussanctus effugiet fictũ,
id est, fictionem peruersæ uestræ doctrinæ, in qua demonstratum est, nec patrem, nec filiũ,
neq; manere spiritumsanctum. Quoniam igitur de unitate agitur trinitatis, patris & filij &
spiritussancti, quam unitatem non audemus dicere tres deos, nec tres omnipotẽtes, nec tres
1. Timoth. 1 inuisibiles, nec tres immortales, sed unum deum, de quo dicit Apostolus, Immortali, inuisi-
bili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. Nõ ergo nobisipsis dilectissimi fingamus patris
& filij & spiritussancti diuersas dignitates separabiles & inæquales ætates, ampliores & in-
firmas potestates, ne quod ipse dominus saluator noster uirtute ac maiestate sua idola era-
dicauit & templa, rursus in cordibus Christianorum diabolus fabricet idola. Fides itaq; ca- D
tholica hæc est, Omnipotentem, immortalem, atq; inuisibilem credere deum filium secun-
dum diuinam natiuitatem: uisibilem autem, mortalem, minoremq; angelis factum secun-
dum susceptam humanitatem. Omnipotentem, immortalem, atq; inuisibilem credere spiri-
tumsanctum secundum æqualem diuinitatem, uisum autem in specie columbæ propter fi-
lij attestationem. Et hæc trinitas simplex unitas, inseparabilis, inenarrabilis, semper manẽs,
Psal. 85 semper præsens, ubiq; regnans unus deus, de quo propheta Dauid dicit, Tu es deus solus
Cap. V magnus. Credimus in filium eius Iesum Christum, natum de spiritusancto
ex uirgine Maria. Hanc natiuitatem incredule quid expauescis? Noli credere, si tantum ho
mo erat qui natus est: si autem deus homo erat, de qua uoluit natus est. Illud potius mira-
re, quia uerbũ susceptt carnem, nec est mutatũ in carne, quia manẽs deus susceptt hominem.
Cæterũ quid miraris, quia genitrix suũ genuit genitorẽ, qa creauit creatura factorẽ? Sic uo-
luit nasci excelsus humilis, ut in ipsa humilitate ostẽderet maiestatẽ. Portabat filiũ mater, fi-
liũ intacta, mirabat & ipsa in aspectu suæ, plis quã amplexus nõ strinxerat maritalis. Sed
Psal. 86 credule audi, prædictũ cognosce impletũ. Dauid propheta dicit, Mater Sion dicet homo, &
homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. Ipse qui fundat eã altissimus, ipse in ea
factus est homo altissimus, quia talem matrem creauit altissimus, quia sic se in eam forma-
uit, ut procedens ex eius utero, & filium ei redderet, & integritatem non corrumperet. Quæ
est gratia matris huius & uirginis, quæ est gratia huius fœminæ quæ uirum nescius filium
Luc. 1 portat? Quæ est gratia? Audite Gabrielem angelum eam salutãtem, Aue, inquit, gratia ple
na, dominus tecum. Quãdo angelus istam uirginem sic salutauit, tunc eam spiritussanctus
fœcundauit, tunc illa fœmina uirum sine uitio concepit, tunc est repleta gratia, tunc domi-
num susceptt, ut esset in ea qui fecerat eam. Neque enim dilectissimi credendum est quòd
illo iam præsente ac protegente poterat illi fœminæ dominari corruptio in qua non erat ar-
doris libido, nouerit tamen quem portauit uirgo, mater nouerit, stupor abscedat, fides acce-
dat.

A dat. Ecce quem portas nascitur, nondum loquitur & totum concutit mundum. Clamat cœ-
lum noui syderis radians fulgorem, damat terra turbata per Herodem, ueniũt magi admo-
niti, inquirunt Iudæi turbati, quærunt ubi esset qui ubiq; totus est, quæritur in mundo fa-
bricator mundi: ad hoc autem quærebatur, non ut agnosceretur, sed ut occideretur, quia
mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. O munde immunde, uenit qui
te redimat, & turbaris: & hũc tu uis perdere, quando ille te disposuit liberare. O Iudæorum
terra impia, non congruis cælo. Cœlum demonstrat ut adoretur, tu quæris ut infans nece-
tur. Ille tibi annunciat deum hominem susceptisse pro te, & tu uis perdere eum qui uenit redi
mere te. Expecta paululum, ad hoc quidem uenit, ut tuam etiam pessimam impleat uolun
tatem, sed sustine ut suam ipse colligat hæreditatem. Collige collige redemptor, non glorie-
tur dispersor, uindica in eos qui te paruulum persequũtur, paruuli ipsorum pro te morian
tur. Super se in te crudeles existunt, paruuli ipsorum pro te moriantur. Vindica, sic uindica,
Insultent filij in parentibus nondum loquentes, conuincant sæuientes, infantes dicant testi
monium de tua innocentia, quia non est in te ulla malicia, & hi qui te uolunt innocentem
occidi, hoc eis proueniat ut suos paruulos ab eis facias separari. Lugeatis licet Iudæi atque
plangatis filios uestros, non illi moriuntur, quia à uita suscipiuntur: uobis irrigatur pœna
orbitatis, cæterum illis gloria offertur immortalitatis. Nunciastis Herodi ubi occidendus
inueniri potest filius dei, sed ille filios uestros occidẽs pro filio dei, & uos orbitatis pœna ne-
sciens punit tanquam proditores, & filios uestros dei fecit hæredes. Sic uos irridebat ille: ille
qui habitans in cœlo, iacebat in terra, sic furias uestras, uestricq; regis subsannabat, quando
mala uestra retorquebat, & de malis uestris multa ille bona faciebat. Agnouisti uirgo ma-
ter filij tui infantiam, agnosce & puericiam, Euangelium loquitur, Perrexerunt, ait, cũ puero Luce 2
Iesu parentes eius in Hierusalem, ut pro eo offerrent sacrificium secundum legem. Et factũ
est remeantibus illis, puer Iesus remansit in templo, & erat disputans cum senioribus & scri
B bis, & mirabant omnes in sapientia quæ erat in eo, & turbabat multos. Sed cũ reuersi essent
quærentes illum, inuenerunt illum sedentem in medio seniorum interrogantem & respon-
dentem illis. Et ait illi illa mater, Fili, quid feciſti nobis? Ecce enim solliciti & anxij quæreba-
mus te. Tũc ille, Quid sollicita eras, inquit: nescis quia oportet me in his quæ patris mei sunt,
operari? Quando talia mater à puero audiuit, corde expauit: non enim patrem nominabat
ille quem nesciebat in terra, sed illum qui fecit cœlum & terram. Agnosce & eius adolescen-
tiam, uideat multa & magna miracula, conuersionem aquarum in uinum. In quo primo
miraculo tentauit illa fœmina iubere se filio posse tanquam mater, domina quæ se agnosce
bat ancillam, Fili, ait, defecit illis uinum, fac rursus, ut aquæ conuertantur in uinum. Et ille ut Ioan. 2
distingueret inter deum & hominem, quia secundum hominem minor erat, secundum ho
minem subditus erat, secundum deum autem supra omnes erat, Quid mihi & tibi est, in-
quit, mulier? Nondum uenit hora mea, tanquam ei diceret, ueniet hora quando id quod
natũ est de te in cruce pendens, agnoscat te, & discipulo dilecto cõmendet te. In hoc aũt mi
raculo quid mihi & tibi? Nõ enim hoc processit ex te, sed in eo qui fecit te, non cõpetit tibi
ut iubeas deo, cõpetit aũt ut subdita sis deo. Sed pia mater quæ non aspere tulit admonitio
nẽ filij dicentis, Quid mihi & tibi? uideat in cæteris miraculis deum operantẽ quẽ intuebat
filium adolescentem, uideat cæcorum illuminationem, leprosorum mũdationem, claudo-
rum cursus, surdorum auditus, dæmonũ fugationes: & quod maius his omnibus, mortuo-
rum resurrectionem. Sed adhuc agnoscat hæc mater, expauescat filij sui etiam iuuentutem.

Quid restat iuueni, nisi ut procedat uelut sponsus de thalamo suo, accipiat Ca. VI
sponsus sponsam, quæratur, inueniatur quæ ei coniungatur? Qualis est de qua natus est,
talis ei inueniatur, quæ & matrem reddat fœcundam, & uirginem seruet intactam: filius per
manentis uirginis uirginem permansuram accipiat. Ecce tempus est, Modo Iudæi suam im
pleant uoluntatem, quando dignatur ipse dare potestatem. Agite Iudæi nescientes nuptias
agni, date præmium pecuniæ malo Iudæ. Agite ut ille qui natus est de uirgine, à Pontio

Pilato ſuſpendatur in cruce. Aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lignum. Aſcẽdat ſponſus C
noſter thalami ſui lectum, dormiat moriẽdo, aperiatur eius latus, & eccleſia prodeat uirgo:
ut quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormiẽtis, ita & eccleſia formetur ex latere Chri-
ſti in cruce pendentis. Percuſſum eſt enim eius latus, ut euangelium loquitur, & ſtatim ma-
nauit ſanguis & aqua, quæ ſunt eccleſiæ gemina ſacramenta. Aqua, in qua eſt ſponſa purifi-
cata: ſanguis, ex quo inuenitur eſſe dotata. In iſto ſanguine ſancti martyres amici ſpõſi ſto-
las ſuas lauerunt, candidas eas fecerunt ad nuptias agni, inuitati uenerũt, à ſponſo calicem
acceperunt, biberunt, eicꝫ propinauerũt, ſanguinem eius biberunt, ſanguinem ſuum pro illo
fuderunt. Quid egit uæſana impietas Iudæorum, quia inuitati nõ ſolum uenire noluerunt,
ſed inſuper ſponſum occiderunt? Quid egit iniquitas Iudæ qui eum uẽdidit, à quo redimi
debuit? Ecce nec Iudas tenuit precium, nec Iudæi quem comperauerant Chriſtum. Illi dico,
ubi eſt quod accepiſti? Iudæo dico, ubi eſt quod emiſti? Illi dico, quãdo uendidiſti, tunc te
decepiſti: iſti dico, quod emiſti, poſſidere non potuiſti. Exulta Chriſtiane in commerciũ ini
micorum tuorum, tu uiciſti: quod Iudas uendidit, & Iudæus emit, tu acquiſiſti. Exulta ex-
ulta ſpõſa eccleſia, quia niſi iſta in Chriſto facta eſſent, tu ab illo formata non eſſes: uẽditus
redemit te, occiſus dilexit te. Et ꝙa te plurimũ dilexit, mori uoluit ꝓpter te. O magnũ ſacra
mentum huius coniugij. O quàm magnum myſterium huius ſponſi & huius ſponſæ, non
explicabitur digne humanis uerbis. De ſponſo ſponſa naſcitur, & ut naſcitur, ſtatim illi con
iungitur, & tunc ſponſa nubit, quando ſponſus moritur: & tunc ille ſponſæ coniungit, quan
do à mortalibus ſeparatur. Quando ille ſuper cœlos exaltatur, tunc iſta in omni terra fœcũ
datur. Quid eſt hoc? Quis eſt iſte ſponſus abſens & præſens? Quis eſt iſte ſponſus præſens
& latẽs, quem ſponſa eccleſia fide tantum concipit, & ſine ullo amplexu membra eius quo-
tidie parit? Quis eſt iſte qui ſic natus eſt, ſic creuit, ſic mortuus eſt? Quis eſt iſte qui infans te
gem terruit, puer Iudæos conuicit, iuuenis Pontium Pilatum turbauit? Quis eſt iſte, uultis
Pſal. 23 noſſe? Dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ. Si dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ: ergo D
nec Iudæos timuit quando armati uenerant, nec iudicem iniuſte iudicantem, nec milites irri
dentes, nec inimicos ſubſannantes, nec coronam ſpineam imponentes, nec ſua ueſtimenta
diuidentes, nec fel, nec acetum, nec crucem, nec lanceam, nec mortem. Quando enim iſta Iu-
dæi potius cꝫ Pilatus faciebant, dominus uirtutum negocium noſtrum agebat, quæ non
rapuerat, tunc exoluebat: non rapuit iniquitatem, & pro iniquis ſuſcepit mortem, ut implere
Pſal. 68 tur quod de eo ſcriptum eſt, Quæ non rapueram, tunc exoluebam. Deniqꝫ ut noueritis pro
nobis reddidiſſe quod non debebat, Chriſtus enim pro impijs mortuus eſt, mox ſæculum
carnis ſuæ in crucis ligno perſoluit, & precium noſtrum exactori reddidit. Ibi ſtatim illum
latronem fecit confeſſorem, ut per eum impiorum reſtauraret ruinam, uidẽtes redemptum
quem diabolus poſſederat homicidam. Videte dominum uirtutum & in ipſa morte mira-
cula facientem. Tunc latro confitebat, quando Petrus turbabatur: tunc iſte agnouit, quãdo
ille negauit. Sed nunquid quia dominus acquiſiuit latronem, Petrum perdidit negatorem?
Abſit, abſit. Agebat myſterium qui fundebat preciũ, in Petro demonſtrans, non in ſe quen-
quam iuſtum debere præſumere: in latrone, nullum impium cõuerſum poſſe perire. Timeat
bonus ne pereat per ſuperbiam, non deſperet malus de multa malicia. Colligantur præſu-
mentes, colligantur deſperantes. Magnum precium pro nobis datũ eſſe cognoſcimus, quia
ſanguine Chriſti redempti ſumus. Agamus quomodo tali domino non diſpliceamus.
Ecce amauit ſeruos, & quos redemit, ſaluos fecit liberos. Ecce parũ eſt, quia donat libertatẽ
ſuã, exhibet fraternitatẽ, promittit etiam hæreditatem. Habes amplius quod expectes. Su-
ſcepit ueniendo mortem tuã, donauit reſurgendo uitã ſuã. Habes amplius ꝙd expectes: ille
ille qui crucifixus eſt pro te, die tertio à mortuis reſurgẽs, ſuper cœlos exaltauit te, filiũ dei fe-
Pſal. 11 cit te. Habes amplius qd expectes. Quid retribuamus dño pro omnibus quæ retribuit no-
bis? Fecit nos anteꝫ eſſemus, donauit uitã, donauit ætatẽ, donauit liberã uolũtatem, dona-
uit ſubſtantiam, donauit ingenium, donauit rationem, donauit ſcientiam, donauit omnia
ſua

A ſua ut eſſent tua, & his omnibus bonis mali uſi ſumus, ſuperbi effecti ſumus, creatorẽ tanta
bona largientem, merito præuaricationis offendimus. Periuimus, quæſiuit: captiui ducti ſu
mus, ſubuenit: ad mortem perpetuam ducebamur, liberauit. Quid tibi minus exhibuit, qui
ſeipſum pro te tradidit? Et dubitas ꝙ tibi donet uitam ſuam, qui tecum cõmunicauit mor-
tem ſuam. Quid retribuemus ei? Si non eſt quod ei tribuamus, ab ipſo accipiamus quod ei
offeramus. Hoc à te quærit Chriſtus, hoc tibi dicit. Quod feci pro te, hoc & tu fac ꝓ me, ani-
mam meam poſui pro te, & tu pro fratribus tuis animam tuã pone. Noli timere mortem,
quia cum uincere non poſſes, ego ſum mortuus ut tu uinceres, uinceres non per te, ſed per
me, quia & ego quòd ſum mortuus, non eſt propter me, ſed propter te. Tu enim mori noue-
ras, reſurgere non noueras, ſuſcepi mortem quam noueras, demonſtraui reſurrectionẽ quã
ignorabas. Credendo ama reſurgentem, ut per illum & tu reſurgas. Diximus & quantũ ille
donauit, expoſuimus has tres ſententias, quòd natus ſit de uirgine Maria, crucifixus ſub Põ-
tio Pilato, & ſepultus, tertia die à mortuis reſurrexit. Si enim de ſingulis, ut dignum eſt, lo-
qui poſſemus, prolixitas ſermonis faſtidium uobis quàm delectationem incuteret.

Quia ergo diximus, quouſq; ille altiſſimus deſcẽderit propter nos, nũc dicamus quomo Cã. VII
do id quod ſuſcepit ex nobis in cœlũ leuauerit, ad dexterã patris collocauerit, ac fidei noſtræ
certũ pignus dederit, ut ſecura ſint mẽbra de tãto capite, fideliterꝫ ſperent ad ipſum ſe poſ
ſe peruenire, quẽ iam credunt ad dexterã patris ſedere. Aſſumptus in cœlos. Seſſionẽ iſtam
dilectiſſimi nõ accipiatis humanis membris poſitã, tanꝫ pater ſedeat in ſiniſtra, ut filius ſe
deat ad dexterã, ſed ipſã dexterã intelligite poteſtatẽ, quã accepit homo ille ſuſceptus à deo,
ueniat iudicaturus qui prius uenerat iudicandus. Ad hoc enim aſcendit in cœlum, ut fides
ſuum impleat locum. Prædictum quippe hoc inuenitur per Dauid prophetam. Ait enim,
Congregatio populorum circundabit te, & propter hanc in altum regredere, dominus iudi Pſal. 7
cat populos. Hoc quippe ait, Quoniam humiliatus es in forma ſerui uſq; ad crucis oppro- Philip. 2
B brium, Et hi qui te uiderunt crucifixum, aliqui crediderunt, multi dubitauerunt. Reſurgens
à mortuis in altum regredere, ſuper cœlos dignare aſcendere, ut congregatio populi fidelis
congregetur in unum per fidem, ut fides deducat eos ad ſpeciem. Ipſa eſt uirtus omnipoten
tiæ tuæ, ut plus poſſis in ipſis fidelibus, quando abſens ab eis in homine illo ſuſcepto ſenti-
ris. Cæterum præſentia tuæ maieſtatis de cordibus fidelium tuorum nunquam diſcedis. Vi
dete autem dilectiſſimi, quid donauerit iſte qui aſcendit in altum, captiuam duxit captiuita
tem, dedit dona hominibus: uidete quid donauerit, uenit mirabiliter, creuit mirabiliter, ex-
hibuit multa miracula, quæ ſuperius commemorauimus, ſalus æterna multis præſtitit ſalu-
tem, qui infirmitates noſtras ſuſcepit, multas uariasꝫ infirmitates curauit. Circundatus
etiã hinc fuit multitudine populorum, quos adduxerat non fides, ſed curioſitas oculorum.
Deniqꝫ uiſa miracula multi laudabant, alij detrahebant, Nã unde eſt illud detractionis uer
bum dicentium, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiecerit dæmonia? Cum tanta Lucæ 11
tamen miracula faceret, contemptus eſt, non ſolum digne habitus non eſt, ſed inſuper occi-
ſus eſt. Quare tunc nõ factum eſt, ut præſentia eius numerus ille colligeretur, niſi quia opor
tebat impleri omnia quæ de eo erant ſcripta? Etenim quãdo illa agebantur, iam illi ab ipſo
præparabantur, iam captiuitas eorum capta erat. Expectabatur ut aſcẽderet ſaluator, & do
naret dona. Quæ dona? Dona quæ acceperunt diſcipuli, quæ accepit Petrus ut moreretur
pro abſente, quem deſperando negauerat præſentem. Videte quid idem Petrus dicat in epi
ſtola ſua, quid effundat ex dono illo ſanctiſpiritus, Credentes, inquit, in eum quem non ui 1. Pet. 1
detis, gaudete inenarrabili gaudio. Gaudeamus & nos credendo in eum quem non uide-
mus, ut ſecuri illum uideamus, cum ad ipſum peruenerimus. Veniet autem & ipſe, ſed nõ
talis qualis antea uenit. Venturus eſt enim uiuos & mortuos iudicare. Veniet ut Cã. VIII
iudicet qui ſteterit ſub iudice, ueniet in ea forma in qua iudicatus eſt, ut uideãt in quẽ pupu-
gerunt, & cognoſcẽt Iudæi quem negauerũt, cõuincat eos ille homo ſuſceptus, & ab eis cruci
fixus. Fortaſſe dilectiſſimi, quoniã ueritas euãgelica nõ tacuit eũ cũ cicatricibus reſurrexiſſe,
qui

qui posset si uellet de corpore susc itato & clarificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis C
abstergere, sed sciebat quare cicatrices in corpore suo seruaret, ut uulnera dubitationis in
Ioan.20 cordibus discipulorum sanaret. Fortasse ergo, ut dixi, sicut demonstrauit Thomæ non cre-
denti, nisi tangeret & uideret: ita etiam inimicis suis uulnera demonstraturus sua. Propter
Zach.12 quod dictū est per prophetā, Videbunt in quē pupugerūt. Non ut eis dicat sicut Thomæ,
Quia uidisti, credidisti: sed ut cōuincēs eos ueritas dicat, Ecce hominē quē crucifixistis, ecce
deum & hominem in quem credere noluistis, Videtis uulnera quæ infixistis, agnoscitis la-
tus quod pupugistis, quoniam & per uos & propter uos apertum est, nec tamen intrare uo-
luistis. Qui non estis redempti precio mei sanguinis, non estis mei, discedite à me in ignem
æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed illorum mors proficiat ad nostram
salutem. Si illi contempserunt, nos timeamus eum qui sic uēturus est iudicare. Festinet unus-
quisq; cum uiuit ut uiuat, currat ut eius precioso sanguine redimatur, ne cum non fuerit in-
uentus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum. Hic dum uiuitur, melior
Psal. 6 eligatur locus. Hic est tempus fidei. Cæterum, in inferno, ait propheta, quis cōfitebitur tibi?
Qui semper uult uiuere, & non timere mortem, teneat uitam, ut mors superetur à uita. Qui
non uult timere istum iudicem iudicantem, ipsum nunc sibi adhibeat defensorem.

Cap. IX Credimus in spiritumsanctum. Spiritumsanctum deum credimus æqualem patri &
Ioan.15 filio, quia simul est & in patre & in filio. Quomodo est in patre? Filū audi, Spiritus, inquit,
qui procedit à patre, ipse introducet uos in omnem ueritatē. Quomodo est & in filio? Ipse
filius post resurrectionem mittens discipulos suos prædicare euangelium, insufflauit in fa-
Ioan. 20 ciem ipsorum, & ait illis, Accipite spiritumsanctum. Quomodo est spiritus patris? Ipse do-
Matth.10 minus in euangelio, Non enim uos estis qui loqmini, sed spiritus patris uestri qui loquitur
Rom.8 in uobis. Quomodo est & spiritus filij, Apostolus dicit, Si quis spiritum Christi non habet,
hic non est eius. Quomodo idem ipse spiritus patris & filij procedens à patre & filio, attesta-
Ioan. 7 tur filium susc episse carnem, Ioannes euangelista dicit, Spiritus, inquit, nondum erat datus D
Matth.3 quia Iesus nondum erat clarificatus. Quando autem clarificatus est filius, ipse dicit, Aperti
sunt ei cœli, & descendit super baptizatum Iesum spiritussanctus in specie columbæ, uoxq;
facta est dicēs, Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Hoc tu hæretice Ariane
cum audis uel legis, filium clarificatum, spiritumsanctum in specie columbæ de cœlis esse
trāsmissum, hac autoritate carnalis tua cogitatio & phantasia spiritus mali, qui operat in fi
lijs diffidētiæ, patrem inducis maiorem, quia uisus nō est: filium minorem, quia uisus est in
homine: spiritumsanctum filio multo inferiorem, quia in specie apparuit columbæ. Dicis e-
nim tibi, & peruerse ratiocinaris: quantum distat uisibilis ab inuisibili, tantum distat filius
à patre: & quantum distat species hominis ab specie columbæ, tantum distat honor filij ab
honore spiritussancti. Hæc cogitans, illi proximus es præcipitio erroris, neq; enim defuerūt
qui hoc sentirent de humana anima, quod tu uis asserere de substantia diuina. Introduxe-
runt enim quidam, pro meritis animas dari corporibus, & esse reuolutiones & circulos. Pro-
Psal.11 pheta Dauid diuina uoce dirumpens, In circuitu, inquit, impij ambulant. Qui talia credunt
uel prædicant, impij sunt. Et tanquam ei deus diceret, Quid tu de propagine hominum sen
tis? secutus adiunxit, Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Sed hæc
alia quæstio est, in qua nunc non opus est diutius immorari. Verūtamen quia de specie ho
minis & columbæ, nostra tecū hæretice est disceptatio, In hoc enim filium ampliorem esse
à spiritusancto dicis, quia pro dignitate gradus sui, sicut multū distat inter naturā hominis
& columbæ, tantā distantiam uis esse filij & spiritussancti. Possem quidem tibi respondere,
quia innocentiā quā habet colūba, non habet homo, sed nō dico. De illo enim homine agi-
mus qui uenit sine peccato. Sed si hoc te mouet, quia filius hominē susc epit, spūs in colūba
apparuit, mouere te hoc & debet, qa & ipse homo à filio dei susceptus, à scriptura diuina di-
Ioan.1 ctus est agnus. Nā & Ioannes baptista dicit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Et
Esaiæ. 53 Esaias propheta dicit, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tonden
te

A te se, sic non aperuit os suum. Et Ioannes apostolus in Apocalypsi dicit, Vidi agnum Apoc.5
stantem quasi occisum. Dic mihi si ualueris tu exponere, quare sit dictus agnus filius dei, ex-
ponam tibi & ego columbæ speciem spiritussancti. Si mihi dixeris, agnus filius dei propter
innocētiam, hoc & ego tibi de spiritusancto referam, ideo columba spiritussanctus propter
innocentiam. Si Christus agnus propter innocentiam, & spiritussanctus columba propter
innocentiam. Custodi & tu innocentiam, & uide æquitatem. Vides æquitatem, si patris &
filij & spiritussancti intelligis unitatem. Sed adhuc uanas tuas machinas diuersasq; compa
rationes de patris & filij & spiritussancti substantia, catholica doctrina suffodiat, ut ædifi-
cium tuum quod super arenam, non super petram ædificas, flatu uentorum diuinorum sci-
licet eloquiorum, & pluuia, gratia descendente subuertat, subuersumq; fiat ruina magna.
Quamuis nos inuisibilem totam trinitatem nouerimus, credamus, teneamus: dic tu nobis
hæretice, qui sit ille qui apparuit Moysi in flamma ignis in monte Sina, cuius posteriora ui
dit Moyses ipso se demonstrante: nam cum ille quæreret faciem dei uidere, dicens, Si inueni Exodi 33
gratiam ante te, ostende mihi faciem tuam. Hoc ei dominus respondit, Ascende in Oreb, &
sta super petram, & transiet claritas mea ante te, & posteriora mea uidebis, facies autē mea
non uidebitur tibi. Quis est qui ducatum præbuit filijs Israël exeūtibus de Ægypto? Deus, Exo. 13
ait liber Exodi, præibat illos die quidem in columna nubis, nocte autem in columna ignis.
Quis est iste? Pater est, an filius? Si dixeris, pater est, Visus est ergo & pater in aliqua spe-
cie. Non autē audes dicere, filius est, ne rursus ipsius testimonio Moysi obruaris, Tu es deus
solus, & alium non nouimus absq; te. Ergo deo patri assignabis quòd apparuit in columna
ignis uel nubis. Si deo patri hoc assignabis, redi modo ad illam ratiotinationem tuam, &
dic mihi quæ sit melior natura, ignis, nubis, aut hominis: Et si dixeris, ignis uel nubis, irride-
ris non solum ab hominibus, qui certa ratione sunt præditi, non qui uestra uana seductio-
ne decepti, sed etiam ab ipsis pecoribus, quibus &si nō sit rationalis intellectus, inest tamen
B naturalis sensus, qui non est attributus igni uel nubibus. Si autem dixeris, hominis est me-
lior, filius à te demonstratur patre maior, quia filius apparuit in homine, pater apparuit in
igne. Hoc Ariani secundum uos dictum sit: secundum rectam autem ueramq; doctrinam,
quemadmodum non est filius patre maior, quia filius apparuit in homine, pater in igne, sic
non est spiritussanctus minor filio, quia in specie apparuit columbæ: diuina illa substantia
trinitatis manēs in seipsa sicuti est, ut innouaret perdita, nostramq; restauraret ruinam pro
captu hominum, & pro congruentia cuiuslibet rei se inuisibiliter demonstrauit, unitatem,
æqualitatemq; suam non amisit in igne deus, sed non est ignis: in homine filius, sed nō hoc
solum quod uidebatur erat, erat & quod latebat, Nam si totum quod uidebatur erat, quid
est quod dicebat discipulis suis, Qui me diligit, & ego diligam eū, & manifestabo meipsum Ioan. 14
illi? Quid manifestaturus erat, si totum quod uidebatur erat? Ergo erat & quod latebat. Ita
& spūs in columbæ apparuit specie, sed nō columba erat spiritus. Totum hoc homo quod
factum est, propter te factum est, Noli iniuriam facere illi qui te fecit, ut consequaris ab illo
quod in isto sancto symbolo sequitur. Remissionem omnium peccatorum. Cap. X
Noli minorem prædicare eum, qui te perducit ad regnum cœlorum in remissionem pecca-
torum. Sine ista fide si quis ad baptismū accedit, ipse contra se ianuam indulgētiæ claudit.
Nec propter aliud dilectissimi, factū est, ut & pater mitteret filiū, & ipse filius susciperet homi
nem sanandū, & spiritussanctus hoc effunderet donū, nisi ut nostræ animæ erucrent à sarci
nis peccatorū. Totū quidem hominē susc epit ille curandū, sed amplioré curā demonstrauit
adhibendā esse animæ q̄ corpori. Nāq; cū ipse saluator inter cætera quæ præsens faciebat,
paralyticū antiqua ualetudine oppressum uideret, prius enim animā censuit esse sanādam,
tūc demū etiā eius corpori dignatus est donare salutem. Fili, inquit, confide, quoniā remissa Matth.9
sunt tibi peccata tua. Magna salus, nō est contēnenda. Hāc appetere debet quisquis interius,
si exterius saluus esse desiderat. Mūdate, ait ipse dominus, quæ intus sunt, & quæ foris sunt
mūda erūt. Verūtamē intētio illa peruersa Iudæorū, quæ nō fideliter sequebat Christū, sed Matth. 25
ad

ad hoc eum frequentabant, quia ei dolosi dolose insidias præparabant, quando audierunt C
Marci 2 dominum paralytico dicentem, Dimissa sunt tibi peccata tua, continuo susurratio illa cogitationis pessimæ, ubi eos audiebat qui corda inspiciebat: quis est iste, inquit, qui peccata dimittit? Blasphemat, Nemo enim potest dimittere peccata, nisi solus deus, Ille autem ut eis demonstraret se esse deum, eorumq; nequitiam ostenderet, ac suam demonstraret potentiam, ait illis, Quid cogitatis malum in cordibus uestris? Quid est amplius dicere, Dimissa sunt peccata tua tibi, aut dicere, surge & ambula? Vt autem noueritis quia habet potestatẽ filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Surge, tolle grabbatũ tuũ, & uade in domum tuam. Et statim surrexit, & tulit grabbatũ suum, & abijt. O quàm melius illi esset, si post acceptam remissionem peccatorum, non de lecto ad peccandum iterum surgeret, sed de sepulchro ad ueram uitam libere securusq; surgeret. Non enim uacat dilectissimi quod ei dictum est, Tolle grabbatũ tuum, & uade in domum tuam. Sic enim eũ dominus curari exterius uolebat, ut iam interius nõ laboraret. Tolle autem grabbatum tuũ, quid est, nisi porta rursus sarcinam delictorũ tuorum? Non erũt scapulæ tuæ liberæ, portabis quod
Ioan. 8 te premat, curuus eris sub onere, caput iam liberũ iterum grauabit seruitute. Omnis enim, ait dominus, qui facit peccatum, seruus est peccati. Si post remissionem peccatorum ille paralyticus ex hac uita migraret, plenam acciperet libertatem. Quod autem hic uiuere postea permissus est, & si nõ peccat, quod credere difficile est, multum periclitatus est, quia tota hæc uita tentatio est. Quisq; itaq; dilectissimi fideliter credit, & hanc professionem fidei suæ, in qua remittuntur omnia peccata, indubitanter tenet atq; amplectitur, præparet uoluntatem suam uoluntati dei, ut si eum post baptismum dignatus fuerit in hac uita aliquantulum de-
Psal. 26 tinere, iste nõ quiescat orare ac dicere, Adiutor esto meus, ne derelinquas me. Si autẽ dignatus fuerit liberum, atq; ab omni fece peccati mũdatum ad se uocare, incunctanter ac sine tristitia pergat ad eum, cum quo & per quem incipiat & ipse regnare, nec uehiculum mortis timeat, in quo prior ascendit ipse qui uocat. Sicut enim ipsum resurgendo perduxit ad patrẽ, D
ita & te illi per resurrectionem repræsentauit, Quia ut te inuitaret ad cœlum, ad terram de-
Cap. XI scendit, sed non deseruit cœlum. Carnis resurrectionem. Resurrecturam esse omnem carnem, rationalem scilicet creaturam fideliter teneamus. Hæc est summa fidei nostræ quæ separat ab infidelibus. Neq; eñ de pecudibus uel cæteris animãtibus, quibus nõ est attributa imago creatoris, fas est nobis disputare. Ista enim omnia ad usus nostros creata esse cognoscimus. Legat quis quid deus dixit homini quando eum formauit atq; bene-
Gen. 1 dixit, & inueniet ita scriptum in libro Geneseos, Fecit deus hominem, ad imaginem suam fecit illum, masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, pecorum terræ, uolatiliũ cœli. Ista ergo omnia propter usus nostræ infirmitatis, ut dixi, creata sunt. Sed quemadmodum non resurgit nobiscũ nostra corruptio, neq; infirmitas, ita nec ea quæ sunt necessaria nunc nostræ infirmitati. Qualia futura sunt nostra corpora, Paulus apostolus di-
1. Cor. 15 cit, Seminatur, inquit, in corruptione, resurget in incorruptione: seminatur in infirmitate, surget in uirtute, seminatur in contumelia, surget in gloria: seminatur animale, surget corpus spiritale. Incorruptio hæc uirtus & gloria & spiritus uiuificans faciet nos, sicut ipse dominus promittere dignatus est, æquales angelis dei, ut uiuamus cum ipsis in æterna uita, in unam immortalitatem ac sempiternam patriam, in qua patria uita nostra æterna ipse Christus erit. Ipse enim est uerus deus & uita æterna. Hoc sequitur etiã in isto sancto symbolo quod
Caput XII post resurrectionem carnis credamus, Et uitam æternam. Non nostri iam dominabitur corruptio immortaliter uiuentibus, & cum ipsa æterna uita manentibus. Neque enim indigebimus illic uestimento ubi erimus immortalitate uestiti: nec cibus nobis deerit, quando ipse panis uiuus, qui propter nos de cœlo ad terras usq; descendit, sui præsentia no-
Psal. 35 stras animas satiabit; nec potus nobis deerit, præsente fonte uitæ. Saturabit enim nos ab ubertate domus suæ, & torrẽte delitiarum suarum corda nostra rigabit. Æstus illic non patiemur.

A tiemur: Illic est enim refrigerium nostrum, qui nos sub umbra alarum suarũ protexit & protegit. Frigus illic non patiemur: est enim ibi sol iusticiæ, qui suo amore calefaciens corda nostra, radijs diuinitatis suæ illuminet oculos nostros, ut uideant diuinitatem, æqualitatemq; patris & filij & spiritus sancti. Non ibi fatigabimur, nobiscũ enim erit uirtus nostra, cui nũc dicimus, Diligam te dñe uirtus mea. Non ibi dormiemus, non enim ibi sunt tenebræ quæ Psal. 17
excludere possint permanentem diem. Nulla ibi erit negociatio, nulla seruitus, nullũ opus.
Et quid illic acturi sumus? Fortasse illud quod scriptum est: Vacate & uidete, quoniam ego Psal. 45
sum deus. Vacuitas ista contemplationis, erit opus nostræ actionis, ut contemplantes delectemur, & delectabiliter contemplemur uidere. Quid uidere? Bona dñi. Quæ bona? Possu- Esa. 64
mus exprimere illud quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit?
Possumus explicare quomodo erit deus omnia in omnibus? Possumus explicare quomo- 1. Cor. 15
do ipse filius cum tradiderit regnum deo & patri, id est, sanctam congregationem fidelium, ita illum hominem susceptum, ampliusq; clarificatum non dimittat, ut tamen claritatem quam habet cum patre anteq; mundus fieret, ipsis iam fidelibus demonstrare nõ differat?
Possumus explicare quemadmodum sponsa ecclesia, quæ ex uiris & fœminis, omnis cõuertatur in uirum perfectum, atq; ita dignitatem uirilem accipiat ut tamen sponsæ nomen nõ perdat? Possumus explicare sanctorum corpora resuscitata, ex qua gloria in quam gloriam transeant? Possumus explicare quò Christum sequantur uirgines, quò eum sequi nequeant non uirgines, atq; illas nescio quò ubiq; manens secum ducat, nec tamen eas, quæ non sunt uirgines deserat? Quis audet de his rebus positus in hac mortali carne quæ aggrauat animam, aliquid dicere, cum Paulus apostolus hoc non ualuit explicare, qui in isto positus corpore, usq; in tertium cœlum gratia operante ualuit ascendere? Non simus curiosi ad inuestigandum, quod apostoli exprimere minime potuerũt. Certe ex me nemo scire quærat quod in me nescire scio, nisi forte ut nescire discat, quod scire non posse sciendum est. Sed per fidẽ
B & patientiam & sanctam matrem ecclesiam speremus nos accipere, quicquid magnis & pu- Cap. XIII
sillis dignatus fuerit ille donare. Sancta ecclesia, in qua omnis huius sacramenti terminatur autoritas, mater & uirgo, corpore casta, prole fœcunda, sponsa Christi superius declarata, pie nutrit filios quos deo patri dignos assignare contendit. Filij boni amate tantam matrem, filij boni nolite deserere quotidie uos requirentem, rependite uicem, amate amantem. Tanta est, talis est, nobilis est, regia prole fœcunda est, non eam patiamini aut filiorum malorum, aut pessimorum seruorum iniurijs atq; insidijs macerari: agite causas matris uestræ, exerite eius amplissimam dignitatem: seruus malus nõ insultet dominæ. Hæreticus Arianus non insultet ecclesiæ. Lupus est, agnoscite: serpens est, eius capita conquassate. Blanditur, sed fallit: multa promittit, sed decipit. Venite, inquit, defendam: si necessitas est, pascam: si nuditas, uestiam: dabo pecuniam, statuam quid per singulos dies quisq; accipiat. O lupe male, ô serpens inique, ô serue nequissime, dominam calcas, ueram matrem impugnas, Christum exufflas, catholicum rebaptizas, & quod est pessimum, artis tuæ aliquos potentia premis ut perdas, alios pecunia comparas quos occidas. Ergó ne hæretice ad hoc uestis nudum, ut expolies intus Christi uestitum? Ad hoc pascis esurientem, ut animæ auferas cibum cœlestem? Ad hoc das pecuniam, ut sic tibi isti uendant Christum rebaptizandum, quemadmodum Iudas Iudæis Christum crucifigendum? Pecunia tua tecũ sit in per- Act. 8
ditionem. Peiora hæretice facis ẽq; quis fecit Iudæus. Ecce enim Iudæus & si præmio comparauit Christum occidendum, semel latus in cruce pendentis pupugit, sed totum eius corpus integrum reseruauit: tu uero ad hoc eum quotidie comparas pecunia, ut sedentis in cœlo diuersa laceres membra. Vos autem dilectissimi, qui ab initio uberibus sanctæ matris ecclesiæ nutriti, usq; ad solidũ cibũ estis ab ea perducti, mancte in ea. Si quis eius uel disciplinã, uel quamlibet admonitionem aspere tulit, & iratus abscessit, agnoscat matrem, redeat ad eã libenter, & hæc suscipit quæ requirit, gaudebit filium perditum fuisse conuersum. Sed licet multũ gaudeat filiũ perditũ fuisse cõuersum, stabilitatis dignitatẽ nõ quiescit prædicare secũ permanentiũ filiorũ. Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONEN. EPISCOPI, De symbolo ad catechumenos, liber alius.

Cap.I SACRAMENTVM symboli quod accepistis, memoriæq; mandatum pro uestra salute retinetis, noueritis hoc esse fidei catholicæ fundamentũ, super quod ædificium surrexit ecclesiæ constructum manibus apostolorum & prophetarũ. Ædificium enim domus dei lapides sunt uiui, quod
1.Cor.3 estis uos. Ita enim credentibus scribit Apostolus, Nescitis, inquit, quia templũ dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Sed & apostolus Petrus
1.Pet.2 alloquens fideles, Vos, inquit, tanq; lapides uiui ædificamini in domum spiritalem. Quisquis huic ædificio cõiungi desiderat, renunciet diabolo, pompis & angelis eius. Pompæ diaboli sunt quæq; illicita desideria quæ turpant, non quæ exornant animam, ut sunt, desideria carnis, desideria oculorum, ambitiones seculi. Ad concupiscentiam carnis pertinent illecebræ uoluptatum. Ad concupiscentiam oculorum, nugacitas spectaculorum. Ad ambitionem seculi, insana superbia, ubi est fumus inflatus, ut homo positus in aliqua potestate, hominem se esse nno agnoscat cum de homine iudicat. Qui ergo uult mundum uincere, tria ista uincat quæ sunt in mundo, & per hæc illum uincit etiam qui suadendo per su-
Cap.II perbiam decepit mundũ. Postq; autẽ homo renunciando diabolo excludit pessimũ inuasorẽ, introducat optimũ possessorem, credat in deũ patrẽ omnipotentẽ &c. Magnũ
Esa.7 donum gratiæ credere & intelligere deũ. Sed quid propheta dicit? Nisi credideritis, nõ intelligetis. Credamus ergo ut intelligamus, sed oremus ut mereamur uidere quod credimus. Peccata enim & autor peccati diabolus, separauit animam à deo: & dum creatura secuta seductorem suum deseruit saluatorem, facta est ruina magna, & errauit. Anima uero ut pro deo coleret idola & adoraret ipsa quæ fecit, deserendo illum à quo facta est: adorando enim lapidem nullam habentẽ uitã, ipsa perit deserẽdo deũ, qui est eius uera & æterna uita. Hinc B
error omnis & desertio bonorũ, hinc cultus Paganorũ & peruersitas hæreticorũ, & errauerunt animæ per diuersas uoluptates & peruersas, ut alij colerent solem, alij lunam & stellas, alij montes, alij lapides & quæq; uirgulta, ut sibi quisq; credidit inuenisse, non adiutorem deũ, sed deceptorẽ diabolũ, atq; ita per diuersa anima errauit à creatore suo, ut omne quod ei dederat deus ad seruitiũ, hoc illa coleret ut deum. Nónne omnia propter hominẽ creata
Gen.1 sunt? Legat quis scripturas sanctas, & inueniet deum dixisse homini quẽ de limo terræ formauit, Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & dñamini eius, & habete potestatẽ piscium maris, & auium cœli, & pecorũ terræ. Et paulo post: Ecce, inquit, dedi uobis omnia in usum & ad escam. Eos autem qui scripturas sanctas legere nolunt, ipsa rerum natura, ipseq; mundus operibus famulatus sui, incredulos sua quadã uoce conuincit, & animam peruersam increpans dicit: Quid est misera q; erras in me, & degener facta oblita es, à quo quanta creata sis, cui cœlũ & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedentibus constructa est? Respondent & singula quæq; elementa, clamantia, & ipsis suis operibus suum demonstrantia artificem. Clamat cœlum: non sum deus, nam si deus essem, nulla me nubilatio obumbrare potuisset, nec tenebræ succederent luci meæ, sed lux integra, incorrupta, inuiolataque mansisset, sicut manet lux illa uera quæ istã lucem tẽporalem creauit in me propter te. Clamat & sol: quid me homo colis ut deum, quem uides ortu occasuq; concludi? Deus nec ortum habet nec occasum, sed tu illum deserendo magnum incurristi casum. Sed consideras magnum atq; mirabilem esse me: ego autem agnosco habere super me, qui & me creauit & te: cum autem opera & splendores & calores mei tibi deseruiant, quomodo me pro deo colendum ducis, nisi quia uerum deum colere nescis? Ita luna & stellæ istam similem proferũt uocem: non uides, inquiunt, ô homo spacium nos agere nocturnum, excludi luce, nec terminos transgredi constitutos, quos ad solatium quietis tuæ omnipotens artifex terminauit? Non sumus deus: Conuincimus falsitatem tuam seruiendo tibi ad pœnam tuam. Clamat

mare

A mare. & omnia quæ in eo sunt. Nõ sumus deus: Præbeo enim ut mihi iussum est, famulatũ peruium, iter carinæ suscipiens, motus congruos, flatus uentorum, dirigens gressus, ut ad portum desideratum etiam rapiente te auaricia, nulla interposita tarditate perducam. Animalia uero quæ gignuntur ex me, tibi in escam donata esse cognoscis. Cum ergo per omnia agnoscam modulum meum, tu quare deseris ordinem tuum, deserendo omnium creatorẽ deum? Clamat terra: Ergó ne homo deitatis mihi nomen conscribis, ideo non agnoscis qd sim, quia oblitus es qui sis? Non agnoscis materiam tuam? Non agnoscis quia limum meũ es, ex me quidem formatum, sed non sicut ego animatum? Non agnoscis quia inter omnia animalia quæ ex me procreata sunt, tu solus sub deo penè mundi dominus constitutus es? Merito non intelligis, quia cum in honore esses, non intellexisti, comparatus es iumentis insipientibus, & similatus es illis. Nos autem dilectissimi, quibus donatum est credere, nec solem credamus deum uel regẽ cœli, nec mare, aut nescio quem regem eius Neptunum, quem fingit uanitas, non ueritas, nec terram & Plutonẽ, sed credimus in deum patrẽ omnipotentem, uniuersorum creatorem, regem cœlorum. Qui enim cuncta quia uoluit de nihilo fecit, ipse regit quæ fecit. Immortales isti quia nobis superius cõmemorati sunt, ideo diij non sunt, quia & comprehendi & uideri his oculis possunt: cæteros autem quos uani uane colunt, Iouem, Saturnũ, Martem, Iunonem, Mineruam, Venerem, & cætera portẽta, nõ nomina bona, sed nomina mala homines mortales fuisse, etiam eorum litteræ clamant, qui talibus erroribus delectantur. Nostræ autem sacræ litteræ qualẽ deum prædicent, Paulum audite apostolum, Immortali, inquit, inuisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. 1.Timoth.1
Non uidetur deus noster oculis carnis, sed uidetur oculis cordis: nõ uidetur ad tempus, sed uidetur in æternum. Sed dicit Paganus, Ostende mihi quem colis? Respondeo: Ego quidem habeo etiam modo quem tibi ostendam, sed tu non habes oculos unde uideas. Beati Matth.5
enim, ait saluator noster, mũdo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Cor immũdum & te-
B nebris obuolutum peccatorum, deum quærit uidere. Lux lucet in tenebris, sed tenebræ eam non comprehendunt. Nunquid quia cæcus non uidet, ideo lux non lucet? Si nosses ô infidelis dicere deo uero, Illumina oculos meos: uideres nobiscum nunc per speculum in ænigmate, ut posses uidere facie ad faciem. Si ex operibus intelligeres artificem, ex creatura conjecres creatorem. Si expaueseeres in te, quia non totum capis te, agnoscerres deum qui fecit te. Non enim uides animam tuam, cum omnia uideat anima tua per carnem tuam. At si uides animam tuam, dic mihi qualis uel quanta sit, utrum quadra an rotunda, utrum lenis an aspera, utrum calida an frigida, utrum alicuius coloris an omni colore carens. Videre de feciſti ostendere animam tuam qualis sit. Non potes. Ecce immortalis est anima tua, & uiuificat mortalem carnem tuam. Immortalem dico animam tuam ad utrũq;. Si credit, immortalis est ad uitam: si non credit, immortalis est ad pœnam. Credimus ergo deum immortalem & inuisibilem, non illum quem uos infideles deum fingitis, simul & adulterantẽ & tonantem, sed deum uerum, totius mundi fabricatorem atq; rectorem.

Filium eius Iesum Christum olim promissum per prophetas tenemus, quod iam im- Cap.IIII
pletum esse cognoscimus. Sed ideo etiam hoc credere iubemur, quia quando factũ est, præsentes non fuimus, aderant tunc Iudæi, ex quorum gente ipse saluator apostolos elegit, per quos ad nos fides ista peruenit. In ipsa autem gente in qua & ex qua nasci dignatus est, longe antea Esaias propheta prædixerat, Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiscum deus. Et alio in loco, Exiet uirga Esa.7
de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: uirgam significans uirginem Mariam, & flo- Esa.11
rem uirgæ, filium uirginis dominum Iesum Christum. Iudæi antequam ista fierent, legebant, & non intelligebant. Cœperunt impleri quæ promissa sunt, & nõ gaudebant, sed potius inuidebant. Nascitur Christus ex uirgine sicut flos ex uirga, sine ullo compositi semine. Nascitur infans paruus, rex magnus: Procedunt certa indicia & signa magni regis: pastoribus nunciant angeli: per stellam uelut per nouam linguam clamant cœli. Adducuntur

de longinquo magi, ueniunt ut adorent adhuc in præsepe iacentem, sed iam in cœlo & in A
terra regnantem. Annunciantibus magis regem natum turbatur Herodes, & ne regnũ per-
dat uult eum occidere, in quem si crederet, & hic securus, & in illa uita sine fine regnaret. He-
rodes à Iudæis ubi Christus nascatur inquirit. Quærunt simul nõ sicut magi adorandum,
sed inuentum necandum. Quid times Herodes quia audis regem natum? Non uenit ille ut
te excludat, sed ut diabolum uincat. Sed tu hæc non intelligens turbaris & sæuis: & ut per-
das unum quem quæris, per tot infantum mortes magnus efficeris crudelis. Non te ulla
pietas plangentium matrum, aut lugentium patrum funera filiorum, non mugitus & gemi
tus reuocat infantum. Necas paruulos corpore, quia te necat timor in corde: & putas si hoc
quod cupis impleueris, diu te posse uiuere, cum ipsam uitam quæras occidere. Ille autẽ fons
gratiæ paruus & magnus qui in præsepe iacet, thronum tuum terret: agit per te nescientẽ
te causas tuas, & à captiuitate liberat diaboli animas. Suscipit filios inimicorum in nume-
rum adoptatorum. Moriuntur paruuli pro Christo, nescientes parentes plangunt marty-
res morientes. Ille nondum loquentes idoneos suos efficit testes. Ecce quomodo regnat, qui
sic regnare uenerat. Ecce iam liberat liberator, & salutem præstat saluator. Sed tu Herodes
nesciens hoc, turbaris & sæuis, & dum contra paruulum sæuis, iam illi obsequium præbes,
& nescis. Ille enim rex magnus qui ad hoc uenit, ut per te & per alios suos hinc congreget,
tu illi prior ad regnum cœlorum tot milia candidatorum infantum innumerabilem præ-
mittis exercitũ. Hanc turbam Apocalypsis illa beati Ioannis apostoli demonstrabat dicẽs,
Apoc.7 Vidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu, stantes in cõspectu
dei, & induti erant alba ueste, & palmæ fuerunt in manibus eorum. O magnum donũ gra-
tiæ: quibus eorum meritis præstitum est, ut sic uincerent infantes? Necdum loquuntur, &
Christum confitentur. Necdum motibus membrorum ualent suscipere pugnam, & uicto-
riæ iam offerunt palmam. Quomodo regnas Herodes qui sic uinceris? Paruus ille nõ te ar-
matorum uirorum fortium superauit manu, sed innumerabili uicit turba morientium par- B
uulorum. Vis nosse quid infantibus quos trucidasti præstiteris? Ideo accelerasti ad eorum
uitam, ne cũ suis parentibus occiderent ueram uitam: hoc illo peragente, qui nouit bene uti
etiam malis tuis, illorum animas liberauit à parentum internecionis suæ societate, & te so-
lum inanem reliquit in scelere. Egit & agit gratia causas suas, & per inimicos suos, & p ipsos,
& in ipsis: nam & ipsi qui moriebantur, natura filij iræ erant sicut & cæteri. Sed quid eis præ-
stitit gratia, nisi ut erueret eos de potestate tenebrarum? Præstitit eis Christus ut pro Chri-
sto morerentur, præstitit ut suo sanguine ab originali peccato diluerẽtur. Nati sunt ad mor
tem, sed continuo eos mors reddidit uitæ. Hisdem gradibus dilectissimi, quibus perierat
humana natura, à Iesu Christo domino nostro reparata est. Adam superbus, humilis Chri
stus: per fœminam mors, per fœminam uita: per Euam interitus, per Mariam salus. Illa cor-
rupta secuta est seductorem, hæc integra peperit saluatorem. Illa poculum à serpente pro-
pinatum libenter accepit & uiro tradidit, ex quo simul mererentur occidi: hæc gratia cœlesti
desuper infusa uitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari. Quis est qui hæc
operatus est, nisi uirginis filius & uirginum sponsus, qui attulit matri fœcunditatem, sed nõ
abstulit uirginitatem? Quod contulit matri suæ, hoc donauit & sponsæ suæ. Denicp sancta
ecclesia quæ illi integro integra coniuncta est, quotidie parit membra eius & uirgo est.

Cap.V Crucifixum sub Pontio Pilato & sepultum. Et hoc credimus, & ita credimus, ut inde
Gal.6 gloriemur. Mihi enim, ait doctor gentium apostolus Paulus, absit gloriari, nisi in cruce do
mini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Et nos in hoc
gloriemur, in hunc speremus, illi hæreamus, simul enim uetus homo noster cum illo crucifi-
xus est cruci: Nisi enim crucifigeretur ille, mundus non redimeretur. Pœna illa salus est no-
stra. Quod Iudæus & gentilis detestatur, Christianus inde saluatur: quia sicut Aposto-
Rom.1 lus dicit, Illorum delicto salus est gentibus. Quòd delictum Iudæi cõmiserunt? Christum
tenuerunt, uinctum Pilato tradiderunt, clamauerunt, Crucifige crucifige. Quare, quam ob
causam?

A causam? Quoniam suscitauit mortuum. Audit Pilatus, inuenit innocentem, uidet populũ
sæuientem, excusat & dicit, Ego in isto causam non inuenio, accipite eum uos & crucifigite. Ioan.18
Quando dicebat Pilatus, Ego in isto non inuenio causam, accipite eum uos: quid aliud di-
cebat, quàm hoc: Ad iudicem quasi cum reo uenistis, sed innocentem legibus tradidistis, in
quem nullum crimen probare ualuistis? Non ero iustus si secundum desiderium uestrum
innocentem occidero, ero ab hoc facto, à uestra seditione alienus si eum uobis tradidero.
Accipite eum, inquit, uos, & secundum legem uestram iudicate. Et illi: Nos scimus, inquiunt,
quia reus est mortis. Quid scit cæcus corde, non corpore? Clamat quod nescit, & ut impleat
quod sæuit, dicit se scire quod nescit. Iterum Pilatus audit Iesum, & responsis eius in metum
missus, consilium inuenit quomodo eum dimitteret. Egressus ad Iudæos dixit, Est consue- Marc.15
tudo ut dimittam uobis unum in pascha, uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorũ? Cla
mauerunt & dixerunt, Noli ipsum dimittere, sed Barrabam. Fuit autem Barrabas, ut euan
gelista narrat, insignis latro. O cæcitas Iudæorum, ô furia phreneticorũ: Noli ipsum dimit-
tere, sed Barrabam: quid fuit aliud dicere, quàm occidatur Christus saluator, quia suscitauit
mortuum: dimittatur latro ut iterum perpetret homicidium? Sed clamate. Quid clamatis
nescientes? Occidatur à uobis Christus, & redimantur gentes. Medicus autem ille animarũ
qui uos uidebat phrenesi laborare, somnum salutis ingerebat, & ideo etiam ipse pro nobis
dormire uolebat: tancp diceret, Medicus sum, infirmi estis: infirmitas uestra magna refugit
somnum salutis. Ecce dormio propter uos, ut me uiso dormire delectet & uos, & à pœnali
morte liberemini uos. Sed illis & de illis hoc dicebat, quos crediturus in se postmodum no-
uerat, & pro quibus in cruce pendens patrem rogabat dicens, Pater ignosce illis, quia nesciũt Luc.23
quid faciunt. Inter eos erat ille phreneticus, prius Saulus, postea Paulus, prius superbus, po
stea humilis, & ipse phrenesi laborabat, somnum salutis repudiabat. Sed quid ei fecit me-
dicus? Prostrauit sæuientem, erexit credentem: prostrauit persecutorem, erexit prædicatorẽ. Act.9
B Prostratus ad terram dormiuit phreneticus, surrexit, & factus est medicus. Cœpit in alijs cu
rare morbum quo ipse laborabat, & effectus discipulus, cœlestis archiatri antidotum bibit
confectum ex sanguine medici, prior ipse bibit, & bibendum amatoribus propinauit. Hoc
antidotum ex sanguine crucifixi confectum, etiam ipsi reges terræ biberunt, & qui erant ec-
clesiæ persecutores, eius facti sunt defensores.

Sepulturam uero huius crucifixi sanctum indicat euangelium, quòd susceptus sit à Io Cap.VI
seph, obuolutus cp lintheaminibus, cũ aromatibus positus sit in monumento nouo. Homo
enim nouus sine ulla corruptione ex uirgine procreatus, in monumento nouo positus est, in
quo nondum positus erat mortuus, ut sanctitas uirginalis uteri in omnibus ornaretur ex cõ
uenientia inuiolabilis sepulchri. Tertia die à mortuis resurrexit. Quamuis multi sancti mul
ta hinc senserint atcp dixerint. Nam quidam uolentes tres dies & tres noctes exprimere, à
nocte præcedente sextæ feriæ, & ipsa sexta feria concluserunt unum diem, & nox sabbati &
sabbatum, & nox dominici diei & ipsum diem resurrectionis. Alij autem ab ipsa sexta fe-
ria, & noctem quæ medio die facta est, uoluerunt tres dies & tres noctes usq in diem domi
nicum exponere, propter illam sententiam domini in euangelio positam: Sicut enim Ionas Matth.12
fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde
terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed nos neutram eorum uacuantes sententiam, me-
lius tamen, si placet, in his spiritalem requirimus intellectum, quomodo filius hominis fue-
rit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: tres dies, tria tempora seculi ponentes, an
te legem, sub lege, sub gratia: & tres noctes tres mortes, id est, tres mortuos quos suscitauit
dominus præsens in carne. Filiam archisynagogi in domo, filiũ uiduæ foris in porta, & La-
zarum quatriduanum de sepulchro. Vnde enim mors nisi per peccatum? Et quid sunt pec-
cata, nisi magnæ tenebræ quæ faciunt grauem noctem? Ita ergo conueniunt sibi, ut unus
dies sit ante legem, quando peccatum latebat, & huic antecedit nox illa, quòd puella mor-

tua in domo iacebat,tanꝯ peccatum intra conſcientiam latebat.Secundus dies ſit ſub lege, A
Exod. 20 quando dictum eſt homini,Non concupiſces,& peccatum proceſſit ad publicũ:& hinc accedit nox illa,quòd filius uiduæ foris portam,tanꝯ peccatum animæ quod intus latebat, proceſſit ad publicum.Tertius dies ſit ſub gratia,quando iam plus peccat anima, quia ſcit uoluntatem domini ſui,& facit digna plagis,& ſupplantata plenitudine gratiæ merito peccatorum iam putet:& hinc accedit nox illa mortis Lazari in ſepulchro iacentis, tanꝯ animæ peccatis obrutæ & fœtentis.In his tribus diebus & noctibus fuit Chriſtus in corde terræ,hoc eſt,iacuit fides Chriſti in cordibus eorũ qui habitant in terra.Habẽt ergo animæ in his diebus & noctibus præcepta legis & uoces pœnitentiæ,ut reſurgere poſſint cum Chri-
Tobiæ.4 ſto.Ad diem & noctem latentis peccati,lex illa eſt generalis,Quod tibi fieri non uis, alij ne
Pſal.24 feceris.Et uox pœnitentiæ eius,Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memor fueris.Ad
pſal. 50 ſequentem diem manifeſti peccati,lex illa eſt,Non concupiſces.Et uox pœnitentiæ eſt,Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci.Ad tertium diem & noctem iam ſepultæ animæ cõſue-
Ioan.5 tudine peccati,lex illa eſt,Ecce ſanus factus es,iam noli peccare.Et uox pœnitentiæ eius eſt,
pſal.114 Domine libera animam meam de morte:Et,Eduxiſti ab inferis animam meam. Per iſta
pſal.29 tria tempora ueluti per tres dies reſurgunt animæ cum Chriſto,quibus dicitur per prophetam:Reſurgent mortui,& excitabuntur qui in monumentis ſunt,& exultabunt omnes qui
Eph.5 ſunt ſuper terram.Et quibus per Apoſtolum dicitur, Surge qui dormis,& exurge à mor-
Col.3 tuis,& illuminabit te Chriſtus.Etiam reſurgentibus,hoc eſt,à peccatis liberatis dicit,Si reſurrexiſtis cum Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite,ubi Chriſtus eſt ad dexteram dei ſedens, quia dñs Ieſus reſurgens à mortuis,aſſumptus eſt in cœlos,& ſedet ad dexteram patris.

Cap.VII Quis eſt qui ſedet ad dexteram patris? Homo Chriſtus:nam inquãtum deus,ſemper cum patre & ex patre,& quando ad nos proceſſit,à patre non receſſit:Hoc eſt enim eſſe deum,ubiq; eſſe totum.Totus ergo filius apud patrem,totus in cœlo, totus in terra, totus in utero uirginis,totus in cruce,totus in inferno,totus in paradiſo quò latronem introduxit.Nõ per diuerſa tempora uel loca dicimus ubiq; eſſe totum,ut modo ibi totus ſit, & alio tempore alibi totus,ſed ut ſemper ubiq; ſit totus.Si enim deus hoc præſtitit huic luci quæ uidetur noſtris aſpectibus,ut ſimul tota ubiq; ſit:Neq; enim quando hic eſt in oriente,uel in alijs partibus terrarum non eſt,ſed ubiq; tota eſt,& omnibus tota eſt,& omnium oculos ſatiat,& ipſa integra perſeuerat.Si hoc poteſt creatura,quãto amplius ipſe creator? Sed hoc quòd filius dicitur ſedere ad dexterã patris,demonſtratur quòd ipſe homo quem ſuſcepit
Cap.VIII Chriſtus,poteſtatem acceperit iudicantis. Inde enim uenturus eſt iudicare ui-
Act.1 uos & mortuos.Aduentum eius liber indicat Actuum apoſtolorum.Poſtea enim quàm à mortuis reſurrexit,conuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis quadraginta diebus & quadraginta noctibus,intrans & exiens,manducãs & bibens:non quòd haberet infirmitatẽ,ſed ut doceret ueritatem.Quadrageſimo die ipſis uidentibus & quodammodo in cœlum oculis deducentibus, aſtiterunt illis duo uiri in ueſte alba, qui dixerunt eis:Viri Galilæi,quid ſtatis intuentes in cœlum? Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt in cœlum à uobis,ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœlum.Veniet ergo fratres mei,ueniet ille qui prius uenit occultus, ueniet in poteſtate manifeſtus.Ille qui iudicatus eſt,uenict iudicaturus. Ille qui ſtetit ante hominem,iudicaturus eſt omnem hominem.Deus manifeſte ueniet.Quid eſt,deus manifeſte ueniet? Non ſicut prius homo humilis,ſed ſicut deus homo maieſtate ſublimis, & iudicabit.Quomodo iudicabit? Non enim ut iudex terrenus quæſiturus eſt teſtes ut te conuincat,aut ueritatem per tormenta requiſiturus eſt ut confeſſum puniat, cum ſedeat iudex ipſa iuſticia,& teſtis ſibi ſit ipſa mala conſcientia.Ille iudex dilectiſſimi,nec gratia præuenitur,nec miſericordia iam flectitur,nec pecunia corrumpitur,nec ſatisfactione mitigatur.Hic dum tempus eſt,quicquid poteſt anima agat pro ſe, ubi locus eſt miſericordiæ: Nam ibi quid pro ſe agat non habebit,quia iuſticiæ ſolius locus erit.Hic agat anima pœnitentiam,

ut ille

C ut ille poſſit mutare ſententiam:hic det panem,ut accipiat poſtmodum ſalutẽ:hic faciat miſericordiam,ut ibi inueniat indulgentiam. Credimus in ſpiritum ſanctum,Spiri- Cap.IX
tum ſanctum deum dicimus,nec tamen dicimus patrem & filium & ſpiritum ſanctũ tres deos,ſed unum:quia una eſt æternitas,una maieſtas,una poteſtas.Pater non eſt filius,ſed pater eſt filij:Filius non eſt pater,ſed filius eſt patris:Spiritus ſanctus nec pater eſt, nec filius,ſed ſpiritus eſt patris & filij,tres perſonæ,ſed unus deus.Quomodo, inquit,tres nominas & unum dicis? Oſtende hoc aut ratione,aut aliqua ſimilitudine,per quam intelligi poſſit quid nam illud ſit.Quæ ratio,aut quæ ſimilitudo illi rei inuiſibili comparari poteſt? Det tamẽ ueniam eiuſdem maieſtas,quia aliquam ſimilitudinem quæ occurrit ex eius creatura ponit noſtra infirmitas,per quam intelligere poſſit ueſtra charitas.Niſi enim ille permitteret,quis noſtrum de eius diuinitate loqui auderet? Non uacat quòd omnis creatura ſubiecta ſit creatori,in nulla tamẽ alia ſpecie uoluit apparere deus noſter quàm in igne:Nam & ſancto Moyſi in rubo in flamma apparuit,& filijs Iſraël ducatum in columna ignis præbuit,& ſuper diſcipulos congregatos donum ſpiritus ſancti in linguis igneis effudit. Habet enim hoc elementum magnum ſacramentum,per quod exerceat quærentis ingenium. Ecce in igne tria quædam conſpicimus,lumen ignis,ſplendor & calor:& cum ſint tria unum lumen eſt,ſimul exurgunt,ſimulq; conſiſtunt.Nec ignis præcedit ſplendorem,nec ſplendor calorem,& hæc non confuſe unum ſunt,nec diſiuncte tria,ſed cum unum ſint tria ſunt, ſimul operantur,& cum inſeparabiliter operantur,aliud igni tribuitur,aliud ſplendori,aliud calori:Nam cum ad ignem refers uiſionem,ibi operatur & ſplendor & calor: & cum ad ſplendorem refers illuminationem,ſimul operatur & ignis & calor: & cum ad calorem refers calefactionem,ſimul operatur ignis & calor & ſplendor.Ita cum dicitur quòd deus fecerit mundum,intelligitur pater cum filio,& per filium,& cũ ſpiritu ſancto.Et cum dicimus filiũ pro nobis paſſum,intelligimus paſſionẽ filij operatum fuiſſe & patrẽ & filium & ſpiritum ſan-
D ctum.Et cum remiſſio peccatorum tribuitur ſpiritui ſancto, intelligimus totam trinitatem etiã hoc donũ inſeparabiliter operari.Hæc ꝓpter hæreticos Arianos uel alios qui aliter de deo ſentiunt cꝯ dignũ eſt,dicta ſunt ueſtræ charitati.Cæterũ illud quod eſt ineffabile & incomprehenſibile,nec uerbis angelicis explicari poteſt,quanto magis humanis.

Remiſſionẽ peccatorũ.Omnia prorſus delicta delet ſanctũ baptiſma,& originalia & Cap.X
& ꝓpria:dicta,facta,cogitata,cognita,incognita omnia dimittũtur. Innouat hominẽ qui fecit hominem,donat delicta qui non quærit merita,præuenit gratia etiam ipſam infantiã, ut ſint liberi per Chriſtũ liberati,qui in Adam à diabolo tenebantur ante captiui. Carnis
1.Cor.15 reſurrectionem.Omnis ſpes fidei noſtræ hæc eſt,quoniã reſuſcitabimur.Oẽs quidẽ reſurgemus,ait Apoſtolus,ſed nõ omnes immutabimur.Reſurgẽt boni,reſurgẽt mali, ſed boni ut ſempiterna beatitudine perfruant,mali ut perpetuo igne puniantur.Ibi diſcernet fidelis ab infideli,ut accipiat fides præmiũ,& perfidia ſupplicij obtineat locũ.Nec ſibi fruſtra blandiantur increduli,qui audiunt in pſalmo,Non reſurgunt impij in iudicio:In iudicio dictum
pſal. 1 eſt,id eſt,nõ ut iudicẽtur reſurgent,quia per infidelitatẽ olim iam damnati ſunt ſecundũ illã ſententiam dñicam,Qui nõ credit,iam iudicatus eſt.Apſus aũt ut tolleret de cordibus infide-
Ioan.3 liũ oẽm dubitationẽ,ſeminãtis propoſuit ſimilitudinẽ & ait,Stulte,tu quod ſeminas nõ uiuificat niſi moriat.Quid aũt fiat in ſemine,puto neminẽ ueſtrũ ignorare,quẽadmodũ grana triturata,purgata,recõdita proferant,proijciant,obruant. Niſi em̃ eſſet meſſis fertilitas nota,iſta crederẽtur inſana. Attamẽ cũ obruũtur & ab oculis dimittũtur,ſub terra mortua iacent.Iam ſi curioſitas exigat & uidere anteꝯ pluuia deſcendat, uidet putrefactum atque corruptum quod dimiſerat integrum,ac ſi ſpes meſſis deſit,dolor corruit, perdidiſſe ſe credit quod reconditum habuit.Cum autem pluuia aduenerit, quomodo delectat reſpicere herbam uirentem,calamum ſurgentem,ad nodos perucnientem,culmũ producentẽ,ſpicas proferentẽ? Delectat ne uidere quod mortuũ iacebat ſic reuixiſſe? Sed nõ ſibi aſſignet terra fertilitatẽ,quoniã dñs dat ſuauitatẽ.Si enim pluuia deſuper nõ deſcẽdat,etiã terra bona

non ſpicas,ſed profert ſpinas quæ igni tradantur,nō quæ horreo recondantur.Similiter & C
terra noſtra,hoc eſt caro noſtra,ſiue hic,ſiue ibi,non ſibi aſſignet merita,ſed agnoſcat etiam
Cap.XI illic accepturam ſe gratiam pro gratia. In uitam æternam.Bonum omne illud,q̄
reſuſcitabimur,quòd à peccatis liberabimur,ſempiternum erit,quia in æterna uita manebit.
Quàm ſit autem illud bonū quod promittit deus ſanctis ſuis,quis explicet uerbis ſuis? Faci
lius tamen poſſumus dicere in illa uita æterna quid ibi non ſit,quàm quid ibi ſit. Nō eſt ibi
mors,non eſt ibi luctus,non eſt ibi laſſitudo,non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitis,
nullus æſtus,nulla corruptio,nulla indigētia, nulla mœſticia,nulla triſticia.Ecce diximus qd
ibi non ſit.Quid autem ibi ſit uultis noſſe? Hoc nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis aſcendit,quæ præparauit deus diligentibus ſe.Si in cor hominis non aſcendit,
cor hominis illuc aſcendat.Mundetur cor ab omni immūdicia,ut poſſit portare deum, qui
eſt uera ſempiternaq̄ iuſticia.Manet enim deus in corde credentis & ſe diligentis,& manet
homo in deo,id eſt,in æterna uita,quod eſt præmium deum amantis.Nec amare, nec dili
gere quis poteſt,qui in eccleſia eius non eſt:quoniam omnis qui præter illam eſt,nec cū deo
eſt qui uita æterna eſt.Ideo ſacramenti huius concluſio per eccleſiam terminatur, quia ipſa
eſt mater fœcunda,integra & caſta,ubiq̄ diffuſa,quæ filios deo ſpiritaliter parit, quæ par
uulos lacte uerborum eius ſpiritaliter nutrit,quæ pueros ſapientiam docet,quæ adoleſcen
tes à luxuria atq̄ impudicitia ſua ſancta caſtitate cuſtodit,quæ iuuenes robore uirtutis cō
tra diabolum armat,quæ ſenes prudentiam docet,quæ ſeniores ætate proiectos uenerabi
Pſal.148 les facit.Per hanc iuuenes & uirgines,ſeniores cum iunioribus, ætas omnis & uterq̄ ſexus
laudent nomen domini.Hæc errantes filios reuocat,mortuos grauiter dolet,ſecum perſeue
rantes indeficienter paſcit.Hanc dilectiſſimi amemus omnes,tali matri ſic amanti, ſic pro
ſpicienti,ſic conſulenti inſeparabiliter inhæreamus,ut ſimul cum illa & per illam,deo patri
coniungi perpetuo mereamur.

Finis.

D

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONEN. EPISCOPI, De ſymbolo ad catechumenos, liber alius.

Cap.I  VM per ſacratiſſimum crucis ſignum uos ſuſcepit in utero ſancta mater
eccleſia,quæ ſicut & fratres ueſtros cum ſumma lætitia ſpiritaliter pariet
noua proles futura tantæ matris quouſq̄ per lauacrum ſanctum regene
ratos ueræ luci reſtituat,congruis alimentis eos quos portat paſcat in ute
ro,& ad diem partus ſui lætos læta perducat: quoniam non tenetur hac
ſententia: Væ quæ in triſticia & gemitu parit filios,nec ipſos gaudētes,ſed
flentes,ſed potius hæc ſoluit quod illa ligauerat,ut prolem quam per inobedientiam ſui
morti donauit,hæc per obedientiam reſtituat uitæ. Omnia ſacramenta quæ acta ſunt &
agūtur in uobis per miniſterium ſeruorum dei,exorciſmis,orationibus,canticis ſpiritalibus,
inſufflationibus,cilicio,inclinatione ceruicum,humilitate pedum,pauor ipſe omni ſecurita
te appetendus,hæc omnia, ut dixi,eſcæ ſunt quæ uos reficiunt in utero,ut renatos ex baptiſ
mo hilares uos mater exhibeat Chriſto.Accepiſtis & ſymbolum protectionem parturien
Apoc.12 tis contra uenena ſerpentis:In Apocalypſi Ioannis apoſtoli ſcriptum eſt hoc, quòd ſtaret
draco in conſpectu mulieris quæ paritura erat, ut cum peperiſſet, natum eius comederet.
Draconem diabolum eſſe nullus ueſtrum ignorat.Mulierum illam uirginem: Mariam ſi
gnificaſſe,quæ caput noſtrum, integra integrum peperit, quæ etiam ipſa figuram in ſe
ſanctæ eccleſiæ demonſtrauit,ut quomodo filium pariens uirgo permanſit,ita & hæc oīm
tēpore membra eius pariat,& uirginitatem non amittat.Ipſas ſententias ſacratiſſimi ſym
boli adiuuante domino exponendas ſuſcepimus,& quid ſingulæ contineant, ueſtris ſenſi
bus

C bus intimemus.Parata ſunt corda ueſtra, quia excluſus eſt inimicus de cordibus ueſtris.
Mundata iam domus non remaneat inanis,ne cum uacuam deſertor inuenerit,adducat ſe Luc. 11
cum alios ſeptem nequiores ſe,& efficiantur hominis illius poſteriora,ut euangelium loqui
tur,peiora prioribus,Mox cum excluſus fuerit peſſimus inuaſor,introducatur optimus poſ
ſeſſor.Quis eſt inuaſor? Diabolus.Quid inuaſit? Hominem quem non fecit,inſuper & dece
pit. Promiſit ei immortalitatem, & propinauit iniquitatem.Huic uos renunciare profeſſi
eſtis:in qua profeſſione non hominibus,ſed deo & angelis eius conſcribentibus dixiſtis; re
nuncio. Renunciate non ſolum uocibus,ſed etiam moribus,non tantum ſono linguæ, ſed
& actu uitæ:nec tantum labijs ſonantibus,ſed operibus pronunciantibus.Scitote,uos cum
callido,antiquo & ueternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen:non in uobis poſt renunciationē
inueniat opera ſua,non iure uos attrahat in ſeruitutem ſuam.Deprehenderis enim & dete
geris Chriſtiane,quando aliud agis & aliud profiteris:fidelis in nomine,aliud demonſtrās
in opere,non tenens promiſſionis tuæ fidem: modo ingrediens eccleſiam orationes funde
re,poſt modicum in ſpectaculis cum hiſtrionibus impudice clamare.Quid tibi cum pom
pis diaboli quibus renunciaſti? Vt quid claudicatis ambobus inguinibus? Si deus eſt,ite 3.Reg.18
poſt illum:ſi mundus eſt,ite poſt illum:ſi deus eligitur,ſeruiatur illi ſecundum ipſius uolun
tatem:ſi mundus eligitur,ut quid fictum cor quaſi deo accommodatur? Quiſquis contem
pro deo ſequeris mundum,& ipſe te deſerit mundus.Non uis bonus implere uoluntatem
dei,& de te malo impletur uoluntas dei.Sequere adhuc quantum potes fugitiuum, & ſi po
tes apprehende eum,tene eum:ſed uideo,non potes,fallis te. Ille enim labiles motus ſuos
torrentis ictu percurrens,dum te uidet inhærentem ſibi & tenentem ſe,ad hoc te rapit non
ut ſaluet,ſed ut perdat te.Quid tibi cum pompis diaboli amator Chriſti? Noli te fallere;
odit enim tales deus,nec inter ſuos deputat profeſſores,quos cernit uiæ ſuæ deſertores. Ec
ce ruinoſus eſt mundus,ecce tantis calamitatibus repleuit dominus mundum, ecce ama
D rus eſt mundus, & ſic amatur, quid faceremus ſi dulcis eſſet? O munde immunde,tene
ri uis periens, quid faceres ſi maneres? Quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta
mentiris? Vultis dilectiſſimi non inhærere mundo,eligite amare creatorem mundi,& renū
ciantes pompis mundanis,quibus princeps eſt diabolus cum angelis ſuis.

Credite,Sic crede,ut deſideres uidere quod credis.Dicit aliquis:Ecce credo,& deſidero Cap. II
uidere quod credo, utinam mihi oſtenderetur,ut fides mea ipſa uiſione lætaretur. Si nunc
uideres,non crederes:ideo credis,quia non uides,ſed ita crede ut uideas.Fides, opus eſt: ui
ſio dei,merces eſt.Præpoſtere uis accipere mercedem,qui non laboraſti in opere. Nónne
omni operanti penes te,recte à te merces non datur,niſi opus perficiatur? Quod agis cum
ſeruo tuo,hoc pete à domino tuo.Tibi confert,quòd per fidem te exercet differendo uiſio
nem ſuam:cōmendat donum ſuum,non negat,ut amplius deſideres dilatum,ne uileſcat ci
to datū.Nec tamen te deſerit,qui utiliter nunc uiſionem ſuam ſubtrahit.Oculi tui eum non
capiunt.Cæterum ipſe te omni tempore attendet,adhibe oculos fidei.Nōne faciem reſpicis
eius,cum in eius unigenito filio credis? Nōne manus eius uides cum uniuerſam creaturam
attendis? Nōne os eius audis,quando præcepta eius recitari aduertis? Orationem tuam
quomodo fundis,niſi ſcias te ad illum peruenire, de quo dicit propheta,Ecce oculi domini Pſal.33
ſuper iuſtos,& aures eius ad preceſeorū? Si aūt & pedes eius quæris noſſe,audi quid uoluit
eſſe pedes ſuos, Quàm ſpecioſi pedes, inquit, eorum qui annunciant pacem, qui annun Eſa.52
ciant bona. Conſcripſimus membra,ſed non his membris humanis continetur deus,quo
niam non eſt in loco,ſed ubique totus eſt.Diximus ſecundum modum intelligētiæ huma
næ,non ſecundū ineffabilem uirtutem maieſtatis diuinæ.Vis noſſe qualis ſit,uide facturā;
& intelliges factorem: perſcrutare quæ fecit,& intelliges eum qui omnia creauit, Ecce ait
deo propheta,Cœli cœlorum non te capiunt.Et quem non capiunt ſpacia cœli,capiunt an 2.Pa.6
guſtiæ cordis humani,ipſo dicente: Inambulabo in illis & inhabitabo? Et dñs Ieſus, Qui Ioan.14

me

me diligit,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& ueniemus ad eum, & manſionem C
apud eum faciemus.Ecce qualem te fecit omnipotens qui te creauit.Agnoſce te prius quis ſis,& cognoſces qui te fecit quis ſit.Rex terrenus,ideo mortalis,quia uilibilis:rex cœleſtis immortalis & inuiſibilis.Rex terrenus cum nihil creauerit,omnia tamen in poteſtate accepit: & non credis regem qui omnia creauit,quòd cuncta gubernet & regat. Quomodo, inquis, cuncta gubernat & regit? ecce tanta mala fiunt in mundo,& non iudicat.O homo, ideo ne gas eius potentiam,quia magnam ille exhibet patientiã? Peccantem quidem impunitum non dimittit,ſeruat eum,aut pœnitendo corrigendum,aut ultimo iudicio puniendum. Crede mihi ô tu quiſquis es qui de malis quereris, quoniam omnes mali ſumus.Si ut uis,deus malis ſtatim retribueret mala,nullus remaneret qui de alio murmuraret. Sed ideo ille rex magnus,qui nouit quomodo regat quod creauit,non implet uoluntates peruerſas, ſed ſuã perficit rectam,ut te doceat patientiam ſuam. Non tu deum uelis cõuertere ad furias tuas: regat te qui fecit te:nam ſi uolueris regi à te,ſtatim cades per te. Tamdiu primus homo ille ſtetit cũ deo adhæſit,dimiſit,& dimiſſus eſt:uoluit probare uires ſuas,& inuenit miſe-
Pſal.54 rias & noſtras & ſuas.Quàm bonum illi eſſet ſi hoc faceret quod pſalmus admonet, Iacta in domino curam tuam,& ipſe te enutriet.Si tunc ille homo noluit eſſe cautus,nunc homo
1. Cor.6 caueat uel expertus.Confiteamur,intelligamus habere nos regem immortalem & inuiſibilem,quem nemo hominum uidit,nec uidere his oculis poteſt.Apoſtoli hæc uerba ſunt.

Cap.III Si nemo hominum uidet,quomodo locutus eſt cum Moyſe os ad os,ſicut quis loqui
Exod.33 tur ad amicum ſuum? Irruit quæſtio non parua.Ait enim dominus,Non quomodo cum aliis per ænigmata,ita loquar ad Moyſen famulum meum,ſed os ad os loquar illi. Et ſubiunxit ſcriptura quæ ſupra diximus:quoniam loquebatur Moyſes cum deo os ad os, ſicut quis loquitur ad amicum ſuum.Si os ad os loquebatur cum eo,& uidebat eum, quomodo
Ioan.1 uerum eſt illud apoſtolicum,quòd deum nemo uidit unquam,nec uidere poteſt? Si autem uidebat eum Moyſes,quid eſt quod idem ipſe poſt paululum pro magno petit,& dicit.Si D
inueni gratiam ante te, oſtende mihi faciem tuam? Et dominus illi,Facies quidem mea nõ uidebitur tibi:non enim uidet quis faciem meam & uiuet. Vbi eſt illud quod uidebat, & ſi uidebat,cur deſiderabat uidere quod uidebat? Aut quomodo illi negabatur id quod iam demonſtrabatur? Exercet ingenium quærentis. Videbat Moyſes deum non oculis corporeis,ſed oculis mentis.Et quia lux illa perpetua,quod deus eſt,plus cum quàm cæteros illuſtrauerat,ideo dictum eſt:Os ad os loquebatur illi:ac ſi diceretur,plus omnibus manifeſtatus eſt illi. In eo autem quod dictum eſt:non enim quis poterit uidere faciem meam & uiuere:oſtenſum eſt neminem his oculis corporeis deum poſſe uidere. Quid autem conceſſum ſit fideliſſimo famulo dei Moyſi,ne tam magnum eius deſiderium in omnibus fruſtraretur,debet noſſe charitas ueſtra.Dictum eſt illi à domino,ſicut eadem ſcriptura narrat: Vide,aſcẽde ſuper petrã in Oreb,& ſta ibi,& tranſiet claritas mea ante te,& poſteriora mea uidebis,facies autẽ mea non uidebitur tibi.Ne forte ſurrepat peruerſus intellectus,aut hæreticus ſenſus,& putet quis deum eſſe corporeum,uigilet pia fides & catholica doctrina. Myſticis enim figuris loquitur ſcriptura diuina,ſeruans rebus tempora,quibus recognitis manifeſta exerceat ueritate:quoniam nec hoc uacat à myſterio,quod in monte Oreb ſuper petrã
Exod. 17 iuſſus eſt aſcendere Moyſes,& ſtare.Ipſa eſt illa petra,quæ percuſſa produxit aquas popu-
Pſal.77 lo ſitienti:de qua dicit ſanctus Dauid, Dirupit petram,& fluxerunt aquæ. Apoſtolus au-
1.Cor.10 tem exponens hoc,ait, Patres noſtri eſcam ſpiritalem manducauerunt, & eundem potum ſpiritalem biberunt: Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus. Ipſa ſunt illa poſteria dei, Chriſtus dei. Hoc uidit Moyſes prophe-
Gal.4 tando quod Paulus exponit dicendo,Cum uenit,inquit,plenitudo temporis,miſit deus filium ſuum factũ ex muliere.Mulierem hic ponit,conſuetudinẽ ſeruans locutionis Hebrai-
Numeri.31 cæ,quæ oẽs fœminas mulieres appellat:nam ſcriptũ eſt,Seruate mulieres quæ nondũ cognouerunt

C gnouerunt uirum.Et de ipſa Eua dictum eſt,Formauit eam in mulierem: antequam illam Gen.2
uiro coniungeret, eam mulierem appellauit.

Fides autem & ueritas hoc prædicat,quòd Chriſtus ſit natus ex uirgine.Sic accepiſtis, Cap.IIII
ſic uos credere dixiſtis.Credo,hæc natiuitas dei & hominis facta eſt cauſa hominis, ut ſublimis illa maieſtas procedens ex corde patris,infunderet ſe in utero matris. Cauſa exegit pietatis,ut homo inueniretur perditus, & deo patri per mediatorem reſtitueretur inuentus.Mira tamen hæc natiuitas ſecunda fratres dilectiſſimi.Cæterum illam primam,qua de patre natus eſt ſine aliqua matre,quis enarrabit? Si hanc non poſſumus explicare, illam quando ualemus uel inchoare? Si hoc ita nos exercet ut fidei det locum, illam quando attingimus;quam nec corda potuerunt comprehendere prophetarum? De hac tamen ſecunda mira & ineffabili dicamus aliquid quod factum eſt pro nobis,ut uerbum caro fieret, & habitaret in nobis.Quis enim non expaueſcat cum audit deum natum? Audis naſcentem, uide in ipſo ortu miracula facientem,aluus tumeſcit uirginis,clauſtrum pudoris permanet; impletur uterus matris ſine ullo complexu patris,ſentit prolem quæ ſe ignorabat cõiugem; angelus ad uirginem loquitur,à uirgine cor præparatur,Chriſtus fide concipitur. Miratis hæc? Adhuc mirare. Parit mater,& uirgo fœta & intacta:naſcitur filius ſine homine patre, qui fecit & ipſam matrem:factor omnium fit inter omnia, portatur manibus matris rector totius orbis,lambit ubera regens ſydera,tacet & uerbum eſt. Necdum per linguam ſe demonſtrabat quis eſſet,& uniuerſa creatura ſuum natum indicat creatorem. Angeli paſtoribus annunciant,ſtella magos inuitat,ruſticitas paſtorum admonitione exigit angelorũ, curioſitas magorum inſtructa eſt lingua cœlorum,Magi Iudæorum regem prædicant, Iudæi abnegant. Illi quærunt adorare,iſti quærunt occidere. Dicunt magi Herodi regi quem Matth.2
quærunt natum regem,dicunt Iudæi ex qua ciuitate Chriſtus ſurgat regnare: utrique prædicant,utrique confitentur,ſed illi aliter,iſti aliter. Illi ut inuentus adoretur,iſti ut captus ne-
D cetur.O Iudæi,ad hoc ferentes in manibus lucernam legis,ut alijs uiam demonſtraretis, & uobis tenebras ingeratis? Ecce magi primitiæ gentium Chriſto offerunt munera, non ſolum aurum,thus & myrrham,uerumetiam animas ſuas:& uos repudiat iniquitas propria, ut illum qui uos uenit obligatos liberare,dementes effecti eum quæratis occidere.Quid uobis profuit quòd prodidiſtis Herodi ubi Chriſtus naſceretur? Nónne uos læſiſtis quàm Chriſto aliquid nocuiſtis? Audiens enim ille à uobis ubi Chriſtus natus poſſet inueniri,ueſtræ gentis infantes continuo præcepit occidi.Sæuit Herodes,ut inter multos perdat unũ, & plurimos necando ſe efficit reum,nec occidit quem quærit hominem deum.O Herodes, magna tua iniquitas,& infantes necas,& tuæ nequitiæ teſtes cumulas,& Chriſtus à te non inuenitur,quia nondum uenit eius hora ut patiatur. Teneris quidem perſecutor Chriſti & reus mortis eius,nihil agendo in ipſo.Sed dum multa agis cõtra ipſum,perdidiſti teipſum. Quid metuis talem regem,qui ſic uenit regnare,ut te nolit excludere? Quem quæris, rex regum eſt,ſi uelles ſecurus obtinere tuum regnum,ipſi ſupplicares ut ab illo acciperes ſempiternum.Regnet Chriſtus quomodo uenit regnare,ſuſcipiat credentes, irrideat perſequentes,faciat certantes,adiuuet laborantes,coronet uincentes,donet ſanctitatem,amet caſtitatem,remuneret uirginitatem. Gaudete uirgines ſanctæ,uirgo peperit Chriſtum:non uos contriſtet ſterilitas,quarum fides magna eſt fœcunditas. Nec doleatis non uos eſſe matres quæ ſpiritaliter generatis,uirgines permanetis,filios ſuſcipitis, integritatem non amittitis. Accepiſtis ab illis nomen maternum,& decus caſtitatis in uos permaneat ſempiternum. Amate quod eſtis,ſeruate quod accepiſtis, imitamini fideles matrem capitis ueſtri, ſponſi ueſtri:non uobis denegauit pignora qui natus eſt de uirgine Maria. Quod tantæ matri contulit,& in ſua carne ſeruauit,hoc etiam uobis donauit uirgo mater ſancta caro Chriſti,ab omni contagione integra.Sed nec ipſa caro eius ſterilis fuit,dum per eam prædicando ſpiritales filios regenerauit ad uitam, & poſt paſſionem per totum mundum fructificauit occiſa.

Crucifixi

Cap. V Crucifixi,ex hoc omni libertate assumpta,fiduciã sui anima capiat Christiana.Non C
enim erubescere debet in crucifixum se credidisse Christum.Crux illa fidelibus non est op/
probrium,sed triumphus:crux illa uexillum nostrum est contra aduersarium diabolum:pu
gnauit enim rex noster pro nobis contra aduersarium nostrum.Aduersarius diabolus no/
ster mortem minando terrebat,sed Christus æternam uitam promittebat.Aduersarius dia
bolus carnem perempturam esse dicebat,rex autem noster ut doceret quomodo eius exer/
citus uinceret,in se demonstrauit mortem corporis non esse timendam,dum prior ipse pro
omnibus dignatus est mori,ne eius exercitus à diabolo in anima possit occidi.Hoc agebat
in illo prælio diabolus,si sibi consentiretur,animas perdere cupiebat,& corporibus salutem
promittebat,Christus mori docebat ad tempus,& animam & corpus uiuere in æternum.
Ille dicebat,si mihi consenseritis,dabo uitam istam temporalem:Christus dicebat,si à me
non discesseritis,nec temporalem perditis,& æternã accipietis.Diabolus dicebat,nolite per/
dere istam lucem:Christus dicebat,ego qui feci & istam,dabo meliorem,quod ille promit/
tit,ait Christus noster,in potestate dare non habet,& hæc lux mea est,& hæc uita à me crea
ta est,sed illam propter quam docendam ueni,multo excellentior & melior est. Transite à
bono ad melius,ne diabolo consentiendo remaneatis in peius.In hoc tam magno certami
ne dum diabolus captiuat,Christus liberat,diabolus decipit,Christus redimit,diabolus oc
cidit,Christus restituit.Inter hæc omnia ipsum regem nostrum aduersarius diabolus existi
mauit carne perimẽdum,tanq; capite prostrato cætera sibi membra facilius subiugaret,fal/
susq; in hoc quod uidebat, deum latere in carne minime cogitabat:insçius tanti sacramen/
ti quòd ille mediator esset,& ita tentare deum in homine,ut hominem coniungeret deo,oc
cidit quasi potentem hominem defendentem homines,& sensit deum liberantem omnes
quos creauerat homines.Deniq; in passione ipsa uidet spectaculum tanti certaminis,arma
tur Iudas ut precio uendat magistrum,& qui erat in numero discipulorum,fit particeps cõ
silij Iudæorum,dat osculum falsum,in quo erat nequitiæ signum,fingit pacem plenus mali D
cia in corde,excitantur Iudæi,ueniunt cum facibus,laternis & armis,quærunt multi unum,
& ueniunt filij tenebrarum,ferentes in manibus lucem,per quam illam ueram alijs demon/
Ioan. 18 strarent,quam ipsi cæcati corde non poterant retinere.Dominus autem Iesus sciens omnia
quæ uentura erant super se:non enim aliquid ignorabat qui ad hoc uenerat,egressus est ad
eos,& ait illis,Quem quæritis? At illi:Iesum Nazarenum.Ait illis,Ego sum. Quando autẽ
illis dixit,ego sum,abierũt retro & ceciderũt in terrã.Ecce radius ueræ lucis latens adhuc sub
nube carnis,respexit tenebras,& prostrauit ad terram. Quomodo tũc Iudæi audebunt illã
respiccre claritatẽ,quando istam infirmitatem tolerare minime potuerũt? Sed ut impleret
propter quod uenerat,exurgunt rursus tenebræ,dat eis potestatem,capiunt tenebræ lucem,
non sequendam,sed occidendam,permittit se lux ab eis teneri,duci,suspendi,occidi,ut expo
liatus nube carnis,fulgorem redderet maiestatis.Quæ tandem acta sunt in illo certamine?
Quàm fortiores sibi esse uidebantur ministri diaboli dum fremerent dentibus,dum irride
rent,dum caput agitarent,dum spineam coronam imponerent,dum uestimenta eius con/
scinderent,dum uiderent pendentem illum quem uiderant miracula facientem, dum fel &
acetum darent,dum lancea perfoderent.Qualis uox ueluti uictoriæ eorum fuit dicentium,
Matth. 27 Si filius dei est,descendat de cruce.Sed hoc ille per eos clamabat,qui patiẽtiam Christo au/
ferre cupiebat,ut excitatus insultationibus Iudæorum,demonstraret potentiam,sed perde/
ret patientiam.Ille autem rex fortis & singulare consilium,per quod nascitur & regitur oẽ
sanum consilium,utrãq; aciem respiciebat,utrãq; aciem seruabat, & patientiæ & potentiæ,
& quod seruauit,exhibuit:nam & patientiam seruauit,quia de cruce non descendit:& potẽ/
tiam demõstrauit,quòd de sepulchro surrexit:dum in cruce pependit,falsa uictoria Iudæo/
rum:dum de sepulchro surrexit,uera confusio Iudæorum,& sempiterna uictoria Christia/
norum:dum in cruce pependit,mœsti,cõtristati,dispersiq; discipuli: dum de sepulchro surre
xit,gaudentes una in domo sunt congregati : dum in cruce pependit, diffidentia discipulo/
rum:dũ

A rum:dum de sepulchro surrexit,congregatio gentium.Dum in cruce pependit,timore nega
uit Petrus,dum de sepulchro surrexit, amore totus credit mundus, non solum tunc actum
est hoc certamen,sed nunc agit̃,pugnatur,laborant mẽbra Christi, urgente aduersario,resi
stitur illi,quoniã caput nostrũ iam sedet in cœlo. Ad hoc ille pugnare uoluit, ut te doceret
quõ uinceres. Sed si uires tuæ paruæ sunt, ipsum inuoca saluatorẽ,ipsum inuoca adiutorẽ.
Cũ te perspexerit fideliter inuocantẽ, qui pro te pependit in ligno,& hic tibi uictoriã,& co/
ronam uictoriæ præparabit in cœlo. Tertia die.Triduana mors domini per Cap. VI
prophetas,& prædicta est,& promissa,& impleta.Nam Osee propheta ait, Post biduum Osee 6
suscitabit nos,die tertio ueniemus,& quasi ante lucem paratum illum inueniemus,ostendẽs
nos in illo resurgere,quoniam dignatus est carnẽ in qua moreretur à nobis accipere. Quid
iam dicam de figura illa Ionæ prophetæ, quem ipse dominus expressius demonstrans, ait
ad Iudæos, Generatio hæc,generatio nequam est, signum quærit & signum nõ dabitur ei, Matth. 12
nisi signum Ionæ prophetæ:sicut enim Ionas fuit in uẽtre ceti tribus diebus & tribus nocti/ Ionæ 2
bus,ita oportet esse & filiũ hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus? Ipsam
figuram propheticam comparãdo, breuiter percurramus. Missus Ionas ad ciuitatem Nini
ue,ut eius finem prædicaret: missus est Christus à patre,ut finem mundi omnibus demon/
straret.Fugit Ionas in Tharsis à facie domini,Fuga Ionæ uelox transitus Christi,de quo di
cit propheta,Exultauit ut gigas ad currendam uiam. Ascendit nauem propheta fugiens,li/ Psal. 18
gnum Christus ascẽdit,per mare huius seculi transiẽs.Irruit tempestas magna in mari. Per/
turbatio maris, perfidia Iudæorũ. Data est sors ut propheta fugitiuus in mare mitteretur,
sors data est super Christi uestimenta,ut unitas omni mundo prædicaretur.Proiectus est è
naui in mare Ionas,mors Christi in cordibus gentium collocata est. Susceptus est à bestia
propheta custodiendus,non comedendus.Audi hic ipsius uocem Christi per sanctum Da
uid, Non derelinques animam meam apud inferos,nec dabis sanctum tuum uidere corru Psal. 15
B ptionem.In uentre bestiæ marinæ positus orauit Ionas sanctus,in inferno Christus descen/
dens mortuos suscitauit.Tertio die propheta littori incolumis est redditus, die tertia Chri/
stus de sepulchro surgẽs, super cœlos est exaltatus.Ad prædicationem Ionæ prophetæ per
pœnitentiam saluata est ciuitas, per Christi prædicationem sancta Hierusalem redempta
est ciuitas. Assumptus in cœlum. Qui descendit,Apostolus ait, ipse est & qui Ca. VII
ascẽdit super omnes cœlos,ut adimpleret omnia.Quis est qui descẽdit? Deus homo. Quis Ephe. 4
est qui ascendit? Idem ipse deus homo. Agnoscat se omnis homo,quoniam propter ho/
minem deus factus est homo. Quod pro te suscepit, leuauit in cœlum,terrenum q; corpus
fecit cœleste. Si credis & tu quòd possis resurgere,& in cœlum ascẽdere,quia certus es de tan
to pignore, securus enim de tanto munere. Regnat homo iam susceptus à Christo ad de/
xteram patris sedens, & ut sui ab illo regnum accipiant, uocat, inuitat,hortatur.Festinet ad
eum omnis anima,quæ auida est gloriæ, pergat ad talem regem,à quo ut accipiat potesta/
tem,non ei precium pecuniæ dabit, sed plenam perfectam q; fidem, cum ad eum attulerit,
etiam angelos iudicabit.Inde uenturus. Quis est iste qui expectatur uenturus mortuos ui/
uos q; iudicare,nisi ille homo qui pro nobis dignatus est in cruce pẽdere? Homo susceptus
expectatur ut ueniat. Cæterum secundum id quod deus est, & patri æqualis est,& semper
iudicat,semp præsens est. Veniet aũt redẽptor noster in ea forma in qua assumptus est, ut
impleat̃ illud quod de eo ait propheta Zacharias, Videbũt in quẽ pupugerunt. Videbũt Zach. 12
ergo Iudæi deum & hominem semper regnantem, quem negando desperauerunt mori/
entem.Iudicabit eos in animis mortuos qui uenturus est resuscitare mortuos.Duobus mo/
dis enim hæc sententia accipitur, Viui & mortui in anima.Item uiui & mortui in corpore.In
corpore secundum priorem,iudicabit uiuos in anima credentes,& mortuos in anima fidem
nullam habentes.Secundum posteriorem,iudicabit uiuos in carne,quos præsentes inuene/
rit eius aduẽtus : iudicabit & mortuos in carne, quos resuscitaturus est deus excelsus.Eliga/
mus dilectissimi, ut uiuos nos inueniat eius aduentus in anima, ne peccando simul ab illo

damnetur caro & anima. Finis mundi in proximo est, & si, ut quidam putant, in proximo C
non est, dies ultimus uniuscuiusq; nostrum incertus est. Quid differimus si ad beatam ui-
tam tendimus? Corrigamur, dum tempus est emendemur, bonas causas habeamus, ut futu-
Caput VIII ram diem iudicij nõ timeamus. Credo in spiritum sanctum. Spiritus sanctus
deus est à patre filioq;, non minor, sed una maiestas, una potestas, inseparabilis trinitas, in-
diuisibilis sanctitas, simul ubiq; tota. Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Non tres
dij, sed trinitas unus deus. Nec tempore separatur filius à patre, quoniã æternum uerbum
patris est: nec maior est filio pater, quoniam æqualem genuit deus deum sine tempore per
quem fecit tempora: nec spiritus sanctus minor est patre & filio, cum sit charitas atq; concor-
dia patris & filij. Quomodo enim filius minor est patre, ut Arianus hæreticus prædicat, cũ
1. Cor. 1 Apostolus eum dicat dei uirtutem, & dei sapientiam? Si uirtus & sapientia patris filius
est, qui eum minorem dicit, deo patri contumeliam facit, quoniã eum & minorem sapiẽtiam
& infirmam uirtutem in se habere contendit. Aut quomodo spiritum sanctũ minorem præ
2. Cor. 6 dicat etiam filio, cum mẽbra Christi templũ Apostolus ponat spiritus sancti, Vos, inquit,
1. Cor. 6 estis corpus Christi & mẽbra? Et alio loco, Nescitis, inquit, quia mẽbra uestra templũ sunt
spiritus sancti qui in uobis est? Quomodo deus non est, qui templum habet, aut quomodo
minor est Christo, cuius membra templum habet? Non sunt diuersi gradus, ubi est una tri-
nitas & trina æternitas. Qui eñ diuersos gradus cõponit, ipse se ab unitate præcidit. Quo-
modo exultas Ariane quòd teneas ueritatem, cum te malus error à catholica doctrina sepa-
rans, hæreticumq; protestans à communione totius orbis secernens in uno angulo damna-
uerit. Cauete fratres doctrinas hæreticorum tanq; insidias luporum. Oues Christi audite
Ioã. 10 uocem pastoris uestri. Qui intrat per ostium in ouile ouium, ille pastor est, ait: qui autẽ ascẽ-
dit per aliam partem, fur est & latro. Cauete fures, cauete latrones, nõ quiescit pastor clama-
re, non sinit etiam suos canes tacere. Nõ se sequestret ouis à summo pastore, ne ipsa se in de-
Cap. IX prædationẽ nequissimi offerat lupi raptoris. In remissionem peccatorum. For D
titer tenete, fideliter sperate, patienter expectate, reddetur uobis nouitas per baptismum ue-
tustate discedente, deconerabitur anima sarcinis peccatorum, ut libertate nouæ uitæ induta
aduersus diabolum cum adiutorio diuino ualeat fortiter dimicare, eumq; à quo superata
est, ita superet, ut in regno dei translata, de hoste deuicto, secura regnet cum suo capite Chri-
sto. Carnis resurrectionem. Magna fides est necessaria, quoniam magnum præmium
promittitur. Nec attendatis quid nunc fit, sed quid tunc fit. Quod enim nunc fit, multos mo-
uet. Quem enim non mouet, cum uidet tantam speciem, tantam pulchritudinem, tãtumq;
decorem hominem formatum resolui, in puluere os sa dispergi, terram terræ mandari? Nõ
te ista Christiane deterreant. Seminatus est homo, non perditus. Anima quidem discedẽ-
te habitaculum eius soluitur, non est enim præsto illa domina quæ curam gerat luteæ do-
mus atq; eius restauret ruinas. Vadit enim ut magno præmio regnum comparet sempiter-
num. Quid ergo metuis ô anima? Christo domino dicata es atq; ipso donante bene uiuis,
& ad regnum dei peruenire contendis. Vt quid formidas uehiculum mortis? Proficisceris
quidem, & iniuriam patietur ad tempus caro tua, reuerteris cum summo rege regnans, & ta-
lis tibi reddetur quæ nequeat corrũpi, & tecum maneat sempiterna. Si ad hoc pergis ut me-
lior efficiaris, non credis, quoniam meliori & in regno cœlorum quodammodo adminis tra-
sti, melius tibi præparabitur hospitiũ. Si hæc terrena, lutea, fragilis, tãtam tibi exhibuit pul-
chritudinem, restaurata & cœlestis effecta qualem tibi exhibebit decorem? Si hanc tantum
diligis, quæ paululum manet & transit in tempore, illam quantam amabis quæ decore suo
Cap. X nunq; carebit, quoniã in æternũ uita manebit? Hoc sequitur in sancto symbolo,
q; omnia quæ credimus & speramus, in uita æterna percipiamus. Vita æterna dilectissimi
nunq; uilescat, semperq; dulcescat. Si amatur uita, quare non quæritur uera? Si amatur ui-
ta, talis quæratur quæ nunq; finiatur. Et si amatur, quare non quæritur? Aut si quæritur, quia
hic non est, ad eũ locũ ubi est quare non festinatur. Quid q; etiam ultro se nobis ipsa uita
ingessit?

A ingessit? Christus est enim deus uerus & uita æterna. Venit ad nos perditos, & redemit in-
uentos, uenit huc ad regionem mortalium ipsa uera uita, dedit gustum saporis sui, gustaui-
mus, uidimus, quoniam suauis est: præcessit nos, inuitauit, ut sequamur, & ad tam magnum
illud donum, cuius talem suscepimus gustum, sequi formidamus? Venit ad te uita, repende
uicem, ueni & tu ad illam. Suscepit uehiculum mortis ut transiens liberaret te: suscipe & tu
mortem, ut cum ad illum ueneris, ita ab illo suspiciaris, ut nunq; moriaris. Per sanctam eccle-
siam. Propterea huius conclusio sacramenti per sanctam ecclesiam terminatur: quoniam si
quis absq; ea inuẽtus fuerit, alienus erit à numero filiorum, Nec habebit deum patrem, qui
ecclesiam noluerit habere matrem. Nihilque ei ualebit quòd credidit uel fecit tanta bona
sine fine summi boni. Ecclesia mater est spiritalis, ecclesia sponsa Christi est, gratia eius deal-
bata, precioso sanguine dotata. Totum possidet quod à uiro suo accepit in dote. Lego tabu-
las matrimoniales eius, recitabo. Audite hæretici quid scriptũ sit, Oportebat Christum pa- Lucæ 24
ti & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccato-
rum per omnes gentes. Omnes gentes totus mundus est. Ecclesia totum possidet quod à ui-
ro suo accepit in dote. Quæcunq; congregatio cuiuslibet hæresis in angulis sedet, concubina
est, nõ matrona. O hæresis Ariana, quid insultas, quid exufflas, quid etiam ad tempus mul-
ta usurpas? Iniuriam à te patitur domina ab ancilla, multas ei ingeris contumelias: licet hæc
doleat, non te magno metuit sponsa Christi sancta catholica. Cum enim respexerit ille spõ-
sus, eijceris tu ut ancilla cum filijs tuis, quoniam non erunt heredes filij ancillæ cum filijs li-
beræ. Cognoscatur una sancta & uera regina catholica, cui Christus regnũ tale dedit, quòd
eam per totum mundum diffundens, ab omni macula & ruga mundans, totam pulchram
suo aduentu præparauit.

Finis.

B DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI.

De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum, Liber unus.

NON est sine causa fratres dilectissimi, quòd præceptorum legis dei nume- Cap. I
rus, cum plagarũ numero, quibus Ægyptus percutitur, exæquari uidetur.
Nam sicut decem præcepta sunt legis, quibus ad cultum dei populus ad-
monetur, ita decem plagæ leguntur, quibus superbia Ægyptiorum affli-
gitur. Consideremus ergo cur & ibi decem præcepta, & hic decem plagæ
memorentur. Ideo sine dubio, quia in illis erant uulnera, & in istis medi-
camenta, & opus erat ut tam periculosis decem plagarum uulneribus, decem præcepto-
rum medicamina subuenirent. Vnde rogo uos fratres, nolite hoc ociose accipere, quia si au-
xiliante deo diligenter attenderitis, poteritis agnoscere decem illa præcepta illis decem pla-
gis per ordinem contra se esse contraria. Nam de primo præcepto prima plaga percutitur,
de secundo secũda, de tertio tertia, & sic quousq; ad decimum numerum peruenitur. Primũ
præceptum in lege est de uno deo, Non erunt, inquit, tibi alij dij præter me. Prima plaga Exo. 20
Ægyptiorum, aqua in sanguinem conuersa. Compara primum præceptum primæ plagæ,
Deum unum, ex quo sunt omnia, in similitudinẽ aquæ accipe, ex qua generantur uniuersa.
Ad quam autem rem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est igitur conuersio
aquæ in sanguinem, nisi quia illi qui credere in deum noluerũt, sicut dicit apostolus Paulus,
Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Aqua ergo Roma. 1
in sanguinem uertitur, quia sensus Ægyptiorũ obscurus & tenebrosus efficitur, & iusto dei
iudicio factum est, ut de illo fluuio sanguinem biberent, in quo Hebræorum paruulos neca-
re consueuerant. Secundum præceptum est, Non assumes nomẽ dei tui in Cap. II
uanum. Qui enim acceperit nomen dei sui in uanum, non mundabitur. Nomen enim do- Exodi 20

Ioan. 14 mini nostri Iesu Christi ueritas est. Ipse enim dicit, Ego sum ueritas. Et quia ueritas mũdat, C
uanitas inquinat, uideàmus huic secundo præcepto contrariam plagam. Quæ est ista secũ-
da plaga? Ranæ in abundantia. In ranis hæretici intelliguntur atq; philosophi. Habes con-
gruenter signatam philosophorum uel hæreticorum prauitatem, si consideres ranarum lo-
quacitatẽ. Philosophi eñ uel hæretici, quia in Christo humana omnia esse dicũt, ranæ sunt
clamantes in paludibus limosis. Per superbiam & inanes cõtentiones strepitum uocum ha-
bere possunt, doctrinam ueræ sapientiæ non possunt insinuare. Qui enim Christianæ ueri-
tati cõtradicunt, & in sua uanitate decepti decipiunt, ranæ sunt, tædium afferentes auribus,
Cap. III non cibos mentibus. Tertium præceptum est, Memento, inquit, diem sabba-
ti sanctificare. In tertio isto præcepto insinuatur quædam uocatiõis indictio, scilicet requies
cordis, tranquillitas mẽtis, quam facit bona conscięntia. Ibi enim est sanctificatio, quia ibi est
Esaiæ 66 spiritus dei. Denicp uidete uacationem, hoc est, quietem. Super quem, inquit dominus, re-
quiescam, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Inquieti ergo resiliunt à
spiritu sancto, rixarum amatores, calumniarum seminatores, contentionis magis q̃ charita-
tis amatores, inquietudine sua non admittunt ad se quietẽ sabbati spiritalis. Spiritale enim
sabbatum non obseruãt, nisi illi qui se ita tẽperate operibus terrenis accommodant, ut tam
lectioni cp orationi, & si non semper, certe uel frequenter insistant, secundum illud Apostо-
1. Timoth. 4 li, Attende lectioni & doctrinæ. Et iterum, Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt,
1. Thessa. 5 quotidie spiritaliter sabbatum colunt. Qui uero inquieti sunt, & iugiter terrenis actibus im-
plicantur, de quibus scriptum est, Impedimenta mundi fecerunt eos miseros, sabbatum, id
Eccli. 5 est, requiem habere non possunt. Contra istorum inquietudinem dicitur, ut tanquam sab-
batum habeant in corde & sanctificationem spiritus sancti. Esto, inquit, mansuetus ad audi-
endum uerbum ut intelligas. Cessa ab iniquitate tua, non sit tumultus quidem in corde tuo
per corruptionem uolantis phantasmatis ad similitudinem muscarum inquietãtis uel com-
Psal. 45 pungentis te. Deũ intellecturus audi dicentẽ tibi. Vacate & uidete quoniam ego sum deus. D
Tu per inquietudinem uacare non uis, contentionum cp tuarum corruptione cæcatus exi-
gis uidere quod non potes, Attendite tertiam plagam huic tertio præcepto contrariam. Ci-
niphes natæ sunt in terra Ægypti de limo, muscæ minutissimæ, inqetissimæ, & inordinate
uolantes, in oculos irruentes, non permittentes homines quiescere: dum abiguntur, iterum
irruunt, dum expulsæ fuerint, iterum redeũt: quales sunt istæ muscæ, tales sunt homines in-
quieti, qui sabbatum spiritaliter obseruare, id est, bonis operibus studere, & lectioni uel ora-
tioni insistere nolũt. Talia sine dubio sunt phãthasmata in corde cõtentiosorũ. Quomodo
enim corpus humanũ ab istis muscis affligitur, ita cor istorum diuersis cogitationibus in-
quietatur atq; compungitur. Tenete præceptum, cauete plagam.

Caput IIII Sequitur quartum præceptum, Hónora patrem tuũ & matrem tuã. Huic contraria est
quarta plaga Ægyptiorum κυνομυῖα, id est, musca canina, Græcũ enim uocabulum est. Qui
enim parentes honorare dissimulat, musca cum canina, id est, nequitia diaboli, spiritaliter
Cap. V affligit & cruciat, Caninum est enim parentes non cognoscere. Quintum præce-
ptum est, Non mœchaberis. Quinta plaga, mors in pecora. Omnis enim qui aut uxore pro
pria intemperate, excepto desiderio filiorum, utitur: aut certe, quod est crimẽ grauissimum,
qui uxori aut filiæ alienæ, aut ancillæ, aut suæ uel alterius insidiatur, uictus cupiditate bestia-
rum, tancp amisso hominis nomine erit pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed
Psal. 31 in forma hominis similitudinem pecoris habens, qui non uult audire deum dicenten, Noli
Psal. 48 te fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et illud, Homo cum in honore esset,
non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Si pecus esse
non times, uel saltem mori sicut pecus time. Sextum præceptum est, Non occides.
Ca. VI Sexta plaga, pustulæ in corpore, & uesicæ bullientis & scaturientis incendia ulcerum uelut
de fauilla fornacis. Tales sunt animæ homicidiales, ardent ira, & per iram homicidij frater
perit. Ardẽt homines iracũdia, ardẽt & gratia. Nã qui uult subuenire, feruet: & q uult occide-
re,

A re, feruet, ille præcepto, iste morbo: ille bonis opibus, iste sanioſis ulceribus. O si possemus ui
dere animas homicidarum, sine dubio plus plãgeremus cp putrescẽtia corpora ulceratorũ.

Sequitur præceptum septimum, Non furaberis. Et plaga septima, grãdo in fructibus. Cap. VII
Quod per furtum contra dei preceptum subducis, de cœlo perdis, Nemo enim habet iniu-
stum lucrum sine iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit uestem, sed cœlesti iudi-
cio perdit fidem. Vbi lucrum, ibi damnum: uisibiliter lucrum, inuisibiliter damnũ: lucrum
sua cæcitate, damnum quia iam uiuit sine æquitate. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus
furantur, iusto iudicio dei intrinsecus grandinãtur. O si possent fures aut latrones uel rapto-
res inspicere agrum cordis sui, profecto lugerent, dum ibi non inuenirẽt quod in os animæ
mitterẽt, tametsi in furto suo inuenirent, quod gutturis auiditate sorberẽt. Maior est fames
animæ cp corporis, maior fames & periculosior plaga, & grauior mors, quod peius est: mul
ti per istam famem animæ mortui ambulant, & uiuentes portant funera sua. Viuere quidẽ
uidentur in corpore, sed malis actibus mortui probantur in corde. Et multi in anima fame-
lici, de uanis delitijs & diuitijs gloriantur. Denicp bonum Christianum scriptura intus esse
diuitem dicit. Absconditus, inquit, corde thesaurus, homo qui est ante deum diues, nõ ante
homines, sed ante deum diues ubi deus uidet. Quid ergo tibi prodest, si ubi homo non ui-
det furaris, & ubi deus uidet, iusto iudicio grandinaris? Octauum præceptum Ca. VIII
est, Falsum testimonium non dices. Octaua plaga, locusta animal dente noxiũ. Quid autẽ
uult falsus testis, nisi nocere mordẽdo, & cõsumere mentiẽdo? Et ideo nos admonet Apo-
stolus, ne nos falsis criminibus appetamus: Si, inqt, mordetis & comeditis inuicẽ, uidete ne Gal. 5
ab inuicem consumamini. Nonum præceptum est, Non concupisces uxorem Cap. IX
proximi tui. Nona plaga, dẽsæ tenebræ. Si enim peccatum est uxorem propriã excepta cau-
sa filiorũ agnoscere, quale putas, peccatũ est, non solũ in sua peccare, sed & alienam appete-
re. Vere densæ sunt tenebræ: nihil enim sic dolet in corde patientis, quàm si uxor illius appe
B tatur: & qui hoc facit alteri, nihil tale uoluisset pati. Alia mala solent homines patienter exci
pere, hoc autem nescio utrum uncp inueniri potuerit, qui tolerabiliter patiatur. O cp dẽsas
tenebras patiuntur qui talia faciunt & talia concupiscunt, uere excæcantur furore horribili.
Furor enim indomitus est, alienam uxorem commaculare uelle atq; polluere.

Decimum præceptum est, Non concupisces ullam rem proximi tui. Huic mãdato pla- Cap. X
ga contraria est decima, mors primogenitorum. Omnes res quas habent homines, hæredi-
bus seruant, & in hæredibus nihil primogenitis charius. Qui uolunt res alienas tancp iuste
possidere, sine hærede se quærunt fieri à morientibus. Quid enim tam iustum uidetur, cp si-
bi rem derelictam possidere? Dicit enim aliquis, dimissum est mihi in testamento. Lege ni
hil uidetur iustius ista uoce. Tu laudas quasi iure possidentem, deus damnat iniuste concu-
piscentem. Vides qualis es qui optas te ab aliquo hæredem fieri: non ergo uis ut habeat hæ
redes, in quibus nihil est charius primogenitis. Proinde in primogenitis tuis puniẽris, qui cõ
cupiscendo res alienas, id est, quod tibi iure non debetur, quasi iuris umbra perquiris. Per-
dis ergo primogenita tua, & facile est quidẽ fratres corporaliter perdere primogenitos: mor
tales enim sunt homines, siue ante parentes, siue post parentes moriantur. Istud molestum
est, ne per hãc occultam & iniustam concupiscẽtiam primogenita cordis tui perdas. Primo-
genita cordis nostri fides est, nemo enim bene operatur nisi fides præcesserit. Omnia opera
tua bona filij tui sunt spiritales, sed inter istos tibi primogenita fides est. Quisquis rem alie-
nam occulte concupiscit, internam fidem perdit. Erit enim primum sine dubio simulator ob
sequens, non charitate, sed fraude, ueluti amans cum à quo se cupit fieri hæredem. Amare
se dicit eum quem mori desiderat, & ut rerum eius se uideat possessorem, optat ut proprium
non derelinquat hæredem. Hæc fratres comparatio, & quodammodo contrarie- Cap. XI
tates decem præceptorum & decem plagarum, cautos nos faciat, ut habeamus securi res no
stras in præceptis dei. Res, inquam, nostras interiores, & in arca conscientiæ nostræ repositas: ipsæ sunt thesauri nostri, quos nobis nec fur, nec latro, nec uicinus malus poterit aliquan
do auferre, ubi uec tinea nec rubigo est metuẽda. Istæ sunt enim ueræ diuitiæ, id est, bona cõ

ſcientia,iuſtitia,miſericordia, caſtitas atq; ſobrietas.Qui talibus rebus plenus eſt, diues eſt, C
etiã ſi de naufragio nudus euaſerit.Sed hæc ſi diligẽter attẽditis, & quæ ſunt mala fugere,& quæ bona ſunt uolueritis auxiliante deo exercere,eritis populus domini,& de iniqua Ægy/ptiorũ ſocietate,id eſt,ſpiritalium nequitiarũ perſecutione liberati, ad terrã repromiſſionis poteritis feliciter peruenire,auxiliante domino noſtro Ieſu Chriſto,qui uiuit & regnat in ſe cula ſeculorum. Amen. Finis.

DE RECTITVDINE CATHOLICAE CONVERSATIONIS TRACTATVS.

Non eſt Auguſtini.

RO GO uos fratres chariſſimi,& cũ grãdi humilitate admoneo,ut intẽtis ani mis auſcultare uelitis,quod uobis pro ſalute ueſtra ſuggerere uolo. Omni/potens ſcit deus,q; prompta erga uos charitate iſta uobis profero, quod ſi nõ fecero,reus debiti teneor. Vos aũt nõ pro mea paruitate,ſed pro ueſtra quæ dico ſalute libenter ſuſcipite,ita duntaxat,ut quod aure ſuſcipitis,ope/re cõpleatis,ut & ego de meo obſequio, & de ueſtro profectu merear gaudere in cœleſti re/gno.Et ſi forte diſpliceo, q; tam frequẽter prædicare uobis contẽdo,rogo ne mihi moleſtus; quis exiſtat, ſed magis periculum meũ cõſideret, & audiat dominũ terribiliter cõminantem
Ezech.3 ſacerdoti,Si non annũciaueris iniquo ſcelera ſua,neq; locutus ei fueris ut auertatur à uia ſua impia & uiuat,ipſe impius in iniqtate ſua morietr, ſanguinẽ aũt eius de manu tua requirã. Si aũt annunciaueris impio, & ille non fuerit cõuerſus ab inquitate ſua, & à uia ſua impia,
Eſaiæ 58 ipſe quidem in iniquitate ſua morietur,tu animã tuã liberaſti. Et Eſaias, Clama,ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuã,& annuncia populo meo ſcelera eorũ. Cõſiderate ergo fratres, quia oportet me ſine ceſſatione ueſtros animos ad tremendũ dei iudiciũ, & deſiderãdũ cœ/leſte præmium excitare,ut uobiſcũ merear in angelorum conſortio perpetua pace gaudere. D
Ideo rogo,ut diem iudicij ſemper pertimeſcatis, & diem mortis ſuſpectũ quotidie aute ocu los habeatis.Conſiderate quales eritis præſentandi conſpectibus angelorũ,uel qualem pro meritis uiciſſitudinem recepturi,ſi poteritis illibatũ referre in illo die quod in baptiſmo pro/miſiſtis. Mementote, quia tunc pactũ cũ deo feciſtis,atq; renunciare uos diabolo & omni/bus operibus eius in ipſo baptiſmo promiſiſtis, qui potuit tunc, ipſe per ſe,& pro ſe huic re/ſpondit:qui uero non potuit,fideiuſſor pro eo ad eius uicem iſta duo deo promiſit,ille ſcili/cet qui eum de ſacro fonte ſuſcepit. Conſiderate ergo quale pactũ cum deo feciſtis,& requi/rite apud uoſmetipſos,ſi poſt ipſam promiſſionẽ opera maligni, cui renũciaſtis,ſecuti eſtis. Abrenunciaſtis diabolo & omnibus pompis eius,operibus eius,id eſt,dolis & ſortibus, au/gurijs,& furtis, fraudibus & fornicatiõibus,ebrietatibus & mendacijs.Hæc ſunt uera opera & põpæ eius.Promiſiſtis ſimiliter credere uos in deũ patrẽ omnipotentẽ, & in Ieſum Chri/ſtũ filiũ eius unicũ dñm noſtrũ, & cætera. Promiſiſtis deinde credere uos in ſpiritũ ſanctũ, ſanctã eccleſiã catholicam, ſanctorũ communionẽ,remiſſionẽ peccrorũ,carnis reſurrectio/nem,& uitã æternam.Hinc proculdubio cautio & confeſſio ueſtra uel promiſſio ſemper in ueſtra teneatur memoria,ut hoc q; Chriſtiani uocamini,non ad iudiciũ uobis ſit,ſed potius ad remediũ. Nam ideo Chriſtiani facti eſtis, ut ſemper facta Chriſtiana faciatis,id eſt,ut caſtitatẽ ametis,luxuriam & ebrietatẽ fugiatis, humilitatẽ teneatis,ſuperbiam deteſtemini,
Matth.11 quia dominus Ieſus Chriſtus humilitatẽ & oſtendit exemplis,& docuit uerbis,dicẽs, Diſci/te à me, quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus ueſtris.Inuidiam etiã reſpuatis,charitatem inuicẽ habeatis, & ſemper de futuro ſeculo æternaq; beatitudine cogitetis, & plus pro anima q; pro corpore laboretis,quia corpus pauco tẽpore erit in hoc mundo,anima uero ſi bene egerit,ſine fine regnabit in cœlo:aut ſi male,ſine miſericordia ar debit in inferno.Qui non cogitat niſi tantummodo de iſta uita,animalibus & beſtijs ſimi/lis eſt.Nõ ergo uobis ſufficit,fratres chariſſimi, q; Chriſtianum nomen accepiſtis,ſi opera Chriſtiana nõ facitis.Illi enim prodeſt q; uocat Chriſtianus qui ſemper Chriſti præcepta &

A & mente retinet,& opere perficit, qui furtũ nõ facit,qui falſum teſtimoniũ nõ dicit,qui non mentiẽ neq; periurat,qui adulteriũ nõ cõmittit, qui nullũ hominẽ odit, ſed omnes ſicut ſe/ipſum diligit, qui inimicis ſuis malũ pro malo nõ reddit,ſed magis ꝓ ipſis orat,qui lites nõ cõcitat,ſed diſcordes ad concordiã reuocat. Hæc enim præcepta ipſe dñs Ieſus Chriſtus per ſemetipſum in euangelio dignatus eſt tradere dicens,Non homicidiũ facies, non adultera/ Matth. 19
bis,nõ furtũ facies,non falſum teſtimoniũ dices,&c.Et quodcũq; uultis ut faciant uobis ho Matth.7
mines,& uos facite eis:hæc eſt enim lex & prophetæ. Et adhuc maiora his,ſed fortiora atq; fructifera dedit mandata dicẽs,Diligite inimicos ueſtros,benefacite his qui oderũt uos,ora Matth. 5
te pro perſequentibus & calumniantibus uos. Ecce forte mandatũ uidet hominibus & du/rũ,ſed magnũ habet præmiũ.Audite quale,Vt ſitis filij patris ueſtri qui in cælis eſt.O quã/ta gratia:per nos ſerui digni nõ ſumus,& inimicorũ dilectione filij dei efficimur. Ideo ergo fratres & amicos diligite in deũ, inimicosq; propter deũ. Qui enim diligit proximũ,ſicut Roma. 13
Apoſtolus dicit,legem impleuit:nã qui uere Chriſtianus uult eſſe, hæc ei neceſſe eſt præce/pta cuſtodire.Si enim nõ cuſtodit,ipſe ſe circũuenit.Ille itaq; bonus Chriſtianus eſt qui nul la phylacteria uel inuẽtiones diaboli credit,ſed omnẽ ſuam ſpem in ſolo Chriſto ponit,qui pegrinos tanq; ipſum Chriſtũ cũ gaudio ſuſcipit,qa ipſe dicit,Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me: Matth.25
&,Quàm diu feciſtis hoc uni ex minimis meis,mihi feciſtis.Ille,inq;,bonus eſt,qui hoſpiti/bus lauat pedes,& tanq; parentes chariſſimos diligit,qui iuxta quod habet paupibus dat, qui ad eccleſiã frequentius uenit,& oblationẽ,quæ offeratur deo,in altari exhibet,qui de fru ctibus ſuis nõ guſtat,niſi deo prius offerat, q ſtatheras doloſas & menſuras duplices nõ ha bet,qui pecuniã ſuã nõ ad uſurã tribuit,qui & ipſe caſte uiuit,& filios ſuos uel uicinos docet ut cum dei timore uiuant,& quotiens ſolennitates ſanctæ aduenerint,ante dies plures caſti/tatem etiam cum propria uxore cuſtodit,ut ſecura conſcientia ad domini altare poſſit acce/dere.Poſtremo ſymbolũ & dominicam orationem memoriter tenet,& filios & familiam ea
B dẽ docet.Qui talis eſt uere,ſine dubio Chriſtianus eſt,ſed & Chriſtus habitat in eo qui di/xit,Ego & pater ad eũ ueniemus,& manſionẽ apud eũ faciemus. Similiter & per prophetã Ioã. 14
dicit,Ego inhabitabo in eis,& inter eos ambulabo, & ero illorũ deus. Ecce audiſtis chariſſi/mi,quales ſint Chriſtiani boni,ideo quãtum poteſtis,cum dei adiutorio laboretis, ut nomẽ Leuit. 26
Chriſtianum non ſit falſum in uobis, ſed ut ueri Chriſtiani eſſe poſſitis, ſemper præcepta 2.Cor. 6
Chriſti & implete actione,& cogitate mente.Redimite animas ueſtras eleemoſynis,dũ ha/betis in poteſtate remedia. Eleemoſynam iuxta uires facite,pacem & ueritatem habete,diſ/cordes ad concordiam reuocate,mendacium fugite, periurium expaueſcite, falſum teſtimo nium non dicite, furtum non facite, oblationes & decimas eccleſiæ offerte. Luminaria ſan/ctis locis iuxta quod habetis, exhibete. Symbolum & orationem dominicam in memoria retinete,& filijs ueſtris inſinuate.Filios etiam quos ex baptiſmo ſuſcepiſtis,docete & caſtiga te,ut ſemper cum domino uiuãt: ad eccleſiam frequentius conuenite,ſanctorum patrocinia humiliter expetite, diem dominicam pro reuerentia reſurrectionis Chriſti abſq; ullo ope/re ſeruili colite:ſanctorum ſolennitates pio affectu celebrate,proximos ueſtros ſicut uoſmet ipſos diligite,quod uobis nõ uultis fieri,nulli faciatis.Charitatẽ ante omnia habete,qa cha/ritas operit multitudinẽ peccatorũ.Eſtote hoſpitales, omnẽ ſolicitudinẽ ueſtrã proijcientes in deũ,quoniã ipſi cura eſt de uobis.Infirmos uiſitate, carceratos requirite,peregrinos ſuſci/pite,eſurientes paſcite,nudos ueſtite,hariolos & magos fugite.Sit uobis æqualitas in póde/re & menſura,ſit ſtathera iuſta,iuſtus modius,æquus ſextarius, nec plus q; dediſtis accipia tis,neq; uſuras pro fœnerata pecunia à quoq; exigatis,Quod ſi obſeruaueritis,ſecuri in die iudicij ante tribunal æterni iudicis ueniẽtes,dicetis, Da nobis quod dedimus,miſerere,quia miſericordiã fecimus, nos impleuimus quod iuſſiſti,tu redde quod promiſiſti.Ante omnia illud annuncio atq; obteſtor,ut nullus Paganorum ſacrilegas conſuetudines obſeruet,non carcarios,non diuinos,non ſortilegos,non præcãtatores, nec pro ulla cauſa aut infirmitate eos conſulere & interrogare præſumatis. Qui hoc malũ facit, perdit baptiſmi ſacramentũ. Similiter auguria uel ſternutatiões obſeruare nolite,nec in itinere poſiti,aliquas auiculas cã/

tantes attẽdatis,ſed ſiue iter,ſiue quodcunq; opus arripiatis, ſignate uos in nomine Chriſti, & ſymbolũ & orationẽ dominicam cũ fide & deuotione dicite,& nihil uobis nocere poterit inimicus. Nullus obſeruet qua die domũ exeat,uel qua reuertatur, quia omnes creauit dñs. Nullus ad inchoandũ opus diem uel lunã attendat. Nullus in calẽdis Ianuarij,nefanda & & ridiculoſa, uetulas aut ceruulos,aut iocticos faciat,neq; menſas ſuper noctẽ cõponat, nec Sirenes aut bibitiões exerceat ſuperfluas. Nullus in pyras credat,neq; in cantũ ſedeat, quia opa diabolica ſunt. Nullus in feſtiuitate beati Ioãnis aut ſanctorũ ſolennitatibus ſolſtitia, aut uallationes,uel ſaltationes,aut cantica diabolica exerceat. Nullus nomina dæmonũ,aut Neptunũ,aut Dianam,aut Herculẽ,aut Mineruã, aut Geniſtum,aut cætera huiuſmodi in/cepta credere aut inuocare præſumat. Nullus diem Iouis abſq; ſolennitatibus ſanctis, nec in Maio, nec in ullo tẽpore in ocio obſeruet,nec turmarũ uel murorũ uel aliquã diẽ omnino, niſi tantũ diẽ dominicã. Nullus ad phana,uel ad petras,uel ad fontes,uel ad arbores,aut ad ocellos, uel per trina luminaria uotũ faciat,uel uotũ reddere præſumat. Nullus ad colla ho/minis uel alicuius animalis legumina depẽdere præſumat, &ſi à clericis fiat,& dicatur q; res ſancta ſit, & in diuina lectione contineat, nõ eſſet dignus nomine clericorũ,ſed hæreticorũ, quia nõ eſt in eis remediũ Chriſti,ſed uenenũ diaboli. Nullus præſumat luſtrationes facere, nec herbas incãtare,neq; pecora per cauã arborẽ,uel terrã tranſilire foratam,quia per hoc di abolo uideat cõſecrare. Nulla mulier præſumat ſuccinos dependere:nec in tela,ſiue in tinctu/ra,ſiue in quolibet opere Mineruã uel cæteras infauſtas pſonas nominare,ſed in omni tẽpo re Chriſti gratiã adeſſe,& in uirtute nominis eius toto corde cõfidere. Nullus quando luna obſcuratur uociferare præſumat,quia certis tẽporibus deo iubente obſcuratur:nec per lunã no/uã timeat aliquid operis arripere,quia deus ad hoc lunã fecit,ut tẽpora deſignet,& noctiũ te nebras tẽperet,nõ ut alicuius corpus cuſtodiat,aut dementẽ hominẽ faciat,ſicut ſtulti putãt, qui à dæmonibus uexatos,à luna pati putãt. Nullus dominos ſolẽ aut lunã uocet, neq; per eos iuret,quia creatura dei ſunt,& neceſſitatibus hominũ iuſſu dei inſeruiũt. Nullus ſibi præ ponat Fortunã,aut Geniſtũ, quod naſcẽtia dicit, qa deus uult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionẽ ueritatis uenire,atq; in ſapientia omnia diſpẽſat, ſicut diſpoſuit ante mundi conſtitutionẽ. Propterea quotiẽs aliqua infirmitas occurrerit alicui,nõ quærant præcantato res,nõ diuini,non ſortilegi,nõ carcarij,neq; per fontes, aut arbores,aut biuia phylacteria ex/erceant,ſed qui ægrotat in ſola dei miſericordia confidat,& euchariſtiã cũ fide & deuotione accipiat,oleũq; benedictũ fideliter ab eccleſia petat,unde corpus ſuũ ungat,& ſecũdũ Apo/

Iacobi 5 ſtolũ. Oratio fidei ſaluabit infirmũ,& alleuabit eũ dñs:nõ ſolũ corporis,ſed & animæ ſani/

Matth. 21 tatẽ accipiet,cõplebitq; in illo quod dñs in euãgelio pmiſit dicens,Omnia quæcũq; petieri tis patrẽ in nomine meo,in oratiõe,credẽtes accipietis. Ante omnia ubicũq; eſtis, ſiue in do/mo,ſiue in itinere,ſiue in cõuiuio,uerba turpia & luxurioſa nolite ex ore ueſtro pferre, qa ſi/

Matth.12 cut dñs in euãgelio pronũciat,De omni uerbo ocioſo q̃d locuti fuerint homines,reddẽt rati onẽ de eo in die iudicij. Ludos etiã diabolicos, uel uacillatiões,uel cãtica gentiliũ fieri uetate, nullus Chriſtianus hoc exerceat, qa per hoc paganus efficit:nec eĩ iuſtũ eſt,ut ex ore Chri ſtiano,ubi ſacramẽta Chriſti mittunt, & quẽ decet deũ laudare,cantica diabolica procedãt. Ideoq; fratres,omnes adinuẽtiones inimici toto corde reſpuite,& ſupradicta ſacrilegia cum omni labore & horrore fugite. Nulli creaturæ præter deũ & ſanctos eius uenerationẽ exhi/beatis:fontes uel arbores quos ſacrinos uocãt,ſuccidite :plantas ſiue ungulas pedũ quas per biuia ponũt,fieri uetate,& ubi inueneritis, igne cremate. Per nullam aliã artem ſaluari uos credatis,niſi per inuocationem & crucem Chriſti. Nam illud quale eſt:quia ſi arbores illæ, ubi miſeri homines uota reddunt, ceciderint, non ex eis ligna ad focum deferunt. Et uide quanta eſt ſtultitia hominum,ſi arbori & inſenſibili & mortuæ impendunt honorem,& dei omnipotentis uota contemnũt. Non ergo cœlũ,non terram,nec ullam omnino creaturam præter deũ adorandã credat, quia omnia ipſe ſolus cõdidit atq; diſpoſuit. Altũ quidẽ cœlũ eſt,ingens terra,immenſũ mare,pulchra ſydera, ſed q; pulchrior & immenſior ſit qui creauit hæc,neceſſe eſt. Si eĩ quæ uident tã incõprehẽſibilia ſunt,id eſt, uarij fructus terræ,pulchri

tudo

A tudo florũ,diuerſitas pomorum,genera animaliũ, alia ſuper terram,alia in aquis,alia in aëre,apum quoq; prudentia,uentorum flatus,nubium rores, tonitruorum fulgores,tempo/rum uices, dierum noctiumq; uarij recurſus, quæ omnia nullatenus mens humana poteſt æſtimatione comprehẽdere. Si ergo talia ſunt quæ uidemus & nullatenus cõprehendimus, qualia æſtimanda ſunt illa cœleſtia,quæ nondum uidemus,uel qualis omnium horum arti/fex,cuius nutu cuncta creantur? Illum ergo fratres ſuper omnia timete,ſuper omnia adora/te: illum ſuper omnia amate,ad illius uos miſericordiam tenete,de illius clemẽtia nunq; de/ſperate. Quos bonos uidetis, illos imitemini: quos malos conſpicitis,caſtigate,corripite,ut duplicem mercedem habeatis. Et qui hactenus idoneus à ſupradictis malis uixiſſe cogno/ſcitur,gaudeat quidem,& deo gratias reddat,ac de cætero obſeruet, & perſeuerare in bonis actibus feſtinet: qui uero uſq; nũc mala opera exercuit,cito ſe corrigat, & ex toto corde pœ/nitentiam agat antequam de hac luce diſcedat,quia ſi ſine pœnitentia mortuus fuerit, non ibit in requiem,ſed præcipitabitur in gehennam,ubi nunq; exiet in ſecula ſeculorum. Qua/propter loquor omnibus uitis & fratribus,ut corrigat ſe unuſquiſq;,& uitia ſua emẽdet,ma/la opera quæ geſſit pœnitẽdo expiet. Nullus ſe inebriet, nullus in cõuiuio cogat alium plus bibere q̃ oportet:cui uitio deditos multum uehementer redarguit Apoſtolus dicẽs, Neq; 1.Cor.6 ebrioſi regnum dei poſſidebunt. Nullus, ſicut dictum eſt, obſeruet egrediens aut ingrediẽs domum,quid ſibi occurrat,uel ſibi in aliquo uox reclamantis fiat, aut qualis auis cantus gar/riat,uel quid etiam portantem uideat,quia qui hæc obſeruat,ex parte paganus eſſe dinoſci/tur. Qui ergo hæc contempſerit, prophetam ſibi gratuletur clamare,Beatus uir cuius eſt do Pſal.38 minus ſpes eius, & non reſpexit in uanitates & inſanias falſas. Hinc & Apoſtolus monet, Omne,inquit,quodcunq; facitis,in nomine Ieſu Chriſti facite. Prorſus ergo recedendũ eſt Col.3 à cunctis huiuſcemodi obſeruantibus, mathematici ſpernendi,auguria horrenda, ſomnia contemnenda, quoniam,ſicut ſcriptura teſtatur, uana ſunt. Vnde per Moyſen præcipitur,

B Non auguriabimini,non obſeruabitis,inquit,ſomnia, nec ad magos declinabitis. Oportet Leui. 19 ergo ut hæc tota mente obſeruetis,& ſi quos cognoſcitis,uel occulte aliqua phylacteria exer cere,expedit ut nec cibum cum eis ſumatis,nec ullum conſortium cum illis habeatis. Iſta er/go omnia ſpernentes,ad dei uos auxilium conferte, & de eius miſericordia non deſperate. Omni die dominico ad eccleſiam conuenite,& nõ cauſas & rixas uel ocioſas fabulas agatis, ſed lectiones diuinas cum ſilentio auſcultate,& pro eccleſiæ pace & pro peccatis ueſtris ora/te. Qui enim in eccleſijs fabulari non timet, pro ſe & alijs redditurus eſt rationem, dum nec ipſe uerbum dei audit,nec alios audire permittit. De talibus dicit dominus in euãgelio, Væ Matth.23 uobis qui clauditis regnum cœlorum ante homines,uos autem non introitis,nec alios intra re permittitis. Iudices etiam qui præeſtis,iuſtiſſime iudicate,nihil in iudicio iniuſte agatis, nec munera ſuper innocentes accipiatis, non ad perſonam attendatis, nec res alienas rapa/ci fronte diripiatis,quia de ueſtris quid uel ſuper noctem agatur, neſcitis. Pauperem uel ad/uenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod ueritas dicit, Quia in quo Matth.7 iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. Ca/uete ſemper ne de uobis Propheta dicat, Væ qui potentes eſtis in hoc mundo,qui iuſtifi/ Eſa.5 catis impium pro muneribus & iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Væ qui dicitis bonum ma/lum, & malum bonum, labia ueſtra loquuntur mendacia,manus ueſtræ plenæ ſunt iniqui tate,facta eſt uobis ueritas in obliuionem, & iuſticia fugit à uobis. Hæc fratres conſideran tes pariter, & qui præeſtis in dei timore uos ſolidate, retinete quæ dicta ſunt, facite quæ præcepta ſunt, habete ſemper Chriſtum in mente, ſignum eius in fronte facite, ſcitote quia multos aduerſarios habetis,qui curſum ueſtrum impedire feſtinant. Ideo omni loco, omni hora,crucis ſigno uos armate, crucis memoria uos munite: hoc enim ſolum timent, illud ſolum expaueſcunt, hoc & uobis datum eſt ſcutum,ut poſſitis ſagittas maligni ar/dentes extinguere. Porrò magna res eſt ſignum Chriſti,& crux Chriſti, ſed illi ſoli prodeſt qui facit mandata Chriſti. Vt ergo uobis proſit, præcepta eius totis uitibus adimple/

re

re contendite, & siue sedetis, siue ambulatis, siue manducatis, siue in lectum ascendatis, C
siue à stratu surgatis, iugiter signum Christi muniat frõtem uestram, ut uos semper me mo/
ria dei uigilantes protegat, & in sopore custodiat. Et quotiens in nocte excitati fueritis, &
somnus euolauerit, mox labijs signum crucis occurrat: mens quoq; orationibus occupetur,
ac dei præcepta in corde uoluantur, ne stupido pectori repente surripiat inimicus, uel per fa/
tuam incuriam serpat ad animam aduersarius auidus, Et cum in sensum uobis turpem sug/
gesserit cogitationem, proponite uobis futurum iudicium, inferni supplicium, gehennæ pœ
nas, tartari tenebras, quæ impij patientur. Si hæc feceritis, statim turpis cogitatio euanescet,
Psal. 31 nec uos deseret misericordia dei, quia uerum est quod propheta canit, Sperantes in domi/
no misericordia circudabit. Sed cum hæc omnia, auxiliante domino, impleueritis, scitote
quia hoc molestè accepturus est diabolus, q̃ uidet uos à societate sua discedere, & ob hoc
fortasse aliquas nequitias aut infirmitates uobis immittet: nolite ꝓpter hoc desperare, quia
ad uos probandos permittit hoc deus fieri, ut cognoscat si ex toto corde uos ad eius miseri
cordiam tenetis, uel si ueraciter in eum credatis. Sed uos cuncta patienter sufferte, & deum
Iacobi 1 in omnibus benedicite, ut in uobis possit impleri quod scriptum est, Beatus uir qui suffert
1. Cor. 11 tentationem. Consoletur uos & hoc quod dicit Apostolus, Qui cum tribulamur, à domi/
Prouer. 3 no corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Nec non & illud, Flagellat autem do/
Heb. 12 minus omnem filium quem recipit. Et illud, Quos deus amat, corrigit & castigat. Quòd si
semel uel bis nequitias quas immittit, uiriliter atq; fideliter pro dei amore sustinueritis, ita
ipsum dominus à uestra infestatione dignabit expellere, ut ulterius uobis nunq; possit no
cere. Ita ergo si ueri & non falsi Christiani estis, diabolicas circumuentiones fugite & despi
cite, & tota mente ad deum tendite, & quæcunq; aduersa uobis inimicus immiserit, patiẽter
& fortiter toleretis. Nam & si ꝑ sortilegos aut diuinos aliqua prædicta fuerint, & ita euene
rint, nolite mirari, quia spiritus per aëra uolãtes, facile possunt uidere aliqua futura. De hac
Deu. 13 re diuina scriptura testatur dicens, Etiam si uera uobis dixerint, nolite credere eis, tẽtat enim D
uos dominus deus uester, utrum timeatis eum uel non. Illud autem scitote, quia nec uos, nec
aliquid quod ad uos pertinet, lædere potest inimicus, nisi quantum permiserit deus. Permit/
tit autem hoc deus, quia peccata hominum hoc exigunt. Permittit autem duabus de causis,
aut ut probet si boni estis, aut castiget si peccatores. Sed qui patienter dispensationem dei
Iob. 1 sustinuerit, cum perdiderit aliquid, dicat, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino
placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Pro ista patientia, aut coronam reci/
piet si iustus est, aut indulgentiam, si peccator. Quòd si murmurauerit, uel desperauerit, re/
rũ pariter & animæ damnationem incurret. Sed mihi credite fratres, quia si ex toto corde
& semper in timore dei permanseritis, & præcepta eius custodieritis, ita quòd nihil ex genti
li consuetudine obseruetis, nihil iam inimicus nocere poterit, sed omnia uestra prosperabun
tur. Recto enim Christiano nec auguria, nec figmẽta aliqua nocere possunt, quia ubi signũ
crucis cũ fide & timore dei præcesserit, nihil ibi poterit nocere inimicus: tepidis uero & ne/
gligentibus ideo nocere possunt, quia relinquentes dei præcepta, per uitæ suæ negligentiam
praua opera exercendo, ipsi se dæmonum potestati spontanea tradunt uoluntate, qui si in
seruitio Christi perseuerarent, & per eius auxilium solummodo confiderent, nihil prorsus
paterentur mali. Hæc ergo sciẽtes, totis uos uiribus ad eius misericordiam tenete, opera bo/
na semper agite, & de substãtia uestra pauperibus erogate: qui plus habet, plus tribuat: qui
uero minus, de hocipso largiat: beatus & hilaris unusquisq; quod prævalet, tribuat, quia ni/
Matth. 19 mirũ gaudebit multũ, quia qui dat parũ, accipiet multũ, sicut dñs ad apostolos dicit, Centu
plũ accipiet, & uitam æternã possidebit. Det igitur nummum, & cõparat cœleste regnũ, det
Tobiæ 4 paruã pecuniã, & emit uitã æternã. Tenete ergo uos ad eleemosynã, quia scriptum est, Ele/
emosyna à morte liberat, & qui eã fecerit, nõ ibit in tenebras. Vnusquisq; quantũ prævalet,
tantũ porrigat. Qui habet aurũ, det aurũ, & qui argentũ, argentũ: qui uero nõ habet pecu/
niã, cũ bono animo det pauperibus buccellã: & si nõ habet integrã, ex eo q d' habet, frãgat, &

partem

A partem egeno tribuat. Sciat, quamuis parum tribuerit cũ bono animo, deo acceptabile erit.
Dominus enim non copia largitatis, sed benevolentia & deuotione largiẽtis delectatur &
pascitur. Vt autem nullus pauper ab eleemosyna se excusare possit, ipse dominus pro calice
aquæ frigidæ se mercedem esse redditurum promisit. Qui enim à domino plures facultates
accepit, magis utiq; iudicij periculum sustinebit. Potuit nempe deus omnes diuites facere,
sed pauperes in hoc mũdo esse uoluit, ut diuites peccata sua redimerent. Redimite ergo uos
charissimi dum habetis precium, date eleemosynam de bono & iusto labore, & non alte/ Prouer. 21
rius rapina. Audite modo ante fores uestras pauperes rogãtes, ut & ipsi pro uobis in die iu/
dicij rogent. Prophetam audite clamantem, Qui auerterit aurem suam ab egeno, & ipse cla
mabit, & nõ exaudiet eũ dominus. Date ergo deo quod uobis dedit, quia ipse accipit quod
pauperibus datis. Ipsi quidem datis, sed uobis in futurum transmittitis, non ut uentrem im/
pleatis, sed unde flammas extinguatis: quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna ex/ Eccli. 3
tinguit peccatum. Hinc dominus & per prophetam dicit, Dabunt singuli redemptionẽ ani/
marum suarum, & non erit in eis morbus nec casus. Date ergo dum licet accipere redempti/
onem animarum uestrarum. Redimite uosipsi dum uiuitis, quia post mortem nemo uos re
dimere potest. Vnusquisq; de quali ingenio uel artificio uiuit, de ipso decimam deo in pau/
peribus uel in ecclesijs donet: consideret, quia omnia dei sunt per quæ uiuit, siue terra, siue
flumina, siue semina, uel omnia quæ sub cœlo sunt, uel super cœlos. Et si ipse non dedisset,
nihil utiq; haberet, nam deus qui dignatur totũ dare, decimam de suo dignatur nobis re/
petere, non sibi penitus, sed nobis profuturam, sicut ipse promisit per prophetam dicens, In/ Malach. 3
ferte, inquit, omnẽ decimationẽ in horreis meis, & probate me in his, dicit dominus, si non
aperuero uobis fructus puæ possidetis super terram, quod cognoscitis deo placere. Nolite
de cuncta substantia uestra fraudare decimam, ne uobis nouem partes auferantur, & sola
decima remaneat. Conuertimini adhuc, dicit dominus, ut aperiam uobis cataractas cœli, &
B effundam super uos benedictionem meam, Si igitur dederitis uoluntarie, plus semper do/
minus dabit uobis. Si non dederitis, quanticunq; pauperes in quibus locis habitatis, fame
mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Insuper immittet uobis dominus pestilẽ
tiam & famem, & perdetis totum quod habetis, nec nõ & animas uestras. Vt autẽ hæc uo/
bis non ueniant, festinate cũ bono animo dare unde animas uestras possitis redimere. Ne
eligatis cui misericordiam faciatis, ne forte prætereatis eum qui meretur accipere, quia nesci
tis si Iesus dignatur aduenire. Scitote quia quod pauperi datis uel peregrino, sedenti in cœ/
lo datis, qui dixit, Qui uos recipit, me recipit. Et, Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mi/ Matth. 10
hi fecistis. Inter hæc autẽ omnia, quæ dominus præcepit exerceri bonitatis opera, nihil quæ/ Matth. 25
rit à uobis, nisi salutem animarum uestrarum, & ut custodiatis eius mãdata. Quod si feceri/
tis, dabit uobis, sicut per Moysen pollicitus est, pluuias cõgruo tempore, & terra uestra ger/
men gignet suum, eritq; abundantia fructuum, pomorum, uinearum, & segetum, & abun/
dabitis omnibus bonis. Et dabit uobis pacẽ per circuitum, & sine terrore eritis, ipsecq; habi
tabit inter uos. Econtra, si non custodieritis mandata eius, in uobis uenient plagæ ab eodẽ
Moyse prædictæ, pestilentia uidelicet, & fames, & gladius, eritq; desuper cœlum sicut fer/
rum, & terra sicut æramentum, & terra non proferet germen suũ, & segetes omnes delebun
tur, omnisq; labor uester incassum consumetur. Insuper consurgent in uobis inimici uestri,
& deuorabit uos gladius, & erit terra uestra deserta & desolata. Et tunc clamabitis præ an/
gustia, & non exaudiet uos dominus, sicut per prophetam Esaiam minatur dicẽs, Locutus Esa. 65
sum, & non exaudierũt: clamabunt, & non exaudiã. Iterum propheta clamat, Nõ est abbre Esaiæ 58
uiata manus domini, ut non possit saluare & exaudire, sed iniquitates uestræ diuidũt inter
uos & deum uestrum, & peccata uestra auertũt faciem eius ne exaudiat. Vt ista uero uobis
nõ contingãt, custodite quæ præcepta sunt, implete dei mãdata, ut uiuatis, & bene sit uobis,
nihilq; calamitatis eueniat. Ipse per prophetam consolatur dicens, Si egerint pœnitentiam Hiere. 18
pro peccatis suis, & ego pœniteam super malo quod locutus sum ut facerem, & nõ faciam.

Hæc

Hæc ſemper in mente tenete, hæc uerba filijs ueſtris & uicinis narrate, hæc rememoramini C
dum ſedetis in domibus ueſtris, & dum ambulatis, nec oliuiſcimini cum bene fuerit uobis,
ſed deum timete ſemper, & illi ſoli ſeruite, ne iraſcatur furor eius, ſed ſcitote, quia ipſe cuſto/
dit pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & mandata ſua cuſtodientibus, omnes tollet
1. Ioan. 2 languores. Cõſiderate, quia ſicut Ioannes apoſtolus prænũciat, Nouiſſima hora eſt, ideoq; iam nolite mundum diligere, quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius cum eo. Vos autẽ facite uoluntatem domini, ut maneatis in æternum, & habeatis fiduciam cum apparuerit, ne confundamini in aduentu eius. Nemo uos ſeducat. Qui facit iuſtitiã iuſtus eſt, & qui pec catum, ex diabolo eſt. Etenim omne peccatum, ſiue furtum, ſiue adulterium, ſiue mendaciũ, ſine dæmonis operatione non fit. Conſiderate quæſo quàm pernicioſum eſt opera diaboli exercere, eiusq; participem fieri non in requie, ſed in pœna gehennæ. Idcirco quotieſcunque peccatis, nolite expectare mortiferam ſecuritatem, ut uulnera illa putreſcant, nec alia inſuper augeatis, ſed continue per pœnitentiæ confeſſionem uobis medicinam adhibere feſtinate. In magnis etiam operibus uos dilatare cõtendite, ut qui fuit hactenus ſuperbus, ſit humilis: qui adulter caſtus, qui ſolebat furari, aut res alienas tollere, incipiat iam proprias eccleſijs aut pauperibus erogare: qui fuit inuidus, ſit benignus: qui ebrioſus, ſit ſobrius: qui fuit iracũdus, ſit patiens: qui fecit alteri iniuriam, cito petat ueniam: cui facta eſt, abſque mora dimittat, ut & illi dimittatur. Aut quare non dimittat parum, ut ei dignetur deus dimittere totum? Nã & hoc clementiæ genus eſt, ut dimittat aliquis ex toto corde ei à quo læſus fuerit. Quòd ſi aliquis ita ſit pauper ut nullam rem habeat unde eleemoſynã temporalem faciat, quia nõ poteſt fieri ut ab aliquo non patiatur iniuriam, ſi ex toto corde omnibus in ſe peccantibus indulgeat, & contra nullum hominem odium teneat, atq; omnes ſicut ſeipſum diligat, hoc ei ꝓculdubio pro maxima eleemoſyna reputabit. Vt aũt in nos peccãtibus liberius dimitta
Matth. 6 mus, hortatur nos dominus in euangelio dicens, Si autem dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra: ſi non dimiſeritis, nec pater ueſter di/ D
mittet uobis. Nemo ergo ſe circumueniat, nemo ſe ſeducat. Qui uel cõtra unum hominem
in hoc mundo odium tenet, quicquid deo in bonis operibus obtulerit, perdet totum, quia
1. Ioan. 3 non mentitur Apoſtolus terribiliter clamans, Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & men
dax, & in tenebris ambulat. Hoc loco fratrẽ, omnem hominẽ oportet intelligi, quia omnes
in Chriſto fratres ſumus. Vos autem ad inimicorum dilectionem admoneo, quia ad ſanan
dum peccatorum uulnera nullum eſſe medicamẽtum utilius cognoſco, Licet magnus labor
ſit, inimicos diligere, ſed magnum erit præmium in futuro. Qui dilexit inimicos hic, erit dei
Matth. 5 amicus, nõ ſolum amicus, ſed filius, ſicut ipſe, quod ſupra iam diximus, pollicetur dicẽs, Di/
ligite inimicos ueſtros, benefacite qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumni/
antibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt. Qui non diligit, ſicut dicit Apoſtolus,
manet in morte. Cum hæc ita ſint chariſſimi, dilectionem ueram, nõ falſam adinuicem ha/
bete, actus ueſtros ſemper ad deum dirigite, & quicquid poteſtis laborate pro amore uitæ
æternæ. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ uos comprehendant. Vt laboratis pro
carne, ita pro anima, ſi curritis pro carne, quam poſt modicum tempus uermes deuoraturi
ſunt in ſepulchro, currite pro anima, ut ornata bonis moribus ſine fine lætetur in cœlis. An/
te omnia qui ieiunatis, quod prãdere debetis, pauperibus erogate. Et ſicut dominus in euan
Matth. 6 gelio fieri docet, Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, ut uideamini ab homini/
bus, ſed illi ſoli qui uidet in abſconſo, Et iterum monet. Attendite ne iuſtitiam ueſtram faci/
atis coram hominibus ut uideamini ab eis. Plus ergo de animæ quàm de cibo corporis
cogitate, & dum in mundo uerſamini, æternam uitam bene uiuendo emite, lectiones diui/
nas libenter audite in eccleſia, & quæ auditis iugiter in domibus recolite, & quomodo paſci/
tur corpus cibo, ſic anima reficiatur dei uerbo. Certũ eſt enim, qualis eſt caro quæ poſt mul/
tos dies pepercit cibo, talis eſt anima quæ paſcitur dei uerbo raro. Ergo chariſſimi, ſiue am/
bulatis, ſiue ſedetis, ſiue operamini, ſiue quæcunq; agitis, ſemper quod ex diuina lectione
audiſtis,

A audiſtis, ad mentem reducite, ſemperq; euangelica præcepta in corde ruminate. Ante oĩa
luxuriã fugite, concupiſcentiam malam uitate, timentes illud quod dominus in euãgelio di
cit, Omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde Matth. 5
ſuo. Vxores legitimas abſq; ulla ſimulatione diligite, ſicut Apoſtolus præcipit dicens, Vi/ Epheſ. 5
ri diligite uxores ueſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. Et iterum, Mulieres ſubditæ ſint ui Col. 3
ris ſuis, ſicut oportet in domino. Et nequaq; uir legitimam uxorem quacunq; occaſione di/
mittere præſumat, quia ſecundum ſententiam domini, Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, Matth. 5
excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari. Concubinas, ſiue ante nuptias, ſiue poſt nu
ptias habere prohibemus, quia omnino illicitum eſt. Nam qui uxorem legitimam ducere
cogitat, dignum eſt ut uirginitatem uſq; ad nuptias cuſtodiat, & poſt nuptias nullam alte/
ram niſi unam legitimam coniugem cognoſcat, ſicut Apoſtolus præcipit. Ipſe fidem ſeruet
ei ſicut eam ſibi ſeruare uult, nec peccet cum alia, ſicut nec ſuam cũ alieno uult peccare, timẽs
illud quod idẽ Apoſtolus clamat, Fornicatores & adulteros iudicabit dominus. Quicquid Heb. 13
enim de iure connubij mulieribus non licet, nec uiris omnino licet. Nam qui ante nuptias le
gitimas habere cõcubinas præſumit, peius peccat quàm qui adulterium cõmittit, & ob hoc
dignus eſt à conſortio Chriſtianorum ſeparari. Qui ſi non pœnituerit, æterna illum flam/
ma cruciabit ſine remedio. Quapropter Chriſtiane fuge fornicationem: erubeſce iam ſub
oculis dei & angelorum peccare. Capitalia omni niſu deteſtare, quæ ſunt ſacrilegium, homi/
cidium, falſum teſtimonium, furtum, rapina, ſuperbia, inuidia, auaricia, iracundia, ebrietas:
hæc ſunt crimina quæ mergunt homines in ſupplicium æternum. Ex quibuſcunq; qui in ſe
unum habere cognoſcit, & pœnitentiam non egerit, ſine remedio in gehennæ igne ardebit.
Et ideo ô anima Chriſtiana, uigila, ora, caue prædicta crimina, & qcquid boni prœuales age
pro uita æterna. Aperi pauperibus manum tuam, ut Chriſtus tibi aperiat ianuam ſuam &
intres in gaudia paradiſi. Noli ipſe te tradere in perditionem, quia Chriſtus pro te ſuum ef
B fudit ſanguinem. Satis te charum habuit, quem tam caro precio redemit. Terreat te metus
gehennæ, quo poſſis abſtinere ab operibus prauis. Omni hora mortem adeſſe ſpera, &
futura iudicia dei ſuper te iugiter formida, ut tibi poſſit adaptari quod ſcriptum eſt, Beatus Prouer. 28
eſt qui ſemper eſt pauidus. Quòd ſi male feciſti, emenda dum potes, dum eſt licentia pœni/
tere: ueniam non deſperes ſi ad meliora cõuertaris, quia deſperatio peius eſt omni peccato.
Nullatenus de dei miſericordia deſperetis, nec poſt centum peccata, nec poſt mille crimina,
quia nulla eſt tam grandis culpa quæ pœnitendo non habet ueniam. Quamuis ergo te iri/
tet quiſq;, cuius conuitiet, cuius iniuriam tibi faciat, tu tamen patiens eſto, ne rependas con/
tumelias, & melius tacendo uinces iniuriam. Cum maledicit tibi, benedic ei, & magnam ha/
bebis gratiam, q; tu non lædis à quo læſus es. Nullum deſpicias, non ſeruum, non egenum,
quia forſitan melior eſt apud deum quàm tu. Et quoniam ſecundum Apoſtolũ, Omes fra 1. Cor. 12
tres unum corpus ſumus in Chriſto, & quia nõ eſt perſonarum acceptor deus, ſed ſicut ſcri/
ptum eſt, Vnuſquiſq; quod bonum fecerit, hoc feret à deo, ſiue ſeruus, ſiue liber: nõ detra/ Eph. 6
hes fratri tuo, non facias calumniam fratri tuo, neq; forti ui opprimas eũ, ſed ſicut per Moy
ſen dicitur, Si paupertate compulſus uendiderit ſe tibi frater tuus, non affliges cũ more ſer/ Leui. 25
uorum per potentiam, ſed ſecundum dei timorem age circa illum. Memẽto quia tu ſeruus
es. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue illum, ne habeas ſuper illo pec
catum. Hinc & dominus in euangelio dicit, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum in/ Matth. 18
ter te & ipſum ſolum. Et rurſum, Si ſepties in te peccauerit, & totiens pœnituerit, dimitte ei. Matth. 5
Et iterũ, Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliq̃d
aduerſus te, relinque ibi munus tuum ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc
ueniens offeres munus tuum. Hæc te Chriſtiane præcepta reuocent ad cõcordiam, hæc dul
cia Chriſti medicamenta curent odij uulnera, quæ ſi contempſeris, terribilem in te ſententiã
retorques, qua dicitur, Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Qui dixerit fratri ſuo
racha aut fatue, reus erit gehennæ ignis. Ecce audiſti chariſſime, quid timeas, quid obſerues.

Habe ergò charitatem,tene patientiam,fuge diſcordiam,impone frenos linguæ tuæ,ne de- A
Prouer.18 trahat ad gehennam animam tuam,quia ſecundum ſcripturam,Mors & uita in manibus
Pſal.139 linguæ.Et,Vir linguoſus nõ dirigetur in terra.Hæc ſollicita conſideratione penſantes chariſ
ſimi,uerba ſimul & mores cõponite,ſectamini ſemper iuſticiam, amate Chriſti præcepta.
Eſa.55 Derelinquat impius uiam ſuam,& reuertatur ad dominum,ſicut propheta clamat,& miſe/
Oſee.14 rebitur eius,quia pius eſt ad ignoſcendum.Ipſe enim monet dicens,Conuertimini ad me,&
Amos.5 ſanabo contritiones ueſtras.Et rurſus,Quærite bonum & non malum ut uiuatis,& erit uo/
biſcum dñs exercituum.Et iterum,Odite malum & diligite bonũ,ut miſereatur ueſtri deus.
Ecce hic per prophetam clamat deus:Et ſi me audire contempſeritis,moriemini morte æter
Luc.5 na.Ipſe etiam conſolatur in euangelio dicens,Nõ ueni uocare iuſtos,ſed peccatores ad pœ
Matth.6 nitentiam.Et iterum monet dicens,Primum quærite regnum dei & iuſticiam eius,& hæc
Matth.7 omnia adijcientur uobis.Et iterum,Petite, & dabitur uobis,quærite,& inuenietis, pulſate,
& aperietur uobis.Modo enim dominus pro ineffabili pietate ſua nõ ſolum admonet,ſed
etiam rogat ut conuertamur ad eum.Audiamus ergo eum dum rogat,audiamus ſcripturã
dicentem,Fili miſerere animæ tuæ placens deo.Quid ad hæc reſpondet humana fragilitas?
Deus rogat ut tui miſerearis,& non uis:quomodo exaudiet te in die neceſſitatis ſupplican/
tem,cum tu eum pro teipſo non audis rogantem?Si modo hæc neglexeritis fratres, quid
facietis in die iudicij,uel ad cuius auxilium confugietis?Si,inquam,modo neglexeritis talia
dei hortamenta,non effugietis tunc inferni tormenta,nec uos poterit aurum uel argentum
liberare,neq; diuitiæ,quæ in angulis modo abſconditis,& ex quibus arrogantes effecti ſa/
Eſa.13 lutem ueſtram obliti eſtis.Hinc nãq; dominus dicit,Viſitabo ſuper orbis mala,& quieſcere
faciam ſuperbiam impiorum,& arrogantiam fortiũ humiliabo.Et rurſum admonet dicẽs,
Eſa.46 Præuaricatores,redite ad cor: quieſcite agere peruerſe,diſcite benefacere,ſuccurrite oppreſ/
ſo,defendite pauperem,uiduam & aduenam & pupillum nolite calumniari,Hæc ergo fra/
tres mente retinete,hæc magnopere cuſtodire feſtinate,impugnati à diabolo coniungimi/ B
ni deo,qui uos redemit.Stupeant gentes de conuerſatione ueſtra,& ſi detrahunt uobis & ir
rideant Chriſtianitatis opera,ex hoc ſectari non turbemini,reddent enim rationem. Totã
ergo ſpem ueſtram in Chriſti miſericordia componite,& non ſolum ab actu impudico, ſed
etiam à cogitationibus ſordidis animas ueſtras cuſtodite,quia deus iudex iuſtus & de ma/
lis cogitationibus iudicat.Et hæc moneo fratres,ut ſuperbiam penitus deponatis,per quam
Iaco.4 de cœlo diabolus corruit,quia ſicut Apſus teſtat,Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autẽ dat
Luc.14 graciam.Et in euangelio,Omnis qui ſe exaltat,humiliabitur,& qui ſe humiliat, exaltabitur.
Matth.18 Et iterum,Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cœlo/
rum.Iurandi conſuetudinem funditus euitate,quia ualde præceptis in hac parte contraitis,
Matth.5 domino in euangelio prohibente.Dico,inquit,uobis,Nolite omnino iurare, neq; per ter/
ram,neq; per caput,neq; per aliud quodcunq;:ſit autem ſermo ueſter,eſt,eſt:non,non. In/
iuriantibus autem uobis,proferte præcepta dei quibus dicitur:Non reſiſtite malo,ſed ſi qs
te percuſſerit in unam maxillam,præbe ei & alteram.Et qui uult tunicam tollere, dimitte ei
& pallium.Et iterum,Qui petit à te,da ei,& qui tollit quæ tua ſunt,ne repetas. Orando ita/
que neceſſe eſt,ut teneatis illam orationem quam dominus in euangelio præcepit dicens,
Matth.6 Cum oratis,non in multiloquio,ſed in ſecreto cordis orate,& pater ueſter qui uidet in ab/
ſcondito,reddet uobis:Scit enim quid opus ſit uobis anteq; petatis.Hæc ergo uerba chariſ
ſimi recolite,hæc iugiter præcepta reminiſcimini,ubicunq; eſtis memoriam Chriſti in collo
Matth.18 quio miſcete,quia dicit,Vbi duo uel tres congregati ſunt in nomine meo,ibi ſum in medio
eorum.Scandala etiam fugite,quia dominus grauiter notat eum qui lites concitat, dicẽdo,
Ioan.15 Væ homini illi per quem ſcandalum uenit,In compaſſione proximi illam ſententiam tene
te,qua in euangelio dicitur,Si manſeritis in me,& uerba mea in uobis mãſerint, quodcũq;
1.Cor.7 petieritis fiet uobis.Ipſum quoq; Apoſtolum audite clamantẽ,Tempus breue eſt, reliquũ
eſt,ut qui habent uxores,tanq; nõ habentes ſint,& qui flentes,tanq; nõ flentes,& qui gau/
dent,

A dent,tanq; non gaudentes,& qui utuntur hoc mundo,tanq; non utantur,præterit enim fi/
gura huius mundi.Vt autem plus cupiatis cœleſtia q̃ terrena, dominum audiatis dicentẽ,
Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur,animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Matth.16
Vt uero diligamus charitatem,euangeliſta Ioannes hortatur dicens,Si diligamus inuicem, 1.Ioan.4
deus in nobis manet,& charitas in nobis perfecta eſt.Et iterum,Deus charitas eſt.Necnon
& Paulus excellentiam charitatis ſimili modo profert,dicens,Si diſtribuero in cibos paupe 1.Cor.13
rum omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam,charitatẽ autẽ non
habeam,nihil mihi prodeſt.Hinc iterum monet dicens,Omnia ueſtra in charitate fiant. Et 1.Cor.16
iterum,Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti.Ipſe etiam ad trãmi/ Gal.6
tem perfectionis blande coërcens, dicit, Qui furabatur, iam non furetur. Et illud, Fugi/ Epheſ.4
te fornicationem,quia omne peccatum quodcũq; fecerit homo,extra corpus eſt:qui autem
fornicatur,in corpus ſuum peccat.Et iterum,Neq; auari regnũ dei poſſidebunt, neq; forni/
carij,neq; adulteri, neq; fures,neq; ebrioſi,neq; malefici,neq; rapaces.Idem Apoſtolus cu/
piditatem coërcet dicens,Radix omnium malorum eſt cupiditas.Ergo fratres abijcite cupi 1.Timoth.6
ditatem,ſectamini charitatem,deponite iniquitatem,ſupportantes inuicem in charitate, il/
lud omnino præcauentes quod Apoſtolus ad Romanos ſcribens infert:Reuelabitur, in/ Rom.1
quiens,ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſticiam hominum.Necnon & illud
quod uoce ueritatis in euangelio cõminatur,Qui faciunt,inquit,iniquitatem,mittẽtur in ca/ Matth.13
minum ignis ardentis,ibi erit fletus & ſtridor dentium.Conſiderate quàm ſæuus quãq; tre
mendus ſit ille ignis. Et qui modo nec unum ſuffert digitum in ignem mittere, ibi cum
toto corpore in ſecula cruciari.Rogo ergo uos,ut ſi uultis ab illo igne uel ab illa pœna libe/
rari,deſiſtatis iam amplius peccare,& dominum per prophetam attendite clamantem,Re/ Ezech.33
uertimini recedentes ab iniquitatibus ueſtris,& ſanabo uos.Et iterum,Nolo mortem pec/
catoris,ſed ut conuertatur & uiuat.Et per Eſaiam clamat dicens,Quando conuerſus fueris Eſa.45
& ingemueris,ſaluus eris.Per Iohel quoq; monet dicens,Conuertimini ad me in toto cor/ Iohelis 2
B de ueſtro,in ieiunio & fletu & planctu.Ecce quot teſtimonia de conuerſione ueſtra ex diui/
nis eloquijs prolata ſunt. Vigilate ergo ſollicite,quia quanto proximiorem finẽ mundi dia/
bolus proſpicit,tanto crudelius contra Chriſtianos ſæuit,ut quia cito ſe damnãdum cogno
ſcit,plures ſibi in pœna multiplicet,cum quibus utiq; ſine fine crucietur.Cauete ergo atten/
tius,& iugiter cum dei timore conuerſamini,ſcientes quia unuſquiſq; ueſtrum angelum dei
habet qui obſeruat quæ iugiter egerit:& quidem ſi bene agit, gaudium ſancto angelo gi/
gnit,ſi uero mala opera exercet,angelum ſanctum à ſe repellit,& malignum ſibi dæmonẽ
coniungit.Quapropter chariſſimi,hæc me loquente,introrſus ad uos redite,cõſcientias ue/
ſtras diſcutite, ſi dignas mentes angelis geratis:præuidete & ſi uos bonos ac dignos deo cõ
ſpicitis.De meritis ueſtris nunq; ſuperba mente præſumatis,ſed de cætero magis cum hu/
militate cauete,ſi uos peccatis obnoxios cernitis,nullatenus deſperetis,tantum facite pactũ
in corde ueſtro cum deo,ut amplius nõ peccetis,ſed fiducialiter ueniam ſperetis,quia domi/
nus ſignum ſuæ pietatis aſſidue pateſcit,& omnes uult ad ſe recipere per pœnitentiã. Nam
ſi adulter quidem,aut merettrix,aut fur,aut ebrioſus,aut mendax,aut filiorum necator fue/
rit,tantum de cætero penitus caueat,inulgebit illi deus.Publicanum de euangelio & latro/
nem,necnon & meretricem,ſed & Paulum ſumite in exemplum,qui de ſemetipſo dicit,Pri/ 1.Tim.1
us fui blaſphemus & perſecutor & contumelioſus,ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia
ignorãs hæc feci. Et uos ergo,ſi quid forte ignorãter admiſiſtis,reparate uos quæſo per pœ/
nitentiam.Confitemini domino in totis præcordijs ueſtris,quoniã bonus eſt,doleatis uos
non egiſſe quod bonum eſt.Et qui pœnitet,ita pœniteat ut ulterius iam lugenda non com
mittat.Et qui pauperiores in hoc ſeculo eſtis,nolite ſeduci,quia ſi bene agitis, ditiores eritis
in cœlo. Deniq; cauete ne quis turpẽ ſermonẽ proferat ex ore.Et ſecũdũ Apoſtolũ,Fabulis Eph.5
& uanijs ocijs nolite ſeduci,Sed corrigite inquietos,conſolamini puſillanimes,patientes eſto
te ad omnes.Et omnis ſermo malus nõ procedat ex ore ueſtro, timẽtes illud quod ſcriptũ

1.Cor. 15 est,Corrumpũt bonos mores colloquia praua.Crapulam & ebrietatem perhorrescite,quia A
Luc. 21 dñs per semetipsum hoc redarguit dicens,Cauete ne grauent corda uestra crapula & ebrie/
Eph.5 tate.Et Apostolus prohibet dicens,Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Proculdubio
qui plus manducat & bibit q̃ expedit,& peccatũ incurrit,& sanitatem seruare nõ prævalet,
quia cũ uenter & uenæ nimia fuerint saturitate repletæ,ilico necesse est ut libido in mẽbris
Eccl.31 generetur. Vnde & alibi scriptũ est,Vinũ multũ potatũ amaritudo est animæ,& ruina mul
tiplicans imprudenti offensionẽ,minuens uirtutẽ & faciẽs uulnera.Et hoc dico nõ ut creatu
ram dei malã asseram,aut iudicẽ esse damnandã,sed ut uos cautiores sobrioresq̃ reddam:
Gen.1 imò & admoneo ut nullam creaturã dei malã esse dicatis,quia cũcta creauit deus ualde bo
na.Nam quæcũq̃ uobis mala esse uidentur & nocent,uestro uitio,nõ sua natura uobis ma
la existunt.Ideoq̃ fratres solũ diabolũ qui in superbiendo factus est malus detestãtes,tan/
torũ bonorũ creatorẽ glorificate.Cauete semper uiam latam quæ ducit ad interitũ,appre/
hendite illã angustã per quã reperitur æterna latitudo.Pauperes & peregrinos ad conuiuiũ
Luc.14 uocate,dñm q̃ de hoc præcipientẽ attendite,Cum facis,inquit,prandiũ aut cœnã,noli uoca
re diuites qui cõuiuent tecũ,sed uoca debiles & pauperes,cæcos,claudos,& beatus eris,quia
nõ habent quid tibi retribuãt, retribuetur aũt tibi in resurrectione iustorũ.Nec enim iustũ
est ut in populo Christiano,qui uno precio sunt redempti,& uni dño seruiunt,alij distentis
epulis uentribus incedant,alij famis periculo deficiãt.Prorsus peccatũ est ut nostra supflua
à tineis deuorẽtur,& pauperes nec uetustissima quæq̃ recipere mereantur.Quare nõ consi/
deratis q̃ pari conditione in hũc mundũ ueniſtis? Vnius dñi serui estis,simili exitu de mun
do migrabitis,& si bene agitis,ad unã beatitudinẽ uenietis. Aut quare uobiscũ cibum non
accipiat qui immortalitatis stolam accepturus est uobiscũ? Hæc cõsiderantes,ita pauperum
curam gerite,ut uberrimã pro his in cœlis accipiatis retributionẽ.Mendaciũ semper fugite,
Sap.1 quia nõ minimũ peccatũ est,scriptura dicente,Os quod mentitur occidit animã. Et, Testis
Prouer.19 falsus nõ erit impunitus.Et Dauid ad dñm,Perdes,inquit,omnes qui loquũtur mendaciũ. B
Psal.5 Et Aplus,Deponentes omne mendaciũ,loquimini ueritatẽ unusquisq̃ cũ proximo suo. In
Ephes.4 hac ergo uita positi ita agite,ut cũ hinc migraueritis & caro uestra à uermibus cœperit de/
uorari in sepulchro,anima ornata bonis operibus cũ sanctis omnibus lætetur in cœlo. Re/
trahat uos à malis operibus peccatorũ interitus.Considerate diuitũ sepulchra,uel eorũ qui
ante paruum tẽpus uobiscũ erant,quid fuerũt,uel quid sunt,uel quid eis diuitiæ uel cupidi/
tates seculi profuerũt.Ecce nihil ex eis,nisi soli cineres remanserũt,qui si loqui possent, ꝓcul/
dubio hæc uobis dicerent: Vt quid infelices tãtum pro seculi cupiditate discurritis? ut quid
uos uitijs & criminibus repletis? Considerate ossa nostra,ut uel sic horreat cupiditas uestra
& miseria.Quod uos estis,nos fuimus:quod nos sumus,uos eritis.Ista omnia fratres chari/
simi sollicita cõsideratione pensantes & hæc cõsiderantes,expauescite,diem mortis ante ocu
los mẽtis ponite,& ad emendationẽ quantũ potestis festinate.Nolite negligere q̃ uos pius
deus sustinet peccantes,quia quãto diutius expectat ut uos emendetis,tanto grauius uin/
dicabit si neglexeritis. Sed forte putatis q̃ finis mundi necdũ erit:sed suũ unusquisq̃ consi/
deret finẽ.Ecce dũ libenter iocundissime moratur homo in mundo,multaq̃ in longo tẽpo/
re disponit agenda,repente rapitur in mortẽ,& ex improuiso auferẽ anima à corpore. Sed
ille beatus est qui horã illam habuerit ante oculos,& festinauerit in illa hora mortis paratus
inueniri,ut possit tanti metus terrorem euadere.Quod si uultis scire,cum metu magno fra/
tres charissimi magnisq̃ doloribus separatur anima à corpore.Veniunt enim sancti ange
li eam assumere,ut perducant eam ante tribunal metuendi iudicis,& memorans sua mala
quæ die noctuq̃ gessit cõtremiscit & ingemiscit & quærit ea fugere,induciasq̃ petere dicẽs,
Date mihi horæ spaciũ.Tũcq̃ simul loquentia omnia opera eius dicent:Tu nos egisti,tua
opera sumus,nõ te deserimus,sed tecũ semper erimus,tecũ pergemus ad iudiciũ.Hæc quidẽ
peccatoris anima agit quæ cũ horrendo timore separatur à corpore,pergit plena peccatis &
ingenti cõfusione depressa.Iusti uero anima cũ separatur à corpore,nõ timet,nõ expauescit,

sed

A sed magis cũ gaudio egreditur,& cũ exultatione pergit ad dñm ducẽtibus sanctis angelis.
Illam ergo charissimi horã modo timete,ne timeatis tunc illam,nũc præcauete ut tũc securi
esse possitis.Mementote iugiter,quia in medio laqueorum diaboli estis,& ideo semper pa/
rati estote,ut quãdo dñi præceptũ missum fuerit,liberi ab omni labe peccati ad requiẽ tran
sire possitis:nec arbitremini uos diu in hoc mũdo mansuros,quia nimirũ ueniet,ut nõ con/
cedet dñicum præceptũ missum nec unius horæ spacium in hac uita cõsistere. Cauete ne de
exitu uestro tristiciã faciatis angelis,& gaudiũ inimicis.Scitote enim quia anima cũ à corpo
re auellitur,statim in paradiso pro bonis operibus,aut certe pro malis in inferno præcipita/
tur continuo. Quapropter eligite modo, & hic in uita uestra hoc disponite, aut perpe/
tualiter gaudere cum sanctis,aut sine fine cruciari cũ impijs.Itaq̃ uel saltem pœnæ uos ter/
reant,si præmia non inuitant,& præsentẽ mundũ si despicere nõ ualetis,uel cũ iustitia possi/
dete.Qui in iuuentute errauit,saltem in senectute resipiscat,& mala quæ peccando cõmisit,
pœnitendo iam expurget.Ecce paulatim deficit mundus,& cuncta quæ uidentur uelociter
transeunt tanq̃ nebula & umbra uespertina.Ecce quod olim prænunciabatur, præsenti tẽ/
pore iam perspicue cernitur,subtrahũtur omnia bona,& crescũt quotidie mala.Nolite ergo
fratres iam mundũ diligere,quẽ sic ad finẽ declinare cõspicitis,præsertim cũ apostolus Iaco/ Iaco.4
bus clamet,q̃ amicitia huius mũdi inimica sit deo.Vitã ergo æternam ex omnibus amate
præcordijs,quã nunq̃ in secula finiatis.Illuc festinate ubi semper uiuatis,& ubi nunq̃ mori
timeatis.Si enim amatis istam miseram,fluidamq̃ uitã,ubi cũ tanto labore uiuitis,& ubi
satagendo,sudando,suspirando necessarijs corporis satisfacitis:quãto magis debetis ama/
re uitã æternã,ubi nullum laborem sustinebitis,ubi summa est semper securitas,summa feli
citas, felix libertas:ubi implebitur illud quod dñs dicit in euãgelio,Erũt homines similes an Matth.22
gelis,similes utiq̃ non substantia,sed beatitudine.Et illud,Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Matth.13
regno patris eorũ.Qualis putatis erit tũc splendor animarũ, quãdo solis claritatẽ habebit
B lux corporũ? Ibi nulla erit tristicia,nullus labor,nullus dolor,nullus timor, nulla mors, sed
perpetua sanitas perseuerabit.Nulla ibi cõsurget malicia,nulla carnis miseria,nulla ægritu/
do,nulla omnino necessitas,nõ ibi erit fames,non sitis,non frigus,non æstus, non lassitudo
ieiunij,nec ulla tentatio inimici,non ad peccandũ ulla uolũtas,nec ulla delinquendi possibi/
litas,sed totũ exultatio,totũ lætitia possidebit.Homines angelis sociati sine ulla carnis infir
mitate uernabunt,ibi erit lætitia cũcta,requies secura,pax uera, iucunditas infinita. In qua
beatitudine quod semel adipiscitur,semper tenetur.Nihil loco illo magnificentius,nihil glo
riosius,nihil clarius,nihil pulchrius,nihil uerius,nihil illa beatitudine syncerius,nihil illa abũ
dantia copiosius.Ibi nõ formidabit ferocissimus hostis,qui cupit iugiter iugulare animas,
nemo in illo loco indiget precioso uestimẽto,quia ibi nõ est frigus,nõ æstus,nulla inæquali
tas aëris,nullus ibi est peregrinus,sed omnes qui ibidẽ attingere meruerũt,securi ut in patria
uiuent.Nõ ultra aduersabitur caro spiritui,nec ullũ timebitur periculũ, sed inenarrabilia cũ
angelis ac sempiterna à Christo ibi tibi præmia tribuentur,quod oculus nõ uidit,nec auris
audiuit,nec in cor hominis ascendit,sicut Apostolus ait,Quæ præparauit deus diligẽtibus 1.Cor.2
se.Ecce qualẽ beatitudinẽ perditurus est,qui modo dũ licet,emendare se noluerit. Ideo fra/
tres charissimi, dño auxiliante dedignemur ultra seruire peccato,quibus tãta beatitudo præ
paratur in cœlo. Dũ tempus est, festinemus deũ propitiũ facere:despiciamus quæ terrena
sunt,ut cœlestia adipiscamur:cogitemus nos peregrinos esse in hoc seculo,ut liberius festi/
nemus ad cœlũ:perpendamus quales erimus in die iudicij,dei & angelorũ cõspectibus præ
sentandi,quãdo opera nostra erũt nobis ante oculos ponenda.Qualis erit illa confusio, cui
cõtigerit pro peccatis suis in cõspectu omniũ hominũ erubescere,qui hic nec unũ hominem
in se peccantẽ uult inspicere? Et quis erit pauor tũc deũ iratũ uidere,quem placatũ nõ ualet
uniuersitas cõprehendere? Illũ ergo diem timeamus,quẽ modo nullatenus prævidere pos/
sumus.Illũ diẽ iugiter paueſcamus,ut sic uel actus nostros à malo reuocemus.Cõsideremus
quis terror erit cũ dñs ad iudicandũ uenerit de cœlis,quis metus erit deũ uidere,ad cuius ad
uentũ uniuersa elementa quatientur,ac cœlũ cũ terra cõtremiscent,uirtutesq̃ cœlorũ moue

bũtur. Tũc nimirũ præcinentibus angelorũ tubis, oẽs gentes quæcũq; fuerũt sub cœlo tã A
uiri q̃ fœminæ in eo sexu quo nati fuerũt, boni simul ac mali, sancti ac peccatores, uel qcũq;
ab utero nati uiui ac mortui sunt, siue à bestijs deuorati, uel ab igne cõsumpti, uel ab aquis
absorpti, omnes simul in momẽto tẽporis atq; in ictu oculi resurgent in ipsa carne, atq; in
ipsis corporibus sine dubio quæ hic habuerũt semel, & in uirũ perfectum in mensura ætatis
plenitudinis Christi, in qua ipse dñs resurrexit à mortuis, & oẽs ante aduentũ Christi ad/
Matth. 24 & 25 uenient, pariterq; electi & reprobi suis oculis uidebũt, sicut dñs in euãgelio dicit, Tunc uide/
bunt filiũ hominis uenientẽ in nubibus cũ potestate magna & maiestate cõstipatũ agmini
bus angelorũ, & cõgregabũtur ad eũ oẽs gentes. & plangent oẽs tribus terræ, & separabit
eos ab inuicẽ sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet iustos à dextris suis, impios aũt
à sinistris, & dicet his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ
uobis regnũ à cõstitutione mũdi: Esuriui, & dedistis mihi mãducare: Sitiui, & dedistis mihi
bibere & cætera. Quãdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Tunc omnibus aspicien/
tibus ostẽdet liuores & fixuras clauorũ, sine dubio in suo corpore, quod pro peccatis nostris
uulneratũ est, & ita cõpellans peccatores dicet: Ego te homo de limo terræ formaui, & inter
paradisi delitias collocaui, quod nõ merebaris, sed tu me iussa mea cõtemnens, deceptorẽ
sequi maluisti, unde pœnæ in supplicijs inferni detrusus es. Postea misertus tui, in tertis car/
nem assumpsi, inter peccatores habitaui, cõtumelias & uerbera pro te sustinui, ut te de infer/
no eriperem: alapas & sputa suscepi, ut tibi redderẽ dulcedinẽ paradisi. Acetũ cũ felle bibi ꝓ
pter te, uepribus coronatus sum, cruci affixus, lancea uulneratus, mortuus, & in sepulchro po
situs. Ad inferna descendi, ut te ad paradisum reducerẽ, tartari claustra adij. Agnosce ergo
quid pro impietate humana pertuli. Ecce liuores quos pro te recepi, ecce clauorũ foramina,
quibus affixus in cruce pependi, suscepi dolores, ut te possem sanare, suscepi pœnam, ut tibi
darem gloriã, suscepi mortem, ut tu uiueres sine fine, conditus latui in sepulchro, ut tu regna
res in cœlo. Hæc omnia pro te sustinui. Quid amplius debui, & nõ feci? Dicite nũc uel osten
dite mihi quid passi estis pro me mediatore animarũ uestrarũ, aut quid boni egistis pro uo B
bis? Ego cũ essem inuisibilis, sponte pro uobis incarnatus sum: cũ essem impassibilis, ꝓpter
uos dignatus sum pati: cũ essem diues, ꝓpter uos egenus factus sum. Sed & humilitatẽ re/
nuentes, seductorẽ magis q̃ me estis secuti. Ecce modo nõ potest aliud iusticia mea iudica/
re, nisi quod merentur opera uestra recipere: ergo quod ibi elegistis, tenete: contẽpsistis lucẽ,
possidete tenebras: amastis mortẽ, ite in perditionẽ: secuti estis diabolũ, ite cũ eo in ignem
æternum. Quis putas erit tunc mœror, quis luctus, quæ tristicia, quæ angustia, cũ hæc fuerit
aduersus impios lata sententia? Tũc erit dura separatio à sanctorũ cõsortio, & traditi in po
testatẽ dæmonũ, ibunt cum ipsis corporibus cum diabolo in ignẽ æternum, & permanebũt
semper in luctu & gemitu: Procul quippe exulati à cœlesti patria paradisi cruciabuntur in
gehenna, nunc̃ pacẽ uisuri, nunc̃ refrigerium adepturi, sed per milia milium annorum in
inferno cruciandi, nec unc̃ in secula liberandi: ibi nec qui torquet, aliquãdo fatigabitur: nec
qui torquetur, unc̃ morietur. Sic ibi ignis cõsumit, ut semper reseruet, sic tormẽta aguntur,
ut semper renouentur. Iuxta uero qualitatẽ culpæ, unusquisq; sustinebit pœnam. Nõ ibi au
ditur nisi fletus & planctus, & stridor dentium, nõ erit aliud solatium, q̃ flammæ & pœna/
rum, sic miseri sine fine erunt ibi in æternum in secula seculorum. Iusti autem ibunt in uitam
æternã, in ipsa sine dubio carne quã habuerunt, & sociabuntur angelis sanctis in regno dei,
& gaudijs deputandi perpetuis, nunc̃ iam morituri, nunc̃ corruptionẽ uisuri, sed semper
in lætitia ac dulcedine Christi saturati, sicut sol fulgebunt in gloria & claritate, quã præpara
uit deus diligentibus se. Et quanto amplius obediens deo in hac uita fuerit, tãto illic amplio
rem mercedem accipiet: quanto q̃ hic amplius deum amauerit, tanto tunc eum propius ui
debit. Ecce fratres charissimi, prædixi uobis simpliciter ut intelligere possitis, quæ sint uni/
cuiq; futura uel uentura. Nemo se de ignorantia poterit excusare, quoniam mors & uita
prænunciata sunt uobis, supplicia impiorum, & gloria iustorum. Iam enim in arbitrio ue/
stro consistit eligere quod teneatis. Vnusquisq; quod hic cõcupierit & assecutus fuerit, hoc

utiq;

C utiq; illic possidebit. Vitam ergo æternam toto nisu concupiscite, nec emendationem uestrã
diutius differatis, sed ad lucranda cœlestia regna, ultro ipsi relinquite quod lucis huius fine
perdendum est. Surgat iam quæso, quicunq; peccati catena constrictus tenetur, & experge/
factus à somno suæ mortis euigilet: recurrat ad confessionem, & agat pœnitentiã, nec eru/
bescat publice pœnitere super immundicijs quas gessit, quia multo melius est reuera hic par
uo tẽpore pœnitere, q̃ per tot milia annorũ inferni supplicia sustinere. Si ex toto corde pœ/
nituerit, cito succurret ei redemptor, qui quatriduanũ Lazarũ suscitauit, paratus est ille mise
ricordiæ sinus, & clementer expectat, ut suscipiat pœnitentes. Non enim est de misericordia
dei desperandum, quamuis de magnis criminibus, ut scriptum tenemus, quia ipse clamat
per prophetam, Quacunq; hora conuersus fuerit peccator ab immundicia sua, oẽs iniqui/ Ezech. 18
tates eius erunt in obliuione coram me. Et rursus per alium prophetam dicit, Ego sum deus Esa. 43
uester qui deleo iniquitates uestras. Et illud euangelistæ, Gaudium erit in cœlo super uno Luc. 15
peccatore pœnitentiam agente. Et illud, Nolo mortem peccatoris, sed magis ut cõuertatur
& uiuat. Considerate fratres charissimi quàm larga est bonitas dei nostri, quàm ineffabilis
misericordia eius. Quotidie contemnitur, & quotidie ad pœnitentiam nos inuitat sua beni/
gnissima pietate: Fiduciam nobis pia largitio præstat, ne desperemus de cœlesti misericor/
dia, nec tamen absq; fructu nobis pœnitentia ueniam concessam præsumamus. Dñs enim
quantum patris pietate indulgens & misericors est, tantum iudicis maiestate seuerus & me/
tuendus. Potest quidem reis dare indulgẽtiam, potest suam reflectere sententiã, potest pœ/
nitenti gratis indulgere, nõ potest nisi iustissime iudicare. Quoniã nõ est apud deum cõmu
tatio, nec uicissitudinis obumbratio. Æquissime enim iudicat, atq; æqualiter secũdum meri/
ta uniuscuiusq; pensat, bona scilicet bonis, mala q̃ malis. Ideo fratres reminiscimini quæ ges
sistis, & si uos deliquisse cognoscitis, sine aliqua dilatione ad pœnitentiæ medicamenta cõfu
gite. Audi prophetam admonentem, Nolite, inquit, tardare conuerti ad dñm, nec differatis Eccl. 5
D de die in diem, quia nescitis quid crastino uenturum sit. Mementote semper q̃ ante conspe/
ctum omnipotẽtis dei cõuersamini, qui prospicit nõ solum omniũ hominũ facta, sed & co/
gitationes, sicut Apostus ait, Nõ est ulla creatura inuisibilis in cõspectu eius, sed oẽia nuda & Heb. 4
aperta sunt oculis eius. Hæc igitur iugiter cogitãtes, intentissima sollicitudine uos custodite,
ultimo q̃ aduentui uos cum bonis operibus semper præparate. Ecce ut scriptum tenemus, fi
nis mũdi in promptu est, iam finis mũdi instat, & quod lugendũ est, tãta mala quotidie fi/
unt, tantæq; tribulationes increbrescũt, ut per hæc etiã mũdus finẽ suũ quodãmodo procla
mare uideatur. Ecce oẽia quæ prophetæ uaticinauerũt, quæq; prædicauerũt apli, penè iam
cõpleta sunt, solusq; dies iudicij & horribilis antichristi aduentus adhuc restãt. Ecce bellũ su
per bellũ, tribulatio super tribulationem, fames super famẽ, pestilentia super pestilentiã, &
gens super gentẽ cõsurgit. Oẽia quæ dudũ sunt prædicta, ferè iã uidemus impleta. Quare
ergo sumus lapidei, & ferreũ pectus possidemus, ut ꝓ remedio animæ nostræ inter tot ma/
la minime cogitamus? Diu est em̃ q̃ uox diuina minatur, cœlestis dei intendat ultio, & nul
la hominũ adhibetur satisfactio: dei proximat ira, & tepide agitur pœnitẽtia. Venturũ pro
phetæ testãtur suppliciũ, & raro ab hominibus implorat auxiliũ. Quapropter dilectissimi
monco, ut iã mundo finiẽte hũana finiat malicia, solius dei toto nisu quærat misericordia.
Nõ uos oncra diuitiarũ ad terrã præmãt, quia hic oẽia relinquemus, nec pariter & Christũ
uelimus habere & seculũ, sed spreto seclo liberi festinemus ad cœlũ. Reminiscamur q̃ grauia
sũt scelera q̃ cõmisimus, q̃q; dura inferni supplicia quæ timemus, & iuxta q̃litatẽ culpæ me
dicamentũ adhibeamus pœnitentiæ. Cogitemus q̃ secũdũ Apli̇m, Nihil in hũc mundũ in/ 1. Timoth. 6
tulimus, nihilq; ex eo moriẽtes auferre poterimus. Nudi nati sumus, nudi utiq; morituri, q̃c
qd aũt inuentũ est, ꝑculdubio relinquet. Opa tãtũmodo bona si egerimus, ipsa nobiscũ ad
cœlos portabimus, imò nos ipsa ad cœlũ portabũt. Tãq̃ pegrini ergo sola sufficiẽtia cõtẽti
llas diuitias nobis hic acqramus, q̃s nobiscũ ad paradisi patriã feramus. Deũ sup oẽia dili
gamus; qa reuera impiũ est eũ nõ diligere, cui uicẽ repẽdere nõ possumus, etiã cũ diligam9.
Quid em̃ nos impi pio dño retribuere poterimus pro oibus quæ retribuit nobis? quia nul Psal. 115

lis noſtris præcedẽtibus meritis tãta nobis præſtitit indignis,ut nos à iugo diræ dñationis C
eriperet. De ſede paternæ maieſtatis ad nos deſcẽdit,iniurias in terris pertulit, probra ſuſti/
nuit,mortẽ indebite ſubijt,& hæc quidẽ omnia patienter tulit ut nobis humilitatis & patiẽ
Matth.11 tiæ exempla monſtraret. Vnde ſequẽtibus ſe diſcipulis dixit,Diſcite à me,quia mitis ſum &
humilis corde. Oportet igit᷑ ut quẽadmodũ ille pro nobis,ita & nos cũcta aduerſa quæ no
bis pro peccatis noſtris cueniũt,æquanimiter toleremus,ut patientiæ fructus in uita æterna
carpere poſſimus. Vrgeamus ergo fratres chariſſimi curſum noſtrũ dum tẽpus habemus,
odiamus hũc mundũ, quẽ diu poſſidere nõ poſſumus. Nulla iam nos malorũ operũ cõta/
gia polluant,ſed diuinus nos aſpectus à peccatis arceat. Si cm̃ homines noſtri ſimiles pecca
tores & ex eodẽ luto formatos ne nos peccãtes inſpiciãt erubeſcimus,quanto magis æternũ
& ſolũ ſine peccato deũ reuereri & timere debemus,qui nõ ſolũ facta,ſed etiã cogitationes
cõſiderat & uidet. Hũc ergo quotidie timeamus,huius reuerentiã nobiſcũ ſemper feramus,
ſicq̃ nos ſpes indulgẽtiæ erigat ut metus gehẽnæ ſemper affligat. Ante om̃ia & ſuper om̃ia
Marc.9 charitatẽ habeamus,reminiſcẽtes præcepti dñi quo dicitur,Habete in uobis ſalutẽ & pacẽ.
Ioan.13 Et illud,Mandatũ nouũ do uobis ut diligatis inuicẽ. Et alibi dicitur,Habete charitatẽ,quod
Col.3 eſt uinculũ perfectionis. Et iterũ,Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi,& ambulate in di
Eph.5 lectione. Et iterũ,Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur à uobis cũ omni malicia.
Epheſ.4 Et ſol nõ occidat ſuper iracundiã ueſtrã. Nempe ſicut nullũ in uulnere ualet medicamentũ
ſi ſit intus ferrũ,ita nihil proficit illius oratio in cuius pectore mortiferũ uerſatur odiũ. Ha/
beamus fratres charitatẽ,quã ſi habuerimus,omnibus uirtutibus replebimur:ſi uero chari/
tatẽ nõ habuerimus,quicqd boni habere uidemur totũ perdimus. Nec in arrepto bene agẽ
Luc.9 di propoſito penitus laceſcamus,præcipue cũ dñs dicat,nullũ ponentẽ manũ ad aratrũ & re
ſpicientẽ retrorſum,aptũ eſſe regno dei. Reſpicere aũt retrorſum nihil aliud eſt,q̃ in eo quẽ
q̃ pœnitere quod cœperit bonũ,& rurſum mũdanis delitijs obligari. Deniq̃ à uenia nul la
uos malorũ ueſtrorũ quãtitas reuocet,quia q̃uis grauis ſit culpa humana,largior eſt nihi/ D
Pſal.129 lominus miſericordia diuina. Vnde per pſalmiſtã dicitur. Apud dñm eſt miſericordia,& co
Pſal.50 pioſa apud eũ redẽptio. Et iterũ,Cor contritũ & humiliatũ deus non deſpicies. Hæc uos fra/
tres memoria diebus ac noctibus refoueat,hæc uos præcepta frequẽter ſollicitẽt. Debitũ fi/
nem uitæ iam iamq̃ affuturũ putemus,nũc emendemus quod nũc deliquimus,ne tũc pœ/
nitere incipiamus quãdo nõ ualebimus. Erit ibi pœnitẽtia dolorẽ habens,ſed medicinã nõ
habens. Ibi nullatenus poterit promereri quod petit,qui hic noluerit audire quod dñs iuſ/
ſit. Ideoq̃ chariſſimi,quantũ poſſumus præceptis dñicis in omnibus obtẽperemus, ut mu/
neris præmiũ accipiamus. Vnde dũ licet hic nos caſtigemus,hic nobiſcũ de actibus noſtris
rationẽ faciamus,ipſi nos iudici noſtro accuſemus,atq̃ emendationẽ uitæ noſtræ nõ ad ex/
tremũ differamus,ſed quotiẽs in peccatis labimur,per pœnitentiã reſurgamus,ac totis uiri/
bus uoluptates peſſimas carniſq̃ illecebras uincentes,illud omnino præcaueamus, quoniã
ad mortẽ properamus,& dũ neſcimus ſecuriq̃ cõſiſtimus,repente mors uenit. Ibi ergo feſti
nemus,ubi iam nõ timebitur, & ubi uos omnes ſancti ſuſcipere & uidere deſiderãt,ubi uos
rex cœleſtis Chriſtus & ſuperni ciues angeli expãſis charitatis brachijs expectãt. Ibi,inquã,
feſtinemus,ubi ſine fine uiuamus,& ubi angelicis agminibus conſortes eſſe poterimus. Ita
poſtremo in exilio huius mũdi agamus,ut ad futurũ iudiciũ cũ ſecura cõſcientia bonis ope
ribus ornati ueniamus,ibiq̃ gratiſſimũ munus deo animas noſtras offeramus,ut per hoc
ab eo cõmerciũ æternitatis beatitudinẽ accipere & eſſe cũ eo in ſeculũ ſeculi mereamur. Hæc
chariſſimi mãdata hactenus quaſi lac guſtanda porreximus,& ecce modo ſub teſtimonio
dei & angelorũ ſanctorũ qui nos loquẽtes audiũt,abſoluimus debitũ noſtrum cœleſtia uo
bis præcepta tradẽtes. Amodo iam ueſtrũ eſt cogitare,quatenus & admonitio noſtra effe/
ctum habeat ſalutis,& uos uoluntatẽ dei faciẽtes ab omni malo cuſtodiatis,atq̃ deinde li/
beri ab omni cõtagione peccati ad regna cœleſtia tripudiantes peruenire poſſitis,præſtãte
dño noſtro Ieſu Chriſto,qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus in ſecula ſecu/
lorũ: Amen.

Finis. De utilitate

Non uidetur Auguſtini.

C



E utilitate ieiunij admonemur aliquid loqui,& deus admonet,& tempus
nos admonet. Hæc enim obſeruatio,hæc uirtus animi,hæc fraudatio car/
nis,& lucrum mentis ab angelis nõ exhibetur deo. Ibi enim omnis eſt co/
pia & ſempiterna ſecuritas,& ideo nullus defectus,quia in deum plenus
affectus. Ibi panis angelorum,quẽ panem angelorum ut mãducaret ho
mo,factus eſt homo: hic omnes animæ terrenam carnẽ portantes,de ter/
ra implent uentres: ibi ſpũs rationales cœleſtibus corporibus præſidentes de deo implent
mentes. Et hic cibus eſt,& ibi cibus,ſed cibus iſte cũ reficit deficit,& ſic implet aluum ut ipſe
minuatur,ille autem & implet & integer permanet. Hunc cibũ nobis eſuriendũ Chriſtus in
dixit dicẽs,Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſticiã,quoniã ipſi ſaturabũtur. Pertinet ergo ad ho Matth.5
mines hãc uitã mortalẽ gerentes,eſurire ac ſitire iuſticiã,impleri aũt iuſticia ad aliã uitã perti
net. Hoc pane,hoc cibo pleni ſunt angeli,homines autẽ dum eſuriunt extendunt ſe,dum ſe
extendunt dilatantur,dum dilatantur capaces fiunt,capaces facti ſuo tempore replebunt᷑.
Quid ergo hic? Nihil inde capiunt qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiã? Capiũt planè. Sed aliud
eſt cũ quærimus de refectione iter agentiũ,& aliud cum quærimus de perfectione beatorũ
apoſtolorũ. Audi eſurientẽ & ſitientẽ & utiq̃ iuſticiã,quãta in hac uita capi poteſt,quãta ge
ri iuſticia. Quis enim noſtrũ ſe illi uel cõferre audeat,nedũ præferre? Sed quid ait? Nõ quia Phil.3
iam acceperim ut iam perfectus ſim. Videte quis loquat᷑,uas electionis,& extremũ quodã/
modo fimbriarũ ueſtimenti dñi, ſed tamẽ quod ad fluxũ ſanguinis ſanat tangentẽ, quia
credentẽ: nouiſſimus enim apoſtolorum & minimus ſicut ipſe ait,Ego ſum nouiſſimus apo 1. Corin.15
ſtolorũ: &,Ego ſum minimus apoſtolorũ. Et iterũ,Nõ ſum dignus uocari apoſtolus, quia
perſecutus ſum eccleſiã dei,ſed gratia dei ſum quod ſum,& gratia eius in me uacua nõ fuit,
ſed plus om̃ibus illis laboraui, nõ ego aũt,ſed gratia dei mecũ. Hæc audiẽs tu tãq̃ plenũ &
D pfectũ ubi uideris audire. Audiſti quid ructet,audi & qd eſuriat. Nõ quia iã acceperim,aut
iam perfectus ſim. Ait, Fratres,ego me nõ arbitror apprehẽdiſſe: unũ autẽ quæ retro obli/
tus,in ea quæ ante ſunt extentus,ſecundũ intentionẽ ſequor ad palmã ſupnæ uocationis dei
in Chriſto Ieſu. Dicit ſe nondũ eſſe pfectũ quod nondũ acceperit,nondũ apprehẽderit: dicit
ſe extendi,dicit ſe ſeq; ad palmã ſupernæ uocationis. In uia eſt,eſurit,impleri uult,ſatagit,per
uenire deſiderat,æſtuat,nihil illi tam magnæ moræ eſt,q̃ diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Ergo
chariſſimi,quia eſt terrenus cibus quo carnis infirmitas paſcitur,eſt aũt & cœleſtis cibus quo
pietas mentis impletur,& habet cibus iſte terrenus uitã ſuã,habet & ille ſuã. Huius cibi uita
hominũ eſt,illius cibi uita angelorũ eſt. Fideles homines,diſcreti,iam corde à turba infide/
lium ſuſpenſi in deum,quibus dicitur,Surſum cor,aliam ſpem gerentes,& ſcientes ſe peregri 1.Cor.5
nari in hoc mundo,mediũ quendã locũ tenent,nec illis cõparandi ſunt qui nihil aliud pu
tant bonũ,q̃ delitijs terrenis perfrui,nec illis adhuc ſupernis habitatoribus cœli,quibus ſo/
læ delitiæ ſunt panis ipſe à quo creati ſunt. Illi homines proni ad terrã,paſtũ atq̃ læticiã de
ſola carne requirentes, pecoribus cõparantur,longe ab angelis diſtant & conditione & mo/
ribus. Conditione,quia mortales ſunt,moribus,quia luxurioſi. Inter illũ populũ cœli & po/
pulum terræ,medius quodammodo pendebat Apl̃us. Illuc ibat, hincſe attollebat. Nec cũ
illis tamẽ erat adhuc,nam diceret,iam perfectus ſum: nec cũ iſtis erat pigris, torpidis,marci
dis,ſomnolentis,nihil aliud eſſe putantibus,niſi quod uident & quod tranſit, & quod nati
ſunt,& quod morituri ſunt: nam ſi cũ eis eſſet nõ diceret,ſequor ad palmã ſupernæ uocatio
nis. Gubernare itaq̃ debemus noſtra ieiunia. Nõ eſt hoc, ut dixi,officiũ angelicũ,nec tamẽ
& illorum hominũ officiũ eſt qui uentri ſeruiũt,medietatis noſtræ res eſt qua uiuimus ſecre
ti ab infidelibus & coniungi angelis inhiantes. Nondũ peruenimus,ſed iam imus: nondũ
ibi lætamur,ſed iam hic ſuſpiramus. Quid ergo nobis prodeſt abſtinere aliquantum à paſ
ſtu & lætitia carnali? Caro in terram cogit,mens ſurſum tendit: rapitur amore, ſed tarda/
tur pondere. De hac re ſcriptura ita loquitur, Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat Sap.9
animam

animam,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Si ergo caro in terram C
uergens onus eſt animæ,& ſarcina prægrauans præuolantem, quantum quiſq; delectatur
ſuperiore uita ſua,tantum deponit de terrena ſarcina ſua. Ecce quod agimus ieiunantes.
Non uobis ergo uideatur leuis res aut ſuperflua,ne quiſquam forte hoc faciens eccleſiæ cõ-
ſuetudine,cogitet apud ſe & dicat ſibiipſi ut ſuggerentem intrinſecus audiat tentatorem:
quid facis quia ieiunas,defraudas animam tuam,non ei das quod eam delectat,tibiipſi in-
geris pœnam? tuus ipſe tortor & cruciator exiſtis. Deo ergo placet, quia te crucias? Ergo
crudelis eſt qui delectatur pœnis ſuis. Reſponde huiuſmodi tentatori, Excrucio me plane,
ut ille parcat,do de me pœnas,ut ille ſubueniat,ut placeam oculis eius,ut delectem ſuauita-
tem eius. Nam & uictima excruciatur,ut in aram imponatur. Minus premet mentem meã
caro mea. Et tali diſſuaſori malo ſeruo uentris reſponde per hanc ſimilitudinem, & dic: Si
iumento forte inſideres,ſi equo utereris qui te geſtiendo poſſet præcipitare, nónne ut ſecu-
rus iter ageres,cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares quem freno non poſſes? Ca
ro mea iumentum meum eſt,iter ago in Hieruſalem,plerũq; me rapit,& de uia conatur ex
cludere: Via autem mea Chriſtus eſt. Ita exultantem non cohibebo ieiunio? Si quis hoc ſa-
pit,etiam ipſo experimento probat quàm utiliter ieiunetur. Nunquid enim caro iſta quæ
nunc domatur ſemper domabitur? Dum temporaliter fluitat,dum mortalitatis conditio-
ne prægrauatur,habet exultationes ſuas manifeſtas & periculoſas menti noſtræ. Caro eſt
enim adhuc corruptibilis,nondum reſurrexit. Nam non ſemper ſic erit,nondum habet ſta-
tum proprium cœleſtis habitudinis. Nondum enim facti ſumus æquales angelis dei. Ne
ergo arbitretur dilectio ueſtra, quòd inimica ſit caro ſpiritui,quaſi alter ſit autor carnis,al-
ter ſit autor ſpiritus: multi enim hoc putantes uere rapti ab ipſa carne deuiarunt,& alterum
autorem carni,alterum ſpiritui poſuerunt. Vtuntur autem quaſi teſtimonio apoſtolico,
Gal.5 quod non intelligunt, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem. Hoc
Epheſ.5 uerũ eſt,ſed quare & aliud nõ attendis? Nemo enim unq̃ carnẽ ſuam odio habet,ſed nu- D
trit & fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiam. In illa prima ſentẽtia quam cõmemoraui,quaſi
quædam lucta duorum inimicorum uidetur,carnis & ſpiritus,quia caro concupiſcit aduer-
ſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem: in hac autem,tanq̃ copulatio coniugalis: Nemo
enim unq̃ carnem ſuam odio habet,ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiã. Quid
ergo facimus inter has duas ſententias? Si contrariæ ſunt,quam reſpuemus, quam tenebi-
mus? Sed non ſunt contrariæ. Intendat enim charitas ueſtra,interim ego ambas accipio,&
ambas concordes quantum potuero,demonſtrabo. Tu autem quiſquis alium autorem car
nis conſtituis,alium ſpiritus, de illa quid agis: Nemo enim unq̃ carnem ſuam odio habet.
ſed nutrit & fouet eam,ſicut Chriſtus eccleſiam? Vel ſimilitudo non te terret, quia nutrit,
inquit,& fouet eam,ſicut & Chriſtus eccleſiam? Compedem putas carnem. Quis amat cõ-
pedem ſuam? Carcerem putas carnem. Quis amat carcerem ſuum? Nemo enim unquam
carnẽ ſuam odio habet. Quis non oderit uinculũ ſuum? quis non oderit pœnam ſuã? & ta-
men nemo unquam carnem ſuam odio habet,ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus ec-
cleſiam. Tu ergo qui alium autorem ponis carni,alium autorem ſpiritui ponis, alium poſi-
turus es eccleſiæ, alium Chriſto. Quod qui ſapit, deſipit. Diligit ergo unuſquiſq; carnem
ſuam, Apoſtolus dicit,& præter apoſtoli dictum unuſquiſq; in ſe probet. Quantũlibet eñ
ſis domator carnis,quantalibet in eam ſeueritate accendaris,neſcio utrum non claudes ocu
lum,ſi aliquis ictus immineat. Eſt ergo quaſi quoddam coniugium ſpiritus & carnis. Vnde
ergo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem? Vnde iſta pœna,quæ
1.Cor.15 ducta eſt de mortis propagine? Vnde dictũ eſt, Omnes in Adam moriũtur? Et unde dicit
Eph.2 Apoſtolus, Fuimus aliquãdo & nos natura filij iræ ſicut & cæteri? Accepit eñ ille uindictã
mortis,de quo nati ſumus,& trahimus quod uincamus. Et ideo cõcupiſcimus aduerſus car
nem,ut nobis domitam carnẽ ſubijciamus,& eam ad obediendũ attrahamus. Nũquid er-
go odimus,quem nobis cupimus obedire? Dat unuſquiſq; & in domo ſua plerũq; diſcipli-
nam

C nam coniugi ſuæ,& eam ſubiugat renitentem,non perſequitur inimicantem. Filium tuum
domas ut tibi obediat,nunquid odiſti,nũquid deputas inimicum? Seruum poſtremo tuũ
diligis & caſtigas,& in caſtigando obedientem facis. Habes de hac re ipſius Apoſtoli mani
feſtam,plenamq; ſententiam: Non ſic curro,inquit,tanq̃ in incertum,nõ ſic pugillor quaſi 1. Cor.9
aërem cædens,ſed caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo,ne forte aliis prædicans,
ipſe reprobus inueniar. Habet ergo caro ex condtione mortali quaſi quoſdam terrenos ap-
petitus ſuos,in hos tibi ius freni conceſſum eſt: regat te præpoſitus,ut poſſit à te regi ſubie-
ctus. Infra te eſt caro tua,ſupra te eſt deus tuus. Cũ uis ut ſeruiat tibi caro tua,admoneris q̃-
modo te oporteat ſeruire deo tuo. Attendis quod ſub te eſt,attende & quod ſupra te eſt. Le
ges in inferiorem nõ habes niſi à ſuperiore. Seruus es,ſeruum habes,ſed dominus duos ſer-
uos habet. Seruus tuus plus eſt in poteſtate domini tui,quàm in tua. Itaq; uis tibi obediri
à carne,nunquid in omnibus poteſt,in omnibus obtemperat domino tuo? Non in omni-
bus obtẽperat tibi. Quomodo inquis? Ambulas,pedes moues,ſequitur: ſed nunquid quã-
tum uis ibit tecum? Animatur à te, nunquid q̃diu uis? nũquid quando uis,doles? quando
uis,ſanus es? Exercet enim te plerũq; dominus tuus per ſeruum tuum,ut quia fuiſti domini
contemptor,mereatis emendari per ſeruum. Sed ad te quid pertinet,delectationem carnis
nõ relaxare uſq; ad illicita aliquantum,& à licitis refrenare? Qui enim à nullis refrenat lici-
tis,uicinus eſt & illicitis. Proinde fratres,licitum eſt coniugium,illicitum eſt adulterium,& ta
men temperantes uiri,ut longe ſint ab illicito adulterio,refrenant ſe & aliquantum à licito
coniugio. Licita eſt ſatietas,illicita eſt ebrioſitas,tamen modeſti homines ut longe ſe faciãt
à turpitudine ebrietatis,caſtigant ſe aliquantum & à libertate ſatietatis. Ita ergo agamus
fratres,temperemus: & quod facimus,ſciamus quare faciamus. Ceſſando à lætitia carnis,ac
quiritur lætitia mentis. Proinde finis nobis ieiuniorum noſtrorum ad iter noſtrum,quid ſit
ipſum iter,& quò tendamus,hoc conſiderandum eſt. Nànq; & Pagani ieiunant aliquãdo,
D & nec regionem quò tendimus,norunt: & Iudæi ieiunant aliquando,& uiam in qua ambu-
lamus,non apprehenderunt. Tale eſt hoc,ac ſi aliquis equum domet,in quo erret. Ieiunant
hæretici,uideo quales eant: interrogo,quò eant,ieiunatis ut cui placeatis? Deo,inquiũt. Mu
nus putatis accipit? Sed prius uide quid dicit, Relinque munus,& uade prius recõciliare fra-
tri tuo. Nunquid membra tua recte domas, qui Chriſti membra dilanias? Auditur,in- Matth.5
quit,in clamore uox ueſtra,& eos qui ſub iugo ueſtro ſunt,ſtimulatis & cæditis pugnis. Nõ
tale ieiunium elegi, dicit dominus. Improbaretur ergo ieiunium tuum,ſi immoderatius ſe-
uerus exiſteres in ſeruum tuum: approbabitur ieiunium tuũ,cum nõ agnoſcis fratrem tuũ?
Non ego quæro à quo cibo abſtineas,ſed quẽ cibum diligas. Dic mihi quẽ cibũ diligas,ut
approbem quòd ab iſto cibo te abſtineas. Diligis iuſticiam? Forte inquis, diligo. Appareat
ergo iuſtitia tua: Puto enim iuſtum eſſe ut maiori ſeruias, quo tibi minor obtemperet. De
carne enim loquebamur,quæ minor eſt quàm ſpiritus,& quæ domãda ac moderanda ſub-
iecta eſt. Agis cũ ea ut obtemperet tibi,& ſubtrahis ei cibũ,q̃ ames ſubiectam tibi: agnoſce
maiorem,agnoſce ſuperiorem,ut tibi recte cedat inferior. Quid ſi caro tua obedit tibi,& tu
non obedis deo tuo? Nõne ab ipſa damnaris,cum tibi obtẽperat? Nõne obtemperando ti
bi cõtra te dicit teſtimonium? Et cui,inquit,maiori obtemperem? Ecce Chriſtus loquitur iu
ſticia. Amatorem te dixeras, Mandatũ nouũ do uobis,ut uos inuicem diligatis. Audi ergo Ioan.13
dñm tuum mandatum dantem,ut nos inuicem diligamus. Cum ex nobis omnibus tanq̃
mẽbris corpus ſibi faciat,quod corpus habeat unũ caput ipſum dñm & ſaluatorẽ, tu cõtra
diuellis te à mẽbris Chriſti, nõ amas unitatẽ. Nõ hoc expaueſceres in mẽbris tuis,ſi diſtor-
tũ digitũ haberes,nõ ad correctorẽ digiti tui medicũ curreres? Certe tũc ſe habet bene cor-
pus tuum,quando ſibi cõcordant membra tua: tunc diceris ſanus,tunc bene uales. Si aũt
aliquid in tuo corpore diſſentiat ab alijs partibus,quæris qui emẽdet: cur ergo non quæris
emẽdari,ut cõpagini membrorũ Chriſti reuoceris,& cõgruas in ipſo corpore & tuo? Certe
uilior es ſunt cæteris mẽbris capilli tui. Quid uilius in corpore tuo capillis tuis? Quid con-
temptius

tẽptius,quid abiectius? Et tamen si male te tondeat,irasceris tonsori,quia in capillis tuis nõ C
seruat æqualitatem,& tu in membris Christi non tenes unitatem. Quid sunt ergo, aut cui
rei prosunt ieiunia tua? Indignum deum cui putas,cui ab omnibus qui in eum credunt in
unitate seruiatur,& tamen uis in membris tuis,in corpore tuo,in capillis tuis unitatem ser-
uari. Loquuntur uiscera tua,membra tua contra te dicunt uerum testimonium,& tu falsum
contra membra Christi. Discreuisti te à ieiunio Paganorum. Hoc putas,& ideo securus tibi
uideris. Ego enim,inquis,Christo ieiuno,illi autem idolis & dæmonijs. Accipio quod dicis,
& reuera non nego,discretum est. Sed ecce quemadmodum contra te pauloante me cõme-
morante,dicebant testimonium membra tua,ut admonerem te qualis esse debeas cũ mem
bris Christi dei tui: & ipsi Pagani,à quibus separas ieiunium tuũ,admoneant te aliquid de
unitate Christi tui. Ecce illi multos deos falsos non diuisi colunt,nunquid nos unum uerũ
ideo inuenimus,ut sub uno in unitate non simus? Multos illi & falsos,nos unum & uerum:
& illi sub multis falsis non habent diuisionem,nos sub uno uero non tenemus unitatem.
Non doles,non gemis,non erubescis? Aliud addo. Non solum multos deos falsos Pagani
colunt,sed plerosq; sibi contrarios & inimicos. Verbi gratia cõmemoremus aliqua ipsorũ,
si cuncta non possumus. Hercules & Iuno inimici fuerunt, homines enim fuerunt, priui-
gnus ille,nouerca illa,utriq; eorum Pagani templa fecerunt,& Iunoni & Herculi. Adorant
illum,adorant illam,pariter eunt ad Iunonem,pariter ad Herculem. Illis sibi iratis,cõcordes
sunt. Vulcanus & Mars inimici sunt,& iustam causam habet Vulcanus,sed da iudicem qui
audiat. Odit enim miser uxoris adulterium,nec tamẽ audet cultores suos à Martis templo
prohibere. Simul adorant & illũ & illũ. Si imitantur deos suos,litigant,& ipsi eunt de tẽplo
Martis ad templum Vulcani. Magna indignitas: nec tamẽ timent ne sibi iratscatur maritus
q; ad eum uenitur de templo Vulcani adulteri. Habent cor,sciunt lapidem sentire non pos-
se. Ecce colentes multos, falsos,diuersos,aduersos,tenent tamẽ in eis colendis qualemcunq;
unitatem. Ecce dicunt contra te testimonium & ipsi Pagani,à quibus tua ieiunia separasti. D
Veni ergo ad unitatem frater: Vnum deum colimus,nunq; patrem & filium uidimus liti-
gantes. Nec mihi Pagani succenseant q; hæc dixi de dijs eorum. Quare enim irascãtur uer-
bis meis,& non potius litteris suis? Illas prius si possunt,imò si uolunt,deleant. Non eis do-
cendis grãmatici uela suspendant. Irascitur mihi,quia ego dico, qui dat mercedem ut filius
ipsius discat. Ergo charissimi,illi quidem tales deos habent,uel potius habuerunt. Quia em̃
ipsi eos desercre noluerunt,ab eis deserti sunt. Et multi deseruerũt eos,& adhuc deserũt eos,
deijciunt templa eorum in cordibus suis: sed gaudeamus de illis,quia ueniunt ad unitatem,
non ad diuisionem. Non inueniat Paganus occasionẽ qua nolit esse Christianus. Concor-
demus fratres colentes unum deũ,ut & illos deserere multos deos exhortemur quodãmo-
do nostra cõcordia,ut ad pacem & ad unitatẽ ueniant colendi unũ deũ. Et si forte fastidiũt,
& hinc nobis calumniantur,q; unitatem inter nos Christiani nõ habemus,& inde sunt tar-
di & pigri ne ueniant ad salutem,alloquar & ipsos paululum,& dicam,quod eis dicatis: nõ
præferant nobis quasi concordiam suam,non sibi tanq; de unitate sua placeant. Hostem
quippe quẽ patimur,illi nõ patiũtur: illos, & non ista agentes ipse possidet. Videt eos ado-
ratores falsorum deorũ, uidet eos seruos, & seruos dæmoniorum. Quid illi lucri est,quia li-
tigant: aut quid damni est,quia non litigant? Et unum q̃uis falsum & uanum sentientes,si-
biq; consentientes, sic eos possidet. At uero cum desereretur,& multi ad unum deũ concur-
rerent,eius sacrilega sacramenta desererent, templa euerterent,idola frangerẽt,sacrificia p;
hiberent,uidit se perdidisse quos tenebat,uidit à sua familia recessisse,uerum deum cogno-
uisse,quid faceret, quomodo insidiaretur? Concordes nos scit q; possidere nõ possit,unum
deum nobis diuidere non potest,falsos deos nobis supponere nõ potest, sentit esse uitam
nostram charitatem,mortem nostram dissensionem,lites immisit inter Christianos, quia
multos deos non potuit fabricare Christianis,sectas multiplicauit,errores seminauit, hære-
ses instituit,sed quicqd fecit,de palea dñica fecit. Ecce securitas nobis est,licet illo sæuiente,

licet

A licet illo insidiãte,& dissensiones uarias inter Christianos seminante,si deum nostrũ agno
scamus,si concorditer teneamus,si fidem seruemus,securi simus fratres. Frumẽtum de area,
aut non recedit,aut redit, aliquid palearum aufert uento tentationis, unde nobis faciat non
uiam perditionis, sed opus exercitationis. Quantam uero paleam non tollit foras,& ipsa
tamen in ultimo uentilanda est, & non it tota palea,nisi in ignem. Satagere ergo debemus,
fratres mei,cum tempus est,quantis possumus uiribus, quanta possumus intentione,ut si fi
eri potest,& palea redeat dum frumenta non pereãt. Dilectio nostra hic probatur, magnũ
opus uitæ uostræ proponitur. Non nos inueniremus quantum fratres diligamus,si nemo
periclitaretur: non appareret quanta esset dilectio inquisitionis,si nihil teneret abyssus perdi
tionis. Laboremus fratres,non cessemus,omni opere,omni sudore,affectu pio ad deum,ad
illos inter nos,ne illorum ueterem litem sopire uolentes, inter nos nouas rixas faciamus, &
ante omnia cauti simus inter nosipsos tenere firmissimam dilectionem. Illi gelauerũt in ini-
quitatibus suis: quomodo in eis tu solues glaciem iniquitatis, si non ardes flamma charita-
tis? Nec curemus q; eis molesti uidemur compellendo,attendamus quo in eo securi simus:
nunquid enim ad mortẽ,& non potius à morte? Omnino quibuscũq; modis possimus, sed
modeste uetusta uulnera pertractemus, & cauti simus,ne inter manus medici deficiat, qui
curatur. Quid itaq; curandum nobis est,quia plorat puer qui ad scholam ducitur? Cogitan
dum nobis est,quia repellit manus medici qui secatur. Piscatores fuerunt apostoli,& domi- *Matth.4*
nus dixit eis,Faciam uos piscatores hominũ. Per prophetam autem dicitur, quòd deus pri- *Hiere.16*
mo piscatores erat missurus, postea uenatores. Primo piscatores misit, postea uenatores
mittit. Quare piscatores, quare uenatores? De abysso & profundo maris superstitionis
idololatriæ credentes,pisci sunt retibus fidei. Venatores autem quò missi sunt,cum illi ua
garentur per montes & colles,id est,per superbias hominum,per tumores terrarum. Mons
unus, Donatus, & alius mons, Arrius: alter mons,Fotinus,alter mons,Nouatus: per istos
B montes errabant,uenatoribus indigebat error ipsorum. Ideo & distributa sunt officia pisca
torum & uenatorum,ne forte isti dicant nobis, Quare apostoli neminem coẽgerunt,nemi-
nem impulerunt? Quia piscator est,retia mittit in mare,quod incurrerit,trahit. Venator au-
tẽ syluas cingit,sentes excutit,terroribus undiq; multiplicatis cogit in retia. Ne hac eat,ne il-
lac eat: inde occurre,inde cede,inde terre,nõ exeat,non effugiat, Sed retia nostra uita est, tan
tum dilectio conseruetur. Nec attendas q̃ illi sis molestus, sed quàm tibi ille sit dilectus.
Qualis est pietas si parcis,& moritur? Fratres, hanc etiam considerate comparationem & si-
militudinem,una enim res multas similitudines habere potest,ea conditione, Nascũtur ho
mines ut uelit sibi ois homo à filijs suis succedi,& nemo est, qui nõ hũc ordinẽ in domo sua
uel optet uel speret,ut generatores filiorum cedant, & generati succedant: tamen si pater se-
nex ægrotet,non dico si filius cui assit pater,quem quærit hæredem, quem cupit successorẽ,
quem propterea genuit,ut illo mortuo ipse uiuat, non hoc dico: si pater ægrotet senex,itu-
rus iam uicinus morti,iam naturæ ordinem petens,iam ultra quod speret,non habens: ta-
mẽ si ægrotet, & assit illi pie filius eius,& uideat eũ medicus lethali & noxio somno premi,
patiens est in senem moriturum propter ipsos paucos dies,quibus hic potest uiuere: stat fi-
lius,& adest patri sollicitus, & cum audierit medicum dicentem, iste homo lethargicus po-
test esse,& inde mori,si permittatur dormire,si uultis eum uiuere non dormiat. Illum som-
nus ille noxius premit,qui & noxius est,& dulcis est. Filius autem eius admonitus à medi-
co,stat sollicitus patri,molestus pulsat,& si pulsatio eius uincitur,uellicat,& si uellicatio nihil
agit,pungit. Certe molestus est patri,& esset impius, nisi molestus esset. At ille quem dele-
ctet mori,molestum sibi filiũ tristi aspectu & uoce reuerberat, Quiesce mihi,quid mihi mo-
lestus es? Sed medicus ait, Quia si dormieris,morieris. Et ille, Dimitte me,mori uolo. Senex
dicit,mori uolo, & puer impius est,si non dicat, ego nolo. Et illa uita utriq; temporalis est,
nec ille in ea perpetuus erit, cui filius est molestus ut excitet: nec ille qui abeunti patri & de-
cedenti succedit, ambo per eam transeunt,ambo per illam temporaliter transuolant,& ta-

men impij sunt,nisi ad ipsam sibi temporalem etiam cum inuicem molesti sunt,consulant. C
Ergó ne uideo fratrem meum somno noxiæ cõsuetudinis premi, & non excito,dum timeo molestus esse dormienti atq; pereunti? Absit à me ut hoc facerem,nec si illo uiuo nostra angustaretur hæreditas. Nunc uero cum illud quod accepturi sumus diuidi non possit, cum possessore multiplicato angustari non possit, non eum erigam uel molestus ut uigilet,& carens somno uetustissimi erroris mecum in hæreditate gaudeat unitatis? Prorsus faciam, si uigilo faciam,si non facio,& ego dormio. Charissimi,dominus interpellatus est à quodam
Luce 12 cum turbis loqueretur,& ait illi,Domine dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. Et dominus,Dic homo,quis me constituit diuisorem hæreditatis inter uos? Non utiq; dedignabatur cõpescere cupiditatem,sed nolebat fieri iudex ad diuisionem. Nos autem charissimi, non eum rerũ talium iudicem requiramus,quia nec talis est hæreditas nostra:pura fronte,bona conscientia interpellemus domino nostro,& dicat ei unusquisq; nostrum, Domine dic fratri meo nõ ut diuidat,sed ut teneat mecum hæreditatem. Quid enim uis diuidere frater? Quod enim dimisit nobis dominus, non potest diuidi. Aurum est enim,ut statheram diuisionis proferat, argentum est,pecunia est,mancipia sunt,pecora sunt,arbores sunt, agri
Ioã. 14 sunt. Omnia enim ista diuidi possunt. Non potest diuidi, Pacem meam do uobis,pacem meam dimitto uobis. Postremo in ipsis etiam terrenis hæreditatibus diuisio minorem facit:constitue duos fratres sub uno patre,quicquid possidet pater,amborum est,totum illius, totum & illius. Proinde si de rebus suis interrogentur, sic respondet, Cuius est,uerbi gratia,equus ille? Et si uni eorum dixeris,noster est. Cuius ille fundus, ille seruus? In omnibus respondet,noster est. Si autem diuidant,iam aliud respondetur. Cuus equus ille? meus:cuius iste,? fratris mei. Ecce qd tibi fecit diuisio? nõ unũ acquisisti, sed unũ perdidisti. Si ergo & talem hæreditatem haberemus quæ diuidi posset, diuidere tamen nõ deberemus,ne nostras diuitias minueremus. Et certe nihil tam importunum filijs,q; uiuo patre uelle diuidere. Deniq; si hoc facere moliantur, si litibus & contentionibus studeant ad uendicandas si- D
bi quisq; partes suas,exclamat senex, Quid facitis adhuc uiuo? expectate paululũ mortem meam,tunc secate domum meam. Nos autem deum patrem habemus,quid imus in diuisionem,quid imus in lites? Certe expectemus,si mori potuerit,diuidamus.

Finis.

DE VRBIS EXCIDIO TRACTATVS.

Incerti autoris.

Daniel.9 ANTVEAMVR primam lectionẽ sancti Danielis prophetæ, ubi eũ audiuimus orantem, & mirati sumus,peccata non solũ populi sui, sed & sua propria confitentẽ: nam post ipsam orationem, cuius quidem uerba indicabant eum nõ solũ deprecatorẽ, sed etiam confessorem? Post ipsam ergo orationem:cũ orarem, inquit,& confiterer peccata mea,& peccata populi mei domino deo meo. Quis ergo est qui se sine peccato esse profiteat, cũ Daniel peccata propria cõfitetur:nã superbo cuidam dictũ est per Ezechielẽ prophetam, Nunquid tu sapientior q̃ Daniel? In tribus itẽ quibusdã sanctis uiris, per quos tria genera
Ezech. 28 hominũ significat deus quæ liberaturus est,quãdo magna tribulatio supuentura est generi humano,etiã hunc Danielẽ posuit & dixit,q; nemo inde liberabit nisi Noë,Daniel & Iob. Et quidẽ manifestũ est, q; in his tribus nominibus tria quædã,ut dixi,genera hominum significat deus. Iã em̃ tres illi uiri dormierũt,& apd' deũ sunt spũs eorũ,& corpora eorũ in terra fluxerũt: expectãt resurrectionẽ, & ad dexterã collocationẽ, nec aliquã in hoc mũdo tribulationẽ timent,unde se cupiant liberari. Quomodo ergo de illa tribulatione liberabũtur Noë,Daniel,& Iob? Quãdo dicebat ista Ezechiel,solus forsitan Daniel in corpore fuit. Itẽ Noë & Iob olim dormierant, & somno mortis patribus appositi fuerant: quomodo ergo poterãt de imminẽte tribulatiõe liberari,iam olim de carne liberati? Sed in Noë significant̃ boni

A boni præpositi,qui regunt & gubernãt ecclesiam, quomodo Noë in diluuio gubernauit arcã. In Daniel significantur omnes sancti continentes. In Iob significantur omnes coniugati iusti & bene uiuẽtes. Hæc enim tria genera hominũ de illa tribulatione liberat deus. Tamẽ quantũ sit cõmendatus Daniel,ex hoc apparet,q; unus ex illis tribus meruit nominari,& tamen confitetur peccata sua. Daniele ergo confitente peccata sua,cuius superbia non contremiscat, cuius inflatio non resident,cuius tumor & elatio non cohibeatur? Quis glorietur castũ se habere cor, aut quis gloriet̃ mundũ se esse à peccato? Et mirãtur homines,& utinam tantũ mirarentur,& nõ etiam blasphemarent,quãdo corrigit deus genus humanũ & flagellis piæ castigationis exagitat, exercens ante iudiciũ disciplinam, & plerũq; non eligens quẽ flagellet, nolens inuenire quem damnet. Flagellat enim simul iustos & iniustos, quanq̃ qs iustus, si Daniel propheta peccata confitetur? Lecta est ante dies lectio libri Geneseos, quæ uos, nisi fallor, multũ fecit intẽtos,ubi Abraã dicit domino, utrũ si inueniat in ciuitate Gen.18
quinquaginta iustos parcat ciuitati propter eos,an cũ ipsis perdat ciuitatẽ. Respondit ei dominus,q; si inueniant in ciuitate quinquaginta iustos,parcat ciuitati. Deinde Abraã adiecit ad interrogationẽ,& quæsiuit, utrũ si minus fuerint quinq;,& remaneãt quadraginta qnq;, similiter parcat. Respõdit deus parcere se propter quadragintaquinq;. Quid pluribus? Paulatim interrogãdo,& illo ex numero detrahẽdo puenit ad decẽ,& quæsiuit à domino, utrũ si decem iustos in ciuitate compererit,perdat eos cũ reliquis innumerabilibus malis, an propter decem iustos nõ se perdere ciuitatem. Quid ergo dicimus fratres? Occurrit enim quæstio nobis ualida & uehemens,præsertim ab hominibus qui scripturis nostris insidiãtur,nõ qui eas pietate perquirunt,& dicunt, maxime de recẽti excidio tantæ urbis, Nõ erãt Romæ quinquaginta iusti in tãto numero fideliũ, tanto numero sanctimonialium,continentium, tanto numero seruorũ & ancillarũ dei, nec quinquaginta iusti inueniri potuerunt, nec quadraginta,nec triginta,nec uiginti,nec decẽ? Si aũt incredibile est,quare nos deus propter qn-
B quaginta,uel etiã ꝓpter ipsos decẽ pepcit illi ciuitati? Scriptura nõ fallit,si se homo nõ fallat. Cũ de iustitia quærit̃,& deus de iustitia respondet. Iustos quærit ad regulã diuinã,nõ ad regulam humanam. Cito ergo respondeo, Aut inuenit ibi tot iustos,& pepercit ciuitati, aut si non pepercit ciuitati,nec iustos inuenit. Sed respondetur mihi,manifestum esse quòd deus non pepercit ciuitati, Respõdeo & ego,imò mihi non est manifestum:perditio enim ciuitatis ibi facta non est,sicut in Sodomis facta est. De Sodomis enim quæstio erat, quando deum Abraam interrogauit, Deus autem dixit,Non perdã ciuitatem:non dixit,Non flagello ciuitatem. Sodomis non pepercit, Sodomam perdidit,Sodomam penitus igne consumpsit,quã ad iudiciũ nõ distulit,sed in ea exercuit quod alijs malis ad iudiciũ reseruauit. Prorsus nullus de Sodomis euasit,nihil hominis relictũ est,nihil pecoris,nihil domorũ,cũcta omnino ignis absorbuit. Ecce quomodo deus perdit ciuitatem. Ab urbe aũt Roma q̃ multi exierunt & redituri sunt,q̃ multi manserunt & euaserunt,q̃ multi in locis sanctis nec tangi potuerunt. Sed capti, inquiunt, multi ducti sunt. Hæc & Daniel nõ ad supplicium suũ, sed ad solacium cæterorũ. Sed multi,inquiũt,occisi sunt:hoc & tot iusti prophetæ à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ: hoc etiã tot apostoli, hoc etiam dñs prophetarum & apostolorũ. Sed multi,inquiunt,tormentis uarijs excruciati sunt. Putamus ne quisq̃ tantum quantum Iob horrendus nobis? Nunciatæ sunt strages,facta incẽdia,rapinæ,interfectiones,excruciationes hominũ. Verũ est,multa audiuimus,omnia gemuimus, sæpe fleuimus,uix cõsolati sumus,nõ ab uno,nõ nego multa nos audisse, multa in illa urbe esse commissa, Veruntamen fratres mei intẽdat charitas uestra quod dico. Audiuimus librũ sancti, Iob,q; perditis rebus,perditis filijs,nec ipsam carnem quæ illi sola remãserat saluam potuit obtinere,sed percussus graui uulnere à capite usq; ad pedes sedebat in stercore, putrescens ulcere,sanie fluens,uermibus scatens,tormentis acerbissimis dolorũ cruciatus. Si nobis sic nunciaretur uniuersa ciuitas sedere,sedere,inq̃ ciuitas uniuersa, nullo ibi sano,in grauissimo uulnere, & sic putrescere uermibus uiuus quomodo mortui putruerunt:quod erat grauius,hoc an illud bellum? Puto q; mitius in carnem humanã ferrũ sæuiret q̃ uermes, tolerabilius de

uulneribus ſanguis erũperet,ꝙ de putredine ſanguis diſtillaret. Cadauer corrumpi reſpicis & horreſcis,ſed ideo minor pœna ꝙ abſens anima. At uero in Iob præſens anima quæ ſentiret,ligata ne fugeret,ſuſtinuit tamẽ tribulationẽ Iob,& deputatũ eſt illi ad magnã iuſtitiã. Nõ ergo quiſq; attendat quid patiaꝫ,ſed quid faciat homo. In eo ꝙ pateris, poteſtas tua nõ eſt,in eo ꝙ facis,uoluntas tua uel nocens uel innocẽs eſt. Patiebaꝫ Iob,ſtabat mulier relicta ſola,nõ ad conſolationẽ,ſed ad tentationẽ:nõ quæ afferret medicinã,ſed quæ moueret blaſ-

Iob. 2 phemiã. Dic aliquid,inquit,in deũ,& morere. Videte quẽadmodũ illi mors beneficiũ fuit, & tale beneficium nemo dabat. Sed in his omnibus quæ ſancta anima ſuſtinebat,patiẽtia exercebaꝫ,fide probabatur,mulier cõfutabatur,diabolus uincebatur. Spectaculũ magnũ,& in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo uirtutis. Vaſtat latẽter inimicus,aperte malũ ſuadet inimica, adiutorium diaboli, non mariti,Eua noua,ſed ille non uetus Adam, Dic aliquid in deum & morere. Blaſphemando extorque, quod precando non potes impetrare. Locuta es,inquit,tanquam una ex inſipientibus mulieribus. Attendite uerba fortis fidelis,attendite uerba foris putreſcentis,intus integri. Locuta es,inquit,tanquam una ex inſipientibus mulieribus. Si bona percepimus,mala non ſuſtinemus? Pater eſt,nunquid amandus blandiẽs,& reſpuẽdus corripiens? Nónne pater eſt,& promittens uitã,& imponẽs diſciplinã? Excidit ne tibi fidelis? Accedẽs ad ſeruitutẽ,ſta in iuſtitia & timore,& præpara animam tuã ad tẽtationẽ: omne quod tibi applicitũ fuerit accipe,& in dolore ſuſtine,& in humilitate tua patientiã habe,quoniam in igne probaꝫ aurũ & argentum,homines uero acce-

Heb. 12 ptabiles in camino humiliatiõis. Miſer,excidit ne tibi? Quẽ enim diligit dñs, corripit: flagellat autem omnem filiũ quem recipit. Cogita quoſlibet cruciatus,extẽde animũ in quaſlibet in hac uita pœnas humanas,cõpara ad gehennã,& leue eſt omne quod cogitas. Hic tẽporalis,ibi æternus eſt,& qui torquet & qui torquetur. Nunquid adhuc patiunꝫ,qui illo tẽpore paſſi ſunt,quo Roma uaſtata eſt? Diues aũt ille adhuc apud inferos patiꝫ,arſit,& ardet, ardebit,uiuet uſq; ad iudiciũ, recipiet carnem nõ ad beneficiũ ſed ad ſuppliciũ. Illas pœnas timeamus,ſi deum timemus. Quicquid hic paſſus fuerit homo,ſi corrigatur,emendatio eſt: ſi nec ſic corrigatur,duplex damnatio eſt. Et hic enim luit pœnas tẽporales,& ibi experietur æternas. Dico charitati ueſtræ fratres,martyres certe ſanctos laudamus,glorificamus,admiramur,dies eorũ pia ſolennitate celebramus, merita eorũ ueneramur,& ſi poſſumus,imitamur. Eſt profecto magna martyrũ gloria,ſed neſcio utrũ minor gloria fuit ſancto Iob, nec tamẽ ei dicebatur, Thus pone idolis, ſacrifica dijs alienis,nega Chriſtũ:dicebatur tamẽ,blaſphema deũ. Nec ſic dicebaꝫ,ut intelligereꝫ,ſi blaſphemaueris, putredo oĩs abſceſſura ſanitasq; reditura eſt,ſed ſi blaſphemaueris dicebat,inepta & inſulſa mulier,moreris,& moriẽdo tormẽtis carebis. Quaſi uero moriẽti blaſphemo nõ æternus dolor ſuccederet:mulier ſa tua præſentis putredinis horrebat moleſtiam,æternã flammam minime cogitabat: ferebat ille præſens,ne incideret in futurum,tenebat cor à mala cogitatione,linguã à maledicto,ſeruabat animæ integritatem in putredine corporis,uidebat quid in futurũ euadebat, & ideo quod patiebatur,ferebat. Sic ſic unuſquiſq; Chriſtianus,quando aliquã afflictionem corporis patitur, gehennas cogitet, & uideat quàm leue eſt quod patitur, non murmuret aduerſum deum, non dicat, Deus, quid tibi feci, quare iſta patior? Imò dicat, quod dixit ipſe

Iob. 14 Iob quamuis ſanctus,Exquiſiſti omnia peccata mea,& ea tãquam in ſacculo ſignaſti. Non ſe auſus eſt dicere ſine peccato qui patiebatur, non ut puniretur,ſed ut probaretur. Hoc dicat unuſquiſq; cum patitur,Fuerunt Romæ quinquaginta iuſti, imò ſi modum humanum conſideres, milia iuſtorum: ſi regulam perfectionis,nemo iuſtorum exiſtit, Quicunq; Romæ qui ſe audeat iuſtum dicere, à me nõ audet:nunquid tu ſapientior quàm Daniel? Audi ergo Illum confitentem peccata ſua, an forte cum confitebatur mentiebatur? Hinc ergo habet peccatum,quia de ſuis peccatis deo non mentiebatur. Sed aliquando argumentantur homines & dicũt,Debet & homo iuſtus dicere deo, quia peccator eſt,quamuis ſciat nullum ſe habere peccatum, tamen dicat deo, habeo peccatum,miror ſi iſta conſilij ſanitas appellanda eſt? Quis te facit non habere peccatum,nónne deus qui ſanat animam tuam? Si

tamen

A tamen non habes peccatũ,nam conſidera,& inuenietis nõ peccatum,ſed peccata. Tamen ſi prorſus non habes peccatũ,nónne illius beneficiũ eſt,cui dixiſti,Ego dixi,dñe miſerere mei, Pſal. 40 ſana animã meã, quoniã peccaui tibi? Si ergo ſine peccato eſt anima tua, ſanata eſt omnimodo anima tua,quare ingratus medico tuo,ut dicas uulnus eſſe adhuc,ubi omnẽ ſanitatẽ ille iã perfecit? Si corpus tuũ languidum,aut uulneratũ medico oſtẽderes,& rogares ut tibi adhiberet curãdi diligentiã,atq; ille faceret,ſanum ꝙ & incolumem redderet,& tu adhuc diceres,nõ ſum ſanus, nónne eſſes medico ingratus,nónne eſſes in medicum contumelioſus? Sic & deus ſanauit te,& audes dicere,adhuc uulnꝰ habeo, nec times ne tibi reſpõdeat:Ergo ego nihil egi, aut totũ quod egi, effudi,nõ accipio mercedem,nõ mereor uel laudem. Auertat deus hanc amentiã,& hanc argumentationẽ uanã. Dicat homo, peccator ſum,quia peccator eſt:dicat,peccatũ habeo,quia peccatum habet. Nõ enim ſi nõ habet,ſapientior eſt ꝙ Daniel? Ergo fratres mei,illã quæſtionẽ aliquando determinem. Si iuſti ſic appellãdi ſunt, ſicut modo quodã humano iuſti appellãtur,ſecundũ quãdam cõuerſationem qua inter homines uiuũt ſine quærela,multi tales Romæ,& propter hos pepercit deus,multi euaſerunt, ſed & eis qui mortui ſunt,pepercit deus:Mortui enim in bona uita & uera iuſtitia,in bona fide,nónne erumnis rerũ humanarũ caruerunt, & ad diuinũ refrigeriũ peruenerunt? Mortui ſunt poſt tribulationes, quomodo pauper ille ante ianuã diuitis, ſed paſſi ſunt famem, paſſus eſt & ille,forte minus eos canes linxerunt. Mortui ſunt,mortuus eſt & ille,ſed quo fine audi,Contigit,inquit,mori inopem illum,& afferri ab angelis in ſinu Abraam. Vtinam Luce 16 uidere poſſemus oculis animas ſanctorũ, qui in illo bello mortui ſunt, tunc uideretur quomodo deus pepercerit ciuitati. Milia enim ſanctorũ in refrigerio ſunt lætantiũ & dicẽtium, Deo gratias tibi,quia nos à carnis moleſtijs & tormẽto ſeruaſti. Gratias tibi,quia iam nec Barbaros,nec diabolũ formidamus,nõ timemus in terra famem,non timemus grãdinem, nõ timemus hoſtem,nõ timemus illectatorẽ,nõ timemus oppreſſorem, ſed ſumus in terra

B mortui,apud te nõ morituri,dono tuo non merito noſtro. Qualis ciuitas eſt miliũ quæ iſta dicit? An putatis ciuitatem in parietibus deputandam? Ciuitas in ciuibus eſt, non in parietibus. Deniq; ſi diceret deus Sodomitis,fugite,quia incẽſurus ſum locum iſtum, nónne magnum meritum eos habere diceremus ſi fugerent,& flamma de cœlo deſcẽdens mœnia parietesq; uaſtaret? Nónne deus pepercerat ciuitati,quia ciuitas migrauerat,& pernicem illius ignis euaſerat? Nónne ante paucos annos iam ſubtracto imperatore Conſtantinopoli, quod de eo dicunt nõnulli forſitan qui nouerũt, & ſunt in hoc populo qui & illic præſentes fuerunt, uolens deus terrere ciuitatem, & terrendo emendare, terrendo conuertere, terrendo mundare,terrendo mutare,ſeruo cuidam ſuo fideli uiro, ut dicitur militari, uenit in reuelatione & dixit ei,ciuitatem uenturo de cœlo igne perituram,eumq; admonuit,ut epiſcopo diceret. Dictum eſt, non contempſit epiſcopus, & allocutus eſt populum,conuerſa eſt ciuitas in luctum pœnitentiæ,queamadmodum quondam illa antiqua Niniue:tamen ne putarent homines illum qui dixerat uel falſitate deceptũ uel fallaciter decepiſſe,uenit dies quem deus fuerat comminatus, intentis omnibus, & exitum cum timore magno expectantibus, noctis initio tenebrãte iã mundo, uiſa eſt ignea nubes ab oriente,primo parua,deinde paulatim ut accedebat ſup ciuitatẽ ita creſcebat, donec toti urbi ingẽs terribiliter immineret: uidebaꝫ horrenda flãma pẽdere, nec odor ſulphuris deerat,omnes ad eccleſiã confugiebant, nõ capiebat multitudinẽ locus, baptiſmũ extorquebat quiſq; à quo poterat. Nõ ſolũ in eccleſia, ſed etiã per domos, ꝑ uicos ac plateas ſalus ſacramenti exigebaꝫ,ut fugeretur ira,nõ præſens utiq;, ſed futura. Attamẽ poſt magnã illã tribulationẽ, ubi exhibuit deus fidẽ uerbis ſuis,& reuelatiõe ſe rui ſui cœpit ut creuerat minui nubes, paulatimq; conſumpta eſt, populus ſecurus paululũ factus,iterũ audiuit omnino eſſe migrandũ,quod ciuitas eſſet proximo ſabbato peritura,migrauit cũ imperatore tota ciuitas, nemo in domo remanſit, nemo domũ clauſit, longe recedens à mœnibus,& dulcia tecta reſpiciens, relictis chariſſimis ſedibus uoce miſerabili ualefecit. Et aliquot milibus tanta illa multitudo progreſſa,unà tamen

loco fundendis ad deũ orationibus cõgregata,magnũ fumũ ſubito uidit,& uocẽ magnam emiſit ad deũ:tandemq; tranquillitate conſpecta,miſſis qui renunciarẽt ſollicita, quæ præ C
dicata fuerat hora tranſacta,& renunciãtibus q; ſalua uniuerſa mœnia & tecta conſiſterẽt, omnes cũ ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo ſua quicq; pdidit patẽte,omnis homo ſicut dimiſit inuenit.Quid dicemus,utrũ iſta ira dei,an potius miſericordia fuit? quis dubitet miſericordiſſimũ patrẽ corrigere uoluiſſe,terrendo non perdendo punire,quãdo ni hil hominũ,nihil domorum,nihil mœniũ tanta impẽdens præſentia calamitatis læſit pror ſus,ſicut ſolent manus erigi ad feriendũ,& cõſternato illo qui feriendus erat miſeratione re uocari,ita factum eſt illi ciuitati? Veruntamẽ ſi eo tẽpore quo illa derelicta uniuerſus popu lus abſceſſit,irrueret uaſtitas loco,totãq; urbẽ ſicut Sodomã nullis ſaltem ruinis remanenti bus perdidiſſet,quis etiam ſic dubitaret quod deus peperciſſet illi ciuitati, qua præmonita & territa & diſcedente atq; migrante locus ille conſumeretur:ſic minime dubitandũ eſt, pe perciſſe deũ Romanæ etiam ciuitati,quæ ante hoſtile incẽdium in multis ex multa parte mi grauerat.Migrarant qui fugerant,migrarant q de corpore exierant,multi præſentes utcũq; latuerunt,multi in locis ſanctis uiui ſaluiq; ſeruati ſunt.Manu ergo emendãtis dei correpta eſt potius ciuitas illa q; perdita, tanq; ſeruus ſciẽs uoluntatẽ domini ſui,& nõ faciẽs digna, plagis uapulabit multis.Atq; utinã ualeat ad exemplũ timoris & malæ cõcupiſcentiæ,ſitiẽs mundũ,& appetens perfrui pernicioſiſſimis uoluptatibus,demonſtrante domino q; ſint in ſanabiles & caducæ omnes ſeculi uanitates & inſaniæ mẽdaces,potius refrenetur q; ſub fla gellis digniſſimis aduerſum dominũ murmuretur: ſed unam tribulã ſentit area ut ſtipula concidatur,granũ mundetur: unũ ignem patitur fornax aurificis, ut palea in cinerem per gat, aurũ ſordibus careat: ſic & unam tribulationẽ pertulit,in qua uel emendatus liberatus eſt pius,impius aũt dãnatus eſt,ſiue ab hac uita raptus ſit ubi magis pœnas iuſtiſſimas lue ret,ſiue hic remãſerit ubi dãnabilius blaſphemaret.Nõ ergo nos moueat labor piorũ,exer citatio eſt nõ dãnatio, niſi forte horremus cũ uidemus indigna & grauia in hac terra ppeti D
aliquẽ iuſtũ,& obliuiſcimur quæ pertulerit iuſtus iuſtorũ,ſanctusq; ſanctorũ.Quod paſſa eſt uniuerſa illa ciuitas,paſſus eſt unus. Sed uidete quis unus,rex regũ & dominus dominã tiũ,cõprehenſus,uinctus,flagellatus,cõtumeliis omnibus agitatus,ligno ſuſpenſus & fixus, occiſus.Appende cũ Chriſto Romã, appende cũ Chriſto totã terram,appende cũ Chriſto cœlũ & terrã,nihil creatũ cũ creatore pẽſatur,nullũ opus artifici cõparat. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil,& tamen perſequentibus deputatus eſt nihil.Feramus ergo quod nos deus ferre uoluerit,qui nobis curandis atq; ſanandis,quis etiam dolor ſit uti Iacobi 1 lis ſicut medicus nouit.Certe ſcriptũ eſt, Patientia opus perfectũ habet:quod aũt erit opus patientiæ,ſi nihil aduerſi patiamur? Cur ergo mala temporalia perpeti recuſamus, an forte perfici formidamus? Sed planè oremus & gemiſcamus ad dominum,ut ſeruetur erga nos 1. Cor. 10 quod Apoſtolus dicit.Fidelis deus qui non uos ſinet tentari ſupra id quod poteſtis, ſed fa ciat cum tentatione etiam exitum ut ſuſtinere poſſimus. Amen.

DE CREATIONE PRIMI HOMINIS TRACTATVS.

Fragmentũ eſſe uidetur neſcio cuius.

TANTA dignitas humanæ conditionis eſſe dinoſcitur, ut non ſolũ iubẽtis ſermone,ut alia ſex dierũ opera,ſed conſilio ſanctæ trinitatis & opere ma ieſtatis diuinæ creatus ſit homo,ut ex primo conditionis honore intellige ret quantum ſuo conditori deberet,dum tantũ in conditione mox dignita tis priuilegium præſtitit ei conditor, ut tanto ardentius amaret condito rem,quanto mirabilius ſe ab eo eſſe conditũ intelligeret,Faciamus,inquit, Gen. 1 hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã. Nec eb hoc ſolũ q; ſanctæ trinitatis conſilio ſit excellẽter à conditore cõditus,ſed etiam q; ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ipſe creator omniũ eum creauit,q; nulli alij ex creaturis donauit.Quæ imago diligentius eſt in interioris homi nis nobilitate cõſiderãda.Primo quidẽ,ut ſicut deus ſemper ubiq; totus eſt, omnia uiuificãs & gu

A & gubernans,ſicut Apoſtolus confirmat dicens, Quod in eo uiuimus,mouemur & ſumus, Acto. 17
ſic anima in ſuo corpore ubiq; tota uiget uiuificans illud,mouẽs & gubernãs: Neq; enim in maioribus ſuis corporis membris maior,& in minoribus minor,ſed in minimis tota eſt, & in maximis tota. Et hæc eſt imago unitatis omnipotentis dei, quã anima habet in ſe,quæ etiã ſanctæ trinitatis quandã habet imaginẽ. Primo in hoc,quia ſicut deus eſt,uiuit & ſapit, ita anima ſecũdum ſuũ modũ uiuit & ſapit. Eſt q; & anima trinitas in ea qua ad imaginẽ & ſimilitudinem ſui cõditoris perfectæ quidem & ſummæ trinitatis, quæ eſt in patre & fi lio & ſpiritu ſancto cõdita eſt.Et licet ſit illa unius naturæ,tres tamen in ſe dignitates habet, id eſt,intellectũ,uoluntatẽ & memoriã. Quod idẽ licet aliis uerbis in euangelio deſignatur, cum dicit, Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,& ex tota mẽte Matth. 22
tua,id eſt,ex toto intellectu tuo,& ex tota uoluntate tua,& ex tota memoria tua.Nam ſicut ex patre generatur filius,& ex patre filioq; procedit ſpiritus ſanctus, ita ex intellectu genera tur uolũtas,& ex his iterũ ambobus procedit memoria,ſicut facile à ſapiente quolibet intelli gi poteſt.Nec enim anima perfecta poteſt eſſe ſine his tribus,nec horum triũ unum aliquid quantũ ad ſuã beatitudinem pertinet,ſine aliis duobus integrũ conſtat. Et ſicut deus pater, deus filius,deus ſpiritus ſanctus, nõ tamen tres dij,ſed unus eſt deus habens tres perſonas, ita & anima intellectus,anima uoluntas,anima memoria,nõ tamen tres animæ in uno cor pore,ſed una anima tres dignitates,atq; in his tribus eius imaginem gerit mirabiliter in ſua natura noſter interior homo, & ex his quaſi ex excellentioribus animæ dignitatibus iube mur deum diligere,ut inquantũ intelligatur,diligatur:& quantũ diligitur ſemper in memo ria habeatur.Nec ſolũ ſufficit intellectus de eo,niſi fiat uolũtas in amore, imò nec hæc duo ſufficiunt niſi memoria addatur,quia ſemper in mente intelligentis & diligentis manet, ut ſicut nullũ poteſt eſſe momentũ quo præſentem eũ non habeat in memoria.Et hæc habeto de imagine.Nunc uero de ſimilitudine aliqua intellige quæ in moribus cernẽda eſt,ut ſicut
B creator deus qui hominẽ ad ſimilitudinem creauit, charitas eſt,bonus eſt,iuſtus eſt,patiens & mitis eſt,mundus & miſericors eſt,& alia uirtutũ ſacra inſignia,quæ de eo leguntur: ita ho mo creatus eſt ut haberet charitatem,ut bonus eſſet,iuſtus,patiens ac mitis,mundus & mi ſericors foret.Quas uirtutes,quanto plus habet in ſeipſo,tanto propinquior eſt deo,& ma iorem ſui conditoris ſimilitudinẽ gerit.Si uero,quod abſit,aliquis per deuia uiciorũ & diuor tia criminũ ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine aberret, tunc fiet de eo q; ſcriptũ eſt,Homo cum in honore eſſet,nõ intellexit,&c. Quis maior honor poterat homini eſſe q; Pſal. 48
ut ad ſimilitudinem ſui cõditoris cõcreetur,& eiſdem uirtutũ ueſtimentis ornaretur,quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit,decorẽ indutus eſt,id eſt,omni ſplẽdore uir Pſal. 92
tutum & totius bonitatis decore indutus. Vel quod maius poteſt eſſe homini dedecus, aut infelicior miſeria,q; ut hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informem & in irrationabilem brutorũ iumentorũq; delabatur ſimilitudinem? Quapropter quiſq; diligen tius attendat primæ ſuæ cõditionis excellentiã, & uenerandã ſanctæ trinitatis in ſeipſo ima ginem agnoſcat, honoremq; ſimilitudinis diuinæ, ad quã creatus eſt nobilitate morũ,exer citio uirtutũ habere cõtendat,ut quando apparuerit qualis ſit,tunc ſimilis illi appareat, qui ſe mirabiliter ad ſuã ſimilitudinẽ in primo Adam cõdidit, mirabilus in ſecũdo reformauit.

DE ARBORE SCIENTIAE BONI ET MALI TRACTATVS.

Non eſt Auguſtini.

LEGIMVS in Geneſi dixiſſe dominũ ad Adam, Ex omni ligno qd'eſt Gen. 2
in paradiſo edite, de ligno autem dinoſcentiæ boni & mali, quod eſt in medio paradiſi,non edatis, qua die autem ederitis, morte moriemi ni. Multos ſcimus,fratres chariſſimi,de hac arbore quæſtiones uanas mouiſſe, qui dicant Adam nõ uoluntate peccaſſe, quia in illa arbore fuit dinoſcẽtia boni & mali:& dũ homis culpã excuſare nituntur, ſic deo cõditori iniuriã faciũt:quibus ratio reddẽda eſt, ne diutius quæſtiones malas

malas moueant,aut usq; adhuc in errore taliter sentiendo lateant, sed si uolunt nosse tace- C
ant & audiant,ne stulta loquendo,deo conuitium faciant. Vna arbor fuit in medio paradi
si,explorans hominis uoluntatem:in ea uita pendebat,in ea & mors transgressione latebat:
Gen.2 in ea apparuit transgressio, in qua firmata fuerat legis præceptio. Dixit deus, Ex omni li
gno quod est in paradiso edite,de illa uero arbore quæ est in medio paradisi non edatis,ne
morte moriamini.In hoc uerbo lex erat à deo posita homini, in ea fuit præmium constitu
tum cum interminatione sententiæ.Deus dixit,Si gustaueritis,morte moriemini.Et diabo
lus dixit,Nõ morte moriemini.Et stetit homo inter deum factorem, & diabolum decepto
rem.Deus mortem minatus est, si arboris fructus tãgatur: diabolus deos futuros esse eos
promittebat si arbor illa uioletur:& appetita est uenenosa dulcedo,& contempta est salubri
tas perpetuæ uitæ.Sed dicit aliquis calumniator,Vides quia in illa arbore fuit mors? Respõ
deamus uanæ quæstioni:non fuit planè in eadem arbore facta, sed inuenta per hominem.
Hæc probatio fuit hominis, non deceptio salutaris.Nam si deus hominem nõ amasset,nec
& fecisset,nec & antea præmoneret si mortificare uoluisset: quod si antea non præmoneret,
nõ erat misericordia sed impietas, nec iustitia sed iniustitia,ut ipse misericorditer fecisset.In
iusta hæc impietas nec in homine esse debet,quãtomagis nec in deo fuisse credenda est, qui
fons pietatis & bonitatis est.Quis hominũ,fratres mei,opus suũ perire patiatur,aut fabricã
suam ruinæ tradat,aut filium quem genuit in foueam mortis impingat? Si in homine ista
crudelitas non est,nec in deo credas fuisse q fabricã suam, id est, hominem bene disposuit,
& imminenti eius ruinæ destinatã præcepto suffulsit ne caderet, sed stare nõ potuit, quare?
quia audire deũ noluit.Quid ergo imputamus deo,si Adam cecidit,qui ut caderet dei præ
ceptum contempsit? Dic mihi,arbor ipsa bona fuit,an mala? Dicturus es mala,mala utiq;,
de qua homo pomum rapiendo mutatus est in mortẽ.Ergo arbor fuit mala, an trãsgressio
mandati? Planè arbor,nam si mala non fuisset,Adam non cecidisset.Hæc dicis, non inten-
Gen.2 dens uirtutem scripturarum. Nam sicut scriptum est,In illa arbore fuisse dinoscentiam bo D
Gen.1 ni & mali: ita scriptum est,Et uidit deus quæ fecit,& ecce bona ualde.Illud credis quod te in
errorem inducat,& hoc nõ credis quod te ad salutem perducat? Vis nosse qui calumniaris,
quia arbor illa non fuit mala sed bona:nec in ea facta est à deo mors,sed homo sibi mortẽ
creauit.Dic mihi calumniator,fertũ bonum est an malum? Sine dubio dicturus es,malum.
Et quare malum & non bonum,cum omnia quæ deus fecit bona sunt ualde? Quale bonũ
dicis esse ferrum,unde homines perimũtur? Audi ergo,nõ ferrum est malum,sed qui ad fa
cinus utitur ferro,ipse malus est.Nam uis nosse quia bonum est ferrum? Vnus eo utitur ad
putandum uineam,& alius ad perpetrandum homicidium,alius se pascit ferro,alius inno
centẽ perimit gladio,unus ferro agrũ colit, alius in fauce ferro sanguinem fundit, unus ope
ratur ferro ut uitam sustentet suam,alius autem ferro uitam eripit alienam. Nam & iudex
gladium portat ut in reũ animaduertat, innocẽtem absoluat.Adhuc audi si uacat calumni
ator,Vinum bonum dicis esse an malũ? Puto q; bonum dicas esse,non malũ, & hoc æqui
tatis iudicio,non ebrietatis beneficio.Ergo bonum est uinum,ualde bene quòd uinum con
fessus es bonam esse dei creaturam,& ego confiteor bonam esse: quare ergo unus accipit cũ
sobrietate,alius ad ebrietatem? Nunquid unus,quia debriatur & turpis uidetur,ideo mala
dicenda est dei creatura,alius sobrie uiuit,& deum in ipsa sobrietate benedicit? Nam qui in
ebriatur in foueam cadit,& aliquotiens mortem incurrit. Cibi quos nobis dominus largi
ri dignatus est, ad utẽdum non sunt mali,sed boni,& tamen si amplius sumantur, pernicio
si sunt & nociui, nunquid ideo dicenda est mala dei creatura,quia nocet aut aliquibus per
niciosus est? sed quia in perniciem salutis suæ auplius præsumunt, & quod deus generi hu
mano largitus est,ipsis nociuũ est, & quæ dicturus sum penè omnibus nota sunt. Scimus
aliquos multo uino & cibo præfocatos,nunquid in uino aut in cibis fuit mors? Absit,sed in
temperantia ciborum fecit eos in mortem cadere.Sic & ferrum non ideo dicendum est ma
lum,quia de eo latro facit homicidium,sed ipse malus est,quia eo utitur ad perimendũ ho
minem.

A minem:ita & illa arbor non fuit mala sed bona,sed fuit malum quòd homo dei præceptũ
transgressus est.Nam bonum est,quicquid deus homini ad utendũ tribuere dignatus est.
Ecce de nouo testamẽto profero testimonium,bona esse omnia quæ deus fecit. In actibus
apostolorũ legimus,obdormisse Petrũ & uisum uidisse,deponi de cœlo uas quoddã candi
dum ut lintheũ,in quo erant quadrupedia,uolatilia & serpentia terræ posita.Et dixit ad eũ
uox:Surge Petre,uictima & manduca.Et Petrus ait,Absit dñe,quoniã nunq; comedi oẽ
cõmune & immundũ.Cui dixit:Quod deus sanctificauit tu ne cõmune dixeris.Quid est ca
lumniator? Ecce nõ solũ bona,sed & sanctificata esse oẽia diuino ore probauimus. Arbor
hæc nõ fuit mala,sed bona:nec in ea aliquid mali potuit reperiri,sed homo fuit à semetipsõ
malus qui male usus est bono quod fecerat deus.In hoc mala uolũtas hominis cognoscitur,
ut cui omnis paradisus subiacuit,ad arborẽ interdictã manũ extendens mortem incurrit:si
unam arborẽ ei diuinitas largiretur,& omnis paradisus fuisset interdictus, sufficere debue
rat quod ei largitus est deus.Sed quia amplius uoluit q; quod ei uolũtas largientis indulsit,
& hoc quod habuit amisit, & in mortẽ nihilominus incurrit.Peccatũ Adæ cui imputandũ
est? Deo qui monuit,aut ei qui audire noluit? medico qui uulnerato obseruandi præceptũ
dedit,aut uulnerato q cõtra medici præceptũ noxia poma gustando causam trãsgressionis
incurrit? Medicorũ ars est,ut eis quos uiderint nimia ægritudine laborãtes,ea ,phibeãt quæ
pernicioſa saluti,aut periculũ procurent.Quod si ægrotus cõtra medici præceptum per intẽ
perantiã cõtraria sumens mortẽ inciderit,quid pertinet medico qui præuidens causam ob
seruationẽ indixit? Ita nec medico animarũ deo imputandũ est q; Adã cecidit,qui eũ ante
monendo in æternũ uiuere uoluit.Multa supersunt de istis quæstiõibus quæ dicenda sunt,
sed hora præterijt singula dicere ne longitudo sermonis fastidiũ faciat auditoribus.Debito
rem me dico,dilationem peto,sed uereor,ne debitor occurrat & creditor absentiã procuret.
Debitũ curo soluere sermonem, sed pristinos meos non inuenio creditores,aliquos uideo,
B aliq; requiro.O creditor piger,cõueneris ut debitũ exigas,quid tuã absentiã procuras:debi
tor satisfacere creditori cupit,& creditor desidiosus absentem se facit.Nouam rem uideo,in
stat creditor debitori,ut debitũ recipiat,excusat.Sed quid interest,si creditor uenire noluit;
reddat debitor quod promisit.Adhuc calumniator ille pristinus tot probationibus conui
ctus non acquiescit,sed dicit:Sciebat deus hominem posse peccare,an nõ? Respondeamus
ei,ne sibi uideatur aliquid dixisse:Sciebat plane.Si ergo sciebat eũ posse peccare,quare non
eum reuocauit à peccato? Quare? quia inuitum non decuit coronare.Quis unq; fratres mei
præmium nõ pugnãti dat,aut quæ corona nõ dimicanti,aut quæ sine cõflictu uictoria? Au
di Apostolũ diuino ore loquentem, Nemo coronatur nisi qui legitime certauerit.Adam 2.Tim.2
nec pugnauit,nec certamẽ cum diabolo suscepit,sed ad unam suggestionẽ præmiũ immor
talitatis amisit.Victus est qui nõ pugnauit,succubuit uoluntati nõ necessitati.O calumnia
tor qui signare te nescis & deo uis calumniari,quia Adam non uoluntate peccauit. Nempe
Iob homo fuit similis illi,quãta perpessus est & tolerauit,pugnauit & uicit,à deo in potesta
tem diabolo datus est & sustinuit:Et utiq; quẽ sciebat deus penitus superari nõ posse,in po
testatem nõ debuit dare:sed ideo taliter probare eum uoluit deus,ut nobis excusationis &
calumniæ articulum amputaret.Expoliatus diuitijs & censu,uinci nõ potuit,quia nec uoluit.
Filios amisit & dñm benedixit.Parum est hoc,postea ulceribus plenus,in stercore iacuit, &
nihil mali aduersus dñm loqui potuit:licet doloribus urgebatur liqui,sed uerba nõ fuerant
improperij,cui iam uxor nõ adiutoriũ,sed deceptio fuit:adiutorium quidẽ diaboli,sed dece
ptio mariti,subornata à diabolo talia persuadebat dicens,q; diu pateris hæc? Dic uerbum Iob 2
cõtra dñm ut indignetur tibi & moriaris.O affectus uxoris.O malignitas cõiugalis.Potuit
enim dixisse,cõfitere deo,ut propitietur tibi & uiuas,blasphẽma,inquit, deũ,ut indignetur
tibi & moriaris.O argumenta serpentis antiqui,per uxorem putauit Iob decipere,cuius ani
mũ uulneribus plenũ,nec sic quidẽ ualuit ad blasphemiã incitare:Adam uero quid tale per
tulit? quare diabolo potius q; deo obediuit? Sed adhuc calũniator dicis:Quare dixit deus:
Morte moriemini,nisi quia deus ipsam mortẽ fecit qui eã nõ auertit,Respondetur tibi & in

hoc calumniator ineptissime, si tu cum sis homo habens filios, omnes admones, omnibus A
præceptum das, ut te sequantur & imitentur in omnibus, & si unus eorum cõemptor extiterit & per malam conuersationem mortem incurrerit, nunquid eius mors tibi imputanda est & nõ potius ei qui tuã admonitionẽ contemnendo mortem incurrit? Sic nec deo mors Adæ ascribenda est qui eũ ante transgressionẽ ne in mortem incideret monuit. Nam manifestum est monuisse dñm atq; noluisse hominẽ mori, nec ipsam fecisse mortem. Testificatur huic uerbo sapientissimus Salomon dicens, Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Adam dei præceptũ neglexit & mortẽ incidit. Reuera fratres imperatoris sacra nemo sine periculo sui sanguinis contemnit, sed omnes suscipiũt cũ tremore & ueneratione & adorant uilissimã chartulam atramento scriptã, & uelut diuinos adorant apices: scripturæ diuinæ legũtur, uerba dei tonant, ipse dñs qui admonendo præsens præsentibus loquit & non auditur, ac fastidiose homines audiũt, aut quod peius est sedentes fabulis uacãt. Imperator longe positus de chartula loquitur, & tremitur, & quasi præsens in illa chartula adoratur: testamentũ dñicum recitat ab aliquibus hominibus & cõtemnitur. Ipsum prophetæ clamant, apostoli prædicãt, euãgelia loquũtur, per seipsum hominibus cõfabulatur & non
Matth. 18 auditur: Audi præsentem dñm & loquentẽ: Vbi fuerint, inquit, duo uel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Sed utiq; inquiunt, calumniosi homines: Deus non debuit permittere hominẽ ut peccaret. O stulti qui hoc dicũt, nõ cõsiderant, quia deus non statuam fecit lapideam aut ligneam, sed hominem perfectũ condidit sui & liberi arbitrij, ut cõsideraret quid boni appeteret, & quid mali contemneret. Debuit timere quod minatus est deus, & cõtemnere quod persuaserat diabolus, & proposito sibi immortali præmio ad hoc debuit habere cor paratũ, & creatoris sui seruare præceptũ, nõ exterminatoris audire consilium. Nõ melius hominẽ culpo q̃ deũ? qui hominẽ fecit, iniuriam faciat? O stulta & uana quæstio. Dicunt homines: Deus non debuit hominem permittere ut peccaret, & non dicũt, quia homo male fecit dei præceptum transgrediendo ut peccaret, quia utiq; ipse homo de- B
buit mortem timere & ad interdictã arborem nõ accedere. Si quisq̃ hominem (nolo dicere imperator seculi) iudicis præconem cõtempserit, nõ rapitur ad supplicium? Dei præceptũ contempsit Adam, & ab aliquibus defendit, quare culpas deũ cum tuo iudicio, & non hominẽ sine tuo periculo? Quare incusas artificem qui bene fabricauit, & defendis hominẽ qui ædificio suo adesse noluit, qui diuini præcepti immemor fuit, in uulnus trãsgressionis incurrit? O qui Adam defendis & deo iniuriam facis, ad quod te interrogo, responde mihi: Adã bonus fuit an malus? Dicturus es, bonus. Vt plena sit tua defensio: Si ergo bonus fuit, quare unũ filiũ bonũ, & alium latronẽ genuit? Debuit bonos ambos creare. Aut si, ut tu dicis, deo faciente peccauit, ambos malos debuit generare. Quare unum innocẽtem, & aliũ effundentem innocentis sanguinem genuit? Vnus dedicauit martyriũ, & alius initiauit parricidium. Ergo in quo germanũ occidit, reus nõ est, quia genitor eius suscepit reatũ qui filium creauit, ergo Cain inuitus in iugulũ fratris gladium fixit. Talem iusticiã tenent qui legi calumniari nitũtur, ut geniti sint recti, & horũ genitores reatu teneantur obstricti. Ecce Adã qui genuit latronem, ecce Cain qui interfecit fratrem, quis ex his duobus reus est, pater qui genuit, aut filius qui germanum crudeli morte peremit? Cessit calumniator, tacuit calumniator, q̃uis nunc q̃ aliquid uerius dicit qui ueritate calumnias facit. Vbi es calumniator, responde mihi pro suscepto tuo, qui de te eras securus, defende quem usq; modo defendebas. Quare cessisti, quid tacuisti? Ecce pro filij reatu reus tenetur Adã: quare nõ dicis, nõ est reus? Exurrexit qui tacebat, nõ taceo, inquit: Respõdeo plane & defendo: Nec filius pro patre, nec pater pro
Ezech. 18 filio reus est. Anima patris mea est, & anima filij mea est, secundum quod scriptũ est: Anima quæ peccauerit ipsa punietur. Quasi experrectus est calumniator ille qui dormiebat, aperuit os suũ, cœpit loqui, sed modo tacebat. Dic ergo nec pater pro filio, nec filius pro patre reus est: Responde pro suscepto tuo, & ego pro deo meo: Defende Adæ causam & ego dei mei iniuriam. Tu dicis non esse iustum ut reus sit Adam pro filio, & ego consentio. Si patrẽ non inuoluit filij reatus ad peccatum, & sicut non est iudicãdum pro Cain, sic nec deo quod

Adam

A Adam peccauit imputemus, sed sic agamus ut ad indulgentiam dei ueniamus.

Finis.

DE PVGNA ANIMAE TRACTATVS INCERTI AVTORIS.

QVOTQVOT spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Nõ sunt filij dei, si nõ agun Rom. 8
tur spiritu dei: Si autem spiritu dei agũtur pugnent, quia magnũ habent adiutorem. Non enim nos deus sic expectat pugnantes, quomodo expectat populus uenatores. Populus uenatori fauere potest, periclitantem adiuuare nõ potest. Sic ergo & hic caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spũs aũt aduersus carnẽ. Et quid est, ut Gal. 5
non ea quæ uultis faciatis? Hic enim periculũ est mali intellectoris, sit nunc officium qualiscũq; expositoris, ut nõ ea quæ uultis faciatis. Attẽdite sancti quicũq; pugnatis: Præliãtibus enim loquor. Intelligunt qui pugnant, nõ intelligit qui nõ pugnat. Nam qui pugnat, nõ dico intelligit me, sed prævenit me, quia uult homo castus ut nulla omnino surgat in mẽbris eius cõcupiscentia aduersaria castitati, pacẽ uult, sed nondum habet. Quãdo enim ad illud uentũ fuerit, nisi nulla omnino exurgat cõcupiscentia aduersanda, nullus erit hostis cũ quo luctemur, nec expectatur ibi uictoria, quia iam de hoste triumphatur. Audi ipsam uictoriã ipso Apostolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc in- 1. Cor. 15
duere immortalitatem. Cũ autẽ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Audi uoces triumphantiũ: Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, uulneraſti, deiecisti, sed uulneratus est pro me qui fecit me. O mors, ô mors, uulneratus est pro me qui fecit me, & de morte sua uicit te. Et tũc triumphãtes dicturi sunt: Vbi est mors cõtentio tua, ubi est mors aculeus tuus? Modo aũt quãdo caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnem, cõtentio mortis est, non quod uolumus, facimus. Quare? Quia uolumus, ut nullæ sint cõcupiscentiæ, sed nõ possumus, uelimus, nolimus habemus illas, uelimus, noli
B mus titillant, blandiũtur, stimulant, infestant. Surgere uolũt, premuntur, nondũ extinguuntur q̃diu caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnẽ. Nunquid hoc etiã cũ mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnem, quomodo tecum trahis concupiscentias carnis? Si bene pugnasti, reciperis ad quietem, de qua quiete coronandus es, non damnandus, ut postea perducaris ad regnum. Ergo q̃diu hic uiuitur fratres, sic est: sic & qui senuimus in ista militia, minores quidem hostes habemus, sed tñ habemus. Fatigati sunt quodãmodo hostes nostri iam etiã per ætatem, sed tamen etiam fatigati nõ cessant qualibuscunq; motibus infestare senectutis quietem. Acrior enim est pugna iuuenũ, nouimus eã, transiuimus p eam. Caro ergo cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnem, ut nõ ea quæ uultis, faciatis. Quid enim uultis ô sancti, ô boni præliatores, ô fortes milites Christi, quid uultis, ut nõ sint omnino cõcupiscentiæ malæ? Sed nõ potestis: Exercete bellũ, sperate triumphũ. Modo enim interim pugnatur, caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnem, ut nõ ea quæ uultis faciatis, id est, ut omnino nullæ sint cõcupiscentiæ carnis: sed facite quod potestis, quod ait ipse Apostolus alio loco quãdo cõmemorare iam cœperam, Nõ regnet pecca Rom. 6
tum in uestro mortali corpore ad obediendũ desideriis eius. Ecce q̃ nolo: Desideria mala surgũt, sed noli obedire. Arma te, sume instrumentũ bellorũ, præcepta dei, arma tua sunt. Si bene me audis, & quod loquor amabis: Nõ, inquit, regnet peccatũ in uestro mortali corpore. Quãdiu enim portatis mortale corpus, pugnat cõtra uos peccatũ, sed nõ regnet. Quid est nõ regnet? Id est ad obediendũ desideriis eius: Si corpori obedis, regnat. Et quid est obedire, nisi nõ exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato? Nihil hoc doctore præclarius. Quid uis iam ut exponã tibi? Fac quod audisti: Nõ exhibeas mẽbra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi deus potestatem per spiritũ suũ, ut membra tua teneas. Surgit libido tene tu membra: Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersariũ tuũ cõtra te, tene pedes ne eant ad illicita. Libido si surrexit, tene tu membra, tene manus ab omni scelere, tene oculos ne male attendãt, tene aures ne uerba libidinis libenter audiant, tene totũ corpus, tene latera, tene sũma, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit,

uincere nō nouit:Surgendo assidue sine causa discit & nō surgere. Redeamus ergo ad uer- A
ba quæ obscura de Apostolo proposueram & plana esse iam uidebimus.Hoc enim propo
sueram,quia non dixit Apostolus, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis ne habue
ritis,quia necesse est ut habeamus illas.Quare ergo non dixit,concupiscentias carnis ne fe
ceritis?Quia fecimus eas.Concupiscimus,ipsum concupiscere facere est.Sed ait Apostolus,
Iam non ego operor illud,sed quod habitat in me peccatum. Ergo quid tibi cauendum
est,hoc sine dubio ne perficias.Surrexit libido,damnabilis surrexit: Suggessit, non audia
tur:Ardet,non se compescit,& uelles ut non arderet.Et ubi est,ut nō ea quæ uultis faciatis?
Noli dare membra,ardeat sine causa & consumit se.In te ergo fiunt ipsæ concupiscentiæ?
Fatendum est,fiunt:Ideo dixit,ne perfeceritis,sed non perficiantur. Decreuisti facere,perfe
cisti.Perfecisti etenim si decernas faciendum esse adulterium,& ideo non facias,quia locus
non est inuentus,quia opportunitas nō datur,quia forte illa casta est de qua uideris esse cō
motus,ecce iam ista casta est,& tu adulter es.Quare?Quia tu pfecisti cōcupiscentias. Quid
est perfecisti?Id est,in animo tuo faciendū esse adulteriū decreuisti.Iam quod absit si & mē
bra fuerint operata,in mortē deuolutus es.Suscitauit Christus mortuam in domo filiam
archisynagogi.In domo erat,nondū erat elata:Sic & homo qui flagitium decreuit in corde
mortuus est,sed intus latet.Si usq; ad perpetrationē membrorum perucnerit,elatus est fo
ras.Sed & iuuenem filiū uiduæ suscitauit dns quādo extra portā ciuitatis mortuus effereba
tur.Sic ergo audeo quidē dicere:Decreuisti in corde tuo,si reuocaueris ab actu tuo, sanatus
eris anteq; perpetres.Si enim egeris in corde pœnitentiā,quia rem malā & scelestam & fla
gitiosam damnabilemq; decreueras,ibi ubi mortuus latebas intus,sic intus resurrexisti. Si
aūt perfeceris,iam foras elatus es,sed habes,qui tibi dicat:Iuuenis tibi dico,surge.Etiā si per
petrasti,& pœniteat te,de proximo redi,noli in sepulchrū uenire.Sed & hic mihi tertius est
qui,etiā perductus est ad sepulchrū,iam supra se habet pondus molestum, terra premitur:
Multū enim exercitatus est in flagitijs:Consuetudine sua nimia prægrauatur. Clamat etiā B
Christus, Lazare prodi foras,homo enim iam pessimæ consuetudinis putet. Merito ibi
Christus proclamauit:Nec solum clamauit,sed magna uoce clamauit.Ad Christi enim cla
morem etiā tales licet mortui,licet sepulti,licet putentes resurgent:De nullo enim iacente de
sperandum est sub tali suscitatore.

Finis.

TRACTATVS DE ANTICHRISTO.

Non est Augustini.

DE Antichristo scire uolentes,primo notabitis quare sic uocatus sit:Ideo scilicet
quia Christo in cūctis contrarius erit,& Christo cōtraria faciet.Christus uenit
humilis,ille ueniet superbus.Christus uenit humiles erigere,peccatores iustifi
care:ille cōtra humiles deijciet, peccatores magnificabit,impios exaltabit,sem
perq; uitia quæ sunt cōtraria uirtutibus,docebit.Legē euāgelicā dissipabit,dæmonū cultu
ram in mūdo renouabit uel reuocabit.Gloriā uanam quærens,omnipotentē deū se nomi
nabit.Hic itaq; antichristus multos habet suæ malignitatis ministros,ex quibus multi in
mūdo præcesserūt,qualis fuit Antiochus,Nero,Domicianus. Nos quoq; nostro tēpore an
tichristos multos nouimus esse.Quicūq; em̄ siue laicus,siue canonicus,siue monachus cōtra
iusticiā uiuit,& ordinis sui gloriā impugnat,& quod bonū est blasphemat,antichristus est,
minister satanæ.Sed iam de exordio antichristi uideamus:Non aūt quod dico,ex proprio
sensu fingo uel excogito,in libris diligenter relegendo,hæc omnia scripta inuenio. Sicut er
go autores nostri dicūt,antichristus ex populo Iudæorū nascetur de tribu Dan, secundum
Gen.49 prophetā dicentē,Fiat Dan coluber in uia,cerastes in semita.Sicut em̄ serpens in uia sede
bit,& in semita erit,ut eos qui per semitā iusticiæ ambulant,feriat,& ueneno suæ maliciæ oc
cidat.Nascetur aūt ex copulatione patris & matris sicut alij homines,nō ut aliqui dicūt ex
sola uirgine,sed tamen totus in peccato concipietur,in peccato generabitur,& in peccato na
scetur.In ipso uero conceptionis initio,diabolus simul introibit in uterum matris eius,& ex
uirtute

A uirtute diaboli cōfouebitur & contutabitur in uentre matris,& uirtus diaboli semper cum
illo erit.Et sicut in matrē dñi nostri spūs sanctus uenit,& cam sua uirtute obumbrauit,& di
uinitate repleuit,ut de sancto spiritu acciperet,ut quod nasceretur diuinum esset & sanctū:
ita quoq; diabolus in matrē antichristi descendet,& totam eam replebit,totam circūdabit,
totam tenebit, & totam interius exteriusq; possidebit, ut diabolo per hominem coope
rante concipiat & quod natum fuerit totum sit iniquum,totum perditum.Vnde & ille ho
mo peccati,filius perditionis appellatur,quia inquantum poterit genus humanū perdet,
& ipse in nouissimo perdetur.Ecce audistis qualiter nascatur. Audite etiam locum ubi na
sci debeat.Nam sicut dominus ac redemptor noster Bethleem sibi præuidit, ut ibi pro no
bis humanitatem assumeret & nasci dignaretur,sic diabolus illi homini perdito qui anti
christus dicitur locū nouit aptū,unde radix omniū malorū oriri debeat,scilicet ciuitatē Ba
byloniæ.In hac enim ciuitate quæ quondā inclyta & glorioſa urbs gentilium & caput regni
Persarū erat, antichristus nascet, & in ciuitatibus Bethsaida & Corozaim nutriri & uersari
dicit.Quibus ciuitatibus dns in euāgelio imprecat dicēs,Væ tibi Bethsaida,uæ tibi Coro- Luc.10
zaim.Habebit aūt antichristus Magos,maleficos,diuinos,incantatores,qui cū diabolo in
spirante nutrient & docebūt in omni iniquitate,falsitate & nefaria arte,& maligni spūs erūt
duces eius & socij semper & comites indiuisi.Deinde Hierosolymā ueniens omēs Christia
nos quos ad se nō poterit cōuertere, per uaria tormenta iugulabit & suā sedem in tēplo san
cto ponet.Templū etiā sanctū quod Salomon deo ædificauit in statu suo restaurabit,& fi
lium dei omnipotētis se esse mentietur.Reges aūt & principes primū ad se cōuertet,deinde
per illos cæteros populos.Loca uero per quæ Christus dns ambulauit,prius destruet,dein
de per uniuersum mundū nuncios & prædicatores suos mittet.Prædicatio aūt eius & pote
stas tenebit à mari usq; ad mare,ab oriente usq; ad occidentē,ab aquilone usq; ad septen
trionē:faciet quoq; signa multa magna mirabilia & inaudita,arbores scilicet subito florere
B & arescere,mare turbari,& subito tranquillari,naturas in diuersas figuras mutari,agitari aē
ra uentis & multimodis cōmotionibus,& cætera innumerabilia & stupenda,mortuos in cō
spectu hominū suscitari,ita ut in errorē inducātur si fieri potest etiā electi.Nam quādo tan Matth.24
ta ac talia signa uiderint,etiā illi q cœlestes & perfecti dei sunt,dubitabūt,utrū ipse sit Chri
stus qui in fine mūdi uenturus est secundū scripturas an nō?Hæc aūt omnia miracula omni
bus modis falsa erūt per incantationes diabolicas,sed peccatoribus & incredulis uidebūtur
esse uera.Excitabit uero persecutionē sub omni cœlo super Christianos & omnes electos.
Eriget itaq; se contra fideles tribus modis, hoc est, terrore, muneribus & miraculis. Dabit
credentibus in se abundantiā auri & argenti.Quos uero nō poterit decipere muneribus,su
perabit terrore,& quos terrore nō poterit uincere,signis & miraculis tentabit seducere:quos
aūt nec signis poterit illudere,in cōspectu omniū miserabili morte tentabit necare. Tūc erit
tribulatio qualis nō fuit ex tēpore quo gentes cœperūt,usq; ad tēpus illud.Tūc qui in agro
sunt,fugiant in montibus,& qui supra tectū,non descendant in domū ut tollant aliquid ex
ea.Tūc omnis Christianus qui inuentus fuerit,aut deū negabit,aut siue per ferrum siue per
ignē fornacis,siue per serpentes,siue per bestias,siue per aliud quodlibet genus tormenti in
terire iubebit,si in fide permāserit.Hæc aūt tam terribilis & timenda tribulatio,tribus annis
manebit in toto, & dimidiū.Tūc breuiabūtur dies ppter electos:nā nisi dns breuiasset dies
nō fieret salua omnis caro.Tēpus quidē quādo antichristus ueniat,uel quando dies iudicij
apparere incipiat,Paulus in epistola ad Thessalonicenses dicēs,Rogamus uos per aduen- 2.Thess.2
tum domini nostri Iesu Christi,manifestat eo loco ubi ait,Quoniā nisi uenerit discessio pri
mū,& reuelatus fuerit homo peccati,filius perditionis & cætera.Scimus em̄ quoniā post re
gnū Græcorū,siue etiā post regnū Persarū,ex quibus unū quodq; suo tēpore magna glo
ria uiguit, & maxima potētia floruit:ad ultimū quoq; post cætera regna regnū Romano
rum cœpit,quod fortissimū omniū regnorū superiorū fuit,& omnia regna terrarū sub do
minatione sua habuit,omnesq; populorū nationes Romanis subiacuerūt, & eis sub tribu
to seruierunt.Inde ergo dicit apostolus Paulus,Antichristum nō antea in mundū esse uen

turũ,niſi uenerit primũ diſceſſio,hoc eſt, niſi diſceſſerint omnia regna à Romano imperio, A
quæ prius ſubdita erãt.Hoc aũt tẽpus nondũ aduenit,quia licet uideamus Romanũ impe
riũ ex maxima parte deſtructũ,tamen q̃diu reges Francorũ durauerint,qui Romanũ im
periũ tenere debent,Romani dignitas ex toto nõ peribit,quia in regibus ſuis ſtabit.Quidã
uero doctores noſtri dicũt,q; unus ex regibus Francorũ Romanũ imperiũ ex integro tene
bit,qui in nouiſſimo tẽpore erit,& ipſe erit maximus,& omniũ regũ ultimus. Qui poſtq̃
regnũ ſuũ feliciter gubernauerit ad ultimũ Hieroſolymã ueniet,& in monte Oliueti ſceptrũ
& coronã ſuã deponet.Hic erit finis & cõſummatio Romanorũ Chriſtianorumq; imperij:
Statimq; ſecundũ prædictã ſententiã apoſtoli Pauli antichriſtũ dicũt futurũ. Et tunc qui
dem reuelabitur homo peccati,antichriſtus uidelicet:qui licet ſit homo,fons tñ erit omniũ
peccatorũ & filius perditionis.Hic eſt filius diaboli,quia per omnia adimplebit uolũtatem
ſuam,quia plenitudo diabolicæ poteſtatis & totius mali ingenij corporaliter habitabit in il
lo.In quo erunt omnes theſauri maliciæ & iniquitatis abſconditi:Qui aduerſatur,id eſt,cõ
trarius eſt Chriſto,omnibusq; membris eius,& extollitur,id eſt,in ſuperbiam erigitur ſup
omne quod dicitur deus,id eſt,ſuper deos gentiliũ,Apollinem,Iouem,Mercuriũ,quos pa
gani deos exiſtimãt. Super omnes iſtos deos extollitur antichriſtus,quia maiorẽ & fortio
rem ſe faciet illis omnibus.Et nõ ſolũ ſupra illos,ſed etiã ſupra omne quod colitur,id eſt,ſu
pra ſanctã trinitatẽ quæ modo ſola colenda & adoranda eſt ab omni creatura.Ita ſe extol
let,ut in tẽplo dei ſedeat,oſtendẽs ſe tanq̃ ſit deus.Nam ſicut ſupra diximus in ciuitate Ba
byloniæ natus,Hieroſolymã ueniens,circũcidet ſe dicẽs,Ego ſum Chriſtus uobis repromiſ
ſus,qui ad ſalutẽ ueſtram ueni, ut qui diſperſi eſtis cõgregem,& defendam. Tunc confluent
ad eũ omnes Iudæi æſtimantes deũ ſuſcipere,ſed ſuſcipient diabolũ. Siue etiã in tẽplo dei
ſedebit antichriſtus,id eſt,in ſancta eccleſia,omnes Chriſtianos cupiens martyres, eleuabit
& magnificabit,quia in ipſo erit caput omniũ malorũ diabolus, qui eſt rex ſup omes filios
ſuperbiæ.Subito aũt & improuiſe antichriſtus ueniet,& totũ ſimul humanũ genus,ſuo er B
rore decipiet & perdet. Ante eius exortũ, duo pphetæ mittẽtur in mundũ,Enoch ſcilicet &
Helias,qui contra impiũ antichriſtũ,fideles dei diuinis armis præmunient & inſtruent eos,
& confortabũt & præparabunt electos ad bellũ,docentes & prædicantes tribus annis & di
midiũ.Filios aũt Iſrael quicũq; eo tempore fuerint inuenti,hi duo maximi prophetæ & do
ctores ad fidei gratiã cõuertent,& à preſſura tantæ turbinis in parte electorũ inſeparabiles
Eſa.10 reddẽt.Tũc implebitur quod ſcriptura dicit,Si fuerit numerus filiorũ Iſraël quaſi arena ma
Rom.9 ris,reliquiæ ſaluæ fient.Poſtq̃ aũt per tres annos & dimidiũ prædicauerint, mox incipient
excandeſcere antichriſti perſecutiones,& contra eos primum antichriſtus ſua arma arripiet
Apoc.11 eosq; interficiet, ſicut in Apocalypſi dicitur:Et cũ finierit,inquit,teſtamentũ ſuum,beſtia de
ſcendet de abyſſo,& faciet aduerſus eos bellũ,& interficiet illos.Poſtq̃ ergo iſti duo interfe
cti fuerint,inde cæteros fideles perſequens,aut martyres glorioſos faciet,aut apoſtatas red
det.Et quicũq; in eũ crediderint,ſignũ charactẽris eius in fronte accipient.Sed quia de prin
cipio eius diximus,quẽ finẽ habebit,dicamus.Hic itaq; antichriſtus diaboli filius,totius ma
litiæ artifex peſſimus,cũ per tres annos & dimidiũ,ſicut prædictũ eſt, magna perſecutione
totũ mũdũ uexauerit,& oẽm populũ dei uariis pœnis cruciauerit,poſtq̃ Heliam & Enoch
interfecerit,& cæteros in fide permanentes,martyrio coronauerit,ad ultimum ueniet ira dei
ſuper illũ,ſicut beatus Paulus ſcripſit,dicẽs,Quẽ dñs Ieſus Chriſtus interficiet ſpũ oris ſui.

Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONEN. EPISCOPI,

Pſalterium quod matri ſuæ compoſuit.

DOMINE deus omnipotẽs,rex æternæ gloriæ,qui cũ cognoſcis beatũ eſſe uirũ
qui uiam peccatorum ſpernit,legemq; præceptorum tuorum meditatur die ac
nocte,doce me peccatorẽ tibi cum toto cordis timore & tremore fideliter ſerui
re,& uocem meam te humiliter inuocantem exaudi,& ita clementiſſimis auri
bus percipe uerba mea,ut delinquentẽ me in ira furoris tui nõ derelinquas,ne quãdo ille in
ſidians

C ſidians antiquiſſimus hoſtis,rapiat ut leo animam meam,dum non eſt qui redimat neque
qui ſaluũ faciat.Sed tu domine,cuius nomen admirabile eſt in cœlo & in terra,ita conuerte
inimicum meũ retrorſum ut infirmetur & pereat à facie tua.Ne unq̃ irretire ualeat laqueis
igneis animã meam,neq; ſulphur & ſpiritus procellarũ ogglomeret me,ſed propter inopis
miſeriã & gemitũ pauperũ,nũc exurgens reſpice & exaudi me dñe:Quia conſiliũ inopis &
ſpes eius es.Fac me iſta ingredi ſine macula,& operari iuſticiã,ut gratia miſericordiæ tuæ ſit
pars hæreditatis meæ.Cuſtodi me ut pupillã oculi,& ſub umbra alarũ tuarũ protege me,
quia tu es uirtus mea,firmamentũ meum & refugiũ meũ.Ab occultis meis mũda me,& ab
alienis parce ſeruo tuo.Mitte mihi angelũ de ſancto,& deſideriũ animæ meæ tribue mihi.
Libera me de ore leonis,& deduc me per ſemitas iuſticiæ:Vt poſſim aſcendere in montem
ſanctũ tuũ,& ſtare in loco ſancto tuo,innocens manibus & mundo corde.Delicta iuuentu
tis meæ,& ignorantias meas ne memineris.Ne perdas cum impijs animã meã,& ne tradas
me in animas perſequentiũ me.Sed ita exaudi propitius uocẽ deprecationis meæ,ut inuo
cantẽ gloriã ſancti nominis tui,audias clementer & miſererearis mei,& in te dñe ſperans non
cõfundar in æternũ:Sed remitte mihi impietatẽ cordis mei.Fiat miſericordia tua ſuper me,
quẽadmodũ ſpero in te:& ex omnibus anguſtijs meis eripiens me,dic animæ meæ, ſalus
tua ego ſum.Et quia in protectione alarũ tuarum ſpero,da mihi petitionẽ cordis mei, & in
tende in adiutoriũ meũ domine deus ſalutis meæ.Notũ fac mihi dñe finẽ meũ, & numerũ
dierũ meorum,ut ſciam quid deſit mihi.Exaudi propitius uocẽ deprecationis meæ, & educ
me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Statue ſupra petram pedes meos,& dirige in ſemitã re
ctam greſſus meos.In die mala libera me,ut ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis do
mus dei,quia tu es deus meus & fortitudo mea.Ne declines greſſus meos à uia tua,ut dili
gam iuſticiam & odiam iniquitatem.Eſto mihi refugium & uirtus, quia tu es rex magnus
ſuper omnem terram.Qui regis omnes in ſecula,libera animam meam de manu inferi,cum
D acceperit me.Tu autem cum manifeſtus fueris ad iudicandum nos,miſerere mei ſecundum
magnam miſericordiam tuã.Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Auerte piſſime
domine in illa hora faciẽ tuã à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ
crea in me deus,& ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis.Vt ſicut oliua fructifera in
paradiſo dñi mei oleum ſanctitatis accipiar,& ibi exultem cum Iacob,& in æternum læter
cum Iſraël.Salua me in tuo nomine,tuaq; uirtute libera me.Ne deſpexeris deprecationem
meã,ſed miſerere mei.Mitte de cœlo & libera me,& da in opprobrium cõculcantes me.Cõ
tere dentes eorũ in ore ipſorũ,& cõfringe molas leonũ. Deus meus es tu,miſericordia mea.
Saluũ me faciat dextera tua & protegar à uelamẽto alarum tuarũ,cũ reddideris ſingulis ſin
gula ſecundũ opera ipſorũ.Dũ ſitit in te anima mea,protege me à cõuentu malignãtium,
cũ ad te omnis caro uenerit.Non amoueas miſericordiã tuã à me:Et ſpiritũ ſanctũ tuũ ne
auferas à me,ſed illumina faciẽ tuã ſuper me.Proſperũ iter fac mihi deus ſalutaris meus,ut
nõ abſorbeat me profundũ, neq; aperiat ſuper me puteus os ſuũ.Adiutor & liberator me
us eſto dñe,ne tardaueris.Quoniã in te ſpero dñe,nõ cõfundar in æternũ,cũ iudicaueris po
pulũ tuũ.Et hi qui ſe elongant à te peribũt,ne auertar ego humilis factus confuſus:Qm̃ iu
ſtus iudex es,humilias & exaltas nimis terribilis,& quis reſiſtet tibi tunc ab ira tua? Tu es
deus qui facis mirabilia magna ſolus.Sicut populum tuũ pane aluiſti in deſerto, & deſide
rio ſuo non fraudaſti eum:ita me eſurientem gratia tua reficiat,& cito præueniat me miſe
ricordia tua.Et tu mihi tutor panem lachrymarum & amaritudinem compunctionum tri
bue in tẽpore tribulatiõis:Et da de petra mellis dulcedinẽ capiam internæ ſuauitatis. Deus
qui inter iuſtos & peccatores cuncta diſcernis,qui es ſolus altiſſimus ſuper oẽs gentes,mi
ſerere mei,& tribue mihi benedictionem,qui legẽ dediſti.Remitte iniquitatem cordis mei,
& dimitte omnia peccata mea,& ſaluum fac ſeruum tuũ deus meus ſperantẽ in te.Deus qui
fundas eccleſiã tuã in montibus ſanctis,inclina aurẽ tuã ad precẽ meã.Manus ergo tua mi
hi auxilietur,ne auertar in humilitate,ſed libera me de laqueo uenantium,& à ruina & dæ
monio meridiano.Vt plantatus in domo domini ſicut palma floreã,& ſicut cedrus,quæ eſt

in Libano,mereat multiplicari in longitudinẽ dierũ.Esto mihi in refugium,& deus meus in C
auxiliũ ſpei meæ,quoniã tu es deus & rex magnus ſuper omnẽ terrã.Cũ iudicaueris orbem terræ in æquitate & populos in ueritate tua,luce perhenni perfruar cũ iuſtis & rectis corde lætitia.Saluet me dextera tua,& brachiũ ſanctũ tuum.Qui ſedes ſuper Cherubin,fac me in conſpectũ tuum cũ exultatione,ut perambulem in innocentia cordis mei in mẽdio domus meæ.Non adhæreat mihi cor prauum:Sed ſint oculi mei ſuper fideles ſanctos tuos,ut ſedeam cum eis ambulans per uiam immaculatam,cũ diſperdideris per iudicium de ciuitate tua omnes qui nunc operantur iniquitatẽ.Dñe exaudi orationẽ,& clamor meus ad te perueniat.Nõ auertas faciẽ tuã à me,in quacunq; die tribulor,inclina ad me aurẽ tuam. Propitius eſto oĩbus iniqtatibus meis,redimeq; de interitu uitã meã. Satia in bonis deſideriũ meũ,qui reſpicis in terrã,& facis eam tremere.Qui eduxiſti populũ tuũ in exultatione,& electos in lætitia.Fac me cuſtodire iudiciũ & iuſticiã in omni tempore.Educ me de tenebris & umbra mortis,ut parato corde cantem, & pſalmum dicam tibi.Fac mecũ ſignum propter miſericordiam & nomen tuum:Vt in ſplendoribus ſanctorũ in conſilio iuſtorũ & cõgregatione iuſticia mea maneat in ſeculũ ſeculi,& cornu meũ exaltetur in gloria.Vt dum me ſuſcitari iuſſeris de terra inopem,& de ſtercore erexeris pauperem:Benedicam te ex hoc nunc & uſq; in ſeculum,tunc complaceam tibi in regione uiuorum.Dirumpe uincula mea,& confitma me in miſericordia tua.Cũ in tribulatione inuocauero te dñe,exaudi me in latitudine.Legem pone mihi domine ut uiuam,& uias iuſticiæ tuæ exquirã ſemper. Da mihi intellectũ, ut perſcruter legem tuam,& cuſtodiam illam de toto corde meo.Erraui ſicut ouis quæ perierat,requirẽs libera animam meam.Cuſtodi introitum meum & exitum meum,ut in domo tua ſtantes ſint pedes mei in atrijs Hieruſalem.Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.Eripe me,animam meam de muſcipula uenantium,ut non extendam ad iniquitatem manus meas.Reple gaudio os meum,& linguam meam exultatione. Imple deſideriũ meum in bono,& benedic me ex Sion:Vt uideam quæ bona ſunt in Hieruſalem,longe fa- D
ctus ab omni iniquitate.Fiant aures tuæ intendentes in orationẽ ſerui tui dñe.Non ſit exaltatũ cor meũ in ſuperbia,nec elati ſint oculi mei:Sed humiliter ſentiam donec inueniam locũ domino,tabernaculũ deo Iacob:Ibi mandaſti benedictionẽ & uitam uſq; in ſeculũ.Ibi extollam manus meas in ſancta,& benedicam te qui iudicas populũ,& in ſeruis tuis conſolans . Deus deorũ & dominus dominorũ, deflentem me & adorantẽ ad templũ ſanctum tuũ,proba me & ſcito cor meum,interroga me,cognoſce ſemitas meas,& deduc me in uia æterna.Conſerua me de manu peccatoris,& ab omnibus iniquis libera me.Dirigat᷑ oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo domine.Educ de carcere animã meã ad confitendũ nomini tuo domine.Exaudi me in tua iuſticia,& nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe. Velociter exaudi me domine,ne deficiat ſpũs meus,quoniã tu es deus miſericordia mea, & refugium meum,& ſuſceptor meus.Et quoniã magnus es & laudabilis nimis,& magnitudinis tuæ non eſt finis:Erige eliſum,ſolue cõpeditum,illumina cæcũ,qui ædificas Hieruſalem.Cũ autẽ confortaueris ſeras portarum tuarũ,intrinſecus cum filijs tuis copulatus ſim. Sicut te laudant angeli,& omnes uirtutes tuæ in regno cœlorum;ibi & ego ita exultans cum gloria in choro ſanctorum,laudem & glorificem nomẽ tuum in cymbalis labiorum, quod eſt ſanctum & glorioſum,& regnat ſemper per infinita ſecula ſeculorum.Amen.

Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONEN. EPISCOPI, Super magnificat,canticum Mariæ, Expoſitio.

NT nouum in carne filij aduentũ prædicaret,qui ingreſſus nouæ ſalutationis obſequio uirginem Gabriel ueneratur,dicens,Aue gratia plena & cætera. Ecce ancilla domini ſtatim aduenientе ſpiritu ſancto in uirginem, omni gratia uirtutum ſacro ſanctum habitaculum in aduentu dei implente,dubium non eſt cœleſtium gaudiorum,& æternæ dulcedinis quàm miram atque inenarrabilem ſuauitatem uirgo ipſa concepit, quando illud æternum lumen cum toto